


A  
8  
22



status: hoc est,  
um testamentum,  
opusculis, quorum  
m habet alterum  
quius paginae

A

# NONVS TOMVS

OPERVM DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPO-

nenfis Episcopi, continens illius tractatus : hoc est, expositiones

ad populum factas in nouum testamentum, cum

aliis varii generis opusculis, quorum

indicem habet alterum

huius paginae

latus.



A 93

PARISIIS,

IN AEDIBVS YOLANDAE BONHOME,

via ad diuum Iacobum, sub signo Vnicornis.

1541

*J. G. L. M. R. G. V. E. R.*

A



ERASMVS ROTERODAMVS  
LECTORI PIO S. D.

**Q**uoniam tractatus in psalmos omnes plusquam iustam voluminis magnitudinem poscebant, neque quicquam recipiebant accessionis, in hunc Tomum quasi farraginem quandam rerum congesimus. Primo loco digestimus tractatus in nouum testamentum. Secundo loco opuscula quaedam inflammantia affectum pietatis. Tertio loco concionalia quaedam de variis argumentis. In his, quae non videbantur Augustini, notauimus elogio.

INDEX.

In Euangelium Ioannis expositio columna.1.	Folio.2.	De cataclysmo sermo	213.co.2.
In epistolam Ioannis expositio	124.co.1.	De tempore Barbarico sermo	214.co.4.
In Apocalypsim Ioannis expositio	141.co.2.	De sobrietate & virginitate sermo	216.co.4.
Meditationum liber vnus	150.co.4.	Speculum peccatoris tractatus	218.co.3.
De diligendo deo liber alius, qui & meditationum inscribitur	160.co.2.	De poenitentiae medicina, liber vnus columna.2.	220.
Soliloquiorum animae ad deum liber vnus. 164.co.1.		De vtilitate poenitentiae tractatus	222.co.2.
Manuale liber vnus	172.co.1.	De conflictu vitiorum & virtutum, liber vnus. 224.co.2.	
De triplici habitaculo liber vnus	176.co.4.	De quatuor virtutibus charitatis tractatus. 227. columna.2.	
Scalae Paradisi liber	177.co.2.	De laudibus charitatis tractatus	228.co.4.
De duodecim abusionum gradibus liber columna.4.	178.	De honestate mulierum, liber vnus	229.co.3.
De contritione cordis liber vnus	181.co.1.	De pastoribus, liber vnus	229.co.4.
De cognitione verae vitae liber vnus	182.co.4.	De ouibus, liber siue Homilia	234.co.3.
De speculo, liber vnus	188.co.4.	De symbolo fidei ad catechumenos, libri quatuor	238.co.3.
De vita Christiana liber vnus	192.co.3.	De conuenientia decem praceptorum & decem plagarum, liber vnus	248.co.2.
De assumptione beatae Mariae virginis. columna.4.	195.	De rectitudine catholicae conuersationis tra- ctatus	249.co.2.
De disciplina Christiana	197.co.2.	De vtilitate ieiunij tractatus	254.co.1.
De decem chordis	199.co.1.	De vrbis excidio tractatus	255.co.4.
De cantico nouo, liber vnus	202.co.2.	De creatione primi hominis tractatus columna.2.	257.
De contemptu mundi, liber vnus	203.co.4.	De arbore scientiae boni & mali tractatus. Ibidem columna.3.	
De vanitate seculi, liber vnus	204.co.4.	De pugna animae tractatus	258.co.3.
De obedientia & humilitate sermo	205.co.4.	De antichristo tractatus	259.co.1.
De bono disciplinae sermo	206.co.2.	Psalterium quod matri suae composuit columna.1.	260.
De visitatione infirmorum, libri duo	208.co.2.	Super magnificat expositio	Ibidem.co.3.
De consolatione mortuorum sermones duo. 209.co.4.			
De quarta feria, siue cultura agri dominici ser- mo	211.co.3.		

FINIS.

A PRAEFATIO INCERTVM  
cuius, nam Augustini non esse res  
ipsa clamat, in laudem  
Euangelii secundum  
Ioannem.




**O**Mnibus diuinae scripturae paginis Euangelium excellit, quia quod lex & Propheta futurum praedixerunt, hoc completum dicit Euangelium. Inter ipsos autem Euangeliorum scriptores, Ioannes eminet in diuinorum mysteriorum profunditate, qui a tempore dominicae ascensionis per annos sexagintaquinque verbum dei absque adminiculo scribendi, usque ad vltima Domitiani praedicauit tempora. Sed occiso Domitiano, cum permittente Nerua, de exilio rediisset Ephesum, compulsus ab Episcopis Asiae, de coeterna patri diuinitate Christi scripsit aduersus haereticos, qui eo absente irruerant in eius Ecclesias, qui Christum ante Mariam fuisse negabant. Vnde merito in figura quatuor animalium, aquilae volanti comparatur, quae volat altius ceteris auibus, & solis radios irruentibus aspicit luminibus. Ceteri quippe euangelistae, qui temporalem Christi natiuitatem, & temporalia eius facta, quae gessit in homine, sufficienter exponunt, & de diuinitate pauca dixerunt, quasi animalia gressibilia cum domino ambulantes in terra: hic autem pauca de temporalibus eius gestis edisserens, sed diuinitatis potentiam sublimius contemplans, cum domino ad caelum volat. Qui enim supra pectus domini in caena recubuit, caelestis haustum sapientiae ceteris excellentius de ipso dominici pectoris fonte potauit. Legebat siquidem Euangelia trium Euangelistarum, & approbauerat fidem eorum & veritatem, in quibus deesse vidit aliqua gestarum rerum historia, & ea maxime quae dominus gessit primo praedicationis suae tempore, scilicet antequam Ioannes Baptista clauderetur in carcere. Haec ergo quasi dimissa ab illis scribit Ioannes quae fecit Iesus antequam Ioannes clauderetur: sed maxime diuinitatem Christi & trinitatis mysterium commendare curauit. Tres siquidem alij Euangelistae dicta & facta domini temporalia, quae ad informandos mores vitae praesentis maxime valent, copiosius profecti, circa actiuam vitam sunt versati: in qua laboratur, ut cor mundetur ad videndum deum, Ioannes vero pauca domini facta dicit: verba vero domini quae trinitatis vnitatem, & vitae aeternae felicitatem insinuant, diligentius conscribit, & sic in contemplatiua vita, virtute commendanda, intentionem suam & praedicationem tenuit: in qua contemplatiua vacatur ut deus videatur. Iste siquidem est Ioannes quem dominus de fluctuanga nuptiarum temperate vocauit, & cui matrem virginem virgini commendauit.

Tomus nonus.

D DIVIAVRE

LII AVGVSTINI HIPPONENSIS  
Episcopi, in Euangelium Ioannis  
Expositio.

Ab eo quod scriptum est, In principio erat uerbum & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: usque ad id quod ait, Et tenebrae eam non comprehenderunt. Tractatus I.



**I**NVENTES quod modo addiuimus ex lectione Apostolica, quod animalis homo non percipit ea quae sunt spiritus dei, & cogitantes in hac ipsa praesentia turba charitatis vestrae, necesse esse, ut multi sint animales, qui adhuc secundum carnem sapiant, nondumque possint ad spiritalem intellectum se erigere: haesito vehementer quomodo ut dominus dederit, possim dicere, vel pro modulo meo explicare quod lectum est ex Euangelio. In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc enim animalis homo non percipit. Quid ergo fratres, silebitus hinc: quare ergo legitur si silebitur? Aut quare auditur, si non exponitur? Sed & quid exponitur, si non intelligitur? Itaque quoniam rursum esse non dubito in numero vestro quosdam, a quibus possit non solum expositum capi, sed & antequam exponatur intelligi, non fraudabo eos qui possunt capere: dum timeo superfluum esse auribus eorum, qui non possunt capere. Postremo aderit misericordia dei, fortasse ut omnibus satisfaciat, & capiat quisque quod potest: quia & qui loquitur, dicit quod potest: nam dicere ut est, quis potest? Audeo dicere fratres mei, forsitan nec ipse Ioannes dixit ut est, sed & ipse ut potuit, quia de deo ut homo dixit: Et quidem inspiratus a deo, sed tamen homo: quia inspiratus, dixit aliquid: si non inspiratus esset, dixisset nihil. Quia vero homo inspiratus, non totum quod est dixit, sed quod potuit homo dixit. Erat enim iste Ioannes, fratres charissimi, de illis montibus de quibus scriptum est, Suscipiant montes pacem populo tuo, & colles iustitiae. Montes, excelsae animae sunt, & colles paruulae animae sunt. Sed ideo motes excipiunt pacem, ut colles possint excipere iustitiam. Quae est iustitia quam colles excipiunt? Fides: quia iustus ex fide uiuit. Non autem acciperent minores animae fidem, nisi maiores animae quae montes dicuntur, ab ipsa sapientia illustrarentur, ut possint paruulis traicere quod possent paruuli capere, & uiuere ex fide colles, quia montes pacem suscipiunt. Ab ipsis montibus dictum est ecclesiae: pax uobiscum, Et ipsi montes pacem annunciando ecclesiae, non diuiserunt se aduersus eum a quo susceperunt pacem, ut veraciter non fide nunciarent pacem. Sunt autem alij montes naufragiosi, quod quisque nauim cum impulerit, soluitur. Facile est enim cum videtur terra a periclitantibus, quasi conari ad terram: sed aliquando videtur terra in monte, & saxa latent sub monte, & cum quisque conatur ad montem, incidit in saxa, & ibi non inuenit portum, sed planctum. Sic fuerunt quidam montes, & magni apparuerunt inter homines, & fecerunt haereses & schismata, & diuiserunt ecclesiam dei. Isti qui diuiserunt ecclesiam dei, non erant illi montes, de quibus dictum est,

a ij Sulcipiant

G Suscipiant montes pacem populo tuo. Quomodo enim pacem susceperunt, qui unitatem diuiserunt? Qui autem susceperunt pacem nunciandam populo, contemplati sunt ipsam sapientiam, quantum humanis cordibus potuit contingi, quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Si in cor hominis non ascendit, quomodo ascendit in cor Ioannis? An non erat homo Ioannes? An forte nec in cor Ioannis ascendit, sed cor Ioannis in eam ascendit? Quod enim ascendit in cor hominis, de imo est ad hominem: quod autem ascendit cor hominis, sursum est ab homine. Etiam sic fratres dici potest, quia si ascendit in cor Ioannis, si aliquo modo potest dici, intantum ascendit in cor Ioannis, in quantum ipse Ioannes non erat homo: Quid est, non erat homo? In quantum coeperat esse angelus: quia omnes sancti, angeli, quia annuntiatores dei: deo carnalibus & animalibus non valentibus percipere quae sunt dei quid ait Apostolus? Cum enim dicitis, ego sum Pauli, ego Apollo, nonne homines estis? Quid eos volebat facere, quibus exprobrabat, quia homines erant? Vultis nosse quid eos facere volebat? audite in psalmis, Ego dixi dii estis, & filii excelsi omnes.

H Ad hoc ergo vocat nos deus, ne simus homines. Sed tunc in melius non erimus homines, si prius nos homines esse agnoscamus, id est, ut ad illam celsitudinem ab humilitate surgamus: ne computamus nos aliquid esse cum nihil sumus, non solum non accipiamus quod non sumus, sed & amittamus quod sumus. Ergo fratres de his montibus & Ioannes erat, qui dixit, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Susceperat pacem mons iste, contemplabatur diuinitatem verbi. Qualis iste mons erat, quam excelsus? Transcenderat omnia cacumina montium terrarum, transcenderat omnes campos aëris, transcenderat omnes altitudines syderum, transcenderat omnes choros & legiones angelorum. Nisi enim transcenderet ista omnia quae creata sunt, non perueniret ad eum per quem facta sunt omnia. Non potestis cogitare quid transcenderit, nisi videatis quod perueniret. Quæris de caelo & terra? facta sunt. Quæris de his quae sunt in caelo & terra? vti que multo magis & ipsa facta sunt. Quæris de spiritalibus creaturis, de angelis, de archangelis, sedibus, dominationibus, virtutibus, principatibus? & ipsa facta sunt. Nam cum enumeraret hæc omnia psalmus, conclusit sic, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt. Si dixit & facta sunt, per verbum facta sunt: si autem per verbum facta sunt, non poterat Ioannis cor peruenire ad id quod ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, nisi transcendisset omnia quae sunt facta per verbum. Qualis ergo iste mons, quam sanctus, quam altus inter illos montes qui susceperunt pacem populo dei, ut colles possent suscipere iustitiam? Videte ergo fratres, forte de istis montibus est Ioannes, de quibus paulo ante cantauimus, Leuati oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. Ergo fratres mei, si vultis intelligere, leuate oculos vestros in montem istum, id est erigite vos ad Euangelistam, erigite vos ad eius sensum. Sed quia montes isti pacem suscipiunt: non potest autem esse in pace, qui spem ponit in hominem, nolite sic erigere oculos in montem, ut putetis in homine spem vestram esse collocandam, & sic dicite, Leuati oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi, ut statim subiungatis, Auxilium meum a domino, qui fecit caelum & terram. Ergo leuamus oculos in

montes, vnde veniet auxilium nobis: & tamen non ipsi montes sunt, in quibus spes nostra ponenda est. Accipiunt enim montes quod nobis ministrant. Ergo vnde & montes accipiunt, ibi spes nostra ponenda est. Oculos nostros cum leuamus ad scripturas, quia per homines ministratae sunt scripturae: leuamus oculos nostros ad montes, vnde veniet auxilium nobis. Sed tamen quia ipsi homines, qui scripserunt scripturas, non de se lucebant: sed ille erat verum lumen, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Mons erat & ille Ioannes Baptista qui dixit, Non sum ego Christus, ne quisquam spem in montem ponens, caderet ab illo qui montes illustrat, & ipse confessus ait, Quoniam de plenitudine eius nos omnes accepimus. Ita debes dicere, Leuati oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi: ne auxilium quod tibi venit, montibus imputes: sed sequaris & dicas, Auxilium meum a domino, qui fecit caelum & terram. Ergo fratres ad hoc ista monuerim, ut quando exergeris cor ad scripturas, cum sonaret euangelium, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & cetera quae lecta sunt, intelligatis vos leuasse oculos ad montes. Nisi enim montes ista dicerent, vnde omnino cogitaretis non inueniretis. Ergo ex montibus venit vobis auxilium, ut hæc vel audiretis, sed nondum potestis intelligere quod audistis. Inuocate auxilium a domino, qui fecit caelum & terram: quia montes sic potuerunt loqui, ut non possent ipsi illuminare. Quia & ipsi illuminati sunt audiendo inde, vnde qui hæc dixit, accepit Ioannes ille fratres: qui discubebat supra pectus domini, & de pectore domini bibebat quod propinaret nobis, sed propinavit verba: intellectum autem inde debes capere, vnde & ipse bibebat qui tibi propinavit, ut leues oculos tuos ad montes, vnde veniet auxilium, ut inde tanquam calicem, id est, verbum propinatum acciperes: & tamen quia auxilium tuum a domino, qui fecit caelum & terram, inde impleres peccatus, vnde impleuit ille: vnde dixisti, Auxilium meum a domino, qui fecit caelum & terram. Qui potest ergo fratres, impleat hoc quod dixi, leuet quisque cor suum quomodo illud videt idoneum, & capiat quod dicitur. Sed forte hoc dicitis, quia ego vobis sum praesentior quam deus. Absit, Multo est ille praesentior: nam ego oculis vestris appereo, ille conscientis praesidet. Ad me aures, ad illum cor leuate, ut vtrumque impleatis. Ecce oculos vestros, sensus istos corporis leuatis ad nos: nec ad nos: non enim sumus de illis montibus, sed ad ipsum Euangelium, ad ipsum Euangelistam: cor autem implendum ad dominum, Et vnusquisque sic leuet, ut videat quid leuet, & quod leuet. Quid dixi, quid leuet, & quod leuet? Quale cor leuet videat, quia ad deum leuat, ne sarcina voluptatis carnalis prae grauatam, ante cadat quam fuerit subleuatum. Sed videt se quisque gestare onus carnis, det operam per continentiam, ut purget quod leuet ad deum. Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Nam ecce quid prodest, quia sonuerunt verba, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: & nos diximus verba cum loqueremur. Nunquid tale verbum erat apud deum? Nonne ea quae diximus sonuerunt atque transferunt? Ergo & dei verbum sonuit & peractum est? Quomodo omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil? Quomodo omne per illud regitur, quod per illud creatum est, si sonuit & transit? Quale ergo verbum quod & dicitur, & non transit?

A transit? Intendat charitas vestra, magna res est. Quotidie dicendo verba viluerunt nobis, quia sonando verba, & transeundo viluerunt, & nihil aliud videntur quam verba. Est verbum & in ipso homine quod manet intus, nam sonus ex ore procedit. Est verbum quod vere spiritaliter dicitur, illud quod intelligitur de sono, non ipse sonus, Ecce verbum dico, cum dico, deus. Quam breue est quod dixi, quattuor literas & duas syllabas: nunquid nam hoc totum est deus, quattuor literae & duae syllabae? An quantum hoc vile est, tantum charum est quod in eis intelligitur? Quid factum est in corde tuo cum audisses, deus: quid factum est in corde meo cum dicerem, deus? Magna & summa quaedam substantia cogitata est, quae transcendit omnem mutabilem creaturam carnalem & animale. Et si dicam tibi, deus commutabilis est, an incommutabilis? Respondebis statim, Absit ut vel ego credam vel sentiam commutabilem deum: incommutabilis ergo est deus. Anima tua quantum partia, quantum forte adhuc carnalis & non mihi potuit respondere nisi incommutabilem deum: omnis autem creatura mutabilis. Quomodo ergo potuisti scintillare in illud quod est super omnem creaturam, ut certus mihi responderes incommutabilem deum? Quid est ergo illud in corde tuo, quando cogitas quandam substantiam viuam perpetuam, omnipotentem, infinitam, ubique praesentem, ubique totam, nusquam inclusam? Quando ista cogitas, hoc est verbum de deo in corde tuo: nunquid autem hoc est sonus ille, qui quattuor literis constat & duabus syllabis? Ergo quaecumque dicitur & transeunt, soni sunt, literae sunt, syllabae sunt. Hoc verbum transit, sonat. Quod autem significauit sonus, & in cogitante est, qui dixit, & in intelligente est, qui audiuit, manet hoc transeuntibus sonis. Refer animum ad illud verbum, Si tu potes habere verbum, in corde tuo, tanquam consilium natum in mente tua, ut mens tua pariat tibi consilium, & insit consilium quasi proles mentis tuae, quasi filius cordis tui: prius enim cor generat consilium, ut aliquam fabricam construas, aliquid amplum in terra moliaris, iam natum est consilium, & opus nondum completum est. Vides tu, quid facturus es, sed alius non miratur nisi cum feceris & construxeris molem, & fabricam illam ad exculpationem perfectionemque perduxeris. Attendunt homines mirabilem fabricam, & mirantur consilium fabricantis: stupent quod vident, & amant quod non vident. Quis est qui potest videre consilium, & non sola facta? Si ergo ex magna aliqua fabrica laudatur humanum consilium: vis videre quale consilium dei est? Dominus Iesus Christus, id est verbum dei: Attende fabricam istam mundi: vide quae sint quae facta sunt per verbum, & tunc cognosces quale sit verbum. Attende hæc duo mundi corpora, caelum & terram. Quis explicat verbis ornatum caeli? quis explicat fecunditatem terrae? quis digne collaudat temporum vices? quis digne collaudat feminum vim? Videtis quae taecum, ne diu commemorando parum dicam, forte quam potestis cogitare. Ex fabrica ergo ista animaduerte, quale verbum est per quod facta est, & non sola facta est. Omnia enim ista videntur, quia pertinent ad sensum corporis. Per illud verbum & angeli facti sunt, per illud verbum & archangeli facti sunt, potestates, sedes, dominationes, principatus. Per illud verbum facta sunt omnia: hinc cogitate quale verbum est. Respondet mihi modo, forte nescio quis, & quis hoc verbum cogitat? Noli ergo tibi quasi vile aliquid fa-

Tomus nonus.

tere, cum audis verbum formare. Verba quae audis quotidie, ille talia verba dixit, talia verba locutus est, talia verba mihi narras? assidue enim dicendo nomina verborum, quasi viluerunt verba: & quando audis, In principio erat verbum, ne vile aliquid putares quale conuesti cogitare, cum verba humana soleres audire, audi quid cogites, Deus erat verbum. Exeat nunc nescio quis infidelis Arrianus & dicat: Quia verbum dei factum est, quomodo potest fieri, ut verbum dei factum sit, quando deus per verbum fecit omnia? Si & verbum dei ipsum factum est, per quod aliud verbum factum est? Si hoc dicis, quia hoc est verbum verbi, per quod factum est illud, ipsum dico ego vnicum filium dei. Si autem non dicis verbum verbi: concede non factum per quod facta sunt omnia. Non enim per seipsum fieri potuit, per quod facta sunt omnia: crede ergo Euangelista, poterat enim dicere, In principio fecit deus verbum: quomodo dixit Moyses, In principio fecit deus caelum & terram, & omnia sic enumerat. Dixit deus, fiat, & factum est. Si dixit, quis dixit? Vtique deus. Et quid factum est? Creatura aliqua. Inter dicentem deum & factam creaturam quid est per quod factum est? nisi verbum, quia dixit deus, Fiat, & factum est. Hoc verbum incommutabile, quantum mutabilia per verbum fiunt, ipsum incommutabile est. Noli ergo credere factum, per quod facta sunt omnia, ne non reficiaris per verbum, per quod reficiuntur omnia. Iam enim factus es per verbum, sed oportet te refici per verbum. Si autem mala fuerit fides tua de verbo, non potes refici per verbum: si tibi contigit fieri per verbum, ut per illud factus sis, per te defeceris: & si per te defeceris, ille te reficiat qui te creauit. Quomodo te autem recreet per verbum, si male aliquid sentias de verbo? Euangelista dicit, In principio erat verbum: & tu dicis, In principio factum est verbum. Ille, Omnia per ipsum facta sunt, dicit: & tu dicis, quia & ipsum verbum factum est: poterat dicere Euangelista, In principio factum est verbum: sed quid ait, In principio erat verbum. Si erat non est factum, ut ista omnia per ipsum fierent, & sine ipso nihil. Si ergo erat in principio verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: si non potes cogitare quid sit, differ ut crescas, Ille cibus est, accipe lac ut nutriaris, ut sis validus ad capiendum cibum. Sanè fratres quod sequitur, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Videte ne sic cogitetis, quia nihil aliquid est: solent enim multi male intelligentes, sine ipso factum est nihil, putare aliquid esse nihil. Peccatum quidem non per ipsum factum est, & manifestum est, quia peccatum nihil est, & nihil sunt homines cum peccant. Et idolum non per verbum factum est. Habet quidem formam quandam humanam, sed ipse homo per verbum factus est: nam forma hominis in idolo, non per verbum facta est: & scriptum est, Scimus quia nihil est idolum. Ergo ista non sunt facta per verbum: sed quaecumque naturaliter facta sunt, quaecumque facta sunt in creaturis, omnia omnino quae fixa in caelo sunt, quae fulgent desuper, quae volitant sub caelo, & que mouentur in vniuersa natura rerum, omnis omnino creatura. Dicam planius, dicam fratres ut intelligatis, ab angelo vsque ad vermiculum. Quid praeclearius angelo in creaturis? Quid extremius vermiculo in creaturis? Per quem factus est angelus, per ipsum factus est & vermiculus: Sed angelus dignus est caelo, vermiculus terra.

a iij Qui

**G** Qui creavit, ipse disposuit. Si poneret vermiculum in caelo, reprehenderes. Si vellet angelos nasci de putrescentibus carnibus, reprehenderes: & tamen prope hoc facit deus, & non est reprehendendus. Nam omnes homines de carne nascentes, quid sunt nisi vermes? Et de vermibus angelos facit. Si enim ipse dominus dicit, Ego autem sum vermis & non homo: quis dubitat hoc dicere, quod scriptum est & in Iob, Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis: Primo dixit, homo putredo: & postea, filius hominis vermis, quia vermis de putredine nascitur: ideo homo putredo, & filius hominis vermis. Et ecce quod fieri voluit propter te, illud quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quare hoc factum est propter te, nisi ut sugeres qui manducare non poteras? Omnino ergo fratres sic accipite, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Vniuersa enim creatura per ipsum facta est, maior, minor: per ipsum facta sunt supera, infera: spiritalis corporalis, per ipsum facta sunt. Nulla enim forma, nulla compages, nulla concordia partium, nulla qualiscunque substantia, quae potest habere pondus, numerum & mensuram, nisi per illud verbum, & ab illo verbo creatore, cui dictum est, Omnia in mensura & numero & pondere disposuisti. Nemo ergo vos fratres fallat, quando forte tedium patimini à muscis. Etenim aliqui derisi, à diabolo decepti sunt, & à musca capti sunt. Solent enim aucupes ponere in muscipula muscas, ut esurientes aues decipiant: sic & isti ad muscas à diabolo decepti sunt. Nam nescio quis tedium patiebatur à muscis, inuenit illum Manichaeus tedium affectum, & cum diceret se non posse pati muscas, & odisse vehementer illas, statim ille, Quis fecit has, inquit? Et quia tedium affectus est, & quia oderat illas, non ausus est dicere, deus illas fecit: erat autem catholicus. Ille statim subiecit, Si deus illas non fecit, quis illas fecit? Plane ait ille, Ego credo quia diabolus fecit muscas. Et ille statim, Si muscas diabolus fecit, sicut te video confiteri, quia prudenter intelligis, apem quis fecit, quae paulo amplior est musca? Non ausus ille est dicere, quia deus fecit apem, & muscam non fecit, quia res erat proxima. Ab ape duxit ad locustam, à locusta ad laceratam, à lacerata ad auem, ab aue duxit ad pecus, inde ad bouem, inde ad elephantem, postremo ad hominem, & persuasit homini, quia non à deo factus est homo. Ita ille miser cum tedium passus est à muscis, musca factus est, quem diabolus possideret. Beelzebub quippe interpretatum, dicitur princeps muscarum: de quibus scriptum est, Muscae morientes exterminant oleum suauitatis. Quid igitur fratres, quare ista dixi? Claudite aures cordis vestri aduersus dolos inimici, intelligite, quia deus fecit omnia, & in suis gradibus collocavit. Quare autem patimur multa mala à creatura quam fecit deus, nisi quia offendimus deum? Nunquid haec angeli patiuntur? Fortassis & nos in illa vita, ista non timebimus. De poena tua peccatum tuum accula, non iudicem. Nam propter superbiam instituit deus istam creaturam minimam & abiectissimam, ut ipsa nos torqueret: ut cum superbus fuerit homo, & se aetauerit aduersus deum: & cum sit mortalis, mortalem terrerit: & cum homo sit, proximum hominem non agnouerit: cum se erexerit, pulicibus subdatur. Quid est quod te inflas humana superbia? Homo tibi dixit conuicium, & tumuisti, & iratus es: pulicibus resistit ut dormias. Cognitione qui sis: nam ut noue-

ritis fratres, propter superbiam nostram domandam creata ista, quae molesta nobis essent. Populum Pharaonis superbum potuit deus domare de uersis, de leonibus, de serpentibus: muscas & ranas illis immisit, ut rebus vilissimis superbia domaretur. Omnia ergo per ipsum fratres, omnia omnino per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed quomodo per ipsum facta sunt omnia? Quod factum est, in ipso vita est. Potest etiam sic dici, Quod factum est in illo, vita est. Ergo totum vita est, si sic pronunciauerimus. Quid enim non in illo factum est? Ipse est enim sapientia dei, & dicitur in Psalmo, Omnia in sapientia fecisti. Si ergo Christus est sapientia dei, & Psalms dicit, omnia in sapientia fecisti, omnia sicut per illum facta; ita in illo facta sunt. Si ergo omnia in illo fratres charissimi, & quod in illo factum est, in illo vita est, ergo & terra vita est, ergo & lignum vita est. Dicimus quidem lignum vitae; sed secundum intellectum lignum crucis, unde accepimus vitam: ergo & lapis vita est. In honestum est sic intelligere, ne rursum nobis subrepat eadem fordidissima secta Manichaeorum, & dicat: quia habet vitam lapis; & habet animam paries, & resticula habet animam, & lana & vestis. Solent enim delirantes dicere, & cum reprehensi fuerint & repulsi, quasi de scripturis proferunt dicentes, Ut quid dictum est, Quod factum est, in ipso vita est? Si enim omnia in ipso facta sunt, omnia vita sunt. Non te abducant, pronuncia sic, Quod factum est, hic subdistingue, & deinde infer, in illo vita est. Quid est hoc? Facta est terra, sed ipsa terra quae facta est, non est vita. Est autem in ipsa sapientia spiritaliter ratio quaedam, qua terra facta est, haec vita est. Ergo quod factum est, in illo vita est. Quomodo possum, dicam charitati vestrae. Faber facit arcam. Primo in arte habet arcam: si enim in arte arcam non haberet, non esset vnde fabricando illam proferret. Sed arca sic est in arte, ut non ipsa arca sit quae videtur oculis. In arte inuisibiliter est, in opere visibiliter erit. Ecce facta est in opere, nunquid destitit esse in arte? Et illa in opere facta est, & illa manet quae in arte est: nam potest illa arca putrescere, & iterum ex illa quae in arte est alia fabricari. Attendite ergo arcam in arte, & arcam in opere. Arca in opere non est vita, arca in arte vita est: quia viuunt anima artificis, ubi sunt ista omnia antequam proferantur. Sic ergo fratres charissimi, quia sapientia dei, per quam facta sunt omnia, secundum artem continet omnia antequam fabricet omnia. Hic quae sunt per ipsam artem, non continuo vita sunt: sed quicquid factum est, vita in illo est. Terram vides, est in arte terra. Coelum vides, est in arte caelum. Solem & lunam vides, sunt & ista in arte: sed foris corpora sunt, in arte vita sunt. Videte si quo modo potestis, magna enim res dicta est, & si non à me magno, aut non per me magnum, tamen à magno. Non enim à me paruulo dicta sunt haec: sed ille non est paruulus ad quem respicio, ut dicam, Capiat quisque quod potest, in quantum potest: & qui non potest, nutriat cor ut possit. Unde nutriat? De lacte nutriat, ut ad cibum perueniat, à Christo per carnem nato non recedat, donec perueniat ad Christum ab vno patre natum, verbum deum apud deum, per quod facta sunt omnia: quia illa vita est quae in illo est lux hominum: hoc enim sequitur, Et vita erat lux hominum.) Et ex ipsa vita homines illuminantur. Pecora non illuminantur, quia pecora non habent rationales mentes, quae possunt videre

**A** dere sapientiam. Homo autem factus ad imaginem dei, habet rationalem mentem, per quam possit percipere sapientiam. Ergo illa vita, per quam facta sunt omnia, ipsa vita lux est, & non quoruncunque animalium, sed lux hominum: unde paulo post dicit, Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ab illo lumine illuminatus est Ioannes Baptista: ab illo & ipse Ioannes Euangelista: ex ipso lumine plenus erat qui dixit, Non sum ego Christus, sed qui post me venit, cuius non sum dignus corrigiam calceamenti soluere. Ab illo lumine illuminatus erat qui dixit, In principio erat verbum & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: ergo illa vita lux est hominum. Sed forte stulta corda adhuc capere istam lucem non valent, quia peccatis suis aggravantur, ut eam videre non possunt: non ideo cogitent, quasi absentem esse lucem, quia eam videre non possunt: ipsi enim propter peccata tenebrae sunt. Et lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendunt. Ergo fratres, quomodo homo positus in sole caecus, praesens est illi soli, sed ipse soli absens est: sic omnis stultus, omnis iniquus: sic omnis impius, caecus est in corde. Praesens est illi sapientia, sed cum caeco praesens est, oculis eius absens est: non quia ipsa illi absens est, sed quia ipse ab illa absens est. Quid ergo faciat iste? mundet unde possit videri deus: quomodo? Si propterea videre non possit, quia sordidos & saucios oculos haberet, irruente puluere aut pituita vel fumo, diceret illi medicus, Purga de oculo tuo quicquid mali est, ut possis videre lucem oculorum tuorum. Puluis, pituita, fumus, peccata & iniquitates sunt. Tolle inde ista omnia, & videbis sapientiam quae praesens est, quia deus est ipsa sapientia. Et dictum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.

*De eo quod scriptum est, Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes: usque ad id quod ait, Plenum gratiae et veritatis. Tractatus II.*

**B** Onum est fratres charissimi, ut textum diuinarum scripturarum, & maxime sancti Euangelij, nullum locum praetermittentes pertractemus, ut possumus: & pro nostra capacitate pascamur, & ministremus vobis unde & nos pascimur. Capitulum primum praeterito die dominico tractatum esse meminimus, id est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est: In illo vita erat, & vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehendunt: hucusque tractatum esse credo. Recordamini omnes qui affuistis: & qui non affuistis, credite nobis & his qui adesse voluerunt. Nunc ergo quia non possumus semper omnia replicare propter eos qui hoc volunt audire quod sequitur, & oneri est illis, si repetantur priora cum defraudatione posteritatis, dignentur & qui non aderant non praeterita exigere, sed cum his qui aderant & nunc audire praesentia. Sequitur, Fuit homo missus à deo, cui nomen erat Ioannes. Etenim ea quae dicta sunt superius, fratres charissimi, de diuinitate Christi dicta sunt ineffabili, & prope ineffabiliter. Quis enim capiat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Et ne vilescat tibi no-

Tomus nonus.

men verbi per consuetudinem quotidianorum verborum, & deus erat verbum. Hoc verbum idipsum est, unde hesterno die multum locuti sumus, & praestiterit dominus ut vel tanta loquendo aliquid ad corda vestra perduxerimus. In principio erat verbum: Idipsum idipsum est, eodem modo est sicut est, semper sic est, mutari non potest, hoc est, deus est. Quod nomen suum dixit famulo suo Moyse, Ego sum qui sum, & qui est misit me. Quis ergo hoc capiet? cum videatis omnia mortalia mutabilia, cum videatis non solum corpora variari per qualitates, nascendo, deficiendo, moriendo: sed etiam ipsas animas per affectum diuersarum voluntatum distendi atque discindi: cum videatis homines & percipere posse sapientiam, si se illius luci & calori admouerint: & amittere posse sapientiam, si inde malo affectu recesserint. Cum videatis ergo ista omnia esse mutabilia, quid est quod est, nisi quod transcendit omnia, quae sic sunt ut non sint? Quis ergo hoc capiat, aut quis quomodoque intendit vires mentis suae, ut attingat quomodo potest ad id quod est, ut cum ad id quodcumque mente attigerit, possit peruenire? Sic est enim tanquam videat quisque de longinquo patriam & mare interiaceat, videt quod eat, sed non habet quae eat: sic ad illam stabilitatem nostram ubi quod est, est, quod hoc solum semper sic est ut est, volumus peruenire: interiacet mare huius seculi quae imus, & si iam videmus quod imus: nam multi nec quod eant vident. Ut ergo esset & quae iremus, venit inde ad quem ire volebamus. Et quid fecit? Instituit lignum quo mare transeamus. Nemo enim potest transire mare huius seculi, nisi cruce Christi portatus. Hanc crucem aliquando complectitur & infirmus oculus, & quia non videt longe quod eat, non ab illa recedat, & ipsa illum perducet. Itaque fratres mei, hoc insinuaui cordibus vestris, si vultis pie & Christiane viuere, adhaerete Christo secundum id quod pro nobis factus est, ut perueniatis ad eum secundum id quod est, & secundum id quod erat. Accessit, ut pro nobis hoc fieret: quia hoc pro nobis factus est ubi portentur infirmi, & mare huius seculi transeat, & perueniant ad patriam, ubi iam nauis non opus erit, quia nullum mare transibitur. Melius est ergo non videre mente id quod est, & tamen à Christi cruce non recedere, quam videre illud mente, & crucem Christi contemnere. Bonum est super hoc & optimum, si fieri potest, ut & videatur quod eundem sit, & teneatur quod portetur qui pergit. Hoc potuerunt mentes magnae montium: qui montes didici sunt, quos maxime illustrat lumen iustitiae, potuerunt & viderunt illud quod est: nam videns Ioannes dicebat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Viderunt hoc, & ut peruenirent ad id quod videbant de longe, à cruce Christi non recesserunt, & humilitatem Christi non contempserunt. Paruuli ergo qui hoc non possunt intelligere, non recedentes à cruce: & à passione & à resurrectione Christi, in ipsa nauis perducantur ad id quod non vident, in qua nauis perueniunt & illi qui vident. At vero quidam philosophi huius mundi extiterunt, & inquisierunt creatorem per creaturam: quia potest inueniri per creaturam, euidenter dicente Apostolo, Inuisibilia enim eius à constitutione mundi, per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas, ut sint inexcusabiles. Et sequitur, Quia cum cognouissent deum, non

a iiii dixit,

Psal. 21.  
Iob. 25.

Sapient. 11.

Psal. 103.

Math. 5.

Ecclesiastes.  
10.

Exod. 3.

E

F

Roma. 1.



**G** dixit, quia non cognouerunt deum: sed quia cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Et vnde obscuratum est? Sequitur & dicit apertius, Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt: viderunt enim quod veniendum esset, sed ingrati ei qui illis praestitit quod viderunt, sibi voluerunt tribuere quod viderunt, & facti superbi amiserunt quod videbant, & conuersi sunt inde ad idola & simulacra & culturas daemonum, adorare creaturam, & contemnere creatorem: sed iam isti elisi ista fecerunt. Vt autem eliderentur superbi erant: cum autem superbirent, sapientes se esse dixerunt. Hi ergo de quibus dixit, Qui cum cognouissent deum, non sicut deum glorificauerunt, viderunt hoc quod dicit Ioannes, quia per verbum dei facta sunt omnia. Nam inueniuntur ista & in libris philosophorum. Et quia vnigenitum filium habet deus, per quem facta sunt omnia, illud potuerunt videre quod est, sed viderunt de longe: noluerunt tenere humilitate Christi, in qua nauis securi peruenirent ad id quod longe videre potuerunt, & foudit eis crux Christi. Mare trans-

**H** eundum est, & lignum contemnens: O sapientia superba, irridentes crucifixum Christum, ipse est quem longe vidisti. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Sed quare crucifixus est? Quia lignum tibi humilitatis eius necessarium erat: Superbia enim tumueras, & longe ab illa patria proiectus eras, & fluctibus huius seculi interrupta est via, & qua transeatur ad patriam, non est nisi ligno porteris. Ingrate, irrides eum qui ad te venit ut redeas: Ipse factus est via, & hoc per mare. Inde in mari ambulauit, ut ostenderet in mari esse viam. Sed tu qui quomodo ipse ambulare in mari non potes, nauis portare, ligno portare: crede in crucifixum, & poteris peruenire. Propterea crucifixus est, ut humilitatem doceret, & quia si sic veniret ut deus non agnosceretur. Si enim sic veniret ut deus, non veniret eis qui videre deum non poterant: Non enim secundum id quod deus est, aut venit aut discedit, cum sit vbique praesens, & nullo loco contineatur. Sed secundum quid venit? Quod apparuit homo. Quia ergo sic erat homo ut lateret in illo deus, missus est ante illum magnus homo, per cuius testimonium inueniretur plus quam homo. Et quis est hic? Fuit homo. Et quomodo posset iste verum de deo dicere, nisi missus a deo? Quid vocabatur? Ioannes. Cui nomen erat Ioannes.) Quare venit? Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.) Qualis iste qui testimonium perhiberet de lumine? Magnum aliquid iste Ioannes, ingens meritum, magna gratia, magna celsitudo. Mirare, plane mirare, sed tanquam montem. Mons autem in tenebris est, nisi luce vestiatur: Ergo tantum mirare Ioannem, ut audias quid sequatur: Non erat ille lumen: Ne cum montem putes lumen esse, naufragium in monte facias, non solatium inuenias. Sed quid debes mirari? Montem tanquam montem. Erige autem te ad illum qui illuminat montes, qui ad hoc erectus est, ut prior radios excipiat, & oculis tuis faucibus nunciet. Ergo non erat ille lumen: Quare igitur venit? Sed ut testimonium perhiberet de lumine) Vt quid hoc? Vt omnes crederent per illum.) Et de quo lumine testimonium perhiberet? Erat lux vera.) Quare additum est, vera:

Quia & homo illuminatus dicitur lux, sed vera lux illa est quae illuminat. Nam & oculi nostri dicuntur lumina, & tamen nisi aut per noctem lucerna accendatur, aut per diem sol exeat, lumina ista sine causa patent. Sic ergo & Ioannes erat lux, sed non vera lux, quia per eum non illuminantur tenebrae, sed illuminatione factus est lux: nisi enim illuminaretur, tenebrae erat, sicut omnes impij, quibus iam creditibus dixit Apostolus, Fuiſtis enim aliquando tenebrae. Modo autem quia crediderant, quid? Nunc autem lux, inquit, in domino. Nisi adderet in domino, non intelligeremus. Lux, inquit, in domino, tenebrae non in domino eratis. Fuiſtis enim aliquando tenebrae: ibi enim non addidit, in domino: Ergo tenebrae in vobis, lux in domino. Sic & ille non erat lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Vbi autem est ipsa lux? Erat lux vera, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.) Si omnem hominem venientem, & ipsum Ioannem: Ipse ergo illuminabat, a quo se demonstrari volebat. Intelligat charitas vestra: Veniebat ad mentes infirmas, ad corda saucia, ad aciem animae lippientis. Ad hoc venerat, vnde posset anima videre quod perfecte est: quomodo plerumque contingit, ut in aliquo corpore radiato cognoscatur ortus esse sol, quem oculis videre non possumus: quia & qui saucios habent oculos, idonei sunt videre parietem illuminatum & illustratum a sole, vel montem vel arborem, aut aliquid huiusmodi idonei sunt videre, & in alio illustrato demonstratur illis ortus, cui videndo adhuc minus idoneam aciem gerunt. Sic ergo illi montes, ad quos Christus venerat, minus idonei erant eum videre: radiant Ioannem, & per illum contentem se radiatum, ac se illuminatum esse, non qui radiaret, & illuminaret, cognitus est ille qui illuminat, cognitus est ille qui illustrat, cognitus est qui implet. Et quis est? Qui illuminat, inquit, omnem hominem venientem in hunc mundum: nam si illinc non recederet, non esset illuminandus. Sed ideo hic illuminandus, quia illinc recessit, vbi homo semper poterat esse illuminatus. Quid ergo si venit hic, vbi erat? In hoc mundo erat.) Hic erat & huc venit: Hic erat per diuinitatem, & huc venit per carnem: quia cum hic esset per diuinitatem, a stultis caecis & iniquis videri non poterat. Ipsi iniqui tenebrae sunt, de quibus dictum est: Et lux lucet in tenebris, & tenebrae eam non comprehenderunt. Ecce hic est & modo, & hic erat, & semper hic est, & nunquam recedit, & nusquam recedit. Opus est ut habeas vnde videas quod tibi nunquam recedit. Opus est ut tu non recedas ab eo, qui nusquam recedit. Opus est ut non deseras, & non desereris. Noli cadere, & non tibi occidet: Si tu feceris casum, ille tibi facit occasum: Si autem tu stas, praesens est tibi. Sed non stetit, recordare vnde cecideris: vnde te deiecit qui prior te cecidit. Deiecit enim te, non vi, non impulsu, sed voluntate tua. Si enim malo non consentiret, stas, illuminatus maneres. Modo autem quia iam cecidisti, & factus es fatuus corde, vnde videri illa lux non potest, venit ad te talis, qualem possis videre, & talem se hominem praebuit, ut ab homine quaereret testimonium. Ab homine quaerit testimonium deus, & deus testem habet hominem. Habet deus testem hominem, sed propter hominem. Tam infirmi sumus, ut per lucernam quaeramus diem, quia lucerna dicitur esse ipse Ioannes dominum dicente, Ille erat lucerna ardens & lucens, & vos volu-

K  
Eph. 5.

L

M

Ioan. 8.  
Istis ex-

**A** stis exultare ad horam in lumine eius: Ego autem habeo testimonium maius Ioanne. Ergo ostendit quia propter homines voluit per lucernam demonstrari ad fidem credentium, ut per ipsam lucernam inimici eius confunderentur. Illi enim inimici qui illum tentabant & dicebant, Dic nobis in qua potestate ista facis? Interrogabo vos & ego, inquit, vnum sermonem dicite mihi: Baptismus Ioannis vnde est, de caelo an ab hominibus? Et turbati sunt, & dixerunt apud semetipsos: Si dixerimus de caelo, dicitur est nobis: Quare ergo non credidistis illi? Quia ille Christo perhibuerat testimonium, & dixerat, Non sum ego Christus, sed ille. Si autem ex hominibus dixerimus, timentis populum, ne lapidet nos, quia tanquam prophetam habebat Ioannem. Timentes lapidationem, sed plus timentes veritatis confessionem, responderunt mendacium veritati, & mentita est iniquitas sibi. Dixerunt enim, Ne scimus. Et dominus quia ipsi contra se clauseraunt, negando se scire quod nouerant, nec ipse illis aperuit, quia non pulsauerunt. Dicitur enim, Pulsate, & aperietur vobis. Non solum autem illi, non pulsauerunt ut aperiretur, sed negando ostium ipsum contra se astrinxerunt. Et ait eis dominus: Nec ego dico vobis, in qua potestate ista facio. Et confusi sunt per Ioannem impletumque in illis est, Parauit lucernam Christo meo, inimicos eius induam confusione. In mundo erat, Et mundus per ipsum factus est.) Ne putes quia sic erat in mundo quomodo in mundo est terra, in mundo est caelum, in mundo est sol & luna & stellae, in mundo arbores, pecora, homines. Non sic iste in mundo erat. Sed quomodo erat? Quomodo artifex, regens quod fecit: Non enim sic fecit quomodo facit faber arcem. Forissecus est arca quam fecit, & illa in alio loco posita est cum fabricatur, & quantum iuxta sit, ipse alio loco sedet qui fabricat & extrinsecus est ad illud quod fabricat: Deus autem mundo insusus fabricat vbique positus, fabricat & non recedit aliquo, non extrinsecus quasi versat molem quam fabricat: Praesentia maiestatis facit quod facit, praesentia sua gubernat quod fecit. Sic ergo erat in mundo, quomodo per eum mundus factus est: Per ipsum enim mundus factus est, & mundus eum non cognouit. Quid est, mundus factus est per ipsum? Coelum & terra, mare & omnia quae in eis sunt, mundus dicitur. Iterum alia significatione, dilectores mundi mundus dicuntur. Mundus per ipsum factus est. Et mundus eum non cognouit.) Num enim caeli non cognouerunt creatorem suum, aut angeli non cognouerunt creatorem suum, aut non cognouerunt creatorem suum sydera, quem contentur daemonia? Omnia vndique testimonium perhibuerunt. Sed qui eum non cognouerunt? Qui amando mundum dicti sunt mundus. Amando enim habitamus corde. Amando autem hoc appellari meruerunt, quod ille vbi habitabant, quomodo dicimus, mala est illa domus, aut bona est illa domus. Non in illa quam dicimus malam parietes accusamus, aut in illa quam dicimus bonam parietes laudamus: sed malam domum, inhabitantes malos: & bonam domum, inhabitantes bonos. Sic & mundum, qui inhabitant amando mundum: qui sunt qui diligunt mundum. Ipsi enim corde habitant in mundo: Nam qui non diligunt mundum, carne versantur in mundo, sed corde inhabitant caelum, sicut Apostolus dicit, Nostra autem conuersatio in caelis est. Ergo mundus per eum factus est, & mundus eum non

Math. 21.

Marci. 11.

Luc. 20.

Ioan. 1.

Psal. 26.

Math. 7.

Psal. 131.

**B** cognouit. In sua propria venit: quia omnia ista per eum facta sunt. Et sui eum non receperunt.) Qui sui homines quos fecit. Iudaei quos primitus fecit super omnes gentes esse, quia aliae gentes idola adorabant, & demonibus seruiebant. Ille autem populus natus erat de semine Abrahae, & ipsi maxime sui, quia & per carnem quem suscipere dignatus est cognati. In sua propria venit, & sui eum non receperunt. Ommino nullus recepit? Nullus ergo saluus factus est? Nemo ergo saluus fiet, nisi qui Christum susceperit venientem. Sed addidit, Quotquot autem receperunt eum.) Quid eis praestitit? Magnam benevolentiam, magnam misericordiam. Vnicui natus est, & noluit manere vnus. Multi homines cum filios non habuerint, peracta aetate adoptant sibi, & voluntate faciunt quod natura non potuerunt: hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium vnicui, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit qui cum eo diuidat hereditatem, ut pauperior remaneat. Non sic deus, vnicui eundem ipsum quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum, ut non esset vnicui, sed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de deo quomodo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit vnigenitus ut solueret peccata, quibus peccatis implicabamur ne adoptaret nos, propter impedimentum eorum, quos sibi fratres facere volebat, ipse soluit & fecit cohaeredes. Sic enim dicit Apostolus, Si autem filij, & haeredes per deum. Et iterum, Haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi. Non timuit ille habere cohaeredes: quia hereditas eius non fit angusta, si multi eam possederint, Illi ipsi certe illo ipso possidente sunt hereditas ipsius, & ille vicissim fit hereditas ipsorum. Audi quomodo ipsi fiant hereditas ipsius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Ille quomodo fit hereditas eorum? Dicit in Psalmo, Dominus pars hereditatis meae & calicis mei. Et nos illum possideamus, & ipse nos possideat. Ille nos possideat sicut dominus: Nos illum possideamus sicut salutem, nos eum possideamus sicut lucem. Quid ergo dedit his qui receperunt illum?

**C** Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius.) ut teneant lignum & mare transeant. Et quomodo illi nascuntur? Illi quia filij dei sunt & fratres Christi, utique nascuntur: Nam si non nascuntur, filij quomodo esse possunt? Sed filij hominum nascuntur ex carne & sanguine; & ex voluntate viri & complexu coniugij. Illi autem quomodo ei nascuntur? Qui non ex sanguinibus, tanquam maris & foeminae. Sanguines non est latinum, sed quia Graece positum est pluraliter, maluit ille qui interpretabatur sic ponere, & quasi minus latine loqui secundum Grammaticos, & tamen explicare veritatem secundum auditum verborum. Si enim diceret ex sanguine, singulari timere, non explicaret quod volebat, Ex sanguinibus enim homines nascuntur maris & foeminae: Dicamus ergo, non timeamus ferulas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam & certiore perueniamus. Reprehendit qui intelligit, ingratus quia intellexit. Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri.) Carnem pro foemina posuit, quia de costa cum facta esset, Adam dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et Apostolus ait, Qui diligit

Philip. 3.

**D** facta sunt. Et sui eum non receperunt.) Qui sui homines quos fecit. Iudaei quos primitus fecit super omnes gentes esse, quia aliae gentes idola adorabant, & demonibus seruiebant. Ille autem populus natus erat de semine Abrahae, & ipsi maxime sui, quia & per carnem quem suscipere dignatus est cognati. In sua propria venit, & sui eum non receperunt. Ommino nullus recepit? Nullus ergo saluus factus est? Nemo ergo saluus fiet, nisi qui Christum susceperit venientem. Sed addidit, Quotquot autem receperunt eum.) Quid eis praestitit? Magnam benevolentiam, magnam misericordiam. Vnicui natus est, & noluit manere vnus. Multi homines cum filios non habuerint, peracta aetate adoptant sibi, & voluntate faciunt quod natura non potuerunt: hoc faciunt homines. Si autem aliquis habeat filium vnicui, gaudet de illo magis, quia solus omnia possessurus est, & non habebit qui cum eo diuidat hereditatem, ut pauperior remaneat. Non sic deus, vnicui eundem ipsum quem genuerat, & per quem cuncta creauerat, misit in hunc mundum, ut non esset vnicui, sed fratres haberet adoptatos. Non enim nos nati sumus de deo quomodo ille vnigenitus, sed adoptati per gratiam ipsius. Ille enim venit vnigenitus ut solueret peccata, quibus peccatis implicabamur ne adoptaret nos, propter impedimentum eorum, quos sibi fratres facere volebat, ipse soluit & fecit cohaeredes. Sic enim dicit Apostolus, Si autem filij, & haeredes per deum. Et iterum, Haeredes quidem dei, cohaeredes autem Christi. Non timuit ille habere cohaeredes: quia hereditas eius non fit angusta, si multi eam possederint, Illi ipsi certe illo ipso possidente sunt hereditas ipsius, & ille vicissim fit hereditas ipsorum. Audi quomodo ipsi fiant hereditas ipsius, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Postula a me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Ille quomodo fit hereditas eorum? Dicit in Psalmo, Dominus pars hereditatis meae & calicis mei. Et nos illum possideamus, & ipse nos possideat. Ille nos possideat sicut dominus: Nos illum possideamus sicut salutem, nos eum possideamus sicut lucem. Quid ergo dedit his qui receperunt illum?

**E** Dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius.) ut teneant lignum & mare transeant. Et quomodo illi nascuntur? Illi quia filij dei sunt & fratres Christi, utique nascuntur: Nam si non nascuntur, filij quomodo esse possunt? Sed filij hominum nascuntur ex carne & sanguine; & ex voluntate viri & complexu coniugij. Illi autem quomodo ei nascuntur? Qui non ex sanguinibus, tanquam maris & foeminae. Sanguines non est latinum, sed quia Graece positum est pluraliter, maluit ille qui interpretabatur sic ponere, & quasi minus latine loqui secundum Grammaticos, & tamen explicare veritatem secundum auditum verborum. Si enim diceret ex sanguine, singulari timere, non explicaret quod volebat, Ex sanguinibus enim homines nascuntur maris & foeminae: Dicamus ergo, non timeamus ferulas Grammaticorum, dum tamen ad veritatem solidam & certiore perueniamus. Reprehendit qui intelligit, ingratus quia intellexit. Non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri.) Carnem pro foemina posuit, quia de costa cum facta esset, Adam dixit, Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea. Et Apostolus ait, Qui diligit

Roma. 8.

Psal. 131.

Psal. 131.

Psal. 131.

Gene. 2.

Eph. 5.

diligit

G diligit uxorem suam, seipsum diligit: nemo enim vquam carnem suam odio habet. Ponitur ergo caro pro uxore, quomodo & aliquando spiritus pro marito. Quare? Quia ille regit, hæc regitur: ille imperare debet, ista seruire: nam ubi caro imperat, & spiritus seruit, peruersa domus est. Quid peius domo, ubi femina habet imperium super virum? Recta autem domus ubi vir imperat, femina obtemperat. Rectus ergo ipse homo ubi spiritus imperat, caro seruit. Hi ergo non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt.) Vt autem homines nascerentur ex deo, primo ex ipsiis natus est deus. Christus enim deus, & Christus natus ex hominibus, non quaesivit quidem nisi matrem in terra, quia iam patrem habebat in caelo: natus ex deo per quem efficeremur, natus ex femina per quam resciceremur. Noli ergo mirari o homo, quia efficeris filius per gratiam, quia nasceris ex deo secundum verbum eius. Prius ipsum verbum voluit nasci ex homine, ut tu securus nascereris ex deo, & diceres tibi. Non sine causa deus nasci ex homine voluit, nisi quia alicuius momenti me existimauit, ut immortalem me faceret, & pro me mortaliter nasceretur. Ideo cum dixisset, ex deo nati sunt, quasi ne miraremur & exhoreremus tantam gratiam, ut nobis incredibile videretur, quia homines ex deo nati sunt, quasi securum te faciens, ait, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis.) Quid ergo miraris, quia homines ex deo nascuntur? Attende ipsum deum natum ex hominibus. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis: quia vero verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ipsa natiuitate collyrium fecit, vnde tergerentur oculi cordis nostri, ut possimus videre maiestatem eius per eius humilitatem. Ideo factum est verbum caro, & habitauit in nobis: sanauit oculos nostros. Et quid sequitur? Et vidimus gloriam eius.) Gloriam eius nemo poterat videre, nisi carnis humilitate sanaretur, vnde non poteramus videre. Intendat ergo charitas vestra, & videte quod dico. Irruerat homini quasi puluis in oculum, irruerat terra, sauciuerat oculum, videre non poterat lucem. Oculus iste sauciatus inungitur: terra sauciatus erat, & terra illuc mittitur ut sanetur. Omnia enim collyria & medicamenta nihil sunt, nisi de terra. De puluere cæcatus es, de puluere sanaris: ergo caro te cæcauerat, caro te sanat. Carnalis enim anima facta erat consentiendo affectibus carnalibus, inde fuerat oculus cordis cæcatus: Verbum caro factum est. Medicus iste tibi fecit collyrium. Et quoniam sic venit ut de carne vitia carnis extingueret, & de morte occideret mortem: ideo factum est in te, ut quoniam verbum caro factum est, tu possis dicere, Et vidimus gloriam eius. Qualem gloriam? Qualis factus est filius hominis. Illa humilitas ipsius est, non gloria ipsius. Sed ad quod perducta est actus hominis curata per carnem? Vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti a patre, plenum gratiae & veritatis.) De gratia & veritate alio loco vberius in ipso Euangelio, si dominus dignatus fuerit donare, tractabimus. Hæc nunc sufficiant, adificamini in domino Iesu Christo, & confortamini in fide, & vigilate in bonis operibus, & a ligno nolite recedere, per quod possitis mare transire.

Ab eo quod scriptum est, Ioannes testimonium perhibet de ipso: usque ad id quod ait, Lex per Moysen data

est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. K  
Tractatus III.



Gratiam & veritatem dei, qua plenus sanctis apparuit vnigenitus filius dominus & saluator noster Iesus Christus, distinguendam a veteri testamento, quoniam res est noui testamenti, suscepimus in nomine domini, & vestrae charitati promissimus. Adestote ergo intenti, ut & quantum capio, donet deus, & quantum capitis, audiat. Reliquum enim erit, ut si semen quod spargitur in cordibus vestris, non abstulerint aues, nec spinæ praefocauerint, nec æstus exusserit, accedente pluuia hortationum quotidianarum, & cogitationibus vestris bonis quibus hoc agitur in corde, quod agitur in agro raris, ut gleba frangatur, & semen operiatur, & germinare possit ut afferat fructum, ad quem gaudeat & lætetur agricola. Si autem pro semine bono & pro pluuia bona, non fructum, sed spinas attulerimus, nec semen accusabitur, nec pluuia erit in crimine, sed spinis ignis debitus preparabitur. Homines sumus, quod puto non diu esse suadendum charitati vestra, Christiani, & si Christiani, utique ipso nomine ad Christum pertinentes. Huius signum in fronte gestamus: de quo non erubescimus, si & in corde gestamus. Signum eius est humilitas eius. Per stellam eum Magi cognouerunt, & erat hoc signum de domino datum caeleste atque præclarum. Noluit stellam esse in fronte fidelium signum suum, sed crucem suam: vnde humiliatus, inde glorificatus est. Inde exiit humiles, quo humiliatus ipse descendit. Pertinemus ergo ad Euangelium, pertinemus ad nouum testamentum. Lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Iesum Christum facta est. Interrogamus Apostolum, & dicit nobis, Quoniam non sumus sub lege, sed sub gratia, Misit ergo filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Ecce ad hoc venit Christus, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut iam non simus sub lege, sed sub gratia. Quis ergo dedit legem? Ille dedit legem, qui dedit & gratiam: Sed legem per seruum misit, cum gratia ipse descendit. Et vnde facti erant homines sub lege? Non implendo legem: qui enim legem implet, non est sub lege, sed cum lege: qui autem sub lege est, non subleuatur, sed premitur lege. Omnes itaque homines sub lege constitutos reos facit lex, & ad hoc illis super caput est, ut ostendat peccata, non tollat. Lex ergo iubet, dator legis miseretur. In eo quod lex iubet, conantes homines implere viribus suis, quod a lege præceptum est, ipsa sua temeritate & præcipiti præsumptione ceciderunt, & non sunt cum lege, sed sub lege facti sunt rei. Et quoniam suis viribus implere non poterant legem, facti rei sub lege, implorauerunt liberatoris auxilium, & reatus legis fecit ægritudinem superbis. Aegritudo superborum, facta est confessio humilium. Iam confitentur agroti quia agrotant, veniat medicus, & sanat agrotos. Medicus quis est? Dominus noster Iesus Christus: Quis dominus noster Iesus Christus? Ille qui visus est ab eis, a quibus crucifixus est. Ille qui apprehensus, colaphizatus, flagellatus, sputis illitus, spinis coronatus, in cruce suspensus, mortuus, lancea vulneratus, de cruce depositus, in sepulchro positus. Ille ipse dominus noster Iesus Christus: ille ipse planè, & ipse est totus medicus vulnerum nostrorum crucifixus. Ille cui insultatum est, quo

A quo pendente persecutores caput agitabant, & dicebāt, Si filius dei es, descende de cruce. Ipse est totus medicus noster, ipse planè. Quare ergo non ostendit insultantibus quia ipse erat filius dei, ut si se permisit in cruce leuari, saltem cum illi dicerent, Si filius dei es, descendat de cruce: tunc descenderet & ostenderet eis verum se esse filium dei, quem illi ausi fuerant irridere? Noluit. Quare noluit? Nunquid quia non potuit? Potuit planè. Quid est enim amplius de cruce descendere, an de sepulchro surgere? Sed pertulit insultantes: nam crux non ad potentia documentum, sed ad exemplum patientiae suscepta est. Ibi vulnera tua curauit, ubi sua diu pertulit. Ibi te a morte sempiterna sanauit, ubi temporaliter mori dignatus est, & mortuus est. An non in illo mors mortua est? Qualis mors? Quæ mortem occidit. Ipse est tamen dominus noster Iesus Christus totus, qui videbatur & tenebatur & crucifigebatur? Non totum hoc ipse est. Hoc ipse est quidem: sed non totum illud quod videbatur a ludæis, non hoc est totum Christus. Et quid est? In principio erat verbum. In quo principio? Et verbum erat apud deum. Et quale verbum? Et deus erat verbum? Nunquid forte a deo factum est hoc verbum? Non. Hoc enim erat in principio apud deum. Quid ergo alia quæ fecit deus non similia sunt verbo? Non. Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quomodo per ipsum omnia sunt facta? Quia quod factum est, in ipso vita erat, & antequam fieret, vita erat. Quod factum est, non est vita: sed in arte, hoc est, in sapientia dei, antequam fieret vita erat. Quod factum est, transit: quod est in sapientia, transire non potest. Vita ergo in illo erat quod factum est. Et qualis vita? Quia & anima corporis vita est. Corpus nostrum habet vitam suam, quam cum amiserit, mors est corporis. Talis ergo erat illa vita? Non. Sed vita erat lux hominum. Nunquid lux pecorum? Nam ista lux & hominum & pecorum est. Est quædam lux hominum, vnde distant homines a pecoribus. Videamus, & tunc intelligemus quid sit lux hominum. Non distas a pecore, nisi intellectu. Noli aliunde gloriari. De viribus præsumis, a bestiis vincis: de velocitate præsumis, a muscis vincis: de pulchritudine præsumis: quanta pulchritudo est in pennis pauonis? Vnde ergo melior? Ex imagine dei. Vbi imago dei? In mente, in intellectu. Si ergo ideo melior pecude, quia habes mentem qua intelligas, quod non potest pecus intelligere: inde autem homo, quia melior pecore. Lux hominum est lux mentium: lux mentium supra mentes est, & excedit omnes mentes. Hoc enim erat vita illa, per quam facta sunt omnia. Vbi erat? Hic erat. An apud patrem erat, & hic non erat? An quod verius est & apud patrem erat & hic erat? Si ergo hic erat, quare non videbatur? Quia lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. O homines, nolite esse tenebræ, nolite esse infideles, iniqui, rapaces, auari, amatores seculi. Hæc sunt enim tenebræ. Lux non est absens, sed vos absentes estis a luce. Cæcus in sole præsentem habet solem, sed absens est ipse soli. Nolite ergo esse tenebræ. Hæc est enim forte gratia de qua dicturus sum. Utinam non simus tenebræ, & dicat nobis Apostolus, Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Quia ergo non videbatur lux hominum, id est, lux mentium, opus erat ut homo diceret de luce testimonium, non quidem tenebrosus, sed iam illuminatus: nec tamen quia illuminatus ideo ipse lux, sed ut testimonium perhi-

beret de lumine: nam non erat ille lux. Et quæ erat illa lux? Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et ubi erat ista? In hoc mundo erat. Et quomodo in hoc mundo erat, nunquid sicut ista lux solis, lunæ, lucernarum, sic & ista lux in mundo est? Non. Quia mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit: hoc est, lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt: mundus enim tenebræ, quia dilectores mundi, mundus. Non enim creatura non agnouit creatorem suum: testimonium dedit caelum de stella: testimonium dedit mare, portans ambulante dominum suum: testimonium dederunt venti, qui ad eius iussum quieuerunt: testimonium dedit terra, illo crucifixo contremuit. Si omnia ista testimonium dederunt, quomodo mundus eum non cognouit, nisi quia mundi dilectores sunt mundi, corde habitantes mundum? Et malus mundus, quia mali homines habitatores mundi: sicut mala domus, non parietes, sed inhabitantes. In propria venit, id est, in sua venit, & sui eum non receperunt. Quæ ergo spes est, nisi quia quotquot receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri? Si filii sunt, nascuntur: si nascuntur, quomodo nascuntur? Non ex carne, non ex sanguinibus, non ex voluntate carnis, non ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. Gaudeant ergo, quia ex deo nati sunt: præsumant se pertinere ad deum, accipiant documentum, quia ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Si verbum non erubuit nasci de homine, homines erubescunt nasci de deo? Hoc autem quia fecit, curauit: quia curauit, videmus. Hoc est enim quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis: medicamentum nobis factum est, ut quia terra cæcabamur, de terra sanaueremur, & sanati quid videremus? Et vidimus, inquit, gloriam eius, gloriam tanquam vnigeniti a patre, plenum gratiae & veritatis. Ioannes testimonium perhibet de ipso & clamat, dicens, Hic erat quem dixi, Qui post me venit, ante me factus est.) Post me venit, & præcessit me. Quid est, ante me factus est? Præcessit me, non factus est antequam factus essem ego, sed antepositus est mihi, hoc est, ante me factus est. Quare ante te factus est, cum post te venerit? Quia prior me erat.) Prior te o Ioannes. Quid magnum si prior te? Bene, quia tu illi perhibes testimonium: Audiamus ipsum dicentem, Et ante Abraham ego sum. Sed & Abraham in medio generis humani ortus est: multi ante illum, multi post illum. Audi vocem patris ad filium, Ante luciferum genui te. Qui ante luciferum genitus est, omnes ipse illuminat. Dicitur enim quidam lucifer qui cecidit: erat enim angelus, & factus est diabolus: & dixit de illo scriptura, Lucifer qui mane oriebatur, cecidit. Vnde lucifer? Quia illuminatus lucebat. Vnde autem tenebrosus factus? Quia in veritate non stetit. Ergo ille ante luciferum, ante omnem illuminatum: siquidem ante omnem illuminatum esse necesse est, a quo illuminantur omnes qui illuminari possunt: ideo hoc sequitur, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus.) Quid accepistis? Et gratiam pro gratia.) Sic enim habent verba euangelica collata cum exemplaribus Græcis. Non ait, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia: sed sic ait, Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: id est accepimus, ut nescio quid nos voluerit intelligere de plenitudine eius accepisse, & insuper gratiam pro gratia. Accepimus enim de plenitudine eius,

G eius, primo gratiam: & rursus accepimus gratiam pro gratia. Quam gratiam primo accepimus? Fidem. In fide ambulantes in gratiam ambulamus. Unde enim hoc meruimus? Quibus nostris precedentibus meritis? Non se quisque compalpet, redeat in conscientiam suam, quaerat latebras cogitationum suarum, redeat ad feriem factorum suorum: non attendat quid sit si iam aliquid est, sed quid fuerit ut esset aliquid, inueniet non se dignum fuisse nisi supplicio. Si ergo supplicio dignus fuisti, & venit ille qui non peccata puniret, sed peccata donaret, gratia tibi data est, non merces reddita. Unde vocatur gratia? Quia gratis datur. Non enim precedentibus meritis emisisti quod accepisti. Hanc ergo accepit gratiam primam peccator, ut eius peccata dimitterentur. Quid meruit? Interroget iustitiam, inueniet poenam. Interroget misericordiam, inueniet gratiam. Sed hoc promiserat deus per Prophetas. Itaque cum venit dare quod promiserat, non solum gratiam dedit, sed & veritatem. Quomodo exhibita est veritas? Quia factum est quod promissum est. Quid est ergo gratiam pro gratia? Fide promeremur deum, & qui digni non eramus quibus peccata dimitterentur, ex eo quia tantum donum indigni accepimus, gratia vocatur. Quid est gratia? Gratis data. Quid est gratia? Gratis donata, non reddita. Si tibi debebatur, merces reddita est, non gratia donata. Si autem vere debebatur, bonus fuisti: si autem non merito tuo, ut verum est, malus fuisti. Credidisti autem in eum qui iustificat impium. Quid est qui iustificat impium? Ex impio facit pium. Cogita quid per legem tibi imminere debebat, & quid per gratiam consecutus sis. Si consecutus autem es istam gratiam fidei, eris iustus ex fide. Iustus enim ex fide uiuit, & promeretur deum uiuendo ex fide, accipies premium immortalitatem, & vitam aeternam: & illa gratia est, non pro merito quidem accipies vitam aeternam, sed tantum pro gratia. Si enim fides gratia est, & vita aeterna quasi merces est fidei, videtur quidem deus vitam aeternam tanquam debitam reddere. Cui debitam? Fidelis, quia promeruit illam per fidem. Sed quia ipsa fides gratia est, & vita aeterna gratia est pro gratia: audi Paulum Apostolum confitentem gratiam, & postea debitum expentem. Confessio gratiae quae est in Paulo? Qui prius fui blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam, inquit, consecutus sum. Indignum se dixit qui sequeretur, consecutum tamen non per merita sua, sed per misericordiam dei. Audi illum iam flagitantem debitum, qui primo indebitam susceperat gratiam. Ego enim, inquit, iam immolor, & tempus resolutionis meae instat, bonum certamen certavi, cursum consummaui, fidem seruauit, de caetero reposita est mihi corona iustitiae. Iam debitum flagitat, iam debitum exigit. Nam vide verba sequentia, Quam mihi reddet dominus in illa die, iustus iudex. Ut ante susceperet gratiam, misericordem patrem opus habebat: ut premium gratiae, iudicem iustum: qui non damnauit impium, donauit fidelem. Et tamen si bene cogites, ipse dedit fidem primo, qua eum promeruit: non enim de tuo promeruit, ut tibi aliquid deberetur. Quod ergo premium immortalitatis postea tribuit, dona sua coronat, non merita tua. Ergo fratres, omnes de plenitudine eius accepimus. De plenitudine misericordiae eius, de abundantia bonitatis eius accepimus. Quid? Remissionem peccatorum, ut iustificemur ex fide. Et insuper quid? Gratiam pro gratia, id est, pro hac gra-

tia, in qua ex fide uiuimus, recepturi sumus aliam. Quid tamen nisi gratiam? Nam si dixero, quia & hoc debetur, aliquid mihi assigno quasi cui debebatur. Coronatur autem in nobis deus dona misericordiae suae, sed si in ea gratia quam primam accepimus, perseveranter ambulamus. Lex enim per Moysen data est, quae reos tenebat. Quid enim ait Apostolus, Lex subintravit, ut abundaret delictum. Hoc proderat superbis ut abundaret delictum: multum enim sibi dabant, & quasi viribus suis multum assignabant, & non poterant implere iustitiam, nisi adiuuaret ille qui iustus erat. Superbiam illorum volens domare deus, dedit legem tantquam dicens, Ecce implete, ne putetis deesse inuentem. Non deest qui iubeat, sed deest qui impleat. Si ergo deest qui impleat, unde non implet? Quia natus cum traduce peccati & mortis, de Adam natus traxit secum quod ibi conceptum est. Cecidit primus homo, & omnes qui de illo nati sunt, de illo traxerunt concupiscentiam carnis. Oportebat ut nasceretur alius homo, qui nullam traxit concupiscentiam, homo & homo, homo ad mortem, & homo ad vitam: sicut dicit Apostolus, Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Per quem hominem mors, & per quem hominem resurrectio mortuorum? Noli festinare. Sequitur & dicit, Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Qui pertinent ad Adam? Omnes qui nati sunt de Adam. Qui ad Christum? Omnes qui renati sunt per Christum. Quare omnes in peccato? Quia nemo natus est praeter Adam. Ut autem omnes nascerentur ex Adam, necessitatis fuit ex damnatione: nasci per Christum, voluntatis est & gratiae. Non coguntur homines nasci per Christum, non quia uoluerunt nati sunt ex Adam: omnes tamen qui ex Adam cum peccato, peccatores: omnes qui per Christum iustificati, iusti, non in se sed in illo: nam in se si interrogas, Adam sunt: in illo si interrogas, Christi sunt. Quare? Quia ille caput dominus noster Iesus Christus, non cum traduce peccati uenit, sed tamen uenit cum carne mortali. Mors peccatorum poena erat, in domino munus misericordiae erat, non poena peccati. Non enim aliquid habebat dominus, quare iuste moreretur. Ipse ait, Ecce uenit princeps huius mundi, & in me nihil inuenit. Quare ergo moreris? Sed ut sciant omnes quia uoluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. Non habebat ille quare moreretur, & mortuus est: tu habes quare, & mori dedignaris. Dignare aequo animo pati per meritum tuum, quod ille pati dignatus est, ut te a sempiterna morte liberaret. Homo & homo: sed ille non nisi homo: iste deus & homo. Ille homo peccati, iste homo iustitiae. Mortuus es in Adam, resurge in Christum, nam utrunque debetur tibi. Iam credidisti in Christum, reddes tamen quod debes de Adam. Sed non te in aeternum tenebit uinculum peccati: quia mortem tuam aeternam occidit mors temporalis domini dei tui. Ipsa est gratia fratres mei, ipsa est & ueritas, quia & promissa & exhibita. Non erat ista in ueteri testamento, quia lex minabatur, non opitulabatur: iniebat, non sanabat: languorem ostendebat, non aufererat: sed illi praeparabat medico uenturo cum gratia & ueritate: tanquam ad aliquem, quem curare uult medicus, mittat primum seruum suum, ut ligatum illum inueniat. Sanus non erat, & sanari uolebat, & ne sanaretur, sanus se esse iactabat. Missa lex est, ligauit eum, inuenit se reum, iam clamabat de ligatura. Venit dominus

Roma. 5.

f. alias, iustitiae.

1. Cor. 15.

L

Ioan. 1. 4.

M

A minus, curat amaris aliquantum & acerbis medicamentis. Dicit enim agrote, fert: dicit, tolera: dicit, noli diligere mundum, habeto patientiam, curet te ignis continentiae, ferrum persecutionum tolerant uulnera tua. Expalescebas qui fuisti ligatus, liber ille & non ligatus bibit quod tibi dabat: prior passus est ut te consolaretur, tanquam dices, Quod times pati pro te, prior patior pro te. Haec est gratia & magna gratia, quis illam digne collaudat? De humilitate Christi loquor fratres mei: Maiestatem Christi & diuinitatem Christi, quis loquitur in explicando & dicendo? Ut quoquo modo humilitatem Christi loquamur non sufficimus, imò deficiamus, totum cogitantibus committimus, non audientibus adimplemus, Cogitate humilitatem Christi. Sed quis nobis, inquit, eam explicat, nisi tu dicas? Ille intus dicat, melius illud dicit qui intus habitat, quam qui foris clamat. Ipse uobis ostendat gratiam humilitatis suae, qui cepit habitare in cordibus uestris. Iam uero si in eius humilitate explicanda & eroganda deficiamus, maiestatem eius quis loquatur? Si uerbum caro factum conturbat nos, in principio erat uerbum, quis explicabit? Tenete ergo fratres mei soliditatem istam. Lex per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Per seruum lex data est, reos fecit: per imperatorem indulgentia data est, reos liberauit. Lex per Moysen data est: Non sibi aliquid amplius seruus assignet, quam quod per illum factum est. Electus ad magnum ministerium tanquam fidelis in domo, sed tamen seruus agere secundum legem potest, soluere a reatu legis non potest. Lex ergo per Moysen data est, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est. Et forte aliquis dicat, Et gratia & ueritas non est facta per Moysen, qui uidit deum? statim subiecit, Deum nemo uidit unquam. Et unde innotuit Moysi deus? Quia reuelauit seruo suo dominus. Quis dominus? Ipse Christus qui praemisit legem per seruum, ut ueniret ipse cum gratia & ueritate. Deum enim nemo uidit unquam. Et unde illi seruo quantum capere posset apparuit? Sed unigenitus, inquit, filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Quid est in sinu patris? In secreto patris. Non enim deus habet sinum, sicut nos habemus in uentibus, aut cogitandus est sic sedere quomodo nos, aut forte cinctus est ut sinum haberet: sed quia sinus noster intus est, secretum patris, sinum patris uocamus. In secreto patris qui patrem nouit, ipse enarrauit: Nam deum nemo uidit unquam. Ipse ergo uenit, & narrauit quicquid uidit. Quid uidit Moyses? Moyses uidit nubem, uidit angelum, uidit ignem, omnis illa creatura typum domini sui gerebat, non ipsius domini praesentiam exhibebat. Nanque aperte habes in lege, Et loquebatur Moyses cum domino, e contra in incontra, sicut amicus cum amico suo. Si quaeris ipsam scripturam, inuenies Moysen dicentem, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi te ipsum manifeste ut uideam te. Et parum est quia dixit: responsum accepit, Non potes uideri faciem meam. Loquebatur ergo fratres charissimi cum Moysen angelus, portans typum domini, & illa omnia quae ibi per angelum facta sunt, futuram istam gratiam & ueritatem promittebant. Qui bene scrutantur legem, nouerunt: & cum opportunum est, ut & nos aliquid inde dicamus, quantum dominus reuelat, non tacemus charitati uestrae. Illud autem sciatis, quia omnia quae corporaliter uisa sunt, non erant illa substantia dei. Illa enim carnis oculis uidemus, dei substantia unde uide-

Exod. 3.

Exod. 33.

C

Matth. 5.

D

1. Cor. 1.

Exod. 20.

E

Ioan. 8.

Exod. 20.

Exod. 34.

Ioan. 17.

tur: Euangelium interroga, Beati mundo corde, quia ipsi deum uidebunt. Fuerunt homines qui dicerent uanitate sui cordis decepti: Pater inuisibilis est, filius autem uisibilis est. Unde uisibilis nisi propter carnem? quia suscepit carnem, manifestum est. Illi enim qui carnem Christi uiderunt, aliqui crediderunt, aliqui crucifixerunt. Et qui crediderunt, illo crucifixo mutauerunt, & nisi ipsam post resurrectionem palparent, fides ad eos non reuocaretur. Si ergo propter carnem uisibilis filius est, & nos concedimus, & est catholica fides. Si autem ante carnem uisibilis, sicut ipsi dicunt, id est, antequam incarnaretur, multum delirant, & multum errant. Facta enim sunt illa uisibilia corporaliter per creaturam, in quibus typus ostenderetur, non utique substantia ipsa demonstrabatur & manifestabatur. Et hoc attendat charitas uestra leue documentum. Sapientia dei uideri oculis non potest. Fratres, si Christus sapientia dei & uirtus dei, si Christus uerbum dei: uerbum hominis oculis non uidetur, uerbum dei uideri sic potest? Expellite ergo de cordibus uestris carnales cogitationes, ut uere sitis sub gratia, ut ad nouum testamentum pertineatis: ideo uita aeterna promittitur in nouo testamento: Legite uetus testamentum & uidete, quia carnali adhuc populo ea quidem praecipiebantur quae nobis. Nam unum deum colere & nobis praecipitur: Non accipies in uanum nomen domini dei tui: & nobis praecipitur, quod est secundum praecipitum. Obserua diem sabbati: magis nobis praecipit, quia spiritualiter obseruandum praecipitur: Iudaei enim seruuliter obseruabant diem sabbati, ad luxuriam, ad ebrietatem. Quanto melius foemina eorum lanam facerent, quam illo die in Neomeniis saltarent. Absit fratres, ut illos dicamus obseruare sabbati. Spiritualiter obseruat sabbatum Christianus, abstinens se ab opere seruili. Quid est enim ab opere seruili? A peccato. Et unde probamus? Dominum interroga, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Ergo & nobis praecipitur spiritualiter obseruatio sabbati. Nam illa omnia praecipit nobis magis praecipiantur, & obseruanda sunt, Non occides: Non moechaberis: Non furaberis: Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem tuam: Non concupisces rem proximi tui: Non concupisces uxorem proximi tui. Nonne ista omnia & nobis praecipuntur? Sed quare mercedem, & inuenies ibi dici, Ut expellantur hostes a facie tua, & accipietis terram quam promissit deus patribus uestris: quia non poterant capere inuisibilia, per uisibilia tenebantur. Quare tenebantur? Ne penitus interirent, & ad idola laberentur. Nam fecerunt hoc fratres mei sicut legitur, obliui tanta miracula, quae fecit deus coram oculis eorum. Mare discissum est, uia facta est in medijs fluctibus, sequentes hostes eorum eisdem aquis aperti sunt, per quas illi transierunt. Et cum Moyses homo dei recessisset ab oculis eorum, idolum petierunt & dixerunt, Fac nobis deos qui nos praecedat, quia ille homo dimisit nos. Tota spes eorum in homine posita erat, non in deo. Ecce mortuus est homo, nunquid mortuus est deus, qui eruit eos de terra Aegypti? Et cum fecissent sibi imaginem uituli, adorauerunt & dixerunt, Hi sunt dii tui Israel, qui te liberauerunt de terra Aegypti. Quam cito obliui tam magnificam gratiam? Quibus ergo modis teneretur populus talis, nisi promissis carnalibus? Ea ibi iabantur in decalogo legis quae & nobis, sed non ea promittuntur quae nobis. Nobis quid promittitur? Vita aeterna. Haec est autem uita aeterna, ut cognoscant

Roma. 4.

Abacuc. 2. Roma. 1.

1. Timo. 1.

1. Timo. 4.

f. alias, damnabit fidelis.



**G**noscant te vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Cognitio dei promittitur: ipsa est gratia pro gratia. Fratres, modo credimus, non videmus. Pro ista fide premiū erit videre quod credimus. Nouerant hoc Propheta, sed occultum erat antequam veniret. Nam quidam suspirans amator in Psalmis dicit, Vnam petij à domino, hanc requiram. Et queris quid petat? Forte enim terrā petit fluentē lacte & melle carnaliter, quāuis spiritaliter ista querenda sit & petēda: aut forte subiectionem hostium suorum, aut mortem inimicorum, aut imperia, & facultates huius seculi. Ardet enim amore, & multum suspirat, & aestuat & anhelat. Videamus quid petat, Vnam petij à domino, hanc requiram. Quid est hoc quod requirit? Vt inhabitem, inquit, in domo domini, per omnes dies vitæ meæ. Et puta quia habitas in domo domini, vnde ibi erit gaudium tuum? Vt contempler, inquit, delectationem domini. Fratres mei, vnde clamatis, vnde exultatis: vnde amatis, nisi quia ibi est scintilla huius charitatis? Quid desideratis rogo vos? Quod videri potest oculis, tangi potest. Pulchritudo aliqua est quæ oculos delectat. Nonne martyres amari sunt vehementer, & quando eos commemoramus, inardescimus in amore? Quid in illis amamus fratres? Membra laniata à feris? Quid fœdus, si oculos carnis interrogas: quid pulchrius, si oculos mentis interrogas? Quid tibi videtur adolescens pulcherrimus, fur? Quomodo horrent oculi tui: nunquid oculi carnis horrent? Si ipsos interrogas, nihil illo corpore compositius, nihil ornatius, & parilitas membrorum, & coloris delectatio illicit oculis: & tamen cum audis, quia fur est, fugis hominem animo. Vides ex alia parte seminem curuum, baculo innitētem, vix se mouentem, rugis vndique exaratum, quid vides quod oculos delectet? Audis quia iustus est, amas, amplecteris. Talia nobis præmia promissa sunt fratres mei, tale aliquid amate, tali regno suspirate, & talem patriam desiderate, si vultis peruenire ad id, cum quo venit dominus noster, id est, ad gratiam & veritatem. Si autem corporalia præmia concupieris à deo, adhuc sub lege es, & ideo ipsam legem implebis. † Quando enim videris abundare ista temporalia in eis qui deum offendunt, nutant gressus tui, & dicit tibi, Ecce ego colo deum, quotidie ad Ecclesiam curro, genua mihi trita sunt in orationibus, & assidue ægroto: homicidia faciunt homines, rapinas faciunt, exultant & abundant, bene est illis. Talia ergo quærebas à deo. Certe ad gratiam pertinebas. Si gratiam ideo tibi dedit deus, quia gratis dedit, gratis ama, noli ad præmium diligere deum, ipse sit tibi præmium tuum, Dicat anima tua, Vnam petij à domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo domini per omnes dies vitæ meæ, vt contempler delectationem domini, Noli timere, ne fastidio deficias. Talis erit illa delectatio pulchritudinis, vt semper tibi prærens sit & nunquam fatieris, imò semper fatieris & nunquam fatieris. Si enim dixerō, quia non fatiaberis, fames erit: si dixerō, quia fatiaberis, fastidium timeo: ibi nec fastidium erit, nec fames, quid dicam, nescio. Sed deus habet quod exhibeat non inuenientibus quomodo dicāt, & credentibus quod accipiant.

*Ab eo quod scriptū est, Et hoc est testimonium Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas: usque ad id, Et ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quē uideris spirituum descendētem sicut columbā & manentē super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Tractatus. IIII.*



**S**epissime audiuit sanctitas vestra, & optime nostis, quoniam Ioannes Baptista quanto præclarior erat in natis mulierum, & quanto humilior ad cognoscendum deum, tanto meruit esse amicus sponsi, zelans non sibi, non suum honorem querens, sed iudicis sui, quem tanquam præco præbat. Itaque Prophetis præcedentibus prænunciare de Christo futura concessum est: huic autem digito ostendere. Sicut enim ignorabatur Christus ab his qui Prophetis non crediderant antequam veniret, sic ab eis ignorabatur & prærens. Venerat enim humiliter primo & occultus, tanto occultior, quanto humilior. Populi autem spernentes propter superbiam suam humilitatem dei, crucifixerunt saluatorem suum, & fecerunt damnatorem suum. Sed qui primo venit occultus, quia venit humilis, nunquid deinceps non est venturus manifestus, quia excelsus? Audistis modo psalmum, Deus manifestus veniet, deus noster & non silebit. Sicut ut iudicaretur, non silebit cū coperit iudicare. Non diceretur, manifestus veniet, nisi primo venisset occultus: nec diceretur, non silebit, nisi quia primo siluit. Quomodo ergo siluit? Interroga Esaiam, Sicut ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram eo qui se tondet, fuit sine voce, sic non aperuit os suum. Veniet autem manifestus, & non silebit. Quomodo manifestus? Ignis ante eum præbit, & in circuitu eius tempestas valida. Tempestas valida tollere habet totam paleam de area, quæ modo tritatur: & ignis incendere quod tempestas abstulerit. Modo autem tacet, tacet iudicio, sed non tacet præcepto. Si enim tacet Christus, quid sibi volunt hæc Euangelia? quid sibi volunt voces apostolicæ? quid cantica psalmorum? quid eloquia Prophetarum? In his enim omnibus Christus non tacet. Sed tacet modo ne vindicet, non tacet vt moneat. Veniet autem præclarus in vindicta, & apparebit omnibus, & qui in eum non credunt. Modo vero quia & prærens occultus erat: oportebat enim vt contemneretur, nisi enim contemneretur, non crucifigeretur. Si non crucifigeretur, non funderet sanguinem, quo precio nos redemit. Vt autem daret precium, pro nobis crucifixus est, vt crucifigeretur contemptus est, vt contemneretur humilis apparuit. Tamen quia quasi in nocte apparuit in corpore mortali, lucernam sibi accendit vnde videretur. Ipsa lucerna Ioannes erat, de quo iam multa audistis, & prærens lectio Euangelij verba Ioannis continet. Primo quod principium est confidentis, quia non ipse erat Christus. Tanta autem excellentia erat in Ioanne vt posset credi Christus esse: & in eo probata est humilitas eius, quia dixit non se Christum esse, cum posset credi esse. Ergo hoc est testimonium Ioannis quando miserunt Iudæi ab Hierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum vt interrogarent eum, Tu quis es? Non autem mitterent, nisi mouerentur excellentia autoritatis eius, quia ausus est baptizare. Et confessus est & non negauit. Quid confessus est? Et confessus est, quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Helias es tu? Nouerāt enim quia præcellurus erat Helias Christum. Non enim alicui incognitum erat nomē Christi apud Iudæos. Istum non esse Christum putauerunt, non omnino Christum non esse venturum, cum sperarent venturum. Sic offenderunt in præsentem, offenderunt tanquam in humilem lapidem. Lapis enim ille adhuc partus erat, iam quidem præcisus de monte sine manibus: sicut dicit Daniel Propheta, vidisse se lapidem præcisum

Psal. 49.

Esai. 53.

L

Psal. 49.

M

Daniel. 2.

**A** præcisum de monte sine manibus. Sed quid sequitur? Et creuit, inquit, lapis ille, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersam faciem terræ. Videat ergo charitas vestra quod dico, Christus ante Iudæos iam præcisus erat de monte: montem regnum vult intelligi Iudæorum. Sed regnum Iudæorum non impleuerat vniuersam faciem terræ. Inde præcisus est ille lapis, quia inde natus est in præsentia dominus. Et quare sine manibus? Quia sine opere virili virgo peperit Christum. Iam ergo erat lapis ille præcisus sine manibus, ante oculos Iudæorum, sed humilis erat. Non immerito, quia nondum creuerat lapis ille, & impleuerat orbem terrarum, quod offendit in regno suo, quod est Ecclesia, quæ impleuit totam faciem terræ. Quia ergo nondum creuerat, offenderunt in illum tanquam in lapidem, & factum est in eis quod scriptum est, Qui ceciderit super lapidem conuallabitur, & super quos ceciderit lapis ille conteret eos. Primo super humilem ceciderunt, excelsus super illos venturus est. Sed vt eos venturus excelsus conterat, primo eos humilis quassauit. Offenderunt in eum, & quassati sunt: non contriti sed quassati sunt, iudicet excelsus & conteret eos. Sed ignoscendum est Iudæis, quia offenderunt in lapidem, qui nondum creuerat. Quales sunt illi qui in ipsum montem offenderunt? Iam de quibus dicam cognoscitis, qui negant Ecclesiam toto orbe diffusam, non in humilem lapidem, sed in ipsum montem offendunt, quod factus est ille lapis dum cresceret. Cæci Iudæi non viderunt humilem lapidem. Quanta cæcitas est nō videre montem? Ergo viderunt humilem, & non cognouerunt. Demonstrabatur illis per lucernam: nam primo ille quo maior nemo surrexerat in natis mulierum, dixit, Non sum ego Christus. Dictumque illi est, Nunquid tu es Helias? Respondit, Non sum. Christus enim præmittit ante se Heliam, & dixit non sum, & fecit nobis quæstionem. Timendum est enim, ne minus intelligentes contraria putent Ioannem dixisse quàm Christus dixit. Quodam enim loco, cū dominus Iesus Christus in Euangelio quædam diceret de se: responderunt illi discipuli, Quomodo enim dicunt scriba, id est periti legis quia Heliam oportet primum venire? Et ait dominus, Helias iam venit, & fecerunt ei quæ voluerunt, & si vultis scire, ipse est Ioannes Baptista. Dominus Iesus Christus dixit, Helias iam venit, & ipse est Ioannes Baptista. Ioannes autem interrogatus sic se confessus est Heliam non esse, quomodo nec Christum esse: & vtique sicut verum confessus est Christum se non esse: sic verum confessus est nec Heliam se esse. Quomodo ergo comparabimus dicta præconis cum dictis iudicis? Absit vt præco mentiatur: hoc enim loquitur quod audit à iudice. Quare ergo ille, non sum Helias: & dominus, ipse est Helias? Quia in eo dominus Iesus Christus præfigurare voluit futurum aduentum suum, & hoc dicere, quia in spiritu Helias erat Ioannes. Et quod erat Ioannes ad primum aduentum, hoc erit Helias ad secundum aduentum. Quomodo duo aduentus iudicis, sic duo præcones. Iudex quidem ipse, præcones autem duo, non duo iudices. Oportebat autem iudicem primo venire iudicandum: misit ante se primum præconem, vocauit illum Heliam: quia hoc erit in secundo aduentu Helias, quod in primo Ioannes. Iamque intendat charitas vestra quàm verum dicam. Quando conceptus est Ioannes, vel potius quando natus est, spiritus sanctus hoc de illo homine impleto prophetauit, Et erit, inquit, præcurzor altissimi, in spiritu & virtute

Luc. 20.

Math. 11.

Math. 17.

Luc. 1.

**H**elias. Non ergo Helias, sed in spiritu & virtute Helias. Quid est in spiritu & virtute Helias? In eodem spiritu sancto, vice Helias. Quare vice Helias? Quia quod Helias secundo, hoc Ioannes in primo aduentu fuit. Recte ergo modo Ioannes proprie respondit: nam dominus figurate, Helias ipse est Ioannes. Iste autem, vt dixi, proprie, non sum ego Helias. Si figuram præcurSIONIS aduertat, Ioannes ipse est Helias. Quod enim ille ad primum aduentum, hoc ille ad secundum erit. Si proprietatem personæ interrogas, Ioannes Ioannes, Helias Helias est. Dominus ergo ad præfigurationem recte ipse est Helias: Ioannes autem recte ad proprietatem, non sum Helias: nec Ioannes falsum, nec dominus falsum: nec præco falsum, nec iudex falsum, sed si intelligas. Quis autem intelligit, nisi qui imitatus fuerit humilitatem præconis, & cognouerit celsitudinem iudicis? Nihil enim humilium ipso præcone fratres mei, nullum tantum meritum Ioannes habuit quàm de ista ipsa humilitate, quod cum posset fallere homines, & putari Christus & haberi pro Christo: tanta enim gratia tantæque excellentiæ fuit, confessus est tamen aperte & dixit, Non sum ego Christus. Nunquid tu Helias es? Iam si diceret, Helias sum: ergo iam in secundo aduentu adueniens dominus iudicaret, non adhuc in primo iudicaretur, tanquā dicens, Venturus est adhuc & Helias, Non sum, inquit, Helias: sed obseruare humilem ante quem venit Ioannes, ne sentiat excelsum ante quem venturus est Helias. Nam & dominus ita cōpleuit, ipse est Ioannes Baptista qui venturus est Helias. Ipsa præfiguratione venit iste, quia proprietate venturus est Helias. Tunc Helias per proprietatem Helias erat, nunc per similitudinem Ioannes Helias erit. Modo Ioannes per proprietatem Ioannes est, tunc per similitudinem Helias Ioannes erit. Ambo præcones sibi dederunt similitudines suas, & tenuerunt proprietates suas: vnus autem dominus iudex, siue illo præcone præcedente, siue illo.

Et interrogauerunt eum, Quid ergo, Helias es tu? Et dixit, Non. Et dixerunt ei, Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es tu? respondit dominus his qui miserunt nos: Quid dicis de te ipso? Ait, Ego vox clamantis in deserto. (Esaia illud dixit, In Ioanne prophetia ista Esaiæ impleta est, Ego vox clamantis in deserto. Quid clamantis? Dirigite viam domini, rectas facite semitas dei nostri.) Non vobis videtur præconis esse, dicere, exite, facite viam? Nisi quod præco exite dicit: Ioannes dicit, venite. A iudice repellit præco, ad iudicem vocat Ioannes, imò vocat Ioannes ad humilem, ne iudex sentiat excelsus. Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut dicit Esaias Propheta. Non dixit, ego sum Ioannes, ego sum Helias, ego sum Propheta. Sed quid dixit? Hoc vocor, Vox clamantis in deserto, dirigite viam domino, rectas facite semitas dei nostri: ego sum ipsa prophetia. Et qui misisti fuerant, erant ex pharisæis. Id est, ex principibus Iudæorū. Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque Propheta? Quasi audacia videbatur esse baptizare: quasi in qua persona querimus, vtrum tu sis Christus, tu dicis te non esse. Querimus ne forte præcurzor illius sis: quia nouimus ante Christi aduentu venturum esse Heliam: negas te esse Heliam. Querimus ne forte aliquis multum præueniens præco es, id est Propheta, & accepisti hanc potestatem? nec Prophetam te esse dicis. Et non erat Propheta Ioannes, maior erat quàm Propheta, quia dominus de illo tale testimonium dedit, Quid existis

Esai. 40.

Matth. 11. **G** existis in desertum videre, arundinem vento agitari? Vtique non vento agitari subaudi, quia non hoc erat Ioannes, qui quasi à vento moueretur. Qui enim à vento mouetur, circumflatur omni spiritu seductorio. Sed quid existis videre, hominem mollibus vestitum? Vestiebatur enim Ioannes asperis, id est, tunica facta de pilis cameli. Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt: non ergo existis videre hominem mollibus vestitum. Sed quid existis videre, Prophetam? Ita dico vobis, maior quam propheta hic: quia Propheta longe ante pronunciauerunt, Ioannes presentem demonstrabat. Quid ergo tu baptizas, si tu non es Christus, neque Helias, neque Propheta? Respondit eis Ioannes, & dixit, Ego baptizo in aqua, medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Humilis enim non videbatur, & propterea lucerna accensa est. Videte quomodo det locum, qui aliud posset putari. Ipse est qui post me venit, qui ante me factus est. Sicut iam diximus, id est, antepositus est mihi, Cuius ego non sum dignus vt soluiam corrigiam calciamenti eius. Quantum se abiecit, & ideo multum eleuatus est, quoniam qui se humiliat exaltabitur. Vnde debet videre sanctitas vestra, quia si Ioannes sic se humiliavit, vt diceret, non sum ego dignus corrigiam soluere: quomodo habent humiliari, qui dicunt, nos baptizamus, nos quod damus nostrum est, & quod nostrum est sanctum est? Ille dicit, non ego sed ille: illi dicunt, nos. Non est dignus Ioannes soluere corrigiam calciamenti eius: quod si dignum se diceret, quam humilis esset? Et si dignum se diceret, & sic diceret, Ille venit post me qui ante me factus est, cuius tantummodo corrigiam calciamenti dignus sum soluere, multum se humiliasset. Quando autem nec ad hoc dignum se dicit, vere plenus spiritus sancto erat, qui sic seruus dominum agnouit, & ex seruo amicus fieri meruit. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Altera autem die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Nemo sibi arroget & dicat, quia ipse auferat peccata. Vnde iam intendite, contra quos superbos intendebat digitum Ioannes: nondum erant nati hæretici, & iam ostendebantur: contra illos clamabat tunc à fluuio, contra quos modo clamat ex Euangelio, Venit Iesus, & quid dicit ille? Ecce agnus dei. Si agnus dei, innocens. Et Ioannes agnus, an non & ipse innocens? Sed quis innocens? quantum innocens? omnes ex illa traduce veniunt & ex illa propagine, de qua cantat gemens Dauid, Ego in iniquitate conceptus sum, & in peccatis mater mea in vtero me aluit. Solus ergo ille agnus, qui non sic venit, non enim in iniquitate conceptus est, quia non de mortalitate conceptus est: nec eum in peccatis mater eius in vtero aluit, quem virgo concepit, virgo peperit, quia fide concepit, fide suscepit: ergo ecce agnus dei, non habet iste traducem de Adam: carnem tantum sumpsit de Adam, peccatum non assumpsit. Qui non assumpsit de nostra massa peccatum, ipse est qui tollit nostrum peccatum: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Nostis quia quidam homines dicunt aliquando, Nos tollimus peccata hominibus, quia sancti sumus. Si enim non fuerit sanctus qui baptizat, quomodo tollit peccata alterius, cum sit ipse homo peccator? Contra istas disputationes verba nostra non dicamus, hunc legamus, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Non sit præsumptio ho-

minibus in homines, non transmigret passer in montes, in domino confidat: & si leuat oculos suos in montes, vnde veniet auxilium ei, intelligat quia auxilium eius à domino, qui fecit cælum & terram. Tantæ excellentiæ Ioannes, dicitur ei, Tu es Christus? dicit non: tu es Helias? dicit non: tu es Propheta? dicit non. Quare ergo baptizas? Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir qui ante me factus est, quia prior me erat. Et post me venit, quia posterior natus: ante me factus est, quia prælatum est mihi. Prior me erat, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum.

Et ego nesciebam eum, dixit, Sed vt manifestaretur Israël, propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens: quia vidi spiritum de cælo descendentem quasi columbam, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi & testimonium perhibui, quia hic est filius dei. Intendat modicum charitas vestra, Ioannes quando didicit Christum? Missus est enim vt baptizaret in aqua. Quæsitum est quare? Vt manifestaretur Israël, dixit, Quid profuit baptismum Ioannis? Fratres mei, si profuit aliquid, & modo maneret, & baptizarentur homines in baptismo Ioannis, & sic venirent ad baptismum Christi. Sed quid ait? Vt manifestaretur Israël, id est ipsi populo Israël, vt manifestaretur Christus, venit baptizare in aqua. Accepit ministerium baptismatis Ioannes, in aqua penitentiae parare viam domino, non existens dominus, ac vbi cognitus est dominus, superfluo ei via parabatur, quia cognoscentibus se ipse factus est via. Itaque non durauit diu baptismum Ioannis. Sed quomodo demonstratus est dominus? Humilis, vt ideo acciperet baptismum Ioannis, in quo baptizaretur ipse dominus: & opus erat domino baptizari? Et ego interrogatus cito respondendo, Opus erat domino nasci, opus erat domino crucifigi, opus erat domino mori, sepeliri. Si ergo tantam suscepit pro nobis humilitatem, baptismum non erat suscepturus? Et quid profuit quia suscipit baptismum serui? Vt tu non dedigneris suscipere baptismum domini. Intendat charitas vestra. Futuri erant aliqui in Ecclesia excelsioris gratiæ catechumeni. Fit enim aliquando, vt videas catechumenum abstinentem ab omni concubitu, valescientem seculo, renunciantem omnibus quæ possidebat, distribuentem pauperibus, & catechumenus est: instructus est etiam forte doctrina salutari, supra multos fideles. Timendum est huic, ne dicat apud semetipsum de baptismo sancto quo peccata dimittuntur: quid plus accepturus sum? Ecce ego melior sum illo fideli & illo fideli: cogitans autem fideles, aut coniugatos, aut forte idiotas, aut habentes & possidentes res suas, quas ipse distribuit iam pauperibus, & meliorem se esse arbitrans quam ille qui iam baptizatus est, dedignetur venire ad baptismum, dicens, Hoc sum accepturus quod habet ille: & proponat sibi illos quos contemnit, & quasi sordeat illi hoc accipere quod acceperunt inferiores: quia iam videtur ipse sibi melior, & tamè omnia peccata super illum sunt, & nisi venerit ad salutem baptismum vbi peccata soluentur, cum omni excellentia sua non potest intrare in regnum cælorum. Sed vt illa excellentiam inuideret dominus ad baptismum suum, vt peccata illi dimitterentur, venit ipse ad baptismum serui sui. Et cū ipse nō haberet quod ei dimitteret, nec quod

Psal. 10.

K

Psal. 120.

Mat. 3.

**A** nec quod in illo lauaretur, suscepit à seruo baptismum, & tanquam allocutus est filium superbientem & extollentem se, ac dedignantem se forte accipere cum idiotis, vnde ei possit salus venire, & quasi dicens, Quæsum te extendis: quantum te extollis: quanta est excellentia tua: quanta gratia tua: maior potest esse quam mea? Si ego veni ad seruum, tu dedignaris venire ad dominum? Si ego suscepi baptismum serui, tu dedignaris à domino baptizari? Nam vt noueritis fratres mei, quia nō ex necessitate alicuius vinculi peccati dominus veniebat ad ipsum Ioannem, sicut dicunt alij Euangelistæ, cum ad illum veniret baptizandus dominus, ait ipse Ioannes, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizari. Et quid ipse ei respondit? Sine modo vt impleatur omnis iustitia. Quid est impleatur omnis iustitia? Mori veni pro hominibus, baptizari non debeo pro hominibus: Quid est impleatur omnis iustitia? Impleatur omnis humilitas. Quid ergo? Non erat suscepturus baptismum à bono seruo, qui passionem suscepit à seruis malis? Intendite ergo baptizato domino. Si propterea baptizauit Ioannes, vt in eius baptismo dominus ostenderet humilitatem, nemo alius baptizaretur baptismate Ioannis. Multi autem baptizati sunt baptismum Ioannis, baptizatus est & dominus baptismum Ioannis, & cessauit baptismum Ioannis. Deinde iam missus est in carcerem Ioannes, & deinceps nemo baptizatus inuenitur illo baptismate. Si ergo propterea venit & Ioannes baptizans, vt domini humilitas nobis demonstraretur, vt quia ille suscepit à seruo, nos non dedignemur suscipere à domino, dominum solum Ioannes baptizaret. Sed si solum dominum Ioannes baptizaret, non deessent qui putarent sanctius fuisse baptismum Ioannis quam Christi, quasi baptismate Ioannis solus Christus meruisset baptizari: baptismate autem Christi genus humanum. Intendat charitas vestra. Baptismo Christi baptizati sumus, non tantum nos, sed & vniuersus orbis terrarum, & baptizatur vsque in finem. Quis nostrum potest ex aliqua parte comparari Christo, cui se Ioannes dixit indignum soluere corrigiam calciamenti? Si ergo ille Christus tantæ excellentiæ homo deus, solus baptizaretur baptismum Ioannis, quid dicturi erant homines: Quale baptismum habuit Ioannes? Magnum baptismum habuit, ineffabile sacramentum, Vide, quia solus Christus meruit baptizari Ioannis baptismate: atque ita maior videretur baptismus serui, quam baptismus domini. Baptizati sunt & alij baptismate Ioannis, ne melior videretur baptismum Ioannis quam Christi. Baptizatus est autem & dominus, vt domino suscipiente baptismum serui, non dedignarentur alij serui suscipere baptismum domini. Ad hoc ergo missus erat Ioannes: sed nouerat Christum an non nouerat? Si non nouerat, quare dicebat quando venit ad fluuium Christus, Ego à te debeo baptizari, hoc est, scio qui sis? Si ergo iā non nouerat, certe tunc cognouit quando vidit columbam descendente. Manifestum est quia colūba non descendit super dominum, nisi posteaquam ascendit ab aqua baptismi. Dominus baptizatus ascendit ab aqua, aperti sunt cæli, & vidit super eum columbā. Si ergo post baptismum descendit columba, antequam baptizaretur dominus, dixit illi Ioannes, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizari: ante illum nouerat qui dixit, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizari. Quomodo ergo dixit, Et ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto? Non parua quæstio est fratres

mei. Si vidistis quæstionem, non parua vidistis: superest vt ipsius solutionem dominus det. Tamen illud dico, si vidistis quæstionem non est partium. Ecce positus est Ioannes ante oculos vestros stans ad fluuium Ioannes Baptista. Ecce venit dominus adhuc baptizandus, nondum baptizatus. Audi vocem Ioannis, Tu ad me venis, ego à te debeo baptizari. Ecce iam cognoscat dominum, à quo vult baptizari. Baptizatus dominus ascendit ab aqua, aperti sunt cæli, descendit spiritus, modo illum cognoscat Ioannes. Si modo illum cognoscat cui dixit antea. Ego à te debeo baptizari? Si autem non eum modo cognoscat, quia iam nouerat eum, quid est quod dixit, Non noueram eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Fratres, si ista quæstio hodie soluat, grauat vos, nō dubito: quia iam multa dicta sunt. Sciatis autem talem istam quæstionem esse, vt hæc sola perimat partem Donati. Ad hoc dixi charitati vestra, vt intētos vos facerem: similiter vt soleo, simul vt oretis pro nobis & pro vobis, vt & nobis det dominus digna loqui, & vos digna capere mereamini. Interim hodie dignamini differre: sed hoc breuiter dico interim, donec soluat. Interrogate pacifice, sine rixa, sine contentione, sine altercationibus, sine inimicitis: & vobiscum quærite, & alios interrogate & dicite, Hanc quæstionem proposuit nobis hodie Episcopus noster, aliquando si dominus concesserit solutus eam. Sed siue soluat siue non soluat, putate me proposuisse quod me mouet. Mouer enim multum. Dicit Ioannes, Ego à te debeo baptizari, tanquam Christo cognito. Si enim non nouerat eum à quo voluit baptizari, temere dicebat, Ego à te debeo baptizari: nouerat ergo eum. Si nouerat eum, quid est ergo quod dicit, Non noueram eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum sicut columbam, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Quid dicturi sumus? Quia non scimus quando venerit columba. Ne forte ibi lateat, legantur alij Euangelistæ, qui planius illud dixerunt, & inuenimus apertissime tunc descendisse columbam, cum dominus ab aqua ascendit: super baptismum enim Christum aperti sunt cæli, & vidit spiritum sanctum descendentem. Si iam baptismum cognouit, venienti ad baptismum quomodo dicit, Ego à te debeo baptizari? Hanc vobiscum interim ruminat, hanc vobiscum conferte, hanc vobiscum tractate. Præstet dominus deus noster, vt antequam à me audiat, alicui vestrum priori eam reuelet. Tamè fratres hoc sciatis, quia per istius quæstionis solutionem pars Donati de baptismi gratia, vbi nebulas obtundunt imperitis, & retia tendunt aubus volantibus, si frontem habeat, omnino non habebunt, omnino eorum ora claudentur.

Ex eo quod scriptum est, Et ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ille dixit mihi, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto.

Tractatus V.

**S**ICVT dominus voluit, ad diem promissionis nostræ peruenimus, præstabit etiam hoc, vt ad ipsius promissionis redditionem peruenire possimus. Tunc enim ea que dicimus, & nobis & vobis vtilia sunt si ab ipso sunt. Quæ autem ab hominibus sunt, mendacia sunt, sicut ipse dixit dominus noster Iesus Christus, Qui loquitur mendacium, de suo loquitur. Ioan. 8.

b Nemo

Tomus nonus.

Psal. 50.



**G** Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatū. Si quid autem homo habet veritatis atque iustitiae, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, & in hac peregrinatione interim consolati, ne deficiamus in via, venire ad eius requiem satietatemque possimus. Si ergo qui loquitur mendacium, de suo loquitur: qui loquitur veritatem, de deo loquitur. Verax Ioannes, veritas Christus. Verax Ioannes, sed omnis verax à veritate verax est. Si ergo verax Ioannes, & verax esse homo non potest nisi à veritate, à quo erat verax nisi ab eo qui dixit, Ego sum veritas: Non ergo posset dicere, aut veritas contra veracem, aut verax contra veritatem. Veracem veritas misit, & ideo verax erat, quoniam à veritate missus erat. Si veritas Ioannem miserat, Christus eum miserat: sed quod Christus cum patre facit, pater facit: & quod pater cum Christo facit, Christus facit: nec seorsum pater aliquid facit sine filio: nec seorsum aliquid filius sine patre. Inseparabilis charitas, inseparabilis unitas, inseparabilis maiestas, inseparabilis potestas, secundum haec verba quae ipse posuit, Ego & pater vnum sumus. Quis ergo misit Ioannem? Si dicamus pater, verum dicimus: si dicamus filius, verum dicimus: manifestus autem ut dicamus, pater & filius. Quae misit ergo pater & filius, vnus deus misit, quia filius dixit, Ego & pater vnum sumus: quomodo ergo nesciebat eum à quo missus est? Dixit enim, Ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit. Interrogo Ioannem, qui te misit baptizare in aqua, quid tibi dixit? Super quem videris spiritum descendentem, sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc tibi ò Ioannes dixit, qui te misit: manifestum est quia hoc, quis ergo te misit? Forte pater. Verus deus pater, & veritas deus filius: si pater sine filio te misit, deus sine veritate te misit. Si ideo autem verax es, quia veritatem loqueris, & ex veritate loqueris, non te misit pater sine filio, sed simul te misit pater & filius: si ergo & filius te misit cum patre, quomodo nesciebas eum à quo missus es? Quem videras in veritate, ipse te misit, ut agnosceretur in carne & dixit. Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Hoc audiuit Ioannes, ut nosset eum quem non nouerat, an ut plenius nosset quem iam nouerat? Si enim omni ex parte non nosset, venienti ad flumem ut baptizaretur non diceret, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Nouerat ergo. Quando autem columba descendit? Iam baptizato domino, & ab aqua ascendente. At si ille qui eum miserat, dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto, & non nouerat eum, sed columba descendente cognouit eum. Columba vero tunc descendit, quando dominus ab aqua ascendit. Tunc autem cognouerat Ioannes dominum, quando ad eum dominus ad aquam veniebat: manifestatur nobis, quia Ioannes secundum aliquid nouerat, secundum aliquid nondum nouerat dominum. Nisi autem hoc intellexerimus, mendax erat: quomodo ergo erit verax agnosces, qui dixit, Tu ad me venis, ego autem à te debeo baptizari? Verax est cum hoc dicit. Et quomodo rursus verax est cum dicit, Ego non noueram eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit, super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Innotuit per columbam dominus, non ei qui se non nouerat, sed ei qui in

eo aliquid nouerat, aliquid non nouerat. Nostrum est ergo querere, quid in eo Ioannes nondum nouerat, & per columbam didicit. Quare missus est Ioannes baptizans iam meminimus me quatum potui dixisse charitati vestrae. Si enim baptismum Ioannis necessarium erat salutis nostre, & modo debuit exerceri. Non enim modo non saluatur homines, aut modo plures non saluatur, aut alia tunc salus erat, & alia modo. Si mutatus est Christus, mutata est & salus. Si salus in Christo est, & idem ipse Christus est, eadem nobis salus est. Sed quare missus est Ioannes baptizans? quia oportebat baptizari Christum: quare oportebat baptizari Christum? quia oportuit nasci Christum, quia oportuit crucifigi Christum. Si enim via humilitatis demonstraturus aduenerat, & seipsum facturus ipsam humilitatis viam, in omnibus ab eo impleta erat humilitas. Auctoritatem dare baptismum suo hinc dignatus est, ut cognosceret serui sui, quanta alacritate deberent currere ad baptismum domini, quando ipse non dedignatus est suscipere baptismum serui. Donatum enim erat hoc Ioanni, ut ipsius baptismum diceretur. Hoc attendat, & distinguat, & nouerit charitas vestra, baptismum quod accepit Ioannes, baptismum Ioannis dictum est. Nullus ante illum iustorum, nullus post illum ut acciperet baptismum, quod baptismum ipsius diceretur, accepit: solus tale donum accepit: accepit quidem, non enim à se posset aliquid. Si enim à se quis loquitur, mendacium de suo loquitur. Et vnde accepit, nisi ab ipso domino Iesu Christo? Ab illo ut baptizare posset accepit, quem postea baptizauit. Nolite mirari, sic enim hoc fecit Christus in Ioanne, quomodo quiddam fecit in matre. De Christo enim dictum est, Omnia per ipsum facta sunt. Si omnia per ipsum, & Maria per ipsum facta est, de qua postea natus est Christus. Intendat charitas vestra, quomodo creauit Mariam, & creatus est per Mariam: sic dedit baptismum Ioanni, & baptizatus est à Ioanne. Ad hoc ergo accepit baptismum à Ioanne, ut accipiens quod inferius erat ab inferiore, ad id quod superius erat hortaretur inferiores. Sed quare non solus ipse baptizatus est à Ioanne, si ad hoc missus erat Ioannes, per quem baptizaretur Christus, ut pararet viam domino, id est ipsi Christo? Et hoc iam diximus. Sed commemoramus, quae necessaria sunt praesenti quaestioni, si solus dominus noster Iesus Christus baptizatus esset baptismate Ioannis, tenete quod diximus, non tantum valeat seculum ut delectat e cordibus vestris, quod ibi scripsit spiritus dei. Non tantum valeant spinarum curarum, ut suffocet semen quod seminatur in vobis. Quare enim cogimur eadem repetere, nisi quia de memoria cordis vestri securi non sumus? Si ergo solus dominus baptizatus esset baptismate Ioannis, non deessent qui sic eum haberent, ut putarent baptismum Ioannis maiorem esse, quam sit baptismus Christi. Dicerent enim, Vique adeo illud baptismus maius est, ut solus Christus eo baptizari meruisset. Ergo ut daretur nobis à domino exemplum humilitatis, ad percipiendam salutem baptismatis, Christus suscepit quod ei opus non erat, sed propter nos opus erat. Et rursus, ne hoc ipsum quod accepit à Ioanne Christus, praeponeatur baptismati Christi, permitti sunt & alij baptizari à Ioanne: sed qui baptizati sunt à Ioanne non eis suffecit, baptizati sunt enim baptismum Christi, quia non baptismus Christi erat baptismus Ioannis. Qui accipiunt baptismum Christi, baptismum Ioannis non querunt: qui acceperunt baptismum Ioannis, baptismum Christi quaesierunt. Ergo Christo suffecit baptismus Ioannis. Quomodo non sufficeret, quando nec ipse erat necessarius? Illi

K

L

M

**A** rius: Illi enim nullum baptismum erat necessarium, sed ad hortandos nos ad baptismum suum, suscepit baptismum serui. Et ne praeponeatur baptismum serui, baptismum domini, baptizati sunt alij baptismate conferui. Sed qui baptizati sunt baptismate conferui, oportebat ut baptizarentur baptismate domini. Qui autem baptizantur baptismate domini, non opus habet baptismate conferui. Quoniam ergo acceperat Ioannes baptismum quod proprie Ioannis diceretur: dominus autem Iesus Christus baptismum suum noluit alicui dare, non ut nemo baptizaretur baptismum domini, sed ut semper ipse dominus baptizaret: id actum est ut per ministros dominus baptizaret, id est, ut quos ministri domini baptizaturi erant, dominus baptizaret, non illi. Aliud est enim baptizare per ministerium, aliud baptizare per potestatem. Baptisma enim tale est, qualis est ille, in cuius potestate datur: non qualis est ille, per cuius ministerium datur. Tale erat baptismum Ioannis, qualis Ioannes: baptismum iustum tanquam iusti, tamen hominis, sed qui acceperat à domino talem gratiam, ut dignus esset praerere iudicem, & eum digito ostendere, & implere vocem prophetiae illius, Vox clamantis in deserto, parate viam domini. Tale autem baptismum domini, qualis dominus: ergo baptismum domini diuinum, quia dominus deus. Potuit autem dominus noster Iesus Christus, si vellet, dare potestatem alicui seruo suo, ut daret baptismum suum tanquam vice sua, & transferret à se baptizandi potestatem, & constitueret in aliquo seruo suo, & tantam vim daret baptismum translatum in seruum, quantam vim haberet baptismus datus à domino. Hoc noluit ideo, ut in illo spes baptizatorum, à quo se baptizatos agnoscerent. Noluit ergo seruum ponere spem in seruo. Ideoque clamabat Apostolus, cum videret homines, volentes ponere spem in seipso: Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Baptizauit ergo Paulus tanquam minister, non tanquam ipsa potestas. Baptizauit autem dominus tanquam potestas. Intendite, & potuit hanc potestatem seruis dare, sed noluit: si enim daret hanc potestatem seruis, id est, ut & ipsorum esset quod domini erat, tot essent baptismata quot essent serui, ut quomodo dictum est, baptismum Ioannis, sic diceretur baptismum Petri, sic baptismum Pauli, sic baptismum Iacobi, baptismum Thomae, Matthaei, Bartholomaei. Illud enim baptismum Ioannis dictum est. Sed forte aliquis resistit & dicit, Proba nobis quia illud baptismum Ioannis dictum est. Probabo, ipsa veritate dicente, quando interrogauit Iudaeos, Baptisma Ioannis vnde est, de caelo, an ex hominibus? Ergo ne tot baptismata dicerentur, quot essent serui qui baptizarent accepta potestate à domino: sibi tenuit dominus baptizandi potestatem, seruis ministerium dedit. Dicit se seruis baptizare, recte dicit: sicut Apostolus dicit, Baptizati autem & Stephanus domus, sed tanquam minister. Ideo si sit & malus, & contingat illi habere ministerium, & si eum homines non nouerunt, & deus eum nouit, permittit deus baptizari per eum, qui sibi tenuit potestatem. Hoc autem Ioannes non nouerat in domino: quia dominus erat: nouerat, quia ab ipso debebat baptizari: nouerat: & confessus est: quia veritas erat ille, & ille verax missus à veritate, hoc nouerat. Sed quid in eo non nouerat? Quia sibi retenturus erat baptismatis sui potestatem, & non eam transmissurus, & translaturus in aliquem seruum: sed siue baptizaret in ministerio seruis bonus, siue baptizaret in ministerio seruis malus, non sciret se ille qui baptizaretur baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem. Et ut nouerit

De conf. dist. 4. ca. Aliud. 4. sent. dist. cap. 1.

4. sent. dist. 5. cap. 2.

1. Corin. 1.

De conf. dist. 4. ca. Aliud.

Matt. 21.

1. Corin. 1.

tis fratres, quia hoc in illo non nouerat Ioannes, & hoc didicit per columbam: dominum enim nouerat, sed eum baptizandi sibi potestatem retenturum, & nulli seruo eam daturum, nondum nouerat: secundum hoc dixit, Et ego nesciebam eum. Et ut noueritis, quia ibi hoc didicit, attendite sequentia. Sed qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Quid ipse est dominus. Sed iam nouerat dominum. Ergo putate hucusque dixisse Ioannem, Ego non noueram eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit. Querimus quid dixerit: sequitur, Super quem videris spiritum descendentem tanquam columbam, & manentem super eum: non dico sequentia, Interim attendite, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est. Sed quid ipse est? Quid me voluit per columbam docere, qui me misit, quia ipse erat dominus: iam noueram à quo missus eram: iam noueram eum cui dixi, Tu ad me venis baptizari, ego à te debeo baptizari, vique adeo ergo noueram dominum, ut ego ab eo vellem baptizari, non ut à me ipse baptizetur. Et tunc mihi dixit, Sine modo impleatur omnis iustitia. Pati veni, baptizari non veni: impleatur omnis iustitia ait mihi deus meus, impleatur omnis iustitia: doceam, perferam plenam humilitatem. Noui superbientes in futuro populo meo: noui aliquos in aliqua excellentiori gratia futuros homines, ut cum viderint idiotas aliquos baptizari, illi quia meliores sibi videntur, siue continentia, siue eleemosynis, siue doctrina, dedignabuntur fortasse accipere, quod illi inferiores acceperunt. Oportet ut sanem eos, ut non dedignetur venire ad baptismum domini, quia ego veni ad baptismum serui. Iam ergo hoc nouerat Ioannes, & nouerat dominum. Quid ergo docuit columba? Quid voluit per columbam, id est, per spiritum sanctum, sic venientem docere qui miserat eum, cum ait, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est dominus. Quis ipse est? Dominus. Noui. Sed nunc quid hoc iam noueras, quia dominus iste habens baptizandi potestatem, eam potestatem nulli seruo daturus est, sed sibi eum retenturus est: ut omnis qui baptizatur per serui ministerium, non imputet seruo sed domino: Nunquid hoc iam noueras? Non hoc noueram ab eo qui mihi dixit. Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto: non ait ipse est dominus: non ait, ipse est Christus: non ait, ipse est Iesus: non ait, ipse est qui natus est de virgine Maria, posterior te & prior te, non ait hoc: iam enim hoc nouerat Ioannes. Sed quid non nouerat? Tantam potestatem baptismatis ipsum dominum habiturum & sibi retenturum, siue praesentem in terra, siue absentem corpore in caelo, & praesentem maiestate sibi retenturum baptismatis potestatem: ne Paulus diceret baptismum meum: ne Petrus diceret baptismum meum, ideo videte & intendite voces Apostolorum. Nemo Apostolorum dixit baptismum meum: quannus vnum omnium esset Euangelium, tamen inuenies dixisse. Euangelium meum non inuenies dixisse baptismum meum. Hoc ergo didicit Ioannes, fratres mei. Quod didicit Ioannes per columbam, discamus & nos. Non enim columba Ioannem docuit, & Ecclesiam non docuit, cui Ecclesiae dictum est, Vna est columba mea. Columba doceat columbam, nouerit columba, quid Ioannes didicerit per columbam. Spiritus sanctus in specie columbae descendit. Hoc autem quod

D

Ioan. 1.

E

Matt. 5.

alios debeo

\* alios superuicentes.

F

Cantic. 6.

b ij discibat

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Matt. 3.

G discebat Ioannes per columbam, quare in columba didicit? Oportet enim ut disceret, nec hoc forte oportebat nisi ut per columbam disceret. Quid dicam de columba fratres mei? Aut quando mihi sufficit facultas vel cordis vel linguæ, dicere quomodo volo: & forte non digne volo quomodo dicendum est: nec sic tamen possum dicere quomodo volo: quanto minus quomodo dicendum est. Ego à meliore hoc audire vellem, non vobis dicere. Discit Ioannes eum quem nouerat, sed in eo discit in quo eum non nouerat, in quo nouerat non discit. Et quid nouerat? Dominum. Quid non nouerat? Potestatem dominici baptismi in nullum hominem à domino transiuram: sed ministerium planè transiuram, potestatem à domino in neminem ministrorum, ministeriū & in bonos & in malos. Non exhorreat columba ministeriū malorum, respiciat domini potestatem. Quid tibi facit malus minister, ubi bonus est dominus? Quid te impedit malitiosus præco, ubi beneuolus est iudex? Ioannes didicit per columbam hoc. Quid est quod didicit? Ipse repetat: ipse mihi dixit, inquit, Super quem uideris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Non ergo te decipiant o columba, seductores qui dicunt. Nos baptizamus. Columba agnosce, quid docuit columba. Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Per columbam discitur quia hic est: & tu eius potestate putas te baptizari, cuius ministerio baptizaris: Si tu hoc putas, nondū es in corpore columbæ: & si non es in corpore columbæ, non mirandum quia simplicitate non habes. Simplicitas enim maxime per columbam demonstratur. Quare per simplicitatem columbæ dicit Ioannes, quia hic est qui baptizat in spiritu sancto, fratres mei, nisi quia colūbæ non erant qui Ecclesiam dissipauerunt: accipitres erant, milui erant. Non laniat columba, & uides illos inuidiā nobis facere, quasi de persecutionibus quas passi sunt. Corporales quidē passi quasi perfectiones, cum essent flagella domini manifeste dantis disciplinam ad tempus ne damnet in aternū, si eam non cognouerint, seq̄ correxerint. Illi uero persequuntur Ecclesiam qui dolis persequuntur. Illi grauius cor feriunt, qui linguæ gladio feriunt. Illi acerbis sanguinē fundunt, qui Christū quantum in ipsis est, in homine occidunt. Perterriti uidentur quasi iudicio potestatum. Quid tibi facit potestas si bonus es? Si autem malus es, time potestatem: non enim frustra gladium portat, dicit Apostolus. Tuum gladiū noli educere, quo percutis Christū. Christiane, quid tu persequeris in Christiano? Quid in te persecutus est Imperator? Carnē persecutus est, tu in Christiano spiritū persequeris. Non occidis tu carnem, & tamen nec carni parcunt, & tamen quotquot potuerunt cędendo necauerūt, nec suis nec alienis pepercerunt. Notum est hoc omnibus. Inuidiosa est potestas, quia legitima est. Inuidiose facit, qui iure facit: sine inuidia facit, quia præter leges facit. Attendat unusquisque uestrum fratres mei, quid habeat Christianus. Quod homo est, commune cum multis: quod Christianus est, discernitur à multis, & plus ad illū pertinet quod Christianus, quam quod homo: nā quod Christianus, renouatur ad imaginem dei, à quo homo factus est ad imaginem dei: quod autem homo posset & malus, posset & Paganus, posset & idololatra: Hoc tu persequeris in Christiano quod melius habet: hoc enim illi vis auferre unde uiuit. Viuit enim temporaliter secundum spiritum, quod corpus animatur: uiuit autem ad aternitatem secundum baptismum, quod accepit à domino: hoc illi vis tollere quod accepit à do-

mino: hoc illi vis tollere, unde uiuit. Latrones eos quos uolunt spoliare sic uolunt, ut ipsi plus habeant, & illi nihil habeant: tu & tollis huic, & apud te non erit plus: non enim plus tibi fit, quia huic tollis. Sed uere hoc faciunt. Qui? Hi qui tollunt animam, & alteri tollunt, & ipsi duas animas non habent. Quid ergo vis auferre? unde tibi displicet, quē vis rebaptizare? Dare non potes quod iam habet, sed facies negare quod habet. Quid acerbius faciebat Paganus, persecutor Ecclesiæ? Exerebantur gladij aduersus martyres, emittebatur bestia, ignes admovebantur. Ut quid ista: ut diceret qui ista patiebatur, non sum Christianus. Quid doces tu eum quem vis rebaptizare, nisi ut primo dicat, non sum Christianus? Ad quod aliquādo persecutor proferebat flammā, ad hoc tu productus linguam. Seducendo facis, quod ille occidendo non fecit. Et quid est quod daturus es, & cui daturus es? Si tibi uerum dicat, & non seductus à te, mentiat: dicitur est, habeo. Interrogas, habes baptismum? habeo dicit. Quādiu habeo, dicit, inquis, non sum daturus. Et noli dare: quod enim vis dare, habere in me non potest, quia quod accepi, auferri à me non potest: sed tamē expecta, uideam quid me vis docere. Dic, inquit, primo, non habeo: sed hoc habeo. Si dixerō non habeo, mentiar. Quod enim habeo, habeo. Non habes, inquit: Doce quia non habeo: Malus tibi dedit: si malus Christus, malus mihi dedit: Non, inquit, malus Christus: sed non tibi Christus dedit. Quis ergo mihi dedit? responde, Ego me à Christo scio accepisse. Dedit tibi, inquit, sed traditor: nescio quis, non Christus. Videro quis fuerit minister, uidero quis fuerit præco. De officiali non disputo, iudicem attēdo: & forte quod obiciis officiali mentiris. Sed nolo discutere causam officialis sui, cognoscat dominus amborū. Forte si exigam ut probes, non probas, imō mentiris. Probatū est te probare non potuisse: sed non ibi pono causam meā, ne cum studiose cępero defendere homines innocentes, putes me spem meam, uel in hominibus innocentibus posuisse. Fuerint homines qualeslibet: ego à Christo accepi, à Christo baptizatus sum. Nō, inquit, sed ille Episcopus te baptizauit, & ille Episcopus illis comunicat. A Christo sum baptizatus, ego noui. Unde nosti? Docuit me columba, quam uidit Ioannes. O milue male, nō me dilanias à uisceribus colūbæ. In colūbæ mēbris numeror, quia quod columba docuit hoc noui. Et docuit hoc? Nescio. Tu mihi dicis, ille te baptizauit, aut ille te baptizauit: per colūbā mihi & tibi dicitur. Hic est qui baptizat. Cui credo, miluo an colūbæ? Certe tu mihi dic, ut per illā lucernā cōfundaris, qua cōfusi sunt & priores tui inimici, pares tui Pharisei, qui cum interrogarent dominum, in qua potestate ista faceret: interrogo & ego uos. inquit, unum istum sermonem, dicite mihi, Baptismū Ioannis unde erat, de cœlo an ex hominibus? Et illi qui præparabant iaculari dolos, irretiti sunt quæstione, cęperunt uoluerē apud semetipsos, & dicere, Si dixerimus quia de cœlo est, dicitur est nobis, quare non credidistis ei? Ioannes enim dixerat de domino: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mūdi. Quid ergo queritis, in qua potestate ista facio? O lupi in potestate agni facio quæ facio: sed ut nossetis agnum, quare non credidistis Ioanni, qui dixit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi? Scientes ergo illi quid dixisset Ioannes de domino, dixerunt apud se: Si dixerimus quia de cœlo est baptismum Ioannis, dicit nobis, quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus, quia ex hominibus est, lapidabimur à populo, quia sicut Prophetam habent Ioannem. Hinc timebant homines, hinc ueritatem fateri confundebatur

L

M

Matt. 21.

confundebatur

A confundebantur. Tenebræ tenebras responderunt, sed à luce superata sunt. Quid enim responderūt? Nescimus. Quod sciebant dixerūt, nescimus: & dominus, Nec ego uobis dico, inquit, in qua potestate ista facio. Et confusi sunt primi inimici: unde de lucerna: quis erat lucerna? Ioannes. Probamus quia lucerna erat? Probamus: dominus enim dicit, Ille erat lucerna ardens & lucens. Probamus, quia & de ipso confusi sunt inimici: Psalmū audi, Parauit, inquit, lucernam Christo meo, inimicos eius induam cōfusione. Adhuc in huius uitæ tenebris ad lucernam fidei ambulamus: teneamus & nos lucernā Ioannē, confundamus & inde inimicos Christi, imō ipse confundat inimicos suos per lucernam suā. Interrogemus & nos quod dominus Iudeos, interrogemus & dicamus, Baptisma Ioannis unde est? de cœlo an ex hominibus? Quid dicitur? Videte si non & ipsi tanquam inimici de lucerna confundantur. Quid dicitur? Si dixerint ex hominibus, & ipsi sui eos lapidabūt. Si autem dixerint, de cœlo, dicamus eis, quare ergo non credidistis ei? Et dicunt fortasse, credimus ei. Quomodo ergo dicitis quia uos baptizatis? & Ioannes dicit, Hic est qui baptizat. Sed ministros, inquit, tanti iudicis iustos oportet esse, per quos baptizat. Et ego dico & omnes dicimus, quia iustos oportet esse tati iudicis ministros. Sint ministri iusti si uolunt. Si autem noluerint esse iusti, qui in cathedra Moysi sedent, securum me fecit magister meus, de quo spiritus ei dixit, Hic est qui baptizat. Quomodo securum me fecit? Scriba, inquit, & Pharisei super cathedram Moysi sedent: quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite, dicunt enim & non faciūt. Si fuerit minister iustus, computo illum cum Paulo, computo illum cum Petro, cum istis computo iustos ministros: quia uere iusti ministri gloriam suam non quarunt: ministri enim sunt, pro iudicibus haberi nolūt, spē in se poni exhorrescunt. Ergo computo cum Paulo iustum ministrum. Quid enim dicit Paulus? Ego plantauit, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Qui uero fuerit superbus minister, cum diabolo computatur, sed non contaminatur donum Christi: quod per illum fluit, purum est: quod per illum trāsit liquidum, uenit ad fertilem terram: Puta quia ipse lapideus est: quia ex aqua fructum ferre non potest. per lapideum canalem transit aqua ad areolas: in canali lapideo nihil generans, sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spirituales enim uirtus sacramenti ita est ut lux, & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur. Sint planè ministri iusti, & gloriam suam non quarant, sed illius cuius ministri sunt. Non dicant, baptismum meum est, quia non est ipsorum: attendant ipsum Ioannem, Ecce Ioannes plenus erat spiritu sancto, & baptismum de cœlo habebat, nō ex hominibus. Sed quatenus habebat? Ipse dixit, Parate uiam domino. Vbi autē cognitus est dominus, ipse factus est uia, non iam opus erat baptismate Ioannis, quod pararetur uia domino. Tamen quid nobis solent dicere, Ecce post Ioannem baptismum est: antequam enim bene ista quæstio tractaretur in Ecclesia catholica, multi in ea errauerunt, & magni & boni: sed quia de membris colūbæ erant, non se præciderunt, & factum est in eis quod dixit Apostolus, Si quid aliter sapitis, hoc quoque uobis deus reuelabit. Unde isti qui se separauerunt, indociles facti sunt: quid ergo solēt dicere? Ecce post Ioannem baptismum est, post hæreticos non baptizatur? Quia quidam qui habebant baptismum Ioannis, iusti sunt à Paulo

Psal. 131.

De cōse. dif. 4. cap. Baptismus. 4. sent. dif. 5. cap. 1.

Matt. 23.

1. Corin. 3.

Philip. 3.

Acto. 19.

Tomus nonus.

baptizari: non enim habebant baptismum Christi. Quid ergo exaggeras meritū Ioannis, & quasi abiciis infolicitatem hæreticorum? Et ego tibi cōcedo sceleratos esse hæreticos. Sed hæretici baptismum Christi dederunt, quod baptismum non dedit Ioannes. Recurro ad Ioannem & dico, Hic est qui baptizat. Si enim melior Ioannes quam hæreticus, quomodo melior Ioannes quam ebriosus: quomodo melior Ioannes quam homicida? Si post deteriorem baptizare deberemus, quia post meliorem baptizauit Apostoli. Quicumque apud ipsos baptizati fuerint ab ebrioso, non dico ab homicida, nō dico à satellite alicuius scelerati, nō dico à raptore rerum alienarum, non dico ab oppressore pupillorum, nō à separatore coniugum: nihil horum dico, quod solenne est dico, quod quotidianum est dico, quod uocantur omnes dico, & in ista ciuitate, quando ab eis dicitur, aliis ieiunantibus, bene sit nobis, & tali die festo Ianuariarum non debes ieiunare, ea dico leuia, quotidiana: ab ebrioso homine cum baptizatur, quis est melior, Ioannes an ebriosus? Responde si potes, ebriosus tuus melior sit quā Ioannes. Nunquam hoc audebis, Ergo tu quia sobrius es, baptiza post ebriosum tuū: si enim post Ioannem baptizauerunt Apostoli, quāto magis debet post ebriosum sobrius baptizare? An dicis, in uinitate meū est ebriosus? Ergo Ioannes amicus sponsi, non erat in uinitate cum sponso? Sed tibi ipse dico quisquis es: tu es melior, an Ioannes? Non audebis dicere, ego sum melior quam Ioannes. Ergo post te baptizent tui, si forte fuerint meliores: si enim post Ioannem baptizatum est, erubescere quia post te non baptizatur: dicitur es, Sed ego baptismum Christi habeo & doceo. Aliquando ergo agnosce iudicē, & noli præco superbus esse, Baptisma Christi das, ideo post te non baptizatur: post Ioannem ideo baptizatum est, quia baptismum Christi nō dabat, sed baptismum suum: quia sic acceperat ut ipsius esset. Non ergo tu melior quam Ioannes: sed baptismum quod per te datur, melius quam Ioannis. Ipsum enim Christi est, istud autē Ioannis. Et quod dabatur à Paulo, & quod dabatur à Petro Christi est, & quod datum est à Iuda Christi erat. Dedit Iudas, & non baptizatum est post Iudam: Dedit Ioannes, & baptizatum est post Ioannem: quia si datum est à Iuda, baptismum Christi erat: quod autē à Ioanne datum est, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, sed baptismum Christi etiam per Iudam manus datum, baptismum Ioannis etiam per manus Ioannis dato recte præponimus. Etenim dictum est de domino antequam pateretur, quia baptizabat plures quam Ioannes. Deinde subiunctum est, Quauis ipse non baptizaret, sed discipuli eius: ipse & non ipse. Ipse potestate, illi ministerio. Seruitutem ad baptizandum illi admovebant: potestas baptizandi in Christo permanebat. Ergo baptizabant discipuli eius, & ibi adhuc erat Iudas inter discipulos eius. Si quos ergo baptizabat Iudas, non sunt iterum baptizati, & quos baptizauit Ioannes, iterum baptizati sunt? Planè iterum: sed non idē erat baptismus. Quos enim baptizauit Ioannes, Ioannes baptizauit: quos autē baptizauit Iudas, Christus baptizauit. Sic ergo quos baptizauit ebriosus, quos baptizauit homicida, quos baptizauit adulter, si baptismum Christi erat, Christus baptizauit. Non timeo adulterum, non ebriosum, non homicidam, quia columbam attēdo, per quam mihi dicitur, Hic est qui baptizat. Ceterum, fratres mei, delirum est dicere, quia melioris meriti fuit, nō dico Iudas, sed qui libet hominum, quāto ille de quo dictum est, In natis mulierum nemo surrexit maior Ioanne Baptista. Non ergo huic quisquam seruus, sed baptismum domini etiam

† alia quādo ab eis dicitur, alogie mur, bene sit nobis.

E

1. q. 1. cap. de dit.

F

Ioan. 4.

De conse. dif. 4. ca. Aliud.

1. q. 1. ca. De dit.

De cōse. dif. 4. ca. Baptismus.

Matt. 11.

b iij per ser-

De cōse. dif. 4. cap. Baptismus. 4. sen. dif. 5. cap. 2.

Roma. 13.

**G** per seruum malum datum baptismati, etiam amici serui præponitur. Audi quales cõmemorat Apostolus Paulus falsos fratres in inuidia prædicantes verbum dei. Et quid de illis dicit? Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. **Philip. 1.** Christum enim annuntiabãt, per inuidiã quidem, sed tamen Christum non per quid, sed quem vide. Per inuidiam tibi prædicatur Christus: vide Christum, vita prædicantem per inuidiam. Noli imitari malum prædicatorem, sed imitare bonum quod tibi prædicatur. Christus ergo à quibusdam per inuidiã prædicabatur: & quid est inuidere? Horredum malum: Ipso malo diabolus deiecit est, ipso deiecto deiecit multos. Maligna pestis est, & habebat illam quidam Christi prædicatores, quos tamè prædicare permittit Apostolus. Quare: quia Christum prædicabant. Qui autem inuidet, odit: & qui odit, quid de illo dicitur? Audi Apostolum Ioannẽ, Qui odit fratrem suum, homicida est. Ecce post Ioannem baptizatum est, post homicidam non baptizatum est, quia Ioannes dedit baptismum suũ, homicida dedit baptismũ Christi. Quod sacramentum tam sanctũ est, vt nec homicida ministrante polluat. Non respicio Ioannẽ, sed potius credo Ioannẽ: quid credo Ioannẽ? Quod didicit per columbam: quid didicit per columbam? Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Iam ergo fratres tenete hoc, & cordibus vestris insigite. Si enim hodie voluero pleniũ dicere, quare per columbam, tempus non sufficit. Quia enim res dicenda insinuata est Ioanni per columbam, quam non nouerat in Christo Ioannes, quãuis iã nosset Christum, exposui quantum arbitror sanctitati vestrã. Sed quare hanc ipsam rem per columbam oportuit demonstrari, si breuiter dici posset, dicerem. Sed quia diu dicendũ est, & onerare vos nolo: quomodo adiutus sum orationibus vestris, vt illud quod promisĩ implerem: ad iuuare etiam atque etiam pia intentione & votis bonis, & illud apparebit vobis, quare Ioannes quod didicit in domino: quia ipse est qui baptizat in spiritu sancto, & nulli seruo suo talem legauit potestatem baptizandi, nõ debuit discere nisi per columbam.

*De eo quod dictum est, Columbam super dominum descendisse: usque ad id quod ait, Ego uidi, & testimonium perhibui, quia hic est filius dei.*

*Tractatus VI.*

**I**teor sanctitati vestrã, timueram ne frigus hoc frigidus vos ad conueniendũ faceret: sed quia ista celebritate & frequentia vestra, spiritu vos feruere demonstratis, non dubito quin etiam orastis pro me, vt debitum vobis exoluam. Promiseram enim in nomine Christi disserere hodie, cum angustia temporis tunc impediret, ne id possemus explicare tractando, quare deus per columbã speciem ostendere voluerit spiritum sanctum. Hoc vt explicetur, illuxit nobis dies hodiernus, & sentio audiendi cupiditatẽ, & pia deuotione vos celebrius congregatos. Expectationem vestram deus impleat ex ore nostro. Amastis enim vt veniretis, sed amastis, quid? Si nos, & hoc bene, nam volumus amari à vobis, sed nolumus in nobis. Quia ergo in Christovos amamus, in Christo nos redamate, & amor noster pro inuicem gemat ad deum, Ipse enim gemitus columbã est: si ergo gemitus columbã est, quod omnes nouimus, gemit autem columbã in amore: audite quid dicat Apostolus, & nolite mirari, quia in columbã specie voluit demonstrari spiritum sanctum. Quid enim oremus oportet, inquit, nescimus, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Quid ergo fratres mei, hoc dicturi sumus, quia spiritus gemit, vbi per-

fecta & æterna beatitudo est ei cum patre & filio? Spiritus enim sanctus deus, sicut dei filius deus, & pater deus, Ter dixi deus, sed non dixi tres deos: magis enim deus ter quàm dij tres, quia pater & filius & spiritus sanctus vnus deus. Hoc optime nostis. Non ergo spiritus sanctus in semetipso apud semetipsum in illa trinitate, in illa beatitudine, in illa æternitate substantia gemit, sed in nobis gemit, quia gemere nos facit. Nec parua res est, quod nos docet spiritus sanctus gemere: in finuat enim nobis quia peregrinamur, & docet nos in patriam suspirare, & ipso desiderio gemimus. Cui bene est in hoc seculo, imò qui putat quod ei bene sit, qui latitia rerum carnalium, & abundantia temporalium, & vana felicitate exultat, habet vocẽ corui: vox enim corui clamosa est, nõ gemebunda. Qui autem nouit in pressura se esse mortalitatis huius, & peregrinari se à domino, nondum teneri illam perpetuam, quã nobis promissa est beatitudinem, sed habere illam in spe, quam habiturus est in re, cum dominus venerit in manifestatione præclarus: qui prius in humilitate venit occultus: qui hæc nouit, gemit. Et quãdiu propter hæc gemit, bene gemit. Spiritus illum docuit gemere, à columba didicit gemere. Multi enim gemunt in infelicitate terrena, vel quasi sati damnis, vel agridine corporis pragrauati, vel carceribus inclusi, vel catenis colligati, vel fluctibus marismersi, ac iactati, vel aliquibus inimicorum insidiis circumsepti gemunt: sed non columbã gemitu gemunt, nõ amore dei gemunt, non spiritu gemunt. Ideo tales cũ ab ipsis pressuris fuerint liberati, exultant in grandibus vocibus, vbi apparet quia corui sunt, non colũbã. Ideo merito de arca missus est coruus, & non est reuersus: missa est columba, & reuersa est. Illas duas aues misit Noë: habebat ibi coruum, habebat & columbam: vt inque hoc genº arca illa cõtinebat. Et si arca figurabat Ecclesiã, videtis vtiq; quia necesse est, vt i isto diluuiio seculi vtrũq; genus contineat Ecclesia, & coruum, & columbam. Qui sunt corui: qui sua quarunt. Qui columbã qui ea quã Christi sunt quarunt. Propterea ergo cum mitteret spiritum sanctum, duobus modis eum ostendit visibiliter: per columbam & per ignem. Per columbam super dominum baptizatum, per ignem super discipulos congregatos. Cum enim ascēdisset dominus in celum post resurrectionem, peractis cum discipulis suis quadraginta diebus, impleta die Pentecostes, misit eis spiritum sanctum, sicut promiserat. Spiritus ergo tunc veniens impleuit locum illum, factoque primo sonitu de celo tanquam ferretur flatus vehemens, sicut in Actibus Apostolorũ legimus. Visã, inquit, illis sunt linguę diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum, & ceperunt linguas loqui, sicut spiritus dabat eis pronunciare. Hanc videmus columbam super dominum, has linguas diuisas super discipulos congregatos: ibi simplicitas, hic feruor ostenditur. Sunt enim qui dicuntur simplices, & pigri sunt: vocantur simplices, sunt autẽ segnes. Non talis erat Stephanus plenus spiritu sancto: simplex erat, quia nemini nocebat: feruens erat, quia impios arguebat. Non enim tacuit ludæis, cuius verba illa flãmantia, Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vos semper restitistis spiritu sancto. Magnº impetus, sed columbã sine felle sequit. Nam vt noueritis quia sine felle sequebat, illi auditis his verbis qui corui erant, ad lapides statim aduersus columbã cucurrerunt: cepit Stephanus lapidari, & qui pauloante fremens & feruens spiritu tanquam in inimicos impetum fecerat, & tanquã violentus inuectus erat in verbis igneis atque flammã-

**K**

**L**

**Gen. 8.**

**Philip. 2.**

**M**

**Acto. 2.**

**Acto. 7.**

\*f. aliã vnitate.

Luc. 23.

**B**  
2. q. 7. ca. nõ omnis qui.

**Matt. 3.**

**A**tibus, vt audistis, Dura ceruice, & incircuncisi corde & auribus, vt qui ea verba audiret, putaret Stephanum, si ei liceret, statim illos velle confumi, venientibus in se lapidibus ex manibus eorum genu flexo ait, Domine, ne statuas illis hoc delictum, Inhaferat mititati \*f. columbã. Prior enim illud fecerat magister, super quem descenderat columba, qui pendens in cruce ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Ergo ne spiritu sanctificati dolum habeant, in columba demonstratum est: ne simplicitas frigida remaneat, in igne demonstratum est. Nec moueat, quia linguę diuisæ sunt. Distant enim linguę, ideo diuisis linguis apparuit. Linguę, inquit, diuisæ velut ignis, qui & insedit super vnumquemque eorum. Distant inter se linguę, sed linguarum distantia non sunt schismata. In linguis diuisis noli dissipationem timere, vnitatem cognosce in columba. Sic ergo sic oportebat demonstrari spiritum sanctum venientem super dominum, vt intelligat vniuersusque si habeat spiritum sanctum, simplicem se esse debere sicut columbam: habere cum fratribus veram pacem, quam significant oscula columbarum. Habent enim oscula & corui: sed in corui falsa pax, in columba vera pax. Non omnis ergo qui dicit, pax vobiscum, quasi columba audiendus est. Vnde ergo discernuntur oscula coruorum ab osculis columbarum? Osculantur corui, sed laniant: à laniatu innocens est natura columbarum. Vbi ergo laniatus, non est vera in osculis pax. Illi habent veram pacem, qui Ecclesiã non laniauerunt: nam corui de morte pascuntur. Hoc columba non habet, de frugibus terra vituit, innocens eius victus est: quod vere fratres mirandum est in columba. Sunt passeris breuissimi, qui vel muscas occidunt, nihil horum columba: non enim de morte pascitur. Qui laniauerunt Ecclesiã de mortibus pascuntur. Potens est dominus, rogemus vt reuiscant qui deuorantur ab eis & sentiunt: multi enim agnoscunt, quia reuiscunt, nam ad eorum aduentum quotidie gratulamur in nomine Christi. Vos tantum sic estote simplices, vt sitis prudentes & feruentes, & feruor vester in linguis sit. Nolite tacere, ardentibus linguis loquentes, accendite frigidus. Quid enim fratres mei, quis non videat quod illi non vident? Nec mirum quia inde reuertit nolunt, sicut coruus qui de arca missus est. Quis enim non videat quod illi non vident? Et ipsi spiritu sancto ingrati sunt. Ecce columba descendit super dominum, & super dominum baptizatum, & apparuit ibi sancta illa & vera trinitas, quã nobis vnus deus est. Ascendit enim dominus ab aqua, sicut in Euangelio legimus, Et ecce aperti sunt cœli, & vidit spiritum descendentem velut columbam, & mansit super eum. Et statim vox consecuta est, Tu es filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Apparuit manifestissima trinitas, pater in voce, filius in homine, spiritus sanctus in colũbã. In trinitate ista quò missi sunt Apostoli, videamus quod videmus, & quod mirum est, quia illi non vident, non enim vere non vident, sed ad id quod facies eorum ferit, oculos claudunt. A quo missi sunt discipuli, in nomine patris & filij & spiritus sancti? Ab illo de quo dictum est, Hic est qui baptizat. Dictum est enim ministris ab eo qui sibi tenuit hanc potestatem. Hoc enim in illo vidit Ioannes, & cognouit quod non nouerat, nõ quia eum non nouerat filium dei: aut eum non nouerat dominum, aut non nouerat Christum: aut vero & hoc nõ nouerat quia ipse baptizaturus esset in aqua, & Christus in spiritu sancto? Nam & hoc nouerat. Sed quia non ita vt sibi teneret potestatem, & in nullum ministro-

Tomus nonus.

rum eam transferret: hoc est quod didicit in columba. Per hanc enim potestatem quam Christus solus sibi tenuit, & in neminem ministrorum transfudit, quauis per ministros suos baptizare dignatus sit, per hanc stat vnitas Ecclesiã, quã significatur per columbam, de qua dictum est, Vna est columba mea, vna est matris suæ. Si enim, vt iam dixi, fratres mei, transferretur potestas à domino ad ministrum, tot baptizata essent, quot ministri essent, & iam non staret vnitas baptismi. Intendite fratres. Antequã veniret dominus noster Iesus Christus ad baptismum, nam post baptismum descendit columba, in qua cognouit Ioannes quiddam proprium, cũ ei dictum est, Super quem videris spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto: nouerat, quia ipse baptizabat in spiritu sancto, sed quia tali proprietate, vt potestas ab eo non transfiret in alterum, quauis eo donante hoc ibi didicit. Et vnde probamus, quia iam & hoc nouerat Ioannes, quia baptizaturus erat dominus in spiritu sancto, vt hoc intelligatur didicisse in columba, quod ita esset baptizaturus dominus in spiritu sancto, vt in neminem alium hominem potestas illa transfiret? Vnde probamus: Columba iam baptizato domino descendit. Antequã quã venisset dominus vt baptizaretur à Ioanne in Iordane, diximus quia nouerat eum, illis vocibus vbi ait, Tu ad me venis baptizari: ego à te debeo baptizari. Sed ecce dominum nouerat, nouerat filium dei. Vnde probamus quod iam nouerat quia ipse baptizaret in spiritu sancto? Antequã veniret ad flumini, cũ multi ad Ioannem curerent baptizari, ait illis, Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me venit, maior me est, cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni: iam & hoc nouerat. Quid ergo per columbã didicit, ne mēdax postea inueniretur, quod auertat à nobis deus opinari, nisi quandam proprietatem in Christo talem futuram, vt quauis multi ministri baptizaturi essent, siue iusti, siue iniusti, non tribueretur sanctitas baptismi, nisi illi super quem descendit columba, de quo dictum est, Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Petrus baptizet, hic est qui baptizat: Paulus baptizet, hic est qui baptizat: Iudas baptizet, hic est qui baptizat. Nam si pro diuersitate meritorum baptismi sanctum est, quia diuersa sunt merita, diuersa erunt baptismata: & tãto quisque aliquid melius putatur accipere, quanto à meliore videtur accepisse. Ipsi spirituales sancti, intelligite fratres mei boni pertinentes ad columbã, pertinentes ad sortem ciuitatis illius Hierusalem, ipsi boni in Ecclesia, de quibus dicit Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius, diuersarũ gratiarum sunt, non omnes paria merita habent. Sunt alij aliis sanctiores, sunt alij aliis meliores. Quare ergo si vnus ab illo, verbi gratia, iusto sancto baptizetur: alius ab alio inferioris meriti apud deum, inferioris gradus, inferioris continentia, inferioris vitæ: vnum tamen & par & æquale est quod acceperunt, nisi quia hic est qui baptizat? Quomodo ergo cũ baptizat bonus & melior, non ideo iste bonum accepit, & ille melius. Sed quauis bonus & melior fuerint ministri, vnum & æquale est, quod acceperunt, nõ est melius in illo, & inferius in isto: sic & cũ baptizat malus ex aliqua vel ignorãtia Ecclesie, vel tolerantia: aut enim ignorantur mali, aut tolerãtur, vt palea, quouisque in vltimo ventiletur area, illud quod datum est, vnum est, nec impar propter impares ministros, sed par & æquale, propter, Hic est qui baptizat. Ergo dilectissimi videamus quod videre illi nolunt, non

**D**  
De conf. dist. 4. ca. Aliud.

**Cant. 6.**

**E**

**Matt. 3.**

**F**

**2. Timot. 2.**

De cõf. dist. 4. ca. cũ baptizat. 4. sent. dist. 5. cap. 1.

b iij q non

**Philip. 1.**

**Phil. 1.**

**1. Ioan. 3.**

**Roma. 8.**



**G** q non videant, sed q se videre doleat, quasi clausum sit contra illos quod nulli sunt discipuli, in nomine patris & filij & spiritus sancti, vt baptizarent tanquam ministri. Quod nulli sunt, dicit, baptizate gentes. Audistis fratres quomodo venit illa hereditas, Postula a me, & dabo tibi gētes hereditatem tuā, & possessionem tuā terminos terræ. Audistis quomodo de Sion prodit lex, & verbum domini de Hierusalem: ibi enim audierunt discipuli, Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Intenti facti sumus cū audiremus, Ite baptizate gentes: in cuius nomine? In nomine patris & filij & spiritus sancti. Ite vnus deus, quia non in nominibus patris & filij & spiritus sancti: sed in nomine patris & filij & spiritus sancti: vbi vnum nomen audis, vnus est deus: sicut de femine Abraham dictū est, & exponit Paulus Apostolus. In femine tuo benedicentur omnes gentes: non dixit in feminibus tanquam in multis, sed tanq̄ in vno, & femini tuo quod est Christus. Sicut ergo quia ibi nō dicit in feminibus, docere te voluit Apostolus, quia vnus est Christus: sic & hic cum dictum est in nomine, non in nominibus, quomodo ibi in femine, non in feminibus, probatur vnus deus pater & filij & spiritus sanctus. Sed ecce, inquit, discipuli ad dominum, Audiuimus in quo nomine baptizemus, ministros nos fecisti, & dixisti nobis, Ite baptizate in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quod ibimus: quod non audistis: ad hereditatem meam: Interrogatis, quod ibimus? Ad id quod emi sanguine meo: quod ergo? Ad gentes, ad gentes inquit, Putavi quia dixit, ite baptizate Aphros in nomine patris & filij & spiritus sancti. Deo gratias. Soluit dominus questionem, docuit columba. Deo gratias. Ad gentes Apostoli missi sunt: si ad gētes, ad omnes linguas. Hoc significauit spiritus sanctus diuisus in linguas, vnus in colūba. Hoc linguæ diuiditur, hoc columba copulat. Linguæ gentium concordantur, & vna lingua Aphricæ discordant: Quid euidētius fratres mei: in columba vnitas, in linguas gentium societas. Aliquando enim & linguæ per superbiam discordauerunt, & tunc sunt factæ linguæ ex vna multæ. Post diluuium enim quidam superbia homines, velut aduersus deum se munire conantes, quasi aliquid esset excelsius deo, aut aliquid tutius, superbia erexerunt turrim, quasi ne diluuium si postea fieret deleteretur. Audierat enim & recēderat, quia omnis iniquitas erat deleta diluuium. Ab iniquitate tēperare volebant, altitudinem turris contra diluuium requirebant, & edificauerunt turrim excelsam: vidit deus superbiam ipsorum, & hunc errorem illis immitti iussit, vt non se cognoscerent loquentes, & factæ sunt diuersæ linguæ per superbiam. Si superbia fecit diuersitates linguarum, humilitas Christi congregauit diuersitates linguarū. Iā quod illa turris dissociauerat, Ecclesia collegit. De vna lingua factæ sunt multæ: noli mirari, superbia hoc fecit. De multis linguis fit vna: noli mirari, charitas hoc fecit: quia etiam soni diuersi linguarū sunt, in corde vnus deus inuocatur, vna pax custoditur. Vnde debuit ergo charissimi demonstrari spiritus sanctus, vnitate quandā designans nisi per colūbā, vt pacata Ecclesiæ diceretur. Vna est columba mea: Vnde debuit humilitas, nisi per autē simplicem & gementem, non per auem superbā & exultantem sicut coruus: Et forte dicent, Quia ergo columba, & vna columba, præter vnā colūbā baptismus esse non potest. Ergo si apud te est columba, vel tu es colūba, quādo ad te venio, tu da mihi quod nō habeo: scitis hoc ipsorum esse. Ecce modo vobis apparebit, nō esse de voce colūbæ, sed de clamore corui. Nam paululū attendat

charitas vestra, & timete infidias, imō caute, & excipite verba contradicentū respicienda, non transglutienda & visceribus danda. Facite inde quod fecit dominus, quando illi obtulerūt amarū potum: Gustauit & respuit: sic & vos audite & abiicite. Quid enim dicunt? Videamus, Ecce, inquit, tu es columba. O catholica, tibi dictum est, Vna est columba mea, vna matris suæ. Tibi certe dictum est, Expecta, noli me interrogare. Si mihi dictum est proba primum: si mihi dictū est, cito volo audire. Inquit, Tibi dictū est. Respondeo voce catholica, mihi. Hoc autē fratres, quod ore meo solius sonuit: sonuit, vt arbitror, & cordibus vestris, & omnes pariter diximus, Ecclesiæ catholice dictū est, Vna est columba mea, vna est matris suæ: præter ipsam ergo colūbā, inquit, baptisma nō est. Ego qui præter ipsam colūbā sum baptizatus, ergo nō habeo baptismum? Si baptismum nō habeo, quare mihi nō das quando ad te venio? Et ego interrogo, Interim sequestremus, cui dictū est, Vna est columba mea, vna est matris suæ. Adhuc quærimus, Aut mihi dictū est, aut tibi dictū est? Sequestremus cui dictum sit. Hoc ergo quæro, si colūba est simplex, innocens sine felle, pacata in oculis, nō sarna in vnguibus, quæro vtrū ad huius colūbæ mēbra pertineat auari, raptores, subdoli, ebriosi, flagitiosi, membra sunt colūbæ huius? Absit, inquit. Et reuera fratres, quis hoc dixerit vt nihil aliud dicat? Raptores solos, si dicam, mēbra accipitis possunt esse, non membra colūbæ. Milui rapiunt, accipitres rapiunt, corui rapiunt: colūbæ nō rapiunt, non dilaniant. Ergo raptores non sunt membra colūbæ. Non apud vos fuit vel vnus raptor: Quare manet baptismus quem dedit accipiter & nō colūba? Quare non baptizatis apud vos met ipsos post raptores & adulteros & ebriosos, post auaros apud vos met ipsos? An isti omnes membra colūbæ sunt? Sic dehonestatis colūbam vestram, vt ei membra vulturina faciatis. Quid ergo fratres, quid dicimus? Mali & boni sunt in Ecclesia catholica: ibi autem soli mali sunt. Sed forte inimico animo hoc dico, & hoc postea requiratur. Et ibi certe dicunt, quia sunt boni & mali. Nam si dixerint solos bonos se habere, credant illis sui, & subscribo, Non sunt apud nos dicant, nisi sancti, casti, sobrii, non adulteri, nō fornicatores, non fraudatores, nō periuri, non vinolenti. Dicāt, Non enim attēdo linguas ipsorum, sed tango corda ipsorum. Cum autē noti sunt & vobis & suis, sicut & vos & vobis in catholica & illis noti estis, nec nos eos reprehendamus, nec illi se palpēt. Nos fatemur in Ecclesia catholica & bonos & malos esse, sed tanquā grana & paleas. Aliquando qui baptizatur à grano, palea est: & qui baptizatur à palea, granū est: alioquin, si qui baptizatur à grano, valet, & qui baptizatur à palea, nō valet, falsum est, hic est qui baptizat. Si autē verū est, hic est qui baptizat, & quod ab illo datur, valet, & quomodo colūba baptizat? Nō enim malus ille colūba est, aut ad mēbra colūbæ pertinet: nec hic potest dici in catholica, nec apud illos. Si illi dicūt, colūbā esse Ecclesiam suā, quid ergo intelligimus fratres mei, quoniā manifestū & omnibus notum est, & si nolint cōuincitū: quia & ibi quādo dāt mali, nō post illos baptizatur: & hic quādo dant mali, non post illos baptizatur. Columba non baptizat post coruum: coruus quare vult baptizare post colūbam? Intendat charitas vestra. Et quare designatum est nescio quid per colūbam, vt baptizato domino veniret colūba, id est spiritus sanctus in specie colūbæ, & maneret super eum, cum in aduentu colūbæ hoc cognosceret Ioannes, propriam quandam potestatem in domino ad baptizandum, quia per hanc propriam

**A** propriam potestatem, sicut dixi, pax Ecclesiæ firmata est. Et potest fieri vt habeat aliquis baptismum præter colūbam: vt proficit ei baptismus, præter colūbā non potest. Intendat charitas vestra & intelligat quod dico: nam & ista circumuentione sæpe seducunt fratres nostros, qui pigri & frigidi sunt. Simus simplices & feruentiores. Ecce, inquit, Ego accepi, an nō accepi? Respondeo, accepi. Si ergo accepi, non est quod mihi des, securus sum, etiam testimonio tuo. Et ego quidem me dico accepisse, & tu me fateris accepisse, vtriusq; lingua securū me facit. Quid ergo mihi promittis? Quare me vis catholicum facere, etiam non mihi aliquid daturus es amplius, & me iam accepisse fateris quod te habere dicis? Ego autē quando dico, veni ad me, dico quia nō habes tu, qui fateris quia habeo. Quare dicis, veni ad me? Docet nos colūba. Respondeo enim de capite domini, & dicit, Baptismum habes, charitatem autem qua ego gemo nō habes. Quid est hoc, inquit, Baptismū habeo, charitatem non habeo? Sacramentū habeo, charitatem non? Noli clamare, ostende mihi quomodo habeat charitatem qui diuidit vnitatem. Ego, inquit, habeo baptismum: habes, sed baptismum illud sine charitate nihil tibi prodest: quia sine charitate tu nihil es: nam baptismus ille etiā in illo qui nihil est, nō est nihil. Baptisma quippe illud aliquid est, & magnum aliquid est, propter illum de quo dictū est, Hic est qui baptizat. Sed ne putares illud quod magnum est, tibi aliquid prodesse posse si non fueris in vnitate, super baptizatum colūba descendit, tanquam dicens, Si baptismum habes, esto in colūba, ne non tibi proficit quod habes. Veni ergo ad colūbam dicimus, non vt incipias habere quod nō habebas, sed vt prodesse tibi incipiat quod habes. Foris enim habebas baptismum ad perniciem: intus si habueris, incipit prodesse ad salutem. Non enim tantum tibi nō proderat baptismus, & nō etiā oberat: Et sancta possunt obesse: in bonis enim sancta ad salutem insunt: in malis ad iudicium. Certe enim fratres nouimus quid accipiamus, & vtique sanctum est quod accipimus, & nemo dicit non est sanctum. Et quid ait Apostolus? Qui autem manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: non ait quia illa mala est, sed quia ille malus male accipiendo, ad iudicium accipit bonum quod accipit. Nō enim mala erat buccella, quæ tradita est Iudæ à domino: Absit. Medicus non daret venenum: salutem medicus dedit, sed indigne accipiendo ad perniciem accipit, quia non pacatus accipit. Sic ergo & qui baptizatur. Habeo, inquit, mihi. Fateor habes: obserua quod habes, coipso quod habes damnaberis. Quare? Quia rem colūbæ præter colūbam habes. Si rem colūbæ in colūba habes, securus habes. Puta te esse militarem: si characterem Imperatoris tui intus habes, securus militas: si extra habes, tunc non solum tibi ad militiam nō prodest character ille, sed etiā pro desertore punieris. Veni ergo veni, & noli dicere, iam habeo, iam sufficit mihi. Veni, colūba te vocat, gemedo te vocat. Fratres mei vobis dico, gemendo vocate, non rixando: vocate orādo, vocate inuitando, vocate ieiunando: in charitate intelligat quia doletis illos. Nō dubito fratres mei, quia si videant dolorē vestrum, confundentur & reuincant. Veni ergo veni, noli timere: time si non venis: imō nō time sed plāge. Veni gaudebis, si veneris. Gemis quidē in tribulationibus peregrinationis, sed gaudebis in spe. Veni vbi est colūba, cui dictum est, Vna est colūba mea, vna est matris suæ. Colūbam vnā vides super caput Christi: linguas vides in toto orbe terrarū. Idem

spiritus per colūbam, idem & per linguas. Si per colūbam idem spiritus, & per linguas idem spiritus sanctus per totum orbem terrarū datus est, à quo te præcidiisti vt clames cum coruo, nō vt gemas cum colūba? Veni ergo. Sed sollicitus es forte & dicis, Foris baptizatus sum, timeo ne inde sim reus, quia foris accepi. Iam cœpisti cognoscere quid gemendū sit. Verum dicis, quia reus es non quia accepisti, sed quia foris accepisti. Tene ergo quod accepisti, emenda quod foris accepisti. Accepisti rem colūbæ, præter colūbā accepisti. Duo sunt quæ audis, accepisti, & præter colūbā accepisti. Quod accepisti, approbo: quia foris accepisti, improbo. Tene ergo quod accepisti: nō mutatur sed agnoscitur, character est regis mei, non ero sacrilegus: corrigo desertorē, nō immuto characterem. Noli de baptismo gloriari, quia dico ipsum est. Ecce dico ipsum est, tota catholica dicit ipsum est: aduertit colūba, & agnoscit & gemit, quia ipsū foris habes: videt ibi quod agnoscit, videt ibi & quod corrigat. Ipsū est, veni. Gloriaris quia ipsū est, & nō vis venire: Quid ergo mali qui nō pertinet ad colūbā, ait tibi colūba, & mali inter quos gemo, & q nō pertinet ad mēbra mea, & necesse est vt inter illos gemam: nōne habet quod te habere gloriaris? nōne multi ebriosi habet baptismū? nōne multi auari? nōne multi idololatras, & quod est peius furtim? Nōne Pagani ad idola eūt, vel ibat publice? Nūc occulte Christiani sortilegos quarunt, mathematicos colunt: & ibi habent baptismum, sed colūba gemit inter coruos. Quid ergo gaudes quia habes? Hoc habes quod habet & malus. Habeto humilitatē, charitatē, pacē: habeto bonū quod nondū habes, vt proficit tibi bonū quod habes: nā quod habes, habuit & Simon magus, Actus Apostolorū testes sunt, ille liber canonicus omni anno in Ecclesia recitandus. Anniversaria solennitate post passionē domini nostis illū librū recitari: vbi scriptū est, quomodo cōuersus sit Apostolus, & ex persecutore predicator factus, vbi etiā die pentecostes missus est spiritus sanctus in linguas diuisus velut ignis. Ibi legim⁹ multos credidisse in Samaria per prædicationē Philippi. Intelligitur autē siue vnus ex Apostolis, siue ex diaconis, quia septē ibi diacones legimus ordinatos, inter quos est etiā nomen Philippi: per Philippi ergo prædicationē crediderūt Samaritæ. Samaria cœpit abudare fidelibus: ibi erat iste Simon magus, qui per magicas factiones suas dementauerat populū, vt eū virtutē dei putarent: cōmotus tamen signis quæ à Philippo fiebant, etiā ipse credidit: sed quomodo ipse crediderit, posteriora sequentia demonstrauerunt. Baptizatus est autē & Simon. Audierunt hoc Apostoli qui erant in Hierusalē, & missi sunt ad illos Petrus & Ioannes, & inuenerunt multos baptizatos. Et quia nullus ipsorum adhuc acceperat spiritus sanctū, sicut tunc descēdebat ad ostendendā significationē gentiū crediturū, vt linguas loqueretur, in quos descēdebat spiritus sanctus, imposuerunt illis manus orantes pro eis, & acceperunt spiritus sanctum. Simon ille qui nō erat in Ecclesia colūba, sed coruus, quia ea quæ sua sunt quærebat, non quæ Iesu Christi: vnde in Christianis potentiam magis amauerat quā in iustitiā, vidit per impositionem manuum Apostolorum dari spiritus sanctū, non quia ipsi dabant, sed quia ipsis orantibus datus est, & ait Apostolus, Quid vultis à me accipere pecuniæ, vt & per impositionem manuum mearum detur spiritus sanctus? Et ait illi Petrus, Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam tuam donum dei putasti pecunia comparandum. Cui dicit, Pecunia tua tecum sit in perditionem, vtique baptizato.

Matr. 28.  
Psal. 2.

Esa. 2.

Galat. 3.

Acto. 2.

De consē.  
distinc. 2. ca.  
& sancta.

1. Cor. 11.

Ioan. 3.

Cant. 6.

E

Acto. 3.

Philipp. 2.

Acto. 3.

Gen. 6. **C**ptizato. Iam baptisma habebat, sed columbae visceribus non habebat. Audi quia non habebat: verba ipsa Petri Apostoli aduerte, sequitur enim, Non est tibi pars neque fors in hac fide. In felle enim amaritudinis video te esse. Columba fel non habet, Simon habebat, ideo separatus erat a columbae visceribus. Baptisma illi quid proderat? Noli ergo de baptismo gloriari, quasi ex ipso salus tibi sufficiat. Noli irasci, depone fel, veni ad columbam. Hic tibi proderit, quod foris non solum non proderat, sed etiam oberat. Neque dicas, non venio, quia foris sum baptizatus. Ecce incipe habere charitatem, incipe habere fructum, inueniatur in te fructus, mittat te columba intro. Inuenimus hoc in scriptura, Imputribilibus lignis arca fuerat fabricata. Imputribilia ligna sancti sunt fideles pertinentes ad Christum. Quomodo enim in templo lapides viui de quibus aedificatur templum, homines fideles dicti sunt: sic ligna imputribilia homines perseverantes in fide. In ipsa ergo arca ligna imputribilia erant. Arca enim Ecclesia est, ibi baptizata columba illa. Arca enim illa in aqua ferebatur: ligna imputribilia intus, baptizata sunt. Inuenimus quaedam ligna foris baptizata, omnes arbores quae erant in mundo. Ipsa tamen aqua erat, non erat altera: omnis de caelo venerat, & de abyssis fontium. Ipsa erat aqua in qua baptizata sunt ligna imputribilia, quae erant in arca, in qua baptizata sunt ligna foris. Mistra est columba, & primum non inuenit requiem pedibus suis, rediit in arcam: plena enim erant aquis omnia, & maluit redire quam rebaptizari. Coruus autem ille emissus est antequam siccaretur aqua, rebaptizatus redire noluit, mortuus est in his aquis. Auertat deus corui illius mortem: nam quare non est reuersus, nisi quia aquis interceptus est? At vero columba non inueniens requiem pedibus suis, cum ei vndique clamaret aqua, veni, veni, hic tingere: quomodo clamant isti haeretici, veni, veni, hic habes, non inueniens illa requiem pedibus suis, reuersa est ad arcam. Emissit illam Noe iterum, sicut vos mittit arca ut loquamini illis. Et quid fecit postea columba? Quia erant ligna foris baptizata, reportauit ad arcam ramum de oliua. Ramus ille & folia & fructum habebat. Non sint in te sola verba, non sint in te sola folia, sit fructus, & redis ad arcam, non per te ipsum, columba te reuocat. Gemite foris, ut illos intro reuocetis. Etenim fructus iste oliuae si discutiat, inuenies quid erat. Oliuae fructus, charitatem significat. Vnde hoc praecipimus? Quomodo enim oleum a nullo humore premitur, sed disruptis omnibus exilit & supereminet: sic & charitas non potest premi in ima, necesse est ut ad superna emineat. Propterea de illa dicit Apostolus, Adhuc supereminentiorem viam vobis demonstro. Quia diximus de oleo quia supereminet, ne forte non de charitate dixerit Apostolus, supereminentiorem viam vobis demonstro, audiamus quid sequitur, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum tamquam aramentum sonans, aut cymbalum tinniens. I nunc Donate, & clama, disertus sum: I nunc & clama, doctus sum. Quantum disertus, quantum doctus? Nunquid linguis angelorum locuturus es? Et tamen si linguis angelorum loqueris, charitatem non habens, audirem ara sonantia & cymbala tinnientia. Soliditatem aliquam quero, fructum in foliis inueniam: non sint sola verba, habent oliuam, redeant ad arcam. Sed, inquit, habeo sacramentum. Verum dicis, sacramentum diuinum est, habes baptisma, & ego confiteor. Sed quid dicit idem Apostolus? Si sciero o-

muia sacramenta, & habuero prophetiam & omnem fidem, ita ut montes transferam: ne forte & hoc dices, Credidi, sufficit mihi. Sed quid dicit Iacobus? Et demones credunt & contremiscunt. Magna est fides, sed nihil prodest si non habeat charitatem. Confitebantur & demones Christum credendo, sed non diligendo: dicebant, Quid nobis & tibi fili dei? Fidem habebat, charitatem non habebat, ideo demones erant. Noli de fide gloriari, adhuc demonibus comparandus es: noli dicere Christo domino, mihi & tibi quid est? Vnitus enim Christi tibi loquitur, Veni cognosce pacem, redi ad viscera columbae. Foris baptizatus es, habeto fructum, & redi ad arcam, Et tu, Quid nos queritis si mali sumus? Ut boni sitis. Ideo vos querimus, quia mali estis: nam si mali non essetis, inuenissemus vos, non vos quereremus. Qui bonus est, iam inuentus est: qui malus est, adhuc queritur: ideo vos querimus, redite ad arcam. Sed iam habeo baptisma. Si omnia sacramenta sciero, & habuero prophetiam & omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Fructum ibi videam, oliuam ibi videam: & reuocaris ad arcam. Sed quid ais? Ecce nos multa mala patimur: haec si pro Christo pateremini, non pro honoribus vestris. Audite quid sequitur. Iactant se enim aliquando, quia eleemosynas multas faciunt, dant pauperibus, quia patiuntur molestias, sed pro Donato non pro Christo. Vide quomodo patiaris: nam si pro Donato pateris, pro superbo pateris. Non es columba si pro Donato pateris: non erat ille amicus sponsi: nam si amicus esset sponsi, gloriam sponsi quereret, non suam. Vide amicum sponsi dicentem. Hic est qui baptizat. Ille non erat amicus sponsi, pro quo pateris: Non habes vestem nuptialem: & si ad conuiuium venisti, foras habes mitti. Imo quia foras missus es, ideo miser es: redi aliquando & noli gloriari. Audi quid dicat Apostolus, Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Ecce quod non habes, Si tradidero, inquit, corpus meum ut ardeam, & utique pro nomine Christi: sed quia sunt multi qui iactanter illud faciunt, non cum charitate: ideo si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitate fecerunt martyres illi, qui in tempore persecutionis passi sunt, charitate fecerunt: isti autem de tumore & de superbia faciunt, nam cum persecutor desit, se ipsos praecipitant. Veni ergo ut habeas charitatem, sed nos habemus martyres. Quos martyres? Non sunt columbae, ideo volare conati sunt, & de petra ceciderunt. Omnia ergo fratres mei videtis, quia clamant aduersus illos omnes paginae diuinae, omnis prophetia, totum Euangelium, omnes Apostolicae litterae, omnis gemitus columbae, & nodum euigilant, nodum expergiscuntur. Sed si columba sumus, gemamus, toleremus, speremus: aderit misericordia dei, ut efferueat ignis spiritus sancti in simplicitate vestra, & veniet. Non est desperandum, orate, praedicate, diligite, profusus potens est dominus: iam coeperunt cognoscere frontem suam: multi cognouerunt, multi erubuerunt: aderit Christus, ut cognoscant & ceteri. Et certe fratres mei vel palea sola ibi remaneat, oia grana colligentur: quicquid tibi fructificauit, redeat ad arcam per columbam. Modo deficientes vbiq; quid nobis proponunt non inuenientes quid dicant? Villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt, proferunt testamenta hominum. Ecce vbi Gaius eis donauit fundum Ecclesiae, cui praerat Faustinus. Cuius Episcopus erat Faustinus? Ecclesiae. Quid est Ecclesiae?

K. Iacobi. 2. Marci. 1. L. Matt. 22. 1. Cor. 13. M

**A** Ecclesia? Ecclesia dixi, cui praerat Faustinus, sed non Ecclesiae praerat Faustinus, sed parti praerat. Columba autem Ecclesia est. Quid clamatis? Non deuorabimus villas, columba illas habeat. Quaratur quae sit columba, & ipsa habeat: nam nostis fratres mei, quia villae istae non sunt Augustini. Et si vos non nostis, & putatis me gaudere in possessione villarum, deus nouit: ipse scit, quid ego de illis villis sentiam, vel quid ibi sufferam. Nouit gemitus meos, si mihi aliquid de columba impertiri dignatus est. Ecce sunt villae. Quo iure defendis villas? diuino an humano? Respondeat, Diuini ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus regum. Vnde quisq; possidet quod possidet: Nonne iure humano? Nam iure diuino, domini est terra & plenitudo eius. Pauperes & diuites deus de vno limo fecit, & pauperes & diuites vna terra supportat. Iure tamen humano dicit, Haec villa mea est, haec domus mea, hic seruus meus est. Iure ergo humano, iure imperatorum. Quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores & reges seculi deus distribuit generi humano. Vultis legamus leges Imperatorum, & secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere, recitemus leges Imperatorum, videamus si aliquid voluerint ab haereticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? Secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum, & quis audeat dicere, mea est illa villa, aut me est ille seruus, aut domus haec mea est? Si autem ut teneatur ista ab hominibus, iura acceperunt regum: vultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia vel vnum horum habeatis, & non imputeris nisi mansuetudini columbae, quia vel ibi vobis permittitur permanere? Leguntur enim leges manifestae, vbi praeeperunt Imperatores, eos qui praeter Ecclesiae catholicae communionem usurpant sibi nomen Christianum, nec volunt in pace colere pacis auctoritate, nihil nomine Ecclesiae audeant possidere. Sed quid nobis & Imperatori? Sed iam dixi, de iure humano agitur: & tamen Apostolus voluit seruire regibus, voluit honorari reges, & dixit, Reges reuerimini. Nolite dicere, quid mihi & regi? Quid tibi ergo & possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti, quid mihi & regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura humana renunciaisti quibus possidentur possessiones. Sed de diuino iure ago, ait. Ergo Euangelium recitemus. Videamus quousque Ecclesia catholica Christi est, super quam venit columba, quae docuit. Hic est qui baptizat: quomodo ergo iure diuino possideat, qui dicit, Ego baptizo: cum dicat columba. Hic est qui baptizat: cum dicat scriptura, Vna est columba mea, vna est matris suae: Quare laniastis columbam? Imo laniastis viscera vestra, nam vobis laniastis, columba integra perseverat. Ergo fratres mei, si vbiq; non habent quod dicant, ego dico vobis quid faciant, veniant ad catholicam, & nobiscum habebunt non solum terram, sed etiam illum qui fecit caelum & terram. *Ab eo quod scriptum est, Et ego uidi & testimonium perhibui, quia hic est filius dei: usque ad id quod scriptum est, Amen dico vobis, uidebitis caelum apertum, & angelos ascendentes & descendentes super filium hominis. Tractatus VII.*

**B** **C**ongaudemus frequentiae vestrae, quia ultra quam sperare potuimus, alacriter conuenistis. Hoc est ergo quod nos latificat & consolatur in omnibus laboribus & periculis vitae huius, amor uester in deum, & pium studium, & certa spes, & feruus spiritus. Audistis cum Psalms legeretur, quia inops & pauper clamat ad deum in hoc seculo. Vox enim est, ut sapius audistis, & meminisse debetis, non unius hominis,

Psal. 23. Psal. 87. 1. Petri. 2. Cant. 6.

& tamen unius hominis. Non unius, quia fideles multi, D multa grana inter paleas gemetia, diffusa toto orbe terrarum. Unius autem, quia membra Christi omnes, ac per hoc unum corpus. Ille ergo vnus populus inops & pauper, non huiusmodi gaudere de seculo, & dolor eius intus est, & gaudium eius intus est, vbi non videt nisi ille qui exaudit gementem, & coronat sperantem. Latitia seculi vanitas, cum magna expectatione speratur ut veniat, & non potest teneri cum venerit. Ille enim dies qui latus est perditis hodie in ista ciuitate, cras utique non erit, nec idem ipsi cras hoc erunt quod hodie sunt. Et transeunt omnia, & euolat omnia, & sicut fumus uanescunt. Et vbi qui amant talia: Omnis enim anima sequitur quod amat. Omnis caro fenem, & omnis honor carnis quasi flos foeni. Foenum aruit, flos decidit: verbum autem domini manet in aeternum. Ecce quod ames, si vis manere in aeternum. Sed dicere habebas, Vnde possum apprehendere verbum dei? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Quapropter fratres charissimi, ad inopiam nostram & paupertatem nostram pertineat, & quod illos dolemus qui sibi abundare videntur: gaudium enim ipsorum quasi phreneticorum est. Quomodo autem phreneticus gaudet in infania, plerumque & ridet, & plangit illum qui sanus est: sic & nos fratres charissimi, si receperimus medicinam de caelo venientem: quia & nos omnes phrenetici eramus; tanquam salui facti, qui ea quae diligebamus non diligimus, gemimus ad deum de iis qui adhuc infantiunt: potens est enim ut & ipsos saluos faciat, & opus est ut respiciant se, & displiceant sibi. Spectari volunt, & spectari se non nouerunt: nam si aliquantum oculos ad se conuertant, vident confusionem suam. Quod donec fiat, alia sint studia nostra, alia sint aduocamenta animae nostrae. Plus valet dolor noster quam gaudium illorum. Quantum pertinet ad numerum fratrum, difficile est ut quisquam ex illa celebritate raptus fuerit ex viris: quantum autem ad fororum numerum, contristat nos: & hoc magis doledum est, quia non ipsa potius ad Ecclesiam accurrunt, quas debuit si non timor, certe verecundia de publico reuocare. Viderit hoc qui videt, & aderit misericordia eius, ut saluet omnes. Nos autem qui conuenimus, pascamur epulis dei, & sit gaudium nostrum sermo ipsius. Inuitauit enim nos ad Euangelium suum, & ipse cibus noster est, quo nihil dulcius, sed si quis habeat palatum sanum in corde. Bene autem arbitror meminisse charitatem vestram hoc Euangelium lectionibus congruis ex ordine recitari: & puto vobis non excidisse quae iam tractata sunt, maxime recentiora de Ioanne & de columba. De Ioanne scilicet, quid nouum didicerit in domino per columbam, qui iam nouerat dominum. Et hoc inuentum est inspirante spiritu dei, quod iam quidem Ioannes nouerat in domino: sed quod ipse dominus ita esset baptizaturus, ut baptizandi potestatem a se in neminem transfereret, hoc didicit per columbam, quia dictum ei erat, Super quem videris spiritum descendente velut columbam, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Quid est, hic est? Non est alius, etiam per alium. Quare autem per columbam? Multa dicta sunt, nec possum, nec opus est omnia retexere, praecipue tamen propter pacem, quia & ligna quae baptizata sunt foris, quia fructum in eis inuenit columba, ad arcam attulit: sicut meministis columbam emissam a Noe de arca, quae diluuium natabat & baptismo abluebatur, non mergebatur. Cum ergo esset emissam, attulit ramum oliuae: sed non sola folia habebat, habebat & fructum. Itaque hoc optandum est fratribus nostris qui foris baptizantur, ut habeant fructum,

Est. 40. E. F. Gen. 8.

**G** etum, nō illos sinet colūba foris, nisi ad arcā reducerit. Fructus autē est totus charitas, sine qua nihil est homo, quicquid aliud habuerit. Et hoc vberime ab Apostolo dictum cōmemorauimus & recensuimus. Ait enim, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habē, factus sum velut æramētū sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero omnē scientiam, & sciam omnia sacramenta, & habeam omnem prophetiam, & habuero omnē fidem: fidem autē quomodo dixit omnem: vt montes transferam, charitatem autē nō habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meū ita vt ardeam, charitatem autē non habeam, nihil mihi prodest. Nullo modo autē possunt dicere se habere charitatē, qui diuidunt vnitatem. Hęc dicta sunt, sequentia videamus. Perhibuit Ioannes testimonium, quia vidit. Quale testimonium perhibuit? Quia ipse est filius dei. Oportebat enim vt ille baptizaret qui est filius dei vnicus, non adoptatus. Adoptati filij, ministri sunt vnici. Vnicus habet potestatem, adoptati ministeriū. Licet baptizet minister nō pertinens ad numerū filiorum, quia male viuit & male agit, quid nos consolatur? Hic est qui baptizat. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulātem, dicit, Ecce agnus dei. Vtique singulariter iste agnus, nam & discipuli dicti sunt agni, Ecce ego mitto vos sicut agnos in medio luporū. Dicti sunt & ipsi lumen, Vos estis lumē mundi. Sed aliter ille de quo dictū est, Erat lumen verum, quod illuminat omnē hominem venientē in hūc mundum. Sic & agnus singulariter, solus sine macula, sine peccato: non cuius maculā absterse sint, sed cuius macula nulla fuerit. Quid enim quia dicebat Ioānes de domino, Ecce agnus dei? Ipse Ioannes non erat agnus? Non erat vir sanctus? Non erat amicus spōsi? Ergo singulariter ille, hic est agnus dei: quia singulariter huius agni sanguine solo, homines redimi potuerunt. Fratres mei, si agnoscerimus precii nostrū quia sanguis est agni, qui sunt illi qui hodie celebrāt festiuitatem sanguinis, nescio cuius mulieris? Et quā in ingratū sunt? Raptū est aurum, dicunt de aure mulieris, & cucurrit sanguis, & positum est aurum in trutina vel in statera, & præponderauit multum de sanguine. Si pondus ad inclinandū aurum habuit sanguis mulieris, quale pondus habet ad inclinandū mundū sanguis agni, per quem factus est mundus? Et quidem ille spiritus nescio quis, vt premeret pondus, placatus est sanguine. Immundi spiritus no uerant venturum Iesum Christū, audierant ab angelis, audierant ex Prophetis, & sperabant eum venturū. Nā si non sperabant, vnde clamauerunt, Quid nobis & tibi est? Venisti ante tēpus perdere nos? scimus quia sis sanctus dei. Venturum sciebant, sed tēpus ignorabant. Sed quid audistis in psalmo de Hierusalē: Quoniam beneplacitum habuerit serui tui in lapides eius, & pulueris eius miserebuntur. Tu exurgens, inquit, misereberis Sion, quoniam venit tempus vt miserearis eius. Quando venit tēpus vt misereretur deus? Venit agnō. Qualis agnō est? Quem lupi timent. Qualis agnus est? Qui leonem occidit. Dicitur enim diabolus leo circumiens & rugiens, querens quē deuoret: sanguine agni victus est leo, ecce spectacula Christianorū. Et quid est amplius? Illi oculis carnis vident vanitatē, nos cordis oculis veritatem. Ne putetis fratres, q̄ sine spectaculis nos dimisit dominus deus noster: nā si nulla sunt spectacula, cur hodie conuenistis? Ecce quod diximus, vidistis & exclaimastis: non exclamaretis nisi vidissetis. Et magnum est

hoc spectare per totum orbē terrarum, victum leonem K sanguine agni, educta de dentibus leonum mēbra Christi, & adiuncta corpori Christi. Ergo nescio quid simile imitatus est quidā spiritus, vt sanguine simulachrum suum emi vellet, quia nouerat precioso sanguine quādocunque redimendum esse genus humanum. Fingunt enim spiritus mali vmbas quasdā honoris sibi metipsis, vt sic decipiant eos qui sequuntur Christum. Vsq̄ adeo fratres mei, vt illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, misceant præcantationibus suis nomē Christi: quia iam nō possunt seducere Christianos vt dent venenum, addūt mellis aliquantum, vt per id quod dulce est, lateat quod amarum est, & bibatur ad perniciem: vsque adeo vt ego nouerim aliquo tēpore illius palleati? sacerdotē solere dicere, & ipse palleatus? Christianus est. Vt quid hoc fratres, nisi quia aliter nō possunt seduci Christiani? Ne queratis ergo alibi Christum, q̄ vbi se vobis voluit prædicari Christus. Et quomodo vobis voluit prædicari, sic illum tenete, sic in cordibus vestris scribite. Murus est aduersus omnes impetus, & aduersus oēs insidias inimici. Nolite timere, nec tentat ille nisi permissus fuerit: cōstat illum nihil facere, nisi permissus fuerit aut missus. Mittitur tanquā angelus malus a potestate domināte: permittitur quando aliquid peti: & hoc fratres non fit, nisi vt probentur iusti, puniantur iniusti. Quid ergo times? Ambula in domino deo tuo, certus esto, quod te non vult pati, nō pateris: quod te permiserit pati, flagellum corrigentis est, nō pœna dānantis. Ad hereditatē sempiternam erudimur, & flagellari dedignamur? Fratres mei, si recusaret quisquā puer colaphis aut flagellis cædi a patre suo, quomodo diceretur superbus, desperatus, ingratus paternæ disciplinæ? Et vt quid erudit pater homo filiū hominē, vt possit non perdere tēporalia, quæ illi acquisiuit, quæ illi collegit, quæ nō vult eum perdere, quæ ipse qui relinquit, non potuit in sempiternū tenere: nō docet filium cū quo possideat, sed qui post eum possideat. Fratres mei, si filiū docet pater successorem, & quem docet & ipsum similiter per omnia transiitū, quā & ille qui monebat transiitū est: quomodo vultis erudiat nos pater noster, cui nō successuri, sed ad quem accessuri sumus, & cum quo in æternum māstrū in hereditate, quæ nō marcescit, nec moritur, nec grandinē nouit? Et ipse hereditas & ipse pater est: hunc possidebimus, & erudiri nō debemus? Sufferamus ergo eruditionē patris, nō quando nobis dolet caput curramus ad præcantatores, ad fortilegos & remedia vanitatis. Fratres mei, non vos plangā, quotidie inuenio ista, & quid faciā? Nondum persuadeo Christianis in Christo spem esse ponendā: Ecce si cui factū est remedium, moriatur. Quā multi enim cū remediis mortui sunt, & q̄ multi sine remediis vixerūt. Qua fronte exiit anima ad deū? Perdidit signum Christi, accepit signū diaboli. An forte dicit, nō perdidit signum Christi? Ergo signum Christi cum signo diaboli habuisti. Non vult Christus cōmunionem, sed solus vult possidere quod emit. Tanti emit vt solus possideat, tu facis ei cōsortem diabolum, cui te per peccatū vendideras. Væ duplici corde, qui in corde suo partem faciunt deo, partē faciūt diabolo. Iratus deus, quia fit ibi pars diabolo, discedit, & totū diabolus possidebit. Nō frustra itaq; Apostolus dicit, Neque detis locum diabolo. Cognoscamus ergo agnū fratres, cognoscamus precium nostrum. Stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Ecce duo de discipulis Ioānis, quia talis erat Ioānes amicus sponsi, non quærebat gloriam suam,

\* falsas piteati.  
\* falsas piteatus.

**A** suam, sed testimonium perhibebat veritati: nunquid voluit apud se remanere discipulos suos, vt non sequerentur dominum? Magis ipse ostendit discipulis suis quē sequerentur: habebant enim illum tanquam agnum, & ille, Quid me attenditis? Ego nō sum agnus: Ecce agnus dei. De quo & superius dixerat, Ecce agnus dei. Et quid nobis prodest agnus dei? Ecce ait, qui tollit peccata mundi: secuti sunt illum hoc audito duo qui erant cum Ioanne. Videamus sequentia, Ecce agnus dei, hoc Ioannes. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequentes se, dicit eis, Quid queritis? Qui dixerūt, Rabbi, quod dicitur interpretatū magister, vbi habitas? Nō sic illum sequebantur, quasi iam inhærent illi: nā manifestum est quādo illi inhæserunt, quia de nauē vocauit. In his enim duobus erat Andreas, sicut modo audistis. Andreas autem frater Petri erat. Et nouimus in Euangelio quōd Petrum & Andream domus de nauē vocauit, dicens, Venite post me, & faciam vos pisces hominum. Et ex illo iam inhæserunt illi vt non recederent. Modo ergo quōd illum sequuntur isti duo, non quasi non recessuri sequuntur, sed videre voluerūt vbi habitaret, & faceret quod scriptum est, Limē ostiorum eius exerat pes tuus, surge ad illum venire assidue & erudire præceptis eius. Ostendit eis ille vbi maneret, & venerunt & fuerunt cum illo. Quā beatum diē duxerunt, quā beatam noctem. Quis est qui nobis dicat quæ audierint illi a domino? Aedificem⁹ nosmetipsi in corde nostro, & faciamus domū quo veniat ille & doceat nos, colloquatur nobis. Quid queritis? Dixerūt ei, Rabbi, quid interpretatum dicitur magister, vbi habitas? Dicit eis, Venite & videte. Et venerunt & viderunt vbi maneret, & apud eum manserunt diē illo. Hora autem erat quasi decima. Nihil ne arbitramur pertinuisse ad Euāgelistam, dicere nobis quora hora erat? Potest fieri vt nihil ibi nos animaduertere, nihil querere voluerit? Decima erat hora. Numerus iste legem significat, quia in decem præceptis data est lex. Venerat autē tempus, vt impleretur lex per dilectionem, quia a Iudæis non poterat impleri per timorem. Vnde dominus dicit, Non veni solvere legem, sed implere. Merito ergo decima hora eum secuti sunt ad testimonium amici spōsi duo isti: & decima hora audiuit, Rabbi, quod interpretatur magister. Si decima hora Rabbi dominus audiuit, & decimus numerus ad legem pertinet, magister legis non est nisi dator legis, quia filius dei dedit legem: nemo dicat quia alius dedit legem, & alius docet legem. Ipse illam docet qui illam dedit: ipse est magister legis iuxta, & docet illā. Et misericordia est in lingua ipsius, ideo misericorditer docet legem, sicut dictū est de sapientia, Legem autem & misericordiam in lingua portat. Noli timere, ne implere legem non possis, surge ad misericordiam. Si multum est ad te legem implere, vt ere pacto illo & chirographo, vt ere precibus quas tibi constituit & composuit iuris peritus celestis: qui enim habent causam & volunt supplicare Imperatori, querunt aliquem scholasticum iuris peritum, a quo sibi preces cōponantur, ne forte si aliter petierint quā oportet, non solum non impetrent quod petunt, sed & penam pro beneficio consequantur. Cum ergo quærent supplicare Apostoli, & non inuenirent quomodo adirent Imperatorem deum, dixerunt Christo, Domine, doce nos orare: hoc est, iuris perite noster, a seorsum dei, imō cōseorsum, compone nobis preces. Et docuit dominus de libro iuris celestis, docuit quomodo orarent,

Eccle. 6.

Matt. 5.

Lucæ. 11.

& in ipso quod docuit, posuit quandam conditionem, Dimitte nobis debita nostra, sicut nos dimittimus debitoribus nostris. Si non secundum legem petieris, reus eris. Contremiscis Imperatorem factus reus, offer sacrificium humilitatis, offer sacrificium misericordiæ, dic in precibus, Dimitte mihi, quoniam & ego dimitto: sed si dicis, fac. Quid enim facturus es, quō iturus es, si mentitus fueris in precibus? Non quomodo dicitur in foro, carebis beneficio rescripti, sed nec rescriptum impetrabis. Iuris enim forensis est, vt qui in precibus mētutus fuerit, non illi prosit quod impetravit. Sed hoc inter homines, quia potest falli homo: potuit falli Imperator, quando preces misisti: dixisti enim quod voluisti, & cui dixisti, nescit an verum sit: dimisit te aduersario tuo conuincendum, vt si ante iudicem cōuictus fueris de mendacio, quia non potuit ille nisi prestare, nesciens an fueris mentitus, ibi carebis ipso beneficio rescripti, quo perduxisti rescriptum. Deus autem quia non vit vtrum mentiaris, an verum dicas, non facit vt in iudicio tibi non prosit, sed nec impetrare te permittit, quia ausus es mentiri veritati. Quid ergo facturus es? dic mihi. Implere legem ex omni parte, ita vt in nullo offendas, difficile est. Reatus ergo certus est, remedio vti nō vis? Ecce fratres mei, quale remedium posuit deus contra agridines animæ. Quid ergo? Cum caput tibi dolet, laudamus si Euāgelium ad caput tibi posueris, & non ad ligaturam cucurreris. Ad hoc enim perdūcta est infirmitas hominum, & ita plangendi sunt homines, qui currunt ad ligaturas, vt gaudeamus quando videmus hominem in lectulo suo constitutum, iactari febribus & doloribus, nec alicubi spem posuisse, nisi vt sibi Euāgelium ad caput poneret, non quia ad hoc factū est, sed quia prælatum est Euāgelium ligaturis. Si ergo ad caput ponitur, vt quiescat dolor capitis, ad cor nō ponitur vt sanetur a peccatis? Fiat ergo, Quid fiat? Ponatur ad cor, sanietur cor, bonum est. Bonum est vt de salute corporis nō satagas, nisi vt a deo illā petas. Si scit tibi prodesse, dabit illā tibi: si nō tibi dederit, nō tibi proderit habere illā. Quā multi agrotant in lecto innocentes, & si sani fuerint, pcedūt ad scelera cōmittenda, Quā multis obest sanitas? Latio qui procedit ad faucē occidere hominem, quāto melius illi erat vt agrotaret? Qui nocte surgit ad effodiendū parietē alienū, quāto illi melius si febribus iactaretur: innocētius agrotaret, seclerate san⁹ est. Nouit ergo deus quid nobis expediat, id agamus tantū vt cor nostrū sanū sit a peccatis. Et quādo forte flagellamur in corpore, ipsum deprecemur. Rogauit eū Paulus Apostolus, vt auferret ab eo stimulū carnis, & noluit auferre: nūquid perturbatus est, & nūquid cōuictus dixit se desertū? Magis se dixit nō desertum, quia nō ablatū est quod volebat auferri, vt illa infirmitas sanaretur: hoc enim inuenit in voce medici, Sufficit tibi gratia mea, nā virtus in infirmitate perficitur. Vnde ergo scisti q̄ nō vult te sanare deus, adhuc tibi expedit flagellari? Vnde scis q̄ putre est quod fecit medicus, agens ferrū p putrida? Nōne nouit modum quid faciat, quousq; faciat? Nūquid vtilitatis eius qui secatur, retrahit manus medici artificiose secantis: ille clamat, ille secat. Crudelis qui nō audit clamantē, an potius misericors, quia vulnus psequitur vt sanet agrotū? Hęc fratres mei ideo dixi, ne qs querat aliqd præter auxiliū dei. Quādo forte in aliqua correptione dñi sumus, videte ne peatis, videte ne ab agno recedatis, & a leone deuoremini. Diximus ergo, quare hora decima, sequētia videam⁹. Erat Andreas frater Simōis Petri, vnus de duob⁹ qui audierant

1. Cor. 10.



G rant ab Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic Simonē fratrem suum, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. (Messias Hebraice, Latine vnctus, Græce Christus est: ab vnctione enim dicitur Christus. Christiana vnctio est Græce, ergo Christus vnctus. Ille singulariter vnctus, præcipue vnctus, vnde omnes Christiani vnguntur. Ille præcipue, quomodo in Psalmo dicitur, audi, Propterea vnxit te deus deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Participes enim eius omnes sancti: sed ille singulariter vnctus sanctorum, singulariter vnctus, singulariter vnctus. Et dixit ad Iesum, Andreas fratrem suum Simonem. Intuitus autem eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Ioannis, tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus.) Nō magni quia dominus dixit, cuius filius esset iste. Quid magni domino: Omnia nomina sanctorum suorum sciebat, quos ante constitutionem mundi prædestinavit: & miraris, quia dixit, vni homini, tu es filius illius, & tu vocaberis illud Magni, quia mutauit ei nomen, & fecit de Simone Petrum. Petrus autem à petra, petra vero Ecclesia. Ergo in Petri nomine figurata est Ecclesia. Et quis securus, nisi qui ædificat supra petram? Et quid ait ipse dominus, Qui audit verba mea hæc & facit ea, sim ilabo eum viro prudenti ædificanti supra petram, non cedit tentationibus: descendit pluuia, adueniunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & nō cecidit: fundata enim erat supra petram. Qui audit verba mea, & nō facit ea, iam vnusquisque nostrum timeat & caueat, sim ilabo eum viro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam: descendit pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & impegerunt in domum illam, & cecidit, & facta est ruina eius magna. Quid pdest quia intrat Ecclesiam, qui vult super arenam ædificare. Audiendo enim & non faciendo, ædificat quidem, sed super arenam. Si enim nihil audit, nihil ædificat: si audit, ædificat. Si quærimus? vbi, si enim audit & facit, supra petram: si audit & non facit, super arenam. Duo sunt genera ædificantium, aut supra petram, aut supra arenam. Quid ergo illi qui nō audiunt? Securi sunt? Securos eos dicit, quia nihil ædificant. Nudi sunt sub pluuia, ante ventos, sanè flumina cum venerint ista, ante illos tollit, quam domus deiiciat. Ergo vana est securitas, & ædificare, & supra petram non ædificare. Si audire vis & nō facere, ædificas, sed ruina ædificas: cum autem venerit tælatio, deiicit domum, & cum ipsa ruina tua te tollet. Si autem non audis, nudus es, & illis tælationibus tu ipse retraheris. Audi ergo & fac. Vnum est remedium. Quanti forte hodie audiendo & non faciendo rapti sunt fluuii: quæritatis huius: Audiendo enim & non faciendo, venit fluuius ipsa celebritas anniuersaria, impletus est torrens, trahitur est & siccat: sed vnde illi quem tulerit. Illud vero nouerit charitas vestra, quia nisi quis & audiat & faciat, non ædificat supra petram, & non pertinet ad nomē tam magnum, quod sic commendauit dominus. Intentum enim te fecit: nam si hoc ante Petrus vocaretur, non ita videres mysterium petrae, & putares casu eum sic vocari, non prouidentia dei. Ideo voluit eum aliud prius vocari, vt ex ipsa cōmutatione nominis, sacramenti viuacitas commendaretur. Et in crastinū voluit dominus Iesus exire in Galilæam, & inuenit Philippum. Dicit ei, Sequere me. Erat autē de ciuitate Andree & Petri. Et inuenit Philippum Nachanaëlem, iam vocatus à domino. Et dixit ei, Quem scripsit Moyses in lege & Propheta, inuenimus Iesum filium Ioseph. Eius filius dicebatur, cui desponsata erat mater eius. Nā quod

ea intacta conceptus & natus sit, berte nouerunt omnes Christiani ex Euangelio. Hoc Philippus dixit Nathanaëli, addidit & locum, A Nazareth. Et dixit ei Nathanaëli, A Nazareth potest aliquid boni esse. Quid intelligitur fratres, non quomodo aliqui pronuntiant: nam & sic solet pronuntiarī, A Nazareth potest aliquid boni esse: Sequitur enim vox Philippi. Et dixit, Veni & vide. Ambas autē pronuntiationes potest ista vox ferre, siue sic pronuncies tanquam cōfirmans, à Nazareth potest aliquid boni esse: & ille, Veni & vide. siue sic dubitans, & totum interrogans, à Nazareth potest aliquid boni esse: Veni & vide. Cū ergo siue illo modo, siue isto pronuntietur, non repugnant verba sequentia: nostrū est querere quid potius intelligamus in his verbis: qualis fuerit Nathanaëli iste, in sequentibus probamus. Audite qualis fuerit, dominus ipse perhibet testimonium. Magnus dominus cognitus est testimonio Ioannis, beatus Nathanaëli cognitus testimonio veritatis: quia dominus & si testimonio Ioannis non commendaretur, ipse sibi perhibuit testimonium, quia sufficit sibi ad testimonium suum veritas: sed quia veritatem non poterant capere homines, per lucernam querebant veritatē, & ideo Ioannes per quem dominus ostenderetur missus est. Audi dominum Nathanaëli testimonium perhibentem. Et dixit ei Nathanaëli, A Nazareth potest aliquid boni esse. Dicit ei Philippus, Veni & vide. Et vidit Iesus Nathanaëlem venientem ad se, & dicit de eo, Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est. Magnū testimonium: hoc nec Andree dictum, nec Petro dictum, nec Philippo, quod dictum est de Nathanaële, Ecce vere Israëlita, in quo dolus nō est. Quid ergo facimus fratres? Debet iste primus esse in Apostolis, & non solū primus nō inuenitur in Apostolis, sed nec medius nec vltimus inter duodecim Nathanaëli, cui tantum testimonium perhibuit filius dei, dicens, Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est. Quæritur causa, quantum dominus intimat, probabiliter inuenimus. Intelligere enim debemus ipsam Nathanaëlem eruditum & peritum legibus fuisse: propterea noluit illum dominus inter discipulos ponere, quia idiotas elegit, vnde cōfunderet mundum: audi Apostolum dicentem ita, Videte, inquit, vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit deus: & ea quæ nō sunt tanquā ea quæ sunt, vt ea quæ sunt, euacuetur. Si doctus eligeretur, fortasse ideo se diceret electū, quia doctrina eius meruit eligi: dominus noster Iesus Christus volens superborū frangere ceruices, nō quæsiuit per oratorē piscatorem, sed de piscatore lucratus est Imperatorem. Magnus Cyprianus orator, sed prius Petrus piscator, per quē postea crederet nō solum orator, sed & Imperator. Nullus nobilis primo electus est, nullus doctus, quia infirma mundi elegit deus, vt confunderet fortia. Erat autē iste magnus, & sine dolo, hoc solo nō electus, ne cuiquā videretur dominus doctos elegisse: & ex ipsa doctrina legis veniebat, quod cū audisset à Nazareth: scrutatus enim erat scripturas, & sciebat quia inde erat expectandus saluator, quod non facile alij Scribæ & Pharisei nouerant. Iste ergo doctissimus legibus, cum audisset Philippum, dicentem, Inuenimus Iesum quem scripsit Moyses in lege & Propheta, à Nazareth filium Ioseph: Ille qui optime scripturas nouerat, audito nomine Nazareth, erectus est in spem, & dixit, A Nazareth potest aliquid boni esse. Iam cetera de ipso videamus.

A so videamus, Ecce vere Israëlita, in quo dolus non est. Quid est in quo dolus non est? Forte non habebat peccatum: forte non erat ager: forte illi medicus non erat necessarius: Absit. Nemo sic natus est vt illo medico nō egeret. Quid sibi ergo vult, in quo dolus non est? Aliquanto intentius quæramus, apparebit modo in nomine domini. Dolus dicit dominus, & omnis qui verba Latina intelligit, scit quia dolus est cum aliud agitur & aliud fingitur. Intendat charitas vestra, nō dolus dolor est: propterea dico, quia multi fratres imperitiores latinitatis loquuntur sic, vt dicant, dolus illum torquet, pro eo quod est dolor. Dolus fraus est, simulatio est: quando aliquis aliquid in corde tegit, & aliud loquitur, dolus est, & tanquam duo corda habet: vnum quasi finem cordis habet, vbi videt veritatem: & alterum finem, vbi concipit mendacium, à Nazareth potest esse dolum, dictum est in psalms, labia dolosa. Quid est labia dolosa? Sequitur, In corde, & corde locuti sunt mala. Quid est in corde, & corde: nisi, duplici corde? Si ergo dolus in isto non erat, sanabile illū medicus iudicauit, non sanum. Aliud est enim sanus, aliud sanabilis, aliud insanabilis. Qui agrotat cū spe, sanabilis dicitur: qui agrotat cū desperatione, insanabilis: qui autem iam sanus est, non eget medico. Medicus ergo qui venerat sanare, vidit istum sanabilem, quia dolus in illo non erat. Quomodo dolus in illo non erat? Si peccator est, factetur se peccatorem. Si enim peccator est, & iustum se dicit, dolus est in ore ipsius: ergo in Nathanaële confessionem peccati laudauit, non iudicauit non esse peccatorem. Propterea cum Pharisei qui sibi videbantur iusti, reprehenderet dominum quia miscebatur agrotis medicus, & dicerent, Ecce cum quibus manducat, cū Publicanis & peccatoribus: Respondit medicus phariseis, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus: non veni vocare iustos, sed peccatores: hoc erat dicere, Quia vos iustos dicitis, cum sitis peccatores, sanos vos iudicatis cum langueatis, medicinam repellitis, non sanitatem tenetis. Vnde ille Phariseus qui vocauerat dominum ad prandium, sanus sibi videbatur: agrotata autem illa mulier irrupit in domum, quod non erat inuitata, & desiderio salutis facta impudens accessit, non ad caput domini nostri, non ad manus, sed ad pedes: lauit eos lachrymis, terxit capillis suis, osculata est eos, & vnxit vnguento, pacem fecit cum vestigiis domini peccatrix. Reprehendit ille tanquam sanus medicus: ille Phariseus qui illic discubebat, & ait apud se, Hic si esset Propheta, sciret quæ mulier eius pedes tetigisset. Ideo autē suspicatus erat eum ignorasse, quia non illam repulit, quasi ne immundis manibus tangeretur. Nouerat autē ille, permisit se tangi, vt tactus ipse sanaret. Dominus videns cor Pharisei, proposuit similitudinem, Duo debitores erant cuidam feneratori, vnus ei debebat quinquaginta denarios, alter quingentos. Cum non haberet vnde redderet, donauit ambobus, quis eum plus dilexit? Et ille, credo domine, cui plus donauit. Et cōuersus ad mulierē, dixit Simoni, Vides istā mulierem? Intraui in domum tuam, aquā pedibus meis non dedisti, illa autem lachrymis lauit pedes meos, & capillis suis terxit. Osculata mihi non dedisti, illa autem non destitit pedes meos osculari. Oleum mihi non dedisti, illa autem vnxit pedes meos vnguento: Propterea dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem modicum dimittitur, modicum diligit: hoc est dicere, Plus agrotas, sed sanum te putas: modicum putas tibi dimitti, cum plus debitor sis. Bene ista, quia do-

lus in illa non erat, meruit medicinam. Quid est, dolo in illa non erat? Confitebatur peccata. Hoc & laudat in Nathanaële, quod dolus in illo nō erat: quia multi Pharisei qui abundabant peccatis, iustos se dicebant, & dolum afferbant, per quē sanari non poterant. Vidit ergo iam iustum in quo dolus non erat, & ait, Ecce vere Israëlita, in quo dolus nō est. Dicit ei Nathanaëli, Vnde me nosti? Respondit Iesus & dixit, Priusquam te Philippus vocaret cum esses sub ficu, vidi te. Iud est, sub arbore ficu. Respondit ei Nathanaëli & ait, Rabbi tu es filius dei, tu es rex Israël. Aliquid magnum potuit Nathanaëli iste intelligere, in eo quod dictum est, Cum esses sub ficu arbore vidi te, priusquam te Philippus vocaret. Nam talem vocem protulit, tu es filius dei, tu es rex Israël, qualem tanto post Petrus, quado ei dominus ait, Beatus es Simon bar Iona, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui est in cælo. Et ibi nominauit petram, & laudauit firmamentū Ecclesiæ in ista fide. Hic iam dicit, Tu es filius dei, tu es rex Israël. Vnde: Quia dictum est ei, Antequam te Philippus vocaret cum esses sub arbore ficu, vidi te. Quarendum est, an aliquid significet ista arbor ficu. Audite enim fratres mei, Inuenimus arborem ficu maledictam, quia sola folia habuit, & fructum non habuit. In origine humani generis Adam & Eva cum peccassent, de foliis ficulneis succinctoria sibi fecerunt. Folia ergo ficulnea intelliguntur peccata. Erat autem Nathanaëli sub arbore ficu, tanquam sub vmbra mortis. Vidit eum dominus, de quo dictum est, Qui sedebant in vmbra mortis, lumen ortum est eis. Quid ergo dictum est Nathanaëli? Dicit mihi d Nathanaëli, vnde me nosti? Modo iam loqueris mecum, quia vocauit te Philippus. Iam quem vocauit per Apostolū, ad Ecclesiā suam vidit pertinere. O tu Ecclesia, d tu Israël, in quo dolus non est: Si es populus Israël in quo dolus non est, modo iam cognouisti Christum per Apostolos, quomodo Nathanaëli cognouit Christum per Philippum. Sed misericordia sua ante te vidit, quam tu eum cognosceres, cum sub peccato iaceres. Nunquid enim nos prius quæsiuimus Christum, & non ille nos quæsiuit? Nunquid nos venimus agroti ad medicum, & non medicus ad agrotos? Nonne omnis illa perierat, & relictis nonaginta nouem pastor quæsiuit illam, & inuenit, quam latus in humeris reportauit? Nonne perierat drachma illa, & accendit mulier lucernam, & quæsiuit in tota domo sua donec inuenit? Et cum inuenisset, collatamini mihi, ait vicinis suis, quoniam inueni drachmam quā perdidideram: sic & nos sicut ouis perieramus, & sicut drachma perieramus: sic pastor inuenit ouē, sed quæsiuit ouē: mulier inuenit drachmā, sed quæsiuit drachmam. Quæ est mulier? Caro Christi. Quæ est lucerna? Parauit lucernam Christo meo. Ergo quæsiuit sumus vt inueniremur, inueni loquimur. Nō superbiamus, quia antequā inueniremur perieramus, si non quæreremur. Non ergo nobis dicant quos amamus & volumus lucrari paci Ecclesiæ catholica: Quid nos vultis? quid nos quæritis, si peccatores sumus? Ideo vos quærimus, ne peccatis: quærimus, quia quæsiuit sumus: inuenire vos volumus, quia inueni sumus. Itaq; Nathanaëli cum dixisset, Vnde me nosti? Ait illi dominus, Priusquam te vocaret Philippus, cum esses sub ficu vidi te. O tu Israëlita sine dolo quisquis es, d popule viuens ex fide, antequam te per Apostolos meos vocarem, aut cum esses sub vmbra mortis, & tu me nō videres, egote vidi. Dns deinde dicit ei: Quia dixi tibi, vidi te sub arbore ficu, credis, magis his videbis. Quid hoc magis his? Et dixit eis: Amen amē dico

Psal. 44.

\*aliis adduxit.

\*aliis Ioanna.

Matt. 7.

Psal. 11.

Matt. 9.

Luc. 7.

L.

1. Cor. 11.

M

Matt. 16.

Esa. 9.

Luc. 15.

Psal. 137.

**G** dico vobis, videbitis cœlos apertos, & angelos ascendentes & descendentes supra filium hominis. Fratres, nescio quid maius dixi quam est, cum essem sub arbore ficividi te. Plus enim est quod nos dominus vocatos iustificavit, quod vidit iacentes sub umbra mortis. Quid enim nobis proderat si ibi remansissemus, ubi nos vidit? Nunquid non iaceremus? Quid hoc est maius, quando vidimus angelos ascendentes & descendentes super filium hominis? Jam aliquando de his ascendentibus & descendentibus angelis dixeram. Sed ne oblitus fueritis, breuiter dico tanquam commemorans, pluribus enim dicerem si non commemorarem, sed modo insinuarem. Scias vidit Iacob per somnium, & in ipsis scalis vidit angelos ascendentes & descendentes, & lapidem quem sibi posuerat ad caput, vinxit. Audistis quia messias Christus est, audistis quia vnctus Christus est. Non enim sic posuit lapidem vnctum ut veniret & adoraret, alioquin idololatria esset non significatio Christi. Facta est ergo significatio, quousque oportuit fieri significationem, & significatus est Christus lapis vnctus, sed non in idolo. Lapis vnctus, lapis quare? Ecce pono in scio lapidem electum preciosum, & qui crediderit in illum non confundetur. Quare vnctus? Quia Christus a christmate. Quid autem vidit tunc in scalis? Ascendentes & descendentes angelos, sic est & in Ecclesia. Angeli dei, boni predicatorum predicantes Christum: hoc est, super filium hominis ascendunt & descendunt. Quomodo ascendunt, & quomodo descendunt? Ex vno habemus exemplum. Audi Apostolum Paulum, quod in ipso inuenerimus, hoc de ceteris veritatis predicatoribus credamus. Vide Paulum ascendentem: Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim raptum fuisse vsque ad tertium cœlum, siue in corpore, siue extra corpus nescio, deus scit, & audiuit ineffabilia verba, quæ non licet homini loqui. Ascendentem audistis, descendente audite. Non potui loqui vobis quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: quasi paruulus in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Ecce descendit qui ascenderat. Quare quod ascenderat? Vsque ad tertium cœlum. Quare quod descendit? Vsque ad lac paruulis dandum. Audi quia descendit. Factus sum paruulus, inquit, in medio fratrum, tanquam si nutrix foueat filios suos. Videmus enim & nutrices & matres descendere ad paruulos, & si norunt Latina verba dicere, decurrunt & illa quasi tanquam quodammodo linguam suam, ut possint de lingua diserta fieri blandimenta puerilia, quia si sic dicant, non audit infans, sed nec proficit infans. Et disertus aliquis pater, si sit tantus orator, ut lingua illius fora concrepent, & tribunalia concutiantur, si habeat paruulum filium, cum ad domum redierit, seponit forensiam eloquentiam quod ascenderat, & in lingua puerili descendit ad paruulum. Audi vno loco ipsum Apostolum ascendentem & descendentem in vna sententia. Siue enim mente excessimus deo, siue temperantes sumus vobis. Quid est, mente excessimus deo? ut illa videamus quæ non licet homini loqui. Quid est, temperantes sumus vobis? Nunquid iudicavi me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum & hunc crucifixum? Si ipse dominus ascendit & descendit, manifestum est, quia & predicatorum ipsius ascendunt imitatione, descendunt predicatione. Et si aliquanto vos diutius tenuimus, consilij fuit ut opportune horæ transirent. Arbitramur iam illos peregrisse vanitatem suam. Nos autem fratres, quoniam pastifimus epulis salutaribus, quæ restant agamus, ut diem dominicum solemniter impleamus in gaudijs spirita-

libus, & comparemus gaudia veritatis cum gaudijs vanitatis: Et si horremus doleamus, si dolemus, oremus: si oramus, exaudimur: si exaudimur, & illos lucratur.

*Ab eo loco ubi ait, Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ: usque ad id quod ait: Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea.*

Tractatus. V I I I.

**M**iraculum quidem domini nostri Iesu Christi quod de aqua vinum fecit, non est mirandum eis qui nouerunt quia deus fecit: ipse enim fecit vinum in illo die in nuptijs in sex illis hydrijs, quas impleri aqua præcepit, qui omni anno hoc facit in vitibus. Sicut enim quod miserunt ministri in hydrias, in vinum conuersum est opere domini: sic & quod nubes fundunt, in vinum conuertitur eiusdem opere domini. Illud autem non miramur, quia omni anno fit: assiduitate amisit admirationem. Nam & considerationem maiorem inuenit, quam id quod factum est in hydrijs aqua. Quis est enim qui considerat opera dei, quibus regitur & administratur totus hic mundus, & non obstupescit obruiturque miraculis? Si consideret vim vnus grani, cuiuslibet seminis, magna quædam res est, horror est consideranti: sed quia homines in aliud intenti perdidit considerationem operum dei, in qua darent laudem quotidie creatori, tanquam seruauit sibi deus inuisitata quædam quæ faceret, ut tanquam dormientes homines, ad se colendum mirabilibus excitaret. Mortuus resurrexit, mirati sunt homines: tot quotidie nascuntur, & nemo miratur. Si consideremus prudentius, maioris miraculi est esse qui non erat, quam reuiuiscere qui erat. Idem tamen deus pater domini nostri Iesu Christi per verbum suum fecit omnia hæc, & regit quæ creauit. Priora miracula fecit per verbum suum apud se: posteriora miracula fecit per ipsum verbum suum incarnatum, & propter nos hominem factum, Sicut miramur quæ facta sunt per hominem Iesum, miramur quæ facta sunt per deum Iesum. Per deum Iesum facta sunt cœlum & terra, mare, & omnis ornatus cœli, opulentia terræ, fecunditas maris, omnia hæc quæ oculis adiacent, per Iesum deum facta sunt: & videmus hæc, & si est in nobis spiritus illius, sic nobis placent ut artifex laudetur: non ut ad opera conuersi ab artifice auter tamur, & faciem quodammodo ponentes ad ea quæ fecit, dorsum ponamus ad artificem qui fecit. Et hæc quidem videmus & adiacent oculis: quid illa quæ non videmus, sicut sunt angeli, virtutes, potestates, dominationes, omnisque habitator fabricæ huius supercœlestis, non adiacens oculis nostris: quanquam sæpe & angeli quando oportuit, demonstrauerunt se hominibus? Nonne deus & per verbum suum, id est, vnigenitum filium suum dominum nostrum Iesum Christum fecit hæc omnia? Quid ipsa anima humana quæ non videtur, & per opera quæ exhibet in carne, magnam præbet admirationem bene considerantibus: a quo facta est nisi a deo, & per quem facta est, nisi per filium dei? Nondum dico de anima hominis: cuiuslibet pecoris anima quodammodo regit molem suam: sensus omnes exierit, oculos ad videndum, aures ad audiendum, nares ad percipiendum odorem, oris iudicium ad saporis discernendos, membra denique ipsa ad peragenda officia sua. Nunquid hæc corpus & non anima, id est, habitatrix corporis agit? Nec tamen videtur oculis, & ex his quæ agit admirationem mouet. Accedat iam consideratio tua etiam ad animam humanam, cui tribuit deus intellectum cognoscendi creatorem suum, dignoscendi & distinguendi inter

**A** inter bonum & malum, hoc est, inter iustum & iniustum: quanta agit per corpus: Attendite vniversum orbem terrarum ordinatum in ipsa humana Republica, quibus administrationibus, quibus ordinibus potestatis, conditionibus ciuitatis, legibus, moribus, artibus: hoc totum per animam geritur, & hæc vis anima non videtur. Cui subtrahitur corpori, cadaver iacet: cui autem adest corpori, primo condit quodammodo putores corruptibiles: nam omnis caro in putredines defluit, nisi quodammodo animam teneatur: sed hoc commune illi est cui pecoris anima. Illa magis miranda quæ dixi, quæ ad mentem & intellectum pertinent, ubi etiam ad imaginem creatoris sui renouatur, ad cuius imaginem factus est homo. Quid erit hæc vis anima, cui & corpus hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem? Si tanta potest per carnem corruptibile, quid non poterit per corpus spiritale post resurrectionem mortuorum? Hæc tamen anima, ut dixi, admirabilis naturæ atque substantiæ, inuisibilis res est & intelligibilis: & hæc tamen per Iesum deum facta est, quia ipse est verbum dei. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cum ergo tanta videamus facta per dominum Iesum, quid miramur aquam in vinum conuersam per hominem Iesum? Neque enim sic factus est homo, ut perderet quod deus erat. Accessit illi homo, non amissus est deus. Ipse ergo fecit hoc, qui illa omnia. Non itaque miremur quia deus fecit: sed amemus quia inter nos fecit, & propter nostram reparationem fecit. Aliquid enim & in ipsis factis innuit nobis: Puto, quia non sine causa venit ad nuptias. Excepto miraculo, aliquid & in ipso facto mysterij sacramentum latet: pulsemus ut aperiat, & de vino inuisibili inebriet nos: quia & nos aqua eramus, & vinum nos fecit. Sapientes enim nos fecit, sapiamus enim fidem ipsius, qui prius insipientes eramus. Et forte ad ipsam sapientiam pertinet, cui honore dei, & cui laude maiestatis eius, & cum charitate potest illam misericordiam eius, intelligere quid sit gestum in hoc miraculo. Dominus inuitatus ad nuptias venit: quid mirum si in illam domum ad nuptias venit, qui in hunc mundum ad nuptias venit? Si enim non venit ad nuptias, non hic haberet sponsam. Et quid est quod ait Apostolus: Aptauit vos vni viro, virginem castam exhibere Christo? Quid est quod timet, ne virginitas sponsæ Christi per astutias diaboli corrumpatur? Timeo inquit, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestre mentes corrumpantur a simplicitate & castitate, quæ est in Christo. Habet ergo hic sponsam quam redemit sanguine suo, & cui pignus dedit spiritum sanctum: eruit eam de mancipatu diaboli, mortuus est propter delicta eius, resurrexit propter iustificationem eius. Quis offerret tanta sponsæ suæ? Offerat homines quilibet ornamenta terrarum, aurum, argentum, lapides preciosos, equos, macipia, fundos, prædia, nunquid aliquis offerret sanguinem suum? Si enim sanguinem suum sponsæ dederit, non erit qui ducat uxorem. Dominus autem securus moriens, dedit sanguinem suum pro ea quam resurgens haberet, quam sibi iam coniunxerat in vtero virginis. Verbum enim sponsus, & sponsa caro humana, & vtrunque vnus filius dei, & idem filius hominis, ubi factus est caput Ecclesiæ. Ille vterus virginis Mariæ, thalamus eius inde processit tanquam sponsus de thalamo suo, sicut scriptura prædixit: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit ut gigas ad currendam viam. De thalamo processit velut sponsus, & inuitatus venit ad nuptias. Certi sacramenti gratia, videtur matrem de qua sponsus processit, non agnoscere & dicere illi: Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Quid

est hoc? Ideone venit ad nuptias, ut doceret matrem cõ-  
tinentem? Non. Vtique ad cuius nuptias, ut honoraret, venerat, ideo ducebat uxorem ut filios procrearet, & ab eis quos ut procrearet optabat, utique honorari cupiebat. Ille ergo venerat ad nuptias ut exhonoreret matrem, cui & propter filios habendos, quibus reddere honorẽ parentibus imperat deus, ipsa nuptiæ celebrentur, & ducatur vxores? Proculdubio fratres laet ibi aliquid, nã tanta res est, ut quidam quos cauendos præmonuit Apostolus, sicut supra commemoramus, dicens: Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & vestre mentes corrumpantur a simplicitate & castitate, quæ est in Christo: derogates Euangelio & dicentes, quod Iesus non sit natus de Mariâ virgine, hinc argumentum sumere conarentur erroris sui, ut dicerent: Quomodo erat mater eius, cui dixit: Quid mihi & tibi est mulier? Respondendum ergo est eis & considerandum, quare hoc dixerit dñs, ne sibi aliquid aduersus sanã fidẽ infantes inuenisse videatur, vnde sponsa virginis castitas corrumpatur, id est, vnde fides Ecclesiæ violetur: reuera enim fratres corũ, qui præponunt mediã veritati. Nã isti qui videntur sic honorare Christum, ut negent eum carnẽ habuisse, nihil aliud eũ quã mendacẽ prædicant. Qui enim mendaciũ prædicant in hominibus, quid ab eis expellunt nisi veritatẽ? Immittunt diaboli, excludunt Christum: immittunt adulterum, excludunt sponsam, paranymphi scilicet vel potius leones & serpentes. Ad hoc eni loquitur ut serpens possideat, Christus excludatur. Quomodo possidet serpens? Quando possidet mendaciũ, quando possidet falsitas, serpens possidet: quando possidet veritas, Christus possidet. Ipse enim dixit: Ego sum veritas. De illo autẽ dixit: Et in veritate nõ stetit, quia veritas nõ est in eo. Sic est autẽ veritas Christus, ut totũ verũ accipias in Christo, verũ verbũ patris, æqualis patri, vera anima, vera caro, verus homo, verus deus, vera natiuitas, vera passio, vera mors, vera resurrectio: si aliquid horũ dixeris falsum, intrat putredo, de veneno serpentis nascuntur vermes mendaciorũ, & nihil integrũ remanebit. Quid est ergo, inquit, quod ait dominus, Quid mihi & tibi est mulier? Forte in eo quod sequitur ostendit nobis dominus quare hoc dixerit: Nondum, inquit, venit hora mea. Sic enim ait: Quid mihi & tibi est mulier? nõdum venit hora mea. Et hoc cur dictum sit requirendum est. Prius ergo hinc resistamus hereticis. Quid dicit serpens veterinosus, venenorum insibilator & inspirator antiquus? Quid dicit? Non habuit matrem feminã Iesus. Vnde probas? Quia dixit, inquit, quid mihi & tibi est mulier? Hoc hoc narrauit, ut credamus quia hoc dixit? Quis hoc narrauit? Nempe Ioannes Euangelista dixit, Et erat ibi mater Iesu: nam ita narrauit. Altera die nuptiæ factæ sunt in Chana Galilææ, & erat ibi mater Iesu. Venerat autem illuc inuitatus Iesus ad nuptias cum discipulis suis. Tenemus duas sententias ab Euangelista prolatas. Erat ibi mater Iesu, Euangelista dixit: quid dixerit matri suæ Iesus, ipse Euangelista dixit: & quomodo dixit respondisse matri suæ Iesum, ut primo diceret, ait illi mater eius: Videte fratres, ut aduersus linguam serpentis, mutam virginitatem cordis habeatis. Illic in ipso Euangelio eo ipso Euangelista narrante dicitur: Erat ibi mater Iesu: & Dixit illi mater eius. Quis hoc narrauit? Ioannes Euangelista. Et quid respondit matri Iesu? Quid mihi & tibi est mulier? Quis hoc narrat? Idẽ ipse Ioannes Euangelista. O Enãgelista fidelissime & veracissime, tu mihi narras dixisse Iesum, quid mihi & tibi est mulier: cur ei apposuisti matrem quã nõ agnoscit? Nã tu dixisti, quia ibi erat mater Iesu: & quia dicit ei mater eius:

Gen. 2.8.

Esa. 2.8.

Roma. 9.

2. Cor. 12.

1. Cor. 3.

1. Thez. 2.

2. Cor. 5.

1. Cor. 2.

\*† aliis importunæ.

Ioan. 1.

2. Cor. 11.

Psal. 18.

Ioan. 2.

falsis discernendum.

falsis edificant.

falsis lenones serpentis.

Ioan. 14. Ioan. 8.

\*aliis & die tertia.

Non obseruat ordinẽ textus, qui habet, Et deficiente vino, dicit mater Iesu ad eum, Vinũ nõ habent. Et dicit ei Iesus.



**G**ter eius: cur nō potius dixisti, Erat ibi Maria: & dixit ei Maria: Vtrumq; tu narras, & dixit ei mater ei: & respōdit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Quare hoc? quia nisi vtrumq; verū est? Illi autē in eo volunt credere Euāgelistā, q̄ narrat Iesum dixisse matri, Quid mihi & tibi est mulier: & in eo nolunt credere Euāgelistę q̄ ait, Erat ibi mater Iesu: & dixit ei mater eius. Quis est autē qui resistit serpenti & tenet veritatem? Cuius virginitas cordis nō corrūpitur astutia diaboli? Qui vtrumq; verū credit, & quia erat ibi mater Iesu, & quia illud respōdit matri Iesus. Sed si nondum intelligit quemadmodū dixerit Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? interim credat quod dixerit & quod matri dixerit: sit primo pietas in credente, & erit fructus in intelligente. Interrogo vos o fideles Christiani: Erat ibi mater Iesu? Respondete, erat. Vnde scitis? Respondete, hoc loquitur Euāgelium. Quid respondit matri Iesu? Respondete, quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea.) Et hoc vnde scitis? Respondete, hoc loquitur Euāgelium. Nullus vobis corrumpat hanc fidem, si vultis sponso seruire castam virginitatem. Si autem queritur a vobis, cur hoc matri responderit? dicat qui intelligit: qui autem nondum intelligit, firmissime tamen credat, & hoc respondiſſe: & tamen matri respondiſſe Iesum. Hac pietate merebitur etiam intelligere cur ita responderit, si orando pulset, & non rixando accedat ad ostium veritatis: Tantum caueat ne dum se putat scire, aut erubescit nescire, cur ita responderit, cogatur credere aut Euāgelistam fuisse mentitum qui ait, Erat ibi mater Iesu: aut ipsum Christum falsā morte passum propter delicta nostra, & falsas cicatrices ostendisse propter iustificationem nostram: falsumque dixisse, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Si enim falsā mater, falsā caro, falsā mors, falsā vulnera passionis, falsā cicatrices resurrectionis, non veritas credentes in eum, sed potius falsitas liberabit: Immo vero falsitas cedat veritati, & confundantur omnes, qui propterea se volunt videri veraces, quia Christum conantur demonstrare fallacem: & nolunt sibi dici, nō vobis credimus quia mentimini, cum ipsam veritatem dicant esse mentitam: quibus tamen si dicamus, vnde noctis dixisse Christum, Quid mihi & tibi est mulier? Euāgelio se credidisse respondent: Cur ergo non credunt Euāgelio dicenti, Erat ibi mater Iesu: & dixit ei mater eius? Aut si hoc mentitur Euāgelium, quomodo ei creditur quia dixerit Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Cur non potius miseri, & quōd ita non extranea, sed matri dominus responderit, fideliter credunt: & cur ita responderit, pie querunt? Multum enim interest inter eum qui dicit, volo scire quare Christus hoc matri responderit: & eum, qui dicit, scio quōd hoc Christus non matri responderit. Aliud est intelligere velle quod clausum est: aliud nolle credere, quod apertum est. Qui dicit, scire volo cur ita Christus matri responderit: aperiri sibi vult Euāgelium cui credit: qui autem dicit, scio quōd hoc Christus non matri responderit: ipsum Euāgelium arguit de mendacio, vbi credidit quōd Christus ita responderit. Iam vero si placet fratres, illis repulsis, & in sua cecitate errantibus semper, nisi humiliter sanentur, nos queramus, quare dominus noster sic matri responderit: Ille singulariter natus de patre sine matre, de matre sine patre: sine matre deus, sine patre homo, sine matre ante tempora, sine patre in fine temporum: quod respondit, matri respon-

dit, quia erat ibi mater Iesu, & dixit ei mater eius. Hoc totum Euāgelium loquitur. Illic nouimus, quia erat ibi mater Iesu, vbi nouimus quōd dixerit ei, Quid mihi & tibi est mulier: nondum venit hora mea. Totum credamus, & quod nondum intelligimus requiramus. Et primum hoc videte, ne forte quomodo inuenerunt Manichæi occasionem perfidię suę, quia dixit dominus, Quid mihi & tibi est mulier: sic inueniāt mathematici occasionem fallacię, quia dixit, nondū venit hora mea. Et si hoc secundum Mathematicos dixit, sacrilegium fecimus incendendo codices eorum. Si autem recte fecimus, sicut Apostolorum temporibus factum est, non secundum eos dixit dominus, nōdum venit hora mea. Dicūt enim vaniloqui & seducti seductores: Vides quia sub fato erat Christus qui dicit, nondū venit hora mea. Quibus ergo prius respondendum est, hæreticis an mathematicis? Vtrique enim a serpente illo veniunt, volentes corrumpere virginitatem cordis Ecclesię, quam habet in integra fide. Primo si placet, eis quos pręposueramus, quibus quidem iam ex magna parte respondimus. Sed ne arbitrentur nos non habere quid dicamus de his verbis quę dominus matri respondit, vos magis aduersus illos instruimus: nam illis refellendis, puto quōd sufficiat quę iam dicta sunt. Cur ergo ait matri filius, Quid mihi & tibi est mulier, nondum venit hora mea? Dominus noster Iesus Christus, & deus erat & homo: secundum quōd deus erat, matrem non habebat: secundum quōd homo erat, habebat matrem. Mater ergo erat carnis, mater hūanitatē, mater infirmitatis quā suscepit propter nos. Miraculū autem quod factū erat, secundū diuinitatē facturus erat, nō secundum infirmitatem: secundum quod deus erat, nō secundū id quod infirmus natus erat: sed infirmū dei fortius est hominibus. Miraculū ergo exigebat mater, at ille tanquam non agnoscat viscera humana, operaturus facta diuina, tanquam dicens: Quod de me fecit miraculū, nō tu genuisti, diuinitatē meā non tu genuisti: sed quia genuisti infirmitatē meā, tunc te cognoscam cum ipsa infirmitas pendebat in cruce: hoc est enim, nondū venit hora mea. Tunc enim cognouit qui utiq; semper nouerat, & antequā de illa natus esset, in prędestinatione nouerat matrem: & antequā deus crearet, de qua ipse homo crearetur, nouerat matrē. Sed ad quādam horam in mysterio non agnoscit: & ad quādam horam quę nondū venerat, in mysterio rursus agnoscit. Tunc enim agnouit, quando illud quod peperit moriebatur: non enim moriebatur per quod facta erat Maria, sed moriebatur quod factum erat ex Maria. Non moriebatur æternitas diuinitatis, sed moriebatur infirmitas carnis. Illud ergo respōdit discernens in fide credentiū: quis, per quā venerat. Venit enim per matrē feminam deus & dominus cœli & terrę, creator & Maria: secundum quod creator cœli & terrę, creator & Maria: secundum quod dicitū est: Factū ex muliere, factū sub lege, filius Marię, ipse dominus Marię, ipse filius Marię: ipse creator Marię, ipse creatus ex Maria. Noli mirari, quia & filius & dominus. Sicut enim Marię, ita & Dauid dicitur est filius: & ideo Dauid filius, quia Marię filius. Audi Apostolum aperte dicentem, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē: audi eum & dominum Dauid: dicat hoc & ipse Dauid, Dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meā. Et ipse Iesus hoc proposuit Iudæis, & eos inde cōuicit: Quomodo ergo Dauid & filius & dominus? Filius Dauid secundū carnem, dominus Dauid secundū diuinitatem:

Galat. 4.

Rom. 1.

Psal. 109.

Matt. 22.

**A**nitatem: sic Marię filius secundum carnem, dominus Marię secundum maiestatem. Quia ergo non erat illa mater diuinitatis, & per diuinitatem futurū erat miraculū quod petebat, respondit ei: Quid mihi & tibi est mulier? Sed ne putes quōd te negem matrē, nōdum venit hora mea: ibi enim te agnoscam, cum pendere in cruce cōperit infirmitas cuius mater es. Probeamus si verum est. Quando passus est dominus, sicut idē euāgelista dicit, nouerat matrem dominus, & qui nō bis insinuauit etiam in his nuptiis matrem domini, ipse narrat. Erat, inquit, illic circa crucem mater Iesu, & ait Iesus matri suę, Mulier ecce filius tuus: & ad discipulum, ecce mater tua. Commendat matrem discipulo, commendat matrem prior matre moriturus, & ante matris mortem resurrecturus. Commendat homo homini hominem, hoc pepererat Maria. Illa hora iam venerat de qua tunc dixerat, nondum venit hora mea. Quantum arbitror fratres, responsū est hæreticis: mathematicis respōdeamus. Et ipsi vnde conantur cōuincere, quia sub fato erat Iesus? Quia ipse ait, ut inquit, nondum venit hora mea. Si ergo dixisset, horam nō habeo, excludisset mathematicos, nō essent vnde calumniarentur. Nunc vero quia dixit, nondum venit hora mea, contra ipsius verba quid possumus dicere? Mirū est quōd mathematici credendo verbis Christi, conantur conuincere Christianos, quōd sub hora facti vixerit Christus. Credant ergo Christo dicenti: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: Nemo tollit eam a me, sed ego pono eam a me ipso, & iterum sumo eam. Ergone ista potestas sub fato est? Ostendant hominem qui potestatem habeat quando moriatur, quamdiu uiuat, omnino non ostendunt: credant ergo deo dicenti, Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam: & querant quare sit dictum, nondum venit hora mea. Nec ideo iam sub fato ponant conditorum cœli, creatorem atque ordinatorem syderum: quia si esset fatum de syderibus, non poterat esse sub necessitate syderum conditor syderum. Adde quia nō solum Christus non habuit quod appellas fatum, sed nec tu, aut ego, aut ille, aut quilibet hominum. Veruntamen seducti seducit, & proponunt fallacias hominibus Tendant ad capiendos homines, & hoc in plateis. Nam qui tendunt ad capiendas feras, vel in syluis, vel in solitudine id agūt: quā in infeliciter vani sunt homines, quibus capiendis in foro tenditur? Nummos accipiunt, cū se homines hominibus vendunt: dant isti nummos ut se vanitatibus vendant. Intraunt enim ad Mathematicū, ut emant sibi dominos, quales mathematico dare placuerit, vel Saturnum, vel Iouem, vel Mercurium, vel si quid aliud sacrilegi nominis. Intrauit liber, ut nummis datis seruus exiret, immo vero non intraret si liber esset, sed intrauit quō eum dominus error & domina cupiditas traxit. Vnde & veritas dicit: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Quare ergo dixit, nondum venit hora mea? Magis quia in potestate habebat quando moreretur, nondum videbat esse opportunum, ut illa potestate vteretur. Quomodo nos fratres, verbi gratia, si loquimur, iam certa hora est, quę exeamus ut celebremus sacramenta: si ante exeamus quā opus est, nōne peruerſi & pręposterī sumus? Quia ergo non facimus nisi quando opportunum est: propterea in his agendis cum ita loquimur, fatum consideramus? Quid est ergo, nondum venit hora mea? Quando ego scio opportunē me pati, quando passio mea ut ilis erit: nondū venit ipsa

Galat. 4.

Ioan. 10.

Ioan. 8.

Tomus nonus.

hora, tunc voluntate patiar: ut vtrumque serues, & nōdum venit hora mea, & potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam. Venerat ergo, habens in potestate quando moreretur: nam si ante moreretur quā discipulos elegisset, certe pręposterum esset. Si esset homo qui non haberet in potestate horam suam, posset antē mori quā discipulos elegisset. Et si forte moreretur iam electis eruditissq; discipulis, pręstaretur ei ne ipse hoc faceret. At vero qui venerat in manu habens quando iret, quādo rediret, quousque excurreret, cui paterent inferi, non tantum morienti, sed & resurgenti, ut nobis ostenderet spem immortalitatis Ecclesię suę, in capite ostendit quōd membra expectare deberent, resurget etiam in cæteris membris, qui resurrexit in capite. Hora ergo nondum venerat, opportunitas nondum erat. Vocandi erant discipuli, annuntiandum erat regnum cœlorum, faciendę erant virtutes: commendanda erat diuinitas in miraculis: commendanda erat humanitas domini in ipsa cōpassione mortalitatis. Ille enim esuriebat, quia homo erat: pauit quin que panibus tot milia, quia deus erat. Qui dormiebat, quia homo erat: vêtis & fluctibus imperabat, quia deus erat. Hęc omnia cōmendanda erant prius, ut esset quod scriberent Euāgelista, quod predicaretur Ecclesię. At vbi tantum fecit quantum sufficere iudicauit, venit hora non necessitatis, sed voluntatis: non conditionis, sed potestatis. Quid ergo fratres, quia illis & illis respōdimus, nihil dicemus quid sibi velint hydrię, quid aqua in vinum conuersa, quid Architrachus, quid sponſus, quid mater Iesu in mysterio, quid ipsę nuptię? Dicenda sunt omnia, sed onerandi non estis. Vult quidem in nomine Christi & hesternō die, quō solet sermo deberi charitati vestrę, id agere vobiscum, sed non sum permissus necessitatibus quibusdam impediētibus. Si ergo placet sanctitati vestrę, hoc quod ad mysterium pertinet huius facti, in crastinum differamus, & non oneremus & vestram & nostram infirmitatem. Sunt forte hodie multi qui propter solennitatem diei, non propter audiendum sermonem conuenerunt. Crastino qui venerit, venient audituri, ut nec fraudemus studiosos, nec grauemus fastidiosos.

Ab eo loco ubi ait, dicit mater eius ministris, Quodcumque vobis dixerit facite: usque ad id quod ait, Implete hydrias aqua: & impleuerunt eas usque ad summum. Tractatus. IX.

**N**on obseruat Aug. in hoc tractatu integrā formam textus, sed plura verba transiit, quedā cōmemorat, quedā variat. Sicut dominus deus noster, ut donet nobis redere quod promisimus. Hesternō enim die si meministi sanctitas vestra, cum temporis excluderemur angustia, ne sermonem inchoatum impleremus, in hodiernum diem distulimus, ut ea quę in hoc facto euāgelicę lectionis mystice in sacramentis posita essent, ipso adiuuante aperirentur. Non itaque opus est nobis immorari diutius in commendando dei miraculo: Ipse est enim deus qui per vniuersam creaturam quotidiana miracula facit, quę hominibus non facilitate, sed assiduitate vliuerunt. Rara autem quę facta sunt ab eodē domino: id est, a verbo propter nos incarnato, maiorē stuporē hominibus attulerūt: nō quia maiora erāt q̄ sunt ea quę quotidie in creatura facit, sed quia ista quę quotidie sūt, tanq̄ naturali cursu peraguntur: illa vero efficacia potentię etiam tanquā pręsentis, exhibita videntur oculis hominū. Diximus sicut meministis,

Ioan. 10.

E

F

Non obseruat Aug. in hoc tractatu integrā formam textus, sed plura verba transiit, quedā cōmemorat, quedā variat.

c ij

G nistis, resurrexit vnus à mortuis, obstupuerunt homines: cum quotidie nasci qui non erant, nemo miretur: Sic aquam in vinū conuersam quis non miretur: cū hoc annis omnibus deus in vitibus faciat? Sed quia omnia quæ fecit dominus Iesus, non solum valent ad excitanda corda nostra miraculis, sed etiā ad edificanda in doctrina fidei, scrutari nos oportet quid sibi velint illa omnia: id est, quid significant: horum enim omnium significationes, sicut recordamini, in diem hodiernū distulimus. Quod dominus inuitatus venerit ad nuptias, etiā excepta mystica significatione, confirmare voluit quod ipse fecit nuptias. Futuri enim erant, de quibus dixit Apostolus, prohibentes nubere, & dicentes quod malum essent nuptiæ, & quod diabolus eas fecisset, cū idem dominus dicat in Euangelio interrogatus, vtrū liceat homini dimittere vxorem suam ex qualibet causa, non licere excepta causa fornicationis. In qua responsione si meministis, hoc ait: Quod deus coniunxit, homo non separet. Et qui bene eruditi sunt in fide catholica, nouerunt quod deus fecerit nuptias: & sicut cōiunctio à deo, ita diuortium à diabolo sit. Sed propterea in causa fornicationis licet vxorē dimittere, quia ipsa esse vxor prior noluit, quæ fidem conjugalem marito non seruauit. Nec illi qui virginitatem deo vouent, quanquam ampliore gradum honoris & sanctitatis in Ecclesia teneant, sine nuptiis sunt: nam & ipsi pertinet ad nuptias cum tota Ecclesia, in quibus nuptiis sponsus est Christus. Ac per hoc ergo dominus inuitatus venit ad nuptias, vt cōiugalis castitas firmaretur, & ostēderetur sacramentum nuptiarum, quia & illarū nuptiarum sponsus personam domini figurabat, cui dictum est: Seruasti vinum bonū vsque adhuc. Bonum enim vinū Christus seruauit vsque adhuc: id est, euangeliū suum. Iam enim incipiamus ipsa sacramentorum opera detegere, quantum ille donat, in cuius nomine vobis promissimus. Erat prophetia antiquis tēporibus, & à prophetiā dispensatione nulla tēpora cessauerunt. Sed illa prophetia quando in illa Christus nō intelligebatur, aqua erat. In aqua enim vinum quodāmodo latet. Et dicit Apostolus, quid intelligamus in ista aqua: Vsq; in hodiernum, inquit, diem quādiu legitur Moyses id ipsum velamen super cor eorum positi est, quod nunc reuelatur, quia in Christo euacuatur. Et cū trāseris, inquit, ad dominum, auferetur velamen. Velamē dicit ad operationē prophetiæ, vt nō intelligeretur. Tollitur velamen cū trāseris ad dominū: sic tollitur insipientia cū trāseris ad dominum, & quod aqua erat vinū tibi fit. Lege libros omnes propheticos, nō intellecto Christo, quid tam insipidū & fatuum inuenies? Intellige ibi Christum, non solum sapit quod legis, sed etiam inebriat, mutans mentē à corpore, vt præterita obliuiscens, in ea quæ antē sunt extendaris. Ergo prophetia ab antiquis temporibus, ex quo prorsus currit ordo nascentium in genere humano, de Christo nō tacuit: sed occultum ibi erat: adhuc enim erat aqua. Vnde probamus, q̄ omnibus tēporibus superioribus vsque ad ætatem qua dominus venit, prophetia de illo nō defuit: ipso domino dicente, Cū enim resurrexisset à mortuis, inuenit discipulos suos dubitantes de ipso quē secuti erant. Viderunt enim eum mortuum, & non sperauerunt eum resurrecturum, & tota spes eorum concidit. Vnde ille latro laudatus ipso die meruit esse in paradiso, quia in cruce confixus tunc confessus est Christum, quando de illo discipuli dubitauerunt. Ergo inuenit eos nutantes, & quodāmodo arguentes se ipsos, q̄ in illo redēptionem sperauerunt, dolebant tamen eum sine culpa

occisum, quia nouerant innocentē. Et hoc ipsi post resurrectionem dixerunt, cum quosdam eorū tristes inuenisset in via, Tu solus peregrinarius in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus: Ille autem dixit eis: Quæ illi vero dixerunt: De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta potēs in factis & dictis in cōspectu dei & vniuersi populi, quomodo hunc tradiderunt sacerdotes & principes nostri in damnationē mortis, & cruci eum fixerunt. Nos autem sperabamus quia ipse erat qui redēpturus esset Israël, & nunc tertius dies agitur hodie ex quo hæc facta sunt. Hæc atque alia cū dixisset vnus ex duobus, quos inuenit in via euntes ad propinquum castellum, respondit ipse, & ait: O insensati & tardi corde ad credendum, super omnia quæ locuti sunt propheta: Nōne hæc omnia oportebat pati Christum, & introire in claritatem suam? Et fuit incipiens à Moysē & omnibus prophetis, interpretans illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant. Item alio loco, cum palpari se manibus discipulorum voluit, vt crederent quia in corpore resurrexerat: Hi sunt, inquit, sermōnes quos locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum, quia oporteret impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi & prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas, & dixit illis, Quia sic scriptum est, & sic oportebat pati Christū, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius per omnes gentes, incipientes à Hierusalem. His ex euangelio, quæ certē manifesta sunt, intellectis, patebūt illa omnia mysteria, quæ in isto miraculo domini latet: Videte quid ait: Quia oportebat impleri in Christo, quæ de illo scripta sunt. Vbi scripta sunt in lege, inquit, & prophetis & psalmis, nihil scripturarum veterum prætermisit. Illa erat aqua: Et ideo dicti sunt illi à domino insensati, quia eis adhuc aqua sapiebat, non vinū. Quomodo autem fecit de aqua vinum? Cū aperuit eis sensum, & exposuit eis scripturas, incipiens à Moysē & per omnes prophetas: vnde iam inebriati dicebant, Nōne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu, dum loqueretur nobis in via, & aperiret nobis scripturas? Intellexerunt enim Christum in his libris, in quibus eum nō nouerant. Mutauit autem aquam in vinum dominus noster Iesus Christus, & sapit quod nō sapiebat, & inebriat quod non inebriabat. Si enim iussisset inde aquam effundi, & sic ipse mitteret vinū ex occultis creature similibus, vnde fecit & panē quando saturauit tot milia: non enim quinque panes habebat, quinque milium hominum saturitatem, aut saltem duodecim copinos pleenos, sed omnipotentia domini quasi fons panis erat: sic posset & effusa aqua vinum infundere: quod si fecisset, videretur scripturas veteres improbare. Cū autē ipsam aquam conuertit in vinum, ostēdit nobis quod & scriptura vetus ab ipso est: nam iussu ipsi impletæ sunt hydryæ. A domino quidem & illa scriptura, sed nihil sapit si non ibi Christus intelligatur. Intendite autem quod ipse ait, quæ scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Nouimus autem legem ex quibus temporibus narret: id est, ab exordio mundi. In principio fecit deus cælum & terram: inde vsque ad hoc tempus quod nunc agimus, sexta ætas est, vt saepe audistis & nostis. Nam prima ætas computatur ab Adam vsq; ad Noë: secunda à Noë vsque ad Abraham: sic & Mattheus euangelista per ordinem sequitur & distinguit: tertia ab Abraham vsq; ad David: quarta à David vsq; ad transmigratiōē Babylonis: quinta à transmigratiōe Babylonis vsque ad Ioannem

A ad Ioannem Baptistam: sexta in de vsque ad finem seculi. Propterea & sexta die fecit deus hominem ad imaginem suam, quia sexta ista ætate manifestatur per Euangelium reformatio mentis nostræ, secundum imaginem eius qui creauit nos. Et conuertitur aqua in vinum, vt iam manifestatum Christum in lege & prophetis sapiamus. Ideo, Erant ibi sex hydryæ, quas iussit impleri aqua. Sex ergo illæ hydryæ, sex ætates significant, quibus non defuit prophetia. Illa ergo tempora sex, quasi articulis distributa atque distincta, quasi vasa essent inania, nisi à Christo implerentur, quid dixi tempora, quæ inaniter currebant, nisi in eis dominus Iesus prædicaretur? Impletæ sunt prophetiæ, plenæ sunt hydryæ, sed vt aqua in vinum conuertatur, in illa tota prophetia Christus intelligitur. Ideo est autem, Capiebant metretas binas vel ternas? Mysterium nobis maxime ista locutio cōmendat. Metretas enim dicit mensuras quasdam, tanquam si diceret, vrnas, amphoras, vel si quid huiusmodi. Nomen mensuræ est metreta, & à mensura accepit nomen ista mensura. Metron enim mensuram dicunt Græci: inde appellata metreta. Capiebant ergo metretas binas vel ternas. Quid dicimus fratres? Si ternas tantum diceret, non curreret animus noster nisi ad mysterium trinitatis. Sed forte nec sic debemus inde cito iam sensum nostrum auertere, quia dixit binas vel ternas: quia nominato patre & filio, cōsequenter & spiritus sanctus intelligendus est. Spiritus enim sanctus non est patris tantummodo, aut filij tantummodo spiritus, sed patris & filij spiritus: scriptum est enim: Si quis dilexerit mundum, nō est spiritus patris in illo. Item scriptum est: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Idem autem spiritus & patris & filij: nominato itaque patre & filio, intelligitur & spiritus sanctus, quia spiritus est & patris & filij. Cum autem nominatur pater & filius, tanquam duæ metretæ nominantur: cum autem ibi intelligitur spiritus sanctus, tres metretæ. Ideo non dictum est, capientes metretas, alia binas, alie ternas: sed ipsæ sex hydryæ capiebant metretas binas vel ternas: tanquam diceret, & quando dico binas, etiam spiritum patris & filij cum his intelligi volo: & quando dico ternas, ipsam trinitatem manifesti enuncio. Quisquis itaque nominat patrem & filium, oportet ibi intelligi tanquam charitatem inuicem patris & filij, quod est spiritus sanctus: fortassis enim disculæ scripturæ, quod non sic dico, vt hoc dicere possim, aut quasi aliud inueniri non possit, sed tamen fortasse scrutatæ scripturæ indicant, quod spiritus sanctus charitas est. Et ne putetis vilem esse charitatem: quomodo autem vilis est, quando omnia quæ dicuntur non vilia, chara dicuntur? Si ergo quæ non sunt vilia, chara sunt: quid est charitas ipsa charitate? Sic autem commendatur charitas ab Apostolo vt dicat: Super eminentiorem viam vobis demonstro: Si linguas hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum vt ærumentum sonans, aut cymbalum tinniens: Et si sciero omnia sacramenta & omnem scientiam, & habuero prophetiam & omnem fidem, ita vt montes trāfferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum vt ardeam, charitate autem non habuero, nihil mihi prodest. Quanta est ergo charitas, quæ si desit, frustra habentur cetera: si affit, recte habentur omnia. Tamen charitatem laudans apostolus Paulus copiosissime atque vberrimè, minus de illa dixit, quam quod ait breuiter apostolus Ioannes, cui

ius est hoc Euangelium. Neque enim dubitauit dicere, Deus charitas est: Scriptum est etiam, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quis ergo nominet patrem & filium, & non ibi intelligat charitatem patris & filij? Quam cum habere cœperit, spiritum sanctum habebit: quam si non habuerit, sine spiritu sancto erit. Et quomodo corpus tuum sine spiritu, quod est anima tua: si fuerit, mortuum est: sic anima tua sine spiritu sancto, id est, sine charitate si fuerit, mortua deputabitur. Ergo metretas binas capiebant hydryæ, quia in omnium temporum prophetia pater & filius prædicatur, sed ibi est & spiritus sanctus. Ideoque adiunctum est, vel ternas: Ego & pater, inquit, vnus sumus. Sed absit vt spiritum sanctum, vbi adimus, ego & pater vnus sumus, non esse dicamus: Tamen quia patrem & filium nominauit, capiebant hydryæ binas metretas. Sed audi, vel ternas: Itē baptizate gentes, in nomine patris & filij & spiritus sancti. Itaque in eo quod dicuntur binæ, non exprimitur, sed intelligitur: in eo vero quod dicuntur, vel ternæ, etiam exprimitur trinitas. Sed est & alius intellectus non præmittendus, & ipsum dicam, eligat quisque quod placeat, nos quod suggeritur non subtrahimus. Mens enim domini est, & non oportet ministrum fraudare conuiuas, præsertim sic esurientes vt appareat auditus vestra. Prophetia quæ ab antiquis temporibus dispensatur, ad salutem omnium gentium pertinet. Ad solum quidem populum Israël missus est Moyses, & ei soli populo per eum lex data est, & ipsi Propheta ex illo populo fuerit, & ipsa distributio temporum secundum eundem populum distincta est: vnde & hydryæ dicuntur. Secundum purificationem Iudæorum: Sed tamen quod illa prophetia etiam ceteris gentibus annunciabatur, manifestum est, quandoquidem Christus in ea occultus erat, in quo benedicuntur omnes gētes, sicut promissum est Abraham, dicente domino, in semine tuo benedicentur omnes gentes. Nondum autem intelligebatur, quia nondum aqua cōuersa fuerat in vinum: ergo omnibus gentibus dispensabatur prophetia. Quod vt emineat iocundius, de singulis ætatibus, tanquam de singulis hydryis, pro tempore quædam commemoremus. In ipso exordio, Adam & Eua parentes omnium gentiū erant, non tantummodo Iudæorum: Et quicquid figurabatur in Adam de Christo, ad omnes vtique gentes pertinebat, quibus salus erat in Christo. Quid ergo potissimum dicam de aqua primæ hydryæ, nisi quod Apostolus ait, de Adam & Eua? Nemo enim me dicit prauè intellexisse, quando intellectum nō meum, sed Apostoli profero, illud ergo vinum quantum mysterium de Christo continet, quod cōmemorat Apostolus dicens: Et erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnū est. Et ne quis istam magnitudinem sacramenti in singulis quibusque hominibus vxores habentibus intelligeret: Ego autē, inquit, dico in Christo & in Ecclesia, quod est hoc sacramentū magnū, erunt duo in carne vna. Cū de Adā & Eua scriptura geneleos loqueretur: vnde ventum est ad hæc verba: Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna: sic ergo Christus adhæsit Ecclesie, vt essent duo in carne vna. Quomodo reliquit patrem? quomodo matrem reliquit? Patrem, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: Hoc est enim, reliquit patrem, non quia deseruit & recessit à patre, sed quia non in ea forma apparuit hominibus,

G in qua æqualis est patri. Quomodo reliquit matrem? Relinquendo synagogam Iudæorum, de qua secundum carnem natus est, & inherendo Ecclesie quam ex omnibus gentibus congregavit. Ergo prima hydria habebat prophetiam de Christo: scilicet quando ista que loquor non prædicabantur in populis, adhuc aqua erat, in vinum mutata nõdum erat. Et quia illuminavit nos per Apostolum dominus, vt ostenderet nobis quid ibi quæreremus in ipsa vna sententia, erunt duo in carne vna, sacramentum magnum in Christo & in Ecclesia: iam licet nobis ubique Christum quærere, & de omnibus hydriis vinum potare. Dormit Adam vt fiat Eua, moritur Christus vt fiat Ecclesia. Dormienti Adæ fit Eua de latere, mortuo Christo lanæa percussus la-tus, vt profuant sacramenta quibus formetur Ecclesia. Cui non apparet quia in illis tunc factis futura figurata sunt, quandoquidem dicit Apostolus ipsum Adam formam futuri esse: Qui est, inquit, forma futuri. Præfigurabantur omnia mystice: Neque enim uero non poterat deus vigilanti costam educere, feminamque formare? An forte ne doleret latus quando costa detracta est, propter hoc oportebat vt ille dormiret? Quis est qui sic dormiat, vt ei ossa non enigilanti euellantur? An quia deus euellat, propterea homo non sentiebat? Poterat ergo & vigilanti sine dolore euellere, qui poterat dormienti: sed proculdubio hydria prima implebatur, prophetia illis temporibus futuro isto tempore dispensabatur. Christus etiam figuratus est in Noë, & in illa arca orbis terrarum. Quare ergo in arca inclusa sunt omnia animalia, nisi vt significarentur omnes gentes? Non enim deerat deo rursum creare omne genus animalium: quando enim omnia non erant, nõne dixit, producat terra, & produxit terra: Vnde ergo tunc fecit, inde reficeret: verbo fecit, verbo reficeret, nisi quia mysterium commendabat, & secundam hydriam prophetice dispensationis implebat, vt per lignum liberaretur figura orbis terrarum, quia in ligno figenda erat vita orbis terrarum. Iam in tertia hydria ipsi Abraham quod iam commemorauimus, dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et quis non videat cuius habeat figuram vnicus eius, qui sibi ad sacrificium quod ipse immolandum ducebatur, ligna portabat? Portauit enim dominus crucem suam, sicut euangelium loquitur. Hoc de tertia hydria commemorasse sufficiat. De Dauid autem quid dicam, quod ad omnes gentes pertinebat prophetia eius, quando modo audiimus Psalmum: & difficile est vt dicatur Psalmus, in quo hoc nõ sonet? Sed certe vt dixi modo cantauimus, Surge deus iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Et ideo Donatista tanquam proiecti de nuptiis: sicut ille homo qui non habebat vestem nuptialem, inuitatus est, & venit, sed proiectus est de numero vocatorum, quia non habebat vestem ad sponsum gloriam: qui enim suam gloriam quærunt, non Christi, non habent vestem nuptialem: non enim volunt consonare voci illius qui amicus erat sponsi, & ait: Hic est qui baptizat. Nec immerito illi qui non habebat vestem nuptialem, hoc per increpationem obiectum est quod non erat: Amice, quid hic venisti? Et sicut ille obmutuit, sic & isti: quid enim prodest strepitus oris muto corde? Non uerit quippe intus apud semetipsos nõ se habere quod dicant: intus obmutuerunt, foris perstreperunt. Audiunt velint nolint, etiam apud se cantari, Surge deus iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Et non communicando omnibus gentibus, quid aliud

quã se exheredatos esse cognoscant? Quod ergo dicebat fratres, quia ad omnes gentes pertinet prophetia: volo enim alium sensum ostendere in eo quod dictum est, Cipientes metretas binas vel ternas: ad omnes, inquam, gētes pertinere prophetiam, modo commemorauimus demonstratum in Adam, qui est forma futuri. Quis autē nesciat quod de illo exorta sunt omnes gentes, & in ei<sup>9</sup> vocabulo quatuor literis, quatuor orbis terrarum partes per græcas appellationes demonstratur? Si enim Græce dicantur, oriens, occidentes, aquilo, meridies, sicut eas plerisque locis sancta scriptura commemorat, in capitibus verborum inuenis Adam: dicuntur enim græce quatuor memorata mundi partes, & αὐτοῦ, ὁ ὄρις, ὁ ἄρκτος, ὁ μεσημβρία. Ista quatuor nomina si tanquam versus quatuor sub inuicem scribas, in eorum capitibus Adam legitur. Hoc in Noë propter arcam figuratū est, in qua erant omnia animalia, quæ significabant omnes gentes: hoc in Abraham, cui apertius dictum est, In semine tuo benedicentur omnes gētes: hoc in Dauid, de cuius Psalmis, vt alia omittam modo cōtauimus, Surge deus iudica terram, quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Cui enī deo dicitur, surge, nisi ei qui dormiuit? Surge deus iudica terram: ita quæ diceretur, Dormiuit iudicatus à terra, surge vt iudices terram. Et quod pertinet illa prophetia: Quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus? Iam vero in quinta arate tanquam in quinta hydria, Daniel vidit lapidem præcisum de monte sine manibus, & confregit e omnia regna terrarū, & creuit illum lapidem, & factum esse montem magnū, ita vt impletet vniuersam faciem terræ. Quid apertius fratres mei! Lapis de monte præciditur, ipse est lapis quæ reprobauerunt ædificantes, & factus est in caput anguli. De quo monte præciditur, nisi de regno Iudæorū, vnde dominus noster Iesus Christus secundum carnem natus est? Et præciditur sine manibus, sine opere humano, quia sine amplexu maritali de virgine exortus est. Mons ille vnde præcisus est, non impleuerat vniuersam faciem terræ: non enim tenuerat regnum Iudæorū omnes gentes: at vero regnū Christi, omnes gentes & vniuersum orbem terrarum cernimus occupare. Iam ad sextam aratē pertinet Ioānes baptista, quo nemo exurrexit maior de natis mulierum: de quo dictū est, Maior quā Propheta. Quomodo & ipse ostendit, quia omnibus gētibz missus est Christus, quando Iudæi venerunt ad eum vt baptizarentur? Et ne superbirent de nomine Abraham, generatio, inquit, viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum penitentia, id est, humiles estote: superbis enim loquebatur. Vnde autē erant superbi? De genere carnis, nõ de fructu imitationis patris Abraham. Quid eis ait? Nolite dicere, patrem habemus Abraham, potēs est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Lapidem dicens oēs gentes, non propter firmitatem, sicut lapis dictus est, quæ reprobauerunt ædificantes: sed propter stoliditatem & duritiã stultitiã, quia eis quos adorabant similes facti erant, Adorabant enim insensata simulacra, pariter insensati: Vnde insensati? Quoniam in Psalmo dicitur: Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis. Ideo cum cœperint homines deum adorare, quid audiunt? Vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est, qui solem suum facit oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Quapropter si ei sit homo similis quæ adoratur: quid est, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham? Nos ipsos interrogemus, & videamus quia factum est: Nos enim de gentibus venimus.

A mus. De gentibus autem non veniremus, nisi deus de lapidibus suscitasset filios Abraham. Facti sumus filij Abraham imitando fidem, non nascendo per carnem. Sicut enim illi degenerating exheredati: sic nos imitando adoptati. Ergo fratres, ad omnes gentes pertinebat etiam ista sexta hydria prophetie, & ideo de omnibus dictum est, Cipientes metretas binas vel ternas. Sed quomodo ostendimus omnes gentes pertinere ad binas vel ternas metretas? Aestimantis enim fuit quodammodo, vt ipsas diceret binas quas dixerat ternas, ad commendandum scilicet sacramentum. Quomodo sunt binæ metretæ? Circuncisio & præputium. Hos duos populos scriptura commemorat, & nullum prætermittit hominum genus, quando dicit, circuncisio & præputium. In duobus istis nominibus habes omnes gentes, & binæ metretæ sunt. His duobus parietibus de ditierio venientibus ad pacem in seipso faciendam, lapis angularis factus est Iesus. Ostendamus & ternas metretas in eisdem ipsis omnibus gentibus. Tres enim erant filij Noë, per quos reparatum est gen<sup>9</sup> humanum: Vnde dominus ait, Simile est regnū cœlorum fermento quod accepit mulier, & abscondit in farina mensuris tribus, quoad usque fermentaretur totum. Quæ est ista mulier, nisi caro domini? Quod est fermentum, nisi Euangelium? Quæ sunt tres mensuræ, nisi omnes gētes, propter tres filios Noë? Ergo sex hydriæ capientes binas vel ternas metretas, sex sunt arates temporum, capientes prophetiam pertinentem ad omnes gentes, siue in duobus generibus hominum, id est Iudæis & Græcis, sicut sæpe Apostolus commemorat: siue in tribus, propter Noë tres filios significatos. Figurata est enim prophetia pertinentis vsque ad omnes gentes. Nam in eo quod pertingit, dicta est metreta, sicut dicit Apostolus, Accepimus mensuram pertingendi vsque ad vos: Gentibus enim euangelizans sic ait, mensuram pertingendi ad vos.

Ab eo loco ubi ait, Post hæc descendit Capernaum ipse & mater eius: usque ad id quod ait, Iam le autem dicebat de templo corporis sui.

Tractatus X.

C N Psalmo audistis gemitum pauperis, cuius membra per totam terram tribulationes patiuntur vsque in finem seculi. Satagite fratres mei esse in his membris, & de his membris. Nam tribulatio tota transitura est. Væ gaudentibus, quia veritas dicit, Beati lugentes, quoniam ipsi consolabuntur. Deus homo factus est: Quid facturus est homo, propter quæ deus factus est homo? Hæc spes consoletur nos in omni tribulatione & tentatione huius vitæ. Non enim cessat inimicus persequi, & si non aperte sæuit, insidiis agit. Quid enim agit? Et super iram dolose agebant. Inde dictus est leo & draco. Sed quid dicitur Christo? Et cõculcabis leonem & draconem. Leo propter apertam iram, draco propter occultas insidias. Draco eiecit Adam de paradiso. Idem ipse leo persecutus est Ecclesiam, dicente Petro: Quia aduersarius vester diabolus sicut leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Non tibi sæuitiam suam perdidit diabolus videatur, quando blanditur, tunc magis cauendus est. Sed inter has omnes insidias & eius tentationes, quid faciemus, nisi quod ibi audiuius? Ego autem cum mihi molesti essent, inducbam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Est qui exaudit, ne dubitetis orare: qui autem exaudit, intus manet. Non in montem aliquem oculos dirigatis, non faciem in stellas, aut solem aut lunam.

Tomus nonus.

nam leuetis. Non tunc exaudiri vos arbitramini, quando super mare oratis, imò detestamini tales orationes. Munda tantum cubiculum cordis, ubi fueris, ubique oraueris, intus est qui exaudit, intus in secreto, quem solum vocat cum ait, Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Qui te exaudit, non est præter te. Non longe vadas, nec te extollas, vt quasi attingas ad illum manibus, Magis si te extuleris, cades: si te humiliaueris, ipse appropinquabit. Hic dominus deus noster verbum dei, verbum caro factum est, filius patris, filius dei, filius hominis: excelsus vt nos faceret, humilis vt nos reficeret, ambulans inter homines, patiens humana, abscondens diuina. Descendit, vt dicit euangelista, in Capernaum, ipse & mater eius & fratres eius & discipuli eius, & ibi mansit non multis diebus. Ecce habet matrem, habet fratres, habet & discipulos: inde fratres, vnde mater. Fratres enim scriptura nostra, non eos solos appellare cõsuevit, qui nascuntur ex eodem viro & femina, aut ex eodem vtero, aut ex eodem patre, quamuis diuersis matribus, aut certe ex eodem gradu vel cõpatruelis aut consobrinos, non solum hos fratres non dicit scriptura nostra. Quomodo loquitur, sic intelligenda est: Habet linguam suam: quicumque hæc linguam nescit, turbatur & dicit: vnde fratres domino? Num enim Maria iterum peperit? Absit, inde cœpit dignitas virginū. Illa femina mater esse potuit, mulier esse nõ potuit. Dicta est autem mulier secundum femininū sexū, non secundum corruptionem integritatis, & hoc ex lingua ipsius scripturæ. Nã Eua statim facta de latere viri sui, nondum contacta à viro suo, nobis quia mulier appellata est, Et formauit eam in mulierem. Vnde ergo fratres cognati Mariae fratres domini? de quolibet gradu cognati: vnde probamus ex ipsa scriptura, Frater Abraham dictus est Loth, qui filius erat fratris ipsius, lege & inuenies, quia Abraham patrus erat Loth, & dicti sunt fratres, vnde nisi quia cognati? Item Iacob Laban Syrum habebat auunculum: frater enim erat Laba matris Iacob, id est, Rebecca vxoris Isaac. Lege scripturam, & inuenies quia fratres dicitur auunculus & sororis filius. Qua regula cognita, inuenies omnes consanguineos Mariae fratres esse Christi. Sed illi discipuli magis erant fratres, quia & illi cognati fratres non essent, si discipuli non essent. Et sine causa fratres, si magistrū non agnoscerent fratres. Nam quodam loco cum ei nūciassent matrem & fratres eius foris stantes, ille autem cum discipulis suis loquebatur, ait, Quæ mihi mater, vel qui fratres? Et extendens manum super discipulos suos dixit, Hi sunt fratres mei: & quicumque fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ille mihi mater & frater & soror est. Ergo & Maria quia fecit voluntatem patris, hoc in ea magnificauit dominus: quia fecit voluntatem patris, non quia caro genuit carnem. Intendat charitas vestra. Propterea cū dominus in turba admirabilis videretur, faciens signa & prodigia, & ostendens quid lateret in carne, admirata quadã animæ dixerunt, Felix venter qui te portauit. Et ille, Imò felices qui audiunt verbum dei, & custodiunt illud: hoc est dicere, Et mater mea quam appellatis felicem, inde felix, quia verbum dei custodit, nõ quia in illa verbum caro factum est, & habitauit in nobis: sed quia custodit ipsum verbum dei per quod facta est, & quod in illa caro factum est: Homines non gaudeant prole temporalis, exultent si spiritu iunguntur deo. Hæc diximus propter id quod ait Euangelista, quia cum matre sua & fratribus suis & discipulis habitauit in Capernaui paucis diebus. Deinde quid sequitur? Et propè erat pascha Iudeorum,

Gene. 22.

I

Psal. 81.

Danic. 2.

M

Matt. 3.

Psal. 115.

Lucæ. 13.

2. Cor. 10.

Matt. 5.

Psal. 90.

1. Pet. 5.

Psal. 34.

F

Matt. 12.

Lucæ. 11.



deorum, & ascendit Hierosolymam.) Aliam rem nobis Euangelista narrat, sicut se habebat recordatio annunciantis. Et inuenit in templo, ledentes boues & oves & colubas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de resticulis, omnes eiecit de templo: boues quoque & oves, & numulariorum effudit aes, & mensas subuertit, & his qui colubas vendebat dixit, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Quid audiuimus fratres? Ecce templum illud figura adhuc erat, & eiecit inde dominus oes qui sua querebant, qui ad mundinas venerant, & quae ibi vendebant illi, quae opus habebant homines in sacrificiis illius temporis. Nouit enim charitas vestra quod sacrificia illi populo pro eius carnalitate & corde adhuc lapideo talia data sunt, quibus teneretur ne in idola deflueret, & immolarent ibi sacrificia, boues, & oves, & columbas. Nostis, quia legistis. Non ergo magnum peccatum si hoc vendebant in templo, quod emebatur ut offerretur in templo, & tamen eiecit inde illos. Quid si ibi ebriosos inueniret, quid faceret dominus, si vendentes ea quae licita sunt, & contra iustitiam non sunt? Quae enim honeste emuntur, non illicite venduntur: expulit tamen, & non est passus domum orationis fieri domum negotiationis. Si negotiationis domus non debet fieri domus dei, potationis debet fieri? Nos autem quando ista dicimus, strident dentibus suis aduersus nos, & consolatur nos Psalmus quem audistis, Striderunt in me dentibus suis. Nouimus & nos audire unde curemur, etsi ingemuntur flagella Christo, quia flagellatur sermo ipsius. Congregata sunt, inquit, in me flagella & nesciebant. Flagellatus est flagellis Iudeorum, flagellatur blasphemis falsorum Christianorum: multiplicat flagella domino deo suo & nesciunt. Faciamus nos quantum ipse adiunxit: ego autem cum mihi molesti essent, induebam me cilicio, & humiliabam in ieiunio animam meam. Dicimus tamen fratres: non enim & ipse pepercit illis, qui flagellandus erat ab eis. Prior illos flagellauit, signum quoddam nobis ostendit, quod fecit flagellum de resticulis, & inde indisciplinatos negotiationem in dei templo facientes flagellauit. Etenim vnusquisque in peccatis suis restem sibi texit: propheta dicit, Vae his qui trahunt peccata sua sicut restem longam. Et quis facit restem longam qui peccato addit peccatum. Quomodo adduntur peccata peccatis? Cum peccata quae facta sunt cooperiuntur aliis peccatis. Furtum fecit, ne inueniatur qui fecit, quaerit mathematicum: sufficeret furtum fecisse. Quare vis adiungere peccatum peccato? Ecce duo peccata. Cum ad mathematicum prohiberis accedere, blasphemias episcopum, ecce tria peccata. Cum audis, mitte illum foras de Ecclesia: dicitis, duco me ad partem Donati: ecce addis quartum. Crescit restis. Time restem, Bonum est tibi ut hic inde cum flagellaris, corrigaris, ne in fine dicatur, Ligate illi pedes & manus, & proiците eum in tenebras exteriores. Crinibus enim peccatorum suorum vnusquisque confringitur. Illud dominus dicit, illud alia scriptura dicit, Sed vtrumque dominus dicit, De peccatis suis ligantur homines, & mittuntur in tenebras exteriores. Qui sunt tamen qui vendunt boues? Ut in figura quaeramus mysterium facti, qui sunt qui oves vendunt & columbas? Isti sunt qui sua quaerunt in Ecclesia, non quae lesu Christi. Venale habent totum, qui nolunt redimere emi nolunt, & vendere volunt. Bonum est eis ut redimantur sanguine Christi, ut perueniant ad pacem Christi. Quid enim prodest acquirere in hoc seculo quodlibet temporale & transitorium, siue sit pecunia, siue sit voluptas ven-

tris & gutturis, siue sit honor in laude humana? Nonne omnia fumus & ventus? Nonne omnia transeunt & decurrunt? Et vae his qui inhærent transeuntibus, quia simul transeunt. Nonne omnia ut fluiuius princeps currens in mare? Et vae ei qui ceciderit, quia in mare trahetur: ergo tenere debemus omnes affectus a talibus concupiscentiis. Fratres mei, qui talia quaerunt, vendunt: nam & Simon ille ideo volebat emere spiritum sanctum quia vendere volebat spiritum sanctum, & putabat apostolos mercatores tales esse, quales dominus de templo flagello eiecit: talis enim ipse erat, & quod venderet emere volebat, de illis erat qui columbas vendebant: etenim in colubam apparuit spiritus sanctus. Qui ergo vendunt columbas fratres? Qui dicunt, nos damus spiritum sanctum. Quare enim hoc dicunt, & quo pretio vendunt? pretium honoris sui accipiunt. Accipiunt pretium cathedras temporales, ut videantur ipsi vendere columbas. Caueant a flagello de resticulis. Columba non est venalis, gratis datur, quia gratia vocatur. Ideo fratres mei, quomodo eos videtis qui vendunt pro populari? Quis que quod vendit laudat? Quot proposita fecerunt? Alterum propositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterum habet in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circumit ergo aliquis emere columbam, vnusquisque ad propositum suum laudat quod vendit. Auertatur illius cor ab omni vendente, veniat ubi gratis accipitur. Nec sic erubescant fratres, quia per ipsas dissensiones suas amaras & malitiosas, cum sibi tribuunt quod non sunt, cum extolluntur putant se aliquid esse, cum nihil sint, tot partes de se fecerunt. Sed quid in eis impletum est quod noluit corrigi, nisi quod audistis in Psalmo? Discissi sunt nec compuncti sunt. Qui ergo boues vendunt? Boues intelliguntur, qui nobis scripturas sanctas dispensauerunt. Boues erant Apostoli, boues erant prophetae: vnde dicit Apostolus, Boui triturati os non infrenabis. Nunquid de bobus pertinet ad dominum? an propter nos dicit? Propter nos enim dicit, quia debet in spe qui arat arare, & triturans in spe participandi. Ergo illi boues reliquerunt nobis memoriam scripturarum. Non enim de suo dispensauerunt, quia gloriam domini quaesierunt. Quid enim audistis in ipso Psalmo? Et dicant semper, magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius. Seruus dei, populus dei, Ecclesia dei. Qui volunt pacem Ecclesiae ipsius, magnificent dominum, non seruum, & dicant semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius: ipsius populi, ipsius serui vox est illa euidentis, quam in lamentationibus audistis in Psalmo, & mouebamini cum audiretis, quia inde estis: quod cantabatur ab vno, de omnibus cordibus resonabat. Felices qui se in illis vocibus tanquam in speculo cognoscebant. Qui ergo volunt pacem serui eius, pacem populi eius, pacem vnus illius, quam dicit vnica, & quam vult erui de leone, & de manu canis vnica meam, qui dicunt semper magnificetur dominus: ergo illi boues dominum magnificauerunt, non se. Videte bonem magnificantem dominum suum, quia agnouit bos possessorem suum. Attendite bouem timentem, ne deferatur possessor bouis, & in boue praesumatur, quomodo expauescit eos qui volunt in illo ponere spem. Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quod dedi, non ego dedi, gratis accepistis, columba de caelo descendit. Ego, inquit, plantavi, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui

K  
Acto. 8.  
1. Petri. 5.  
2. Timot. 2.  
Gala. 6.  
Psal. 34.  
1. Cor. 9.  
Psal. 34.  
M  
Psal. 22.  
Esaie. 2.  
1. Cor. 1.  
1. Cor. 3.

qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Et dicant semper magnificetur dominus, qui voluit pacem serui eius. Isti autem de scripturis ipsis fallunt populos, ut accipiant ab ipsis honores & laudes, & non conuertatur homines ad veritatem. Quia vero ipsis scripturis fallunt populos, a quibus quaerunt honores, vendit boues, vendit & oves, id est ipsas plebes, Et cui vendunt diabolo. Namque fratres mei, si Christi vnica Ecclesia est & vna est, quicquid inde praeciditur, quis tollit nisi leo ille rugiens & circūiens, quaerens quem deuoret? Vae his qui praeciduntur: nam illa integra permanebit, Nouit enim dominus qui sunt eius. Tamen quantum in ipsis est, vendunt boues & oves, vendunt & colubas, obseruat flagellum peccatorum suorum. Certe, quando aliquid tale patiuntur propter istas iniustitias suas, agnoscat quia dominus fecit flagellum de resticulis, & ad hoc admonet eos ut mutent se, & non sint negotiatores: nam si se non mutauerint, audiēt in fine, Ligate illis manus & pedes, & proiците in tenebras exteriores: tunc dictum est, Zelus domus tuae comedit me. Recordati sunt discipuli quia zelus domus dei eiecit illos de templo domini.) Fratres, vnusquisque Christianus in membris Christi zelo domus dei comedatur. Quis comedatur zelo domus dei? Qui omnia, quae forte ibi videt peruersa, satagit emendare, cupit corrigere, non quiescit. Si emendare non potest, tolerat, gemit: non excutitur de area granum, sustinet paleam, ut intret in horreum cum palea fuerit separata. Tu ante horreum, si granum es, noli excuti de area, ne prius ab auibus colligaris, quam in horreum congregeris. Aues enim caeli aereae potestates expectant aliquid rapere de area, & non rapiunt nisi quod inde fuerit excullum: ergo zelus domus dei comedat te. Vnumquemque Christianum zelus domus dei comedat, in qua domo dei membrum est. Non enim magis est domus tua, quam domus ubi habes salutem sempiternam. Domum tuam intras propter requiem temporalem, domum dei intras propter requiem sempiternam. Si ergo in domo tua ne quid peruersum fiat satagis, in domo dei ubi salus proposita est, & requies sine fine, debes pati quantum in te est, si quid forte peruersum videris? Vnum quemque Christianum zelus domus dei comedat: verbi gratia, Vides fratrem currere ad theatrum, prohibe, mone, contristare, si zelus domus dei comedit te. Vides alios currere & inebriari velle & hoc velle in locis sanctis, quod nusquam decet, prohibe quos potes, tene quos potes, terre quos potes, quibus potes blandire, noli quiescere: tamen si amicus est, admoneatur leniter: vxor est, seueritatem refrene: ancilla est, etiam verberibus compefcatur. Fac quicquid potes, pro persona: qua portas: & perficis, zelus domus tuae comedit me. Si autem fueris frigidus, marcidus, ad te solum expectans, & quasi tibi sufficiens & dicens in corde tuo, Quid mihi est curare aliena peccata: sufficit mihi anima mea, ipsam integram seruem deo. Eia, non tibi venit in mentem seruus ille qui abscondit talentum, & noluit erogare? Nunquid enim accusatus est, quia perdidit, & non quia sine lucro seruauit? Sic ergo audite fratres mei, ut non quiescat: ego vobis consilium daturus sum: det ille qui intus est, quia & si per me dederit, ille dat. Nostis quid agatis vnusquisque in domo sua cum amico suo, cum inquilino, cum cliente suo, cum maiore, cum minore, quomodo dat deus aditum, quomodo aperit ianuam verbo suo, non lite quiescere lucrari Christo, quia lucrati estis a Christo. Dixerunt illi Iudaei, Quod signum ostendis nobis, quia haec facis? Et dominus, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Dixerunt ergo Iudaei,

Psal. 34.  
1. Petri. 5.  
2. Timot. 2.  
Matt. 22.  
Psal. 68.  
B  
C  
Matt. 25.

Quadragesima & sex annis edificatum est templum hoc, & tu dicis tribus diebus excitabo illud? Caro erant, carnalia sapiebant, ille vero loquebatur spiritaliter. Quis autem possit intelligere de quo templo dicebat? Sed non multum quaerimus: per Euangelistam nobis aperuit, de quo templo diceret, Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Quadragesima & sex annis edificatum est templum, & triduo suscitabis illud? Dicebat autem, ait Euangelista, de templo corporis sui.) Et manifestum est occisum dominum post triduum resurrexisse. Hoc modo omnibus nobis notum est, & si Iudaeis clausum est, quia foris stant, nobis tamen apertum est, quia nouimus in quem credimus. Ipsius templi resolutionem & reedificationem, anniuersaria solennitate celebraturi sumus. Ad quam vos exhortamur, ut praeparatis vos si qui estis catechumeni, ut accipiatis gratiam. Iam nunc tempus est, iam nunc parturitur quod tunc nascatur: ergo illud nouimus. Sed forte hoc exigitur a nobis, vtrum habeat aliquod sacramentum quadragesima & sex annis edificatum templum. Sunt quidem multa quae hinc dici possunt, sed quod breuiter dici potest & facile intelligi, hoc interim dicamus fratres. Diximus enim iam, nisi fallor, hesterno die, Adam vnus hominem fuisse, & ipsum esse totum genus humanum: Nam ita diximus si meministis, quasi, quasi fractus est, & sparsus colligitur, & quasi confusus in vnam societatem atque concordiam spiritalem, & gemit vnus pauper modo ipse Adam, sed in Christo innouatur: quia sine peccato venit Adam, ut peccatum Adam solueret in carne sua, & ut redintegraret sibi Adam imaginem dei. Adam ergo caro Christi de Adam, ergo de Adam templum quod destruxerunt Iudaei, & suscitauit dominus triduo: resuscitauit enim carnem suam. Videte, quia deus erat aequalis patri. Fratres mei, dicit Apostolus, Qui eum excitauit a mortuis, De quo dicitur de patre. Factus, inquit, obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & deus illum excitauit a mortuis, & dedit ei nomen quod est super omne nomen. Resuscitatus & exaltatus est dominus. Resuscitauit eum a mortuis, quis? pater: cui dixit in psalmis, Excita me, & reddam illis. Ergo pater eum resuscitauit, non se ipse? Quid autem facit pater sine verbo? Quid facit pater sine vnico filio suo? Nam audi, quia & ipse deus erat, Soluite templum hoc, & tribus diebus excitabo illud. Nunquid dixit, Soluite templum quod triduo pater meus resuscitabit? Sed quomodo cum pater suscitabit, & filius suscitabit? sic cum filius suscitabit, & pater suscitabit: quia filius dixit, Ego & pater vnus sumus. Quid ergo sibi vult numerus quadragenarius? senarius: Interim ipse Adam quia per totum orbem terrarum est, audistis iam hesterno die in quatuor literis graecis, quatuor verborum graecorum. Si enim ista verba quatuor scribas subiunxeris, id est, nomina quatuor partium mundi, Orientis, Occidentis, Aquilonis & Meridiani, quod est totus orbis: vnde dicit dominus, a quatuor ventis collecturum electos suos cum venerit ad iudicium. Si ergo facias ista quatuor nomina Graeca ἀνετολῆς, quod est Oriens: δύσης, quod est Occidens: ἑσπερος, quod est Septentrio: μεσημέριος, quod est Meridies. Anatole, dysis, arctos, mesembria: capita verborum Adā habet. Quomodo ergo ibi inueniemus quadragenarium? senarium numerum? Quia caro Christi de Adam erat. Ad literas numeros computant Graeci, quod & nos facimus. A litera ipsi lingua sua ponunt α alpha & vocat α alpha vnus. Vbi autem in numeris scribunt β beta, quod est b ipsorum, vocatur i numeris duo. Vbi scribunt γ gamma, vocat in numeris ipsorum tria. Vbi scribunt δ delta, vocatur in numeris ipsorum quatuor: & sic

D  
E  
Philip. 2.  
Psal. 40.  
F  
Ioan. 10.  
Mat. 13.

Psal. 36.  
Psal. 34.  
Esa. 5.  
Matt. 22.  
Prouer. 5.  
Philip. 2.



**G** cunque tibi dixerit, ut spiritaliter iterum nascaris, responde quod dixit Nicodemus, Nunquid potest homo iterum in ventrem matris suae intrare & nasci? Iam natus sum de Adam, non me potest iterum generare Adam: iam natus sum de Christo, non me potest iterum generare Christus. Quomodo vterus non potest repeti, sic nec baptisimus. Qui nascitur de Ecclesia catholica, tanquam de Sara nascitur, de libera nascitur: Qui nascitur de heresi, tanquam de ancilla nascitur, sed ex semine Abraham. Aduertat charitas vestra ad magnum sacramentum. Testatur deus & dicit, Ego sum deus Abraham & deus Isaac & Iacob. Non erant alij patriarchae, non erat ante istos sanctus Noë, qui solus in toto genere humano cum tota domo sua meruit de diluuiio liberari: in quo & in filiis eius figurata est Ecclesia: ligno portante euadit diluuium. Deinde postea magni quos nouimus, quos sancta scriptura commendat, Moyses fidelis in tota domo eius: & illi tres nominantur, quasi eum soli promeruerint: Ego sum deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob. Hoc mihi nomen est in aeternum. Sacramentum græde, Potens est dominus & ora nostra aperire & corda vestra, ut dicere possimus sicut reuelare dignatus est, & capere possitis sicut expedit vobis. Tres ergo isti patriarchae, Abraham, Isaac & Iacob. Iam nostis filij Iacob quia duodecim fuerunt, & inde populus Israël: quia ipse Iacob Israël, & populus Israël tribus duodecim pertinentes ad duodecim filios Israël. Abraham, Isaac, & Iacob, tres patres, & populus vnus: Tres patres tanquam in principio populi, tres patres in quibus figurabatur populus, & populus ipse prior præsens populus. In populo enim Iudeorum figuratus est populus Christianorum. Ibi figura, hic veritas: ibi membra, hic corpus, dicente Apostolo. Hæc autem in figura cõtinebant illis. Vox est Apostoli, Scripta sunt, inquit, propter nos, in quos finis seculorum obuenerit. Recurrat nũc animus vester ad Abraham, Isaac & Iacob. In istis tribus inuenimus parere liberas, parere & ancillas. Inuenimus ibi & partis liberarum, inuenimus ibi & partis ancillarum. Ancilla nihil boni significat, Eiice ancillam, inquit & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio libera. Apostolus hoc commemorat, & in illis duobus filiis Abraham, dicit Apostolus fuisse figuram duorum testamentorum, veteris & noui. Ad vetus testamentum pertinent dilectores temporalium, dilectores seculi. Ad nouum testamentum dilectores vitæ æternæ. Ideo illa Hierusalem in terra umbra erat cœlestis Hierusalem matris omnium nostrum, quæ est in cœlo: & hæc Apostoli verba sunt. Et de ista ciuitate vnde peregrinamur, multa nostis, multa iam audistis. Inuenimus autem rem mirã in istis partibus, id est, in istis foetibus, in istis generationibus liberatum & ancillarum quatuor scilicet genera hominũ: in quibus scilicet quatuor generibus, completur figura totius populi futuri Christiani, ut nõ sit mirum quod in illis tribus dictum est, Ego sum deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob. In omnibus enim Christianis fratres intendite, aut per malos nascuntur boni, aut per bonos nascuntur mali: aut per bonos boni, aut per malos mali. Amplius istis quatuor generibus nõ potestis inuenire. Quæ iterum repetam, aduertite, retinete, & excutite corda vestra: nolite pigri esse, capite ne capiamini, quomodo quatuor genera sunt omnium Christianorum. Aut per bonos nascuntur boni, aut per malos nascuntur mali: aut per bonos mali, aut per malos boni. Puto quia planum est, per bonos boni: si & qui baptizant boni sunt, & qui baptizantur recte

credunt, & in membris Christi recte numerantur. Per malos mali: si & qui baptizant mali sunt, & qui baptizantur duplici corde accedunt ad deum, & non tenent eos mores, quos audiunt in Ecclesia, ut ibi non sint palee, sed frumentum: quàm enim multi sint, nouit charitas vestra. Per malos boni: aliquando baptizat adulter, & qui baptizatur iustificatur. Per bonos mali: aliquando qui baptizant sancti sunt, qui baptizantur tenere vias domini nolunt. Puto ergo fratres notum esse in Ecclesia & quotidianis exẽplis manifestari ea quæ dicimus: sed in prioribus nostris patribus ea consideremus, quia habuerunt & illi ista quatuor genera. Per bonos boni: Ananias Paulum baptizauit. Quid per malos mali? Dicit Apostolus quosdam prædicatores Euangelij, quos dicit non caste annunciare solere Euangelium, quos tolerat in societate Christiana, & dicit. Quid enim? Dum omni modo siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuncietur, & in hoc gaudeo. Nunquid maleolus erat, & de alieno malo gaudebat? Sed quia & per malos verum predicabatur, & per malorum ora Christus predicabatur: si quos isti similes baptizabant, mali malos baptizabant: si quos isti baptizabant tales quales admonet dominus cum dicit. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite, mali bonos baptizabant. Boni malos baptizabant, quomodo à Philippo sancto Simon magus baptizatus est. Nota sunt ista quatuor genera fratres mei. Ecce iterum ea repeto, tenete illa, numerate illa, aduertite illa, cauete quæ mala sunt, tenete quæ bona sunt. Per bonos boni nascuntur, cum per sanctos sancti baptizantur: per malos mali, cum & qui baptizat & qui baptizantur inique & impie viuunt. Per malos boni, cum mali sunt qui baptizant, & boni qui baptizantur: per bonos mali, cum boni sunt qui baptizant, & mali qui baptizantur. Quomodo inuenimus ista in tribus istis nominibus, Ego sum deus Abraham, deus Isaac & deus Iacob? Ancillas accepimus in malis, liberas accepimus in bonis. Pariunt liberae bonos, Sara peperit Isaac. Pariunt ancilla malos, Agar peperit Hismael. Habemus in vno Abraham & illius genus cum per bonos boni, aut per malos mali, aut per bonos mali, aut per malos boni. Per bonos mali vbi figurati sunt? Libera erat Rebecca vxor Isaac, legitime peperit geminos, vnus erat bonus, alter malus. Habes aperte ibi scripturã dicentem dei voce, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Istos duos genuit Rebecca, Iacob & Esau, vnus inde eligitur, alius reprobatur. Vnus succedit in hæreditatem, alter ex hæreditate. Non facit populum suum deus de Esau, sed facit de Iacob, Semen vnum, diuersi qui concepti sunt. Vterus vnus, diuersi qui nati sunt. Nunquid non libera peperit Iacob, quæ libera peperit Esau? Luctabantur in vtero matris suæ, & dictum est Rebecca, cum ibi luctarentur, Duo populi sunt in vtero tuo: duo homines, duo populi, bonus populus, malus populus: sed tamen in vno ventre luctabantur. Quanti mali sunt in Ecclesia, & vnus vterus portat, donec in fine discernentur, & boni aduersus malos clamant; & mali aduersus bonos reclamant, & in vnus visceribus vtrique luctantur. Nunquid semper simul erunt? In fine exitur ad lucem, declaratur natiuitas, quæ hic in sacramento figuratur. Et tunc apparebit, Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Iam ergo inuenimus fratres & de bonis bonos, de libera Isaac, & de malis malos, de ancilla Hismael: de bonis malos, Esau de Rebecca: & de malis bonos vbi inuenimus? Restat Iacob, ut in tribus patriarchis quatuor generum istorum perfectio concludatur, Habuit vxores Iacob liberas, habuit & ancillas

**K**  
Ago.  
Philip.  
L  
Mat. 23.  
Ago.  
Gen. 21.  
Gala. 4.  
Malac. 1.  
M  
Gen. 25.

**A** ancillas. Pariunt libere pariunt & ancilla, & sunt duodecim filij Israël. Si numeres omnes de quibus nati sunt, non omnes de liberis, non omnes de ancillis, sed tamẽ omnes ex vno semine. Quid ergo fratres mei? Nunquid qui nati sunt de ancillis, non simul possederunt terram promissionis cum fratribus suis? Inuenimus ibi bonos filios Iacob natos de ancillis, & bonos filios Iacob natos de liberis. Nihil illis obfuit natiuitas de vteris ancillarum, quando in patre cognouerunt semen suum, & consequenter regnum cum fratribus tenuerunt. Quomodo ergo in filiis Iacob non obfuit illis qui nati sunt de ancillis, quo minus tenerent regnum, & terram repromissionis cum fratribus ex æquo acciperent, nõ illis obfuerunt natales ancillarum, sed prænaluit semen paternum: sic quicumque per malos baptizantur, tanquam de ancillis videtur nati: sed tamen quia ex semine verbi dei, quod figuratur in Iacob, non contristentur, simul hæreditatem cum fratribus possidebunt. Securus ergo sit, qui de semine bono nascitur, tantum non imitetur ancillam. Si de ancilla nascitur, ancillam malam superbiẽtiam non imitetur. Vnde enim filij Iacob de ancillis nati, possederunt terrã promissionis cum fratribus: Hismael autem de ancilla natus, expulsus est de hæreditate: Vnde nisi quia ille superbus erat, illi humiles: Exerit ille ceruicem, & voluit seducere fratrem suum, ludens cum illo. Magnum ibi sacramentũ. Ludebat simul Hismael & Isaac, vidit illos Sara ludetes, & ait Abraham, Eiice ancillam & filiũ eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac: & cum contristatus esset Abraham, confirmavit ei à domino angelus dictũ vxoris eius. Iam hic manifestum est sacramentũ, quia nescio quid futurum parturiebat illa res gesta. Ludentes vidit & dicit, Eiice ancillam & filiũ eius. Quid est hoc fratres? Quid enim mali fecerat Hismael pueri Isaac, quia ludebat cum illo? Sed illa lufio, illufio erat. Illa lufio deceptionẽ significabat: nam magnum sacramentũ, attendat charitas vestra. Persecutionem illam vocat Apostolus ipsam lufionem, ipsum lufum persecutionem vocat. Ait enim, Sed sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat, persequatur eum qui secundum spiritum: ita & nũc, id est, qui secundum carnem nati sunt, persequuntur eos qui secundum spiritum nati sunt. Qui sunt secundum carnem nati? Dilectores mundi, amatores seculi. Qui sunt secundum spiritum nati? Amatores regni cœlorum, dilectores Christi, desiderantes vitam æternam, gratis colentes deum. Ludunt, & dicit Apostolus persecutionem. Nam posteaquam dixit hæc verba Apostolus, Et sicut tunc ille qui secundum carnem natus erat, persequatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc, secutus est & ostendit de qua persecutione diceret: Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Quæramus vbi hoc dicat scriptura, ut videamus vtrũ aliqua persecutio præcesserit Hismaelis in Isaac, & inuenimus hoc dictũ esse à Sara, quando vidit pueros ludentes simul. Quam lufionem dicit scriptura vidisse Saram, hanc persecutionẽ dicit Apostolus. Plus ergo vos persequuntur qui vos illudendo seducunt, Veni veni, baptizare hic, hic habes verum baptismũ: noli ludere, vnus est verus. Ille lufus est, seducis, & ista persecutio grauis tibi erit. Melius tibi erat si Hismaelem tu lucraretis ad regnum: sed nõ vult Hismael, quia ludere vult. Tene tu hæreditatem patris & non audies, Eiice ancillam & filium eius: non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac. Isti etiã audet dicere, quia persecutionẽ solent pati à catholicis regibus,

aut à catholicis principibus. Quam persecutionẽ tolerat afflictionẽ corporis. Si tamẽ aliquando passi sũt, aut quomodo passi sunt, ipsi sciãt, aut cõueniãt cõsuetas suas: si tamen afflictionem corporis passi sunt, aut quomodo passi sunt persecutionem quam faciunt grauiorem: caue quando vult ludere Hismael cum Isaac, quando tibi blãditur, quando offert alterum baptismum: responde, habeo iam baptismum. Si enim verus est iste baptismus, quisquis vult alterum dare, illudere vult. Caue animæ persecutorem: Nam si à principibus catholicis aliquid passa est pars Donati, aliquando secundum corpus passa est, non secundum illusionem spiritus. Audite & videte in ipsis veteribus factis, omnia futurarum rerum signa & indicia. Inuenitur Sara afflixisse Agar ancillam. Sara libera est, posteaquã superbire cœpit ancilla, quæta est Abraham Sara, & dixit, Eiice ancillã, exerit aduersum me ceruicem suam: & quasi ab Abraham feret, de Abraham quæta est mulier. Abraham vero qui non in ancilla libidine abutendi tenebatur, sed officio generandi, quoniam Sara ei dederat vnde prole susciperet, ait ei, Ecce ancilla tua, vtere ea sicut vis, & afflixit eam grauius Sara, & fugit à facie eius. Ecce libera afflixit ancillam, & non illam vocat persecutionem Apostolus. Ludit seruus cum domino, & persecutionem vocat. Afflictio ista non vocatur persecutio, & lufio illavocatur persecutio. Quid vobis videtur fratres, nõne intelligitis quid significatum sit? Si ergo quãdo vult deus cõcitare potestates aduersus hæreticos, aduersus schismaticos, aduersus dissipatores Ecclesiæ, aduersus exufflatos Christi, aduersus blasphematores baptismi, non mirentur: quia deus conecat vt à Sara verberetur Agar: cognoscat se Agar, & ponat ceruicem, quia cum humiliata discederet à domina sua occurrit ei angelus & dicit: quid est Agar ancilla Sara? Cum conquesta esset de domina, quid audiuit ab angelo? Reuertere ad dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur vt reuertatur, atque vniãm reuertatur, quia proles eius sicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem tenebit. Mirantur autem, quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores Ecclesiæ. Si non ergo mouerentur, & quomodo redderent rationem de imperio suo deo? Intendat charitas vestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi Christianos, vt temporibus suis pacatam velint matrem suam Ecclesiam habere, vnde spiritaliter nati sunt. Legimus Danielis visiones & gesta prophetica. Tres pueri in igne laudauerunt dominũ, miratus est Nabuchodonosor rex laudantes deum pueros, & circa eos ignem non nocentem. Et cum admiratus esset, quid ait Nabuchodonosor rex, non vel Iudæus, vel circumcisus ille qui statuum suã erexerat, & ad eam adorandam omnes coegerat, tamen laudibus trium puerorum commotus, vbi vidit maiestatem dei præsentis in igne, quid ait? Et ego proponam decretum omnibus tribubus & linguis in omni terra. Quale decretum? Quicumque dixerint blasphemiam in deum Sydrac, Misac & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Ecce quomodo sinit rex alienigena, ne blasphemetur deus Israël, qui potuit tres pueros de igne liberare: & noluit vt sãntiant reges Christiani, quia Christus exufflatur, à quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus à gehennarum igne liberatur. Nam tres illi pueri, fratres mei, liberati sunt ab igne temporali: nunquid non ipse est deus Machabæorum, qui & trium puerorum? Illos ab igne liberavit, illi in tormentis igneis corpore defecerunt, sed in legitimis mandatis animo permanerunt: Illi aperte liberati

Gen. 16.  
E  
23. q. cap.  
Quomodo?  
Daniel. 3.  
\* alia cõtra.



**G** liberati sunt, illi occulte coronati sunt. Plus est liberari de flamma gehennarū, quā de fornace potestatis humanae. Si ergo Nabuchodonosor rex laudauit & praedicauit, & gloriam dedit deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tantam gloriam dedit, ut decretum mitteret per regnum suum. Quicumque dixerint blasphemiam in deum Sydrac, Misac, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem: quomodo isti reges non moueantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed seipso liberatos de gehenna, quando vident Christum, a quo liberati sunt, exufflari in Christianis, quando audiunt dici Christiano, dic te nō esse Christianum? Talia facere volunt, & saltem talia pati nō lunt. Nam videte qualia faciunt & qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt, & temporales se perpeti conuerunt. Et tamen quae patiuntur, proferat nobis nescio quos in persecutione suos martyres. Ecce Marculus de petra praecipitatus est: & ecce Donatus Bagaiensis in puteum missus est. Quando potestates Romae talia supplicia decreuerunt, ut praecipitentur homines? Quid autem respondent nostri? Quid sit gestum nescio: tamen quid tradunt nostri, quia ipsi se praecipitauerunt, & potestates infamauerunt. Recordemur consuetudines potestatum Romanarum, & videamus cui credendum sit. Dicunt nostri illos se praecipitasse: si non sunt ipsi discipuli ipsorum, qui se modo de saxo nullo persequente praecipiant, non credamus. Quid mirum, si fecerunt illi quod solent? Nam potestates Romanae nunquam talibus supplicii vsae sunt: non enim non potuerunt occidere aperte: sed illi qui se mortuos coli voluerunt, famosorem mortem non inuenerunt: postremo quicquid illud est, non noui. Et si passa es o pars Donati corporalem afflictionem ab Ecclesia catholica, a Sara passa es Agar, redi ad dominam tuam. Locus quidem necessarius aliquanto diutius nos tenuit, ut textum totum euangelicae lectionis exponere minime valeremus, sufficiat interim charitati vestrae fratres, ne haec quae dicta sunt, dicendo alia excludantur de cordibus vestris. Haec tenete, talia discite, flammantes illuc procedite, frigidus accendite.

*Ab eo quod scriptum est, Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: usque ad id quod ait, Qui autem facit veritatem, uenit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta.*

Tractatus. XII.

**B**X eo quod hesterno die intentā fecimus charitatem vestram intelligimus vos alacrius & numerosius conuenisse: sed interim lectioni euangelicae ex ordine sermonem debitum reddamus si placet. Deinde audiet charitas vestra de pace Ecclesiae, vel quid egerimus, vel quid adhuc agendum speremus. Nunc autē tota intētio cordis ad Euangeliū feratur, nemo enim aliunde cogitet. Si enim qui totus adest, vix capit: qui se per cogitationes diuersas diuidit, nōne & quid coeperat fundit? Meminit autē charitas vestra dominico praeterito quātū dominus adiuuare dignatus est, disseruie nos de spiritali regeneratione, quam lectionem vobis iterum legi fecimus, ut quae tunc non dicta sunt in Christi nomine adiuuantibus orationibus vestris impleamus. Regeneratio spiritalis vna est, sicut generatio carnalis vna est. Et quod Nicodemus domino ait, verum dixit, quia non potest homo cum sit senex, redire rursus in vterum matris suae & nasci. Ille qui

dem dixit, quia homo cū sit senex hoc non potest, quasi si infans esset, posset: omnino enim non potest, siue recens ab vtero, siue annosa iam aetate redire rursus in materna viscera & nasci. Sed sicut ad natiuitatem carnalem valent muliebria viscera ad semel pariendum: sic ad natiuitatem spiritalē valent viscera Ecclesiae, ut semel quisque baptizetur. Propterea ne quis forte dicat, sed iste in haeresi natus est, & iste in schismate natus est, amputata sunt omnia si meministis, quae vobis disputata sunt de tribus patribus nostris, quorum deus dici voluit, non quia soli erāt, sed quia in his solis impleta est integritas significandi populi futuri. Inuenimus enim natum de ancilla, & exhaeredatum, natum de libera haeredem. Rursus inuenimus natum de libera exhaeredatum, natum de ancilla haeredem. Natus de ancilla exhaeredatus Ismael, natus de libera haeres Isaac. Natus de libera exhaeredatus Esau, natus de ancillis haeres filij Iacob. In illis itaque tribus patribus, omnis futuri populi figura perfecta est: nec immerito deus inquit, Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob, hoc mihi nomen, inquit, in aeternum. Magis meminimus, quid promissum sit ipsi Abraham: hoc enim promissum est Isaac, hoc promissum est Iacob. Quid inuenimus, in femine tuo benedicentur omnes gentes. Credidit tunc vnus quod nondum videbat: vident homines & excantur. Completum est in gētibus, quod promissum est vni: & separantur a communione gentium, qui & quod impletum est videre nolunt: sed quid illis prodest quia videre nolunt? Vident velint nolint, aperta veritas & clausos oculos ferit. Responsum est Nicodemo, qui ex eis erat qui crediderant in Iesum, & ipse Iesus nō se credebatur: quibusdam enim non se credebatur, cum iam in illum credidissent: sic habes scriptum, Multi crediderunt in nomine eius, videntes signa quae faciebat. Ipse autem Iesus non credebatur semetipsum illis. Non enim opus habebat, ut quisquam testimonium perhiberet de homine, ipse autem sciebat quid esset in homine. Ecce iam illi credebatur in Iesum, & ipse Iesus non se credebatur eis. Quare? Quia nōdum erant renati ex aqua & spiritu sancto. Inde hortati sumus, & hortamur fratres nostros catechumenos: si enim interrogos eos, iam crediderunt in Iesum: sed quia nondum carnem eius & sanguinem accipiunt, nondum se illis credit Iesus. Quid faciant ut se illis credat Iesus? Renascantur ex aqua & spiritu sancto, proferat Ecclesia quos parturit: concepti sunt, & dantur in lucem, habent vbera quibus nutriantur: non timeant ne nati suffocentur, ab vberibus matris non recedant. Nullus potest homo redire in matris viscera, & iterum nasci. Sed de ancilla nescio quis natus est, nunquid tunc qui nati sunt de ancillis, redierunt in vterū liberarū ut denuo nascerentur? Semen Abraham ut faceret filiū de ancilla, vxor author fuit, natus est ex femine viri, & non vtero, sed solo placito vxoris: nunquid quia de ancilla, ideo exhaeredit? Si propterea exhaereditus, quia de ancilla natus est, nulli ancillarum filij admitterentur ad haereditatē. Filij Iacob admissi sunt ad haereditatem, Ismael autem non quia ex ancilla natus exhaereditus, sed quia superbus matri, superbus in filium matris, mater enim eius magis Sara quam Agar. Illius vterus accommodatus, illius voluntas accessit. Nō faceret Abraham quod Sara nollet, magis ergo ille filius Sarae. Sed quid superbus in fratrem, & superbus ludēdo: ludendo, quia deludendo: quid ait Sara? Eiice ancillam & filium eius, non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. Non ergo illum viscera ancillae eiecerūt foras,

Exod. 3.

L

Gene. 22.

Ioan. 2.

Gene. 16.

Gene. 21.

**A** foras, sed ceruix seruilis. Et si liber superbus sit, seruus est: & quod peius est, malae dominae ipsius superbia. Itaque fratres mei, respondete homini non posse rursus nasci hominem. Respondeat securi, non posse rursus nasci hominem. Quicquid iterū fit, illusio est: quicquid iterū fit, lusus est. Hirmael ludit, foras mittitur, animaduertit enim eos Sara ludentes, ait scriptura, & dixit Abrahā: Eiice ancillam & filium eius. Displicuit Sara lusus puerorum, aliquid nouū vidit pueros ludere. Nōne optant hoc quae filios habent, videre ludentes filios suos? Vidit illa & improbavit. Nescio quid vidit in lusu. Illusionem vidit in illo lusu, animaduertit serui superbiā, displicuit illi, eiecit foras. Nati ergo de ancillis, ad haereditatē admittunt Iacob, & natus de libera mittitur foras Esau. Nemo ergo praesumat quia de bonis nascitur, nemo praesumat quia per sanctos baptizatur. Qui per sanctos baptizatur, adhuc caueat ne non sit Iacob sed Esau. Hoc ergo fratres dixerim, melius est ab hominibus sua querentibus & mundū diligentibus, quod significat nomen ancillae, baptizari, & spiritaliter haereditatem querere Christi, ut sit tanquam filius Iacob de ancilla, quam baptizari per sanctos & superbire, ut sit Esau foras mittendus, quamuis natus ex libera. Haec fratres tenete, Nō vos palpamus, nulla spes vestra in nobis sit, nec vobis blandimur nec nobis, vnusquisque suam sarcinam portet. Nostra est dicere ne male iudicemus, vestrum est audire, & corde audire, ne exigatur quod damus: imō quādo exigitur, lucrum inueniatur, nō detrimentum. Dicit dominus Nicodemo, & exponit ei: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest intrare in regnum dei. Tu, inquit, carnalem generationem intelligis, cum dicas, Nunquid potest homo redire in viscera matris suae? Ex aqua & spiritu sancto oportet ut nascatur propter regnum dei. Si propter haereditatem patris hominis temporalem, nascitur ex visceribus matris carnalis: propter haereditatem patris dei sempiternam, nascatur ex visceribus Ecclesiae. Generat per vxorem filium pater mortiturus successurum, generat deus de Ecclesia filios non successuros, sed secum mansuros. Et sequitur. Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est. Spiritaliter ergo nascimur, & in spiritu nascimur verbo & sacramento, adest spiritus, ut nascamur: spiritus inuisibiliter adest vnde nascaris, quia & tu inuisibiliter nascaris. Sequitur enim & dicit, Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo. Spiritus vbi vult spirat, & vocē eius audis: sed nescis vnde veniat aut quō vadat. Nemo videt spiritum, & quomodo audimus vocem spiritus? Sonat psalmus, vox est spiritus: sonat Euangelium, vox est spiritus: sonat sermo diuinus, vox est spiritus. Vocem eius audis & nescis vnde veniat & quō vadat. Sed si nascaris & tu de spiritu, hoc eris ut ille. Qui non est adhuc natus de spiritu, nescit de te vnde venias & quō eas. Hoc enim secutus ait, Sic est omnis qui natus est ex spiritu: Respondit Nicodemus & dixit ei, Quomodo possunt haec fieri? Et reuera carnaliter non intelligebat. In illo fiebat, quod dixerat dominus, Vocem spiritus audiebat, & nesciebat vnde venerat, & quō ibat. Respondit Iesus & dixit, Tu es magister in Israël, & haec ignoras? O fratres, quid putamus dominum huic magistro Iudaeorum quasi insultare voluisse? Nouerat dominus quid agebat, volebat illum nasci ex spiritu. Nemo ex spiritu nascitur, nisi humilis fuerit, quia ipsa humilitas facit nos nasci de spiritu, quoniam prope est dominus obtritis corde. Ille magisterio inflatus erat, & alicuius mo-

menti sibi esse videbatur, quia doctor erat Iudaeorum. Deponit ei superbiā, ut possit nasci de spiritu: insultat tanquam indocto, non quia superior vult videri dominus: quid magnum, deus ad hominem, veritas ad mendacium? Maior Christus quam Nicodemus dici debet, dici potest, cogitandus est. Si diceretur maior Christus quam angeli, ridendum erat: incomparabiliter enim maior creator omni creatura, per quem facta est omnis creatura. Sed exagitat superbiā hominis, Tu es magister in Israël, & haec ignoras? Tanquam diceret, Ecce nihil nostri princeps superbus, nascere ex spiritu: si enim natus fueris ex spiritu, vias dei tenebis, ut Christi humilitatem sequaris. Sic enim altus est super omnes angelos: quia cum in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse aequalis deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuētus ut homo, humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem: & ne mortis genus tibi aliquid placeat, mortem autem crucis. Pendebat, & insultabatur ei. De cruce descendere poterat, sed differēbat, ut de sepulchro filingeret. Perituit superbos seruos dominus medicus aegrotos. Si hoc ille, quid illi quos oportet nasci ex spiritu? Si hoc ille verus magister in caelo, non hominum tantum sed & angelorum? Si enim docti sunt angeli, verbo dei docti sunt. Si verbo dei docti sunt, quare vnde docti sunt, & inueniunt, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Tollatur homini ceruix, sed aspera & dura, ut sit lenis ceruix ad portandum iugum Christi. De quo dicitur, Iugum meum leue est, & sarcina mea leuis est. Et sequitur, Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si dixerō vobis caelestia credetis? Quae terrena dixit fratres? Nisi quis natus fuerit denuo, terrenum est? Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quō eat, terrenum est? Si de isto ventero diceret, sicut nonnulli intellexerunt, cum quaereretur ab eis quid terrenum dixerit dominus, dum ait, Si terrena dixi vobis & non creditis, quomodo si caelestia dixerō credetis? Cum ergo quaereretur a quibusdam, quid terrenum dixerit dominus, angustias passus dixerunt: quod ait de spiritu vbi vult spirat, & vocem eius audis, & nescis vnde veniat, aut quō eat, de isto vento dixit, Quid enim nominauit terrenum? Loquebatur de generatione spiritali: secutus ait, sic est omnis qui natus est ex spiritu. Deinde fratres, quis nostrum non videat, verbi gratia, austrum euntem de meridie ad Aquilonem, aut aliū ventum venientem ab Oriente ad Occidentem? Quomodo ergo nescimus vnde veniat & quō eat? Quid ergo dixit terrenum, quod non credebant homines? An illud quod de templo iuscitando dixerat? Corpus enim suum de terra acceperat, & ipsam terram de terreno corpore susceptam parabat suscitare. Non ei creditum est terram suscitaturō. Si terrestria, inquit, dixi vobis & non creditis, quomodo si caelestia dixerō credetis? Hoc est, si non creditis quia templum possum resuscitare deiectum a vobis, quomodo credetis quia per spiritum possint homines regenerari? Et sequitur, Et nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo filius hominis qui est in caelo? Ecce hic erat, & in caelo erat: hic erat carne, & in caelo erat diuinitate, imō vbiq; diuinitate. Natus de matre, non recedens a patre. Duae natiuitates Christi intelliguntur, vna diuina, altera humana: vna per quam efficeremur, altera per quam reficeremur. Ambae mirabiles, illa sine matre, ista sine patre. Sed quia de Adam corpus acceperat, quia Maria de Adam, ipsum quoque corpus

Philip. 2.

E

Ioan. 1.

Mat. 11.

F

+

**G** corpus suscitaturus erat: terrenum quiddam dixerat, Solu-  
tūte seplū hoc, & in tribus dieb⁹ suscitabo illud. Cœleste  
autem quiddam dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua  
& spiritu, non videbit regnum dei. Eia itaque fratres,  
deus voluit esse fili⁹ hominis, homines voluit esse filios  
dei. Ipse descendit propter nos, nos ascendamus propter  
ipsum. Solus enim descendit, & ascendit qui hoc ait, Nemo  
ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo. Non  
ergo ascensuri sunt in cœlum, quos facit filios dei? Ascē-  
suri sunt planē, Hęc nobis promissio est, Erunt æquales  
angelis dei. Quomodo ergo nemo ascendit nisi qui de-  
scendit? Quia vnus descendit, & vnus ascendit. De ce-  
teris quid intelligendum, nisi quia membra eius erunt  
vt vnus ascendat: propterea sequitur, Nemo ascendit in  
cœlum, nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui est  
in cœlo. Miraris quia hic erat & in cœlo? Tales fecit di-  
scipulos suos. Paulum audi Apostolum dicentem, Nostra  
enim conuersatio in cœlis est. Si homo Paulus Aposto-  
lus ambulabat carne in terra, & conuersabatur in cœlo,  
deus cœli & terrę non poterat esse & in cœlo & in ter-  
ra? Si ergo nemo nisi ille descendit & ascendit, quæ spes  
est ceteris? Ea spes est ceteris, quia ille propterea descen-  
dit & ascēdit, vt in illo & cum illo vnum essent, qui per  
illum ascensuri essent. Non dicit, & seminibus, ait Apo-  
stolus, quasi in multis, sed tāquam in vno, & semini tuo  
qui est Christus. Et fidelibus ait, Vos autem Christi. Si  
autem Christi, ergo semen Abrahę estis. Quod dixit  
vnū, hoc dixit omnes nos esse. Ideo in Psalmis aliquā-  
do plures cantant, vt ostendatur quia de pluribus fit v-  
nus: aliquando vnus cantat, vt ostendatur quid fiat de  
pluribus. Propterea vnus sanabatur in illa piscina, &  
quisquis alius descēdebat, non sanabatur. Ergo iste vnus  
commendat vnitatem Ecclesię. Væ illis qui oderūt vni-  
tatem Ecclesię, & partes sibi faciunt in hominibus, au-  
diāt illum qui volebat eos facere vnum in vno. Ad vnū  
audiāt illum dicentem, Nolite vos facere multos, ego  
plantavi, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit.  
Sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed  
qui incrementum dat, deus. Illi dicebant, Ego sum Pau-  
li, ego Apollo, ego Cephę. Et ille, Diuisus est Christus?  
In vno estote, vnum estote, vnus estote. Nemo ascendit  
in cœlum, nisi qui de cœlo descendit. Ecce volumus esse  
tui, dicebant Paulo. Et ille, Nolo sitis Pauli, sed eius esto-  
te cuius est vobiscum Paulus. Descendit enim & mor-  
tuus est, & ipsa morte liberauit nos à morte. Morte oc-  
census, mortem occidit. Et nostis fratres, quia mors ista  
per diaboli inuidiam intrauit in mundum. Deus mor-  
tem non fecit scriptura loquitur, nec latetur, inquit, in  
perditione viuorum: creauit enim vt essent omnia. Sed  
quid sibi ait? Inuidia autem diaboli mors intrauit in or-  
bem terrarum. Ad mortem à diabolo propinatam, non  
veniret homo vi adactus: non enim cogendi poteriam  
diabolus habebat, sed persuadendi versutiam. Si non cō-  
sentires, nihil inuexerat diabolus, consensio tua ô ho-  
mo te perduxit ad mortem. A mortali mortales nati, &  
ex immortalibus mortales facti. Ab Adā omnes hoies  
mortales, Iesus autē filius dei, verbū dei, per quod facta  
sunt omnia, vnicus, æqualis patri, mortalis factus est,  
quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Si  
ergo mortem suscepit, & mortem suspendit in cruce, de  
ipsa morte liberātur mortales. Quod in figura factum  
est apud antiquos, commemorauit illud dominus, Et  
sicut, inquit, Moyses exaltauit serpentem in eremo, ita  
exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in  
eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Magnum

sacramentum, & qui legerunt, nouerunt. Deinde audi-  
ant vel qui non legerunt, vel qui forte lectum vel audi-  
tum obliuiscunt. Prosternebatur in eremo populus Israël  
moribus serpentum, fiebat magna strages multarum  
mortium, plaga enim dei erat corripientis, & flagellan-  
tis vt erudiret. Demonstratum est ibi magnum sacra-  
mētum rei futurę, ipse dominus testatur in hac lectio-  
ne, vt nemo possit aliud interpretari quàm quod ipsa ve-  
ritas de se indicat. Dicitur enim ad Moysen à do-  
mino, vt faceret æneum serpentem, & exaltaret illum  
in ligno in eremo, & admoneret populum Israël, vt si  
quis morsus esset à serpente, illum serpentem in ligno  
exaltatum attenderet, & factum est: mordebantur ho-  
mines, intuebantur & sanabantur. Quid sunt serpentes  
mordentes? Peccata de mortalitate carnis. Quis est ser-  
pens exaltatus? Mors domini in cruce. Quia enim à ser-  
pente mors, per serpentis effigiem figurata est mors.  
Morsus serpentum letalis, mors domini vitalis. Atten-  
ditur serpens, vt nihil valeat serpens. Quid est hoc? At-  
tenditur mors, vt nihil valeat mors. Sed cuius mors?  
Mors vitę: si dici potest mors vitę, imò quia dici po-  
test, mirabiliter dicitur. Sed nunquid non erit dicēdum  
quod fuit faciendum? Ego dubitem dicere, quod domi-  
nus pro me dignatus est facere? Nōne vita Christus? Et  
tamen in cruce Christus: Nōne vita Christus? Et  
tamen mortuus est Christus: sed in morte Christi mors  
mortua est, quia vita mortua occidit mortē, plenitudo  
vitę deglutiuit mortem: absorpta est mors in Christi  
corpore. Sic & nos dicemus in resurrectione, quando iā  
triumphantes cantabimus: Vbi est mors contentio tua?  
vbi est mors aculeus tuus? Interim modo fratres vt à  
peccato sanemur, Christum crucifixū intueamur: quia  
sicut Moyses, inquit, exaltauit serpentem in eremo, ita  
exaltari oportet filium hominis: vt omnis qui credit in  
eum non pereat, sed habeat vitam æternam. Quomo-  
do qui intuebantur illum serpentem, non peribant mor-  
sibus serpentum: sic qui intuentur fide mortem Christi,  
sanantur à moribus peccatorum. Sed illi sanabantur à  
morte ad vitam temporalem: hic autem ait, vt habeant  
vitam æternam. Hoc enim interest inter figuratā ima-  
ginem & rem ipsam: figura præstabat vitam tempora-  
lem: res ipsa cuius illa figura erat, præstabat vitam æter-  
nam. Non enim misit deus filium suum vt iudicet  
mundū, sed vt saluetur mundus per ipsum. Ergo quan-  
tum in medico est, sanare venit agrotū. Ipse se interi-  
mit, qui præcepta medici obseruare non vult. Venit sal-  
uator ad mundum. Quare saluator dicitur mundi, nisi  
vt saluet mundum, non vt iudicet mundum? Saluari nō  
vis ab ipso, ex teipso iudicaberis. Et quid dicam iudica-  
beris? Vide quid ait, Qui credit in eum, non iudica-  
tur: qui autem non credit, quid diciturum sperabas, nisi  
iudicatur? Quod addit, Iam, inquit, iudicatus est. Nō-  
dum apparuit iudicium, & iam factum est iudiciū: no-  
uit enim dominus qui sunt eius, nouit qui permaneant  
ad coronam, qui permaneant ad flammam. Nouit in  
area sua triticum, nouit & paleam, nouit & segetem, no-  
uit & zizania, iam iudicatus est qui non credit. Quare  
iudicatus est? Quia non credidit in nomine vnige-  
niti filij dei. Hoc est autem iudicium, quia lux venit in  
mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quàm  
lucem: erāt enim mala opera eorum. Fratres mei, quo-  
rum opera bona inuenit dominus? Nullorum: omnia e-  
nim opera mala inuenit. Quomodo ergo quidam fece-  
runt veritatem, & venerunt ad lucem? Et hoc enim  
sequitur: Qui autem facit veritatem venit ad lucem,  
vt ma-

**K**  
Nume. 21.  
**L**  
1. Co. 15.  
**M**  
1. Timo. 2.

**A** vt manifestentur opera eius, quia in deo sunt facta.)  
Quomodo quidam opus bonum fecerunt, vt venirent  
ad lucem, id est, ad Christum? Et quomodo quidam di-  
lexerunt tenebras? Si enim omnes peccatores inuenit,  
& omnes à peccato sanat, & serpens ille in quo figura-  
ta est mors domini, eos sanat qui mors fuerant, & pro-  
pter morsum serpentis erectus est serpens, id est, mors  
domini, propter mortales homines, quos inuenit in-  
iustus: quomodo intelligitur, hoc est iudicium, quia  
lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis  
tenebras quàm lucem: erant enim mala opera eorum?  
Quid est hoc? Quorum enim erant bona opera? Nō-  
ne venisti vt iustifices impios? Sed dilexerunt, inquit,  
tenebras magis quàm lucem: ibi posuit vim. Multi e-  
nim dilexerunt peccata sua, & multi confessi sunt pec-  
cata sua: quia qui confitetur peccata sua, & accusat pec-  
cata sua, iam cum deo facit. Accusat deus peccata tua:  
& si tu accuses, coniungeris deo. Quasi duæ res sunt,  
homo & peccator. Quod audis homo, deus fecit: quod  
audis peccator, ipse homo fecit: dele quod fecisti, vt  
deus saluet quod fecit. Oportet vt oderis in te opus  
tuum, & ames in te opus dei. Cum autem ceperit tibi  
displicere quod fecisti, inde incipiunt bona opera tua,  
quia accusas mala opera tua. Initium operum bono-  
rum, confessio est operum malorum. Facis veritatem,  
& venis ad lucem: quid est, facis veritatem? Non te pal-  
pas, non tibi blandiris, non tibi adularis; non dicis, iu-  
stus sum, cum sis iniquus, & incipis facere veritatem.  
Venis autem ad lucem vt manifestentur opera tua, quia  
in deo sunt facta: quia & hoc ipsum quod tibi displicuit  
peccatum tuum, non tibi displiceret, nisi deus tibi lu-  
ceret, & eius veritas tibi ostenderet. Sed qui etiam ad-  
monitus diligit peccata sua, odit admonentem lucem  
& fugit eam, vt non appareant tibi opera eius mala quę  
diligit: qui autem facit veritatem, accusat in se mala  
sua, non sibi parcat, non sibi ignoscit vt deus ignoscat:  
quia quod vult vt deus ignoscat, ipse agnoscit & venit  
ad lucem: cui gratias agit, quod ille quid in se odisset,  
ostenderit. Dicit deo, Auerte faciem tuam à peccatis  
meis. Et qua fronte dicit, nisi iterum dicat, Quoniam  
facinus meum ego cognosco, & peccatum meum cor-  
am me est semper? Sit ante te quod non vis esse ante  
deum: Si autem post te feceris peccatum tuum, retor-  
quet illud tibi deus ante oculos tuos, & tunc retorquet,  
quando iam poenitentię fructus nullus erit. Currite, ne  
tenebrę vos comprehendant. Fratres mei euigilate ad  
salutem vestram, euigilate dum tempus est, nullus re-  
tardetur à templo dei, nullus retardetur ab opere do-  
mini, nullus auocetur ab oratione continua, nullus à  
solita deuotione fraudetur. Euigilate cum dies est, lu-  
cet dies: Christus est dies, paratus est ignoscere reis,  
sed agnoscitibus: punire autem defendentes se, & iu-  
stos se iactantes, & putantes se esse aliquid cum nihil  
sunt. In dilectione autem eius & in misericordia eius  
qui ambulat, etiam liberatus ab illis letalibus & gran-  
dibus peccatis, qualia sunt facinora hominum, homi-  
cidia, furta, adulteria, præter illa quę minuta viden-  
tur esse peccata, linguę aut cogitationum, aut immo-  
derationis in rebus concessis, facit veritatem confes-  
sionis, & venit ad lucem in operibus bonis: Quomo-  
do minuta plura peccata si negligantur, occidunt? Mi-  
nutę sunt guttę quę flumina implent, minuta sunt  
grana arenę: sed si multa arena imponatur, premit  
atque opprimit. Hoc facit sentina neglecta, quod fa-  
cit fluctus irruens. Paulatim per sentinam intrat, sed  
Tomus nonus.

diu intrando & non exhauriendo, mergit nauim. Quid  
est autem exhaurire, nisi bonis operibus agere, vt non  
obruant peccata, gemendo, ieiunando, tribuendo, i-  
gnoscendo: Iter autem huius seculi molestum est, ple-  
num est tentationibus, in rebus prosperis ne extollat,  
in rebus aduersis ne frangat. Qui tibi dedit felicita-  
tem huius seculi, ad consolationem tuam dedit, non  
ad corruptionem: Rursus qui te flagellat in isto secu-  
lo, ad emendationem, non ad damnationem facit,  
Ferte patrem erudientem, ne sentias iudicem puni-  
entem. Hęc quotidie dicimus vobis, & sæpe dicenda  
sunt, quia bona & salutaria sunt.

*Ab eo quod scriptum est, Post hæc uenit Iesus &  
discipuli eius in Iudeam terram, & illic demora-  
batur cum eis: usque ad id, Qui habet sponsam spon-  
sus est, amicus autem sponsi est qui stat & audit  
eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi.  
Tractatus XIII.*

**R**edo lectionis euangelicę secundum Ioannem,  
sicut potestis meminisse, qui curam geritis  
profectus vestri, ita sequitur, vt hæc quę mo-  
do lecta est, hodie nobis tractanda proponatur. Ab ipso  
principio vsque ad hodiernam lectionem, quę supra-  
dicta sunt, meministis iam esse tractata. Et si forte in-  
de multa estis obliuisciti: certe vel officium nostrum manet  
in vestra memoria, quę hinc audieritis de baptismo  
Ioannis. Et si non tenetis omnia, audisse vos tamen, cre-  
do quod teneatis quę dicta sunt, etiā quare spiritus san-  
ctus in columbe specie apparuerit: & quomodo illa no-  
dosissima quęstio soluta sit, quia nescio quid quod non  
nouerat, didicit Ioannes in domino per columbam, cū  
iam non nosset, quando uenienti vt baptizaretur, ait,  
Ego à te debeo baptizari, & tu uenis ad me? quando ei  
dominus respondit, Sine modo, vt impleatur omnis iu-  
stitia. Nunc ergo ad eundem Ioannem cogit nos ordo  
lectionis reuerti. Ipse est ille qui prophetatus est per  
Eliam, Vox clamantis in deserto, parate viam domi-  
no, rectas facite semitas eius. Tale testimonium reddi-  
dit domino suo, & quia ille dignatus est, amicus suo: do-  
minusq; ipsius & amicus ipsius perhibuit testimonium  
Ioanni: dixit enim de Ioanne, In natis mulierum nemo  
surrexit maior Ioanne Baptista. Sed quia illi se præpo-  
posuit, in hoc quod plus erat à Ioanne deus erat: qui au-  
tem minor est, inquit, in regno cœlorum, maior est il-  
lo. Minor natiuitate, maior potestate, maior diuinitate,  
maiestate, claritate, tanquam in principio erat uerbum,  
& uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Sic au-  
tē perhibuerat in superioribus lectionibus Ioannes do-  
mino testimonium, vt filium dei quidem diceret, deum  
non diceret, nec tamē negaret. Tacuerat deum, non ne-  
gauerat deum, sed non omnino tacuit deum. Fortassis  
enim inuenimus hoc in hodierna lectione. Dixerat fi-  
lium dei: sed dicti sunt & homines filij dei. Dixerat tan-  
tę excellentię illum fuisse, vt non esset ipse dignus cor-  
rigiam calceamenti eius soluere. Iam magnitudo ista  
multum dat intelligi, cuius non erat dignus corrigiam  
calceamenti soluere, ille quo nemo surrexerat maior in  
natis mulierum. Plus erat omnibus hominibus & an-  
gelis: nam angelum inuenimus prohibuisse, ne homo  
illi ad pedes caderet: cum enim quædam in Apocalypsi  
angelus ostēderet Ioanni, qui scripsit hoc Euangelium,  
conterritis magnitudine uisionis Ioannes, cecidit ad  
pedes angeli: Et ille, Surge, ne feceris hoc, deum ado-  
ra: nam & ego conseruus tuus sum & fratrum tuorum.  
Cadere

f aliās, ar-  
guantur.  
Psal. 50.  
Ioan. 12.

Math. 3.  
Esa. 40.  
Math. 11.  
Ioan. 1.  
Apo. 2. 24.



**G** Cadere ergo sibi ad pedes hominem angelus prohibuit: Nonne manifestum est quia super omnes angelos est, cui talis homo quo maior nemo surrexit in natis mulierum, dicit indignum se esse soluere corrigiam calceamenti eius? Tamen aliquid evidentius dicat Ioannes, quia deus est dominus noster Iesus Christus. Inueniamus hoc in praesenti lectione, quia forte & de illo cantauimus, Regnavit dominus super omnem terram: Contra quod surdi sunt, qui putant eum in Africa sola regnare. Non enim non dictum est de Christo cum dictum est, Regnavit dominus super omnem terram. Quis est enim alius rex noster, nisi dominus noster Iesus Christus? Ipse est rex noster. Et quid audistis in ipso psalmo recenti versu modo cantato? Psallite deo nostro psallite, psallite regi nostro psallite. Quem dixit dominum, ipsum dicit regem nostrum, psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro, psallite intelligenter. Ne in vna parte velis intelligere cui psallis, quoniam rex omnis terrae deus. Et quomodo est omnis terrae deus, rex qui visus est in vna parte terrarum, in Hierosolyma, in Iudaea ambulans, inter homines natus, fugens, crescens, manducans, bibens, vigilans, dormiens, fatigatus ad puteum sedens, comprehensus, flagellatus, sputis illitus, spinis coronatus, ligno suspensus, lancea percussus, mortuus, sepultus? Quomodo ergo rex omnis terrae? Quod videbatur in loco, caro erat: oculis carnis caro apparebat, in carne mortali maiestas immortalis occultabatur. Et quibus oculis maiestas? Est alius mentis oculus, est interior oculus. Non enim nullos oculos habebat & Tobias, quando cecus oculis corporeis filio dabat praecipua vitae. Ille patris manum tenebat vt pedibus ambularet, ille filio consilium dabat, vt viam iustitiae teneret: Et hic oculos video, & hic oculos intelligo. Et meliores oculi dantis vitae consilium, quam oculi tenentis manum. Tales oculos quaerebat & Iesus, quando ait Philippo, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognovistis me? Tales oculos quaerebat, cum ait, Philippe, qui videt me, videt & patrem meum. Isti oculi in intelligentia sunt, isti oculi in mente sunt: ideo cum dixisset psalmus, Quoniam rex omnis terrae deus: subiecit statim, psallite intelligenter. Quod enim dico, psallite deo nostro psallite: deum dico regem nostrum. Sed regem nostrum inter homines, vidistis tanquam hominem, vidistis passum, crucifixum, mortuum. Latebat aliquid in illa carne, quod oculis carnis videre non potuistis. Quid illic latebat? Psallite intelligenter. Nolite oculis quaerere quod mente conspiciatur. Psallite lingua, quia inter vos caro. Sed quia verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Dicat, & Ioannes testimonium.

Post haec venit Iesus & discipuli eius in Iudaeam terram, & illic demorabatur cum eis & baptizabat. Baptizatus baptizat, non eo baptismo baptizat quo baptizatus est. Dat baptismum dominus baptizatus a seruo, ostendens humilitatis viam, & perducens ad baptismum domini: hoc est, baptismum suum, praebendo humilitatis exemplum, quia ipse non respuit baptismum serui. Et in baptismo serui via praeparabatur domino, & baptizatus dominus viam se fecit venientibus. Ipsum audiamus, Ego sum via, & veritas & vita. Si veritatem quaeris, viam tene: nam ipsa est via, quae est veritas. Ipsa est quod is, ipsa est qua is, non per aliud is ad illud,

non per aliud venis ad Christum: per Christum ad Christum venis. Quomodo per Christum ad Christum? Per Christum hominem ad Christum deum: Per verbum carnem factum, ad verbum quod in principio erat deus apud deum. Ab eo quod manducavit homo, ad illud quod quotidie manducant angeli. Sic enim scriptum est, Panem angelorum manducavit homo: panem caeli dedit eis: panem angelorum manducavit homo. Quis est panis angelorum? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quomodo panem angelorum manducavit homo? Et verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Sed quia diximus manducare angelos fratres, ne putetis moribus fieri. Nam si hoc intellexeritis, quasi dilaniatur deus, quem manducant angeli. Quis dilaniat iustitiam? Sed rursum mihi aliquis dicit, Et quis est qui manducat iustitiam? Vnde ergo beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur? Cibus quem manducas per carnem vt reficiaris tu, ille in te deficit: vt reparet te, consumitur. Manduca iustitiam, & tu reficeris, & illa integra perseverat: quomodo videtur istam lucem corpoream reficiuntur oculi nostri, & res est corporea quae videtur oculis corporeis. Multi enim cum fuerint diutius in imis tenebris, infirmatur acies ipsorum, quasi ieiunio lucis fraudati cibo suo, luce quippe pascuntur, defatigantur ieiunio & debilitantur, ita vt ipsam lucem qua reficiuntur videre non possint: & si diutius abfuerint, extinguuntur, & tanquam moritur in eis ipsa acies lucis. Quid ergo? Quia tot oculi quotidie ista luce pascuntur, minor non fit, & illi reficiuntur, sed ipsa integra permanet. Si hoc potuit deus de luce corporea corporeis oculis exhibere, non exhibet mundis cordibus lucem illam infatigabilem, integram, perseverantem, nulla ex parte deficientem? Quam lucem? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Videamus si lux est, Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen. In terra aliud est fons, aliud lumen. Sitiens quaeris fontem, & vt pervenias ad fontem, quaeris lucem: & si dies non est, accendis lucernam, vt ad fontem pervenias. Fons ille, ipse est lux. Sitiens fons est, ceco lux est. Aperiantur oculi vt videant lucem, aperiantur fauces cordis vt bibant fontem. Quod bibis, hoc vides, hoc audis, totum tibi fecit deus: quia horum quae diligis, totum tibi est. Si visibilia attendis, nec panis est deus, nec aqua est deus, nec lux ista est deus, nec vestis est deus, nec domus est deus: omnia enim haec visibilia sunt, & singularia sunt. Quod est panis, non hoc est aqua, & quod est vestis, non hoc est domus, & quod sunt ista, non hoc est deus: visibilia enim sunt. Deus tibi totum est: Si esurieris, panis tibi est: si sitieris, aqua tibi est: si in tenebris es, lumen tibi est, quia incorruptibilis manet: si nudus es, immortalitatis vestis tibi est, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia enim possunt dici de deo, & nihil digne dicitur de deo: Nihil latius hac inopia. Quae congruum nomen, non inuenis, quaeris quoquo modo dicere omnia, non sic inuenis. Quid simile, agnus & leo? de Christo vtrumque dictum est: Ecce agnus dei. Quomodo leo? Vicit leo de tribu Iuda. Audiamus Ioannem. Baptizabat Iesus. Diximus quia baptizabat Iesus. Quomodo Iesus, quomodo dominus, quomodo dei filius, quomodo verbum? sed verbum caro factum est. Erat autem & Ioannes baptizans in Enon iuxta Salim. Locus quidam Enon intelligitur, quia

**K**  
Psal. 77.

**L**  
Math. 5.

**M**

**N**  
Psal. 55.

**O**

**P**  
1. Cor. 15.

**Q**  
Apoc. 5.

**A** quia lacus erat: Quia aquae multae erant ibi: Et veniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat in carcerem Ioannes. Si meministis, ecce iterum dico quod dixi. Quare baptizabat Ioannes? Quia oportebat vt dominus baptizaretur. Et quare oportebat vt dominus baptizaretur? Quia multi contempturi erant baptismum, eo quod iam maiore gratia praediti viderentur, quam viderent alios fideles. Verbi gratia, iam continenter vivens catechumenus, contemneret coniugatum, & diceret se meliorem esse quam sit fidelis. Ille catechumenus posset dicere in corde suo, Quid mihi opus est baptismum accipere, vt hoc habeam quod & iste, quo iam melior sum? Ne ergo certum ista praecipitaret quosdam, de meritis iustitiae suae plurimum elatos; baptizari voluit dominus a seruo, tanquam alloquens filios capitales: Quid vos extollitis? quid erigitis? quia habetis ille prudentiam, ille doctrinam, ille castitatem, ille fortitudinem patientiae? Nunquid tantum habere potestis quantum ego qui dedi? Et tamen ego baptizatus sum a seruo, vos dedignamini a domino. Hoc est, vt impleatur omnis iustitia. Sed dicit aliquis: Sufficiebat ergo vt baptizaret dominus Ioannes, quid opus erat vt alij baptizarentur a Ioanne? Et hoc diximus, quia si solus dominus baptizaretur a Ioanne, non deesset ista cogitatio hominibus, quod meliorem habebat baptismum Ioannes quam dominus: Dicerent enim, vsque adeo magnus erat baptismus quem habebat Ioannes, vt solus Christus illo fuerit dignus baptizari. Ergo vt ostenderetur melior baptismus, quem daturus erat dominus, & ille tanquam serui intelligeretur, ille, tanquam domini, baptizatus est dominus, vt praeberet humilitatis exemplum: non solus autem baptizatus est ab eo, ne baptismus Ioannis melior baptismi domini videretur. Ad hoc autem viam praebuit dominus noster Iesus Christus, sicut audistis fratres: ne quis arrogans eo quod habeat abundantiam allicuius gratiae, dedignaretur baptizari baptismi domini: quantumcunque enim catechumenus proficiat, adhuc sarcinam iniquitatis suae portat, non illi dimittitur, nisi cum venerit ad baptismum. Quomodo non caruit populus Israel populo Aegyptiorum, nisi cum venisset ad mare rubrum: sic praesens peccatorum nemo caret, nisi cum ad fontem baptismi pervenerit. Facta est autem quaestio ex discipulis Ioannis cum Iudaeis de purificatione. Baptizabat Ioannes, baptizabat Christus. Moti sunt discipuli Ioannis, concurrebatur ad Christum, veniebatur ad Ioannem: qui enim veniebant ad Ioannem, mittebat illos ad Christum baptizari, non mittebantur ad Ioannem qui a Christo baptizabantur. Turbati sunt discipuli Ioannis, & ceperunt quaestionem tractare cum Iudaeis, quomodo solet fieri: Intelligas dixisse Iudaeos maiorem esse Christum, & ad eius baptismum debere concurrere. Illi nondum intelligentes, defendebant baptismum Ioannis. Ventum est ad ipsum Ioannem, vt solveret quaestionem. Intelligat charitas vestra. Et hic utilitas ipsa humilitatis agnoscitur & ostenditur: vtrum in ipsa quaestione cum errarent homines, gloriari apud se voluerit Ioannes. Fortasse enim dixisset, verum dicitis, recte contenditis, baptismus meus est melior: nam vt noueritis quod baptismus meus est melior, ipsum Christum ego baptizavi. Poterat hoc dicere Ioannes baptizatus a Christo, quantum se si vellet extendere, habebat vbi se extendere: sed melius nouerat apud quem se humiliaret: Quem se nouerat nascendo antecedere, illi voluit confitendo Tomus nonus.

**B**  
Math. 3.

**C**  
Exod. 14.

**D**

cedere. Salutem suam intelligebat in Christo esse. Iam **D** dixerat superius: Nos omnes de plenitudine eius accepimus: & hoc confiteri deum est. Quomodo enim omnes homines de plenitudine eius accepimus, nisi ille sit deus? Nam & si ille homo & non deus, de plenitudine dei accepit etiam ipse qui non deus est. Si autem omnes homines de plenitudine eius accipiunt, ille est fons, & illi bibentes, Qui bibunt fontem, & sitire possunt & bibere. Fons nunquam sitit, fons seipso non eget: Fonte egent homines, aridis visceribus, aridis faucibus currunt ad fontem vt reficiantur: Fons fluit vt reficiat, ita & dominus Iesus. Videamus quid responderit Ioannes. Venerunt ad Ioannem & dixerunt ei: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti: ecce hic baptizat, & omnes currunt ad illum. Hoc est, quid dicis? Non sunt prohibendi vt ad te potius veniant? Respondit Ioannes & dixit: Non potest homo quicquam accipere, nisi ei datum fuerit de caelo. De quo putatis hoc dixisse Ioannem? De seipso, quasi homo accipiat de caelo. Intendat charitas vestra: Non potest homo quicquam accipere, nisi fuerit ei datum de caelo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, ego non sum Christus: Tanquam dicens: Quid vos fallitis vos ipsos? Mihi quomodo proposuistis quaestionem? Quid mihi dixistis: Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti? Nostis ergo quale testimonium illi perhibuit? Quomodo dicturus sum non esse illum quem dixi esse? Ego qui aliquid accepi de caelo vt aliquid essem, inaniem me vultis esse, vt loquar contra veritatem. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit illi datum de caelo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim: ego non sum Christus. Non est tu Christus? Sed quid si maior es illo: quia tu illum baptizasti? Missus sum ego: Praeco sum, ille iudex est. Et audi testimonium multo vehementius, multo expressius. Videte quid nobiscum agatur, videte quid amare debeamus: videte quia aliquem hominem amare pro Christo, adulterium est. Quare hoc dico? Attendamus vocem Ioannis. Poterat in illo errari, poterat ipse putari qui non erat. Respuit a se falsum honorem, vt teneat solidam veritatem. Videte quid dicat Christum, quid se. Qui habet sponsam (sponsus est). Casti estote, sponsum amate. Quid autem tu es qui nobis dicis, qui habet sponsam sponsus est? Amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi. Aderit dominus deus noster pro motu cordis mei: multo enim gemitu plenum est dicere quod doleo: sed obsecro vos per ipsum Christum, vt quod dicere non potero, vos cogitetis. Noui enim dolorem meum exprimi satis digne non posse: multos enim adulteros video, qui sponsam tanto precio emptam, amatam, fordam vt pulcha fieret, illo emptore, illo liberatore, illo decoratore, possidere volunt, & id agunt verbis suis vt pro sponso amentur. De illo dictum est, hic est qui baptizat. Quis huc exit & dicit, ego baptizo? Quis huc exit & dicit, ego quod dederam hoc est sanctum? Quis huc procedit, qui dicit, bonum est tibi vt nascaris ex me? Amicum sponsi audiamus, non adulteros sponsi, audiamus zelantem, sed non sibi, Fratres regredimini corde ad vestras domos, carnalia loquor, terrena loquor: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestrae. Multi habetis coniuges, multi habere vultis, mul- ti & si non vultis, habuistis, multi qui omnino coniuges habere non vultis. De coniugibus patrum vestro- d ij rum

**E**  
Joan. 2.  
¶ alius, Nam si sic ille homo vt non deus, de &c.

**F**  
¶ alius, quasi homo accipiat, ait, de caelo.

**G**

**H**  
Roma. 6.

**G**rum nati estis. Nullum cor est quod non iste tangat affectus, nullus in rebus humanis tam deuius a genere humano est, qui quod dico non sentiat. Ponite aliquem pessime profectum, comendasse amico suo sponfam suam, Vide quæso te, charus meus es, ne forte me absente pro me aliquis ametur. Quæ est ergo ille qui custodiens sponfam vel uxorem amici sui, dat quidem operam ut nullus alius ametur: sed si se amari pro amico voluerit, & vti voluerit commendata sibi, quam detestandum vniuerso humano generi apparet? Videat illam aliquanto petulantius per fenestram attendere, aut iocari cum aliquo, prohibet tanquam zelet. Video zelantem, sed non video cui, vtrum amico absentis, an sibi presenti. Putate hoc dominum nostrum Iesum Christum fecisse. Commendauit amico suo sponfam suam, peregre profectus est accipere regnum, sicut dicit ipse in Euangelio, & tamen præsens est maiestate. Fallatur amicus qui trans mare profectus est, & si fallitur, vñ illi qui fallit: quid cum fallere deum conatur intuentem omnium corda, & omnium secreta rimantem? Existit aliquis hæreticus, & dicit, Ego do, ego sanctifico, ego iustifico, nolo eas ad illam sectam: Bene quidem zelat, sed vide cui. Non eas ad idola, bene zelat: non ad sortilegos, bene zelat. Videamus cui zelat. Ego quod do sanctum est, quia ego do. Ego quem baptizo baptizatus est, quem non baptizo non est baptizatus. Audi amicum sponfi, discite zelare amico tuo. Audi vocem illius, Hic est qui baptizat. Quare tibi vis arrogare quod tuum non est? Vique adeo absens est qui hic reliquit sponfam suam? Nescis quia ille qui a mortuis resurrexerit, ad dexteram patris sedet? Si contempserunt eum Iudæi in ligno pendentem, tu contemnisti in cælo sedentem? Nouerit charitas vestra magnum dolorem me pati de hac re. Sed, vt dixi, dimitto cætera cogitationibus vestris. Non enim dico si loquar tota die, si plangam tota die, non sufficio. Non dico, si habeam, sicut dicit Propheta, fontem lachrymarum: sed si conuertar in lachrymas & lachrymæ fiam, in linguas & linguæ fiam, parum est. Redeamus, videamus quid dicit iste, Qui habet sponfam, sponfus est: non est mea sponfa, & non gaudes in nuptijs? Imò gaudeo ait, Amicus autem sponfi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponfi. Non, inquit, gaudeo propter vocem meam, sed propter vocem sponfi gaudeo: ego sum in audiendo, ille in dicendo: ego sum illuminandus, ille lumen: ego sum in aure, ille in verbo, ergo amicus sponfi qui stat & audit eum. Quare stat? Quia non cadit. Quare non cadit? Quia humilis est. Vide stantem in solido, Non sum dignus corrigiam calciamenti eius soluere. Bene te humilias, merito non cadis. Merito stas, merito audis eum, & gaudio gaudes propter vocem sponfi. Sic & Apostolus amicus sponfi zelat, & ipse non sibi, sed sponso: audi vocem zelantis, Zelo dei vos zelo dixit, non meo, non mihi, sed zelo dei. Vide quomodo, quam zelat, cui zelat. Desponsauit enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Quid ergo times? quare zelas? Timeo, inquit, ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic & vestri sensus corrumpantur a castitate quæ est in Christo Iesu. Omnis Ecclesia virgo appellata est: diuersa esse membra Ecclesiæ, diuersis donis pollere videtis atque gaudere. Alij coniugati, aliæ coniugatæ: alij viduati vxoribus vltra non querunt, aliæ viduatæ maritis vltra nõ querunt: alij integritatem ab ineunte ætate conseruant, aliæ virginisatem suam deuouerunt. Diuisa sunt munera,

sed omnes isti vna virgo est. Vbi est ista virginitas? Non enim in corpore. In corpore paucorum feminarum est. Et si dici virginitas in viris potest, paucorum virorum sanctitas, integritas etiam corporis est in Ecclesia, & honorabilius membrum est. Alia autem membra non in corpore, sed omnia in mente seruant virginitatem. Quæ est virginitas mentis? Integra fides, solida spes, sincera charitas. Hanc virginitatem timebat ille, qui zelabat sponfam a serpente corrumpi. Sicut enim membrum corporis violatur in quodam loco, sic seductio linguæ violat virginitatem cordis. In mente non corrumpatur, qui non vult sine causa tenere corporis virginitatem. Quid ergo dicam fratres mei? Et hæretici habent virgines, & multæ sunt virgines hæreticorum. Videamus, si sponsum amant, vt virginitas ista custodiatur. Cui custoditur? Christo, inquit, Videamus si Christo, & non Donato. Videamus cui seruetur ista virginitas, cito probare potestis. Ecce ostendo sponsum, quia ipse se ostendit. Perhibet illi testimonium Ioannes, Hic est qui baptizat. O tu virgo, si sponso huic seruas virginitatem tuam, quare curris ad eum, qui dicit, Ego baptizo: cum amicus sponfi tui dicat, Hic est qui baptizat. Deinde sponfus tuus totum orbem tenet, quare tu in parte corrumpere? Quis est sponfus? Quoniam rex omnis terræ deus. Ipse sponfus tuus totum tenet, quia totum emit. Vide quanti emerit, vt intelligas quid emerit. Quod precium dedit? Sanguinem fudit. Vbi fudit sanguinem suum? In passione. Nonne sponso tuo cantas, aut cantare te fingis, quando emptus est totis orbis, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Sponfa es, agnosce vestem sponfi tui. Super quam vestem missa est sors? Interroga Euangelium. Vide cui desponsata sis, vide a quo arrhas accipias, interroga Euangelium: Vide quid tibi dicat in passione domini, Erat ibi tunica. Videamus qualis, desuper texta. Desuper texta tunica quid significat nisi charitatem. Desuper texta tunica, quid significat nisi vnitatem? Hanc tunicam attende, quam nec persecutores Christi diuiserunt. Ait enim: Dixerunt inter se, Non diuidamus eam, sed sortem super eam mittamus. Ecce enim audistis Psalmum, Vestem persecutores non considerunt, Christiani Ecclesiam diuidunt. Sed quid dicam fratres? Aperte videamus quid emerit, Ibi enim emit, vbi precium dedit. Pro quanto dedit? Si pro Aphrica dedit, non sumus Donatistæ, & non appellemur Donatistæ sed Christiani, quia Christus solam Aphricam emit, quamquam & hic non soli Donatistæ. Sed non tacuit in commercio suo quid emerit. Fecit tabulas, deo gratias, non nos fecellit: opus est vt audiat illa sponfa, & intelligat ibi cui vouerit virginitatem. Ibi enim in ipso Psalmo, vbi dictum est, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: vbi passio domini apertissime declaratur: qui Psalmus omni anno legitur nouissima hebdomada intento vniuerso populo, imminente passione Christi, & apud nos & apud illos psalmus iste legitur. Intendite fratres, quid ibi emit: recitentur tabulæ commerciales, quid ibi emit: audite, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum, vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius, vniuersæ familiæ gentium: quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Ecce quid emit, Ecce quoniam

† aliàs, patriæ.

rex

**A** rex omnis terræ deus est spūs tuus, quid ergo ad panos vis deduci? Talem diuitem agnosce, totum emit, & tu dicis, partem hic habes. O si placeres sponso, ò si nõ corrupta loquereris, & corrupto, quod peius est, corde, non corpore: amas hominem pro Christo, amas dicentem, Ego baptizo: amicum sponfi non audis dicentem, Hic est qui baptizat. Non audis dicentem, Qui habet sponfam, sponfus est: ego non habeo sponfam, dixit: sed quid sum? Amicus: amicus autem sponfi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponfi. Euidenter ergo fratres mei, nihil prodest istis seruare virginitatem, habere continentiam, eleemosynas dare: omnia illa quæ laudantur in Ecclesia, nihil illis profunt, quia conscindunt vnitatem, id est, tunicam illam charitatis. Quid faciunt? Diferti sunt multi inter illos, magnæ linguæ flumina linguarum, nunquid angelicè loquuntur? Audiant amicum sponfi zelantem sponso, non sibi, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam factus sum velut ærumentum sonans aut cymbalum tinniens. Sed quid dicunt? Habemus baptismum. Habes, sed non tuum. Aliud est habere, aliud dominari. Baptismum habes, quia accepisti vt baptizatus sis. Accepisti tanquam illuminatus, si tamen a te non sit obtenebratus: & quando das, minister das, non possessor: præco clamas non iudex. Per præconem loquitur iudex, & in Actis tamen non scribitur, præco dixit: sed, iudex dixit. Proinde vide si tuum est quod das potestate. Si autem accepisti, confitere cum amico sponfi: non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cælo. Confitere cum amico sponfi, Qui habet sponfam, sponfus est: amicus autem sponfi stat & audit eum. Sed, ò si stares & audires eum, & non caderes, vt audires te. Audiendo enim eum stares, & audires: nam loqueris, & tibi caput inflas. Ego, inquit Ecclesia, si sponfa sum, si arras accepi, si precio sanguinis illius redempta sum, audio vocem sponfi: & vocem amici sponfi tunc audio, si sponso meo det gloriam, non sibi. Dicat amicus, Qui habet sponfam, sponfus est: amicus autem sponfi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponfi. Ecce habes sacramenta, & ego concedo. Habes formam, sed sarmentum est de vite præcisum. Tu formam ostendis, ego radicem quero. De forma fructus non exit, nisi vbi est radix. Vbi autem est radix nisi in charitate? Et audi formam sarmentorum. Paulus loquitur: Si sciam, inquit, omnia sacramenta, & habeam omnem prophetiam & omnem fidem: & quantam fidem: ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Nemo ergo vobis fabulas vedat: & Pontius fecit miraculum, & Donatus orauit, & respondit ei deus de cælo. Primo aut falluntur aut fallunt: Postremo fac illum montes transferre, charitatem autem, inquit, non habeam, nihil sum. Videamus vtrum habuerit charitatem. Crederem, si non diuisisset vnitatem. nam & cõtra istos, vt sic loquar, mirabiliaris cautum me fecit deus meus, dicens, In nouissimis temporibus exurgent pseudoprophetæ, facientes signa & portenta, vt in errorem inducant si fieri potest etiam electos: Ecce prædixi vobis. Ergo cautos nos fecit sponfus, quia & miraculis decipi non debemus. Aliquando enim & desertor terret prouincialem, sed vtrum in castris sit, & aliquid illi proficit character ille, in quo signatus est, hoc attendit qui terri & seduci non vult. Teneamus ergo vnitatem fratres mei: præter vnitatem & qui facit miracula nihil est. In vnitatem enim erat po-

Tomus nonus.

pulus Israëli, & non faciebat miracula: præter vnitatem erant magi Pharaonis, & faciebant similia Moyfi. Populus Israëli, vt dixi, non faciebat miracula: qui erant salui apud deum, qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus apostolus resuscitauit mortuum, Simon Magus fecit multa. Erant ibi multi Christiani qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. Sed vnde gaudebant? Quia nomina eorũ erant scripta in cælo. Nam & redeuntibus discipulis, dominus noster Iesus Christus propter fidem gentium hoc ait: dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli, Ecce domine in nomine tuo etiã demonia nobis subiecta sunt. Bene quidem confessi sunt, detulerunt honorem nomini Christi: & tamen quid ait eis? Nolite in hoc gloriari, quia demonia vobis subiecta sunt, sed gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cælo. Petrus demonia excludit, nescio quæ anicula vidua, nescio quis homo qualiscunque laicus habens charitatem, tenens integritatem fidei, non facit hoc: Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus, in eo tamen corpore est, in quo & Petrus: & si minus valet digitus quàm oculus, non est tamen præcisus a corpore. Melius est esse digitum & esse in corpore, quàm esse oculum & eueli de corpore. Proinde fratres mei, nemo vos fallat, nemo vos seducat, amate pacem Christi, qui pro vobis crucifixus est cum deus esset. Paulus dicit, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Et quisquam nostrum dicit, quia aliquid est? Si dixerimus quod aliquid sumus, & non illi gloriã dederimus, adulteri sumus, nos amari volumus, nõ spõsum. Vos Christum diligite, & nos in illo, in quo & vos a nobis diligimini. Inuicem se diligant membra, sed omnia sub capite viuant. Dolore quidẽ fratres mei multa coactus sum dicere, & pauca dixi: lectionem tamen finire non potui, aderit dominus vt opportunè finiatur. Nolui enim amplius onerare corda vestra, quæ volo vacare gemitibus & orationibus, pro his qui adhuc surdi sunt & non intelligunt.

Ab eo quod scriptum est, Hoc ergo gaudium meum impletum est, illum oportet crescere, me autem minui: usque ad id quod ait, Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui autem incredulus est filio, non uidebit vitam, sed ira dei manet super eum.

Tractatus XIII.



**E**ctio ista de sancto Euangelio, excellentiam diuinitatis domini nostri Iesu Christi, & humilitatem hominis qui meruit dici amicus sponfi, nos docet, vt distinguamus quid interit inter hominem hominem, & hominem deum. Quia homo deus dominus noster Iesus Christus, deus ante omnia secula: & homo in nostro seculo, deus de patre, homo de virgine, vnus tamen atque idem dominus & saluator Iesus Christus, filius dei deus & homo. Ioannes vero excellentis gratiæ missus ante ipsum, illuminatus ab illo qui lumen est. De Ioanne enim dictum est, Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine. Potest quidem dici lumen, & bene dicitur & ipse lumen, sed illuminatum, non illuminans. Aliud est enim lumen quod illuminat, & aliud lumen quod illuminatur: nam & oculi nostri lumina dicuntur, & tamen in tenebris patent & non vident. Lumen autem illuminans a seipso lumen est, & sibi lumen est, & non indiget alio lumine vt lucere possit, sed ipso indigent cætera vt luceant. Confessus est ergo Ioannes,

d iij nes,

Lucæ. 19.

1. Cor. 13.

Psal. 46.

Psal. 21.

Ioan. 19.

M

Psal. 21.

1. Cor. 13.

Marci. 13.

1. q. 1. cap. Teneamus.

1. Cor. 11.

Exod. 7.

D

Acto. 9.

Acto. 8.

Lucæ. 10.

E

1. Cor. 3.

F

Ioan. 1.

Gnes, sicut audistis, quia cum discipulos multos faceret Iesus, & perferretur ad eum veluti ut instigaretur, quasi inuido enim narrauerunt, Ecce ille facit plures discipulos quam tu: confessus est quid esset, & inde meruit ad ipsum pertinere, quia non est ausus se dicere quod est ille. Hoc ergo dixit Ioannes, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum illi fuerit de caelo. Ergo Christus dat, homo accipit. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim, Ego non sum Christus, sed quia missus sum ante illum. Qui habet sponsam, sponsus est: amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudet propter vocem sponsi: non sibi gaudium fecit de se. Qui enim vult gaudere de se, tristis erit: qui autem de deo vult gaudere, semper gaudebit, quia deus sempiternus est. Vis habere gaudium sempiternum? Adhaere illi qui sempiternus est. Talem se dixit Ioannes, propter vocem sponsi gaudet amicus sponsi, ait, non propter vocem suam, sed stat & audit eum. Si ergo cadit, non audit eum: de illo enim quodam qui cecidit, dictum est, Et in veritate non stetit: de diabolo dictum est, Ergo stare debet amicus sponsi & audire.

Ioan. 8.

H Quid est stare? Permanere in gratia eius quem accepit, & audit vocem ad quam gaudet: sic erat Ioannes, non erat vnde gaudebat, non sibi arrogabat quod ipse non erat: sciebat illuminatum se, non illuminatorem. Erat enim lumen verum ait Euangelista, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Si ergo omnem, & ipsum Ioannem, quia & ipse de hominibus. Etenim quauis nemo exurrexit maior Ioanne in natis mulierum, vnus tamen & ipse ex his qui nati sunt: ex mulieribus: nunquid comparandus est ei, qui quia voluit natus est? Et ideo nono partu, quia nouus natus. Ambae enim generationes domini vitatae sunt, & diuina & humana: diuina non habet matrem, humana non habet patrem. Ergo vnus de ceteris Ioannes, sed tamen maioris gratia, ita vt in natis mulierum nemo exurrexerit maior illo, tantam testimoniam tribuit domino nostro Iesu Christo, vt illum dicat sponsum, se amicum sponsi, non dignum tamen soluere corrigiam calceamenti ipsius. Hinc audiuit iam multa charitas vestra, quod sequitur videamus: aliquantum enim spissum est ad intelligendum: sed quoniam dicit ipse Ioannes, quia non potest homo accipere quicquam, nisi datum illi fuerit de caelo, quicquid non intellexerimus rogemus eum qui dat de caelo, quia homines sumus, & non possumus accipere quicquam, nisi ille dederit qui homo non est. Hoc ergo sequitur, & dicit Ioannes, Hoc ergo gaudium meum impletum est. Quod est gaudium ipsius? Vt gaudeat ad vocem sponsi. Impletum est in me, habeo gratiam meam, plus mihi non assumo, ne & quod accepi amittam. Quod est hoc gaudium? Gaudio gaudet propter vocem sponsi. Intelligat ergo homo non se gaudere debere de sapientia sua, sed de sapientia quam accepit a deo. Nihil plus querat, & non amittit quod inuenit: multi enim ideo facti sunt insipientes, qui dixerunt se esse sapientes. Arguit illos Apostolus, & dicit de ipsis, Quia quod notum est dei, ait, manifestum est illis: deus enim illis manifestauit. De quibus tam ingratis impius, audite quid dicat, Deus enim illis manifestauit: Inuisibilia enim eius a creatura mundi per ea quae facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius ac diuinitas, vt sint inexcusabiles. Quare inexcusabiles? Quia cognoscentes deum, non dixit, quia non cognouerunt, sed quia cognoscentes deum, non si-

Roma. 1.

cut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipientis cor eorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Si enim deum cognouerant, simul cognouerant quia non eos fecerat sapientes nisi deus: Non ergo sibi tribuerent quod a se non habebant, sed ei a quo acceperant non autem agendo gratias insipientes facti sunt: Ergo deus quod dederat gratis, tulit ingratis. Noluit esse hoc Ioannes, gratis esse voluit: Confessus est accepisse se, & gaudere se dixit propter vocem sponsi, & ait: Hoc ergo gaudium meum impletum est: Illum oportet crescere, me autem minui. Quid est hoc? Illum oportet exaltari, me autem humiliari. Quomodo crescit Iesus? quomodo crescit deus? Perfectus non crescit. Deus autem non crescit nec minuitur. Si enim crescit, perfectus non est: si minuitur, deus non est. Iesus autem deus quomodo crescit? Si ad aetatem, quia dignatus est esse homo & fuit puer: & cum sit verbum dei, infans in praesepi iacuit, & cum ipse matrem suam condiderit, lac infantiae de matre suxit. Quia creuit ergo Iesus aetate carnis, ideo forte dictum est: illum oportet crescere, me autem minui. Sed quare & hoc? Ioannes & Iesus, quantum ad carnem pertinet, coaui erant. Sex menses inter se habebant, & pariter creuerunt, & si diutius ante mortem dominus noster Iesus Christus vellet hic esse, & ipsum Ioannem hic secum esse, quomodo pariter creuerant, ita pariter senescere poterant. Quare autem illum oportet crescere, me autem minui? Primo, quia iam & dominus triginta annorum erat. Nunquid iuuenis si iam triginta annorum sit adhuc crescit? Iam ab ipsa aetate vergere incipiunt homines, & declinare ad grauiorem aetatem, & inde ad senectutem. Sed & si pueri essent ambo, non diceret: illum oportet crescere, me autem minui: sed diceret, simul nos oportet crescere: Nunc autem triginta annorum ille, triginta & ille: sex menses qui intererant, nullam distinguunt aetate: Magis illud inuenit lectio quam aspectio. Quid ergo est: illum oportet crescere, me autem minui? Magnum hoc sacramentum, intelligat charitas vestra: Antequam veniret dominus Iesus, homines gloriabantur de se. Venit ille homo, vt minueretur hominis gloria, & inuenit omnes cum peccato. Si sic venit ille vt dimitteret peccata, deus largiatur, homo confiteatur: etenim confessio hominis, humilitas hominis: miseratio dei, altitudo dei. Si ergo venit ille dimittere homini peccata sua: agnoscat homo humilitatem suam, & deus faciet misericordiam suam. illum oportet crescere, me autem minui: hoc est, illum oportet dare, me autem accipere: illum glorificari, me autem confiteri. Intelligat homo gradum suum, & confiteatur deo, & audiat Apostolum dicentem homini superbienti & elato, & extollere se volenti, Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Intelligat ergo homo quia accepit, qui volebat suum dicere quod non est eius, & minuatur. Bonum est enim illi vt deus in illo glorificetur: ipse in se minuatur, vt in deo augeatur. Haec testimonia & hanc veritatem etiam passionibus suis significauerunt Christus & Ioannes: Nam Ioannes capite minuitur, Christus in cruce exaltatus est, vt & ibi apparet quid est, illum oportet crescere, me autem minui: hoc est, illum oportet exaltari, me autem humiliari. Deinde natus est Christus cum iam inciperent crescere dies, natus est Ioannes quando coeperunt minui dies.

Attestata

K

Roma. 1.

1. Cor. 1.  
Hier. 9.

A Attestata est ipsa creatura & ipsae passiones, verbis Ioannis dicentis: Illum oportet crescere, me autem minui. Crescat ergo in nobis gloria dei, & minuatur gloria nostra, vt in deo crescat & nostra. Hoc enim dicit Apostolus: hoc dicit scriptura sancta: Qui gloriatur, in domino gloriatur. In te vis gloriari & crescere, sed malo tuo male crescis: qui enim male crescit, iuste minuitur. Crescat ergo deus qui semper perfectus est, crescat in te. Quanto enim magis intelligis deum, & quanto magis capis, videtur in te crescere deus. Ipse autem non crescit, sed semper perfectus est. Intelligebas heri modicum, intelligis hodie amplius, intelliges cras multo amplius. Lumen ipsum dei crescit in te, ita vt velut deus crescit, qui semper perfectus manet. Quemadmodum si curarentur alicuius oculi ex pristina cecitate, & inciperet videre paululum lucis, & alia die plus videret, & tertia die amplius, videretur illi lux crescere, lux tamen perfecta est, siue ipse videat, siue non videat: sic est & interior homo, proficit quidem in deo, & deus in illo videtur crescere: ipse tamen minuitur, vt a gloria sua decidat, & in gloriam dei surgat. Et distincte iam & manifeste apparet quod modo audiamus:

Psal. 17.

1. Cor. 15.  
Gala 2.

B Qui desursum venit, super omnes est. Vide quid dicat de Christo, quid de se. Qui est de terra, terra est, & de terra loquitur. Qui desursum venit, super omnes est, Christus est: qui autem est de terra, terra est, & de terra loquitur, Ioannes est. Et hoc est totum, Ioannes de terra est, & de terra loquitur. Totum testimonium quod perhibet de Christo, de terra loquitur: Non voces domini audiuntur a Ioanne, vbi testimonium perhibet Christo: Quomodo ergo de terra loquitur? Sed de homine dicebat, quantum ad ipsum Ioannem pertinet, de terra est & de terra loquitur. Si autem aliqua loquitur diuina, illuminatus est a deo: nam si non esset illuminatus, terra terram loqueretur. Ergo seorsum est gratia dei, seorsum est natura hominis. Modo natura hominis in terra nascitur, crescit, vitata ista hominum discit. Quid nouit, nisi terram de terra? Humana loquitur, humana nouit, humana sapit. Carnalis carnaliter asstimat, carnaliter suspicatur. Ecce est totus homo. Veniat gratia dei, illuminet tenebras illius sicut dicit: Tu illuminas lucernam meam, domine deus meus illumina tenebras meas. Assumat mentem humanam, conuertatur ad lucem suam, quia incipit iam dicere quod Apostolus dicit: Non ego, sed gratia dei mecum: Et uiuo autem iam non ego, uiuit vero in me Christus: hoc est, illum oportet crescere, me autem minui. Ergo Ioannes, quantum ad Ioannem pertinet, de terra est & de terra loquitur. Si quid diuinum audisti a Ioanne, illuminantis est, non recipientis. Qui de caelo venit supra omnes est, & quod vidit & audiuit hoc testificatur, & testimonium eius nemo accipit. De caelo venit, supra omnes est dominus noster Iesus Christus, de quo superius dictum est: Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, filius hominis qui est in caelo: Est autem super omnes, & quod vidit, & quod audiuit a patre, hoc loquitur: Habet enim & patrem ipse filius dei, habet & patrem & audiuit a patre: Et quod audiuit a patre quid est? quis hoc explicat? quando lingua mea, quando cor meum sufficere potest, vel cor ad intelligendum, vel lingua ad proferendum? Quid est quod filius audiuit a patre? Forte filius verbum patris audiuit, immo filius verbum patris est. Videtis quemadmodum hic fatigetur homo conatus humanus. Videtis quemadmodum hic deficiat omnis coniectura.

Tomus nonus.

tura peccatoris nostri, & omnis intentio mentis caligantis. Audio dicentem scripturam, quia ipse filius hoc loquitur, quod audiuit a patre. Et rursum audio dicentem scripturam, quia ipse filius verbum patris est. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Nos loquimur verba volentia & transeuntia: mox vt sonnerit ex ore tuo verbum tuum, transit, peragit strepitum suum, & transit in silentium: nunquid potest sequi sonum tuum, & tenere vt stet? Cogitatio tamen tua permanet, & de ipsa cogitatione permanente dicimus multa verba transeuntia. Quid dicimus fratres mei? Deus cum loqueretur adhibuit vocem, adhibuit sonos, adhibuit syllabas? Si adhibuit ista, qua lingua locutus est? Hebraea, an Graeca, an Latina? Ibi necessariae linguae, vbi distinctio gentium: vbi autem nemo potest dicere, illa lingua vel illa lingua locutum esse deum, cor tuum attende, quando concipis verbum quod dicas. Dicam enim si potero quod in nobis attendamus, non vnde illud comprehendamus. Quando ergo concipis verbum quod proferas, rem vis dicere, & ipsa rei conceptio in corde tuo iam verbum est: nondum processit, sed iam natum est in corde, & manet vt procedat. Attendis autem ad quem procedat, & cum quo loquaris. Si Latinus est, vocem latinam quaeris. Si Graecus est, verba Graeca meditaris: si Punicus est, attendis si nosti linguam Punicam. Pro diuersitate ergo auditorum diuersas linguae adhibes, vt proferas verbum conceptum: Illud autem quod in corde conceperas, nulla lingua tenebatur. Cum ergo deus loquens, linguam non quaereret, & genus locutionis non allumeret quomodo auditus est a filio, cum per ipsum filium sit locutus deus? Quomodo enim tu verbum quod loqueris, in corde habes & apud te est, & ipsa conceptio spiritalis est: nam sicut anima tua spiritus est, ita & verbum quod concepisti spiritus est: nondum enim accepit sonum, vt per syllabas diuidatur, sed manet in conceptione cordis & in speculo mentis: sic deus edidit verbum, hoc est, genuit filium: Et tu quidem ex tempore gignis verbum etiam in corde, deus sine tempore genuit filium, per quem creauit omnia tempora. Cum ergo verbum dei filius sit, filius autem locutus est nobis, non verbum suum, sed verbum patris, se nobis loqui voluit, qui verbum patris loquebatur. Hoc ergo quomodo decuit & oportuit, dixit Ioannes: F quomodo potuimus nos exposuimus, cui ad cor nondum peruenit dignus de tanta re intellectus, habet quod se conuertat, habet quo pulsset, habet a quo querat, habet a quo petat, habet a quo accipiat. Qui de caelo venit supra omnes est, & quod vidit & audiuit, hoc testatur, & testimonium eius nemo accipit. Si nemo, vt quid venit? Quorundam enim nemo. Est quidam populus praeparatus ad iram dei, dammandus cum diabolo: horum nemo accipit testimonium Christi. Nam si omnino nemo, nullus homo: Quid est quod sequitur,

Qui autem accepit testimonium eius, signauit quia deus verax est. Certe ergo nemo, si triplex dicit, qui accepit testimonium eius, signauit quia deus verax est. Responderet ergo fortasse Ioannes interrogatus & diceret: Noui quid dixerim, nemo. Est enim quidam populus natus ad iram dei, & ad hoc praecognitus. Qui sint enim credituri, & qui non sint credituri nouit deus. Qui sint perseveraturi in eo quod crediderunt, & qui sint lapsuri, nouit deus: & numerati sunt a deo omnes futuri in vitam aeternam, & nouit iam illum populum distinctum. Et si ipse nouit & Prophetis dedit nosse

d iiii per





**G** Sed omnis puteus fons, non omnis fons puteus. Vbi enim aqua de terra manat, & vsui præbetur haurientibus, fons dicitur: sed si in promptu & superficie sit, fons tantum dicitur: si autem in alto & profundo sit, ita puteus vocatur, vt fontis nomen non amittat. Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic super fontem: Hora erat quasi sexta.) Iam incipiunt mysteria. Non enim frustra fatigatur Iesus, non enim frustra fatigatur virtus dei, non enim frustra fatigatur, per quem fatigati recreantur: non enim frustra fatigatur, quo deserere fatigamur, quo præsentem firmamur. Fatigatur tamen Iesus & fatigatur ab itinere, & sedet: & iuxta puteum sedet, & hora sexta fatigatus sedet. Omnia ista innuunt aliquid, indicare volunt aliquid, intentos nos faciunt, vt pulsemus hortantur. Ipse ergo aperiat & nobis & vobis, qui dignatus est ita hortari vt diceret: Pullate & aperietur vobis. Tibi fatigatus est ab itinere Iesus. Inuenimus virtutem Iesum, & inuenimus infirmum Iesum, fortem & infirmum. Fortem, quia in principio erat verbū, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hoc erat in principio apud deū. Vis videre quā iste filius dei fortis sit? Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & sine labore facta sunt. Sed quid ergo illo fortius, per quem sine labore facta sunt omnia? Infirmum vis nosse? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Fortitudo Christi te creauit, infirmitas Christi te recreauit. Fortitudo Christi fecit, vt quod nō erat esset: infirmitas Christi fecit, vt quod erat non periret. Condidit nos fortitudine sua, quæsiuit nos infirmitate sua: nutrit ergo ipse infirmus infirmos, tanquā gallina pullos suos, huic enim se similem fecit: Quotiens volui, inquit ad Hierusalem, congregare filios tuos sub alas, tanquam gallina pullos suos, & nolui. Videtis autem fratres, quemadmodū gallina infirmetur cum pullis suis: nulla enim alia auis quod sit mater agnoscitur. Videmus nidificare passeris quoslibet ante oculos nostros, hirundines, ciconias, columbas quotidie videmus nidificare, quos nisi quando in nidis videmus, parentes esse non agnoscimus: gallina vero sic infirmatur in pullis suis, vt etiam si ipsi pulli non sequantur, filios non videas, matrem tamen intelligas, ita sit alis demissis, plumis hispida, voce rauca, omnibus membris demissa & abiecta: vt quemadmodum dixi, & si etiam filios non videas, matrem tamen intelligas. Sic ergo infirmus Iesus fatigatus ab itinere: Iter ipsius est caro pro nobis assumpta. Quomodo enim iter habet qui ubiq; est, qui nusquam deest? Quod it, aut vnde it, nisi quia non ad nos veniret, nisi formam visibilis carnis assumeret? Quia ergo venire ad nos eo modo dignatus est, vt in forma serui, assumpta carne appareret, ipsa carnis assumptio est iter ipsius. Ideo fatigatus ab itinere, quid est aliud quā fatigatus in carne? Infirmus in carne Iesus, sed noli tu infirmari. In illius infirmitate tu fortis esto: quia quod infirmum est dei, fortius est hominibus. Sub hac rerum imagine, Adam qui erat forma futuri, præbuit nobis magnum indicium sacramenti, imō deus in illo præbuit. Nam & dormiens meruit accipere vxorem, & de costa eius facta est ei vxor: quoniam de Christo in cruce dormiente, futura erat Ecclesia de latere eius, de latere scilicet dormientis: quia de latere in cruce pendentis, lancea percussio, sacramenta Ecclesia proflexerunt. Sed quare hoc dicere volui fratres? Quia infirmitas Christi nos facit fortes. Magna ibi imago præcessit, Potuit enim deus carnem detrahere homini vnde faceret feminam, & magis videtur quasi congruere potuisse: fiebat enim se-

xus infirmior, & magis de carne infirmitas fieri debuit, K quā de osse, ossa enim in carne firmiora sunt: non detrahit carnem vnde faceret mulierem, sed detrahit os, & detracto osse formata est mulier, & in locum ossis caro adimpleta est. Poterat pro osse os reddere, poterat ad faciendū mulierem non costam, sed carnem detrahere. Quid igitur significauit? Facta est mulier in costa tanquam fortis: factus est Adam in carne tanquam infirmus. Christus & Ecclesia. Illius infirmitas nostra est fortitudo. Quare ergo hora sexta? Quia ætate seculi sexta. Computa in Euangelio tanquam vnam horam, vnam ætatem ab Adam vsque ad Noë: secundam à Noë vsque ad Abraham: tertiam ab Abraham vsque ad Dauid: quartam à Dauid vsque ad transmigrationem Babyloniam: quintam à transmigratione Babyloniam vsque ad baptismum Ioannis. Inde sexta agit. Quid miraris? Venit Iesus, & humiliando se venit, ad puteum fatigatus venit, qui infirmam carnē portauit. Hora sexta, quia ætate seculi sexta. Ad puteum, quia ad profunditatem huius habitationis nostræ. Vnde dicitur in Psalmis, De profundis clamaui ad te domine. Sed, vt dixi, quia humilis venit. Et venit mulier, forma ecclesie, non iam iustificata sed iam iustificanda, nam hoc agit sermo. Venit ignara, inuenit eum, & agit cum illa. Videamus, Quid videamus? Venit mulier de Samaria haurire aquam. Samaritani ad Iudeorum gentem non pertinebant, alienigenæ fuerunt, quāuis vicinas terras incolerent. Longum est originem Samaritanorum retexere, ne nos multa teneant, & necessaria nō loquamur: sufficit ergo vt Samaritanos inter alienigenas deponamus: & ne hoc audacius me arbitremini dixisse quā verius, audite ipsum dominum Iesum, quid dixerit de illo Samaritano, vno de decem leprosis quos mundauerat, qui solum rediit vt gratias ageret, Nonne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non erat alius qui rediret & daret gloriam deo, nisi alienigena iste. Pertinet ad imaginem rei, quod ab alienigenis venit ista mulier, quæ typum gerebat Ecclesie: ventura enim erat Ecclesia de gentibus, alienigena à genere Iudeorum. Audiamus ergo in illa nos, & in illa agnoscamus nos, & in illa gratias deo agamus pro nobis. Illa enim figura erat, nō veritas: quia & ipsa præmisit figuram, & facta est veritas. Nam credidit in eum, qui de illa figuram nobis prætebat. Venit ergo haurire aquam: Simpliciter venerat haurire aquam, sicut solent vel viri vel feminae. M

Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu Iudæus cum sis, bibere à me poscis quæ sum mulier Samaritana? Non enim coituntur Iudæi Samaritanis.) Videtis alienigenam, omnino vasculis eorum Iudæi non utebantur. Et quia ferebat secum mulier vasculum vnde aquam hauriret, eō mirata est, quia Iudæus petebat ab ea bibere, quod non solebant facere Iudæi. Ille autem qui bibere quærebat, fidem ipsius mulieris sitiebat. Denique audi, Quis petebat bibere? Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam.) Petit bibere, & promittit bibere. Eger quasi accēpturus, & affluit tanquam satiaturus. Si scires, inquit, donum dei. Donum dei est spiritus sanctus. Sed adhuc mulieri recte loquitur, & paulatim intrat in cor. Fortassis iam docet: quid enim ista hortatione suauis & benignius? Si scires donum dei, & si scires quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu peteres, & daret tibi aquam vi-

Psal. 129.

Luc. 17.

A uam. Hucusque suspendit. Viua aqua dicitur vulgo, illa quæ de fonte exit: illa enim quæ colligitur de pluuia in lacunas aut cisternas, aqua viua nō dicitur: Et si de fonte manauerit, & in loco aliquo collecta steterit, nec ad se illud vnde manabat admiserit, sed interrupto meatu, tanquam à fontis tramite separata fuerit, non dicitur aqua viua: Sed illa aqua viua dicitur, quæ manans excipitur. Talis aqua erat in illo fonte. Quid ergo promittebat quod petebat? Tamen mulier suspensa. Ait: Domine, neque in quo haurias aquam habes, & puteus altus est.) Videte quomodo intellexerit aquam viuam, aquam scilicet quæ erat in illo fonte. Tu mihi vis dare aquam viuam, & ego fero vnde hauriam, & tu non fers. Aqua viua hic est, quomodo mihi daturus es? Aliud intelligens & carnaliter sapiens quodammodo pulsat, vt aperiat magister quod clausum est. Pulsabat ignorantia, non studio: Adhuc miseranda, nondū instruenda. Dicit aliquid euentius dominus de illa aqua viua: Dixerat enim mulier: Nunquid tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius?) De hac aqua viua dare mihi nō potes, quoniam hauritorum non habes, forte alium fontem promittis: Patre nostro melior potes esse, qui hunc puteum fodit, & ipse cū suis vsus est eo? Dominus ergo dicat, quid dixerit aquam viuam. Respondit Iesus & dixit ei, Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autē biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternū: sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.) Apertius locutus est dominus, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam. Qui biberit de aqua ista, non sitiet iterum. Quid euentius, quia non aquam visibilem, sed inuisibilem promittebat: Quid euentius, quia non carnaliter, sed spiritaliter loquebatur: Adhuc tamen illa mulier carnem sapit, delectata est non sitire, & putabat hoc secundum carnem promissum sibi esse à domino: quod quidem fiet, sed in resurrectione mortuorum: Iam hoc volebat illa. Dederat enim deus aliquando seruo suo Helix, vt per quadraginta dies nec esuriret nec sitiret. Qui hoc potuit dare per quadraginta dies, non potuit dare semper? Suspirabat enim illa, nolens indigere, nolens laborare, assidue venire ad illum fontem, onerari pondere, quo indigentia suppleretur, & finito quod hauserat, rursus redire cogebatur: & quotidianus ei fuit iste labor, quia indigentia illa resciebatur, nō exstinguiebatur. Delectata ergo tali munere, rogabat vt ei aquam viuam daret. Veruntamen non prætereamus, quoniam dominus spirituale aliquid promittit. Quid est, qui biberit de aqua hac sitiet iterum? Et verum est secundum hanc aquam? Et verum est secundum quod significat illa aqua. Etenim aqua in puteo, voluptas seculi est in profunditate tenebrosa. Hinc eam hauriunt homines hydria cupiditatis. Cupiditatem quippe proni submitunt, vt ad voluptatem haustam de profundo pertiniant, & fruuntur voluptate præcedete & præmissa cupiditate: nam qui non præmiserit cupiditatem, peruenire non potest ad voluptatem. Pone ergo hydriam cupiditatis, & aqua de profundo voluptatem. Cum peruenierit quisque ad voluptatem seculi huius, cibus est, potus est, lauacrum est, spectaculum est, cōcubitus est: Nunquid non iterum sitiet? Ergo de hac aqua qui biberit, iterum, inquit sitiet. Si autem acceperit à me aquam, non sitiet in æternum. Satiabimur, inquit, in bonis domus tue. De qua ergo aqua dicitur, nisi de illa aqua, de qua dictum est: Apud te est fons vitæ. Nam quomodo sitient qui inebriabuntur

3. Reg. 19.

Psal. 64.

Psal. 35.

ab vbertate domus tue: Promittebat ergo saginā quādam & satietatem spiritus sancti, & illa nondum intelligebat: Et non intelligens, quid respondebat: Dicit ad eum mulier: Domine, da mihi hanc aquam vt non sitiam, neque veniam huc haurire.) Ad laborem indigentia cogebat, & laborem infirmitas recusabat. Vtinā audiret: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Hoc enim ei dicebat Iesus vt non laboraret, sed illa nondum intelligebat. Denique volens vt intelligeret, Dicit ei Iesus: Vade voca virum tuum & veni huc.) Quid est voca virum tuum? Per virum suum ei volebat aquam illam dare, an quia non intelligebat, per virū suum eam volebat docere? Forte quomodo ait Apostolus de mulieribus: Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Sed ibi dicitur, domi viros suos interrogent, vbi non est Iesus qui doceat. Denique dicitur mulieribus quas prohibebat Apostolus loqui in Ecclesia: cū vero ipse dominus aderat, & præsens præsentem loquebatur, quid opus erat vt per virum eius ei loqueretur? Nunquid per virum suum loquebatur Mariæ sedenti ad pedes suos & excipienti verbum suum, quando Martha circa multum ministrarium, etiā de fororis suæ felicitate occupatissima murmurauit? Ergo fratres mei, audiamus & intelligamus quod ait dominus, voca virū tuum, mulieri. Forte enim & anima nostræ dicit, voca virum tuum. Queramus & de viro animæ: Cur iam non ipse Iesus vir animæ verus est? Assit intellectus quoniam quod dicturi sumus vix capitur nisi ab intentis. Assit ergo intellectus vt capiatur, & ipse intellectus erit fortasse vir animæ. Videns ergo Iesus quia mulier non intelligebat, & volens eam intelligere: Voca, inquit, virum tuum: ideo enim necis quod dico, quia intellectus tuus non adest. Loquor ergo secundum spiritum, tu audis secundum carnem. Quæ loquor, nec ad voluptatē aurium pertinent, nec ad oculos, nec ad olfactum, nec ad gustū, nec ad tactum. Mente sola capiuntur, intellectu solo hauriuntur. Ille intellectus non tibi adest, quomodo capis quod dico? Voca virum tuum, præsentia intellectum tuum. Quid tibi est enim animam habere? Non est magnum, nam & pecus habet. Vnde tu melior? Quia intellectum habes, quod pecus nō habet. Quid est ergo, Voca virum tuum? Non me capis, non me intelligis. De dono dei tibi loquor, tu autem carnem cogitas, secundum carnem sitire nō vis, ego spiritum alloquor: absens est intellectus tuus, voca virum tuum. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Ergo fratres mei, animam habere & intellectum non habere: hoc est, non adhibere, nec secundum eum viuere, bestialis est vita. Est enim in nobis quiddam bestiale quo in carne viuimus, sed intellectu regendum est. Motus enim animæ secundum carnem se mouentis, & in delicias carnales immoderate diffuere cupientis, regit desuper intellectus. Qui debet dici vir, qui regit, an qui regitur? Proculdubio cum ordinata vita est, intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinens: Non enim aliquid aliud est quā anima, sed aliquid animæ est intellectus: quomodo non aliquid aliud quā caro est oculus, sed aliquid carnis est oculus. Cum autē aliquid carnis sit oculus, solus tamen luce perficitur: Iam tamen membra carnalia luce perfundi possunt, lucem sentire non possunt, solus ea oculus & perfunditur & perficitur: sic in anima nostra quiddam est quod intellectus vocatur. Hoc ipsum animæ quod intellectus & mens dicitur, illuminatur luce superiore. Iam superior illa lux, qua mens humana illuminatur,

Matth. 11.

1. Cor. 14.

Luc. 10.

F

Psal. 37.

f. aliās, Noli esse.

et hoc est

1. Cor. 1.

Roma. 5.

Gen. 2.

G minatur, deus est: erat enim verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Talis lux Christus erat, talis lux cum muliere loquebatur, & in illa intellectus non aderat, qui illa luce illuminaretur, nec tantum perfunderetur, verum etiam frueretur. Ergo dominus tanquam diceret, illustrare volo, & non adest quem: Voca, inquit, virum tuum: adhibe intellectum per quem docearis, quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tanquam feminam: intellectum autem habere, tanquam virum. Sed iste vir non bene regit feminam suam, nisi cum à superiore regitur, caput enim mulieris vir: caput autem viri Christus. Loquebatur caput viri cum femina, & non erat vir. Et tanquam diceret dominus: Adhibe caput tuum, vt ille suscipiat caput suum: ergo voca virum tuum & veni huc, id est, adesto, presens esto: velut enim absens es, dum non intelligis presentis vocem veritatis. Presens esto, sed noli sola, cum viro tuo adesto: Et adhuc illa nondum aduocato illo viro non intelligit: adhuc carnem sapit, absens est enim vir. Non habeo, inquit, virum.) Et dominus sequitur, & mysteria loquitur. Intelligas reuera istam mulierem non habuisse tunc virum, sed

H vtebatur nescio quo non legitimo viro, adultero magis quam viro. Et dominus ei: Bene dixisti, quia non habeo virum.) Vnde ergo tu dixisti: voca virum tuum? Et audi, quia bene nouit dominus eam non habere virum: dicit ei &c. ne forte putaret mulier ideo dixisse dominum, Bene dixisti, quia non habeo virum: & excepto intellectu, tanquam feminam, & quod hoc à muliere didicerit, non quod ipse istud diuinitate cognouerit: audi aliquid quod non dixisti. Quinque enim viros habuisti, & istum quem habes, non est vir tuus. Hoc vere dixisti.) Iterum cogit de istis quinque viris subtilius aliquid perferuari. Multi quippe intellexerunt, non quidem absurde, nec vsquequaque improbabiler, quinque viros mulieris huius, quinque libros Moyse: vtebantur enim eis Samaritani, & sub eadem lege erant: nam inde illis & circumcisio inerat. Sed quoniam angustat nos quod sequitur: Et nunc quem habes, non est vir tuus: videtur mihi facilius nos posse accipere quinque viros priores animæ, quinque sensus corporis esse. Quando enim quisque nascitur antequam vti possit mente atque ratione, non regitur nisi sensibus carnis. Anima in puero paruo, quod auditur, quod videtur, quod olet, quod sapit, quod tactu sentitur, hoc appetit aut fugit. Appetit quicquid mulcet, fugit quicquid offendit. Hos enim quinque sensus mulcet voluptas, offendit dolor. Secundum hos quinque sensus tanquam quinque viros, prius viuit anima quia istis regitur. Quare autem viri dicti sunt: Quia legitimi. A deo quippe facti, & à deo donati animæ. Infirma est adhuc quæ istis quinque sensibus regitur, & sub istis quinque viris agit. At vbi venerit ad annos exerendæ rationis, si eam susceperit optima disciplina & doctrina sapientiæ, quinque illis viris ad regendum non succedit, nisi vir verus & legitimus & illis melior, & qui melius regat, & qui ad æternitatem regat, ad æternitatem excolat, ad æternitatem instruat: nam isti quinque sensus non ad æternitatem nos regunt, sed ad ista temporalia vel appetenda vel fugienda. Vbi vero intellectus sapientiæ imbutus regere cœperit animam, scit iam non solum fugere foueam, & ambulare in æquali quod oculi ostendunt animæ infirmæ: nec tantum canoras voces suauiter audire, distonasque repellere: vel blandis odoribus delectari, putresque respuere: aut dulcedine capi, & amaritudine

offendi: aut lenibus mulceri, & asperis lædi. Ista enim omnia infirmæ animæ sunt necessaria. Quid ergo regiminis adhibetur per illum intellectum? Non alba & nigra discreturus est, sed iusta & iniusta, bona & mala, vtilia & inutilia, castitatem & impudicitiam, hanc & illam, illam vt amet, istam vt vitet: charitatem & odium, vt diligit charitatem & vitet odium: in hac vt sit, in illa vt non sit. Hic vir quinque illis viris in ista muliere non successerat. Vbi enim non succedit ille, error dominatur: nam cum cœperit anima capax esse rationis, aut à sapiente mente regitur, aut ab errore: sed error non regit sed perdit. Post istos ergo quinque sensus mulier illa adhuc errabat, & error eam vtilabat. Error autem iste non erat legitimus vir, sed adulter. Ideo ei dominus ait: Bene dixisti, quia non habeo virum. Quinque enim viros habuisti: quinque te sensus carnis primo reuerunt, venisti ad ætatem vtendæ rationis, nec ad sapientiam peruenisti, sed in errorem incidisti. Ergo post illos quinque viros iste quem habes, non est tuus vir. Et quid erat si vir non erat nisi adulter? Voca, inquit. Voca itaque, non adulterum, sed virum tuum, vt intellectu me capias, non errore de me aliquid falsum sapias: adhuc enim errabat mulier, quæ aqua illam cogitabat, eum iam dominus de spiritu sancto loqueretur. Quare errabat, nisi quia adulterum, non virum habebat? Tolle ergo hinc istum adulterum qui te corrumpit, & vade voca virum tuum: Voca & veni, vt intelligas me.

Dicit ei mulier: Domine vt video, Propheta es tu.) Tunc cœpit venire vir, nondum plene venit: Prophetam dominum putabat. Erat quidem & Propheta, nam de seipso ait, Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua. Item de illo dictum est ad Moysen: Prophetam eis suscitabo de fratribus eorum similem tui: Similem scilicet ad formam carnis, non ad eminentiam maiestatis. Ergo inuenimus dominum Iesum dictum Prophetam. Proinde iam non multum errat mulier: Video, inquit, quia Propheta es tu. Incipit vocare virum, adulterum excludere: video quia Propheta es tu, & incipit querere quod illam solet mouere. Contentio quippe fuerat inter Samaritanos & Iudæos, quia Iudæi in templo à Salomone ædificato adorabant deum: Samaritani longe inde positi non in eo adorabant. Et ideo Iudæi meliores se esse iactabant, quia in templo adorabant deum: Non enim coituntur Iudæi Samaritanis, quia dicebant eis: Quomodo vos iactatis, & ideo vos meliores nobis esse perhibetis, quia templum habetis quod nos non habemus? Nunquid patres nostri qui deo placerunt, in illo templo adorauerunt? Nonne in monte isto adorauerunt vbi nos sumus? Melius ergo nos, inquit, in hoc monte deum rogamus, vbi patres nostri adorauerunt. Contendebant vtrique ignari, quia virum non habentes, illi pro templo, illi pro monte inflabantur aduersus inuicem: Dominus tamen modo quid docet mulierem, tanquam cuius vir cœperat presens esse. Dicit ei mulier: Domine video quia Propheta es tu.

Patres nostri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis quia Hierosolymis adorare oportet. Dicit Iesus: Mulier crede mihi.) Veniet enim Ecclesia, sicut dictum est in Canticis canticorum, veniet & pertransiet: Ab initio fidei veniet vt pertranseat, & pertransire non potest nisi ab initio fidei. Merito etiam presente viro audit mulier crede mihi. Iam enim est in te qui credat, quia presens est vir tuus. Cœpisti adeste intellectu, quando me Prophetam appellasti. Mulier crede mihi, quia nisi credideritis non intelligetis. Ergo mulier crede mihi:

Quia

A Quia veniet hora, quando neq; in monte hoc, neque in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed veniet hora: quando? Et nunc est. Quæ ergo hora? Quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate.) Non in monte isto, non in templo, sed in spiritu & veritate. Nam & pater tales querit qui adorent eum, non in monte, non in templo, sed in spiritu & veritate? Spiritus est deus.) Si corpus esset deus, oportebat eum adorari in monte, quia corporeus est mons: Oportebat eum adorari in templo, quia corporeum est templum. Spiritus est deus: Et eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare.) Audiuimus & manifestum est, foras eramus, intrò missi sumus. O si inuenirem, dicebas, montem aliquem altum & solitariū: credo enim quia in alto est deus, magis me exaudiet ex alto. Quia in monte es, propinquum te deo putas, & cito te exaudiri, quasi de proximo clamantem, In excelsis habitat, sed humilia respicit. Propè est dominus: quibus? Forte altis, his qui obtruerunt cor. Mira res est, & in altis habitat, & humilibus propinquat. Humilia respicit, excelsa autem à longe cognoscit. Superbos longè videt, eo illis minus propinquat, quo sibi videntur altiores. Quærebatur ergo montem, descende vt attingas: sed si ascendere vis, ascende: noli montem querere: Ascensus, inquit, in corde eius: Hoc Psalmus dicit, in conuallibus plorationis. Conuallis humilitatem habet: ergo intus age totum. Et si forte queris aliquem locum altum, aliquem locum sanctum, intus exhibe te templum deo. Templum enim dei sanctum est quod estis vos. In templo vis orare, in te ora. Sed prius esto templum dei, quia ille in templo suo exaudiet orantem. Veniet ergo hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nos adoramus quod scimus: vos adoratis quod nescitis, quoniam salus ex Iudæis est. Multum dedit Iudæis: sed noli istos reprobos accipere. Parietem illum accipe cui adiunctus est alius: vt pacati in lapide angulari quod est Christus, copularentur. Vnus enim paries à Iudæis, vnus à gentibus, longe à se isti parietes, sed donec in angulo coniungantur. Alienigenæ autem hospites erant, & peregrini à testamento dei. Secundum hoc ergo dictum est: Nos adoramus quod scimus. Ex persona quidè Iudæorum dictum est, sed non omnium Iudæorum: non reproborum Iudæorum, sed de quibus fuerant Apostoli, quales fuerunt Prophete, quales fuerunt illi omnes sancti, qui omnia sua vendiderunt, & precia rerum suarum ad pedes Apostolorum posuerunt. Non enim repulit deus plebem suam quam presciuit. Audiuit enim hoc mulier ista, & addidit: Iam dudum Prophetam dixerat. Vidit talia dicere eum cum quo loquebatur, quæ iam plus essent ad Prophetam. Et quid respondit, videte. Dicit ei mulier: Scio quia Messias veniet qui dicitur Christus. Cum ergo venerit ille, omnia nobis demonstrabit.) Quid est hoc? Modo ergo de templo contempto contendunt Iudæi, & nos de monte contendimus. Cum ille venerit, & montem contemnet, & templum euerget, & docebit nos ista omnia, vt in spiritu & veritate nouerimus adorare. Sciebat quis eam posset docere, sed iam docentem nondum agnoscebat. Iam enim digna erat cui manifestaretur. Messias autem vnctus est, vnctus Græce Christus est, Hebraice Messias est: vnde & Punice, Misse dicitur vnge: cognata quippe sunt lingue ista & vicina, Hebraica, Punica & Syra.

Ergo dicit ei mulier: Scio quia Messias veniet qui dicitur Christus. Cum ergo venerit, ille nobis annuntiabit omnia. Dicit ei Iesus, Ego sum qui loquor tecum.) Vocauit ergo virum suum. Factus est vir eius caput mulieris, factus est Christus caput viri. Iam mulier ordinatur in fide, & regitur bene victura. Posteaquam audiuit hoc, Ego sum qui loquor tecum: iam ultra quid diceret, quando Christus dominus manifestare se voluit mulieri cui dixerat: Crede mihi? Et continuo venerunt discipuli eius, & mirabantur quia cum muliere loquebatur: quia quærebatur perditam, qui venerat querere quod perierat. Hoc enim illi mirabantur, bonum enim mirabantur, non malum suspicabantur. Nemo tamen ei dixit, Quid queris, aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo mulier hydriam suam.) Mulier audito, Ego sum qui loquor tecum: & recepto in cor Christo domino, quid faceret nisi iam hydriam dimitteret & euangelizare curreret? Proiecit cupiditatem, & properauit annunciare veritatem. Discant qui volunt euangelizare, & proiciant hydriam ad puteum. Recordamini quid superius dixerim de hydria, vas erat vnde aqua hauriebatur, Græco nomine appellatur hydria, quoniam Græce hydor aqua dicitur, tanquam si aquarium diceretur. Proiecit ergo hydriam suam, quæ iam non vsui sed oneri fuit: auida quippe desiderabat aqua illa fatiari, vt nunciaret Christum onere abiecto: Cucurrit ad ciuitatem, & dicit illis hominibus, Venite & videte hominem qui mihi dixit omnia quecunque feci. Pedetentim egit ne illi quasi irascerentur, & indignarentur, & persequerentur: Venite & videte hominem, qui dixit mihi omnia quecunque feci. Nunquid non ipse est Christus? Exierunt de ciuitate, & veniebant ad eum. Et rogabatur eum discipuli, dicentes, Rabbi manduca. Ierant enim emere cibos, & venerant. Ille autem dixit, Ego habeo cibum manducare quem vos non scitis. Dicebant ergo discipuli adinucem, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Quid mirum si mulier illa non intelligebat aquam? Ecce discipuli non intelligunt escam. Audiuit autem cogitationes illorum, & iam instruit vt magister, non per circumitum, sicut & illam cuius adhuc virum requirebat, sed iam aperte, Meus, inquit, cibus est, vt faciam voluntatem eius qui misit me.) Ergo & potus ipse erat in illa muliere, vt faceret voluntatem eius qui miserat eum: Ideo dicebat, Sitio, da mihi bibere, scilicet vt fidem in ea operaretur, & fidem eius biberet, & eam in corpus suum traiceret, corpus enim eius Ecclesia: Ipse est ergo, inquit cibus meus, vt faciam voluntatem eius qui me misit. Nonne vos dicitis quia adhuc quatuor menses sunt & messis venit? In opus feruebat, & operarios mittere disponebat. Vos quatuor menses computatis vsque ad messem, ego vobis aliam messem albam & paratam ostendo. Ecce dico vobis, Leuate oculos vestros & videte; quia iam albæ sunt regiones ad messem.) Ergo messores missurus est. In hoc enim est verbum verum, quia alius est qui metit, alius est qui seminat, vt & qui seminatur simul gaudeat & qui metit. Ego misi vos metere, quod vos non laborastis: Alij laborauerunt, & vos in labore eorum introistis.) Quid ergo? Messores misit, non seminatores. Quid messores? Vbi iam, alij laborauerunt. Nam vbi iam laboratum erat, vti que seminatum erat: & quod seminatum erat, iam maturum erat factum, falcem & trituram desiderabat. Quid ergo erant messores mittendi? Vbi iam propheta prædicauerant, ipsi enim seminatores. Nam si ipsi non seminatores, vnde ad illam mulierem

1. Cor. 11.

f

1. Cor. 11.

Lucæ. 4.  
Deut. 16.

Phil. 137.

B

Phil. 83.

1. Cor. 3.

Eph. 2.

Acto 4.

Eph. 7.



**G** mulierem peruenierat: Scio quia Messias veniet? Iam ista mulier fructus maturus erat, & erant albae messes & falcem querebant. Misi vos quoque metere quod non seminastis. Alij seminauerunt, & vos in labores eorum introistis. Qui laborauerunt? Ipse Abraham, Isaac, & Iacob. Legite labores eorum. In omnibus laboribus eorum prophetia Christi, & ideo seminatores. Moyses & ceteri patriarchae & omnes prophetae quanta pertulerunt in illo frigore quando seminabant? Ergo iam in Iudaea messis parata erat. Merito ibi tanquam matura leges fuit, quando tot hominum milia precia rerum suarum afferebant, & ad pedes apostolorum ponentes, expeditis humeris a sarcinis secularibus, Christum dominum sequebantur. Vere matura messis, Quid inde factum est? De ipsa messe eiecta sunt pauca grana, & seminauerunt orbem terrarum: & surgit alia messis quae in fine seculi metenda est. De ista messe dicitur, Qui seminant in lachrymis, in gaudio metent. Ad istam ergo messem, non apostoli sed angeli mittentur. Messores, inquit, angeli sunt. Ista ergo messis crescit inter zizania, & expectat purgari in fine. Illa vero messis iam matura erat, quo prius missi sunt discipuli, ubi prophetae laborauerunt. Sed tamen fratres videte quid dictum sit, Simul gaudeat, & qui seminat & qui metit. Disparis temporis labores habuerunt apostoli & prophetae, sed gaudio pariter perfruuntur, mercedem simul accepturi sunt vitam aeternam.

Acto. 4.

Psal. 125.

Math. 13.

**H** Ex ciuitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritani propter sermonem eius, non propter verbum mulieris testimonium perhibentis, quia dixit mihi omnia quaecumque feci. Cum venissent autem ad eum Samaritani, rogauerunt ut apud eos maneret, & mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant, quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim nos audiuimus & scimus, quia hic est vere saluator mundi. Et hoc paululum animaduertendum est, quia lectio terminata est. Mulier primum nunciavit, & ad mulieris testimonium crediderunt Samaritani, & rogauerunt eum ut apud eos maneret, & mansit ibi biduo, & plures crediderunt: & cum credidissent, dicebant mulieri, Non iam propter verbum tuum credimus, sed ipsi cognouimus & scimus, quia est vere hic saluator mundi: primo per famam, postea per praesentiam. Sic agitur hodie cum eis qui foris sunt, & nondum sunt Christiani, Christus nunciatur per Christianos amicos, tanquam illa muliere, hoc est, Ecclesia annuncians: ad Christum veniunt, credunt per istam famam, manet apud eos biduo, hoc est, dat illis duo praecipua charitatis, & multo plures & firmiter in eum credunt, quoniam vere ipse est saluator mundi.

Ab eo loco ubi ait, Post duos autem dies exiit inde, & abiit in Galileam: usque ad id quod ait, Quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus, Filius tuus uiuit, & credidit ipse, & domus eius tota.

Tractatus XVI.



Odierna euangelica lectio, hesterni diei sequitur lectionem, quae nobis proponitur ad disputandum. In qua quidem sensus non sunt inuestigatione difficiles, sed digni praedicatione, digni admiratione & laudatione. Proinde locum euangelij cum commendatione commemoremus, potius quam cum difficultate tractemus: Abiit enim Iesus post biduum quod fecerat in Samaria, in Galileam, ubi nutritus erat. Secutus autem Euangelista, ait, Ipse

enim Iesus testimonium perhibuit, quia propheta in patria sua honorem non habet. Non propterea post biduum discessit Iesus de Samaria, quia honorem in Samaria non habebat: non enim Samaria patria ipsius erat, sed Galilaea. Cum ergo istam deseruisset tam cito, & ad Galileam uenisset ubi nutritus erat, quomodo attestatur. Quia propheta in patria sua honorem non habet? magis videtur attestari potuisse, quia propheta in patria sua honorem non haberet, si contemneret peregrinari in Galileam, & in Samaria remansisset. Intendat ergo charitas uestra insinuatam nobis non modicum sacramentum, suggerente domino & donante quod loquar. Questionem propositam cognouistis, solutionem eius exquirite. Sed repetamus propositionem, ut solutionem desiderabilem faciamus. Mouit nos cur Euangelista dixerit, Ipse enim Iesus testimonium perhibuit, quod Propheta in patria sua honorem non habet. Hoc permoti reteximus uerba superiora, ut inueniamus, cur hoc Euangelista dicere uoluerit, & inuenimus superiora uerba eius ita narrantis, quoniam post biduum profectus est de Samaria in Galileam. Propter hoc ergo dixit dicitur Euangelista testimonium perhibuisse Iesum, quod Propheta in patria sua honorem non habet, quia post biduum reliquit Samariam, & properauit venire in Galileam: Imo uero quasi uideor mihi congruentius intelligere, quia si honorem in patria sua Christus non haberet, non ad eam relicta Samaria festinaret: sed, nisi fallor, imo quia uerum est & non fallor: melius enim quam ego uidit Euangelista quid diceret, melius me ueritatem uidebat, qui eam de pectore domini bibebat. Ipse est enim Ioannes euangelista, qui inter omnes discipulos super pectus domini discumbebat, & quem deus charitatem debens omnibus tamen praeceteris diligebat. Ergo ille falleret, & ego recte sentirem? Imo si pie sapio, obedienter audiam quod dixit, ut merear sentire quod sensit. Accipite itaque charissimi, quid hic sentiam sine prauidicio, si uos melius aliquid senseritis: magistrum enim unum omnes habemus, & in una schola condiscipuli sumus. Hoc ergo sentio, & uidete si non aut uerum est, aut propinquat ueritati quod sentio. In Samaria biduum fecit, & crediderunt in eum Samaritani: tot dies in Galilea fecit, & non in eum crediderunt Galilaei. Retexite uel recolite memoria hesterni diei & lectionem & sermonem. Venit in Samariam, ubi eum primum mulier illa praedicaue- rat, cum qua ad puteum Iacob locutus erat magna mysteria, eo uiso Samaritani & audito crediderunt in eum propter uerbum mulieris, & firmiter crediderunt propter uerbum eius, & plures crediderunt, sicut scriptum est ibi, factum biduo. Quo numero dierum mystice commendatus est duorum numerus praecipitorum, in quibus duobus praecipis tota lex pendet & prophetae, sicut hesterni die nos commendasse meministis. Pergit in Galileam, & uenit in ciuitatem Chanam Galilaeae, ubi de aqua uinum fecit. Ibi autem quando aquam in uinum conuertit, sicut scribit ipse Ioannes, crediderunt in eum discipuli eius, & utique plena erat domus turbis conuiuantium. Factum est tam magnum miraculum, & non in eum crediderunt nisi discipuli eius. Hanc ciuitatem Galilaeae modo repetiuit. Ecce quidam regulus cuius filius infirmabatur, uenit ad eum, & rogare cepit ut descenderet. Ad illam ciuitatem uel domum, Et sanaret filium eius, incipiebat enim, inquit, mori. Qui rogabat non credebatur. Quid a me expectas audire? Dominum interro-

Ioan. 33.

Math. 22.

Prodigium.

Roma. 11.

Ioan. 20.

**A** roga quid de illo senserit. Rogatus enim talia respondit, Nisi signa & prodigia uideritis non creditis. Arguit hominem in fide tepidum, aut frigidum, aut omnino nullius fidei, sed tentare cupientem de sanitate filij sui, qualis esset Christus, & quis esset, quantum posset. Verba enim rogantis audimus, cor diffidentis non uidemus: sed ille pronunciauit, qui & uerba audiuit & cor inspexit. Denique & ipse euangelista testimonio narrationis suae ostendit, quia nondum crediderat, qui uenire ad domum suam dominum cupiebat ad sanandum filium eius. Nam posteaquam ei nunciatum est sanum esse filium eius, & inuenit ea hora sanatum,

Qua hora dominus dixerat, uade filius tuus uiuit, & credidit, inquit, ipse & domus eius tota. Si ergo propterea credidit ipse & domus eius tota, quia nunciatus est filius eius sanus, & comparauit horam nunciatum horae praenunciantis, quando rogabat, nondum credebatur. Samaritani nullum signum expectauerant, uerbo eius tantum modo crediderant: ciues autem eius audire meruerunt. Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis: & ibi tamen factum tanto miraculo, non creditis: & ibi tamen factum tanto miraculo, non creditis, nisi ipse & domus eius. Ad solum sermonem crediderunt plures Samaritani, ad illud miraculum sola illa domus credit, ubi factum est. Quid igitur fratres, quid nobis commendat dominus? Tunc Galilaea Iudaeae patria erat domini, quia ibi nutritus est: nunc uero quia portendit aliquid res illa: non enim sine causa dicta sunt prodigia, nisi quia aliud portendunt: prodigium enim appellatum est quasi porrodictum: quod porro dicat, porro significet, & aliquid futurum esse portendat. Quia ergo aliquid illa omnia portendebant, aliquid illa omnia praedicebant, faciamus modo nos patriam domini nostri Iesu Christi secundum carnem: non enim habuit patriam in terra, nisi secundum carnem, quam accepit in terra. Faciamus ergo patriam domini populum Iudaeorum. Ecce in patria sua honorem non habet. Modo attende Iudaeorum turbas, attende iam gentem illam dispersam toto orbe terrarum, & euulsam radicibus suis, attende ramos fractos, confis- sos, dispersos, aridos, quibus fractis inferi meruit oleaster. Vide turbam Iudaeorum, quid dicit modo: Quem colitis, quem adoratis, frater noster erat. Et nos respondeamus, propheta in patria sua honorem non habet. Denique illi ambulantes dominum Iesum in terra, facientemque miracula, cacos illuminantem, surdis aures aperientem, mutorum ora soluentem, paralyticorum membra restringentem, super mare ambulantes, uentis imperantem & fluctibus, mortuos suscitantes, tanta signa facientem uiderunt, & uix inde pauci crediderunt. Populo dei loquor. Tam multi credidimus, quae signa uidimus: Illud ergo quod factum est tunc, hoc quod nunc agitur portendebat. Iudaei fuerunt uel sunt similes Galilaeis, nos similes illis Samaritanis. Euangelium audiuiimus, Euangelio credimus, Euangelio consensimus, per Euangelium in Christum credidimus, nulla signa uidimus, nulla exigimus. Quauis enim unus ex duodecim electis & sanctis, tamen Israelita fuit de gente scilicet domini, Thomas ille qui in loca uulnereum digitos cupiebat mittere, sic eum arguit dominus quomodo istum regulum. Huic dixit, Nisi signa & prodigia uideritis non creditis: illi autem dixit, Quia uidisti, credidisti. Ad Galileas uenerat post Samaritanos, qui sermoni eius crediderant, apud quos nulla miracula fecerat, quos firmos in fide securus cito dimiserat, quia diuinitatis praesentia non dimiserat. Ergo quan-

do dicebat dominus Thomas, Veni mitte manum tuam, & noli esse incredulus sed fidelis, & cum ille exclamaret tactis uulnere locis, & diceret, Domine meus & deus meus increpatur & dicitur ei, Quia uidisti credidisti. Quare? Nisi quia propheta in patria sua honorem non habet. Quia uero apud alienigenas propheta iste honorem habet, quid sequitur? Beati qui non uiderunt & crediderunt. Praedicti sumus nos, & quod dominus ante laudauit, & in nobis implere dignatus est. Uiderunt qui crucifixi erant, palpauerunt, & sic pauci crediderunt: nos non uidimus, non contrectauimus, audiuiimus, credidimus, fiat in nobis, perficiatur in nobis beatitudo quam promisit & hic, quia patria ipsius praelati sumus, & in futuro seculo, quia pro ramis fractis inserti sumus. Hos enim ramos se fracturum esse monstrabat, & hunc oleastrum inserturum, quando commotus Centurionis fide, qui ei dixit, Non sum dignus ut sub tectum meum intres, sed tantum dic uerbo, & sanabitur puer meus: nam & ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic, uade & uadit: & alij, ueni & uenit: & seruo meo, fac hoc & facit. Conuersus ad eos qui se sequebantur, dixit, Amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel: Quare non inueni tantam fidem in Israel? Quia Propheta in patria sua honorem non habet. Nunquid non & illi Centurioni poterat dicere dominus, quod dixerat huic regulo, Uade, puer tuus uiuit? Videte distinctionem, regulus iste dominum ad domum suam descendere cupiebat: ille Centurio indignum se esse dicebat. Illi dicebatur, Ego ueniam & curabo eum: huic dictum est, Uade filius tuus uiuit. Illi praesentiam suam promittebat, hunc uerbo sanabat. Ille tamen praesentiam suam extorquebat, ille se praesentia eius indignum esse dicebat: huic successum est elationi, illi consensum est humilitati, tanquam huic diceret, Uade filius tuus uiuit, noli mihi tedium facere, Nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Praesentiam meam vis in domo tua, possum & uerbo iubere. Noli tu de signis credere, Centurio alienigena credidit me uerbo posse facere, & antequam facerem credidit, uos nisi signa & prodigia uideritis, non creditis. Ergo si ita est, frangantur superbi rami, humilis inferatur oleaster: manet tamen radix, illis praesentis, istis receptis. Vbi manet radix? In patriarchis. Etenim patria Christi populus Israel, quia ex eis uenit secundum carnem. Sed huius arboris radix, Abraham, Isaac, & Iacob, patriarchae sancti. Et ubi sunt isti? In requie apud deum in honore magno, ut in Abraham sinum iustus ille pauper post corporis exitum leuaretur, & in Abraham sinu de longinquo a superbo diuite uideretur. Ergo radix manet, radix laudatur, sed rami superbi & praecidi & arescere meruerunt: oleaster autem humilis illorum praesentione inuenit locum. Audi ergo quemadmodum praecidantur rami naturales, quemadmodum inferatur oleaster ex ipso Centurione, quem propter comparationem huius reguli commemorandum putauit. Amen, inquit, dico uobis, non inueni tantam fidem in Israel. Propterea dico uobis, quia multi ab oriente & occidente ueniunt. Quam late terram occupauerat oleaster. Amara sylvia mundus hic fuit. Sed propter humilitatem, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Multi ab oriente & occidente ueniunt. Et puta quia ueniunt, quid de illis fiet? Si enim ueniunt, iam praecisi sunt de sylua, ubi inferendi sunt ne arescant. Et recumbent, inquit, cum Abraham & Isaac & Iacob. In quo conuiuio? Ne forte non inuites ad semper uiuendum, sed

Math. 8.

E

Roma. 11.

F

Luc. 11.

Math. 8.

G sed ad multum viuendum, recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob. Vbi in regno, inquit, caelorum. Et quid erit de illis qui venerunt de stirpe Abrahæ? Quid sit de ramis quibus arbor plena erat? Quid, nisi quia præcidentur, ut isti inferantur? Doce quia præcidentur: audi, Filij autem, inquit, regni ibunt in tenebras exteriores. Habeat ergo apud nos honorem Propheta, quia non habuit honorem in patria sua. Non habuit honorem in patria in qua conditus est: habeat honorem in patria quam condidit. In illa enim conditus est conditor omnium, conditus in illa est secundum formam serui: nam ipsam ciuitatem in qua conditus est, ipsam Sion, ipsam Iudeorum gentem, ipsam Hierusalem, ipse condidit cum esset apud patrem verbum dei: omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. De illo ergo homine de quo & hodie audiuius, vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, etiam Psalmus prælocutus est, dicens, Mater Sion dicet homo. Quidam homo mediator dei & hominum, homo mater Sion dicet: Quare mater Sion dicet? Quia inde accepit carnem, inde virgo Maria, de cuius vtero serui forma suscepta est, in qua dignatus est apparere humillimus. Mater Sion dicet homo, & homo iste qui dicit mater Sion, factus est in ea, homo factus est in ea. Nam deus erat ante eam, & homo factus est in ea. Qui homo factus est in ea, ipse fundauit eam altissimus, non humillimus. Homo factus est in ea humillimus, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ipse fundauit eam altissimus, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: omnia per ipsum facta sunt. Quia vero condidit istam patriam, hic habet honorem. Repulit eum patria in qua natus est: suscipiat eum patria, quam regenerauit.

*Ab eo quod scriptum est, Post hæc erat dies festus Iudeorum, & ascendit Iesus Hierosolimam: usque ad id quod ait, Querebant eum Iudei interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo.*

Tractatus XVII.

Cap. V. **M**irum nõ esse debet à deo factum miraculum: mirum enim esset si homo fecisset. Magis gaudere quam mirari debemus, quia dominus noster & saluator Iesus Christus homo factus est, quam quod diuina inter homines deus fecit. Plus est enim ad salutem nostram quod factus est propter homines, quam quod fecit inter homines: & plus est quod vitia sanauit animarum nostrarum, quam quod sanauit languores corporum moriturorum. Sed quia ipsa anima nec eum nouerat à quo sananda erat, & oculus habebat in carne vnde facta corporalia videret, nondum habebat sanos in corde, vnde deum latentem cognosceret, fecit quod videri poterat, vt sanaretur vnde videri non poterat. Ingressus est locum vbi iacebat magna multitudo languentium, cæcorum, claudorum, aridorum: & cum esset medicus & animarum & corporum, & qui venisset sanare omnes animas creditorum, de illis languentibus vnus elegit quem sanaret, vt vnitatem significaret. Si mediocri corde, & quasi humano captu & ingenio consideremus facientem, & quod ad potestatem pertinet, non magnum aliquid perfecit, & quod ad benignitatem, partum fecit. Tot iacebant, & vnus curatus est, cum posset vno verbo omnes erigere. Quid ergo intelligendum est, nisi quia potestas illa, & benignitas illa magis agebat, quid animam in factis eius pro salute sempiterna intelligerent, quam quid pro tempo-

rali salute corpora mererentur? Corporum enim salus qua vera expectatur à domino, erit in fine in resurrectione mortuorum: tunc quod viuet, nõ morietur: tunc quod sanabitur, non agrotabit: tunc quod satiabitur, nõ esuriet neque sitiet: tunc quod renouabitur non veterascet: nunc vero in illis factis domini & saluatoris nostri Iesu Christi, & cæcorum aperti oculi, morte clausi sunt, & paralyticorum membra constricta, morte dissoluta sunt, & quicquid sanatum est temporaliter in membris mortalibus, in fine defecit. Anima vero quæ credidit, ad vitam æternam transiitum fecit. Anima ergo credituræ, cuius peccata dimittere venerat, ad cuius languores sanandos se humiliauerat, de hoc languido sanato magnum signum dedit. Cuius rei & cuius signi profundum sacramentum, quantum dominus donare dignatur, attentis vobis & orando adiuantibus infirmitatem nostram, loquar vt poterò. Quicquid autem non possum, supplebit in vobis ipse, quo adiuvante facio quod possum. De hac piscina, quæ quinque portibus cingebatur, in quibus iacebat magna multitudo languentium, assidue nos tractasse memini, & rem dicturum sum, quam mecum plures reuocant potius quam cognoscant. Verum nihil est ab re etiam nota repetere, vt & qui non nouerant, instruantur: & qui nouerant, confirmantur. Proinde tanquam nota breuiter perstringenda sunt, non ociose inculcanda. Piscina illa & aqua illa, populum mihi videtur significare Iudeorum. Significari enim nomine aquarum populorum: aperte nobis indicat Apocalypsis Ioannis, vbi ei cum ostenderentur aquæ multæ, & interrogasset quid essent, responsum accepit, populos esse. Aqua ergo illa, id est, populus ille quinque libris Moyse, tanquam quinque portibus claudebatur. Sed illi libri probebant languidos, nec sanabant: lex enim peccatores conuincebat, non soluebat. Ideo litera sine gratia reos faciebat, quos confitentes gratia liberabat. Nam hoc dicit Apostolus, Si enim data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Quare ergo data est lex? Sequitur & dicit, Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Quid euidentius? Nonne verba hæc exposuerunt nobis & quinque portibus, & languentium multitudinem? Quinque portibus lex est. Quare quinque portibus non sanabant languentes? Quia si data esset lex quæ posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia. Quare ergo continebant, quos non sanabant? Quia conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Quid ergo fiebat vt in aqua illa turbata sanarentur, qui in portibus sanari non poterant? Subito enim videbatur aqua turbata, & à quo turbabatur non videbatur. Credas hoc euangelica virtute fieri solere, non tamen sine significante aliquo sacramento. Post aquam turbatam mittebat se vnus qui poterat & sanabatur solus: post illum quisquis se mitteret, frustra faceret. Quid sibi ergo hoc vult, nisi quia venit vnus Christus ad populum Iudeorum, & faciendo magna, docendo vtilia, turbauit peccatores, turbauit aquam presentia sua, & excitauit ad passionem suam: sed latens turbauit. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Descendere ergo in aquam turbatam, hoc est, humiliter credere in domini passionem: ibi sanabatur vnus, significans vnitatem. Postea quisquis veniret, non sanabatur, quia quisquis præter vnitatem fuerit, sanari non poterit. Videamus ergo quid voluerit significare in illo vno, quem etiam ipse seruans

**A** seruans vnitatis mysterium, sicut prælocutus sum de tot languentibus vnus sanare dignatus est. Inuenit in annis eius numerum quendam langioris, Triginta & octo annos habebat in infirmitate. Hic numerus quomodo magis ad languentem pertineat quam ad sanitatem, paulo diligentius exponendum est. Intentos vos volo, aderit dominus, vt congruè loquar, & sufficienter audiat. Quadragenarius numerus sacratus nobis in quadam perfectione commendatur. Notum esse arbitror charitati vestre, testantur sæpissimè diuine scripturar: ieiunium hoc numero consecratum esse bene nostis: nam & Moyses quadraginta diebus ieiunauit, & Helias totidem, & ipse dominus noster & saluator Iesus Christus huc ieiunij numerum impleuit. Per Moysen significatur lex, per Heliam significantur propheta, per dominum significatur Euangelium. Ideo in illo mote tres apparuerunt, vbi se discipulis ostendit in claritate vultus & vestis suæ. Apparuit enim medius inter Moysen & Heliam tanquam Euangelium testimonium haberet à lege & Prophetis. Siue ergo in lege, siue in Prophetis, siue in Euangelio, quadragenarius numerus nobis in ieiunio commendatur. Ieiunium autem magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus & illicitis voluptatibus seculi, quod est perfectum ieiunium, vt abnegantes impietatem & seculares cupiditates, temperanter & iuste & piè viuamus in hoc seculo. Huic ieiunio quam mercedem addit Apostolus? Sequitur & dicit, Expectantes illam beatam spem, & manifestationem gloriæ beati dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. In hoc ergo seculo quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene viuimus, cum ab iniquitatibus & ab illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia hæc abstinentia sine mercede non erit, expectamus beatam illam spem, & reuelationem gloriæ magni dei, & saluatoris Iesu Christi. In illa spe, cum fuerit de spe facta res, accepturi sumus mercedem denarium. Ipsa enim merces redditur operariis in vinea laborantibus secundum Euangelium, quod vos credo reminisci: neque enim omnia commemoranda sunt tanquam rudibus & imperitis. Denarius ergo qui accepit nomen à numero decem redditur, & coniunctus quadragenario fit quinquagenarius: vnde cum labore celebramus quadragesimam ante pascha, cum lætitia vero tanquam accepta mercede quinquagesimam post pascha. Nam huic tanquam salutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum, additur quietis & fœlicitatis denarius vt quinquagenarius fiat. Significauit hoc & ipse dominus Iesus multo apertius, quando post resurrectionem quadraginta diebus conuersatus est in terra cum discipulis suis: quadragesimo autem die cum ascēdisset in caelum, peractis decem diebus misit mercedem spiritus sancti. Significata sunt ista, & quibusdam significationibus res ipsa præuentæ sunt. Significationibus paschimur, vt ad res ipsas durantes peruenire possimus. Operarij enim sumus, & adhuc in vinea laboramus, finito die, finito opere, merces restituetur. Sed quis operarij perdurat ad percipiendam mercedem, nisi qui paschitur cum laborat? Non enim & tu operarij tuo mercedem solam daturus es: nõ etiam afferes illi vnde vires reparat in labore? Paschis vtique cui mercedem daturus es. Proinde & nos dominus in istis scripturarum significationibus laborantes paschis: nam si ista intelligendorum sacramentorum lætitia subtrahatur à nobis, deficiamus in labore, & non

erit qui pertineat ad mercedem. Quomodo ergo quadragenario numero perficitur opus? Fortasse ideo, quia lex in decem præceptis data est, & per totum mundum prædicanda erat lex: qui totus mundus quatuor partibus commendatur, Oriente & Occidente, Meridie & Aquilone: vnde denarius per quatuor multiplicatus, ad quadragenarium peruenit: vel quia per Euangelium, quod quatuor libros habet, impletur lex: quia in Euangelio dictum est, Non veni soluere legem, sed adimplere. Siue ergo illa, siue ista sit causa, siue alia aliqua probabilior, quæ nos latet, doctiores non latet: certum est tamen quadragenario numero significari quadam perfectionem in operibus bonis, quæ maximè opera bona exercentur in abstinentia quadam ab illicitis cupiditatibus seculi, hoc est, generalis ieiunio. Audi & Apostolum dicentem, Plenitudo legis charitas. Charitas vnde? Per gratiam dei, per spiritum sanctum. Non enim habemus illam ex nobis, quasi facientes illam nobis, Dei donum est, & magnum donum: quoniam charitas dei, inquit, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Charitas ergo implet legem, & verissimè dictum est, Plenitudo legis charitas. Quæramus hanc charitatem, quæ admodum commendatur à domino. Memento quid proposuerim, numerum triginta octo annorum in illo Inaguido. Volo exponere quare numerus ille trigessimus & octauus, languoris sit potius quam sanitatis. Ergo, vt dicebam, charitas implet legem. Ad plenitudinem legis in omnibus operibus pertinet quadragenarius numerus. In charitate autè duo præcepta nobis commendantur. Intuemini obsecro & figite memoriæ quod dico, ne sitis contemptores verbi, ne fiat anima vestra via, vbi grana iactata non germinant: & venient, inquit, volatilia cæli & colligent ea. Percipite & recondite in cordibus vestris: charitatis præcepta duo sunt à domino commendata, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & Diliges proximum tuum sicut teipsum: in his duobus præceptis tota lex pendet & Propheta. Merito & illa vidua omnes facultates suas, duo minuta misit in dona dei: merito & pro illo languido à latronibus sauciato, stabularius duos nummos accepit vnde sanaretur: merito apud Samaritanos biduum fecit Iesus, vt eos charitate firmaret. Binario ergo isto numero cum aliquid boni significatur, maxime bipertita charitas commendatur: Si ergo quadragenarius numerus habet perfectionem legis, & lex non impletur nisi in gemino præcepto charitatis, quid miraris quia languebat, qui ad quadraginta duo minus habebat? Videamus proinde iam quo sacramento iste languidus curetur à domino. Venit enim ipse dominus, charitatis doctor, charitate plenus, breuians, sicut de illo prædictum est, verbum super terram, & ostendit in duobus præceptis charitatis pendere legem & Prophetas. Inde ergo pependit Moyses quadragenario suo, inde Helias cum suo, hunc numerum attulit dominus in testimonio suo. Curatur iste languidus à presente domino, sed prius quid ei dicit? Vis sanus fieri? Respondit ille hominè se non habere, à quo in piscinam mittatur. Vere necessarius erat illi homo ad salutem sed homo ille qui & deus est. Vnus enim deus, vnus & mediator dei & hominū, homo Christus Iesus. Venit ergo homo qui erat necessarius, quare sanitas differtur? Surge, inquit, tolle grabatum tuum & ambula. Tria dixit, Surge, tolle grabatum tuum & ambula. Sed surge, non

Ioan. 1.

1. Timo. 2. Psal. 86.

Ioan. 1.

† alijs, generatus.

Cap. V.

K

L

Apo. 17.

Gala. 3.

M

1. Cor. 2.

Math. 5.

Roma. 15.

Roma. 5.

E

Math. 13.

Math. 22.

Marci. 12.

Luc. 10.

F

Esai. 10.

Roma. 9.

1. Timo. 2.

e non



**G** non operis imperium fuit, sed operatio sanitatis. Sano autem duo imperavit, tolle grabatum tuum, & ambula. Rogo vos, cur non sufficeret, ambula? Aut certe cur non sufficeret, surges? Neque enim ille cum sanus surrexisset, in loco remansisset, nonne ad hoc surrexisset ut abiisset? Mouet ergo me etiam quod duo precepit, qui illum iacentem duobus minus inuenit: tanquam enim duo quedam iubedo quod minus erat impleuit. Quomodo ergo inueniamus in his duobus domini iussis, duo illa precepta significata esse charitatis? Tolle, inquit, grabatum tuum & ambula. Quae sunt illa duo precepta fratres, recolite mecum. Notissima enim esse debent, nec modo tantum venire in mentem cum commemorantur a nobis, sed deleri nunquam debent de cordibus vestris. Semper omnino cogitate, diligendum esse deum & proximum. Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: & proximum tanquam teipsum. Haec semper cogitanda, haec meditanda, haec retinenda, haec agenda, haec implenda sunt. Dei dilectio prior est ordine praecipendi, proximi autem dilectio prior est ordine faciendi. Neque enim qui tibi praeciperet dilectionem istam in duobus praecipis, prius tibi commendaret proximum, & postea deum: sed prius deum, postea proximum. Tu autem quia deum nondum vides, diligendo proximum promereris quae videas: diligendo proximum, purgas oculum ad videndum deum, euidenter Ioanne dicente, Si fratrem quem vides non diligis, deum quem non vides quomodo diligere poteris? Ecce dicitur tibi, dilige deum. Si dicas mihi, ostende mihi quem diligam: quid respondebo nisi quod ait ipse Ioannes? Deum nemo vidit unquam. Et ne te alienum omnino a deo videdo esse arbitreris, Deus, inquit, charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet & deus in eo. Diliges ergo proximum: & intueri in te, vnde diligis proximum, ibi videbis ut poteris deum. Incipe ergo diligere proximum: Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti, & domesticos feminis tui ne despexeris. Faciens autem ista quid consequeris? Tunc erumpet velut matutina lux tua. Lux tua deus est, tibi matutina, quia post noctem seculi tibi veniet: nam ille nec oritur nec occidit, quia semper manet. Erit tibi matutinus redeunti, qui tibi occulit fecerat pereunti. Ergo tolle grabatum tuum, mihi videtur dixisse, dilige proximum tuum. Sed clausum est adhuc, & expositione indiget quantum arbitror, quare in tollendo grabato dilectio proximi commendatur: nisi forte hoc nos offendit, quia per grabatum remi quadam stolidam & insensatam proximus commendatur. Non irascatur proximus, si commendatur nobis per rem, quae sine anima & sine sensu est. Ipse dominus & saluator noster Iesus Christus lapis angularis dictus est, ut duos conderet in se. Dicitur est & petra vnde aqua profluxit, Petra autem erat Christus. Quid ergo mirum si petra Christus, lignum proximus? Non tamen qualecunque lignum, quomodo nec illa qualiscunque petra, sed vnde aqua proflexerat sitientibus. Nec qualiscunque lapis, sed angularis, qui in semetipso copulauit duos parietes: e diuerso venientes: sic nec qualecunque lignum proximum acceperis, sed grabatum quod portans est. Quid ergo in grabato obsecro te? Quid, nisi quia ille laevidus grabato portabatur? Sanatus autem grabatum portat. Quid dictum est ab Apostolo: Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Lex ergo Christi charitas est, nec charitas impletur nisi inuicem onera nostra portemus: Sufferentes, inquit, inuicem in di-

lectione, studentes seruare unitatem spiritus in vinculo pacis. Cum esies languidus, portabat te proximus tuus: sanus factus es, porta proximum tuum. Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Sic adimplebis deus homo quod tibi deerat. Tolle ergo grabatum tuum, sed cum tuleris, noli remanere: ambula, diligendo proximum, & curam habendo de proximo tuo. Iter agis, quod iter agis, nisi ad dominum deum tuum, ad eum quem diligere debemus ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente? Ad dominum enim nondum peruenimus, sed proximum nobiscum habemus. Porta ergo eum cum quo ambulas, ut ad eum peruenias, cum quo manere desideras. Tolle ergo grabatum tuum & ambula. Fecit hoc ille, & scandalizati sunt Iudaei. Videbant enim hominem die sabbati portatem grabatum suum, nec calumniabatur domino quod sanum fecerat sabbato, ut eis responderi posset, quia si cuiusquam eorum iumentum in puteum cecidisset, utique die sabbati erueret illud, & saluaret iumentum suum. Non utique iam illi obiciebant quod die sabbati sanatus esset homo, sed quod portaret grabatum suum. Si sanitas non erat differenda, nunquid & opus fuerat imperandum? Non licet tibi, inquit, facere quod facis, tollere grabatum tuum. Et ille auctoritatem sanitatis suae obiciebat calumniatoribus. Qui, inquit, me fecit sanum, ille mihi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula. Non acciperem iussionem, a quo acceperam sanitatem? Et illi, Quis est ille homo qui tibi dixit, Tolle grabatum tuum & ambula? Sed qui sanus erat factus nesciebat quis esset. a quo hoc audierat. Iesus autem, cum hoc fecisset & iussisset, Declinauerat ab eo in turba. Videte quemadmodum & hoc impleatur. Portans proximum, & ambulamus ad deum, sed eum ad quem ambulamus, nondum videmus. Ideo & ille nondum nouerat Iesum: Sacramentum hoc commendatum est, quia in eum credimus quem nondum videmus. Et ut non videamus, declinat in turba. Difficile est in turba videre Christum. Solitudo quadam necessaria est menti nostrae, quadam solitudine intentionis videtur deus. Turba strepitum habet visio ista secretum desiderat. Tolle grabatum tuum, porta portatus proximum tuum & ambula ut peruenias. Noli Iesum quaerere in turba, non est tanquam vnus de turba. Praeuient omnem turbam, prior ascendit de mari piscis ille magnus, piscem Christum dixit, & in caelis sedet interpellans pro nobis. Tanquam sacerdos magnus vnus intravit in interiora veli, turba foris stat. Ambula tu qui portas proximum tuum, si didicisti portare qui solebas portare. Denique modo nondum nosti Iesum, nondum vides Iesum. Quid postea sequitur? Quoniam non destitit ille tollendo grabatum suum & ambulando. Vidit eum postea Iesus in templo. In turba non eum vidit, in templo vidit. Dominus quidem Iesus & in turba eum videbat & in templo: ille autem languidus Iesum in turba non cognouit, in templo cognouit. Peruenit ergo ille ad dominum, vidit eum in templo, vidit eum in loco sacro, in loco sancto. Et quid ab eo audit? Ecce iam sanus factus es, noli peccare, ne quid tibi deterius contingat. Tunc ille posteaquam vidit Iesum & cognouit Iesum auctorem sanitatis suae, non fuit piger in euangelizando quem viderat: Abiit & nunciauit Iudaeis, quia Iesus esset, qui eum sanum fecerat. Ille annuntiabat, & illi insaniebant. Ille salutem suam praedicabat, illi salutem suam non quaerebant. Persequerantur Iudaei dominum Iesum, quia haec faciebat in sabbato. Quid

**A** respondere, quia iumenta sua non contemnebant sabbato vel liberando vel alendo. De portato grabato quid respondit? Manifestum opus corporale factum erat ante oculos Iudaeorum, non sanitas corporis, sed operatio corporis, quae non videbatur ita necessaria quemadmodum sanitas. Aperte ergo dominus dicat sacramentum sabbati, & signum obseruandi vnus diei ad tempus datum esse Iudaeis, impletionem vero ipsam sacramenti in illo venisse. Pater meus, inquit, vsque modo operatur & ego operor. Misit in eos magnum tumultum, & tamen sanandus est turbata aqua eger vnus magnus, passio domino totus mundus. Videamus ergo responsionem veritatis. Pater meus, inquit, vsque modo operatur & ego operor. Falsum ergo dixit scriptura, quia deus requieuit ab omnibus operibus suis in die septimo? Et contra haec scripturam per Moysen ministratam, loquitur dominus Iesus, cum ipse dicat Iudaeis, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi, de me enim ille scripsit. Videte ergo ne aliquid voluit significari Moyses, quod deus requieuit die septimo: non enim defecerat deus operando creaturam suam, & indigebat requie sicut homo. Quomodo defecerat qui verbo fecerat? Tamen & illud verum est, quia requieuit deus ab omnibus operibus suis in die septimo: & hoc verum est, quod ait Iesus, Pater meus vsque modo operatur & ego operor. Sed quis explicet verbis, homo hominibus, infirmus infirmis, indoctus discere cupientibus, & forte si quid sapit promere & explicare non valens hominibus, difficile forte capientibus, etiam si explicari possit quod capitur. Quis, inquam, fratres mei explicet verbis, quomodo deus & quietus operetur, & operans quiescat? Obsecro vos, ut hoc vobis proficientibus differatis: visio enim ista templum dei quaerit, sanctum locum quaerit. Portate proximum & ambulate, ibi eum videbitis, vbi verba hominum non quaeratis. Hoc forte potius dicere valeamus, quia & in eo quod deus in die septimo requieuit: ipsum dominum saluatorem nostrum Iesum Christum qui haec loquebatur & dicebat, Pater meus vsque modo operatur & ego operor, magno sacramento significauit: quia & dominus Iesus utique deus, ipse est enim verbum dei, & audistis quia in principio erat verbum, & non qualecunque verbum, sed deus erat verbum, & omnia per ipsum facta sunt, forte significatus est requieturus in die septimo ab omnibus operibus suis. Legite enim Euangelium, & videte quanta operatus sit Iesus. Operatus est salutem nostram in cruce, ut impleverunt in eo omnia praedicta prophetarum. Coronatus est spinis, suspensus est in ligno, dixit sitio, accepit acetum in spogia, ut impleretur quod dictum est, Et in siti mea potauerunt me aceto. At vbi impleta sunt omnia opera eius: sexta sabbati inclinato capite tradidit spiritum, & in sepulchro sabbato requieuit ab omnibus operibus suis. Ergo tanquam diceret Iudaeis, Quid expectatis ut non operer sabbato? Sabbati dies ad significationem meam vobis praecipus est. Opera dei attenditis, ego ibi eram cum fierent, & per me facta sunt omnia. Ego noui, pater meus vsque modo operatur. Operatus est pater lucem, sed dixit, ut fieret lux. Si dixit, verbo operatus est. Verbum eius ego eram, ego sum, per me factus est mundus in illis operibus, per me regitur mundus in istis operibus. Pater meus & tunc operatus est cum fecit mundum, & vsque nunc operatur cum regit mundum, ergo & per me fecit cum fecit, & per me regit cum regit. Dixit haec, sed quibus? Surdis, caecis, claudis, languidis, medicum non agnoscentibus, & tanquam in phre-

nesi mente perdita occidere volentibus. Proinde quid fecutus Euangelista dixit? Hinc ergo magis quarebant eum Iudaei interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum. Non quomodocunque, sed quid? Aequalem se faciens deo. Nam omnes dicimus deo, Pater noster qui es in caelis. Legimus & Iudaeos dixisse, cum tu sis pater noster. Ergo non hinc irascebantur, quia patrem suum dicebat deum, sed quod longe alio modo quam homines. Ecce intelligunt Iudaei quod non intelligunt Arriani. Arriani quippe inaequalem patri filium dicunt, & inde haereticus pulsat Ecclesiam. Ecce ipsi caeci, ipsi interfectores Christi, intellexerunt tamen verba Christi. Non eum intellexerunt esse Christum, nec eum intellexerunt filium dei: sed tamen intellexerunt in illis verbis, quia talis commendaretur filius dei, qui aequalis esset deo. Quis erat nesciebat, talem tamen praedicari agnoscebat, quia patrem suum dicebat deum, equalem se faciens deo. Nonne erat ergo equalis deo? Non ipse se faciebat equalis deo, sed ille illum genuerat equalem. Si se ipsum faceret equalem deo, caderet per rapinam: Qui enim se voluit aequalem facere deo cum non esset, cecidit, & ex angelo factus est diabolus: & hanc superbiam homini propinavit, vnde ipse deiectus est: nam hoc dixit homini, cui stanti lapsus inuidit, Gustate, & eritis sicut dii: id est, vrsurpatione rapite quod facti non estis, quia & ego rapiendo deiectus sum. Non hoc prodebat, sed hoc suadebat. Christus autem aequalis patri natus erat, non factus, natus de substantia patris. Vnde illi sic commendat Apostolus, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se equalem deo. Quid esset, non rapinam arbitratus est se aequalem deo? Non vrsurpauit equalitatem dei, sed erat in illa, in qua natus erat, & nos ad equalem deum quomodo perueniremus, semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Non ergo se exinanivit amittens quod erat, sed accipiens quod non erat. Hanc formam serui contemnentes Iudaei, dominum Christum aequalem patri intelligere non poterant, quantum eum hoc de se dicere minime dubitabant: & ideo sauebant, & adhuc tamen eos ille perferrebat, & sanitatem sequentium requirebat.

*Ab eo loco, ubi ait, Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod uiderit patrem facientem: usque ad id, ubi ait, Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit.*

TRACTATUS XVIII.

**I** OANNES Euangelista inter consortes & participes suos alios Euangelistas, hoc praecipuum & proprium donum accepit a domino, super cuius pectus in conuiuio discumbebat, ut per hoc significaret, quia secreta altiora de intimo pectore eius potabat, ut ea diceret de filio dei, quae paruulorum mentes fortassis intentas excitare possint, implere autem nondum capaces non possint. Grandiusculis autem quibusque mentibus, & ad aetatem quandam interius virilem peruenientibus, dat aliquid verbis his, quo & exerceantur & pascantur. Audistis cum legeretur, & vnde sermo iste venerit meministis. Hesterno enim die lectum est: quod propterea volebat Iesum Iudaei interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed etiam patrem suum dicebat deum, equalem se faciens deo. Quod Iudaeis displicebat, hoc ipsi patri placebat. Hoc sine dubio placet etiam eis, qui honorificant filium, sicut honorificant patrem: quia si eis non placeat, displicebunt. Non enim deus erit maior, quia placet tibi: sed tu mi-

Matth. 22.

1. Ioan. 4.

Ioan. 1.

1. Ioan. 4.

Esa. 58.

Eph. 2.

1. Cor. 10.

Galat. 6.

Eph. 4.

Deute. 6.  
Matth. 23.

Galat. 6.

L

M

Roma. 8.

Hebr. 9.

Gene. 2.

Gene. 2.

Psal. 68.

Matth. 6.

Esa. 14.

Gene. 3.

Philip. 2.

F

Ioan. 3.

G nor si displicet tibi, Aduersus hanc autem eorum calumniam venientem, vel de ignorantia vel de malitia loquitur dominus, non omnino quod capiebant, sed vnde agitur & conturbentur, & fortasse conuersi vel conturbati medicum quarant. Dicebat autem quae scriberetur, ut etiam a nobis postea legerentur. Viderimus ergo quid in Iudaeorum cordibus factum sit, cum haec audirent: quid in nobis fiat cum haec audimus, amplius cogitemus. Neque enim natae sunt haereses, & quadam dogmata peruersitatis illaqueantia animas, & in profundum praecipitantia, nisi dum scripturae bonae intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter asserit. Itaque charissimi, valde caute haec audire debemus, ad quae capienda paruuli sumus, & corde pio & cum tremore, sicut scriptum est, hanc tenentes regulam sanitatis, ut quod secundum fidem qua imbuti sumus, intelligere valuerimus, tanquam de cibo gaudemus: quod autem secundum sanam fidei regulam intelligere non poterimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus: hoc est, ut etiam si quid nescimus, bonum tamen & verum esse minime dubitemus. Et ego fratres qui suscepi loqui vobis, cogitandum sum a vobis qui susceperim, & quae susceperim. Suscepi enim tractanda diuina homo, spiritalia carnalis, & aeterna mortalis. Etiam a me charissimi, longe sit vana praesumptio, si volo sanus in domo dei conuersari, quae est Ecclesia dei vitii, columna & firmamentum veritatis: pro modulo meo capio quod vobis appono. Vbi aperitur, pascor vobiscum: vbi clauditur, pulso vobiscum. Comoti sunt ergo Iudaei & indignati sunt: merito quidem, quod auderet homo aequalem se facere deo: sed ideo immerito, quia in homine non intelligebat deum. Carnem videbant, deum nesciebant: habitaculum cernebant, habitatorem ignorabant: caro illa templum erat, deus inhabitabat intus. Non ergo Iesus carnem aequabat patri, non formam serui domino comparabat: non quod factum est propter nos, sed quod erat quando fecit nos. Quis namque sit Christus, catholicis loquor, nostis, quia bene credidistis: non verbum tantum, nec caro tantum, sed verbum caro factum est, ut habitaret in nobis. Recentes de verbo quod nostis, in principio erat verbum: & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: hic aequalitas cum patre. Sed verbum caro factum est, & habitauit in nobis: hac carne minor est patre. Ita pater & aequalis & maior: aequalis verbo, maior carne: aequalis ei per quem fecit nos, maior eo qui factus est propter nos. Ad hanc regulam sanam catholicam, quam praecipue nosse debetis, quam tenete qui nostis, a qua prorsus fides vestra labi non debet, quae nullis hominum argumentis extorquenda est cordi vestro, dirigamus ea quae intelligimus, & quae forte non intelligimus dirigenda ad hanc regulam, quandoque differamus cum idonei fuerimus. Nouimus ergo aequalem patri filium dei, quia nouimus in principio deum verbum. Quid ergo Iudaei volebant eum interficere. Quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo, videntes carnem, non videntes verbum. Loquatur ergo & contra eos verbum per carnem, & interior habitator sonet per habitaculum suum, ut qui potest, nouerit quis intus habitat. Quid ergo eis dicit? Respondit itaque Iesus & dixit eis, commotis quod aequalem se faceret deo: Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem.) Ad haec quid responderint Iudaei, scriptum non est, & fortasse tacerunt. Quidam tamen qui Christianos se

haberi volunt, non tacent, & quodammodo ex his verbis concipiunt quadam dicenda contra nos: quae continentia non sunt & propter ipsos & propter nos. Arriani quippe haeretici dicentes, non per carnem sed ante carnem, filium ipsum qui suscepit carnem, minorem esse quam pater est, & non esse eiusdem substantiae, cuius pater est, capiunt ex his verbis anam calumniae, & respondent nobis, Videtis quia dominus Iesus cum animaduerteret Iudaeos ex hoc moueri, quod patri deo aequale se faceret, & talia verba subiunxit, ut se aequalem non esse monstraret: mouebatur enim Iudaei, autem aduersus Christum, quia aequalem se faciebat deo, & volens eos corrigere ab hoc motu Christus: & eisdem monstrare filium non esse aequalem patri, id est, aequalem deo: ait, quasi dicens: Quid irascimini? quid indignamini? non sum aequalis, quia non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quid enim non potest, inquit, facere a se quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, utique minor est, non aequalis. In hac regula cordis sui distorta & praua, haeretico audiat nos nondum obiuergentes, sed adhuc quasi quarentes, & explicet nobis quod sentit. Puto enim, o quisquis ille est, faciamus enim eum tanquam presentem adesse: Tenes nobiscum, quia in principio erat verbum? Teneo, inquit: & quia verbum erat apud deum? Et hoc, inquit, teneo: Sequere ergo, & hoc fortius tene, quia deus erat verbum. Et hoc, inquit, teneo: sed ille deus maior, ille deus minor. Iam nescio quid paganum redolet, cum Christiano me loqui arbitrabar. Si est deus maior & deus minor, duos deos colimus, non vnum deum. Quare, inquit, & tu non duos deos dicis aequales sibi? Hoc ego non dico, Aequalitatem enim istam sic intelligo, ut ibi intelligam etiam indiuiduam charitatem: & si indiuiduam charitatem, perfectam vnitatem. Si enim charitas quam misit hominibus deus, de multis hominum cordibus fecit cor vnum, & multas hominum animas fecit animam vnā: sicut de credentibus Iesum; inuicem diligentibus scriptum est in Actibus Apostolorum, Erat illis anima vna, & cor vnum in deum. Si ergo anima mea & anima tua cum idem sapimus nosque diligamus, sit anima vna: quanto magis pater deus & filius deus, in fonte dilectionis deus vnus est? Verum ad haec verba, quibus commotum est cor tuum, intende, & recole mecum quod de verbo requirebamus. Si iam tenemus, deus erat verbum: adiungo illud, quia cum dixisset, Hoc erat in principio apud deum: continuo subiicit Euangelista, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nunc te querendo exagito, nunc te contra me moueo, & te contra te interpello. Tene tantum memoriter ista de verbo, Quia deus erat verbum: & omnia per ipsum facta sunt. Audi iam verba quibus commotus es, ut minorem diceres filium: nempe quia dixit, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Ita, inquit, expone mihi paululum, sic quantum opinor intelligis, quoniam quadam facit pater, filius autem attendit quemadmodum facit pater, ut possit & ipse ea facere, quae viderit patrem facientem. Duos quasi fabros constituisti, ita patrem & filium, ut etiam magistrum & discipulum: quomodo solent patres fabri docere filios suos artem suam. Ecce descendendo ad carnalem sensum tuum, ita interim cogito ut tu: videamus si cogitatio haec nostra inueniat exitum secundum illa, quae iam de verbo pariter locuti sumus, pariterque sentimus, quia deus verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Pone igitur patrem tanquam fabrum, quadam opera facientem, filium

Acto. 4.

M

Mat. 5.

A filium autem tanquam discipulum, qui non potest facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: intendit enim quodammodo in manus patris, ut quomodo viderit eum fabricare, sic & ipse tale aliquid fabricet in operibus suis. Sed pater iste omnia illa quae facit: & vult ut attendat eum filius, & talia & ipse faciat, per quae facit. Eia nunc est ut assis sententiae tuae priori, quam mecum recensuisti, mecumque tenuisti, quia in principio erat verbum, & apud deum verbum, & deus verbum, & omnia per ipsum facta sunt. Tu ergo cum mecum tenueris, quia per verbum facta sunt omnia, rursus carnali sapore & puerili motu facis tibi in animo deum facientem, & verbum attendentem, ut cum fecerit deus, faciat & verbum. Quid enim fecit deus praeter verbum? Si enim facit, non omnia per verbum facta sunt, perdidisti quod tenebas. Si autem omnia per verbum facta sunt, corrige quod male intelligebas. Fecit pater, & non fecit nisi per verbum. Quomodo attendit verbum ut videat patrem facientem sine verbo, quod similiter faciat verbum? Quicquid fecit pater, per verbum fecit: aut falsum est, omnia per ipsum facta sunt: sed verum est, omnia per ipsum facta sunt. Parum fortasse tibi videbatur, et sine ipso factum est nihil. Recede ergo ab ista carnis prudentia, & quaeramus quemadmodum dictum sit, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quaeramus, si digni sumus qui apprehendamus. Fateor enim, magna res est, ardua omnino, videre facientem patrem per filium, non singula opera facientem patrem & filium, sed quodlibet opus patrem per filium, ut nulla opera fiat, vel a patre sine filio, vel a filio sine patre: quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Quibus in fundamento fidei firmissime constitutis, iam quale est videre, quia non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: Quare, ut opinor, nosse filium facientem: quare prius nosse filium videntem. Certe quid enim ait? Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Intende quod dixit, nisi quod viderit patrem facientem. Praecedit visio, & sequitur effectio: videt enim ut faciat: Tu quid quaeris iam nosse quomodo faciat, dum nodum scias quomodo videat? Quid curris ad id quod posterius est, relicto quod prius est? Videntem te dixit & facientem, non facientem & videntem, quia non potest a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Vis ut explicem tibi quomodo faciat? Tu mihi explica quomodo videat. Si hoc tu explicare non potes, nec ego illud: si hoc tu percipere nondum es idoneus, nec ego illud. Vterque ergo nostrum quaerat, vterque pulset, ut vterque accipere mereatur. Quid quasi doctus calumniarius indoctus: ego ad faciendum, tu ad videndum, ambo indocti a magistro quaeramus, non in schola eius pueriliter litigemus. Tamen simul iam dicimus, quia omnia per ipsum facta sunt. Ergo manifestum est, quia non alia opera facit pater, quae videat filius, ut & ipse faciat similia, sed eadem opera facit pater per filium, quia omnia per verbum facta sunt. Iam quomodo faciat deus quis nouit? Non dico quomodo fecerit mundum, sed quomodo fecerit oculum tuum, cui carnaliter inharens, visibilia inuisibilibus comparas. Talia enim de deo cogitas, qualia his oculis videre consuesti. Si autem istis oculis videri posset deus, non diceret, Beati mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Ergo habes oculum corporis ad videndum fabrum, sed nondum habes oculum cordis ad videndum deum, ideo quod soles videre in fabro, transferre vis in deum. Pone in terra terrena, sursum cor: Quid ergo fratres charissi-

mi? Explicatur sumus nos quod interrogamus, quomodo videat verbum, quomodo pater videatur a verbo, quid sit videre verbum? Non sum tam audax, tam temerarius, ut hoc me explicare pollicer vobis. Vtunque suspicor modulum vestrum, noui tamen meum. Si ergo placet, non diutius immoremur, percurramus lectionem, & videamus verbis domini turbari corda carnalia: ad hoc turbari, ne in eo quod tenent, remaneant. Extorqueatur tanquam puerile ludicrum, nescio quid, quo se male auocant, ut possint inferi utiliora grandioribus, ut possint proficere qui repetebant in terra. Surge, quare, suspira, anhela desiderio, & ad clausa pulsa. Si autem nondum desideramus, nondum inhiamus, nondum suspiramus, margaritas quibuscumque proiecturi sumus, aut margaritas qualescumque nos ipsi inuenturi sumus? Mouerim ergo charissimi desiderium in corde vestro: mores perducunt ad intelligentiam: genus vitae perducit ad genus vitae. Alia vita terrena, alia vita caelestis: alia vita pecorum, alia vita hominum, alia vita angelorum. Vita pecorum, terrenis voluptatibus aestuat, sola terrena conquirunt, in hac prona atque proiecta est: vita angelorum sola caelestia: vita hominum media est inter angelorum & pecorum. Si viuunt homo secundum carnem, pecoribus comparatur: si viuunt secundum spiritum, angelis sociatur. Quando secundum spiritum viuunt, quare etiam in ipsa angelica vita, vtrum paruum an grandis sis. Si enim adhuc paruus es, dicunt tibi angeli, cresce: nos panem manducamus, tu lacte nutrire, lacte fidei, ut peruenias ad cibum spei. Si autem adhuc inhiatur fordibus voluptatibus, si adhuc fraudes cogitantur, si mendacia non vitantur, si mendacia perituris cumulantur, tam immundum cor audet dicere, Explicam mihi, quomodo videt verbum: etiam si possum, etiam si iam videam. Porro autem si forte ego non sum in his moribus, & tamen ab ista visione longe sum: quantum ille qui nodum isto supermo desiderio rapitur, terrenis desideris pregrauatur: Multum interest inter auerfantem & desiderantem: iterum multum interest inter desiderantem & fruientem. Vitius ut pecora, auerfantis: angeli perfruuntur. Tu autem si non viuus ut pecora, iam non auerfantis. Desideras aliquid & non capis, inchoasti ipso desiderio vitam angelorum: crescat in te & perficiatur in te, & capias hoc a me, sed ab illo qui & me fecit & te. Tamen non utique nos dimisit & dominus qui voluit intelligi: quia in eo quod dixit, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, non alia opera pater facit quae videat filius, & alia filius cum viderit patrem facientem, sed eadem opera ipsa & pater & filius. Secutus enim ait, Quaecumque ille fecerit, haec & filius similiter facit. Non cum ille fecerit, alia filius similiter facit: sed quaecumque ille fecerit, haec & filius similiter facit. Si haec facit filius quae fecerit pater per filium, facit pater. Si per filium facit quae facit pater, non alia pater, alia filius facit, sed eadem opera sunt patris & filij. Et quomodo eadem facit & filius, & eadem & similiter? Ne forte eadem sed dissimiliter: eadem inquit, & similiter. Et quomodo possit eadem non similiter: accipite exemplum, quod puto ad vos non sit grande. Cum scribimus literas, facit eas primo cor nostrum, & deinde manus nostra. Certe vnde omnes acclamatis, nisi quia cognouistis certum esse quod dixi, & manifestum omnibus nobis? Literae sunt primo a corde nostro, deinde a corpore nostro. Manus seruit imperanti cordi, eadem literas facit & cor & manus. Nunquid alias cor, alias manus? Nam aliud est cor,

**G** aliud est manus. Eisdem quidem facit manus, sed non similiter. Cor enim nostrum facit eas intelligibiliter inuisibiliter: man<sup>9</sup> autem visibiliter. Ecce quomodo sunt eadem & dissimiliter. Vnde parum fuit domino dicere, quæcunque pater fecerit, hæc & filius facit: nisi adderet, & similiter. Quod si enim hoc modo intelligeres, quomodo quæcunque cor facit, hæc & manus facit, sed non similiter. Hic vero addidit, hæc & filius similiter facit. Si & hæc facit & similiter facit, expurgare erigat t<sup>9</sup> Iudæus, credat Christianus, conuincatur Arrianus hæreticus, equalis est patri filius. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Ecce est illud, demonstrat, cui<sup>9</sup> utique quasi videti. Redimus ad id quod explicare non possum<sup>9</sup>, quomodo verbum videat. Ecce homo factus est per verbum: sed homo habet oculos, habet aures, habet manus, diuersa membra in corpore. Per oculos potest videre, per aures potest audire, per manus operari: diuersa membra, diuersa membrorum officia: non potest illud membrum quod potest alteri, tamen propter corporis unitatem, ocul<sup>9</sup> & sibi & auri videt, & auris sibi & oculo audit. Nunquid tale aliquid in verbo arbitrandum est esse, quoniam omnia per ipsum: & dixit scriptura in Psalmo, Intelligite qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite, Qui plantauit aurem non audiet, aut qui finxit oculum non considerat: Si ergo finxit oculum verbum, si plantauit aurem verbum, quia omnia per verbum, non possumus dicere, non audit verbum, non videt verbum, ne obiurgat nos Psalms & dicat, Stulti aliquando sapite. Itaque si audit verbum & videt verbum, audit filius & videt filius. Nunquid tamen & in ipso diuersis locis quæsituri sumus oculos & aures? Aliunde audit, aliunde videt: & auris eius non potest quod oculis: & oculis non potest, quod potest auris. An totus ille visus est, & totus auditus? Forte ita, imò non forte, sed vere ita, dum tamen & ipsum eius videre, & ipsum eius audire, longe alio modo quàm nostrum sit: & videre & audire simul in verbo est, nec aliud ibi est audire, & aliud videre, sed auditus visus, & visus auditus. Et nos qui aliter audimus, aliter videmus, hoc vnde nouimus? Redimus forte ad nos, si non sumus præuaricatores, quibus dictum est, Redite præuaricatores ad cor: redite ad cor, quid itis à vobis, & peritis à vobis? quid itis solitudinis vias? Erratis vagando, redite, quò ad dominum: cito est: primo redi ad cor tuum, exili à te vagaris foris: te ipsum non nosti, & queris à quo factus es: redi ad cor, tolle te à corpore. Corpus tuum habitatio tua est: cor tuum sentit etià per corpus tuum: sed corpus tuum non quod cor tuum: dimitte corpus tuum, redi ad cor tuum. In corpore tuo inueniebas alibi oculos, alibi aures, in corde tuo nunquid hoc inuenis? an in corde non habes aures? de quibus ergo domin<sup>9</sup> dicebat, Qui habet aures audiendi audiatur: an in corde non habes oculos? Vnde dicit Apostol<sup>9</sup>, Illuminatos oculos cordis vestri: Redi ad cor, vide ibi quid sentias forte de deo, quia ibi est imago dei. In interiore homine habitat Christus, in interiore homine renouaris ad imaginem dei, in imagine sua cognosce authorem eius. Vide quemadmodum omnes corporis sensus cordi intrò nunciant id quod senserint foris. Vide quàm multos ministros habeat vn<sup>9</sup> interior Imperator, & quid apud se etiam sine his ministris agat. Renunciant oculi cordi alba & nigra, renunciant aures eidem cordi odora & putentia. Renunciat gustus eidem cordi amara & dulcia. Renunciat tactus eidem cordi lenia & aspera. Renunciat sibi ipsum cor iusta & iniusta. Cor tuum &

videt & audit, & cætera sensibilia diiudicat, & quò non aspirant corporis sensus, iusta & iniusta, mala & bona discernit. Ostende mihi oculos, aures, nares cordis tui. Diuersa sunt quæ ad cor tuum referuntur, & diuersa ibi membra non inueniuntur. In carne tua alibi aures, alibi vides: in corde tuo ibi audis, vbi vides. Si hoc imago, quàmto potentius ille cuius est imago? Ergo & audit filius & videt filius, & ipsa visio & auditio filii: & hoc est illi audire quod esse, profecto & hoc est illi videre quod esse. Tibi non hoc est videre quod esse, quia & si perdas visum, potes esse: & si perdas auditum, potes esse. Putamusne pulsamus? Erectum est aliquid in nobis quod vel tenuiter suspicemur, vnde lumen veniat nobis: puto fratres, quia cum loquimur ista, & cum meditamur, exercemus nos. Et cum exercemus nos in ipsis, & rursus quasi reflectimur pondere nostro ad ista consueta, tales sumus, quales sippientes, cum producuntur ad videndum lumen, si forte antea visum omnino non habebant, & incipiunt eundem visum per diligentiam medicorum vtcunque reparare, & cum probare vult medicus quàm salutis eis accesserit, tentat & eis ostendere quod videre desiderant, & non poterant cum cæci essent, & redeunte iam vtcunque acie oculorum, producuntur ad lumen. Et cum viderint fulgorè, in ipso reuerberantur quodammodo, & respondent medico demonstranti, iam iam vidi, sed videre non possum. Quid ergo facit medicus, Reuocat ad solita & addit collyrium, vt ad illud quod visum est, & videri non potest, desiderium nutriat, & ex ipso desiderio curetur plenius, & si qua mordacia reparanda sanitati adhibentur, fortiter ferat, vt amore illi<sup>9</sup> lucis accensus dicat sibi, Quando erit vt illud firmis oculis videam, quod saucius infirmis: non potui? Urget medicum, & rogat vt curet. Ergo fratres, si forte tale aliquid factum est in cordibus vestris, si vtcunque exexistis cor vestrum ad videndum verbum, & ipsi<sup>9</sup> luce reuerberati ad solita recidistis, rogate medicum vt adhibeat collyria mordacia, præcepta iustitiæ. Est quod videas, sed non est vnde videas. Non mihi antea credebatur, quia est quod videas, duce quadam rationis adductus es: propinquasti, intendisti, palpatasti, refugisti. Scis certe esse quod videas, sed idoneum non te esse qui videas. Ergo curare. Quæ sunt collyria? Noli mentiri, noli periurare, noli adulterari, noli furari, noli fraudare. Sed confuisti, & cum aliquo dolore à consuetudine reuocaris, hoc est quod mordet, sed sanat: nam dico tibi liberius ex timore & meo & tuo, si curari restiteris, & esse idoneus ad perfrendum hac luce neglexeris, valetudine oculorum tuorum tenebras amabis, & amando tenebras, in tenebris remanebis, & remanendo in tenebris, etiam in tenebras exteriores proiciaris: ibi erit fletus & stridor dentium. Si nihil in te faciebat amor lucis, faciat timor doloris. Sufficienter me locutum arbitror, & lectionem tamen Euangelicam non finiu. Si dicam reliqua, onerabo vos, & timeo ne etiam quod haustum est effundatur. Sufficiant ergo ista charitati vestra. Debitores sumus, non nunc, sed semper quadiu viuimus, quia propter vos viuimus: veruntamen vitam nostram istam infirmam, laboriosam, periculosam, in hoc mundo consolamini bene viuendo. Nolite nos contristari & atterere malis moribus vestris. Cum enim offendimur mala vita vestra, si refugiamus à vobis, & separemus nos à vobis, & ad vos non accedamus, nonne cõqueremini & dicetis, & si languebamus curaretis, & si infirmabamur visitaretis? Ecce curamus, ecce visitamus: sed non nobis fiat quomodo audistis. ab. Apolo, Timeo ne sine causa laborauerim in vobis.

Ab eo

**A** b eo quod scriptum est, Non potest à se filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: usque ad id quod ait, Quia non quero uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me.

Tractatus. XIX.

**S** E R M O N E pristino quatum nostrum mouit affectum, & intelligendi paupertate, locuti sumus ex occasione verborum euangelicorum, vbi scriptum est, Non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quid sit videre filij, hoc est, videre verbi, quia filius verbum, & quia per verbum facta sunt omnia, quomodo possit intelligi, quod videat filius primo patrem facientem, tunc demum & ipse faciat quæ facta cõpexerit, cum pater nihil nisi per filium fecerit: omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Nò tamen explicatum aliquid diximus, quia nec explicatum aliquid intelleximus. Aliquando enim sermo deficit, vbi etiam intellectus proficit: quato magis sermo patitur defectionem, quando intellectus non habet perfectionem? Nunc itaq; quantum dominus donat, breuiter percurram<sup>9</sup> lectionem, & vel hodie expleamus debitum pensum. Si quid forte remanserit vel temporis vel viri, retractabimus si potuerimus, quantum & à nobis & apud vos fieri potest. Quid sit videre verbi, demonstrari verbo non potest: omnia quippe dicta sunt hic, quæ si intelligatur secundum humanum sensum carnaliter, nihil aliud nobis facit anima plena phantasmatis, nisi quasdam imagines velut duorum hominum patris & filij, vnus ostendentis, alterius videntis: vnus loquentis, alterius audientis, quæ omnia idola cordis sunt. Quæ si iam deiecta sunt de templis suis, quanto magis deiecienda sunt de cordibus Christianis? Nò potest, inquit, filio à se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Verum est hoc, tenete hoc: dum tamen non amittatis, quod in ipsius Euangelij exordio tenuistis, quia in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, & præcipue quia omnia per ipsum facta sunt. Quod nunc enim audistis, coniungite illi auditui, & vtrunq; cõcordet in cordibus vestris. Sic itaq; nò potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem, vt tamen pater ea quæ facit non faciat, nisi per filium, quia filius eius est verbum, & in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & de<sup>9</sup> erat verbum, quia omnia per ipsum facta sunt. Quæcunq; enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Non alia, sed hæc: nec dissimiliter, sed similiter. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Ad hoc quod supra dixit, Nisi quod viderit patrem facientem, videtur pertinere, & quod omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Sed si pater demonstrat quæ facit, nec filio potest facere nisi pater demonstrauerit: paterq; demonstrare non potest nisi fecerit, cõsequens erit vt non per filium faciat omnia pater. Porro si fixum atq; inconciliabile tenemus, quia per filium omnia pater facit, antequam faciat demonstrat filio, vt filius demonstrata faciat: quæ demonstrata iam facta sunt aliquid proculdubio pater sine filio fecit: sed non facit pater aliquid sine filio, quia filio dei verbum dei est, & oia per ipsum facta sunt. Remanet igitur fortasse, vt quæ pater facturus est, demonstrat facienda vt per filium sint facta: nam si filius ea facit quæ pater facta demonstrat, lea quæ pater facta demonstrat, inò vtiq; per filium facit. Monstrari enim non possent filio nisi facta: filius facere non posset, nisi monstrata fuerint: ergo sine filio facta: Sed verus est, omnia per ipsum facta sunt, ergo anteq; facta, monstrata sunt. Sed hoc di-

Tomus nonus.

imus differendū esse, quo redeundū sit, percurra lectione, si vt dixim<sup>9</sup>, aliquid vel teporis vel virium nobis remanserit, ad ea quæ distulimus retractanda. Ampli<sup>9</sup> audite & difficilius. Et maiora his, inquit, demonstrabit ei opera, ita vt vos miremini. Maiora his, quibus maiora: Facile occurrit iis quæ modo audistis, curationib<sup>9</sup> languorum corporalium. De isto enim qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, & Christi verbo sanatus est, nata est huius occasio tota sermonis. Et propter hoc domin<sup>9</sup> dicere potuit, maiora his demonstrabit ei opera, vt vos miremini. Sunt enim opera maiora quàm ista, & demonstrabit ea pater filio. Non demonstrabit ei tanq; de præterito, sed demonstrabit de futuro, hoc est, demonstraturus est. Rursus difficilis oritur quæstio. Est enim aliquid apud patrem quod filio nondum demonstratū sit: & aliquid apud patrem quod adhuc latebat filio, quado ista filius loquebatur. Si enim demonstrabit, hoc est, demonstraturus est, nondum demonstrauit, & filio tunc demonstraturus est quando & istis: sequitur enim, ita vt vos miremini. Et hoc difficile est videre, quomodo tanquam temporaliter filio coæterno aliquid demonstrat ætern<sup>9</sup> pater omnia scienti, quæ sunt apud patrem. Quæ sunt tamen illa maiora? Hoc enim forte facile est intelligere. Sicut enim pater, inquit, suscitatur mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Maiora ergo sunt opera mortuos suscitare, quàm læguos sanare. Sed sicut resuscitat pater mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Alios ergo pater, alios filio? Nò, sed omnia per ipsum. Ipsos itaq; filio quos & pater: quia nò alia, nec aliter, sed hæc & filius similiter facit. Ita plane intelligendum est, & ita tenendū: sed mementote quia filius quos vult viuificat. Tenete hic ergo non solum potestatem filij, verum etià voluntatem, & filius quos vult viuificat, & pater quos vult viuificat, & ipsos filius quos & pater: ac per hoc eadem patris & filij potestas est & voluntas. Quid est ergo quod sequitur? Neq; enim pater iudicat quicquam, sed iudicium omne dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificat patrem. Quod ita subiunxit tanq; rationem reddens superioris sententiæ: multum mouet, intente estote. Filio quos vult viuificat, pater quos vult viuificat. Filius suscitatur mortuos, sicut pater suscitatur mortuos: neq; enim pater iudicat quenquam. Si in iudicio suscitandi sunt mortui, quomodo pater suscitatur mortuos, si nò iudicat quenquam? Omne quippe iudicium dedit filio: in illo autem iudicio suscitantur mortui, & resurgent alij ad vitam æternam, alij ad pœnam. Quod totum si filius facit, pater autem ideo non facit, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, cõtrariū videbitur ei quod dictum est. Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat: simul ergo suscitatur. Si simul suscitatur, simul viuificatur, simul ergo iudicatur: quomodo itaque verum est, Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? Moueant interim propositæ quæstiones, præstabit domin<sup>9</sup> vt solute delectent. Ita est fratres, Omnis quæstio nisi intentum fecerit proposita, nò delectabit exposita. Sequatur ergo ipse dominus, ne forte in iis quæ subnectit, aperiat se aliquantum. Subtexit enim nubilo lucem suam, & difficile est aquilæ more volare super omnem nebulam qua tegitur omnis terra: & videre in verbis domini syncretissimam lucem. Ne forte ergo calore radiorum suorū discutiat caliginem nostram, & aliquantulum se in cõsequētibus aperire dignetur, dilatis istis sequentia videamus. Qui nò honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Hoc verum est & planum est. Omne

e iij quippe

Jalías strin-  
ganur.

Psal. 93.

Esaie. 48.

Luc. 8.

Eph. 1.

Ioan. 1.

Matth. 22.



**G** quippe iudicium dedit filio, sicut supra dixit, ut omnes honorificent filium sicut honorificat patrem. Quid si inueniuntur qui patrem honorificant, & non honorificant filium? Non potest, inquit, fieri, qui non honorificant filium, non honorificant patrem qui misit illum. Nō potest ergo dicere aliquis, Ego patrem honorificabā, quia filium non noueram: si nondum filium honorificabas, nec patrem honorificabas. Quid est ergo honorificare patrem, nisi quod habeat filium? Aliud est enim cum tibi commendatur deus quia deus est: & aliud est, cum tibi commendatur deus quia pater est. Cum tibi quia deus est commendatur, creator tibi commendatur, omnipotens tibi commendatur, spiritus quidem summus, æternus, inuisibilis, incommutabilis tibi commendatur. Cum vero tibi quia pater est, commendatur, nihil tibi aliud quam & filius commendatur: quia pater dici non potest, si filium non habet: sicut nec filius, si patrem nō habet. Sed ne forte quidem patrem honorifices tanquam maiorem, filium vero tanquam minorem, ut dicas mihi, honorifico patrem: scio enim quod habeat filium, & nō erro in patris nomine, non enim patrem intelligo sine filio: honorifico tamē & filium tanquam minorem, corrigit te ipse filius & reuocat te dicens, ut omnes honorificent filium, non inferius, sed sicut honorificant patrem. Qui ergo non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Ego, inquit, maiorem honorem volo dare patri, minorem filio. Ibi tollis honorem patri, ubi minorem das filio. Quid enim aliud tibi videtur ita sentienti, nisi quia pater æqualem sibi filium generare, aut noluit, aut non potuit? Si noluit, inuidit: si non potuit, defecit. Non ergo vides, quia ita sentiendo ubi maior honorem vis dare patri, ibi es contumeliosus in patrem? Proinde sic honorifica filium, quomodo honorificas patrem, si vis honorificare & patrem & filium. Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium nō venit, sed transit à morte ad vitam. Et hoc attendite, qui verbum meum audit: & non dixit, & credit mihi, sed, credit ei qui me misit. Verbum ergo filij audiat, ut patri credat. Quare verbum audit tuum, & credit alteri? Nonne cum verbum alicuius audimus, eidem verbum proferenti credimus, loquenti nobis fidem accommodamus? Quid ergo voluit dicere, qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, nisi quia verbum eius est in me? Et quid est, audit verbum meum, nisi audit me? Qui credit mihi, & credit ei qui misit me, quia cū illi credit, verbo eius credit: cum autem verbo eius credit, mihi credit: quia verbum patris ego sum. Pax ergo in scripturis, & omnia disposita, nequaquam rixantia. Tu abiice litem cordis tui, intellige concordiam scripturarum: nunquid contraria sibi diceret veritas, Qui audit, inquit, verbum meum, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam? Meministis quod superius posueram, quia sicut pater suscitatur mortuos & viuificat: sic & filius quos vult viuificat. Incipit iam aperire se & loqui de resurrectione mortuorum, & ecce resurgunt mortui, Qui enim verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit. Proba quia resurrexit, sed transit, inquit, à morte ad vitam. Qui transit à morte ad vitam, nullo dubitante vtique resurrexit. Non enim transfret de morte ad vitam, nisi primo esset in morte, & nō esset in vita: cū autē trāierit, erit in vita, nō erit in morte. Mortuus ergo erat & reuixit, perierat & inuentus est. Fit proinde iam

Lucę. 15.

quādā resurrectio, & trāseūt homines à morte quadam ad quādā vitam: à morte infidelitatis, ad vitam fidei: à morte falsitatis, ad vitam veritatis: à morte iniquitatis, ad vitam iustitię. Est ergo & ista quadam resurrectio mortuorum. Aperiat illā plenius, & diluceat nobis vt cepit. Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est. Nos expectabamus in fine resurrectionem mortuorum, nam ita credimus. Imō nō expectabamus: sed planē expectare debemus: neque enim falsum credimus in fine mortuos resurrecturos. Cum ergo vellet dominus noster Iesus insinuare nobis quadam resurrectionem mortuorum, ante resurrectionem mortuorum, non sicut Lazari, vel filij illius viduę, vel filię archifynagogi, qui resurrexerunt morituri: nam & ipsorum mortuorum quadam resurrectio facta est ante resurrectionem mortuorum: sed sicut hic dicit, Habet, inquit, vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam. Ad quam vitam? ad æternam: non autem sicut corpus Lazari: transit enim & ille à morte sepulchri ad vitam hominum, sed non ad æternam, iterum moriturus: resurrecturi autem in fine seculi mortui, in vitam æternam transibunt. Cum ergo vellet dominus noster Iesus Christus magister celestis, verbum patris & veritatis demonstrare nobis quadam resurrectionem mortuorum in æternam vitam, ante resurrectionem mortuorum in æternam vitam. Venit hora, inquit, tu proculdubio imbutus fide resurrectionis carnis, expectabas horam illam finis seculi, diem iudicij, quam ne in isto loco expectares, addidit, & nunc est. Quod ergo dicit, Venit hora, nō dicit de illa hora nouissima, ubi in iussu & voce archangeli, & in tuba dei dominus ipse descendet de cœlo, & mortui in Christo resurgent primi, deinde nos viuentes qui reliqui sumus, simul rapiemur cū illis in nubibus obuiam Christo in aëra, & ita semper cū domino erimus. Et veniet illa hora, sed non est nūc. Hora vero ista quę sit, aduertite. Venit hora & nunc est. Quid in ea sit? Quid nisi resurrectio mortuorum? Et qualis resurrectio? Vt qui resurgunt, in æternum viuant? Hoc erit & in nouissima hora. Quid igitur, quomodo intelligemus duas istas resurrectiones? Nunquid forte qui nunc resurgunt, tunc non resurgent, vt aliorum fiat tunc resurrectio, aliorum nunc? Non est ita, nam ista resurrectione si recte credimus, resurreximus: & nos ipsi qui iam resurreximus, alteram in fine resurrectionem expectamus. Sed & nunc in æternam vitam resurreximus, si in fide ipsa perseueranter manemus: & tunc in æternam vitam resurgemus, quando angelis coequalibimur. Ipse ergo distinguat, ipse aperiat quod loqui ausi sumus, quomodo fiat resurrectio ante resurrectionem, non aliorum & aliorum, sed eorundem: nec talis qualis Lazari, sed in vitam æternam. Aperiet planē. Audite dilucefcentem magistrum, & illabentem cordibus nostris solem nostrum, non quem desiderant oculi carnis, sed cui astuant aperiri oculi cordis. Ipsum ergo audiamus, Amen amen dico vobis, quia venit hora & nunc est; quando mortui, Videte exprimi resurrectionem.

Quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint viuunt. Quare addidit, qui audierint viuunt? Possent enim audire nisi viuere: Sufficeret ergo, Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei. Iam nos si intelligeremus viuentes eos, quando nisi viuerent, audire non possent: non inquit, quia viuunt audiunt, sed audiendo renouiscunt. Audient, & qui audierint viuunt. Quid est ergo audient, nisi obaudiet: Quatum enim pertinet ad auris auditum, nō omnes qui audient

Ioan. 11.  
Lucę. 7.  
Marc. 5.

L

1. Thef. 4.

M

**A** dient viuunt: multi enim audiunt & non credunt. Audiendo & non credendo nō obaudiunt, non obaudiendo non viuunt. Itaque hic, qui audiat, nihil est aliud quam qui obediunt. Qui ergo obediunt viuunt, certi sunt, securi sunt, viuēt. Prædicatur Christus verbum dei, filius dei, per quem facta sunt omnia, certe dispensationis gratia, assumpta carne natus ex virgine, infans in carne, iuuenis in carne: patiens in carne, moriens in carne, resurgens in carne, ascendens in carne: promittens resurrectionem carni, promittens resurrectionem menti: menti ante carnem, carni post mentem. Qui audit & obaudit viuēt: qui autem audit & nō obaudit, id est, qui audit & contemnit, audit & non credit, nō viuēt. Quare non viuēt: quia non audit. Quid est non audit? non obaudit. Ergo qui audierint, viuunt. Attende nunc quid dixerimus differendum, vt nūc si fieri potuerit aperiat. Subiecit cōtinuo de hac ipsa resurrectione, Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Quid est, habet vitam pater in semetipso? Non alibi habet vitam, sed in semetipso: viuere quippe suum in illo est & non aliunde. Et non alienū est, non quasi mutuatur vitam, nec quasi particeps fit vite, eius vitam quę non est quod ipse: sed habet vitam in semetipso, vt ipsa vita sibi sit ipse. Si potuero adhuc modicum quid inde dicere exemplis propositis ad intelligentiam vestram informandam, domino adiuuante potuero, & pietate intentionis vestrę. Viuit deus, viuunt & anima: sed vita dei immutabilis est, vita animę mutabilis est: Deo nec proficit nec deficit, sed est ipse semper in se, est ita vt est, nō aliter nunc, aliter postea, aliter antea: animę vero vita, valde aliter atque aliter. Viuebat fluita, viuunt sapienter: viuebat iniqua, viuunt iusta. Nūc meminit, nunc obliuiscitur: nunc discit, nunc discere non potest. Nunc perdit quod dixerat, nunc recipit quod amiserat. Mutabilis vita animę, & cum viuunt anima in iniquitate, mors eius est. Cum autem fit iusta, fit particeps alterius vitę, quę non est quod ipsa: erigendo se quippe ad deum & inhaerendo deo, ex illo iustificatur. Dicitur enim, Credenti in eum qui iustificat impiū, deputatur fides eius ad iustitiam. Deficiendo ab illo fit iniqua, proficiendo ad illum fit iusta. Nōne videtur tibi quali aliquid frigidū, igni admotum feruescere, remotum ab igne torpescere? Nōne videtur tibi quiddam tenebrosū, ad motum luci clarescere, remotum à luce nigrescere? Tale quiddam est anima, non tale aliquid deus. Potest & homo dicere habere se lucē nunc in oculis suis: Dicant ergo quasi quadam voce propria oculi tui si possunt, Habemus lucem in nobis ipsis. Contra dicitur, non proprie dicitis, habere vos lucem in vobis ipsis: habetis lucem, sed in cœlo. Habetis lucem, si forte nox est, sed in luna, in lucernis, non in vobis ipsis: nam clausi amittitis, quod aperti percipitis. Nō in vobis ipsis habetis lucem, sole occidente tenete lucem si potestis. Nox est, & lumine nocturno perfrui mini: subducta lucerna tenete lucem. Cum vero subducta lucerna in tenebris remaneatis, nō lucem in vobis ipsis habetis. Hoc est ergo habere lucem in semetipso, non indigere luce ex altero. Ecce vbi, si quis intelligat, ostendit filium æqualem patri, ubi ait, Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Vt hoc solum intersit inter patrem & filium, quia pater habet vitam in semetipso, quam nemo ei dedit. Filius autem habet vitam in semetipso quam pater dedit. Sed etiam hic oritur aliquid nubilum discutendum. Non deficiamus, intenti simus: pascua mentis sunt, non fasti-

Rom. 4.

C

diamus vt viuamus. Ecce, inquit, fateris ipse, quod vitam filio pater dedit, vt habeat eā quidem in semetipso, sicut habet pater vitam in semetipso. Non indiget ille, non indigeat & iste: vt sit ille vita, sit & iste, & vt unque cōiunctum vna vita, non due: quia vnus deus, non duo dii, & hoc ipsum sit esse vitam. Quomodo ergo dedit filio vitam pater? Non sic quasi antē fuerit filius sine vita, atque vt viueret à patre acceperit vitam: nam si hoc esset, non haberet vitam in semetipso. Ecce de anima loquebar. Est anima etsi non sit sapiens, etsi non sit iusta, anima est: etsi non sit pia anima est. Aliud illi ergo est esse animam: aliud vero, esse sapientem, esse iustam, esse piā. Est ergo aliquid quod nondum est sapiens, nondum iusta, nondum pia, non tamen nihil est, non tamen nulla vita est: nam ex operibus quibusdam suis ostendit se viuam, etsi non se ostendit sapientem, piā, iustam. Nisi enim viueret, corpus non moueret pedibus gressum, manibus opus, oculis intuitum, auribus auditum, non aperiret os ad vocem, linguam ad distinctionem vocum non moueret. His itaque operibus viuere se ostendit, & esse aliquid quod sit corpore melius. Sed nunquid his operibus, sapientem, piā, iustam se ostendit? Nōne ambulat, operatur, videt, audiunt, loquuntur & stulti, & impij, & iniusti? Cū vero se erigit ad aliquid quod ipsa nō est, & quod supra ipsam est, & à quo ipsa est: percipit sapientiam, iustitiam, pietatem, sine quibus cū esset, mortua erat, nec vitam habebat qua ipsa viueret, sed qua corpus viuificaret. Aliud est enim in anima vnde corpus viuificatur, aliud vnde ipsa viuificatur. Melius quippe est quam corpus, sed melius quam ipsa est deus. Est ergo ipsa etiam si sit insipiens, iniusta & impia, vita corporis. Quia vero vita eius est deus, quomodo cum ipsa est in corpore, præstat illi vigorem, decorem, mobilitatem, officia membrorum: sic cum vita eius deus in ipsa est, præstat illi sapientiam, pietatem, iustitiam, charitatem. Aliud est ergo quod præstatur corpori de anima: aliud, quod præstatur animę de deo. Viuificat & viuificatur: mortua viuificat, sed ipsa non viuificatur. Veniente itaque verbo & infuso audientibus factisq; illis non solum audientibus, sed etiam obedientibus, resurgat anima à morte sua ad vitam suā, hoc est, ab iniquitate, ab insipientia, ab impietate ad deum suum, qui est illi sapientia, iustitia, charitas. Resurgat ad illum, illuminetur ab illo. Accedite, inquit, ad deum. Et quid nobis erit? Et illuminamini. Si ergo accedendo illuminamini, & recedendo tenebramini, non erat in vobis lumen vestrum, sed in deo vestro. Accedite vt resurgatis: si recesseritis moriemini. Si ergo accedendo viuunt, recedendo moriemini, nō erat in vobis vita vestra: ipsa est enim vita vestra, quę est lux vestra. Quoniam apud te est fons vita, & in lumine tuo videbimus lumen. Nō ergo sicut anima aliquid aliud est antequam illuminetur, & fit melius cum illuminatur participatione melioris: ita & verbum dei, filius dei, aliquid aliud erat antequam acciperet vitam, vt participando habeat vitam, sed vitam habet in semetipso, ac per hoc ipse est ipsa vita. Quid ergo ait, dedit filio vitam habere in semetipso? Breuiter dixerim, genuit filium. Neque erat sine vita, & accepit vitam, sed nascendo vita est. Pater vita est non nascendo: filius vita est nascendo. Pater de nullo patre, filius de deo patre. Pater quod est, à nullo est: quod autem pater est, propter filium est. Filius vero & quod filius est propter patrem est: & quod est, à patre est. Et hoc ergo dixit, vitam dedit filio, vt haberet eam in semetipso, tanquam diceret, Pater qui est vita in semetipso, genuit filium qui est

Psal. 35.

Psal. 35.

est

**G** esset vita in semetipso. Pro eo enim quod est genuit, voluit intelligi dedit, tanquam si cuiquam diceremus, dedit tibi deus esse. Cui dedit? Si alicui iam existenti dedit esse, non ei dedit esse, quia erat antequam ei daretur qui posset accipere. Cum ergo audis, dedit tibi esse, non eras qui acciperes, & existendo accepisti ut esses, Dedit structor domui huic ut esset, sed quid ei dedit? Ut domus esset. Cui dedit? Huic domui. Quid ei dedit? Ut domus esset. Quomodo potuit dare domui ut domus esset? Et enim si domus erat, cui daretur ut domus esset, quando iam domus erat? Quid est ergo, dedit ei ut domus esset? Fecit ut domus esset. Quid ergo filio dedit? Dedit ei ut filius esset. Genuit ut vita esset, hoc est, dedit habere ei vitam in semetipso ut esset vita, non egens vita, ne participando intelligatur habere vitam. Si enim participando haberet vitam non in semetipso, posset & amittendo esse sine vita: hoc in filio ne accipias, ne cogites, ne credas. Manet ergo pater vita, manet & filius vita. Pater vita in semetipso, non a filio: filius vita in semetipso, sed a patre. A patre genitus ut esset vita in semetipso: pater vero non genitus, vita in semetipso, nec minorem filium genuit, qui crescendo fieret equalis. Non enim ad sui perfectionem adiutus est tempore, per quem perfectum creata sunt tempora. Ante omnia tempora patri coaeternus est: non enim unquam pater sine filio. Aeternus autem pater est, ergo coaeternus & filius. Quid tu anima? Mortua eras, amiseras vitam, audi patrem per filium, surge, recipere vitam, ut in eo recipias vitam quam non habes in te, qui habet vitam in semetipso. Viuificat ergo te pater & filius, & agit prima resurrectio, quando resurgens ad participandam vitam quod tu non es, & participando efficeris viuens. Resurge a morte tua ad vitam tuam, qui est deus tuus, & transi a morte in vitam aeternam. Habet enim vitam aeternam pater in semetipso, & nisi filium talem generaret qui haberet vitam in semetipso, non sicut pater suscitaret mortuos & viuificat, sic & filius quos vellet viuificaret. Quid ergo de illa resurrectione corporis? Nam & isti qui audiunt & viuunt, unde nisi audiendo viuunt? Amicus enim sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi, non propter vocem suam, hoc est, participando, non existendo audiunt & viuunt: & omnes qui audiunt viuunt, quia omnes qui obediunt viuunt. Dic aliquid domine etiam de resurrectione carnis: fuerunt enim qui eam negarent, & dicerent, quia ista sola est resurrectio, quae fit per fidem: cuius resurrectionis modo dominus fecit commemorationem, & inflammat nos, quia quidam mortui audient vocem filij dei & viuunt. Non eorum qui audierint alij morientur, alij viuunt: sed omnes qui audierint viuunt, quia omnes qui obediunt viuunt. Ecce videmus resurrectionem mentis, non ergo amittamus fidem de resurrectione carnis. Et nisi tu domine Iesu dixeris eam, quem opponemus contradictoribus? Omnes enim sectae quae se aliqua religione hominibus inferere presumpserunt, non negauerunt istam mentium resurrectionem, ne diceretur eis: si non resurgit anima, quare mihi loqueris? Quid in me facere vis? Si non facis ex deteriore meliorem, quare mihi loqueris? Si non facis ex iniquo iustum, quare mihi loqueris? Si autem facis ex iniquo iustum, & ex impio piuum, & ex stulto sapientem, & fateris resurgere animam meam, si tibi obtemperauero, si tibi credidero. Volentes ergo sibi credi omnes qui instituerunt alicuius etiam falsae religionis sectam, negare istam mentium resurrectionem non potuerunt, omnes de illa consenserunt. Sed multi carnis resurrectionem negauerunt, di-

xerunt in fide iam factam esse resurrectionem. Talibus resistit Apostolus dicens, Ex quibus est Hymenaeus & Philetus, qui circa veritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Iam factam esse resurrectionem dicebant, sed eo modo ut alia non speraretur, & reprehendebant homines, qui sperabant resurrectionem carnis, velut iam resurrectio quae promissa erat, credendo impleteretur in mente. Reprehendit eos Apostolus. Cur eos reprehendit? Nonne hoc docebant quomodo dominus loquebatur, Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint viuunt? Sed de vita mentium loquor adhuc: tibi ait Iesus, Nondum loquor de vita corporum, sed loquor de vita corporum, id est, de vita animarum, in quibus est vita corporum: nam scio esse corpora in monumentis iacentia, scio & corpora vestra in monumentis futura. Nondum de illa resurrectione loquor. De ista loquor, de ista resurgite, ne ad poenam in illa resurgatis. Sed ut noueritis, quia de illa loquor, quid addo? Sicut enim habet pater vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Hae vita quod pater est, quod filius est, ad quid pertinet, ad animam, an ad corpus? Non enim vitam illam sapientiae sentit corpus, sed mens rationalis. Nam nec omnis anima potest sentire sapientiam: habet enim & pecus animam, sed peccoris anima non potest sentire sapientiam. Ergo anima humana potest sentire istam vitam, quam habet pater in semetipso, & dedit filio vitam habere in semetipso, quia illud est verum lumen quod illuminat non omnem animam, sed omnem hominem venientem in hunc mundum. Cum enim ipsi menti loquor, audiat, id est, obediatur & viuat. Noli itaque domine tacere de resurrectione carnis, ne non eam credant homines, & remaneamus nos argumentatores, non praedicatores. Ergo sicut habet pater vitam in semetipso: sic dedit & filio habere vitam in semetipso. Intelligant qui audiunt, credant ut intelligant, obediatur ut viuant. Audiatur adhuc aliud, ne hic finitam esse resurrectionem putent. Et dedit ei potestatem & iudicium facere. Quis dedit? Pater. Cui dedit? Filio. Cui enim dedit habere vitam in semetipso, & potestatem dedit ei & iudicium facere. Quia filij hominis est. Iste enim Christus, & filius dei, & filius hominis est. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum. Ecce quomodo dedit ei vitam habere in semetipso. Sed quia verbum caro factum est & habitauit in nobis, ex virgine Maria homo factus, filius hominis est. Proinde quia filius hominis est, quid accepit? Potestatem & iudicium facere. Quod iudicium? In fine seculi, & ibi erit resurrectio mortuorum, sed corporum, Animas ergo suscitatur deus: per Christum filium dei: corpora suscitatur deus per eundem Christum filium hominis. Dedit ei potestatem. Hanc potestatem non haberet nisi acciperet, & esset homo sine potestate: sed ipse est filius hominis, qui & filius dei. Haerendo enim ad unitatem personae filius hominis filio dei, facta est vna persona, eademque filius dei quae & filius hominis. Quid autem propter quid habeat dinoscendum est. Filius hominis habet animam, habet corpus: filius tamen dei quod est verbum dei, habet hominem, tanquam anima corpus. Sicut anima habens corpus non facit duas personas, sed vnum hominem: sic verbum habens hominem, non facit duas personas sed vnum Christum. Quid est homo? Anima rationalis habens corpus: quid est Christus? Verbum dei habens hominem. Video de quibus rebus loquar,

4. sen. dist.  
48. ca. sed est

**A** loquar, & quis loquar, & quibus loquar. Nunc audite resurrectionem corporum non me, sed dominum locuturum, propter eos qui resurrexerunt surgendo a morte, inhaerendo vita. Cui vita? Quae non nouit mortem. Quare non nouit mortem? quia nescit mutabilitatem. Quare nescit mutabilitatem? quia vita est in semetipso. Et potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Quod iudicium, & quale iudicium? Nolite mirari hoc, quia dixi, dedi ei potestatem & iudicium facere. Quia venit hora. Non addidit, & nunc est. Ergo horam quandam vult insinuare in fine seculi. Hora autem nunc est ut resurgant mortui, hora erit in fine seculi ut resurgant mortui. Sed resurgunt nunc in mente, tunc in carne. Resurgunt nunc in mente, per verbum dei filium dei: resurgent tunc in carne, per verbum dei carnem factum filium hominis. Neque enim ad iudicium viuorum & mortuorum pater ipse venturus est, nec tamen recedit a filio pater. Quomodo ergo non ipse venturus est? quia non ipse videbitur in iudicio. Videbunt in quem pupugerunt. Forma illa erit iudex, quae stetit sub iudice: illa iudicabit quae iudicata est: iudicata est enim iniqua, iudicabit iuste. Veniet ergo forma serui, & apparebit: etenim forma dei quomodo apparebit iustis & iniustis? Nam si iudicium non fieret nisi inter solos iustos, apparet tanquam iustis forma dei. Quia vero iudicium futurum est iustorum & iniquorum, nec licet ut iniqui videant deum. Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbunt: talis apparebit iudex, qualis videri possit & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est. Forma ergo serui videbitur, occulta erit forma dei. Occultus erit in seruo filius dei, & apparebit filius hominis, quia potestatem dedit ei & iudicium facere, quia filius hominis est. Et quia ipse solus apparebit in forma serui: pater autem non apparebit, quia non est indutus forma serui: ideo superius ait, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Bene ergo dilatatum est, ut ipse esset expositor qui propositor: superius enim occultum erat: nunc autem, ut arbitror, manifestum est, quia dedit ei potestatem & iudicium facere, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, quia iudicium per illam formam futurum est, quam non habet pater. Et quale iudicium? Nolite mirari hoc, quia venit hora, non ea quae nunc est, ut resurgant animae: sed quae futura est, ut resurgant corpora. Expressius hoc dicat, ut calumniam haereticus negator resurrectionis corporis non inueniat, quamquam iam intellectus elucescat. Cum superius dictum est, venit hora: addidit, & nunc est. Modo autem, venit hora: non addidit, & nunc est. Tamen omnes ansas, omnes clauiculas calumniarum, omnes nodos laqueorum aperta veritate dirumpat. Nolite mirari hoc, quia venit hora. In qua omnes qui in monumentis sunt. Quid euidentius, quid expressius? Corpora sunt in monumentis: animae non sunt in monumentis, nec iustorum, nec iniquorum. Iusti anima in sinu Abrahae fuit, iniqui anima apud inferos torquebatur: in monumento, nec illa, nec illa. Superius quando ait, Venit hora & nunc est, obsecro intendite. Nolite fratres, quia ad panem ventris cum la bore peruenitur, quanto magis ad panem mentis? Cum labore statis & auditis, sed nos cum maiore stamus & loquimur. Si laboramus propter vos, collaborare non debetis propter eosdem vos? Superius ergo cum diceret, venit hora, & adderet, & nunc est, quid subiicit? Quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint viuunt. Non dixit, omnes mortui audient, & qui audierint

viuent: mortuos enim iniquos volebat intelligi: & nunc quid omnes iniqui obediunt Euangelio? Aperte dicit Apostolus, sed non omnes obediunt Euangelio. Tamen qui audiunt viuunt: quia omnes qui obediunt Euangelio, transeunt ad vitam aeternam per fidem: non tamen omnes obediunt, & hoc nunc est. At vero in fine omnes qui sunt in monumentis, hoc est, iusti & iniusti, Audient vocem eius, & procedent. Quomodo noluit dicere & viuere: Omnes enim procedent, sed non omnes viuunt. Ideo quippe quod supra dixit, Et qui audierint viuunt, in ipsa obediunt vitam aeternam intelligi voluit & beatam, quam non omnes habebunt qui de monumentis procedent. Iam ergo & commemoratio monumentorum, & expressio processionis de monumentis aperte intelligimus corporum resurrectionem: audient omnes vocem eius & procedent. Et ubi iudicium, si omnes audient, & omnes procedent? Quasi totum confusum est, nihil video discretum. Certe accepisti potestatem iudicandi, quia filius hominis es. Ecce aderis in iudicio, resurgent corpora: de ipso iudicio dic aliquid, hoc est, de discretione malorum & bonorum. Et hoc audi, Qui bene fecerunt, in resurrectionem vite: qui male egerunt, in resurrectionem iudicij. Superius cum de resurrectione mentium & animarum loqueretur, nunquid fecit discretionem? Sed omnes qui audient, viuunt, quia obediendo viuunt: at vero resurgendo & procedendo de monumentis, non omnes ad vitam aeternam ibunt, sed qui bene fecerunt: qui autem male, ad iudicium. Hic enim iudicium pro poena posuit, & erit diremptio, & non qualis modo est: nam & modo separamur non locis, sed moribus, affectionibus, desideriis, fide, spe, charitate: simul enim cum iniquis viuimus, sed non vna vita est omnium. In occulto dirimimur, in occulto separamur, quomodo grana in area, non quomodo grana in horreo. Et separantur grana in area & miscuntur. Separantur, cum a palea expoliantur: miscuntur, quia nondum ventilantur. Tunc aperta erit separatio, sicut mors, sic & vita: sicut sapientia, ita & corpus. Eunt qui bene fecerunt, viuere cum angelis dei: qui male egerunt, torqueri cum diabolo & angelis eius, & transiet forma serui. Ad hoc certe se praesentauerat ut faceret iudicium: post iudicium perget hinc, ducet secum corpus cui caput est, & offeret regnum deo, tunc plane videbitur forma illa dei, quae non potuit videri ab iniquis, quorum visio in forma serui exhibenda erat. Dicit & alibi sic, Ibi sunt isti in combustionem aeternam, de quibusdam sinistris: iusti autem in vitam aeternam: de qua alio loco dicit, Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Tunc ibi apparebit, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo: tunc se ostendet, quomodo se dilectoribus suis ostensurum promissit. Qui enim diligit me, ait, mandata mea custodit: & qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligam eum, & ostendam me ipsum illi. Quibus loquebatur, praesens eis erat: sed formam serui videbant, formam autem dei non videbant. Per iumentum ad stabulum dicebatur curandi, sed sanati videbant: quia ostendam, inquit, me ipsum illis. Quomodo ostenditur aequalis patri, cum dicit Philippo, Qui me videt, videt & patrem meum? Non possum ego a me ipso facere quicquam, sicut audio, iudico, & iudicium meum iustum est. Et quia dicturi illi eramus, Si tu iudicabis & pater non iudicabit, quia omne iudicium dedit filio, non ergo secundum patrem iudicabis: adiecit, Non possum ego a me ipso facere quicquam: sed sicut audio, iudico,

Ioan. 14.

**G** dico, & iudicium meum iustum est. Quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Certe filius quos vult viuificat, non querit voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit illum: non meam, non propriam: non meam, non filij hominis: non meam quae resistat deo. Faciunt enim homines voluntatem suam, non dei, quando faciunt quod volunt, non quod iubet deus: quando autem ita faciunt quod volunt, ut tamen sequantur voluntatem dei, non faciunt voluntatem suam, quamvis quod volunt faciant. Volens fac quod iuberis, atque ita & hoc facias quod vis, & non voluntatem tuam facies, sed voluntatem iubentis. Quid ergo, sicut audio ita iudico? Audit filius, & demonstrat ei pater, & videt filius patrem facientem. Et ista distuleramus paulo enucleatius pro viribus pertractare, si tempus nobis peracta lectione & vires remanserint. Si dicam me posse loqui adhuc, forte & vos audire iam non potestis. Item forte auditate audiendi dicitis, possumus. Melius est ergo ut ego infirmitatem meam fatear, qui iam fatigatus loqui non possum, quam ut vobis benefatiatis, adhuc infundam quod non bene digeratis. Proinde huius promissionis quam ad hodiernum tempus, si superesset, distuleram, tenete me adiuuante domino in crastinum debitorē.

**H** *De eo quod scriptum est, Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quaecumque enim pater facit, haec eadem & filius facit similiter. Tractatus. XX.*

**M** Verba domini nostri Iesu Christi, maxime quae Ioannes commemorat Euangelista, qui non sine causa super peccus domini discubebat, nisi ut secreta altioris sapientiae eius ebiberet, & quod amando biberat; euangelizando ructaret, ita secreta sunt & profunde intelligentiae, ut omnes turbent qui peruerso sunt corde: & omnes exerceant, qui recto sunt corde. Proinde animaduertat charitas vestra ad haec pauca quae lecta sunt. Videamus si quo modo possumus, donante & adiuuante ipso, qui verba sua nobis voluit recitari, quae tunc audita atque conscripta sunt, ut modo legerentur, quid sibi velit quod eum audistis dicere, Amen amen dico vobis, non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: quaecumque enim pater facit, haec eadem & filius facit similiter. Vnde autē natus sit sermo iste, commemorandi estis propter superiora lectionis, ubi curauerat dominus quendam inter illos, qui in quinque porticibus piscinae illius Salomonis iacebant, cui dixerat, Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Hoc autē fecerat sabbatis, vnde perturbati Iudaei calumniabantur, quasi euerforem & praearicatorem legis. Tunc eis dixerat, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Illi enim carnaliter sapientes sabbati obseruationem, putabant dominum post laborem fabricati mundi vsque ad hunc diem quasi dormire, & propterea sanctificasse illum diem, ex quo cepit velut a laboribus requiescere. Est autem sacramentum sabbati antiquis patribus nostris praecipuum, quod nos Christiani spiritualiter obseruamus, ut ab omni seruili opere, id est, ab omni peccato, quia dominus dixit, Omnis qui facit peccatum seruus est peccati: ablineamus nos, & habeamus quietem in corde nostro, id est, tranquillitatem spiritalem. Et quamuis in hoc seculo id conemur: ad eam tamen requiem perfectam non peruenimus, nisi cum de hac vita exierimus. Sed ideo dictum est deum requieuisse, quia iam creaturam nullam condebat postquam perfecta sunt omnia. Quietē vero propterea appellauit scriptura, ut nos admoneret post bo-

na opera quieturos: sic enim scriptum habemus in Genesi, Et fecit deus omnia bona valde, & re quieuit deus die septimo, ut tu homo cum attendis ipsum post bona opera requieuisse, non tibi spes requiem, nisi quam bona fueris operatus. Et quemadmodum deus postea quam fecit hominem ad imaginem & similitudinem suam sexto die, & in illo perfecit omnia opera sua bona valde, requieuit septimo die: sic & tibi requiem non spes, nisi cum redieris ad similitudinem dei, in qua factus es, quam peccando perdidisti. Nō enim dominus laborasse dicendus est, qui iussit & facta sunt. Quis est qui post tantam operis facilitatem, quasi post laborem velit requiescere? Si iussit, & aliquis ei restitit, si iussit & non est factum, & ut fieret laborauit, merito dicatur post laborem requiem quaesuisse. Cum vero & in ipso libro Geneseos legamus, Dixit deus, fiat lux, & facta est lux: dixit deus, fiat firmamentum, & factum est firmamentum, & caetera in verbo eius continuo facta: cui rei attestatur & psalmus dicens, Ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt: quomodo per medium factum, requie quasi ut cessaret requirebat, qui in iubendo nunquam laborauerat? Ergo illa mystica sunt, & propterea ita posita, ut nobis requiem speremus post hanc vitam, si bona opera fecerimus. Ideo dominus retundens impudentiam & errorem Iudaeorum, & ostendens eos non recte sapere de deo, ait illis scandalizatis, quod sabbato operabatur hominum sanitatem, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Nolite ergo putare quia sabbato ita requieuit pater meus, ut ex illo non operetur, sed sicut ipse nunc operatur operor & ego: sed sicut pater sine labore, sic & filius sine labore. Dixit deus & facta sunt: dixit Christus languenti, Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam, & factum est. Catholica autem fides habet, quod patris & filij opera inseparabilia sunt. Hoc est quod volo, si possum, loqui charitati vestrae: sed secundum illa verba domini, Qui potest capere capiat: qui autem capere non potest, non mihi ascribat, sed tarditati suae, & conuertat se ad illum qui cor aperit, ut infundat quod donat. Postremo & si quisquam propterea non intellexerit, quia non a me sic dictum est ut dici debuit, ignoscat humanae fragilitati, & supplicet diuinae bonitati: habemus enim intus magistrum Christum, quicquid per aurem vestram & os meum capere nō poteritis, in corde vestro ad eum conuertimini: qui & me docet quod loquor, & vobis quemadmodum dignatur distribuit, qui nouit quid det & cui det: aderit petenti, aperiet pulsanti, etsi forte nō dederit, nemo se dicat delertum. Forte enim aliquid dare differt, sed neminem esurientem relinquit. Si enim non dat ad horam, exercet quarentem, non contemnit petentem. Videte ergo & attendite quid velim dicere, & si forte non possum, catholica fides hoc habet firmata spiritu domini in sanctis eius, contra omnem haereticam prauitatem, quia patris & filij opera inseparabilia sunt. Quid est quod dixit? Quomodo ipse pater & filius inseparabiles sunt, sic & opera patris & filij inseparabilia sunt. Quomodo pater & filius inseparabiles sunt: quia ipse dixit, Ego & pater vnum sumus, quia pater & filius nō sunt duo dii, sed vnus deus, verbum & cuius est verbum, vnus & vnusque deus: vnus pater & filius charitate complexi, vnusque charitatis spiritus eorum, ut fiat trinitas pater & filius & spiritus sanctus. Non ergo tantum patris & filij, sed & spiritus sancti, sicut aequalitas & inseparabilitas personarum, ita etiam opera inseparabilia sunt. Adhuc platinus dicam, quid sit, opera inseparabilia sunt. Non dicit catholica

**K**  
Genes. 1.  
& 2.

Genes. 1.

**A** catholica fides, quia fecit deus pater aliquid, & fecit filius aliquid aliud: sed quod fecit pater, hoc & filius fecit, hoc & spiritus sanctus fecit. Per verbum enim facta sunt omnia: quando dixit & facta sunt, per verbum facta sunt, per Christum facta sunt. In principio enim erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, omnia per ipsum facta sunt. Si omnia per verbum facta sunt: dixit deus, fiat lux, & facta est lux: in verbo fecit, per verbum fecit. Ecce ergo nunc audiuius Euangelium, cum responderet stomachantibus Iudaeis, quia nō solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, aequalem se faciens deo: sic enim scriptum est in superiori capitulo. Cum ergo tali eorum erranti indignationi dei filius & veritas responderet, ait, Amē amen dico vobis, nō potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Tanquam diceret, Quid scandalizati estis, quia patrem meum dixi deum, quia aequalem me facio deo? Ita sum aequalis, ut ille me genuerit: ita sum aequalis, ut non ille a me, sed ego ab illo sim. Hoc enim intelligitur in his verbis, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: hoc est, quicquid filius habet ut faciat, a patre habet ut faciat: quare habet a patre ut faciat? Quia a patre habet ut filius sit. Quare a patre habet ut filius sit? Quia a patre habet ut possit, quia a patre habet ut sit: Filio enim hoc est esse quod posse: homini non ita est, ex comparatione humanae infirmitatis, longe infra iacentis. Vtūque corda sustollite, & ne forte aliquis nostrum attingat secretum, & quasi conuisione magnae lucis horrescens, sapiat aliquid, ne insipiens remaneat, non tamē se totum sapere putet, ne superbiat & quod sapuit amittat. Homo aliud est quod est, aliud quod potest. Aliquādo enim & est homo, & non potest quod vult. Aliquādo autem sic est homo, ut possit quod vult. Itaque aliud est esse ipsius, aliud posse ipsius: si enim hoc esset esse ipsius, quod est posse ipsius, cum vellet posset. Deus autem cui non est alia substantia ut sit, & alia potestas ut possit, sed consubstantialia illi est quicquid eius est, & quicquid est, quia deus est, non alio modo est, & alio modo potest, sed esse & posse simul habet, quia velle & facere simul habet. Quia ergo potentia filij de patre est, ideo & substantia filij de patre est: & quia substantia filij de patre est, ideo potentia filij de patre est. Non alia potentia est in filio, & alia substantia: sed ipsa est potentia quae substantia, substantia ut sit, potentia ut possit. Ergo quia filius de patre est, ideo dixit, Non potest filius a se facere quicquam: quia non est filius a se, ideo nō potest a se. Videtur enim quasi minorem se fecisse cum dixit, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Hic erigit ceruicem haeretica vanitas, eorum scilicet qui dicunt filium minorem esse quam patrem, minoris potestatis, possibilitatis, non intelligentes mysterium verborum Christi. Attēdat autem charitas vestra, & videte quemadmodum in carnali suo intellectu modo turbentur in ipsis verbis Christi. Hoc autem paulo ante praelocutus sum, quia omnia peruersa corda perturbat, sicut pia corda exercet verbum dei, maxime quod per Ioannem Euangelistam dicitur. Alta enim per illum dicuntur, non quia qualiacumque, non quae facile intelligantur. Ecce iam haeticus si forte audit verba ista, erigit se & dicit nobis, Ecce minor est filius quam pater: ecce audi verba filij, qui dicit, Nō potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Expecta quemadmodum scriptum est, Esto mansuetus ad audiendum verbum ut intelligas. Puta enim me con-

Eccles. 5.

turbatum esse his verbis, qui dico aequalem potestatem divinae maiestatemque esse patris & filij, cum audiui, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Turbatus his verbis quero abs te, qui iam tibi videris intellexisse. Nouimus in Euangelio, filium ambulasse super mare: vbi patrem vidit ambulasse super mare? Hic iam ille turbatur. Pone ergo quod intellexeras, & simul quaramus. Quid ergo facimus? Verba domini audiuius, Non potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Ambulauit ipse super mare, pater nunquam ambulauit super mare. Certe nō facit filius quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Redi ergo mecum ad id quod dicebam, ne forte sic intelligendum sit, ut de quaestione ambo exeamus: nā ego secundum fidem catholicam video, quomodo exeam sine offensione, sine scandaloto: tu autem circūclusus, queris quā ex eas. Quā intraneras vide, forte non intellexisti & hoc quod dixi, quā intraneras vide: ipsum audi dicentem, Ego sum ianua: Non sine causa ergo queris quā ex eas, & non inuenis, nisi quia per ianuam nō intrasti, sed per maceriam cecidisti. Ergo quemadmodum potes, a ruina tua collige te, & intra per ianuā, ut sine offensione intres, & sine errore ex eas. Per Christum veni, nec ex corde tuo afferas quod dicas, sed quod ille ostendit, hoc loquere. Ecce fides catholica, quemadmodum exit de ista propositione: ambulauit filius super mare, pedes carnis fluctibus imposuit, caro ambulabat, diuinitas gubernabat. Quando ergo caro ambulabat & diuinitas gubernabat, pater absens erat: si absens erat, quomodo ipse filius dicit, Pater autem in me manens, ipse facit opera sua. Si ergo pater in filio manens, ipse facit opera sua, ambulatio illa carnis super mare, a patre fiebat, per filium fiebat. Ergo illa ambulatio opus est patris & filij inseparabile: vtrumque ibi operantem video: nec pater filium deseruit, nec filius a patre discessit. Itaque quicquid facit filius, non facit sine patre: quia quicquid facit pater, non facit sine filio. Exitum est hinc, videte quia recte nos dicimus inseparabilia esse opera patris & filij & spiritus sancti. Nam quomodo tu intelligis: ecce fecit deus lucem, & vidit filius patrem facientem lucem, secundum carnalem intellectum tuum, quia ideo vis minorem intelligere quia dixit, Nō potest filius a se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Fecit deus pater lucem: quam aliam fecit filius? Fecit deus pater firmamentum, coelum inter aquas & aquas, vidit eum filius secundum intelligentiam tuam tardam & grossam, quia vidit filius patrem facientem firmamentum & dixit, non potest filius a se facere quicquam nisi quod viderit patrem facientem. Da mihi alterum firmamentum: an tu amisisti fundamentum? Superaedificati autē supra fundamentum Apostolorum & Prophetarū, ipso summo lapide angulari existente Christo Iesu, pacatur in Christo, nec contendunt & errant in haeresi. Intelligimus ergo lucem factam a deo patre, sed per filium: firmamentum factum a deo patre, sed per filium. Omnia ergo per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Excute intelligentiam tuam: nec intelligentiam vocandam, sed planē stultitiam. Deus pater fecit mundum: quem fecit filius alterum mundum? Da mihi mundum filij. Iste in quo sumus, cuius est: Dic nobis, a quo factus est? Si dixeris a filio, non a patre, Ierastu a patre: si dixeris a patre, non a filio, respondebit tibi Euangelium, Et mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. Agnosce ergo eum per quem factus est mundus, & noli esse inter illos qui eum nō receperunt, qui eum qui

Ioan. 10.

**E**

Ioan. 14.

**F**

Ephes. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 10.



G qui fecit mundum non cognouerunt. Inseparabilia sunt ergo opera patris & filij. Sed hoc est, non potest filius à se quicquam facere, quod esset si diceret, non est filius à se. Etenim si filius est: natus est, si natus est, ab illo est de quo natus est. Sed tamen æquale sibi genuit: non enim defuit aliquid generati: aut tempus quasiuit ut generaret, qui genuit coæternum: aut matrem quasiuit ut generaret, qui de se protulit verbum: aut pater generans ætate præcesserat filium, ut minorem filium generaret. Et forte dicit aliquis: quia post multa secula in senectute sua deus suscepit filium. Sicut pater sine senectute, sic filius sine incremento. Nec ille senuit, nec ille creuit: sed æqualis æqualem genuit, æternus æternum. Quomodo, inquit, aliquis æternus æternum? Quomodo flamma temporalis generat lucem temporalem. Coæua est autem flamma generans luci quam generat, nec præcedit tempore flamma generans lucem generatam, sed ex quo incipit flamma, ex illo incipit lux. Da mihi flammam sine luce, & do tibi deum patrem sine filio. Hoc est ergo, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: quia videre filij, hoc est natum esse de patre. Non alia visio eius & alia substantia eius: nec alia potentia eius, alia substantia eius: Totum quod est, de patre est: totum quod potest, de patre est: quoniam quod potest & est, hoc vnum est, & de patre totum est. Sequitur & ipse in verbis suis, & male intelligentes conturbat, ut ad rectum intellectum reuocet errantes. Cum dixisset, non potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: ne forte carnalis subreperet intellectus, ut auerteret mentem, & faceret sibi homo quasi duos fabros, vnum magistrum, alterum discipulum quasi attendentem ad magistrum, verbi gratia, facientem arcam, ut quomodo ille fecit arcam, faciet & iste alteram arcam secundum visionem quam inspicit in magistro operante: Sed ne talia aliquid sibi duplicaret in illa simplici diuinitate intellectus carnalis, secutus ait, Quæcunque enim pater facit, hæc eadem & filius facit similiter. Non facit pater alia, & alia filius similia, sed eadē similiter. Non enim ait, quæcunque facit pater, facit & filius alia similia: sed, quæcunque, inquit, pater facit, hæc eadē & filius facit similiter. Quæ ille, hæc & ipse: Mundum pater, mundum filius, mundum spiritus sanctus. Si tres dii, tres mundi: si vnus deus pater & filius & spiritus sanctus, vnus mundus factus est à patre, per filium in spiritu sancto. Hæc ergo facit filius quæ facit & pater, & non dissimiliter facit, & hæc facit & similiter facit. Iam dixerat hæc facit: quare addidit, similiter facit: Ne alius præuans intellectus vel error in anima nasceretur. Vides enim hominis opus, animus est in homine & corpus. Animus imperat corpori, sed multum interest inter corpus & animum. Corpus visibile est, animus inuisibilis. Inter potentiam virtutemque animi, & cuiusvis licet cælestis corporis multum interest. Imperat tamen animus corpori suo, & facit corpus: & quod videtur animus facere, hoc facit & corpus. Videtur ergo corpus hoc idem facere quod animus, sed non similiter. Quomodo hoc idem facit, sed non similiter facit? Animus verbum apud se iubet lingue, & profert verbum quod facit animus. Fecit animus, fecit & lingua: fecit dominus corporis, fecit & seruus. Sed ut faceret seruus, à domino accepit ut faceret, & iubente domino fecit. Hoc idem ab vtroque factum est: sed nunquid similiter? Quomodo non similiter ait aliquis: Ecce verbum quod fecit animus meus, manet in me: quod fecit lingua mea, percussio aëre transiit, & non est. Cum dixeris verbum in animo tuo, &

fontuerit per linguam tuam, redi ad animum tuum, & K vide quia ibi est verbum quod fecisti. Nunquid sicut mansit in animo tuo, mansit in lingua tua: Quod sonuit per linguam tuam, fecit lingua sonans, fecit animus cogitans. Sed quod sonuit lingua, transiit: quod cogitauit animus, permanet. Hoc ergo fecit corpus, quod fecit animus, sed non similiter. Fecit animus quæ tenet animus: fecit autem lingua quod sonat, & per aërem aurē verberat. Nunquid sequeris syllabas & facis ut maneant? Nō ergo sic pater & filius, sed hæc eadem facit, & similiter facit. Si fecit deus cælum quod manet: hoc idem fecit filius cælum quod manet. Si fecit deus pater hominem qui moritur: eundem filius hominem fecit qui moritur. Quæcunque facit pater instantia, hæc facit & filius instantia, quia similiter facit: & quæcunque facit pater temporalia, hæc eadem facit filius temporalia: quia non solum ipse facit, sed & similiter facit. Pater enim facit per filium, quia per verbum facit pater omnia. Quare in patre & filio separationem, nō inuenis: sed si alluxeris, tunc non inuenies: si aliquid supra mentem tuam tetigisti, tunc non inuenies: nam si in his versaris quæ sibi errans animus facit, cum imaginibus tuis loqueris, non cum verbo dei. Fallunt te imagines tue, transcendit corpus & sapie animum, transcendit & animum, & sapie deum: non tangis deum nisi & animum transferis: quāto minus tangis si in carne mæseris: Illi ergo qui sapiunt carnem, quāto longe sunt à sapiendo quod deus est: quia non ibi essent, etiam si animum saperet. Recedit homo multum à deo quādo sapit carnaliter, & multum interest inter carnem & animum: plus tamen interest inter animum & deum. Tu si in animo es, in medio es: si infra attendis, corpus est: si supra attendis, deus est. Attolle te à corpore, transi etiā te. Vide enim quod dixit Paulus, & admoneris quemadmodum sapiendus sit deus. Facte sunt, inquit, mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, cū dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus. Tanquam pagani dicat: Ecce dii nostri, deus vester vbi est? Ostendit enim illi quod videtur: nos colimus quod non videtur. Et cui ostendamus? Homini qui nō habet vnde videat: nam vtique si ipsi deos suos vident oculis: habemus & nos alios oculos, vnde videamus deum nostrum. Ipsi oculi mundandi sunt, ut videamus dominum nostrum. Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Ergo cum se conturbatum dixisset, cum dicitur illi quotidie, vbi est deus tuus: hæc meditatus sum, inquit, quia dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus. Et quati volens comprehendere dominum suum, hæc meditatus sum, inquit, & effudi super me animam meam. Ut ergo attingerem deum meum, de quo mihi dicebatur, vbi est deus tuus, nō effudi animam meam super carnem meam, sed super me. Transcendi me ut illum tangerem. Ille enim est super me qui fecit me: Nemo eum attingit, nisi qui se transferit. Cogita corpus, mortale est, terrenū est, fragile est, corruptibile est, abiice. Sed forte caro temporalis est. Alia corpora cogita: cælestia corpora cogita, maiora, meliora, splendida sunt. Attende & ipsa, velut fulgura voluntur ab Oriente ad Occidentem, non stant, videntur oculis, non solum ab homine, sed etiam à peccore. Transi & ipsa. Et quomodo, inquit, transeo cælestia corpora, cum ambulo in terra? Nō carne transis, sed mente: Abiice & ipsa, quāuis luceant, corpora sunt: quāuis de cælo fulgeant, corpora sunt. Veni, quoniam forte non te putas habere quod eas, cum consideras ista omnia: & ultra cælestia corpora, quod iturus sum, inquit, & quid mente transurus sum? Considerasti ista omnia? Considerasti,

falsis stātia

L

Pal. 41.

M

A Considerasti, inquit. Vnde considerasti? Ipse considerator appareat. Ipse enim considerator, istorum omnium discriminator, distinctor, & quodammodo appensor in libra sapientia, animus est. Sine dubio melior est animus quo ista omnia cogitasti, quāto ista omnia quæ cogitasti. Animus ergo iste spiritus est non corpus: Transi & ipsum. Cōpara corpora ipsi animo primo, ut videas quod transeas. Cōpara illum carni: absit, nec digneris cōparare. Cōpara illum fulgori solis, lunæ, stellarū, maior fulgor est animi. Primo celeritate animi ipsius vide, vide si non vehementior scintilla est animi cogitantis, quāto splendor solis lucentis. Solem orientem tu vides animo, motus ipsius quāto tardus est ad animum tuum? Citius tu potuisti cogitare quod facturus est sol, quāto ille facturus est. Ab ortu ad Occidentem venturus est, iam ex alia parte cras oritur. Vbi hoc fecit cogitatio tua, adhuc ille tardus est, & tu omnia peragrasti, magna ergo res est animus. Sed quomodo dico, transi & ipsum? Quia ipse animus mutabilis est, quāto melior sit omni corpore: modo nouit, modo non nouit: modo obliuiscitur, modo recordatur: modo vult, modo non vult: modo peccat, modo iustus est. Transi ergo omnem mutabilitatem, non solum omne quod videtur, sed & omne quod mutatur: Transisti enim carnem quæ videtur: transisti cælū, solem, lunam, stellasque quæ videntur: transisti & omne quod mutatur. Iam enim istis tractatis venteras ad animum tuum, sed & ibi inuenisti mutabilitatem animi tui, nunquid mutabilis est deus? Transi ergo & animum tuum, effunde super te animam tuā ut contingas deum, de quo tibi dicitur: Vbi est deus tuus? Ne putes te aliquid facturum quod homo non possit. Hoc fecit ipse Ioannes Euangelista: Transcendit carnem, transcendit terram quam calcabat: transcendit maria quæ videbat, transcendit aërem vbi alites volitant, transcendit solem, transcendit lunam, transcendit stellas, transcendit omnes spiritus qui non videntur, transcendit mentem suam, ipsam rationem animi sui. Transcendens ista omnia, super se effundens animam suam, quod peruenit: Quid vidit? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Si ergo separationem non vides in luce, quid separationem quaris in opere. Vide deum, vide verbum eius: inhare verbo dicenti, quia ipse dices non syllabis dicit, sed splendore sapientia fulget: hoc est dicere, quod dictum est de sapientia ipsius, candor est lucis æternæ. Attēde candorem solis, in cælo est, & expandit candorem per terras omnes, per maria omnia, & vtique corporalis lux est. Si separas candorem solis à sole, separa verbum à patre. De sole loquor. Lucernæ vna flammula tenuis, quæ vno flatu possit extingui, spargit lucem suam super cuncta quæ subiacent, vides lucē ipsam à flammula generatam, emissionem vides, separationem nō vides. Intelligite ergo fratres charissimi patrem & filium & spiritum sanctum inseparabiliter sibi coherere, Trinitatem hanc vnum deum, & omnia opera vnus dei, hæc esse patris, hæc esse filij, hæc esse spiritus sancti. Cætera quæ sequuntur quæ pertinent ad sermonem ipsius domini nostri Iesu Christi in Euāgelio, quoniam & crastino die sermo debetur vobis, adestote ut audiat.

Ab eo quod scriptum est: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit, & maiora horum demonstrabit ei opera, ut uos miremini: usque ad eū locū ubi ait, Ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem: qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Tract. XXI.

**E**sterno die quātum dominus donare dignatus est, qua potuimus facultate tractauimus, & qua potuimus capacitate intellexim⁹, quomodo inseparabilia sunt opera patris & filij, nec alia facit pater, alia filius: sed omnia pater facit per filium, tāquam per verbum suum, de quo scriptū est, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sequentia verba hodie videamus, & ab eodem domino eius misericordiam & deprecemur, & speremus: ut primum si dignum ipse iudicat, intelligamus quod verum est. Si autē non potuerimus, non eamus in illud quod falsum est. Melius est enim nescire, quāto errare: sed scire est melius quāto nescire. Itaque ante omnia conari debemus ut sciamus: si potuerimus, deo gratias: si autem nō potuerimus interim peruenire ac venire ad veritatem, non eamus ad falsitatem. Qui enim sumus & quid tractemus considerare debemus. Homines sumus carnem portantes, in hac vita ambulantes: & si iam de semine verbi dei renati, tamen ita in Christo innouati, ut nōdum penitus ab Adam expoliati. Quōd enim nostrum mortale & corruptibile aggrauat animā, ex Adam esse apparet manifestum est: quōd autem nostrum spiritale subleuat animam, de dei dono & misericordia eius, qui vnicum suum misit communicare nobiscum mortem nostram, & ducere nos ad immortalitatem suam. Hūc habemus magistrum, ut non peccemus: & defensorem si peccauerimus, & confessi atque conuersi fuerimus: & interpellatorem pro nobis, si quid boni à domino desiderauerimus: & datorem cū patre, quia deus vnus est pater & filius. Sed loquebatur ista homo hominibus, de occultis, homo manifestus, ut manifestos homines faceret deos: & filius dei factus filius hominis, vt hominū filios faceret filios dei. Qua hoc arte sapientia suā faciat, in eius verbis agnoscimus. Loquitur enim paruulis paru⁹, sed ipse ita paruus, vt & magnus, nos autem paru⁹, sed in illo magni. Loquitur enim tanquam fons fouens & nutriens lactentes, & amando crescentes. Dixerat: Nō potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: Intelleximus autem quia non seorsum aliquid pater facit, quod cum viderit aliquid filius, faciat & ipse aliquid tale inspecto opere patris sui: sed id quod dixerat: Nō potest filius à se facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem: quia de patre est totus filius, & tota substantia & potentia eius ex illo est, qui genuit eum. Modo autem cum dixisset, & se hæc facere similiter quæ facit pater: vt non intelligamus alia facere patrem, alia filium, sed simili potentia facere filium eadē ipsa quæ pater facit, cum pater facit per filium, secutus ait quod hodie lectum audiuimus: Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Rursus mortalis cogitatio perturbatur. Demonstrat pater filio quæ ipse facit. Ergo ait aliquis: Seorsum pater facit, vt possit filius videre quod facit. Rursus occurrunt humanæ cogitationi tanquam artifices duo, velut si faber doceat filium suum artem suam, & demonstrat ei quicquid facit, vt possit etiam ipse facere quod viderit patrem facientem. Omnia, inquit, demonstrat ei quæ ipse facit. Cum ergo pater facit, filius non facit, vt possit videre filius quod pater facit. Certe omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Hinc videamus quemadmodum pater demonstrat filio quod facit, cū pater nihil faciat, nisi quod per filium facit. Quid fecit pater? Mundum. Itāne factum mundum demonstrat filio, vt ipse tale aliquid faceret? Detur ergo mundus nobis quæ fecit fili⁹. Sed & omnia per ipsam facta sunt, & sine ipso factum

G factum est nihil: Et mundus per ipsum factus est. Si factus per eum est mundus, omnia per ipsum facta sunt, & nihil facit pater quod non per filium faciat. Vbi demonstrat filio pater quod facit, nisi in ipso filio per quem facit? Quis enim locus ubi demonstraret opus patris filio, quasi extra faciat & extra sedeat, & filius attēdat manum patris quemadmodum faciat? Vbi est illa inseparabilis Trinitas? Vbi est verbum de quo dictum est, quod ipse est virtus & sapientia dei? Vbi quod de ipsa sapientia dicit: Candor est enim lucis aeterna? Vbi quod de illa iterum dicitur: Attingit à fine usque ad finem fortiter, & disponit omnia suaviter? Si quid facit pater, per filium facit. Si per sapientiam suam & virtutem suam facit, non extra illi ostendit quod videat, sed in ipso illi ostendit quod faciat. Quid videt pater, vel potius quid videt filius in patre ut faciat? Et ipse possum forte dicere, sed da iam qui possit capere, aut forte possum cogitare nec dicere, aut forte nec cogitare. Excedit enim nos illa diuinitas tamquam deus homines, tanquam immortalis mortales, tanquam aeternus temporales. Inspiret & donet de fonte illo vitæ, nunc aliquid errare dignetur & stillare in sitim nostram, ne in hac eremo arefcamus. Dicamus ei domine, cui didicimus dicere pater. Audeamus enim hoc, quia ipse voluit ut auderemus: si tamen sic viuamus, ut non nobis dicat: Si dominus sum, ubi est honor meus? Dicamus ergo illi, Pater noster. Cui dicimus, pater noster? Patri Christi. Qui ergo patri Christi dicit, pater noster, quid dicit Christo nisi frater noster? Non tamen sicut Christi pater, ita & noster pater. Nunquam enim Christus ita nos coniunxit, ut nullam distinctionem faceret inter nos & se. Ille enim filius equalis patri, ille aeternus cum patre, patrique coaeternus. Nos autem facti per filium, adoptati per vniciū. Proinde nunquam auditum est de ore domini nostri Iesu Christi cum ad discipulos loqueretur, dixisse illū de deo summo patre suo, pater noster, sed aut pater meus dixit, aut pater vester, usque adeo ut quodā loco poneret hæc duo: Vado ad deum meum, inquit, & deum vestrum. Quare non dixit deum nostrum? Et patrem meum dixit & patrem vestrum, non dixit nostrum: Sic iungit ut distinguat, sic distinguit ut non seiungat. Vnum nos vult esse in se, vnum autem patrem & se. Quantūcunque ergo intelligamus & quantūcunque videamus, etiam cum angelis aequati fuerimus, non videbimus sicut videt filius. Nos enim & quādo non videmus, sumus aliquid. Quid aliud sumus quando non videmus, nisi non videntes sumus: tamen velut non videntes, & ut videamus, cōuertimus nos ad deum quem videamus, & fit in nobis visio quæ non erat quando nos tamen eramus. Est enim homo non videns, & idem ipse cum viderit dicitur homo videns. Non ergo hoc est illi videre, quod esse hominem: nam si hoc illi esset videre quod esse hominem, nunquam esset homo nisi videns. Cum vero est homo non videns, & quærit videre quod non videt, est qui quærat, est qui se conuertat ut videat: & cum se bene cōuerterit & viderit, fit homo videns, qui prius erat homo non videns. Videre ergo accedit illi, & recedit ab illo. Accedit illi cum se conuertit, recedit ab illo cum se auerterit. Nunquid ita filius? Absit. Nunquid fuit filius non videns, & postea factus est videns, sed videre patrem, hoc illi est esse filium. Nos enim aduertendo ad peccatū amittimus illuminationem, & conuertendo nos ad deum, percipimus illuminationem. Aliud est enim lumen quo illuminamur, aliud nos qui illuminamur, lumen autem ipsum quo illuminamur, nec auertitur à se, nec perdit lu-

cere quia lux est. Sic ergo demonstrat pater omnia quæ facit filio, ut in patre sit omnia filius. Videndo enim natus est, & nascendo videt: sed non aliquando non erat natus, & postea natus est, sicut non aliquando non vidit, & postea vidit: sed in eo quod est illi videre, in eo est illi esse, in eo est illi natus esse, in eo est illi permanere, in eo est illi non mutari, in eo est illi sine initio, & sine fine persistere. Non ergo carnaliter accipiamus, quia pater facit opus & demonstrat filio, & viderit filius opus quod pater facit, & facit illud in alio loco, aut de alia materia: Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Verbum patris est filius, nihil dixit de quod non dixit in filio. Dicendo enim filio quod facturus erat pater per filium, ipsum filium genuit per quem faceret omnia. Et maiora horum demonstrabit ei opera ut vos miremini. Rursus hic turbat. Et quis est qui digne perscrutatur hoc tantum secretum? Sed iam quomodo nobis loqui dignatur est, ipse aperiat: neque enim vellet dicere quod nollet intelligi: Quia dicere dignatus est, sine dubio excitauit audientiam. Nunquid quem excitauit ut audiret, excitatum deseret? Diximus ut potuimus, non temporaliter scire filium, & nec aliud esse filij visionem, & aliud ipsum filium, sed ipsam visionem & ipsam scientiam vel sapientiam patris esse filij, eaque sapientiam & eam visionem aeternam esse ab æterno, & ei à quo est coaeternam, nec ibi per tempus aliquid variari, nec aliquid nasci quod non erat, nec aliquid perire quod erat. Diximus hæc ut potuimus. Quid ergo hic modo facit tempus, ut diceret: maiora his demonstrabit ei opera. Idem demonstraturus est, hoc est demonstrabit: Aliud est demonstrat, aliud est demonstrabit. Demonstrat de præterito dicimus, demonstrabit demonstraturum dicimus. Quid ergo hic agimus fratres? Ecce quem dixeramus patri coaeternum, nihil in illo variari per tempus, nihil moueri per spatia vel momentorum vel locorum, manere semper cum patre, videntem patrem & videndo existentem: rursus nobis tempora nominans, demonstrat ei, inquit, his maiora. Ergo demonstraturus est aliquid filio, quod non nouit filius? Quid ergo faciemus? Quomodo hoc intelligimus? Ecce dominus noster Iesus Christus sursum erat, deorsum est. Quando sursum erat? Quando dixit, quæcunque facit pater, hæc eadem & filius facit similiter. Vnde modo deorsum? Maiora his demonstrabit ei opera. O domine Iesu Christe, saluator noster, verbum dei, per quod facta sunt omnia, quid tibi pater demonstraturus est quod adhuc necis: quid te latet patris? quid te latet in patre, quæ non latet pater? Quæ opera tibi maiora demonstraturus est? aut quibus operibus maiora sunt quæ demonstraturus est? Cū enim dixit, maiora his debemus prius intelligere quibus maiora. Recordemur vnde sermo iste processit, quādo curatus est ille qui triginta & octo annos habebat in infirmitate, & iussit eū saluū tollere grabatum suum, & ire in domum suam. Hinc enim Iudæi commoti cum quibus loquebatur, loquebatur verbis & tacebat intellectu, quodammodo innuebat intelligētibus, exalabat irascentibus. Hinc ergo cum essent commoti Iudæi, quia hoc sabbato dominus faceret, dederunt occasionem sermōni huic. Non ergo sic audiamus hæc tamquam obliti quæ supra dicta sunt, sed respiciamus illum languidum triginta & octo annorum subito factum sanum, admirantibus Iudæis & irascentibus: Quærebant tenebras magis de sabbato quā lumen de miraculo. His ergo indignantibus loquens ait hoc: maiora his demonstrabit ei opera. His maiora: Quibus? Quod vidistis hominem

A hominem factum sanum, cuius languor durauerat usque ad triginta & octo annos: his maiora pater demonstraturus est filio. Quæ sunt maiora? Sequitur & dicit: Sicut enim pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Planè maiora sunt ista. Valde enim plus est vt resurgat mortuus, quā vt cōualescat ægrotus. Maiora sunt ista. Sed quando ea pater demonstraturus est filio? Nescit enim ea filius, & ille qui loquebatur non nouerat mortuos suscitare? Adhuc habebat discere resuscitare mortuos, per quem facta sunt omnia, qui fecit ut viueremus, qui non eramus? Adhuc habebat discere ut resuscitaremur? Quid est quod vult dicere? Descendit enim ad nos, & qui paulo ante loquebatur ut deus, cepit loqui ut homo. Ipse est tamē homo qui deus, quia deus factus est homo, sed factus quod non erat, non amittens quod erat. Ergo accessit homo, ut esset homo qui erat deus non iam ut homo esset, & non esset deus. Audiamus ergo eum & factum, qui audiebamus conditorem. Conditorem quia verbum in principio factū, quia natum ex virgine Maria. Conditorem ante Abraham, ante Adam, ante terram, ante cælum, ante omnia corporalia & spiritalia: factum autem ex semine Abraham, ex tribu Iudæ, ex virgine Israelitica. Si ergo nouimus hunc qui nobis loquitur, & deum & hominem, intelligamus verba dei & hominis: aliquando enim talia nobis dicit quæ pertineant ad maiestatem, aliquando quæ pertineant ad humilitatem. Ipse enim rex excelsus qui humilis, ut nos humiles faciat excelsos. Quid ergo ait? Demonstrabit mihi pater his maiora, ut vos miremini. Ergo nobis est demonstraturus, non illi. Cum ergo nobis sit demonstraturus pater: propterea dixit, ut vos miremini. Exposuit enim quod voluit dicere, demonstrabit mihi pater. Quare non dixit, demonstrabit vobis pater, sed demonstrabit filio? Quia & nos membra sumus filij: & nos membra tanquam quod discimus, ipse discit quodammodo in membris suis. Quomodo discit in nobis? Quomodo patitur in nobis. Vnde scimus quia patitur in nobis, vnde probamus? Ex illa voce de cælo: Saule Saule quid me persequeris? Nonne ipse est qui index in fine seculi residebit, & iustos ad dexteram ponens, iniquos autem ad sinistram, diciturus est, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: Esuriui enim & dedistis mihi māducare. Cūque illi responderint, Domine, quādo te vidimus esuriētem: diciturus est eis, Cū vni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis. Qui ergo dixit: Cū vni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis: & nunc interrogetur à nobis, & dicamus illi, Domine quando eris discens, cum tu doceas omnia? Statim enim nobis in fide nostra respondebit: Cum vnus ex minimis meis discit, ego discō. Ergo gratulemur & agamus gratias, non solum nos Christianos factos esse, sed Christum. Intelligitis fratres gratiam dei super nos capitis: admiramini, gaudete, Christi facti sumus. Si enim caput ille est, nos membra, totus ille homo & nos. Hoc est quod Apostolus dicit Paulus, Vt ultra iam non simus paruuli, tactati & circumdati omni vento doctrina: superius autem dixerat, Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, in agnitionem filij dei in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Plenitudo ergo Christi caput & membra. Quid est caput & membra? Christus & Ecclesia. Arrogamus enim nobis hoc superbe, nisi ipse dignetur hoc promittere, qui per Apostolum eundem dicit: Vos autem estis corpus Christi & membra. Cum ergo ostendit pater membris Christi, Christo ostendit, fit quoddam miraculum matris nonus.

gnum, sed tamen verum. Ostenditur Christo quod non dicitur Christus, & ostenditur Christo per Christum. Res mira & magna est: sed scriptura sic loquitur. Contradicturi sumus diuinis eloquiis, & non potius intellecturi, & ex ipsius dono qui ei donauit gratias acturi? Quid est quod dixi, demonstratur Christo per Christum? Demonstratur membris per caput. Ecce vide illud in te. Pone te clausis oculis velle aliquid tollere, nescit manus quod eat, & vtiq; manus tua membrum tuum est, non enim à corpore tuo separata est, aperi oculos, videt etiam manus quod eat, demonstrante capite membrum secutum est. Si ergo in te potuit inueniri tale aliquid ut corpus tuū ostenderet corpori tuo, & per corpus tuum demonstratur aliquid corpori tuo, noli mirari quia dictū est, demonstratur Christo per Christum. Demonstratur enim caput ut membra videant, & docet caput ut membra discant. Vnus tamen homo caput & membra: Noluit se separare, sed dignatus est agglutinari. Longe à nobis erat, & multum longe. Quid tam longe, quā conditū & conditor? Quid tam longe, quā deus & homo? Quid tam longe, quā iustitia & iniquitas? Quid tam longe, quā aeternitas & mortalitas? Ecce quā longe erat verbum in principio, deus apud deū per quem facta sunt omnia. Quomodo ergo factus est propē, ut esset quod nos, & nos in illo? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Hoc ergo est nobis demonstraturus: hoc demonstrauit discipulis suis, qui eū in carne viderunt. Quid est hoc? Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat: Sic & filius quos vult viuificat. Aliusne pater, alius filius? Certe omnia per ipsum facta sunt. Quid dicim? fratres mei? Lazarū suscitauit Christus, quem mortuū suscitauit pater, vt videret Christus quemadmodū Lazarum suscitaret? An quando resuscitauit Lazarum Christus, non eū resuscitauit pater? Et sine patre fecit filius solus? Legite ipsam lectionem, & videte quia patrem ibi inuocat ut resurgat Lazarus: sicut homo inuocat patrem, sicut deus facit cum patre. Ergo & Lazarus quod resurrexit, & à patre & à filio suscitatus est in dono & gratia spiritus sancti, & illud mirabile opus Trinitas fecit. Non ergo sic intelligamus, sicut ergo pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat, ut alios à patre resuscitari & viuificari, alios à filio existimemus, sed eosdē quos pater suscitatur & viuificat, ipsos & filius suscitatur & viuificat, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Et vt ostenderet habere se quāuis à patre, datam tamen patris potestatem, ideo ait: Sic & filius quos vult viuificat. Et vt ostenderet ibi voluntatem suam, & ne quis diceret, suscitatur pater mortuos per filium, sed ille tanquam potens, iste tanquam ex aliena potestate, tanquam minister facit aliquid sicut angelus, potestatem significauit ubi ait: Sic & filius quos vult viuificat: non enim vult pater aliud quā filius, sed sicut illis vna substantia, sic vna voluntas est. Et qui sunt isti mortui quos viuificat pater & filius? An ipsi sunt de quibus diximus, Lazarus, vel filius illius viduæ, vel filia archifynagogi? Nouimus enim istos à Christo domino nostro suscitatos. Aliud aliquid nobis vult insinuarē, resurrectionem scilicet mortuorum, quā omnes expectamus, non illam quā quidam habuerunt vt crederent ceteri. Resurrexit enim Lazarus moriturus, resurgemus nos semper cum Christo victuri. Talem resurrectionem pater fecit an filius? Immo vero pater per filium, Ergo filius in patre, & pater in filio. Vnde probamus, quia de ista dicit resurrectione: Cū dixisset, sicut enim pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat, ne intelligere-

Malac.

H

Acto. 9.  
v. 22.

Matt. 25.

C

Eph. 4.

1. Cor. 12.

Ioan. 11.

Ioan. 11.  
Luce. 7.  
Marci. 5.

F

G intelligeremus mortuorum resurrectionem, quam facit ad miraculum, non ad vitam aeternam, secutus ait: Neque enim pater iudicat quenquam, sed iudicium omne dedit filio. Quid hoc est? De mortuorum resurrectione dicebat, quia sicut pater suscitavit mortuos & vivificavit, sic & filius quos vult vivificat: unde continuo tanquam rationem subiecit de iudicio dicens: Neque enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio, nisi quia de resurrectione dixerat mortuorum, quae futura est in iudicio. Paulo ante putabamus aliquid facere patrem, quod non facit filius, quando dicebat: Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quae ipse facit: tanquam pater faciebat, & filius videbat: Sic erat subrepens menti nostrae intellectus carnalis, quasi pater faceret quod filius non faceret: filius autem videret patrem demonstrantem, quod fieret à patre. Ergo velut pater faciebat, quod filius non faciebat. Modo iam videmus aliquid facere filium quod non facit pater. Quomodo nos versat, & mentem nostram pertractat, huc atque illuc ducit, yno carnis loco remanere non sinit, ut versando exerceat, exercendo mundet, mundando capaces reddat, capaces factos impleat. Quid de nobis faciunt verba haec?

H Quid loquebatur? Quid loquitur? Paulo ante dicebat, quia demonstrat filio pater quicquid facit, videbatur quasi patrem facientem, filium expectantem. Modo rursus video filium facientem, patrem vacantem: Non enim pater, inquit, iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Quando ergo filius iudicaturus est, pater vacabit & non iudicabit? Quid est hoc? quid intelligam dominum? quid dicis qui verbū dei es? homo sum. Dicis quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Lego alio loco te dicente: Ego non iudico quenquam, est qui querat & iudicet. De quo dicis, est qui querat & iudicet, nisi de patre? Ille querit iniurias tuas, ille iudicat de iniuriis tuis: Quomodo hic pater non iudicat quenquam: sed omne iudicium dedit filio? Interrogemus & Petrum, audiamus eum loquentem in Epistola sua: Christus pro nobis passus est, inquit, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius: qui cum malediceretur, non maledicebat, cum iniuriam acciperet non minabatur, sed commendabat illi qui iuste iudicat: Quomodo verum est, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? Turbamur hic, turbati desudamus, desudantes purgemur. Conemur utcumque donante ipso, penetrare alta secreta verborum istorum. Temere fortasse facimus, quia discutere & scrutari volumus verba dei. Et quare dicta sunt, nisi ut sciatur? Quare sonuerunt, nisi ut audiantur? Quare audita sunt, nisi ut intelligantur? Confortet ergo nos & donet nobis aliquid quantum ipse dignatur, & si nondum penetramus ad fontem, de riuo bibamus. Ecce ipse Ioannes nobis tanquam rivulus emanavit, perduxit ad nos de alto verbum, humiliavit, & quodammodo stravit, ut non horreamus altum, sed accedamus ad humilem. Omnino est quidam intellectus verus, fortis, si quo modo eum tenere possumus, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Hoc enim dictum est, quia hominibus in iudicio non apparebit nisi filius: Pater occultus erit, filius manifestus. In quo erit filius manifestus: In forma qua ascendit: Nam in forma dei cum patre occultus est, in forma servi hominibus manifestus. Non ergo pater iudicat quenquam, sed in manifesto omne iudicium dedit filio. Hoc enim dictum est, quia hominibus in iudicio non apparebit nisi filius, sed ma-

nifesto. In quo manifesto iudicio filius iudicabit, quia ipse iudicandis apparebit. Evidentius nobis ostendit scriptura, quia ipse apparebit, Quadagesimo die post resurrectionem suam ascendit in caelum, videntibus discipulis suis, & vox illis angelica, Viri, inquit, Galilaei, quid statis aspicientes in caelum? Ille qui assumptus est à vobis in caelum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Quomodo eum videbant ire? In carne quam tetigerunt, quam palpaverunt, cuius etiam cicatrices tangendo sibi probaverunt, in illo corpore in quo cum eis intrauit & exiit per quadraginta dies, manifestans se eis in veritate, non in aliqua falsitate, non phantasmate, non umbra, non spiritu, sed quemadmodum ipse dixit non fallens, Palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Est quidem illud iam corpus dignum caelesti habitatione, non subiacens morti, non mutabile per aetates. Non enim sicut ad illam aetatem ab infantia creverat, sic ab aetate qua iuventus erat, vergit in senectutem: manet sicut ascendit, veturus ad eos quibus antequam veniat, verbum suum voluit predicare. Sic enim veniet in forma humana. Hanc videbunt & impij, videbunt & ad dexteram positi, videbunt ad sinistram separari, sicut scriptum est, Videbunt in quem pupugerunt. Si videbunt in quem pupugerunt, corpus ipsum videbunt quod lancea percusserunt. Lancea non percussit verbum. In hoc enim impij videre potuerunt quod & vulnerare potuerunt. Latentem deum in corpore non videbunt: post iudicium videbitur ab his qui ad dexteram erunt. Hoc est ergo quod ait, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: quia manifestus ad iudicium veniet filius in humano corpore apparet, hominibus dicēs dextris, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: dicens sinistris, Ite in ignem aeternum, qui preparatus est diabolo & angelis eius. Ecce videbitur forma hominis à pijs & impijs, à iustis & ab iniustis, à fidelibus & ab infidelibus, à gaudentibus & à plangentibus, à consilijs & confusis. Ecce videbitur cum visa fuerit illa forma in iudicio, & fuerit per actum iudicii, ubi dictum est, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: ob hoc, quia filius apparebit in iudicio in forma, quam ex nobis suscepit. Quid postea futurum est quando videbitur forma dei, quam sicut omnes fideles: quando videbitur illud, quod erat in principio verbum deus apud deum, per quod facta sunt omnia: quando videbitur illa forma dei, de qua dicit Apostolus, Cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalem deo? Magna enim illa forma ubi aequalitas patris & filij cognoscitur ineffabilis, incomprehensibilis, maxime parvulis. Quando videbitur? Ecce ad dexteram sunt iusti, ad sinistram sunt iniusti. Omnes pariter homines vident filium hominis, vident qui punctus est, vident qui crucifixus est, vident humiliatum, vident natum ex virgine, vident agnum de tribu Iuda, verbum deum apud deum. Quando videbunt, ipse erit & tunc, sed forma servi apparebit. Forma servi tunc demonstrabitur: forma dei, filius servabitur. Fiant ergo servi filij, qui sunt ad dexteram, eant in aeternam hereditatem olim promissam, quam non videntes martyres crediderunt, pro cuius promissione sanguinem suum sine dubitatione fuderunt. Eant illuc & videant ibi. Quando illuc ibunt? Dicit ipse dominus: Sic ibunt illi in combustionem aeternam, iusti autem in vitam aeternam. Ecce vitā aeternam nominavit. Nunquid hoc nobis dixit, quia ibi videbimus & cognoscemus patrem

K

Act. 1.

Luc. 24.

L

Ioan. 19.  
Zach. 12.  
Apoc. 1.

Mat. 25.

M

Philipp. 2.

Ioan. 14.

Mat. 5.

Ioan. 17.

A trem & filium? Quid si vitemus in aeternum, sed illum patrem & filium non videbimus: Audi alio loco ubi vitā aeternam nominavit, & expressit quid sit vita aeterna. Noli timere, non te fallo, non sine causa promisi dilectoribus meis dicens, Qui habet madata mea & servat ea, ille est qui diligit me. Et qui me diligit, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Respondeamus domino & dicamus, Quid domine deus noster magnum, quid magnum nobis demonstraturus es te ipsum? Quid enim? Et Iudaeis te demonstrasti. Nōne te viderunt & qui crucifixerunt? Sed demonstrabis te in iudicio, cum stabimus ad dexteram tuam. Nunquid & illi qui ad sinistram stabunt nō te videbunt? Quid est quod demonstrabis nobis te ipsum? Nunc enim non te videmus cum loqueris? Responde: Et demonstrabo me ipsum in forma dei, videtis modo in forma servi. Non te fraudabo o homo fidelis, crede quia videbis, amas & non vides: amor ipse te perducet ut videas, ama, persevera in amando. Non fraudabo, inquit, amorem tuum, qui mundavi cor tuum, ut quid enim mundavi cor tuum, nisi ut deus à te possit videri? Beati enim mundo corde, quia ipsi deum videbunt. Sed hoc, inquit, servus, tanquam cum domino disputans, non expressisti cum dixisti, Ibunt iusti in vitam aeternam: non dixisti, ibunt ut videant me in forma dei, videant patrem cui aequalis sum. Alibi attende quid dixit, Hae est autem vita aeterna, ut cognoscant te vnum verum deum, & quē misisti Iesum Christum. Et modo ergo post commemoratum iudicium, quod omne dedit filio pater non iudicans quenquam, quid futurum est? Quid sequitur? Ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Modo honorificat patrem, & contemnitur filius: Filius enim videbatur ut servus, pater honorificabatur ut deus. Apparebit & filius aequalis patri, ut omnes honorificent filium, sicut honorificat patrem. Modo ergo hoc habemus in fide. Nec dicat Iudaeus, patrem honorifico, quid mihi est cum filio? Respondeat illi, Qui non honorificat filium, nō honorificat patrem. Mentiris omnino, filium blasphemas, & patri facis iniuriam. Pater enim filium misit, tu contemnis quem misit. Quomodo honorificas mittentem, qui blasphemias misit? Ecce, inquit, aliquis missus est, & maior est pater, quia misit. Recede à carne, vetus homo suggerit vetustati, tu in nouo agnosce novitate: novus tibi, seculo antiquus, perpetuus, aeternus, renocet ad hoc intellectum. Minor est filius, quia missus, dictus est filius. Missionem audio, non separationem. Sed hic, inquit, videmus in rebus humanis: quia maior est qui mittit, quam ille qui mittitur. Sed res humanae fallunt hominem, res divinae purgant. Noli attendere ad res humanas, ubi maior videtur qui mittit, & minor qui mittitur, quanquam & ipsae res humanae dicunt contra testimonium. Velut verbi gratia, si quis vxorem vellet petere, & per se non posset, amicum maiorem mittit qui ei petat. Et sunt multa in quibus ipse maior eligitur, qui mittatur à minore. Quid ergo calumniam vis facere, quia ille misit, ille missus est? Sol radium mittit, & non separat: luna splendorem mittit, & non separat: lucerna lumen fundit, & non separat. Video ibi missionem, & nullam video separationem: nam si de rebus humanis quaeris exempla, o haeretica vanitas, quanquam sicut paulo ante dixi, & ipsa res humanae in quibusdam exemplis coarguunt & vincunt te, tamen attende quam sit aliud in rebus humanis, unde vis ducere exempla ad res divinas. Homo qui mittit, manet ipse, & pergit ille qui mittitur. Nunquid pergit homo cum eo quem mittit?

Titus: Pater autem qui misit filium, non recessit à filio. Ipse dominum audi dicentem, Ecce veniet hora ut vnusquisque descendat ad sua, & me solum relinquetis, sed non solus sum, quia pater mecum est. Quomodo eum misit cum quo venit? quomodo eum misit à quo non recessit? Alio loco dixit, Pater autem in me manens facit opera. Ecce in illo est, ecce operatur, non recessit à misso mittens, quia missus & mittens vnum sunt.

Ab eo quod scriptum est, Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam aeternam, & in iudicium non veniet, sed transiit à morte in vitam: usque ad eum locum ubi ait, Sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est, quod non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Tractatus. XXI.

N Vdiuertiani & hesterni diei sermones red-ditos vobis, sequitur hodierna euangelica lectio, quam ex ordine pertractemus, non pro eius dignitate, sed pro viribus nostris: quia & vos non pro inuidantis fontis largitate, sed pro vestro modulo capitis. Et nos non tantum dicimus in aures vestras, quantum ipse fons manat, sed quantum capere possumus, quod in vestros sensus trauciamus, abundantius operante ipso in cordibus vestris, quam nobis in auribus vestris. Res enim magna tractatur, & nō à magnis, imò multum à paruis, spem tamen & fiduciam dat nobis, qui magnus propter nos factus est parvus. Si enim ab illo non exhortaremur, nec inuitaremur ad eum intelligendum, si desereret nos tanquam contemptibiles, quia capere non possemus diuinitatem ipsius, si non caperet in se mortalitatem nostram, & perueniret ad nos ut loqueretur nobis Euangelium, si quod in nobis abiectum & minimum est, voluit communicare nobiscum, putamus eum noluisse nobis dare magnum suum, qui suscepit paruum nostrum? Hae dixi, ne quis vel nos reprehendat ista tractantes, quasi multum audaces: vel de se desperet, quod possit capere dono dei, quod illi dignatus est loqui filius dei. Ergo loqui nobis dignatus est, debemus credere quia voluit ut intelligatur. Sed si non possumus, praestat intellectum rogatus, qui verbū praestitit non rogatus. Ecce quae verborum ista secreta sunt, attendite, Amen amen dico vobis, quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, habet vitam aeternam. Ad vitam certe aeternam omnes tendimus. Et ait, Amen amen dico vobis, qui verbum meum audit & credit ei qui misit me, habet vitam aeternam. Nunquid ergo audire vos voluit verbum suum, & intelligere noluit? Quandoquidem si in audiendo & credendo vita aeterna est, multo magis in intelligendo. Sed gradus pietatis fides, fidei fructus intellectus, ut perueniamus ad vitam aeternam, ubi non nobis legatur Euangelium: sed ille qui nobis modo Euangelium dispensauit, remotis omnibus lectionibus & paginis, & voce lectoris & tractatoris, appareat omnibus suis purgato corde assistentibus, & in corpore immortalis iam nunquam moriturus mundans eos & illuminans, videntes & viuentes, in principio erat verbum, & verbū erat apud deum. Nunc ergo quem quaesiuimus attendamus, & quē audiuimus cogitemus. Deus est enim Christus, & cum hominibus loquitur: capi se vult, faciat capaces: videri se vult, aperiat oculos. Nō tamen sine causa loquitur nobis, nisi quia verū est, quod promittit nobis. Verba mea, inquit, qui audit, & credit ei qui me misit, habet vitam aeternam. Ut in iudicium non veniat, sed transeat à morte



G morte ad vitam. Vbi & quando venimus de morte ad vitam, vt non in iudicium veniamus? In hac vita transimus à morte ad vitam: in hac vita quæ nondum est vita, hinc transimus à morte ad vitam. Quis est ille transitus? Qui audit verba mea, dixit, & credit ei qui misit me. Seruus ista & credis, & transis. Et est qui stando transit: Planè est: stat enim corpore, transit mente. Vbi erat, vnde transiret? Et quò transit? A morte ad vitam. Vide vnum hominem stantem, in quo agatur totum hoc quod dicitur. Stat, audit, forte non credebat, audiendo credit: pauloante non credebat, modo credit, quasi de regione infidelitatis ad regionem fidei transitum fecit, motu cordis, non motu corporis: motu in melius, quia iterum qui deserunt fidem, mouentur in deterius. Ecce in hac vita, quæ sicut dixi, nondum est vita, transitur à morte ad vitam, vt in iudicium non veniatur. Quare autem dixi, quia nondum est vita? Si vita esset ista, non diceret dominus cuidam: si vis venire ad vitam, serua mandata. Non enim ait illi, si vis venire ad vitam æternam: non addidit æternam, sed tantum dixit vitam. Nec vera nominanda est, quia non est vera vita. Quæ est vera vita, nisi quæ est æterna vita? Audi Apostolum dicentem ad Timotheum, Præcipe diuitibus huius seculi, non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo viuo: qui præstat nobis omnia abundanter ad fruendum, bene faciant diuites, sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent. Vt quid hoc? Audi quod sequitur, Theaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. Profecto ista in qua erant, falsa vita est: nam vt quid velis apprehendere veram, si iam tenes veram? Si autem apprehendenda est vera, migrandum est à falsa. Et quæ migrandum? Quò? Audi, crede, & transitum facis de morte ad vitam, & in iudicium non venis. Quid est hoc quòd in iudicium non venies? Et quisquæ melior erit Paulo Apostolo, qui ait, Oportet nos exhiberi omnes ante tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisque quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum. Paulus dicit, Oportet nos exhiberi omnes ante tribunal Christi: & tu tibi audes promittere, quia in iudicium non venies? Absit, inquis, vt ego mihi hoc promittere audeam, sed credo promittenti. Saluator loquitur, veritas pollicetur, ipse dixit mihi, Qui audit verba mea, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam, & transitum facit de morte in vitam, & in iudicium non veniet: Ergo audiui verba domini mei, credidi. Iam infidelis cum essem, factus sum fidelis, sicut ipse mouit, transiit à morte ad vitam, ad iudicium non venio, non presumptione mea, sed ipsius promissione. Paulus autem contra Christum loquitur, seruus contra dominum, discipulus contra magistrum, homo contra deum, vt cum dominus dicat, quia qui audit & credit, transit à morte ad vitam, & in iudicium non veniet: dicit Apostolus, Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi? Aut si ad iudicium non veniat, quid ad tribunal exhibetur? Nescio quomodo intelligam. Reuelat ergo dominus deus noster, & per scripturas suas admonet nos dicens, quot modis intelligatur, quando dicitur in iudicium. Horror ergo vt attendatis. Aliquando iudicium discriminatio dicitur. Secundum illum modum quo dicitur iudicium discriminatio, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi, vt illic recipiat homo quæ per corpus gessit, siue bonum siue malum: ipsa est enim discriminatio, vt bonis bona, malis mala distribuantur. Nam si iudicium semper in

malo acciperetur, non diceret Psalmus, Iudica me deus. Psal. 42. Audit forte aliquis dicentem, Iudica me deus, & miratur. Solet enim homo dicere, ignoscat mihi deus, parce mihi deus. Quis est qui dicat, Iudica me deus? Et aliquando in Psalmo versus ipse in diapsalmate ponitur, qui præbeatur à lectore, & respondeatur à populo. Nunc forte alicui cor percutitur, & timet cantare deo & dicere, Iudica me deus: & tamen cantat populus credens, nec putat se male optare quod dicitur à diuina lectione, & si parum intelligit, credit aliquid boni esse quod cantat. Et tamen & ipse Psalmus non dimisit hominem sine intellectu. Secutus enim verbis posterioribus ostendit, quale iudicium diceret, quia non est damnationis sed discretionis. Ait enim, Iudica me deus. Quid est, iudica me deus? Et discerne causam meam à gente non sancta. Ergo secundum hoc iudicium discretionis, oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Secundum iudicium autem dationis, qui audit verba mea, inquit, & credit ei qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non veniet, sed transitum facit à morte ad vitam. Quid est, in iudicium non veniet? In damnationem non veniet. Probemus de scripturis, quia dictum est iudicium, vbi poena intelligitur, quantum & in hac ipsa lectione paulo post audietis ipsum verbum iudicij non positum nisi pro damnatione & pro poena. Tamè Apostolus dicit quodam loco scribens ad eos, qui corpus quod fideles norunt, male tractabant: & propter quod male tractabant, corripiebantur flagello domini. Ait enim illis: Propterea multi in vobis infirmi & ægroti dormiunt sufficienter. Multi enim propterea etià moriebantur. Et secutus est: Si enim nos ipsos iudicemus, à domino non iudicemur: hoc est, si nos ipsos corripemus, à domino non corripemur: cum iudicemur autem à domino, corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Sunt ergo secundum poenam qui iudicantur hic, vt parcatur illis ibi: sunt quibus parcatur hic, vt abundantius torquantur ibi: sunt autem quibus distribuantur ipsa poena sine flagello poenæ, si flagello domini correcti non fuerint: vt cum hic contempserint patrem verberantem, ibi sentiant iudicem punientem. Ergo est iudicium quo missurus est deus, id est, filius dei in fine diabolus & angelos eius, & omnes infideles & impios cum eo. Ad hoc iudicium non venit, qui modo credens transitum facit à morte ad vitam: etenim neputares credendo te non moriturum secundum carnem, & accipiendo carnaliter diceret tibi: Dominus meus mihi dixit, Qui audit verba mea, & credit ei qui misit me, transit à morte ad vitam: Ergo ego credidi, non sum moriturus. Scias te mortem quam debes supplicio Adæ, per soluturum, accepit enim ille in quo tunc omnes fuimus morte morieris, nec potes euadere sententiam diuinam, sed cum persolueris mortem veteris hominis, suscipies vitam æternam noui hominis, & transitum facies à morte ad vitam. Modo interim fac transitum vitam. Quæ est vita tua? Fides. Iustus ex fide viuunt. Infideles, inquit, mortui sunt, de quibus dominus ait, Dimitte mortuos vt sepeliant mortuos suos. Ergo & in hac vita sunt mortui, sunt viui, & quasi oēs viuunt. Qui sunt mortui? qui non crediderunt. Qui sunt viui? qui crediderunt. Quid dicitur mortuis ab Apostolo? Surge qui dormis. Sed solum dixit, non mortuè. Audi sequentia, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Et quasi diceret, quò ibo? Et illuminabit te Christus. Iam cum te credetè illuminauerit Christus, transitum facis à morte ad vitam: mane in eo quòd transisti, & non venies ad iudicium. Exponit illud enim ipse & sequitur. Amen

Psal. 42.

K

L

1. Cor. 11.

M

Abz. 2.  
Roma. 1.  
Marc. 5.

Eph. 5.

A Amen amen dico vobis, ne forte quia dixit, transit à morte ad vitam: intelligamus hoc in futura resurrectione, ostendere volens quomodo transit qui credit: & hoc est transire de morte ad vitam, transire ab infidelitate ad fidem, ab iniustitia ad iustitiam, à superbia ad humilitatem, ab odio ad charitatem. Nunc autem amè amen dico vobis, quia veniet hora & nunc est. Quid euidentiùs? Iam certe aperuit quod dicebat, quia modo fit quòd nos Christus hortatur: veniet hora, quæ hora & nunc est. Quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint viuent. Iam de his mortuis locuti sumus. Quid putamus fratres mei, In ista turba quæ me audit nulli sunt ne mortui? Qui enim credunt, & secundum veram fidem agunt, viuunt, & mortui non sunt: qui autem vel non credunt, vel sicut demones credunt, tremantes non habentes, filium dei confitentes, & charitatem non habentes, mortui potius deputandi sunt, & tamen agitur adhuc hora ista. Non enim hora, de qua locutus est dominus, vna erit hora de duodecim horis vnius diei: ex quo locutus est vsque ad hoc tempus, & vsque ad finem seculi, ipsa vna hora agitur, de qua dicit in Epistola sua Ioannes, Filioi, nouissima hora est, ergo nunc est: qui viuunt, viuunt: qui mortui erant, viuunt: audiat vocem filij dei qui mortui iacebat, surgat & viuat. Clamauit dominus ad sepulchrum Lazari, & quadriduanus mortuus resurrexit. Qui putebat, in auras processit, sepultus erat, lapis superpositus erat. Vox saluatoris irrupit duritiam lapidis, & cor tuum ita durum est, vt nondum illa vox diuina te rumpat. Surge in corde tuo, procede de sepulchro tuo. Etenim mortuus in corde tuo, tanquam in sepulchro iacebas, & tanquam saxo malæ consuetudinis grauari. Surge & procede, & crede & confitere. Qui enim credit, surrexit: qui confitetur, processit. Quare processisse dicimus cõfitentem? Quia antequam confiteretur, occultus erat: cum autem confiteretur, procedit de tenebris ad lucem. Et cum confessus fuerit, quid dicitur ministris? Quod dictum est ad funes Lazari, Soluite illum, & sinite abire. Quomodo dictum est ministris Apostolis, Quæ solueritis in terra, soluta erunt & in celo. Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint viuent: vnde viuunt? De vita. De qua vita? De Christo. Vnde probamus quia de vita Christo? Ego sum, inquit, via, veritas & vita. Ambulare vis, ego sum via. Falli non vis, ego sum veritas. Mori non vis, ego sum vita. Hoc dicit tibi saluator tuus, non est quòd eas nisi ad me: non est quæ eas nisi per me. Nunc ergo ista hora agitur, hoc & agitur plane, & omnino nõ cessatur. Surgunt homines qui mortui erant, transibunt ad vitam, ad vocem filij dei viuunt, de illo perseverantes in fide ipsius. Habet enim filius vitam, vnde viuant credentes habet. Et quomodo habet? Sicut habet pater. Audi ipsum dicentem, Sicut enim pater habet vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso. Fratres, vt potero dicam. Hec sunt enim illa verba quæ paruum intellectum perturbant. Quare addidit, in semetipso? Sufficeret enim vt diceret, Sicut enim pater habet vitam, sic dedit & filio habere vitam. Addidit, in semetipso: habet enim in semetipso pater vitam, habet & filius in semetipso. Aliquid intelligere nos voluit, in eo quòd ait, in semetipso: & hic secretum in verbo, hoc clausum est, passus vt aperiat. O domine, quid est quod dixisti? In semetipso quare addidisti? Etenim Paulus Apostolus quem viuere fecisti, non habebat vitam? Habebat, inquit, quatum homines mortui vt reuiuiscant, & ad verbum tuum cre-

Iacobi. 2.  
Marc. 11.

1. Ioan. 2.

Ioan. 11.

Marc. 8.

Ioan. 14.

Tomus nonus.

dendo transeant. Cum transferint, non in te habebunt vitam: Habebunt: nam & ego pauloante dixi, Qui audit verba mea, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam. Ergo illi qui in te credunt, habent vitam: & nõ dixisti, in semetipso. Cum autem de patre loquereris, dixisti, Sicut pater habet vitam in semetipso: rursus cum de te loquereris, dixisti, sic & filio dedit habere vitam in semetipso. Sicut habet, sic dedit habere. Vbi habet? In semetipso. Paulus vbi habet? Non in semetipso, sed in Christo. Tu fidelis vbi habes? Non in semetipso, sed in Christo. Videamus si hoc dicit Apostolus, Viuo autem iam non ego, viuunt vero in me Christus: vita nostra, tanquam nostra, ideo de voluntate propria nostra non erit nisi mala, peccatrix, iniqua: vita vero bona de deo in nobis est, non à nobis. Christus autem in semetipso habet vitam sicut pater, quia verbum dei nõ modo male viuunt, & modo bene viuunt: homo autem modo male, modo bene. Qui male viuerebat, in vita sua erat: qui bene viuunt, ad vitam Christi transit. Particeps factus vitæ, nõ eras quod accepisti, & eras qui acciperes: filiõ autem dei non quasi primo fuit sine vita, & accepit vitam. Si enim sic illam acciperet, nõ eam haberet in semetipso. Quid est enim in semetipso? Vt ipsa vita ipse esset. Adhuc aliquid planius fortasse dicam, Lucernam quisque accendit, exempli gratia, lucerna illa quantum pertinet ad flammulam quæ ibi lucet, ignis ille habet lucem in semetipso: oculi autem tui, qui lucerna absente iacebāt, & nihil videbant, iam ipsi habent lucem, sed non in semetipso. Proinde si se à lucerna auerterint, tenebratur: si se conuerterint, illuminantur. At verò ille ignis quædiu est lucet, si volueris illi lucem tollere, simul & ipsum extinguas: nam sine luce non potest remanere. Sed lux Christus inextinguibilis & coæternus patri, semper candens, semper lucens, semper feruens: nam si non ferueret, nunquid diceretur in Psalmo, Nec est qui se abscondat à calore eius? Tu autem in peccato tuo frigidus eras, conuertaris vt feruescas: si recesseris, frigescis. In peccato tuo tenebrosus eras, conuertaris vt illumineris: si auerteris te, obscuraberis. Proinde qui in tenebris eras, cum illuminaris, non eris lumen, quantum sis in lumine: ait enim Apostolus, Fuisistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino. Cum dixisset, nunc autem lux: addidit, in domino. In te ergo tenebræ, lux in domino. Lux quare? Quia participatione lucis illius es: si autem à luce qua illuminaris recesseris, ad tenebras tuas redis. Non sic Christus, non sic verbum dei, sed quomodo? Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso, vt non participatione viuat, sed incommutabiliter viuat: & omnino ipse vita sit, sic dedit & filio habere vitam. Sicut habet, sic dedit. Quid interest? Quia ille dedit, iste accepit. Nunquid iam erat quando accepit? Nunquid intelligimus Christum aliquando fuisse sine luce, cum ipse sit sapientia patris, de qua dictum est, Candor est lucis æternæ? Ergo quod dicitur, dedit filio, tale est ac si diceretur, genuit filium: generando enim dedit. Quomodo enim dedit vt esset, sic dedit vt vita esset, & sic dedit, vt in semetipso vita esset. Et quid est, in semetipso vita esset? Non aliunde vita indigeret, sed ipse esset plenitudo vitæ, vnde credentes alij viuere dum viuere. Dedit ergo illi habere vitam in semetipso, dedit ei tanquam verbo suo, tanquam ei qui in principio erat verbum, & verbum erat apud deum. Deinde quia homo factus, quid illi dedit? Et potestati dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est.) Ser-

Gal. 2.

Psal. 18.

Eph. 5.

Sap. 7.

f iij cundum

**G**undum quod filius est dei, sicut habet pater vitam in semetipso, sic & dedit filio vitam habere in semetipso: secundum autem quod filius hominis est, potestate dedit ei iudicium faciendi. Hoc est quod hesterno die exposui charitati vestrae, quia in iudicio homo videbitur, deus autem non videbitur, sed post iudicium videbitur ab his, qui vicerint in iudicio. Ab impiis autem non videbitur deus: quia ergo homo videbitur in iudicio, forma illa, quae sic venit sicut ascendit, ideo supra dixerat, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Hoc etiam in isto loco repetit, cum dicit, Et potestatem dedit ei iudicium faciendi, quoniam filius hominis est: tanquam diceret tu, Potestatem dedit ei iudicium faciendi. **Quare?** Quando non habuit istam potestatem iudicij? Quando in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, quando omnia per ipsum facta sunt: nunquid non habebat potestatem iudicium faciendi? Sed secundum hoc dico, potestatem dedit ei iudicium faciendi, quia filius hominis est. Sed secundum hoc accepit potestatem iudicandi, quia filius hominis est: nam secundum quod dei filius est, semper habuit hanc potestatem. Accepit qui resuscitatus est, accepit qui natus est, accepit qui crucifixus est. **H**uius fuit in morte, est in vita: verbum dei nunquam in morte, semper in vita. Iam ergo de resurrectione forte aliquis nostrum dicebat, Ecce resurreximus, qui audit Christum, qui credit & transit de morte ad vitam, & in iudicium non veniet. Venit hora & nunc est, ut qui audit vocem filij dei, vivat: mortuus erat, audiuit, ecce resurgit. Quid est quod dicitur postea resurrectio futura carnis, & resurrectio corporum mortuorum? Parce tibi, noli precipitare sententiam, ne pergas post illam. Est quidem ista resurrectio quae fit nunc, mortui erant infideles, mortui erant iniqui, vivunt iusti, transeunt a morte infidelitatis ad vitam fidei. Sed noli inde credere nullam futuram postea resurrectionem corporis, crede de futura & resurrectionem corporis. Audi enim quid sequatur post commendatam resurrectionem istam, quae fit per fidem, ne quis putaret istam solam esse, & incideret in illam desperationem & errorem hominum, qui pervertebant aliorum sensus, dicentes resurrectionem iam factam esse, de quibus dicit Apostolus, Et fide quorundam pervertunt. Credo enim qui talia verba illis dicebant, Ecce dominus ubi ait, Et qui credit in me, transit a morte ad vitam, iam facta est resurrectio in omnibus fidelibus, qui fuerant infideles, quomodo altera dicitur resurrectio? Gratias deo nostro, fulcit nuntantes, dirigit haesitantes, confirmat dubitantes. Audi quid sequitur, quia non habes unde tibi facias caliginem mortis: si credidisti, totum crede. Quid totum, inquis, credo? Audi quid dicit, Nolite mirari hoc: quia dedit potestatem filio faciendi iudicij. In fine dico, ait, Quomodo in fine? Nolite mirari hoc, Quia veniet hora: hic non dixit, & nunc est. In illa resurrectione fidei quid dixit? Veniet hora & nunc est. In ista resurrectione, quia commendat futuram corporum mortuorum, veniet hora dixit, non dixit nunc est, quia in fine seculi ventura est. Et unde, inquis, mihi probas, quia de ipsa resurrectione dixit? Si patienter audias, tuipe tibi modo probabis. Sequamur ergo, Nolite mirari hoc, quia venit hora, In qua omnes qui in monumentis sunt, audient vocem filij dei, & procedent. Quid enim dicitur ista resurrectione? Iam dudum non dixerat, qui in monumentis sunt, sed mortui audient vocem filij dei, & qui audierint vivent. Non dicitur, alij vivent,

alij damnantur, quia omnes qui credunt, vivunt. De monumentis autem quid dixit? Omnes qui sunt in monumentis audient vocem filij eius, & procedent: non dixit, audient & vivent. Si enim male vixerant & iacebant in monumentis, ad mortem resurgunt, non ad vitam: ergo videamus qui procedent, licet paulo ante mortui audiendo & credendo vivebant. Non ibi facta est discretio, non dictum est, audient mortui vocem filij dei, & cum audierint, alij vivent, alij damnantur, sed omnes qui audierint, vivent: quia qui credunt, vivunt, qui habent charitatem vivunt, & nemo morietur. De monumentis autem audient vocem, Et procedent. **Q**uid? Qui bene fecerunt, ad resurrectionem vitae: qui male fecerunt, ad resurrectionem iudicij. Hoc est iudicium, poena illa de qua paulo ante dixerat, Qui credit in me, transiet a morte ad vitam, & in iudicium non veniet. Non possum ego a me facere quicquam, sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est. Si sicut audis iudicas, a quo audis? Si a patre, certe pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Quoniam tu quodammodo pateris, ut quod audis dicas. Quod audio, hoc dico, quia quod est pater, hoc sum. Dicere enim meum esse, est: quia verbum patris sum: hoc enim tibi dicit Christus. Inde de tuo quid est, sicut audio, ita iudico, nisi sicut sum? Quomodo enim audit Christus? Fratres, quaramus, rogo vos, Audit Christus a patre? Quomodo illi dicit pater? Vtique si dicit illi, verba ad illum facit: omnis enim qui aliquid alicui dicit, verbo dicit. Quomodo pater filio dicit, quando filius verbum patris est? Quicquid autem nobis pater dicit, verbo suo dicit, verbum patris filius est, ipsi verbo quo alio verbo dicit? Unus est deus, vnum verbum habet, in vno verbo omnia continet. Quid est ergo. Sicut audio ita iudico: Sicut de patre sum, ita iudico. Ergo iudicium meum iustum est, verum est. Nam si nihil facis ex te, o domine Iesu, quomodo sentiunt carnales, si nihil facis ex te? Quomodo paulo ante dixisti, sic & filius quos vult vivificat: modo dicis, ex me facio nihil? Sed quid commendat filius, nisi quia de patre est? Quid est de patre? Non esse de se. Sed non est de se filius, si de se esset, filius non esset, sed filius de patre est. Pater ut sit, non est de filio, filius ut sit, de patre est, aequalis est patri, sed tamen iste de illo, non ille de isto. Quia non negro voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me. Filius vnicus dicit, Non quero voluntatem meam, & homines volunt facere voluntatem suam. Ille tantum se humiliat, qui aequalis est patri, & tantum se extollit, qui in imo iacet, & nisi ei manus porrigatur, non surgit. Faciamus ergo voluntatem patris, voluntatem filij, voluntatem spiritus sancti, quia trinitatis huius vna voluntas, vna potestas, vna maiestas est. Ideo tamen dicit filius, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, quia Christus non est de se, sed de patre suo est. Quod autem habuit ut homo appareret, de creatura assumpsit quam ipse formavit.

*Ab eo loco, ubi dictum est, Si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum non est verum: usque ad id quod ait, Et non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Tractatus. XXXIII.*



**Q**uodam loco in Evangelio dominus ait, prudentem auditorem verbi sui similem esse debere homini qui volens aedificare fodit altius, donec perveniat ad fundamentum stabilitatis petrae, & ibi securus constituat quod fabricat, adversus impetum fluminis

**A** fluminis, ut cum venerit, repercutiatur potius firmitate aedificij, quam impulsu suo ruinam faciat illi domui. Putemus scripturam dei tanquam agrum esse, ubi volumus aliquid aedificare. Non sumus pigri, nec superficiei contenti, fodiamus altius donec perveniamus ad petram, petra autem erat Christus. Hodierna lectio de testimonio domini nobis locuta est, quia non habet necessarium ab hominibus testimonium, sed habeat maius quam sunt homines, atque id testimonium dixit quid sit. Opera, inquit, quae ego facio, testimonium perhibent de me. Deinde adiunxit, Et testimonium perhibet de me, qui misit me pater. Ipsa quoque opera quae facit, a patre se accepisse dicit. Testimonium ergo perhibent opera, testimonium perhibet pater. Nullum ne testimonium perhibuit Ioannes? Perhibuit plane, sed tanquam lucerna, non ad satiandos amicos, sed confundendos inimicos: iam enim antea praedictum erat a persona patris, Paravi lucernam Christo meo: Inimicos eius induam confusione, super ipsum autem effloreat sanctificatio mea. Esto tanquam in nocte positus. Attendisti in lucernam, & miratus es lucernam, & exultasti ad lumen lucernae. Sed illa lucerna dicit esse solem in quo exultare debeas, & quantum ardeat in nocte, diem te iubet expectare. Non ergo quia illius hominis testimonium non erat opus, nam ut quid mitteretur si non erat opus? Sed ne in lucerna remaneat homo, & lumen lucernae sufficere sibi arbitretur, ideo dominus nec lucernam illam superfluum dicit fuisse, nec tam te dicit in lucerna debere remanere. Dicit aliud testimonium scripturae dei, ubi vique deus perhibuit testimonium filio suo, & in illam scripturam Iudaei spem posuerant in lege scilicet dei, ministrata sibi per Moysen famulum dei. Scrutamini, inquit, scripturam, in qua vos putatis vitam aeternam habere, ipsa testimonium perhibet de me, & non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Quid vos putatis habere in scriptura? Vitam aeternam. Ipsam interrogat, cui perhibet testimonium, & intelligit quae sit vita aeterna. Et quia propter Moysen volebant repudiare Christum, tanquam adversarium institutis, praecipitque Moysi, rursus eisdem ipse conuincit, tanquam de alia lucerna. Omnes enim homines lucernae, quia & accendi possunt & extingui. Et lucernae quidem cum sapiunt, lucent, & spiritu fervent: nam & si ardebant & extinctae sunt, etiam putent. Permanerunt enim serui dei lucernae bonae, ex oleo misericordiae illius, non ex viribus suis. Gratia quippe dei gratuita, illa oleum lucernarum est. Plus enim illis omnibus laboravi, ait quaedam lucerna. Et ne viribus suis ardere videretur, adinixit, Non autem ego, sed gratia dei mecum. Omnis ergo propheta ante domini adventum, lucerna est. De qua dicit Petrus apostolus, Habemus certioris propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes quae admodum lucernae lucenti in obscuro loco, donec dies luceat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Lucernae itaque prophetae, & omnis prophetia vna magna lucerna. Quid apostoli? Non lucernae etiam ipsi? Plane lucernae. Solus enim ille non lucerna: non enim accenditur & extinguitur, quia sicut pater habet vitam in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso. Lucernae ergo & Apostoli, & gratias agunt, quia & accense lumine veritatis sunt, & fervent spiritu charitatis, & suppetit illis oleum gratiae dei. Si non essent lucernae, non diceret illis dominus, Vos estis lumen mundi. Nam posteaquam dixit, Vos estis lumen mundi: ostendit ne tale lumen se putarent, quale dictum est, Erat lumen verum, quod il-

luminat omnem hominem venientem in hunc mundum. **D**um tunc autem hoc de domino dictum est, cum a Ioanne distingueretur. De Ioanne quidem Baptista dictum erat, Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Et ne diceret, quomodo lumen non erat, de quo Christus dicit, quia lucerna erat: In comparatione alterius luminis non erat lumen: Erat enim verum lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ergo cum & discipulis diceret, Vos estis lumen mundi: ne sibi aliquid tributum putarent: quod de solo Christo intelligendum esset, & ita lucernae vento superbiae extinguerentur, cum dixisset, Vos estis lumen mundi: continuo subiunxit, Non potest civitas abscondi supra montem constituta, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sed quid si Apostolos non dixit lucernam, sed accensores lucernae quam ponerent super candelabrum? Audi quia ipsos dixit lucernam, Sic luceat, inquit, lumen vestrum coram hominibus, ut videntes bona opera vestra glorificent non vos, sed patrem vestrum qui in caelis est. Ergo & Moyses perhibuit testimonium Christo, & Ioanes perhibuit testimonium Christo, & ceteri prophetae & apostoli perhibuerunt testimonium Christo. His omnibus testimoniis praeponebat testimonium operum suorum, quia & per illos non nisi deus perhibuit testimonium filio suo. Sed perhibet alio modo deus testimonium filio suo. Per ipsum filium suum indicat deus filium, indicat se per filium, ad hunc si potuerit homo pervenire, nec lucernis indigebit, & vere fodiendo altius aedificium perducet ad petram. Facilis est ergo fratres hodierna lectio, sed propter hesternum debitum, scio enim quid distulerim, non abstulerim, & dominus dignatus est donare, etiam hodie loqui ad vos. Recordamini quid respondere debeatis, si forte aliquo modo servata pietate & salubri humilitate, extendamus nos non adversus deum, sed ad deum, & leuemus ad eum animam nostram, effundentes eam super nos, sicut ille in Psalmo, cui dicebatur, Vbi est deus tuus? haec, inquit, meditat sum, & effudi super me animam meam. Leuemus ergo animam nostram ad deum, non contra deum, quia & hoc dictum est, Ad te domine leuavi animam meam. Et leuemus adiuvante ipso, quia grauis est: Unde autem grauis est? Quia corpus quod corrumpitur aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Ne forte ergo possimus sensum nostrum a multis colligere ad vnum, & euulsum a multis leuare ad vnum: quod quidem non poterimus, ut dixi, nisi adiuvet ille qui ad se vult leuari animas nostras, & contingamus ex aliqua parte, quomodo verbum deus vnicus patri coaeternus & coequalis patri, non faciat nisi quod viderit patrem facientem, cum tamen pater ipse non faciat aliquid nisi per filium videntem. Videtur mihi quomodo dominus Iesus in hoc loco magnum quiddam insinuare volens intentis, & infundere capacibus, incapaces autem excitare ad studium, ut nondum intelligentes bene vivendo capaces fiant: insinuavit nobis animam humanam & mentem rationalem, quae inest homini, non inest pecori, non vegetari, non beatificari, non illuminari, nisi ab ipsa substantia dei, eamque animam facere aliquid per corpus & de corpore, atque habere subiectum corpus, & per corporalia mulceri posse sensus corporis vel offendi, & propter hoc, id est propter confortium quoddam animae & corporis in hac vita atque complexu, delectari animam lenitis, vel contristari offensis corporis sensibus, f iij beatitu-

**G** beatitudinem tamen eius qua fit beata ipsa anima, non fieri nisi participatione illius vite semper viuæ, incommutabilis, æternæq; substantiæ, quæ deus est, ut quomodo anima quæ inferior deo est, id quod ipsa inferi<sup>o</sup> est, hoc est corpus, facit viuere, sic eandem animam non facit beatè viuere, nisi quod ipsa anima est superius. Superior enim anima quam corpus, & superior quam anima de<sup>o</sup>. Anima ut præstet aliquid inferiori, præstatur illi à superiore. Seruiat domino suo, ne cõculcetur à seruo suo. *Hæc est fratres mei, religio Christiana, quæ prædicatur per totum mundum horrentibus inimicis, & ubi vincuntur murmurantibus, ubi prævalent sæuentibus. Hæc est religio Christiana, ut colatur vnus deus, non multi dii; quia non facit animam beatam nisi vnus deus. Participatione dei fit beata, nõ participatione sanctæ animæ fit beata infirma anima, nec participatione angeli fit beata sancta anima: sed si querit beata esse infirma anima, querat vnde beata sit sancta anima: Nõ enim beatus efficeris ex angelo tu, sed vnde angelus, inde & tu. His præmissis atque firmissimè constitutis, animam rationalem non beatificari, nisi à deo, corpus nõ vegetari nisi per animam, atque esse quãdam mediocritatem inter deum & corpus, animam. Intendite ergo & recolite mecum, non hodiernam, de qua sufficienter locuti sumus, sed hesternam lectionem, quam ecce iam triduo versamus atque tractamus, & pro viribus fodimus, donec ad petram perueniamus. Verbum Christus, & verbum dei Christus: apud deum, verbum Christus, & deus verbum Christus, & deus & verbum vnus deus. Illuc perge anima contemptis cæteris, vel etiam transcensis. Illuc perge, nihil potentius ista creatura, quæ mēs dicitur rationalis, nihil hac creatura sublimius. Quicquid supra istam est, iam creator est. Dicebam autem quia verbum Christus, & verbum dei Christus, & deus verbum Christus, sed non tantum verbum Christus, quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis: ergo & verbum & caro Christus. Cum enina in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Et quid nos in imo, qui nõ poteramus infirmi & humi repententes attingere deum? Nunquid relinquendi eramus? Absit. Semetipsum exinanivit, formam serui accipiens: non ergo formam dei amittens. Factus est ergo homo qui erat deus, accipiendo quod non erat, non amittendo quod erat. Ita factus est homo deus. Ibi habes aliquid propter infirmitatem tuam, ibi habes aliquid propter perfectionem tuam, erigat te Christus per id quod homo est, ducat te per id quod deus & homo est, perducit te ad id quod deus est. Et tota prædicatio dispensatioq; per Christum hæc est, fratres, & alia non est, ut resurgant animæ, resurgant & corpora. Vtrunque quippe mortuum erat, corpus ex infirmitate, anima ex iniquitate. Resurget anima ab iniquitate per id quod deus est, resurget corp<sup>o</sup> à corruptione per id quod homo est. Animæ resurgunt per substantiam dei, corpora per dispensationem humanam. Quia vtrunque mortuum erat, resurgat vtrūque. Quid vtrūque? Anima & corpus. Per quid ergo anima nisi per deum Christum? Per quid corpus, nisi per hominem eundem Christum? Erat enim & in Christo anima humana, tota anima, non irrationale tantum animæ, sed etiam rationale quod mens dicitur. Fuerunt enim quidam hæretici, & pulsi sunt ab Ecclesia, qui putarent non habere mentem rationalem corpus Christi, sed quasi animam beluinam: excepta quippe rationali mente vita beluina est. Sed quia expulsi sunt, & veritate expulsi sunt: accipite totum Christum, verbum, mentem rationalem, & car-*

nem: hoc totum Christus est. Resurgat anima tua ab iniquitate per id quod deus est, resurgat corpus tuum à corruptione per id quod homo est. Proinde charissimi, audite magnam lectionis huius, quantum mihi videtur, profunditatem, & videte quemadmodum loquatur hic Christus; nihil aliud quam quare, venerit Christus, ut resurgant animæ ab iniquitate, resurgant corpora à corruptione. Iam dixi animæ per quid resurgant, per ipsam substantiam dei: corpora per quid resurgant, per dispensationem humanam domini nostri Iesu Christi. Amen amen dico vobis, nõ potest à se filius facere quicquam, nisi quod viderit patrem facientem. Quæcumque enim ille fecerit, hæc & filius similiter facit. Cælum, terram, mare, quæ in cælo, quæ in terra, quæ in mari, visibilia, inuisibilia, animalia in terris, fructa in agris, natantia in aquis, in aëre volantia, in cælo lucentia. Præter hæc omnia, angelos, virtutes, sedes, dominationes, principatus, potestates: omnia per ipsum facta sunt. Nunquid fecit omnia hæc deus pater, & deus demonstrauit ea facta filio, ut & ipse faceret alterum mundum his omnibus plenum? Non vtiq; sed quid? Quæcumque enim ille fecerit, hæc & non alia, sed hæc & filius, nec dissimiliter, sed similiter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Demonstrat pater filio ut animæ suscitentur, quia per patrem & filium animæ suscitantur. Nec possunt viuere animæ, nisi earum vita sit deus. Si ergo non possunt viuere animæ, nisi earum vita sit deus, sicut ipse sunt vita corporum, quod demonstrat pater filio; id est, quod facit per filium, facit: non enim faciendo demonstrat pater filio, sed demonstrando facit per filium. Videt enim filius patrem demonstrantem antequam aliquid fiat, & ex demonstratione patris & visione filij, fit à patre per filium: sic animæ suscitantur, si potuerint videre istam vnitatis coniunctionem, patrem demonstrantem, filium videntem, & per patris demonstrationem & filij visionem fieri creaturam atque id fieri per patris demonstrationem & filij visionem, quod nec pater sit, nec filius, sed infra patrem & filium, quicquid fit à patre per filium. Quis hoc videt? Ecce iterum ad carnales sensus, ecce rursus humiliamus nos, & descendimus ad vos, si tamen aliquid aliquando ascenderamus à vobis. **M** Vis demonstrare aliquid filio tuo, ut faciat quod facis, facturus es tu & sic demonstraturus. Quod igitur facturus es quod demonstras filio, non vtiq; facis per filium, sed tu solus facis quod ipse factum videat, & aliud tale similiter faciat? Non est hoc ibi. Quid pergis ad similitudinem tuam, & deles in te similitudinem dei? Ibi omnino non est hoc. Inueni aliquid quomodo demonstras filio tuo quod facies antequam facis, ut cū demonstraueris, per filium facias hoc quod facis. Iam forte quasi occurrit tibi, Ecce, inquis, cogito facere domum, & volo ut per filium meum fabricetur, antequam eam ipse fabricem ostendo filio meo quod facere volo, & facit ipse, atque ego per ipsum, cui ostendi voluntatem meam. Recelesti quidè à pristina similitudine, sed adhuc iaces in magna dissimilitudine. Ecce enim antequam facias domum, indicas filio tuo, & demonstras quid facere velis, ut te demonstrante antequam facias, faciat ipse quod demonstraueris, & tu per ipsum. Sed verba dicentur es filio tuo, inter te & ipsum verba cursura sunt, & inter demonstrantem & videntem, vel loquentem & audientem sonus articulatus volat, qui non est quod tu, nõ est quod ipse: son<sup>o</sup> quippe ille qui exit de ore tuo, & verberato aëre tangit aurem filij tui, & impleto sensu audiendi

Resumit hic Aug. quod in. 4. tractatibus expositum est amplius exponendum.

**A** audiendi perducit ad cor cogitationem tuam: sonus ergo ille non est ipse tu, non est ipse filius tuus. Signum datum est ab animo tuo animo, filij tui, quod signum nõ est, nec animus tu<sup>o</sup>, nec anim<sup>o</sup> filij tui, sed aliud aliquid. Itane putas patrem deum locutum esse cū filio? Fuerunt verba inter deum & verbum, quomodo istud est? An quicquid vellet pater dicere filio? Si vellet verba dicere, ipse filius est verbum patris. Nunquid per verbum loqueretur ad verbum? An quia filius magni verbum, minora verba cursura erant inter patrem & filium, sonus aliquis & quasi creatura quadam temporalis atque volatica, exitura erat ex ore patris, & percussura aurem filij? Nunquid habet deus corpus, ut quasi ex eius labijs procedat, & habet aures corporis verbum, in quas sonus veniat? Remoue omnia corporalia, simplicitatem vide, si simplex es. Quomodo autem eris simplex? Si te non mundo implicaueris, sed ex mundo explicaueris, explicando enim te simplex eris, & vide si potes quod dico, aut si non potes, crede quod nõ vides. Dicis filio tuo, verbo dicis: verbum quod sonat, nec tu es, nec filius tuus. Habeo, inquis, aliud quod ostendam: ita enim est, inquis, eruditus filius meus, ut nec loquentem me audiat, sed nutu ostendo ei quod faciat. Ecce nutu ostende quod vis, certe animus tuus vult ostendere quod in se habet. Vnde facis nutum? De corpore scilicet & labijs, vultu, supercilijs, oculis, manibus, hæc omnia non sunt quod animus tuus, etiam ista media sunt. Intellectum est aliquid per hæc signa quæ nõ sunt quod animus tu<sup>o</sup> nec quod animus filij tui, sed hoc totum quod corpore agis infra animum tuum est, & infra animum filij tui, nec potest cognoscere animum tuum filius tuus, nisi dederis ei signa de corpore. Quid igitur facio? Nõ est hoc ibi, simplicitas ibi est. Pater ostendit filio quod facit, & ostendit filium gignit. Video quid dixerim, sed quia video & quibus dixerim, fiat in vobis intellectus iste quandoque. Nunc si non potestis comprehendere quid sit deus, vel hoc comprehendite quid non sit deus: multum profeceritis, si non aliud quam est de deo senseritis: nõdum potes peruenire ad quid sit, perueni ad quid non sit. Non est deus corpus, non terra, non cælum, nõ luna, non sol, non stellæ, non corporalia ista: si enim nõ cælestia, quãto minus terrena? Tolle omne corpus. Adhuc audi aliud, Non est deus mutabilis spirit<sup>o</sup>: nõ fateor, & fatendum est, quia Euangelium loquitur, Deus spiritus est. Sed transi omnem mutabilem spiritum, transi spiritum qui modo scit, modo nescit, modo meminit, modo obliuiscitur, vult quod nolebat, non vult quod volebat, siue patiat<sup>ur</sup> iã istas mutabilitates, siue pati possit: transi hæc omnia, non inuenies in deo aliquid mutabilitatis, non aliquid quod aliter nõc est, aliter pauloante fuerit: nam ubi inuenis aliter & aliter, facta est ibi quadam mors: mors enim est, non esse quod fuit. Immortalis enim dicitur anima: est quidem, quia viuunt semper anima, & est in illa quadam vita permanens, sed mutabilis vita. Secundum mutabilitatem vite huius & mortalis dici potest, quia si viuere sapienter, & desipit, mortua est in deterius: si viuere insipienter & sapit, mortua est in melius: nam esse mortem in deterius, esse mortem in melius scriptura nos docet. Vtiq; in deterius mortui erant: de quibus dicitur, Sine mortuis, sepeliat mortuos suos: & Exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illumina bit te Christus. Et de hac lectione quando mortui audient, & qui audierint viuunt, in deterius mortui erant, ideo reuiuiscunt. Reuiuiscendo moriuntur in melius, quia & reuiuiscendo non erit quod erant: non esse autem quod erant mors est. Sed forte si in melius est, non ap-

Ioan. 4.

Matth. 8. Ephe. 5.

pellatur mors appellatur autem illam mortem Apostolus. **D** Si autem mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc velut viuentes de hoc modo deconscitis? Et iterum, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo, Mori nos vult ut viuamus, quia viximus ut moremur. Quicquid ergo & à meliore in deterius, & à deteriore in melius moritur, nõ est hoc deus, quia neque in melius ire potest summa bonitas, neque in deterius vera æternitas. Vera autem æternitas est, ubi temporis nihil est. Erat autem modo hoc, & modo illud, iam tempus admissum est, æternum non est. Nam ut noueritis, quia nõ sic deus immortalis quomodo anima, certe immortalis est anima: quid ergo est quod ait Apostolus de deo, Qui solus habet immortalitatem: nisi quia hoc aperte dixit, solus habet incommutabilitatem, quia solus habet veram æternitatem, ergo ibi nulla mutabilitas. Agnosce in te aliquid quod volo dicere intus: intus in te, nõ in te quasi in corpore tuo, nõ & ibi potest dici in te. In te est enim sanitas, in te qualibet ætas, sed secundum corpus in te est manus, pes tuus: sed aliud est in te intus, aliud in te tãquam in veste tua. Sed relinque foris & vestem tuam & carnem tuam, descendente in te, ad secretarium tuum, mentem tuam, & ibi vide quod volo dicere si poteris. Si enim tu ipse à te longe es, deo propinquare vnde potes? Dicebam de deo, & intellectum te arbitrabaris. De anima dico, de te dico, intellige, ibi te probabo. Non enim valde longe pergo in exempla, quãdo de mente tua volo aliquam similitudinem dare ad deum tuum, quia vtiq; nõ in corpore, sed in ipsa mente factus est homo ad imaginem dei. In similitudine sua deum queramus, in imagine sua creatorem agnoscamus. Ibi intus, si potuerimus, inueniamus hoc quod dicimus, quomodo demonstrat pater filio, & filius videat quod demonstrat pater, antequam fiat aliquid à patre per filium. Sed cum dixerò & intellexeris, nec sic putes iam illud aliquid tale esse, ut serues ibi pietatem, quam volo à te seruari: & præcipue moneo, id est, ut si non vales comprehendere deum quid sit, parum non tibi putes esse scire quid non sit. Ecce in mète tua video aliqua duo, memoriam tuam & cogitationem tuam, id est, quasi aciem quandam & obtutum animæ tuæ. Vides aliquid, & per oculos percipis, & commedas memoria, & ibi est intus quod memoriæ commendasti, in addito reconditum quasi in horreo, quasi in thesauro, quasi in secretario quodam & penetranti interiore. Cogitas aliud, intentio tua alibi est: illud quod vidisti in memoria tua est, & nõ videtur à te, quia cogitatio tua in aliud intenditur. Modo probò, sciētibus loquor, Carthaginem, nomino, omnes modo intus quicunque eam nostis, vidistis Carthaginem, nõquid tot sunt Carthagine quot animæ vestræ? Omnes vidistis per nomen hoc, per quatuor has syllabas notas vobis, erumpentes ex ore meo, tactæ sunt aures vestræ, factus est sensus animæ per corpus, & ab alia intentione reflexus est animus ad id quod ibi erat, & vidit Carthaginē. Nunquid tunc est ibi Carthago facta? Iã ibi erat, sed latebat. Quare latebat? Quia animus tuus in aliud attendebat. Cum vero reflexa est cogitatio tua ad id quod erat in memoria, inde formata est, & visio quadam animi facta est: antea nõ erat visio, sed erat memoria: reflexa cogitatione ad memoriã, facta est visio. Demonstrauit ergo memoria tuã cogitationi tuæ Carthaginem, & quod in illa erat antequam intenderes, conuerse ad se intentioni cogitationis ostendit. Ecce facta est à memoria demonstratio, facta est in cogitatione visio, & nulla verba in medio cucurrerunt, nullum

Colos. 2.

Colos. 3.

1. Timo. 6.

Philip. 2.



G nullum ex corpore signum datum est, nec inuisti, nec scripsisti, nec sonuisti, & tamē cogitatio vidit quod memoria demonstravit: eiusdem autem substantiæ est & quæ demonstravit, & cui demonstravit. Sed Carthaginem ut haberet & memoria tua, per oculos hausta est imago hæc: vidisti enim quod in memoria recondes. Sic arbore quam meministi, vidisti, sic montē, sic fluvium, sic amici faciem, sic inimici, sic patris, matris, fratris, sororis, filij, vicini: sic literarum in codice conscriptarum, sic ipsius codicis, sic huius basilicæ: omnia ista vidisti, & videri quia iam erant, memoriæ comendasti, & tanquā posuisti illic quæ videres cogitando cum velles, etiam cum ab istis corporis oculi defuissent. Vidisti enim Carthaginē cum esses Carthagini, accepit speciem per oculos anima tua, hæc species recondita est in memoria tua, & servasti aliquid intus homo apud Carthaginem constitutus, quod posses apud te videre etiam cum ibi non esses. Hæc omnia forinsecus accepisti. Pater quæ demonstrat filio, non accipit extrinsecus, intus totū agit, quia nihil creaturarum esset extrinsecus, nisi hoc pater fecisset per filiū. Creatura omnis à deo facta est, antequā fieret non erat. Non ergo facta videri est & retenta memoriter, ut eam pater filio tanquam memoria cogitationi monstraret, sed faciendam pater monstravit, faciendam filius vidit, & eam pater demonstrando fecit, quia per filium videntem fecit. Et ideo mouere non debet, quia dictum est, nisi quod viderit patrem faciētem: non dictum est, demonstrantem. Per hoc enim significatum est, id esse patri facere, quod est monstrare: ut ex hoc intelligatur per filium videntem omnia facere, nec illa demonstratio, nec illa visio temporalis est. Quia enim per filiū fiunt omnia tempora, non utique aliquo tempore possent ei demonstrari faciēda. Sic autem demonstratio patris, filij visionem gignit, quemadmodū pater filium gignit. Demonstratio quippe generat visionem, non visio demonstratio. Quod si purius & perfectius intueri valemus, fortasse inueniremus, nec aliud esse patrem, aliud eius demonstrationem: nec aliud filium, aliud eius visionem. Sed si vix hoc cepimus, vix explicare potuimus, quomodo memoria quod cepit extrinsecus, ostendat cogitationi: quanto minus capere aut explicare poterimus, quomodo pater deus demonstrat filio quod non habet aliunde, vel quod non est aliud quam ipse. Parvuli sumus, loquor vobis quid nō sit deus, non ostēdo quid sit. Ergo ut capiamus quid sit, quid faciemus? Nunquid à me, nunquid per me poteritis? Dicam hoc parvulis, & vobis & mihi. Est per quem possimus: modo cantauimus, modo audiuimus, facta in deum curam tuam, & ipse te enutriet. Ideo enim non potes, o homo, quia paruulus es. Si paruulus es, nutriendus es, nutritus, grandis eris: & quod paruulus non poterat, grandis videbis: sed ut nutritus, facta in deum curam tuam, & ipse te enutriet. Modo ergo percurramus breuiter quæ restant, & videte hic quæ commendavi, quomodo dominus insinuet. Pater diligit filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit. Ipse suscitavit animas, sed per filiū, ut fruatur animæ suscitatae substantia dei, hoc est patris & filij. Et maiora his demonstrabit ei opera. Quibus maiora? Sanitatis corporum. Iam & antea tractauimus, nec immorari debemus. Maior est enim resurrectio corporis in æternum, quam hæc quæ ad tempus facta est in illo languido sanitas corporis. Et maiora his demonstrabit ei opera, ut vos miremini. Demonstrabit quasi temporaliter, ergo quasi homini facta in tempore, quia verbum deus non est factus, per quem

omnia facta sunt tempora: sed homo factus est in tempore, a patre quo confute, quo die conceptum de spiritu sancto, virgo Maria peperit Christum. Ergo homo factus est in tempore, per quem deum facta sunt tempora: ideo tanquam in tempore demonstravit ei opera maiora, id est, resurrectionem corporum, ut vos miremini factam per filium resurrectionem corporum. Deinde redit ad illam resurrectionem animarum. Sicut enim pater suscitavit mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Sed secundum spiritum viuificat pater, viuificat filius, quos vult pater, quos vult filius, sed ipsos pater quos filius, quia omnia per ipsum facta sunt: sicut enim pater suscitavit mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. De resurrectione animarum dictū est hoc: quid de resurrectione corporum? Redit & dicit, Neque enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Resurrectio animarum fit per substantiam patris & filij æternam & incommutabilem: resurrectio vero corporum fit per dispensationem humanitatis filij temporale, nō patri coæternam: ideo cum memoraret iudicium ubi fieret resurrectio corporum: Non enim pater, inquit, iudicat quēquā, sed omne iudicium dedit filio. De resurrectione autem animarum, sicut pater suscitavit mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat: illud ergo simul pater & filius. Hoc autem de resurrectione corporum, non iudicat pater quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Hoc redditum est resurrectioni animarum, ut omnes honorificent filium. Quomodo? Sicut honorificant patrem: animarum enim resurrectionem sic operatur filius quomodo pater. Ergo in animarum resurrectione omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem. Quid de honorificatione propter resurrectionem corporis? Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui misit illum. Non dixit sicut, sed honorificat & honorificat. Honoratur enim homo Christus, sed non sicut pater deus. Quare? Quia secundum hoc dixit, Pater maior me est. Quando autem honorificatur filius, sicut honorificatur pater? Cum in principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & omnia per ipsum facta sunt. Et ideo in hac honorificatione secunda, quid ait? Qui non honorificat filium, nec honorificat patrem qui misit illum: Non est missus filius, nisi quia factus est homo. Amen amen dico vobis. Iterum redit ad resurrectionem animarum, ut assidue dicentem capiamus, quia velut volantem sermonem sequi non poteramus, ecce immoratur nobiscum sermo dei, ecce quasi habitat cum infirmitatibus nostris, redit rursus ad commendationem resurrectionis animarum: Amen amen dico vobis, Quia qui verbum meum audit, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam: sed tanquam ex patre. Quia qui verbum meum audit, & credit ei qui misit me, ex patre habet vitam æternam, credendo in eum qui misit illum, Et in iudicium non venit, sed transit à morte ad vitam. Sed ex patre viuificatur cui credit. Quid tu? Non viuificas? Vide quia & filius quos vult viuificat. Amen amen dico vobis, quia venit hora quando mortui audient vocem filij dei, & qui audierint uiuent. Hic non dixit, credent ei qui misit me, & ideo uiuent, sed audiendo vocem filij dei, qui audierint, hoc est, obaudierint filio dei, uiuent. Ergo & ex patre uiuent cum credent patri: & ex filio uiuent, cum audierint vocem filij dei: quare ex patre uiuent, & ex filio uiuent? Sicut enim habet pater vitam in semetipso, sic dedit filio, habere vitam in semetipso. Impleuit de resurrectione animarum, restat

A restat euidentius dicere de resurrectione corporum: Et potestatem dedit ei iudicium facere: non solum animas per fidem & sapientiam suscitare, sed & iudicium facere. Quare autem hæc? Quia filius hominis est. Facit ergo aliquid pater per filium hominis, quod non facit ex substantia sua cui æqualis est filius, sicut ipsum nasci, sicut ipsum crucifigi, sicut ipsum mori, sicut ipsum resurgere, non enim aliquid horum patri contigit, sic & resurrectionem corporum, nam resurrectionem animarum ex substantia sua pater facit per substantiam filij quæ illi æqualis est: animæ quippe fiunt participes illius incommutabilis lucis, non corpora: resurrectionem autem corporum pater facit per filium hominis. Et potestatem enim dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est, secundum illud quod supra dixit, Neque enim pater iudicat quemquam. Et ut ostendat quia de resurrectione corporum hoc dixit, Nolite mirari hoc, quia venit hora: non nunc est, sed venit hora. In qua omnes qui in monumentis sunt, iam hoc & hesternum procedent. Et ubi? In iudicium. Qui bene fecerit in resurrectionem vitæ, qui male egerunt, in resurrectionem iudicij. Et tu hoc facis solus, o domine, quia omne iudicium filio pater dedit, & non iudicat quemquam? Ego, inquit, facio. Sed quomodo facis? Non possum à me facere quicquam, sed sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est. Cum ageretur de resurrectione animarum, nō dicebat audio, sed video. Audio enim tanquā præcipientis patris imperium. Iam ergo sicut homo, sicut quo maior est pater, iam ex forma serui, non ex forma dei, sicut audio iudico, & iudicium meum iustum est. Vnde est iudicium iustum hominis? Fratres mei attendite, Quia non quero voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.

Ab eo quod scriptum est, Post hoc abiit Iesus trans mare Galilææ quod est Tiberiadis: usque ad id quod ait, Illi ergo homines cum uiderent quod fecerat signum dicebant, Quia hic est uere propheta qui uenit in mundum.

Tractatus XXIII.

Cap. VI.

Miracula quæ fecit dominus noster Iesus Christus, sunt quidem diuina opera, & ad intelligendum deum de visibilibus admonet humanam mentem. Quia enim ille non est talis substantia quæ uideri oculis possit, & miracula eius, quibus totum mundum regit, uniuersamque creaturam administrat, assidue uiluerunt, ita ut penè nemo dignetur attendere opera dei mira & stupenda in quolibet seminis grano secundum ipsam suam misericordiam seruauit sibi quædam, quæ faceret opportuno tempore præter uisitatū cursum ordinemque naturæ, ut non maiora sed insolita uidentem stupere, quibus quotidiana uiluerant. Maius enim miraculum est gubernatio totius mundi, quam saturatio quinque milium hominum de quinque panibus, & tamē hæc nemo miratur. Illud mirantur homines, non quia maius est, sed quia rarum est. Quis enim & nunc pascit uniuersum mundum, nisi ille qui de paucis granis segetes creat? Fecit ergo quomodo deus. Vnde enim multiplicauit quinque panes, potestas enim erat in manibus Christi. Panes autē illi quinque, quasi femina erant, non quidem terræ mandata, sed ab eo qui terram fecit multiplicata. Hoc ergo ad motum est sensibus quo erigetur mens, & exhibitum oculis ubi exerceretur intellectus, ut inuisibilem deū per uisibilia opera miraremur, & erecti ad fidem, & purgati per fidem, etiā ipsum in-

uisibiliter videre cuperemus, quem de rebus uisibilibus inuisibiliter nosceremus. Nec tamen sufficit hæc intueri in miraculis Christi. Interrogemus ipsa miracula, quid nobis loquatur de Christo. Habent enim si intelligantur linguam suam: nam quia ipse Christus uerbum dei est etiam factum uerbi, uerbum nobis est. Hoc ergo miraculum sicut audiuimus quàm magnum est, quæramus etiam quàm profundum sit. Non tantum eius supericie delectemur, sed etiam altitudinem perscrutemur: habet enim aliquid intus, hoc miramur foris. Vidimus, expectauimus magnum quiddam, præclarum quiddam, & omnino diuinum, quod fieri nisi à deo non possit. Laudauimus de facto factorem. Sed quemadmodum si literas pulchras alicubi inspiceremus, non nobis sufficeret laudare scriptoris articulum, quomodo eas pariles, æquales, decorasque fecit, nisi etiam legerimus quid nobis per illas indicauerit, ita factum hoc qui tantum inspicit, delectatur pulchritudine facti, ut admiretur artificem: qui autem intelligit, quasi legit. Aliter enim uidetur pictura, aliter uidentur literæ. Picturam cum uideris, hoc est, totum uidisse laudasse: literas cum uideris, non hoc est totum, quoniam commoneris & legere, etenim dicis, cum uideris literas, si forte non eas nostri legere, Quid putamus esse quod hic scriptum est? Interrogas quid sit, cum iam uideas aliquid. Aliud tibi demonstraturus est, à quo quæris agnoscere quod uidisti. Alios ille oculos habet, alios tu. Nonne similiter apices uidetis? Sed non similiter signa cognoscitis. Tu ergo uides & laudas, ille uidet & laudat, legit & intelligit. Quia ergo uidimus, quia laudauimus, legamus & intelligamus. Dominus in monte, multo magis, intelligamus quia dominus in monte, uerbum est in alto. Proinde non quasi humiliter iacet, quod in monte factum est: nec transeunt prætereundum est, sed suspiciendum. Turbas uidit, esurientes agnouit, misericorditer pauit, non solum pro bonitate, uerum etiā pro potestate. Quid enim sola prodesset bonitas, ubi non erat panis, unde turba esurientes pasceretur? Nisi bonitati adesset potestas, ieiuna illa turba & esurientes remaneret. Denique & discipuli qui erant cum domino in fame, & ipsi turbas uolebant pascere, ut non remanerent inanes, sed unde pascerentur panes ad turbas pascerent. Et ait scriptura, Hoc autem dicebat tentans eum. discipulum scilicet Philippum quem interrogauerat.

Ipse autem sciebat quid esset facturum. Cur ergo bonus tentabat, nisi quia ignorantiam discipuli demonstrabat? Et forte in demonstratione ignorantie discipuli aliquid significauit. Apparebit ergo cum ipsum sacramentum de quinque panibus cepit nobis loqui, & quid significet indicare. Ibi enim uidebimus, quare dominus in hoc facto ignorantiam discipuli uoluit interrogando quod sciebat, ostendere: nam interrogamus aliquando quod nescimus, audire uolentes ut discamus: aliquando interrogamus quod scimus, & scire uolentes utrum ille sciat quem interrogamus: utrumque hoc nouerat dominus, & quod interrogabat sciebat, & quid esset facturum ipse nouerat, & hoc nescire Philippum sciebat similiter. Quare itaque interrogabat, nisi quia illius ignorantiam demonstrabat? Et hoc quare fecerit, ut dixi, postea intelligemus. Andreas ait, Est hic puer quidam qui habet quinque panes & duos pisces, sed hæc quid sunt ad tantos? Cum dixisset Philippus interrogatus ducentorum denariorum panes non sufficere, quibus tanta illa turba reficeretur, erat ibi quidam puer portans quinque panes hordeaceos & duos pisces. Et ait Iesus, Facite homines

**G** mines discumbere. Erat autem ibi fœnum multum, & discubuerunt ferme quinque milia hominum. Accepit autem dominus Iesus panes, gratias egit, iussit frangi panes, poni ante discubentes. Fracti sunt panes, positi ante discubentes, non iam quinque panes, sed quod adiecerat qui creauerat quod auctu erat. Et de piscibus quantum sufficiebat. Parum est turbam illam fuisse satiata, etiam fragmenta resederunt: & ipsa colligi iussa sunt ne perirent. Et impleuerunt duodecim cophinos fragmentorum. Breuiter ut curramus, quinque panes intelliguntur quinque libri Moysi, merito non triticeis sed hordeaceis, quia ad vetus testamentum pertinent. Nostis autem hordeum ita creatum, ut ad medullam eius vix perueniatur, vestitur enim eadem medulla tegmine palea, & ipsa palea tenax & inharēs, ut cum labore exuatur. Talis est litera veteris testamenti, vestita tegminibus carnalium sacramentorum: sed si ad eius medullam perueniatur, pascit & satiat. Ferebat ergo puer quidam quinque panes & duos pisces. Si queramus quis fuerit puer iste, forte populus Israël erat. Sensu puerili portabat, nec manducabat, illa enim quae portabat clausa onerabant, aperta pascebant. Duo autem pisces videntur nobis significare duas illas in veteri testamento sublimes personas, quae vngentur ad populum sanctificandum & regendum, sacerdotes & reges. Et ipse venit in mysterio aliquando, qui per illas significabatur, venit aliquando qui per medullam hordei ostēdebatur, per paleam vero hordei occultabatur. Venit ipse vnus vtraque personam in se portans, sacerdotis & regis. Sacerdotis per victimam, quam seipsum obtulit pro nobis deo. Regis quia regitur ab eo, & aperiuntur quae clausa portabantur. Gratias illi, impleuit per se quod per vetus testamentum promittebatur, & frangi iussit panes: frangendo multiplicati sunt. Nihil verius. Quinque enim libri Moysi, quam multos libros cum exponuntur, tanquam frangendo, id est, disseverando fecerunt: Sed quia in illo hordeo ignorantia primi populi tegebatur, de quo primo populo dictum est, Quamdiu legitur Moyses, velamen supra corda eorum positum est. Nondum enim ablatum erat velamen, quia nondum venerat Christus. Nondum velum templi fuerat illo in cruce pendente conscissum. Quia ergo ignorantia populi erat in lege, propterea illa domini tentatio ignorantiam discipuli demonstrabat. Nihil igitur vacat, omnia innuit, sed intellectore requirit: nam & iste numerus pasti populi populi significabat sub lege constitutum. Cur enim quinque milia erant, nisi quia sub lege erant, quae lex quinque libris Moysi explicatur? Vnde & quinque illis portibus languidi prodebantur, non sanabantur. Ille autem ibi curauit languidum, qui & hic turbas de quinque panibus pascit: nam & super fœnum discumbentibus. Carnaliter ergo sapiebant, & in carnalibus quiescebant. Omnis enim caro fœnum. Quae sunt autem illa fragmenta, nisi quae populus non potuit manducare? Intellicantur ergo quaedam secretiora intelligentiae, quae multitudo non potest capere. Quid ergo restat, nisi ut secretiora intelligentiae quae non potest capere multitudo illis credantur qui idonei sunt & alios docere, sicut erant Apostoli, vnde duodecim cophini impleti sunt? Factum est hoc & mirabiliter, quia magnum factum est & vtiliter, quia spiritaliter factum est. Qui tunc viderunt, admirati sunt, nos autem non miramur cum audimus. Factum est enim ut illi viderent, scriptum est autem ut nos audiremus. Quod in illis oculis valuerunt, hoc in nobis fides: cernimus quippe animo, quod oculis non potuimus. Et praeterati sumus illis, quoniam de nobis dictum est,

Beati qui non vident & credunt. Addo autem quia forte & intelleximus, quod illa turba non intellexit. Et vere nos pasti sumus, qui ad medullam hordei peruenire potuimus. Denique homines illi qui viderunt hoc, quid putauerunt? Illi, inquit, homines cum vidissent quod fecerat signum, dicebat, quia hic est vere propheta. Adhuc forte ideo Christum prophetam putabant, quia super fœnum discumbentibus. Erat autem ille dominus prophetarum, impletor prophetarum, sanctificator prophetarum, sed & propheta: nam & Moysi dictum est, Suscitabo eis prophetam similem tuis similem secundum carnem, non secundum maiestatem. Et de ipso Christo illam domini promissionem habere intelleximus, aperte in Actibus Apostolorum exponitur & legitur. Et ipse dominus de se ait, Non est propheta sine honore, nisi in patria sua. Propheta dominus, & verbum dei dominus, & nullus propheta sine verbo dei prophetat. Cum prophetis verbum dei, & propheta verbum dei. Meruerunt priora tempora prophetas afflatos, & impletos verbo dei: meruimus nos prophetam ipsum verbum dei. Sic autem propheta Christus dominus prophetarum, sicut angelus Christus dominus angelorum: nam & ipse dictus est magni consilij angelus. Veruntamen alibi quid dicit propheta? Quia non legatus neque angelus, sed ipse veniens saluos faciet eos: id est, ad saluos eos faciendos non mittet legatum, non mittet angelum, sed veniet ipse. Quis veniet, ipse angelus. Certe non per angelum, nisi quia iste sic angelus, ut etiam dominus angelorum. Etenim angeli latine nuncij sunt. Si Christus nihil annuntiaret, angelus non diceretur: si Christus nihil prophetaret, propheta non diceretur: exhortatus est nos ad fidem, & ad capeendam vitam aeternam. Aliquid praesens annuntiavit, aliquid futurum praedixit. Ex eo quod praesens annuntiavit, angelus erat: ex eo quod futurum praedixit, propheta erat: ex eo quod verbum dei caro factum est, & angelorum & prophetarum dominus erat.

*Ab eo quod scriptum est, Iesus ergo cum cognouisset, quod uenissent ut raperent eum: usque ad id quod ait, Et omnis qui uidet filium & credit in eum, habet vitam aeternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die.*

TRACTATUS XXV.

**M** Esternam ex Euangelio lectionem, ista est hodierna quae sequitur, vnde hodiernus sermo debetur. Facto illo miraculo, ubi quinque milia hominum de quinque panibus pascit Iesus, cum admirata essent turbas, & eum magnum prophetam diceret qui venit in mundum: sequitur hoc, Iesus ergo cum vidisset, quia venerant ut raperent eum, & faceret eum regem, fugit iterum in montem ipse solus. Datur ergo intelligi, quod dominus cum sederet in monte cum discipulis suis, & videret turbas ad se venientes, descenderat de monte, & circa inferiora loca turbas pauerat: nam quomodo fieri potest, ut rursus illuc fugeret, nisi ante de monte descenderet? Significatur ergo aliquid, quod dominus de alto descendit ad pascedas turbas, pascit & ascendit. Quare autem ascendit, cum cognouisset quia eum vellet raperere & regem facere? Quid enim? Non erat rex, qui timebat fieri rex? Erat omnino. Nec talis rex qui ab hominibus fieret, sed talis rex qui hominibus regnum daret. Nunquid forte & hic aliquid significat nobis Iesus, cuius verba facta sunt? Ergo in hoc quod voluerunt eum raperere & regem facere, & propter hoc fugit in montem ipse solus, hoc in illo factum tacet, nihil loquitur, nihil significat: an forte hoc erat raperere eum, prauenire velle tempus regni eius? Etenim venerat modo, non iam regnare

**A** gnare quomodo regnatus est in eo quod dicimur, Adueniat regnum tuum. Semper quidem ille cum patre regnat secundum quod est filius dei, verbum dei, verbum per quod facta sunt omnia. Praedixerunt autem Prophetae regnum eius, etiam secundum id quod homo factus est Christus, & fecit fideles suos Christianos: erit enim regnum Christianorum quod modo colligitur, quod modo comparatur, quod modo emittit sanguine Christi. Erit aliquando manifestum regnum eius, quando aperta erit claritas sanctorum, post iudicium ab eo factum: quod iudicium supra ipse dixit, quod filius hominis facturus sit. De quo etiam Apostolus dixit, Cum tradiderit regnum deo & patri. Vnde etiam ipse ait, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi. Discipuli autem & turbas credentes in eum, putauerunt illum sic venisse ut etiam regnaret: hoc est velle rapere & regem facere, prauenire velle tempus eius, quod tunc in sine occultabat, ut opportune proderet, & opportune in sine seculi declararet. Nam ut noueritis, quia regem eum volebant facere, id est, anteuenire, & iam habere manifestum Christi regnum, quem primo oportebat iudicari, & deinde iudicare, ubi crucifixus est, & illi qui in eum sperabant, spem resurrectionis eius perdididerunt, resurgens a mortuis inuenit inde duos cum desperatione sibi sermocinantes, & cum gemitu quae gestauerant colloquentes, & apparens eis velut incognitus, cum oculi eorum teneretur ne ab eis agnosceretur, sermonem tractatibus miscuit, illique narrantes ei vnde sermocinarentur, dixerunt, quod ille magnus propheta in factis & dictis occisus esset a principibus sacerdotum. Et nos, inquit, sperabamus: quia ipse esset redempturus Israël. Recte sperabatis, verum sperabatis, in illo est redemptio Israël. Sed quid festinatis? Rapere vultis. Illud etiam indicat nobis hunc sensum, quia cum eum quaererent discipuli de fine, dixerunt ei, Si hoc in tempore representabis, & quando erit regnum Israël? Iam enim esse cupiebant, iam volebant, hoc est rapere velle, & regem facere. Sed ait discipulis, quia adhuc solus ascensurus erat: Non, inquit, est vestrum scire tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem ex alto, spiritum sanctum superuenietem in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudaea & Samaria, & vsque ad fines terrae. Vultis ut iam exhibeam regnum? prius colligam quod exhibeam. Altitudinem amatis, & altitudinem adipiscimini, sed per humilitatem me sequimini. Sic de illo etiam praedictum est, Et congregatio populorum erit circumdabit te, & propter hanc in altum regredere: id est, ut circumdet te congregatio populorum, ut multos colligas, regredere in altum. Sic fecit, pascit & ascendit. Quare autem dictum est, fugit? Neque enim vere si nollet teneretur, si nollet raperetur, qui si nollet, nec agnosceretur: nam ut noueritis hoc mystice factum, non ex necessitate, sed ex significante dispositione, modo in consequenti videbitis, quia eis secundo turbis, quae eum querebant apparuit, & cum eis loquens, multa eis dixit, multa de pane caelesti disputauit. Nonne cum ipsis de pane disputans erat, a quibus ne teneretur aufugerat? Non ergo & tunc poterat agere ut non ab eis comprehenderetur, quemadmodum postea quando cum eis loquebatur? Aliquid ergo significauit fugiendo. Quid est ergo fugit? Non potuit intelligi altitudo eius. Quicquid enim non intellexeris, fugit me dicis. Ergo fugit iterum in montem ipse solus. Primogenitus a mortuis ascendens super omnes caelos, & interpellans pro nobis. Interea illo sursum posito solo sacerdote magno,

qui intrauit in interiora veli, foris populo constituto: D hunc enim sacerdos ille in lege veteri significabat, qui hoc semel in anno faciebat. Illo ergo sursum posito, discipuli in nauicula quid patiebantur? Nam illo in altis constituto, nauicula illa Ecclesiam significabat. Si non hoc primo in Ecclesiam intelligimus, quod illa nauicula patiebatur, non erant illa significata, sed simpliciter tractantia. Si autem videmus exprimi in Ecclesia veritatem illarum significationum, manifestum est, quia facta Christi genera sunt locutionum. Ut autem sero factum est, inquit, descenderunt discipuli eius ad mare. Et cum ascendissent nauiculam, venerunt trans mare in Capernaum. Cito dixit finitum quod postea factum est. Venerunt trans mare in Capernaum, & redit ut exponat quemadmodum venerunt, quia per stagnum nauigantes transierunt. Et dum venissent ad eum locum, quod eos venisse iam dixit, recapitulando exponit quid acciderit. Tenebrae iam factae erant, & non venerat ad illos Iesus. Merito tenebrae, quia lux non venerat. Tenebrae iam factae erant, & non venerat ad eos Iesus. Quantum accedit finis mundi, crescit errores, crebrescunt terrores, crescit iniquitas, crescit infidelitas. Lux denique quae charitas apud Ioannem ipsum Euangelistam satis aperte monstratur, ita ut diceret, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, creberrime extinguitur. Crescunt ira, & tenebrae odiorum fratrum cotidie crescunt, & nondum venit Iesus. Vnde apparet quia crescit? Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Crescunt tenebrae, & nondum venit Iesus. Crescentibus tenebris, refrigescente charitate, abundante iniquitate, ipsi sunt fluctus nauem turbantes. Tempestates & venti, clamores sunt maledicorum. Inde charitas refrigescit, inde fluctus augentur, & turbatur nauis. Vento magno flante mare exurgebat. Tenebrae credebant, intelligentia minuebatur, iniquitas augebatur. Cum remigassent ergo quasi stadia viginti quinque aut triginta. Interea ambulabant, promouebant, nec venti illi, & tempestates, & fluctus, & tenebrae id agebant, ut vel nauis non promoueretur, vel soluta mergeretur, sed inter illa omnia mala ibat. Etenim quia abundauit iniquitas, & refrigescit charitas multorum, crescunt fluctus, augentur tenebrae, sauius ventus, sed tamen nauis ambulat. Qui enim perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. Nec ipse stadorum numerus contemnendus est. Neque enim vere posset nihil significare quod dictum est, Cum remigassent stadia viginti quinque aut triginta, tunc ad eos venit Iesus. Sufficeret autem viginti quinque aut triginta, maxime quia estimantis erat, non affirmantis. Nunquid periclitaretur veritas in aestimante, si diceret stadia ferme triginta, aut stadia ferme viginti quinque: sed ex viginti quinque fecit triginta. Queramus numerum viciesimum quintum. Vnde constant, vnde sunt de quinario. Quinarius ille numerus ad legem pertinet. Ipsi sunt quinque libri Moysi, ipsi sunt quinque porticus illa languidos continentes, ipsi quinque panes quinque milia hominum pascentes. Ergo legem significat numerus viciesimus quintus. Quoniam quinque per quinque, id est quinquies quini, faciunt viginti quinque, quadratum quinarium. Sed huic legi antequam Euangelium veniret, deerat perfectio. Perfectio autem in senario numero comprehenditur, propterea sex diebus deus mundum perfecit, & quinque ipsa per sex multiplicentur, ut lex per Euangelium adimpleatur, ut fiant sexies quini triginta. Ad eos ergo qui implent legem, venit Iesus. Et venit. Quomodo? Calcans fluctus, omnes tumores

2. Cor. 3.

Es. 40.

Ioan. 20.

Deut. 18.

1. Cor. 15. Math. 25.

Act. 7. Ioan. 4.

L

Es. 9.

Luc. 24.

Actuum. 1.

M

Ps. 7.

Roma. 8.

Hebr. 2. 9.

E

1. Ioan. 2.

Math. 24.

F

Math. 10. & 24.

Hic præ-  
ritur textus,  
Vident Ie-  
sum, vique &  
simulant.

**G** tumores mundi sub pedibus habens, omnes celsitudines seculi premens. Hoc agitur quantum additur temporis, & quantum accedit ætas seculi. Augentur in isto mundo tribulationes, augentur mala, augentur contritiones, exaggerantur hæc omnia. Iesus transit calcans fluctus, & tamen tantæ sunt tribulationes: vt etiam ipsi qui crediderunt in Iesum, & qui conantur perseverare in finem, expauescant ne deficiant. Christo fluctus calcante seculi, ambitiones & altitudines deprimentes, expauescit Christianus. Nonne hæc illi prædicta sunt? Merito & Iesu in fluctibus ambulante, Timuerunt. Quomodo Christiani quavis habentes spem in futuro seculo, quando viderint deprimi altitudinem seculi huius, plerumque conturbantur de contritione rerum humanarum, aperiant Evangelium, aperiant scripturas diuinas, & inueniunt ibi ista omnia prædicta, quia hoc dominus facit, Deprimat celsitudines seculi, vt ab humilibus glorificetur. De quorum altitudine prædictum est, ciuitates firmissimas destrues, & inimici defecerunt fraxem in finem, & ciuitates destruxisti. Quid ergo timetis Christiani? Christus loquitur, Ego sum, nolite timere.)

**H** Quid hæc expauescit: quid timetis? Ego ista prædixi, ego facio, necesse est vt fiant. Ego sum, nolite timere.

Voluerunt ergo eum accipere in nauim.) Agnoscentes & gaudentes securi facti. Et statim fuit nauis ad terram ad quam ibant.) Factus est finis ad terram, de humido ad solidum, de turbato ad firmum, de itinere ad finem. Altera die turba quæ stabat trans mare, Vnde illi venerant, Vidit quia nauicula alia nõ erat ibi nisi vna, & quia non introisset cum discipulis suis in nauim, sed soli discipuli eius abissent, alia vero superuenerunt naues à Tiberiade, iuxta locum vbi manducauerunt panem, gratias agentes domino. Cum ergo vidisset turba, quia Iesus non esset ibi neque discipuli eius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt Capernaum quæretes Iesum.) Insinuatum tamen est illis tam magnam miraculū: viderunt enim quod discipuli soli ascendissent in nauim, & quia alia nauis non ibi erat. Venerunt autem inde & naues iuxta locum illum vbi manducauerunt panes, in quibus eum turbæ secuta sunt cum discipulis suis. Ergo non ascenderat, alia nauis illic non erat. Vnde subito trans mare factus est Iesus, nisi quia super mare ambulauit, vt miraculum monstraret. Et cum inuenissent eum.) Turba. Ecce representat se turbis, à quibus se rapi timerat, & in montem fugerat. Omnino confirmat & insinuat nobis in mysterio dicta esse illa omnia: & facta in magno sacramento, vt aliquid significarent. Ecce est ille qui in montem fugerat turbas nonne cum ipsis turbis loquitur? Modo teneant, modo regem faciant. Et cum inuenissent eum Trans mare, dicunt ei, Rabbi, quando huc venisti? Ille post miraculi sacramentum & sermonem infert, vt si fieri potest, qui pasti sunt, pascantur, & quorum satiauit panibus ventres, satiet & feruoribus mentes, sed si capiunt: & si non capiunt, sumatur quod non capiunt, ne fragmenta pereant. Loquatur ergo & audiamus. Respondit Iesus & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me, non quia vidistis signa, sed quia mādūcastis ex panibus meis.) Propter carnem me quæritis, non propter spiritum. Quam multi non quærunt Iesum, nisi vt illis faciat bene secundum tempus: alius negotium habet, quærunt intercessionem clericorum: alius prenitit ad potentiore, fugit ad Ecclesiam: alius pro se vult interuenire apud eum, apud quem parum valet. Ille sic, ille sic, impletur quotidie talibus Ecclesia. Vix quærunt Iesum propter Iesum. Quæritis me

non quia vidistis signa, sed quia manducauistis ex panibus. Operamini cibum, non cibum qui perit, sed qui permanet in vitam æternam.) Quæritis me propter aliud, quærите me propter me. Seipsum charissimi dominus insinuat istum cibum, quod in sequentibus illucefcit, Quem filius hominis dabit vobis.) Expectabas credo iterum panes manducare, iterum discumbere, iterum saginari: sed dixerat, cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam: quomodo dictum fuerat mulieri illi Samaritanæ, Si scires quis est qui petit à te bibere, tu forsitan postulasses ab eo, & daret tibi aquam viuam: cum illa diceret, Vnde tibi, quandoquidem non habes hauritorium, & puteus altus est? Samaritana respondit, Si scires qui à te petit bibere, tu petisses ab eo, & daret tibi aquam viuam, vnde qui biberit amplius non sitit: nam de hac aqua qui biberit, sitiet iterum. Et gauiſa est illa, & voluit accipere, quasi non passura firim corporis, quæ labore hauriendi fatigabatur, & sic inter huiusmodi sermocinationes peruenit ad potum spiritalem. Omnino isto modo & hic hunc ergo cibum operamini, non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater signauit deus.) Istum filium hominis nolite sic accipere, quasi alios filios hominum, de quibus dictum est, Filii autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Iste filius hominis sequestratus quadam gratia spiritus, & secundum carnem filius hominis, exceptus à numero hominum, filius hominis est. Iste & filius hominis & filius dei est, iste homo etiam deus est. Alio loco interrogans discipulos ait, Quem dicunt esse homines filium hominis? Et illi, Alij Ioannem, alij Heliã, alij Hieremiam, aut vnum ex prophetis. Et ille, Vos vero quem me dicitis esse? Respondit Petrus, Tu es Christus filius dei viui. Ille dixit se filium hominis, & Petrus eum dixit filium dei viui. Optime ille commemorabat quod misericorditer exhiberet. Ille commemorabat quod in claritate permanebat, Verbum dei commendabat humilitatem suam, homo agnoscit claritatem domini sui. Et reuera fratres, puto quia iustum est. Humiliauit se propter nos, glorificemus illum nos. Non enim filius hominis propter se est: sed propter nos, Ergo filius hominis erat illo modo, Cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis, ideo enim hunc deus pater signauit. Signare quid est, nisi proprium aliquid ponere? Hoc est enim signare, imponere aliquid quod non confundatur cum cæteris. Signare, est signum rei ponere. Cuicumque rei ponis signum, ideo ponis signum, ne confusa cum aliis, à te non possit agnosci. Pater ergo eum signauit. Quid est signauit? Proprium quiddam illi dedit, ne cæteris compararetur hominibus. Ideo de illo dictum est, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis, præ participibus tuis. Ergo signare quid est? Exceptum habere, hoc est, præ participibus tuis. Itaque nolite, inquit, me contemnere, quia filius sum hominis, & quærите à me cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam. Sic enim filius hominis sum, vt non sim vnus ex vobis, sic sum filius hominis, vt pater deus me signaret: Quid est signare? Proprium aliquid mihi daret, quo non confunderer cum genere humano, sed per me liberaretur genus humanum. Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera dei? Dixerat enim illis, Operamini escam, non quæ perit, sed quæ permanet in vitam æternam. Quid faciemus, inquit: quid obseruando hoc præceptum implere poterimus? Respondit Iesus & dixit eis, Hoc est opus dei vt credatis in eum

Ioan. 4.

Matth. 16.

M

Psal. 44.

in eum

De cõte. dif.  
2. cap. Vt  
quid.

Roma. 3.

Roma. 10.

Galat. 5.

1. Cor. 11.

Exod. 3.

**A** in eum quem misit ille.) Hoc est ergo manducare cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Vt quid paras dentes & ventrem? Crede & manducaſti. Discernitur quidem ab operibus fides: sicut Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem sine operibus legis, & sunt opera quæ videntur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finem ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus ad iustitiã omni credenti. Ideo noluit discernere ab opere fidem, sed ipsam fidem dixit esse opus dei: Ipsa est enim quæ per dilectione operatur. Nec dixit, hoc est opus vestrum: sed, hoc est opus dei, vt credatis in eum quem misit ille, vt qui gloriatur, in domino gloriatur. Quia ergo inuitabat eos ad fidem, illi adhuc quærebant signa quibus crederent. Vide si non Iudæi signa petunt. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Parumne erat quod de quinque panibus pasti sunt? Sciebant hoc quidem, sed huic cibo manna de cælo præferebant. Dominus autem Iesus talem se dicebat, vt se Moyſi præponeret. Non enim ausus est Moyſes de se dicere, quod daret cibum nõ qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Aliquid plus iste promittebat quàm Moyſes. Per Moyſen tempore promittebatur regnũ & terra fluens lac & mel, temporalis pax, abundantia filiorum, salus corporis, & cætera omnia, temporalia quidẽ, in figura tamen spiritalia, quia veteri homini in veteri testamento promittebatur. Attendebat ergo promissa per Moyſen, attendebat promissa per Christum. Ille plenũ vetere promittebat in terra, sed cibo qui perit: iste promittebat cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Attendebant eum plus promittentem, & quasi nondum videbant maiora facientem. Attendebant itaque qualia fecisset Moyſes, & adhuc aliqua maiora volebat fieri ab eo qui tam magna promittebat, quid, inquit, facis vt credamus tibi? Et vt noueritis quia miracula illa huic miraculo comparabant, & ideo quasi minora ista iudicabant quæ faciebat Iesus,

**B** Patres enim nostri, inquit, manna manducauerunt in deserto.) Sed quid est manna? Forte contemnit. Sicut scriptum est, Dedit illis manna manducare.) Per Moyſen patres nostri panem de cælo acceperunt, & non est dictum eis à Moyſe, operamini cibum nõ qui perit. Tu promittis cibum qui non perit, sed qui permanet in vitam æternam, & non talia operaris qualia Moyſes. Panes hordeaceos ille non dedit, sed dedit manna de cælo. Dixit ergo eis Iesus, Amen amen dico vobis, nõ Moyſes dedit vobis panem de cælo, sed pater meus dedit vobis panem de cælo. Verus enim panis est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.) Verus ergo ille panis qui dat vitam mundo, & ipse cibum est, de quo pauloante locutus sum, operamini cibum non qui perit, sed qui permanet in vitam æternam. Ergo & illud manna hunc significabat, & illa omnia signa mea erant. Signa mea dilexistis, qui significabatur contemnit. Non ergo Moyſes dedit panem de cælo, deus dat panem. Sed quem panem? Forte manna? Non, sed panem quem significabat manna, ipsum scilicet dominum Iesum. Pater meus dat vobis panem verum. Panis enim deus est qui descendit de cælo, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, domine, da nobis semper panem hunc.) Quomodo mulier illa Samaritana cui dictum est, Qui biberit de hac aqua, non sitiet vnquam: continuo illa secundum corpus accipiens, sed tamen carere indigentia nolens, da mihi, inquit, domine de hac aqua: sic & isti, domine, da nobis panem hunc qui nos reficiat, nec deficiat. Dixit

Ioan. 4.

autem eis Iesus, Ego sum panis vitæ, qui venit ad me, nõ esuriat: & qui credit in me, non sitiet vnquam.) Qui venit ad me, hoc est quod ait, & qui credit in me: & quod dixit, non esuriat, hoc intelligendum est, & non sitiet vnquam. Vtroque illa significatur æterna satietas, vbi nulla est egestas. Panem de cælo desideratis, ante vos habetis, & non manducatis. Sed dixi vobis, quia & vidistis me & non credidistis. Sed non ideo ego populum perdidit. Nūquid enim infidelitas vestra fidem dei euacuauit? Vide enim quod sequitur, Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & eum qui venit ad me, non eiiciam foras.) Quale est, intus illud, vnde non exiit foras? Magnum penetrabile, & dulce secretum. O secretum sine tadio, sine amaritudine malarum cogitationum, sine interpellatione tentationum & dolorum. Nonne illud secretum est quo intrauit ille, cui dicturus est dominus seruo bene merito, Euge serue bone & fidelis: intra in gaudium domini tui? Et eum qui venit ad me, non eiiciam foras.) Quia descendi de cælo non vt faciam voluntatem meam, sed eius qui misit me.) Ideo ergo eum qui venit ad te, non eiicies foras, quia descendisti de cælo, non facere voluntatem tuam, sed voluntatem eius qui te misit: Magnum sacramentum. Obsecro vos, simul pulsemus, exeat ad nos aliquid quod nos pascat, secundum quod nos delectauit. Magnum illud & dulce secretum, Qui venit ad me, attende, attende & appende. Qui venit ad me, non eiiciam foras. Ergo qui venit, inquit, non eiiciam foras, Quare? Quia descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Ipsa est ergo causa quare nõ eiicias eum foras qui venit ad te, quia non voluntatem tuam facere descendisti de cælo, sed voluntatem eius qui te misit. Ipsa est, quid ergo quærimus vtrum ipsa sit? Ipsa est, ipse quippe loquitur. Nõ enim fas est aliud opinari quàm loquitur. Qui venerit ad me, non eiiciam foras. Et quasi quæreres, quare? Quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Timeo ne foras propterea exierit anima à deo, quia superba erat, imò non dubito: scriptum est enim, Initium omnis peccati superbia: & Initium superbiæ hominis apostatare à deo: scriptum est, firmum est, verum est. Deinde quid de superbo dicitur mortali accincto pannis, carnis prægrauato pondere, corruptibili corpore, & tamen extollenti se, & obliuiscenti qua pelle vestitus sit? Quid ei dicit scriptura? Quid superbit terra & cinis? Quid superbit? Dicat quid superbit. Quoniam in vita sua proiecit intima sua: Quid est proiecit, nisi porrò iecit: hoc est exire foras. Etenim intrare intro, appetere intima est: proiecere intima foras, exire est. Intima proiecit superbus, intima appetit humilis: superbia eiicimur, humilitate regredimur. Caput omnium morborum superbia, quia caput omnium peccatorum superbia. Medicus quando ægritudinem discutit, si curet quod per aliquam causam factum est: & ipsam causam per quam factum est non curet, ad tempus videtur mederi causa mente morbus repetitur. Verbi gratia, apertus hoc dicam. Humor in corpore scabiem vel vlcera gignit in corpore, fit magna febris, & non paruus dolor, exhibentur quadam medicamenta, quæ scabiem compescant, & feruorem illum vlcis sedant, & adhibentur & proficiunt, vides hominem qui fuit vlcerosus & scabiosus sanatum, sed quia humor ille non eiectus est, rursus ad vlcus redit: cognoscens hoc medicus, purgat humorem, detrahit causam, & nulla erunt vlcera. Vnde ergo abundat iniquitas? Per superbiam. Cura superbiam, & nulla erit

Math. 23.

E

Ecclesiastici  
10.

F



**G** erit iniquitas. Ut ergo causa omnium morborum curaretur, id est, superbia, descendit & humilis factus est filius dei. Quid superbis homo? Filius dei propter te humilis factus est. Puderet te fortasse imitari humilem hominem, saltem imitare humilem deum. Venit filius dei in hominem, & humilis factus est. Præcipitur tibi ut sis humilis, non tibi præcipitur ut ex homine fias pecus. Ille deus factus est homo, tu homo cognosce quia es homo. Tota humilitas tua est ut cognoscas te. Ergo quia humilitatem docet deus: dixit, Non veni facere voluntatem meam, sed eius voluntatem qui misit me: hæc enim commendatio humilitatis est. Superbia quippe facit voluntatem suam, humilitas facit voluntatem dei. Ideo qui ad me venerit, non eiciam foras. Quare? Quia non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Humilis veni, humilitatem docere veni: qui ad me venit, incorporat mihi: qui ad me venit, humilis fit: qui mihi adhæret, humilis erit, quia non facit voluntatem suam, sed dei: & ideo non eicietur foras, quia cum superbus esset, eiectus est foras. Vide illa interiora commendandi in Psalmo, Filij autem hominum in protectione alarum tuarum sperabunt. Vide quid sit ire intro, quid quid sit ad illius protectionem confugere, vide quid sit etiam sub verbera patris currere: flagellat enim omnem filium quem recipit. Filij autem hominum sub tegmine alarum tuarum sperabunt: & quid est intus? Inebriantur ab vberate domus tuæ. Cum miseris intro, intrantes in gaudium domini sui inebriantur ab vberate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ, non foris extra te, sed intus apud te, ibi fons vitæ in lumine tuo videbimus lumen. Præterde misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde. Qui sequuntur voluntatem domini sui, non quærentes suam, sed quæ Iesu Christi, ipsi sunt recto corde, ipsi non commouentur pedes: Bonus enim deus Israël rectis corde. Mei autem, inquit, ille penè commoti sunt pedes. Quare? Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum intuens. Ergo quibus bonus est deus nisi rectis corde? Nam mihi torto corde displicuit deus. Quare displicuit? quia dedit felicitatem malis: & ideo nutarunt mihi pedes, quasi sine causa seruissim deo. Ideo ergo mei penè commoti sunt pedes, quia non fui rectus corde. Quid est ergo rectus corde? Sequens voluntatem dei. Fœlix est ille, laborat ille: ille male viuunt & fœlix est, ille iuste viuunt & laborat. Nō indignetur iuste viuens & laborans, intus habet quod fœlix ille nō habet, nō ergo tristetur, nō maceretur, nō deficiat. Fœlix ille habet aurum in arca, iste deum in conscientia. Compara nunc aurum & deum, arcam & conscientiam. Ille illud habet quod perit, & ibi habet unde perit: iste deum habet, & eum qui perire non potest, & ibi habet unde auferri non potest, sed si sit rectus corde, tunc enim intrat & non exit: ideo ille dicebat, Quoniam apud te est fons vitæ, & non apud nos: Ideo intrare debemus ut viuamus, non quasi nobis sufficere ut pereamus, non quasi de nostro velle satiari ut arefcamus, sed os ad ipsum fontem ponere, ubi aqua non deficit. Quia voluit suo consilio viuere Adam, & lapsus est per eum qui ante ceciderat per superbiam, qui ei calicem ipsius superbiæ propinauit. Quia ergo apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen, intus bibamus, intus videamus. Quare enim inde exitum est? audi ubi ait, Qui maneat mihi pes superbiæ: ergo ille exiit cui venit pes superbiæ, ostendit quia ideo exiit. Et manus peccatorum

non moueant me, propter pedem superbiæ. Quare hoc dicit? Ibi ceciderunt omnes qui operantur iniquitatem. Vbi ceciderunt? In ipsa superbia expulsi sunt, nec potuerunt stare. Si ergo superbia expulsi eos qui non potuerunt stare, humilitas intronitit, qui possunt in perpetuum stare. Ideo etenim ille qui dixit, Exultabunt ossa humiliata: prædixit, Auditui meo dabis exultationem & lætitiā. Quid est, auditui meo? Audiēdo te fœlix sum: de voce tua fœlix sum: intus bibendo fœlix sum: ideo nō cado, ideo exultabunt ossa humiliata, ideo amicus spōsi stat & audit eum: ideo stat, quia audit. De interiore fonte bibere, ideo ceciderunt & expulsi sunt, nec potuerunt stare. Doctōr itaque humilitatis venit non facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit illū. Veniamus ad eum, intremus ad eum incorporemur ei, ut nec nos faciamus voluntatem nostram, sed voluntatem dei, & non nos eiciet foras, quia membra eius sumus, quia caput nostrum esse voluit docēdo humilitatem. Ad extremum, ipsum audite concionatē, Venite ad me qui laboratis & onerati estis. Tollite iugum meū super vos & discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Et cum hoc didiceritis, inuenietis requiē animabus vestris, unde non eiciamini foras: quia descendi de celo, non ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me. Humilitatem doceo, ad me venire nō potest nisi humilis. Non mittit foras nisi superbia, quomodo non exit foras qui seruat humilitatem, & non labitur a veritate. Dicta sunt quantum dici potuerunt de abscondito sensu fratres: satis enim hic latet sensus, & nescio vtrum congruis verbis à me sit depromptus & excultus, quare ideo non eiciat foras qui venit ad illum, quia non venit facere voluntatem suam, sed voluntatem eius qui misit eum. Hæc est autem, inquit, voluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Ipse illi datus est qui seruat humilitatem: hoc accipit, qui non seruat humilitatem, lōge est a magistro humilitatis. Ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Sic non est voluntas in cōspectu patris vestri, ut pereat vnus de pusillis istis. De tumentibus potest perire, de pusillis nihil perit: quia nisi fueritis sicut pusillus iste, non intrabitis in regnum cœlorum. Omne quod dedit mihi pater non perdam ex eo, sed resuscitabo illud in nouissimo die. Videte quemadmodum & hic geminam illam resurrectionem deliniet. Qui venit ad me, modo resurgit humilis factus in membris meis, sed & resuscitabo eum in nouissimo die secundum carnem. Hæc est enim voluntas patris mei qui misit me, ut omnis qui videt filium, & credit in eum habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Superius dixit, qui audit verbum meum & credit ei qui misit me: modo autem, qui videt filium, & credit in eum. Non dixit, videt filium, & credit in patrem: hoc est credere in filium quod & in patrem, quia sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso, ut omnis qui videt filium & credit in eum, habeat vitam æternam. Credendo & transeundo ad vitam, tanquam prima illa resurrectione, & quia non est sola, & resuscitabo ego eum, inquit, in nouissimo die.

Ab eo quod scriptū est. Murmurabant ergo Iudei de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de celo descendit: usque ad id ubi ait, Qui maneat hunc panem uiuet in æternum.

Tractatus. XXVI.

Cum

**A** VM dominus noster Iesus Christus, sicut in Evangelio cum legeretur audiuius, panem se esse dixisset, qui de celo descendit, Murmurauerunt Iudæi & dixerunt, Nonne hic est Iesus filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo hic dicit, quia descendit de celo? Isti à pane de celo longe erant, nec eum esurire nouerāt. Fauces cordis languidas habebant, auribus apertis surdi erant, videbant & cæci stabant: panis quippe iste interioris hominis quærit esuriam: unde alio loco dicit, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Iustitiam vero nobis esse Christum Paulus apostolus dicit, ac per hoc qui esurit hunc panem, esuriat iustitiam: sed iustitiam quæ de celo descendit, iustitiam quam dat deus, non quam sibi facit homo. Si enim nullam sibi homo faceret iustitiam, non diceret Apostolus de Iudæis: Ignorantes enim dei iustitiam, & suam volentes constituit, iustitiæ dei non sunt subiecti: inde erant isti qui panem de celo descendentem non intelligebant, quia sua iustitia saturati, iustitiam dei non esuriebant. Quid est hoc, iustitia dei & iustitia hominis? Iustitia dei hic dicitur, nō quia iustus est deus, sed quam dat homini deus, ut iustus sit homo per deum. Quæ autem erat illorum iustitia, qui de suis viribus præsumebant, & quasi imitatores legis se ipsos ex sua virtute dicebant? Nemo autem implet legem nisi adiuuerit gratia, id est, panis qui de celo descendit: Legis enim plenitudo, compendio ut ait Apostolus, charitas est: charitas non nummi, sed dei: charitas non terræ, non cœli, sed eius qui fecit cœlum & terram. Unde ista charitas homini ipsam audiamus, Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Daturus ergo dominus spiritum sanctum, dixit se panem qui de celo descendit, hortans ut credamus in eum. Credere enim in eum, hoc est manducare panem viuum. Qui credit in eum, manducat, inuisibiliter saginatur, quia & inuisibiliter renascitur. Infans intus est, nouus intus est, ubi nouellatur, ubi satiatur. Quid ergo talibus murmurantibus Respondit Iesus: Nolite murmurare inuicem. Tanquam dicens, Scio quare non esuriatis, & istum panem non intelligatis neque quæratis, Nolite murmurare inuicem. Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Magna gratiæ commendatio. Nemo venit nisi tractus. Quem trahat & quem non trahat: quare illum trahat, & illum non trahat, noli velle iudicare si nos vis errare: semel accipe & intellige, Non traheris, ora ut traharis. Quid hic dicimus fratres? si trahimur ad Christum, ergo inuiti credimus, ergo violentia adhibetur, non voluntas excitatur? Intrare quisquam Ecclesiam potest nolens, accedere ad altare potest nolens, accipere potest sacramentum nolens, credere non potest nisi volens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus: sed non corpore creditur ad iustitiam. Apostolum audi dicentem, Corde creditur ad iustitiam. Et quid sequitur? Ore autem confessio fit ad salutem. De radice cordis surgit ista confessio. Aliquando audis confidentem, & nescis ardentem: vocas confidentem, & nescis credentem. Sed nec debes vocare confidentem, quem iudicas non credentem: hoc est enim confiteri dicere quod habes in corde. Si autem aliud in corde habes, aliud dicis, loqueris, non confiteris. Cum ergo in Christum corde credatur, quod nemo vtrique facit inuitus: qui autem trahitur, tanquam inuitus cogi videtur, quomodo istam soluimus questionem: Nemo venit ad me, nisi pater qui me misit

Tomus nonus.

traxerit eum? Si trahitur, ait aliquis, inuitus venit: si inuitus venit, nec credit: si non credit, nec venit. Non enim ad Christum ambulando currimus, sed credendo: nec motu corporis, sed voluntate cordis accedimus. Ideo illa mulier quæ fimbriam tetigit, magis tetigit quam turba quæ præssit. Ideo dominus dixit, Quis me tetigit? & mirantes discipuli dixerunt, Turba te comprimit, & dicis, quis me tetigit? Et ille repetiuit, Tetigit me aliquis. Illa tangit, turba premit: quid est tetigit, nisi credidit? Unde & mulieri illi post resurrectionem dixit volenti se mittere ad pedes eius, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem: quod vides, hoc solum me esse putas. Noli me tangere, quid est? Hoc me solum esse putas quod tibi appereo. Noli me sic credere, hoc est, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum: tibi nondum ascendi, nam inde nunquam recessi. In terra non tangebatur statem, & quomodo tangeret ad patrem ascendentem? Sic tamen sic se tangi voluit, sic tangitur ab eis à quibus bene tangitur, ascendens ad patrem, manens cum patre, æqualis patri. Inde & hic si aduertis, Nemo venit ad me, nisi quem pater attraxerit, noli te cogitare inuitum trahi. Trahitur animus & amore. Nec timere debemus ne ab hominibus qui verba perpendunt, & à rebus maxime diuinis intelligendis longe remoti sunt, in hoc scripturarum sanctarum euangelico verbo forsitan reprehendamus, & dicatur nobis, Quomodo voluntate credo si trahor? Ego dico, Parum est voluntate, etiam voluptate traheris. Quid est trahi voluptate? Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Est quedam voluptas cordis, cui panis dulcis est ille cœlestis. Porro si poetæ dicere licuit, Trahit sua quemque voluptas: non necessitas, sed voluptas: non obligatio, sed delectatio: quanto fortius nos dicere debemus, trahi hominem ad Christum, qui delectatur veritate, delectatur beatitudine, delectatur iustitia, delectatur sempiterna vita, quod totum Christus est? An vero habent corporis sensus voluptates suas, & animus deseritur à voluptatibus suis? Si animus non habet voluptates suas, unde dicitur, Filij autem hominum, sub tegmine alarum tuarum sperabunt. Inebriantur ab vberate domus tuæ, & torrente voluptatis deliciarum tuarum potabis eos: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen: Da amantem, & sentit quod dico, da desiderantem, da esurientem, da in ista solitudine peregrinantem atque sitientem, & fontem æternæ patriæ suspirantem, da talem, & scit quid dicam: si autem frigidus loquor, nescit quid loquor. Tales erant isti qui inuicem murmurabant. Pater, inquit, quem traxerit venit ad me. Quid est autem, pater quem traxerit, cum ipse Christus trahat? Quare voluit dicere, pater quem traxerit? Si trahendi sumus, ab illo trahamur, cui dicit quedam quæ diligit, Post odorem vnguentorum tuorum curremus. Sed quid intelligi voluit, aduertamus fratres, & quantum possumus capiamus. Trahit pater ad filium eos qui propterea credunt in filium, quia eum cogitant patrem habere deum. Deus enim pater æqualem sibi genuit filium, & qui cogitat, atque in fide sua sentit & ruminat æqualem esse patri eum in quem credidit, ipsum trahit pater ad filium. Arrius credidit creaturam, non eum traxit pater, quia non considerat patrem, qui filium non credit æqualem. Quid dicis o Arri, quid dicis haretice, quid loqueris? Quid est Christus? Non, inquit, deus verus, sed quem fecit deus verus, Non te trahit pater, non intellexisti patrem, cuius filium negas. Aliud cogitas, non est ipse

Psal. 35.

Hebræo. 12.

Philipp. 2.

Psal. 72.

Psal. 35.

Lucæ. 8.

Ioan. 6.

E

Psal. 36.

Virg. in. 2.

Psal. 35.

F

Cant. 1.

g

**G** est ipse filius, nec à patre traheris, nec ad filium traheris. Aliud est enim filius, aliud quod tu dicis. Fotinus dicit, Homo solus est Christus, non est & deus: Qui sic credit, non pater eum trahit. Quem trahit pater? Illum qui dicit, Tu es Christus filius dei viui, nō sicut Propheta, non sicut Ioannes, non sicut aliquis magnus iustus, sed sicut vnicus, sicut aequalis, Tu es Christus filius dei viui, ait. Vide quia tractus est, & à patre tractus est. Et dominus quid? Beatus es Simon bar Iona, quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Ista est reuelatio, ipsa est attractio. Ramum viridem ostendit omni, & trahit illam. Nuces puero demonstrantur & trahitur, & quod currit trahitur, amando trahitur, sine læsione corporis trahitur, cordis vinculo trahitur. Si ergo ista quæ inter delicias & voluptates terrenas reuelantur amantibus, trahunt, quoniam verum est, Trahit sua quemque voluptas: non trahit reuelatus Christus à patre? Quid enim fortius desiderat anima quam veritatem? Quò audias fauces habere debet, vnde optare, vt sanum sit intus palatum vera iudicandi, nisi vt manducet & bibat sapientiam, iustitiam, veritatem, aternitatem? Vbi autem hoc? Ibi melius, verius ibi, planius ibi: nam hic facilius possumus esurire, & hoc si bonam spem habemus, quam saturari: Beati enim, inquit, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, sed hic: quoniam saturabuntur, sed ibi. Ideo cum dixisset, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum: quid subiecit?

**H** Et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Reddo illi quod amat, reddo quod sperat. Videbit quod adhuc nō videndo credidit: manducabit quod esuriit, satiabitur eo quod sitit. Vbi? In resurrectione mortuorum, quia ego resuscitabo eum in nouissimo die. Scriptum est enim in prophetis, Et erunt omnes docibiles dei. Quare hoc dixi o ludæi? Pater vos non docuit, quomodo potestis me agnoscere? Omnes regni illius homines docibiles dei erunt, non ab hominibus audient: & si ab hominibus audiant, tamen quod intelligunt, intus datur, intus coruscatur, intus reuelatur. Quid faciunt homines forissecus annunciantes? Quid facio modo ego cum loquor? Strepitum verborum ingero auribus vestris. Nisi ergo reuelet, ille qui intus est, quid dico, quid loquor? Exterior, cultor arboris: interior, est creator: Qui plantat & qui rigat, extrinsecus operatur: hoc faciunt nos. Sed neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus: hoc est, erunt omnes docibiles dei. Qui omnes? Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Videte quomodo trahit pater: docendo delectat, non necessitatem imponendo. Ecce quomodo trahit, erunt omnes docibiles dei. Trahere dei est, Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me: trahere enim dei est. Quid igitur fratres? Si omnis qui audiuit à patre & didicit, ipse venit ad Christum, Christus nihil hic docuit. Quid quòd patrem magistrum homines non viderunt, filium viderunt? Filius dicebat, sed pater docebat. Ego cum homo sim quem doceo? Quem fratres nisi eum, qui audit verbum meum? Si ego cum homo sim, illum doceo qui audit verbum meum: illum docet pater, qui audit verbum eius. Si illum docet pater qui audit verbum eius, quare quid sit Christus, & inuenies verbū eius. In principio erat verbum. Non in principio fecit deus verbū, quomodo in principio fecit deus cœlum & terram: ecce quia non est creatura. Disce trahi ad filium à patre, doceat te pater, audi verbum eius. Quod verbum, inquires, audio? In principio erat verbū. Non factum est, sed erat,

& verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quomodo homines in carne cōstituti audiant tale verbum? Quia verbū caro factum est, & habitauit in nobis. Exponit hoc & ipse, & ostendit nobis quid dixerit, qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Continuo subiecit quòd cogitare possumus. Nō quia patrem vidit quisquam, nisi is qui est à deo, hic vidit patrem. Quid est quod ait, Ego vidi patrem, vos non vidistis patrem, & tamen non venitis ad me nisi trahamini à patre? Quid est autem nobis trahi à patre, nisi discere à patre? Quid est discere à patre, nisi audire à patre? Quid est audire à patre, nisi audire verbū patris, id est me? Ne forte ergo cum dico vobis, Omnis qui audiuit à patre & didicit, dicitis apud vos, sed nunquam vidimus patrem, quomodo ergo discere potuimus à patre? A me ipso audite, Non quia patrem vidit quisquam, sed qui est à deo, hic vidit patrem: ego noui patrem, ab illo sum, sed quomodo verbum ab illo cuius est verbum, nō quod sonat & transit, sed quod manet cum dicente, & trahit audientem: ad moneat quod sequitur: Amen amen dico vobis, qui credit in me habet vitam aternam. Reuelare se voluit quid esset: nam compendio dicere potuit, qui credit in me, habet me: ipse enim Christus verus deus est, & vita aterna. Qui ergo credit in me, inquit, it in me: & qui it in me, habet me. Quid est autem habere me? Habere vitam aternam: vita aterna mortem assumpsit, vita aterna mori voluit: sed de tuo, nō de suo accepit à te, vbi moreretur pro te: ab hominibus enim carnē assumpsit, sed non more hominum. Nam patrem habens in cœlo, matrem elegit in terra, & illic natus sine matre, & hic sine patre. Assumpsit ergo vita mortem, vt vita occideret mortem. Nam qui in me credit, inquit, habet vitam aternam, non quod patet, sed quod latet. Vita enim aterna verbū, in principio erat apud deum, & deus erat verbum, & vita erat lux hominum. Ipse vita aterna, dedit & carni susceptæ vitam aternam. Mori voluit, sed die tertio resurrexit. Inter verbum suscipiens & carnem resurgentem, mors media consumpta est. Ego sum, inquit, panis vitæ. Et vnde illi superbiebant? Patres vestri, inquit, manducauerunt in deserto manna, & mortui sunt. Quid est vnde superbitis? Manducauerunt manna, & mortui sunt. Quare manducauerunt & mortui sunt? Quia quod videbant, credebant, quod non videbant, non intelligebant: ideo patres vestri, quia similes estis illorum. Nam quantū pertinet fratres mei ad mortem istam visibilem & corporalem, nunquid nos non morimur, qui manducamus panem de cœlo descendētem? Sic sunt mortui & illi, quemadmodū & nos sumus morituri, quantū attinet, vt dixi, ad mortem huius corporis visibilem atque carnalem. Quantum autem pertinet ad illam mortē, de qua terret dominus, quia mortui sunt patres istorum. Manducavit manna & Moyses, manducavit manna & Aaron, manducavit manna & Phinees, manducaverunt ibi multi qui domino placuerunt, & mortui non sunt. Quare? Quia visibilem cibum spiritaliter intellexerunt, spiritaliter esurierunt, spiritaliter gustauerunt, vt spiritaliter satiantur. Nam & nos hodie accepimus visibilem cibum: sed aliud est sacramentum, aliud est virtus sacramenti. Quam multi de altari accipiunt & moriuntur, & accipiendo moriuntur: vnde dicit Apostolus, Iudicium sibi manducat & bibit. Nōne buccella dominica venenum fuit ludæ? & tamen accepit, & cum accepit, in eum inimicus intravit, non quia malum accepit, sed quia bonum male malus accepit. Videte ergo fratres, panem cœlestem spiritaliter

1. Cor. 11.  
De cōse. dif.  
2. ca. & facta.  
& ca. sicut  
Iudas.

**A** taliter manducate, innocentiam ad altare apportate. Peccata & si sunt quotidiana, vel nō sint mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite quod dicatis, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Si dimittis, dimittetur tibi securus accede, panis est non venenum. Sed vide si dimittis: nam si non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quem non fallis: mentiri deo potes, deum fallere non potes. Nouit ille quid agas, intus te videt, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat aut coronat. Patres ergo istorum, id est, mali patres malorum, infideles patres infidelium, murmuratores patres murmuratorum. Nam de nulla re magis dominū offendisse ille populus dictus est, quàm contra deum murmurando. Ideo & dominus volens ostendere eos talium filios, hinc ad eos cepit, Quid murmuratis in inuicem murmuratores, filij murmuratorum? Patres vestri manna manducaverunt, & mortui sunt, non quia malum erat manna, sed quia male manducaverunt. Hic est panis qui de cœlo descendit. Hunc panem significauit manna, hunc panem significauit altare dei. Sacramenta illa fuerunt, in signis diuersa sunt, sed in re quæ significatur paria sunt. Apostolum audi, Nolo enim vos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes per Moysen baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandē escam spiritalē manducaverunt. Spiritalē vtique eandem, nam corporalem alteram, quia illi manna, nos aliquid spiritalē vero quam nos, sed patres nostri, non patres illorū, quibus nos similes sumus, non quibus illi similes fuerunt. Et adiungit, Et omnes eundem potum spiritalē biberunt. Aliud illi, aliud nos, sed specie visibili quidem, tamen hoc idem significante virtute spiritali. Quomodo enim eundem potum? Bibebant, inquit, de spiritali, sequente petra: petra autem erat Christus. Inde panis, inde potus. Petra Christus in signo, verus Christus in verbo & in carne. Et quomodo biberunt? Percussa est petra de virga bis. Gemina percussio, duos ligna crucis significat. Hic est ergo panis qui de cœlo descendit. Vt si quis manducauerit ex ipso, non moriatur. Sed quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum. Qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui premit dente. Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi. Ideo viuus, quia de cœlo descendit. De cœlo descendit & manna: sed manna vmbra erat, iste veritas est. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in aeternum. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Hoc quando caperet caro, quod dixit panem carnem? Vocatur caro, quod non capit caro. Et ideo magis non capit caro, quia vocatur caro. Hoc enim exhorruerunt, hoc ad se multum esse dixerunt, hoc non posse fieri putauerunt. Caro mea est, inquit, pro mundi vita. Norunt fideles corpus Christi, si corpus Christi non negligant esse. Fiant corpus Christi, si volunt viuere de spiritu Christi. De spiritu Christi non viuunt, nisi corpus Christi. Intelligite fratres mei quid dixerim, Homo es, & spiritum habes, & corpus habes. Spiritum dico quæ anima vocatur, qua constas quod homo es: constas enim ex anima & corpore. Habes enim spiritum inuisibilem, corpus visibile. Dic mihi quid ex quo viuat? Spiritus tuus viuunt ex corpore tuo, an corpus tuum ex spiritu tuo? Respondeat omnis qui viuunt, qui autem hoc non potest respondere, nescio si viuunt. Quid respondet omnis qui viuunt? Corpus vtique

De cōse. dif.  
2. ca. Panem  
de altari.  
Math. 6.

1. Cor. 10.

De cōse. dif.  
2. ca. Inquit.

Nume. 20.

C

meum viuunt de spiritu meo. Vis ergo & tu viuere de spiritu Christi, in corpore esto Christi. Nunquid enim corpus meum viuunt de spiritu tuo? Meum viuunt de spiritu meo, & tuum de spiritu tuo. Non potest viuere corpus Christi nisi de spiritu Christi. Inde est quod exponens nobis Apostolus Paulus hunc panem, Vnus panis, inquit, vnum corpus multi sumus. O sacramentum pietatis, o signum vnitatis, o vinculum charitatis. Qui vult viuere, habet vbi viuat, habet vnde viuat, accedat, credat, incorporetur vt viuificetur. Non abhorreat à compage membrorum, non sit putre membrum, quod ressecari mereatur, non sit distortum de quo erubescatur: sit pulchrum, sit aptum, sit sanum: hæreat corpori, viuat deo de deo, nunc laboret in terra, vt postea regnet in cœlo. Litigabant ergo Iudæi adinuicem dicentes, Quomodo potest hic carnem suam nobis dare ad manducandum? Litigabant vtique adinuicem, quoniam panem concordie non intelligebant, nec sumere volebant: nam qui manducant talem panem, non litigant adinuicem, quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus. Et per hunc facit deus vnius moris habitare in domo. Quòd autem adinuicem litigabant, & quarunt quomodo possit dominus carnem suam dare ad manducandum, non statim audiunt, sed adhuc eis dicitur, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Quomodo quidem edatur, & quisnam modus sit manducandi istum panem ignoratis. Veruntamen nisi manducaueritis carnem filij hominis & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Hæc non vtique cadaveribus, sed viuentibus loquebatur. Vnde ne istam vitam intelligentes, & de hac re litigarent, secutus adiunxit, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam aternam. Hanc ergo non habet, qui istum panem non manducat, nec istum sanguinem bibit: nam temporalem vitam sine illo habere homines possunt, aternam vero omnino non possunt. Qui ergo non manducat eius carnem, nec bibit eius sanguinem, non habet in se vitam: & qui manducat eius carnem, & bibit eius sanguinem, habet vitam aternam. Ad vtrumque autem respōdit quod dixit, aternam. Non ita est in hac esca, quam sustentandæ huius corporis vitæ causa sumimus: nam qui eam non sumpserit, non viuunt, nec tamen qui eam sumpserit viuunt. Fieri enim potest, vt senio, vel morbo, vel aliquo casu, plurimi & qui eam sumpserint, moriantur: in hoc vero cibo & potu, id est, corpore & sanguine domini non ita est, nam & qui eam non sumit, non habet vitam: & qui eam sumit habet vitam, & hanc vtique aternam. Hunc itaque cibum & potum societatem vult intelligi corporis & membrorum suorum, quod est sancta Ecclesia in predestinatis & vocatis, & iustificatis, & glorificatis sanctis & fidelibus eius. Quorum primum iam factum est, id est, predestinatio: secundum & tertium factum est, & sit, & fiet, id est, vocatio & iustificatio: quartum vero nunc in spe est, in re autem futurum est, id est, glorificatio. Huius rei sacramentum, id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi alicubi quotidie, alicubi certis intervallis dierum in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur, quibusdam ad vitam, quibusdam ad exitum. Res vero ipsa cnius & sacramentum est, omni homini ad vitam, nulli ad exitum, quicumque eius particeps fuerit. Ne autem putarent sic in isto cibo & potu promitti vitam aternam, vt qui eam sumerent, iam

1. Cor. 10.  
De cōse. dif.  
2. ca. Hoc est  
sacramentū.

Pal. 67.

E

F

G nec corpore morerentur: huic cogitationi dignatus est occurrere, nam cum dixisset, Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam: continuo subiecit & dixit, Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.) Ut habeat interim secundum spiritum vitam æternam in requie, quæ sanctorum spiritus suscipit: quòd autem ad corpus attinet, nec caro eius vita æterna fraudetur, sed in resurrectione mortuorum in nouissimo die. Caro enim mea, inquit, vere est cibus, & sanguis meus vere est potus.) Cum enim cibo & potu id appetant homines, vt neq; esuriant neque sitiant: hoc veraciter non praestat nisi iste cibus & potus, qui eos à quibus sumitur, immortales & incorruptibiles facit, id est societas ipsa sanctorum, vbi pax erit & vnitas plena atque perfecta. Propterea quippe sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homines dei, dominus noster Iesus. Christus corpus & sanguinem suum in eis rebus commendauit, quæ ad vnum aliquid rediguntur ex multis. Nanque aliud in vnum ex multis granis conficitur & constat: aliud in vnum ex multis acinis confluit. Denique iam exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid sit manducare corpus eius, & sanguinem eius

H Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.) Hoc est ergo manducare illam escam, & illum bibere potum, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritaliter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta, quæ aliquis nõ digne sumit, nisi qui mundus est: de quibus dicitur, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt.

Sicut, inquit, misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, ipse viuet propter me.) Non ait, sicut manduco patrem, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Non enim filius participatione patris sit melior, qui est natus æqualis, sicut participatione filij per vnitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio potatiõque significat, nos efficiunt meliores. Viuimus ergo nos propter ipsum, manducantes eum, id est, ipsum accipientes æternam vitam, quam non habebamus ex nobis: viuit autem ipse propter patrem, missus ab eo, quia semetipsum exinanituit factus obediens vsque mortem crucis. Si enim secundum id accipimus, viuo propter patrem, quod alibi ait, Pater maior me est: sicut & nos viuimus propter ipsum, qui maior est nobis, hoc ex eo quod missus est, factum est: missio quippe eius exinanitio sui metipsum est, & formæ seruilis acceptio, quod recte intelligitur, seruata etiam filij cum patre æqualitate naturæ. Maior enim est pater homine filio, sed æqualem habet deum filium, cum idem sit & deus & homo, dei filius & hominis filius vnus Christus. In qua sententia si recte accipiuntur hæc verba, ita dixit, Sicut me misit viuens pater, & ego viuo propter patrem. Et qui manducat me, & ipse viuet propter me: ac si diceret, Vt ego viuum propter patrem, id est, ad illum tanquam ad maiorem referam vitam meam, exinanitio mea fecit in qua me misit. Vt autem quisquam viuat propter me, participatio facit qua manducat me. Ego itaque humiliatus viuo propter patrem, ille erectus viuit propter me. Si autem ita dictum est, viuo propter patrem,

quia ipse de illo, non ille de ipso est, sine detrimento æqualitatis dictum est. Nec tamen dicendo, & qui manducat me, ipse viuet propter me, eandem suam & nostram æqualitatem significauit, sed gratiam mediatoris ostendit. Hic est panis qui de cælo descendit.) Vt illum manducando viuamus, quia æternam vitam ex nobis habere non possumus. Non sicut, inquit, manducauerunt patres vestri manna, & mortui sunt. Qui manducat hunc panem, viuet in æternum.) Quòd ergo illi mortui sunt, ita vult intelligi, vt non viuant in æternum: nam temporaliter & hi profecto moriuntur qui Christum manducant, sed viuant in æternam, quia Christus est vita æterna.

Ab eo quod scriptum est: Hæc dixit in synagoga docens sabbato in Capernaum: usque ad id quod ait, Ille enim traditurus erat eum, cum esset vnus de duodecim.

Tractatus XXVII.

**M** Erba domini ex Euangelio, quæ sermonem pristinum consequuntur audiuimus, hinc sermo debetur auribus & mētibus vestris, & hodierna die non importunus est. Est enim de corpore domini, quod dicebat se dare ad manducandum propter æternam vitam. Exposuit autem modum attributionis huius & doni sui, quomodo daret carnem suam manducare dicens: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in illo. Signum quia manducauit & bibit, hoc est si manet & manetur, si habitat & inhabitatur, si hæret vt non deseratur. Hoc ergo nos docuit & admonuit mysticis verbis, vt simus in eo corpore sub ipso capite in membris eius, edentes carnem eius, non relinquentes vnitatem eius. Sed qui aderant, plures non intelligendo scandalizati sunt: Non enim cogitabant hæc audiendo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apostolus autem dicit, & verum dicit: Sapere secundum carnem mors est. Carnem dat nobis suam dominus manducare, & sapere secundum carnem mors est. Cum de carne sua dicat, quia ibi est vita æterna: ergo nec carnem debemus sapere secundum carnem, sicut in his verbis: Multi itaque audientes.) Non ex inimicis, sed

Ex discipulis suis, dixerunt: Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Si discipuli durum habuerunt istum sermonem, quid inimici? Et tamen sic oportebat, vt diceretur quod non ab omnibus intelligeretur. Secretum dei intentos debet facere, non aduersos: isti autem cito defecerunt. Talia loquente domino Iesu Christo, nõ crediderunt aliquid magnum dicentem, & verbis illis aliquam gratiam cooperientem, sed prout voluerunt ita intellexerunt, & more hominum, quia poterat Iesus, aut hoc disponebat Iesus, carnem qua indutum erat verbum, veluti concisam distribuere credentibus in se. Durus est, inquit, hic sermo: quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum, quia murmurabant de eo discipuli eius.) Sic enim apud se ista dixerunt, vt ab illo non audirentur, sed ille qui eos nouerat in seipsis, audiens apud semetipsum: Respondens ait, hoc vos scandalizat.) Quia dixi, carnem meam do vobis manducare, & sanguinem meum bibere, hoc vos nempe scandalizat. Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius.) Quid est hoc? Hinc soluit illud quod non nouerant: hinc aperuit vnde fuerant scandalizati: hinc planè si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum, ille autem dixit, se ascensurum in cælum, vtiq; integrum. Cum videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius: certe vel tunc videbitis, quia non eo modo quo putatis erogat corpus suum,

K

L

Roma. 8.

Præteritur hic textus, Hæc dixit in synagoga docens in Capernaum.

M

f aliis, quod ipsos mouerat.

Pal. 84.

Ioan. 3.

f aliis, dei.

1. Cor. 3.

**A** suum, certe vel tunc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus. Et ait: Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.) Hoc antequam exponamus: vt dominus donat, illud non negligenter prætereundum est, quod ait, Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius: Filius enim hominis Christus ex virgine Maria. Ergo filius hominis hic cepit esse in terra, vbi carnem assumpsit ex terra. Vnde propheticè dictum erat: Veritas de terra orta est. Quid sibi ergo vult quod ait: Cum videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Nulla enim esset quæstio si ita dixisset: Si videritis filium dei ascendentem vbi erat prius. Cum vero filium hominis dixit ascendentem vbi erat prius, nunquid filius hominis in cælo erat prius, quæna in terra esse cepit? Hic quidè dixit, vbi erat prius, quasi tunc non ibi esset quando hæc loquebatur. Alio autem loco ait: Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo: non dixit erat, sed filius, inquit, hominis qui est in cælo. In terra loquebatur, & in cælo se esse dicebat: & non ita dixit, Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit. filius hominis qui est in cælo: quòd pertinet nisi vt intelligamus, quod etiam pristino sermone commendauit charitati vestræ, vnam personam esse Christum deum & hominem, non duas: ne fides nostra non sit trinitas, sed quaternitas. Christus ergo vnus est, verbum, anima & caro: vnus Christus filius dei & filius hominis: vnus Christus filius dei semper, filius hominis ex tempore, tamen vnus Christus secundum vnitatem personæ in cælo erat, quando in terra loquebatur. Sic erat filius hominis in cælo quemadmodum filius dei erat in terra: filius dei in terra in suscepta carne, filius hominis in cælo in vnitate personæ. Quid est ergo quod adiungit: Spiritus est qui viuificat, caro nõ prodest quicquam? Dicamus ei: patitur enim nos non contradicentes, sed nosse cupientes. O domine, magister bone, quomodo caro non prodest quicquam, cum tu dixeris: Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se vitam? An vita non prodest quicquam, & propter quod sumus quod sumus, nisi vt habeamus vitam æternam, quam tua carne promittis? Quid est ergo, non prodest quicquam? Caro non prodest quicquam: sed quomodo illi intellexerunt: carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello venditur, non quomodo spiritu vegetatur. Proinde sic dictum est, caro non prodest quicquam, quomodo dictum est, scientia inflat. Iam ergo debemus odisse scientiam? Absit. Et quid est, scientia inflat? Sola, sine charitate. Ideo adiunxit, charitas vero ædificat. Adde ergo scientiam charitatem, & utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem: sic etiam nunc caro non prodest quicquam, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnem, quomodo accedit charitas ad scientiam, & prodest plurimum: nam si caro nihil prodesset, verbum caro non fieret, vt inhabitaret in nobis. Si per carnem nobis multum profuit Christus, quomodo caro nihil prodest? Sed per carnem spiritus aliquid pro salute nostra egit, caro vas fuit, quod habebat attende, non quod erat. Apostoli missi sunt, nunquid caro ipsorum nihil nobis profuit? Si caro Apostolorum nobis profuit, caro domini poterat nihil prodesse? Vnde enim ad nos foros verbi, nisi per vocem carnis? Vnde stylus? Vnde cõscriptio? Ista omnia opera carnis sunt, sed agitante spiritu tanquam organum suum. Spiritus ergo est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam. Sicut illi in-

tellexerunt carnem, non sic ego do ad manducandum D carnem meam. Proinde, Verba, inquit, quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt.) Diximus enim fratres hoc dominum commendasse in masticatione carnis suæ, & potione sanguinis sui, vt in illo maneamus, & ipse in nobis. Manemus autem in illo, cum sumus membra eius: manet autem ipse in nobis, cum sumus templum eius. Vt autè simus membra eius, vnitas nos compaginat: vt compagnet vnitas, quæ facit nisi charitas? Et charitas dei vnde? Apostolum interroga: Charitas, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ergo spiritus est qui viuificat: spiritus enim facit viuia membra, nec viuia membra spiritus facit, nisi quæ in corpore quod vegetat, ipse spiritus inuenerit: nam spiritus qui est in te, õ homo, quo cõstas vt homo sis, nunquid viuificat membrum quod separatum inuenerit à carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non viuificat nisi membra quæ sunt in carne tua, vnum si tollas, iam non viuificatur ex anima tua, quia vnitati corporis tui non copulatur. Hæc dicuntur vt amemus vnitatem, & timeamus separationem: nihil sic enim debet formidare Christianus, quàm separari à corpore Christi. Si enim separatur à corpore Christi, non est membrum eius: si non est membrum eius, non vegetatur spiritu eius. Quisquis autem, inquit, Apostolus, spiritum Christi non habet, hic non est eius. Spiritus ergo est qui viuificat, caro autem non prodest quicquam: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Quid est spiritus & vita sunt? Spiritualiter intelligenda sunt. Intellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter? Etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt.

Sed sunt quidam, inquit, in vobis qui non credunt.) Non dixit, sunt quidam in vobis qui non intelligunt: sed causam dixit, quare non intelligunt. Sunt enim quidam in vobis qui non credunt, & ideo non intelligunt, quia non credunt. Propheta enim dixit. Nisi credideritis, non intelligetis. Per fidem copulamur, per intellectum viuificamur: prius hæreamus per fidem, vt sit quod viuificetur per intellectum: Nam qui non hæret, resistit: qui resistit, non credit: nam qui resistit, quomodo viuificatur? Aduersarius est radio lucis quo penetrãdus est, non aduertit aciem, sed claudit mentem. Sunt ergo quidam qui non credunt: credant & aperiant, aperiant & illuminabuntur: Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & qui traditurus esset eum.) Ibi enim erat & Iudas: nam quidam scandalizati sunt: ille autem mansit ad insidiandum, non ad intelligendum. Et quia ideo manserat, non de illo tacuit dominus: non illum expressit, sed nec siluit, vt omnes timerent, quantum vnus periret. Sed postea quàm dixit, & distinxit credentes à non credentibus, expressit causam quare non credant. Propterea dixi vobis, inquit, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo.) Ergo & credere datur nobis, non enim nihil est credere. Si autem magnum aliquid est, gaudes quia credidisti, sed noli extolli. Quid enim habes quod non accepisti? Ex hoc multi discipuli eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulauerunt.) Alij abierunt retro, sed post satanam, non post Christum: nam aliquando dominus Christus Petrum appellauit satanam, magis quia volebat præcedere dominum suum, & consilium dare ne moreretur ille qui venerat vt moreretur, ne nos in æternum moreremur: & ait illi, Redi post me satanas, non enim sapias quæ dei sunt, sed quæ hominis sunt: g ij sunt:

Roma. 5.

E 11. q. 3. cap. Nihil.

Roma. 8.

Esa. 7.

F

1. Cor. 4.

Math. 16.



**G** sunt: Non enim illum repulit retro ire post satanam, & appellavit satanam, sed fecit post se ire, ut non esset satanas ambulando post dominum. Ipsi autem sic redierunt retro, quomodo de quibusdam feminis dicit Apostolus, Quadam conuersæ sunt retro post satanam. Et ulterius cum illo non ambulauerunt. Ecce præcisi à corpore vitam perdiderunt, quia forte in corpore non fuerunt. Inter non credentes & ipsi deputandi sunt, quoniam discipuli dicerentur: abierunt retro non pauci, sed multi. Hoc factum est ad consolationem, quomodo aliquando contingit ut dicat homo verum, & quod dicitur, non capiatur, atque illi qui audiunt, scandalizentur & discedant. Pœnitent autem hominem dixisse quod verum est. Dicit autem apud se homo, non debui sic dicere, non hoc dicere debui. Ecce domino contingit: Dixit & perdidit multos, remansit ad paucos. Sed non turbatur ipse, quia ab initio nouerat & qui credentes essent, & qui non credentes: nos si nobis contingat, perturbamur, solatium in domino inueniamus, & tamen caute verba dicamus, ea quæ ille ad paucos qui remanserant. Dixit ergo Iesus ad duodecim, id est, illis duodecim qui remanserunt: Nunquid & vos, inquit, vultis ire? Non discessit nec Iudas, sed quare manebat? Domino iam apparebat, nobis postea manifestatus est. Respondit Petrus pro omnibus, vnus pro multis, vnitas pro vniuersis: Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine ad quem ibimus? Repellis nos à te, da nobis alterum te. Si à te recedimus, ad quem ibimus? Verba vitæ æternæ habes. Videte quemadmodum Petrus dante deo, recreante spiritu sancto intellexit. Vnde nisi quia credidit, Verba vitæ æternæ habes? Vitam enim æternam habes in ministracione corporis & sanguinis tui, Et nos credidimus & cognouimus: Non cognouimus & credidimus, sed credidimus & cognouimus. Credidimus enim ut cognosceremus: nam si prius cognoscere, & deinde credere vellemus, nec cognoscere nec credere valeremus. Quid credidimus & quid cognouimus? Quia Tu es Christus filius dei viui: id est, quia ipsa vita æterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo nisi quod es. Ait ergo dominus Iesus: Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Ego vnus elegi diceret, an eligitur diabolus, & in electis est diabolus? Electi in laude solent dici: an electus est iste, de quo nolente & nesciente magnum aliquid boni fieret? Hoc est proprium dei, contrarium iniquis. Sicut enim iniqui male vtuntur bonis operibus dei, sic contra deus bene vtitur malis operibus iniquorum. Quam bonum est membra corporis ita esse, quemadmodum disponi non possunt nisi ab artifice deo. Petulantia tamen quam male vtitur oculis: fallacia quam male vtitur lingua? Falsus testis nonne linguam suam & animam suam prius trucidat, & alterum lædere se perempto conatur? Male vtitur lingua, nec ideo malum est lingua: opus est dei lingua, sed bono opere dei male vtitur illa nequitia. Quomodo vtuntur qui pedibus currunt ad scelera, quomodo vtuntur manibus homicidæ, & illis adiacentibus forinsecus bonis creaturis dei? Quam male vtuntur mali auro, iudicia corrumpunt, innocentes opprimunt. Luce ista mali male vtuntur: male viuendo enim etiam ipsam lucem quam vident, ad ministerium scelerum suorum vsurpant. Iens enim ut faciat aliquid mali malus, lucere sibi vult ne offendant, qui iam intus offendit & cecidit: quod timet in corpore, iam incurrit in corde. Omnibus ergo bonis dei, ne per singula

currere longum sit, male vtitur malus: contra, malis hominum malorum bene vtitur bonus. Et quid tam bonum quam vnus deus? Quandoquidem ipse dominus dixit: Nemo bonus nisi vnus deus. Quanto ergo ille melior, tanto melius vtitur & malis nostris. Quid Iudas peius? Inter omnes adhaerentes magistro inter duodecim, loculi illi commissi sunt, & dispensatio pauperum distributa. Ingratus tanto beneficio, honori tanto, accepit pecuniam, perdidit iustitiam: tradidit vitam mortuus, quem ut discipulus secutus, ut inimicus persecutus est: & totum hoc malum Iudæ, sed malo eius bene vsus est dominus. Tradi se pertulit, ut redimeret nos: ecce malum Iudæ in bonum conuersum est. Satanas quantos martyres persecutus est: si satanas persequendo cessaret, hodie tam gloriosam coronam sancti Laurentij non celebraremus. Si ergo ipsius diaboli malis operibus bene vtitur deus, quod facit malus, male vtendo sibi nocet, non bonitati dei contradicit. Artifex illo vtitur, & magnus artifex: si illo uti non posset, nec eum esse permetteret. Ergo vnus ex vobis diabolus est, ait: cum ego vos duodecim elegerim. Potest & sic intelligi quod ait: Duodecim elegi, quia sacratus est numerus. Non enim quia periit inde vnus, ideo illius numeri honor demptus est: nam in locum pereuntis, alius substitutus est. Mansit numerus consecratus, numerus duodenarius, quia per vniuersum mundum, hoc est, per quatuor cardines mundi, trinitatem fuerant annunciaturi, ideo & quaterni. Se ergo exterminauit Iudas, non duodenarium numerum violauit: ipse deseruit præceptorem, nam deus illi apposuit successorem. Hoc totum quod dominus de carne & de sanguine suo locutus est, & quod in eius distributionis gratia vitam nobis promisit æternam, & quod hinc voluit intelligi manducatores & potatores carnis & sanguinis sui, ut in illo maneat, & ipse in illis, & quod non intellexerunt qui non crediderunt, & quod spiritalia carnaliter sapiendo scandalizati sunt, & quod eis scandalizatis & pereuntibus, consolatio domini affuit discipulis qui remanserant, ad quos probandos interrogauit: Nunquid & vos vultis ire? ut responsio permansionis eorum innotesceret & nobis: nam & ille nouerat qui manebant. Hoc ergo totum ad hoc nobis valeat dilectissimi, ut carnem Christi & sanguinem Christi non edamus tantum in sacramento, quod & multi mali, sed vsque ad spiritus participationem maducemus & bibamus, ut in domini corpore tanquam membra maneamus, ut eius spiritu vegetemur, & non scandalizemur, etiã si multi modo nobiscum manducant & bibunt temporaliter sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta: modo enim corpus Christi mixtum est tanquam area, sed nouit dominus qui sunt eius: si tu nosti quid trituras, quia ibi est latens massa: nec consumit trituratio quod purgatura est ventilatio. Certi sumus fratres, quia omnes qui sumus in corpore domini, & manemus in illo, ut & ipse maneat in nobis, in hoc seculo necesse habemus vsque in finem inter malos viuere, non inter illos dico malos qui blasphemant Christum: raro enim iam inueniuntur qui lingua blasphemant, sed multi qui vita. Necesse est ergo ut inter illos vsque in finem viuamus. Sed quid est quod ait: Qui manet in me & ego in illo: quid nisi quod martyres audiebant, Qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit: Quomodo mansit in illo sanctus Laurentius, cuius hodie festum diem celebramus: Mansit vsque ad tentationem, mansit vsque ad tyrannicam interrogationem, mansit vsque ad acerrimam comminationem, mansit vsque ad peremptionem

**A** peremptionem, parum est, vsque ad immanem execrationem mansit. Non enim occisus est cito, sed cruciatus est in igne. Diu viuere permixtus est, immo non diu viuere permixtus est, sed tarde mori compulsus est. In illa ergo longa morte, in illis tormentis quæ bene manducauerat & bene biberat, tanquam illa esca saginatus, & illo calice ebriatus, tormenta non sensit. Ibi enim erat qui dixit, Spiritus est qui viuificat: Caro enim ardebat, sed spiritus animam vegetabat. Non cessit, & in regnum successit. Dixerat autem illi Sixtus martyr sanctus, cuius diem quinto ab hinc retro die celebramus: noli morere fili: Episcopus enim erat ille, iste diaconus. Noli morere, inquit, sequeris me post triduum. Triduum autem dixit medium inter diem passionis sancti Sixti, & diem hodiernum passionis sancti Laurentij, triduum est medium. O consolatio: non ait, noli morere fili, desinet persecutio, & saluus eris: sed noli morere, quod ego precedo tu sequeris, nec persecutio tua distertur. Triduum medium erit & mecum eris. Accepit oraculum, vicit diabolum, peruenit ad triumphum.

*De eo quod ait, Et post hæc ambulabat Iesus in Galilæam: usque ad id, Nemo tamen palam loquebatur de eo propter metum Iudeorum.*

**B** Tractatus XXVIII.

**I**n isto Euangelij capitulo fratres, dominus noster Iesus Christus secundum hominem se plurimum commedauit fidei nostræ. Etenim semper hoc agit dictis & factis suis, ut deus credatur & homo. Deus qui nos fecit, homo qui nos quesuit: deus cum patre semper, homo nobiscum ex tempore. Non enim quæreret quem fecerat, nisi ipse quod fecerat fieri voluisset. Verum hoc mementote, & de cordibus vestris nolite dimittere, sic esse Christum hominem factum, ut non desisteret deus esse. Manens deus accepit hominem, qui fecit hominem: quando ergo latuit ut homo, non potentiam perdidit se putandum est, sed exemplum infirmitati præbuisse. Ille enim quando voluit detentus est, quando voluit occisus est. Sed quomodo futura erant membra eius: id est, fideles eius qui non haberent illam potestatem quam habebat ipse deus noster: quod latebat, quod se tanquam non occideretur occultabat, hoc indicabat factura esse membra sua, in quibus utique membris suis ipse erat. Non enim Christus in capite & non in corpore, sed Christus totus in capite & in corpore. Quod ergo membra eius, ipse: quod autem ipse, non continuo membra eius: nam si non ipsi essent membra eius, non diceret Saulo: Quid me persequeris? Non enim Saulus ipsum, sed membra eius, id est, fideles eius in terra persequeretur. Noluit tamen dicere sanctos meos, seruos meos: postremo honorabilius, fratres meos: sed, me: hoc est, membra mea quibus ego sum caput. His prædictis puto nos in hoc capitulo quod modo lectum est, non esse laboraturos: sæpe enim significatum est in capite, quod futurum erat in corpore. Post hæc, inquit, ambulabat Iesus in Galilæam: non enim volebat in Iudæam ambulare, quia quærerebat eum Iudæi interficere. Hoc est quod dixi, infirmitati nostræ præbebat exemplum. Non ipse perdidit potestatem, sed nostram consolabatur fragilitatem. Futurum enim erat, ut dixi, ut aliquis fidelis eius absconderet se, ne à persecutoribus inueniretur. Et ne illi pro crimine obiceretur latibulum præcessit in capite quod in membro confirmaretur: sic enim dictum est: Nolebat ambulare in Iudæam, quia quærerebat eum Iudæi occidere: quasi non posset Christum & ambulare inter Iudæos, & non occidi à Iudæis. Hanc enim potentiam

quando voluit demonstravit: nam cum eum iam passurum tenere vellent, ait illis: Quem queritis? Respondit Iesus: & ille, Ego sum: non se occultans, sed manifestans. Ad eam tamen manifestationem illi non subfugerunt, sed recedentes retro ceciderunt. Et tamè quia pati venerat, surrexerunt & tenuerunt, ad iudicem adduxerunt & occiderunt. Sed quid fecerunt? Quod ait quædam scriptura: Terra tradita est in manus impij, caro data est in potestatem Iudæis: Et hoc propterea, ut quasi sacculus conscinderetur, vnde nostrum precium maneret. Erat autè in proximo dies festus Iudæorum scenophegia. Quid sit scenophegia, scripturas qui legerunt, nouerunt. Faciebant die festo tabernacula ad similitudinem tabernaculorum, in quibus habitauerunt, cum ex Aegypto educti peregrinarentur in eremo. Iste erat dies festus & magna solennitas: celebrabant hoc Iudæi velut reminiscences beneficia domini, qui occisuri erant dominum. Hoc ergo die festo, quia plures erant dies festi: sic enim appellabatur apud Iudæos dies festus, ut non esset dies vnus sed plures. Locuti sunt fratres eius ad dominum nostrum. Fratres eius sic accipite sicut nostis: non enim nouum est quod auditis. Con sanguinei virginis Mariæ, fratres domini dicebantur. Erat enim consuetudinis scripturarum, appellare fratres quoslibet consanguineos & cognationis propinquos, & extra vltimum nostrum, non quo more nos loquimur: nam quis dicat fratres auunculi & filium sororis? Scriptura tamen etiã huiusmodi cognationes fratres appellat: nam Abraham & Loth fratres sunt dicti, cum esset Abraham patruus Loth: & Laban & Iacob fratres sunt dicti, cum esset Laban auunculus Iacob. Cum ergo auditis fratres domini, Mariæ cogitate consanguinitatem, non iterum parientis vltimam propaginem. Sicut enim in sepulchro vbi positum est corpus domini, nec antea nec postea mortuus iacuit: sic vterus Mariæ nec antea nec postea quicquam mortale cõcepit. Diximus fratres qui fuerint: audiamus quid dixerint. Transi hinc & vade in Iudæam, ut & discipuli tui videant opera tua quæ tu facis. Opera domini discipulos non latebant, sed istos latebant. Isti enim fratres, id est, consanguinei, Christum consanguineum habere potuerunt, credere autè in eum ipsa propinquitate fastidierunt. Dicitur enim in Evangelio, non enim hoc nos audemus opinari, modo audistis, addunt & moneant. Nemo enim in occulto quid facit, & quærat palam esse. Si hæc facis, manifesta te metipsum mundo: Et continuo, Neque enim fratres eius credebant in eum. Quare in eum non credebant? Quia humanam gloriam requirebant. Nam & quod eum videtur monere fratres, gloria ipsius cõsultat, facis mirabilia, innotescit: id est, appare omnibus ut laudari possit ab omnibus. Loquebatur caro carni: sed caro sine deo, carni cum deo. Loquebatur enim prudentia carnis verbo quod caro factus est, & habitauit in nobis. Quid ad hæc dominus? Dicit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum venit, tempus autem vestrum semper est paratum. Quid est hoc? Nondum venerat tempus Christi: Quare ergo Christus venerat, si tempus eius nondum venerat? Nonne audimus Apostolum dicentem, Cum autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum? Si ergo in plenitudine temporis missus est, quando debuit missus est, quando oportuit venit: quid ergo est, tempus meum nondum venit? Intelligite fratres quo animo illi loquebatur, qui quasi fratrem suum monere videbatur: dabant ei consilium consequendæ gloriæ, veluti seculariter & terreno affectu monentes, ne esset ignobilis & latitaret. Quod ergo ait dominus,

1. Timo. 5.

Marci. 10.

L

Acto. 1.

3. Gen. dist. 23. ca. notandum in fine.

M

2. Timo. 2.

Matth. 10.

f. aliis, secutus.

Cap. VII.

Acto. 9.

Ioan. 12.

Job. 9.

Geno. 13.

Geno. 29.

Ioan. 7.

Gal. 4.

**G** Tempus meum nondū venit, illis respondit qui ei consilium de gloria dabant. Tempus gloriæ meæ nondum venit. Videte quā profundum sit, de gloria illi admonere, sed ille voluit altitudinem humilitate præcedere, & ad ipsam celsitudinē per humilitatem viam sternere: nam & illi discipuli utique gloriam requirebant, qui volebant federē, vnus ad dexterā eius, & alter ad sinistram. Attendebant quō, & non videbant qua via dominus eos vt ordinate venirent ad patriā, reuocauit ad viam. Excelsa est enim patria, humilis via: patria est vita Christi, via est mors Christi: patria est māsio Christi, via passio Christi. Qui recusat viam, quid querit patriā? Deniq; & illis hoc respondit, quærentibus altitudinem: Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Ecce quā venitur ad celsitudinem quam desideratis, calicem quippe commemorabat humilitatis atq; passionis. Ergo & hic tempus meum nōdum venit, tempus autem vestrum, id est, mundi gloria semper est paratum: hoc est tēpus de quo in prophetia loquitur Christus, id est, corpus Christi: cum accipero tempus, ego iustitias iudicabo. Modo enim non est tempus iudicandi, sed iniquos tolerandi. Ferat igitur modo corpus Christi, & toleret iniquitatem male viuentiū, habeat tamē iustitiam modo antequam habeat iudicium: per iustitiam enim peruenit ad iudicium. Tolerantibus quippe membris iniquitatis seculi huius, quid scriptura sancta dicit in Psalmo: Non repellet deus plebem suam. Laborat quidem plebs eius inter indignos, inter iniquos, inter blasphemantes, inter murmurantes, detrahentes, insectantes, & si liceat perimentes. Laborat quidem, sed non repellit dominus plebem suam, & hereditatem suam non derelinquet, quoadusque iustitia, quæ modo est in sanctis eius, conuertatur in iudicium, cum implebitur quod eis dictum est. Sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israēl. Habebat iustitiā Apostolus, sed nondum illud iudicium de quo dicit, Nescitis quoniam angelos iudicaturi sumus? Sit ergo modo tempus iuste viuendi, postea erit tempus eos qui male vixerunt iudicandi. Quoadusque iustitia, inquit, conuertatur in iudicium, hoc erit tēpus iudicij, de quo dominus dixit, tempus meum nondum venit. Erit enim tempus gloriæ: qui venit in humilitate, veniet in altitudine: qui venit iudicandus, veniet iudicaturus: qui venit occidi a mortuis, veniet iudicare de viuis & mortuis. Deus, inquit Psalms, manifestus veniet, deus noster & non silebit. Quid est manifestus veniet? Quia venit occultus. Tunc non silebit: nam quando veniet occultus, sicut ovis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se non aperuit os suum. Veniet & non silebit. Tacui, inquit, nunquid semper tacebo? Modo autem quid necessarium est eis qui habent iustitiam, quod in illo Psalmo sequitur, Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium. Et qui habent eam? Omnes qui recto sunt corde. Quæritis fortasse qui sunt recti corde? Illos inuenimus in scriptura rectos corde, qui mala seculi tolerant, & non accusant deum. Videte fratres: rara causa est ista quam loquor: nescio quo enim modo quādo euenit homini aliquid mali, deum currit accusare, qui deberet se. Quando boni aliquid agis, te laudas: quando mali aliquid patris, deum accusas: hoc est cor tortum, nō rectum: ab ista distortionē & prauitate si corrigaris, conuertitur in contrarium quod faciebas. Antea enim quid faciebas? Laudabas te in bonis dei, accusabas deum in malis tuis: conuerso corde & directo, laudabis deum in bonis tuis, accusabis te in malis tuis: isti sunt recto corde. Deniq; ille

nondum recto, cui displicebat felicitas malorum & labor honorū, ait correctus: Quam bonus deus Israēl re-  
 ctis corde: Mei autem, quando non eram rectus corde, penē cōmoti sunt pedes, paulominus effusi sunt gressus mei. Quare? Quia zelau in peccatoribus, pacem peccatorum videns. Vidi, inquit, malos felices, & displicuit mihi deus: hoc enim volebat, pacem peccatorū intuens, vt non permitteret deus malos esse felices. Intelligat homo, nunquā hoc permittit deus. Sed ideo malus felix putatur, quia quid sit felicitas ignoratur. Scimus ergo recti corde: tempus enim gloriæ nostræ nōdum venit. Dicitur amatoribus huius seculi, quales erāt fratres domini: tempus vestrum semper adest paratum, tempus nostrum nondum venit. Audemus enim hoc dicere & nos, quoniam corpus domini nostri sumus, quoniam membra eius sumus, quoniam caput nostrum gratanter agnoscimus. Dicamus prorsus, quoniā propter nos & ipse hoc dignatus est dicere. Quando nobis insultant amatores huius seculi, dicamus eis: tempus vestrū semper adest paratum: tempus autem nostrum nōdum venit, nobis enim dixit Apostolus: Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo. Quando veniet tempus nostrum? Cum Christus, inquit, apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Quid deinde addit? Non potest mundus odisse vos. Quid est hoc, nisi non potest mundus odisse amatores suos, testes falsos suos? Bona enim dicitis, quæ mala sunt, & mala quæ bona sunt. Me autem odit, quia testimonium ego perhibeo de illo, quia opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festū hunc. Quid est hunc? Vbi gloriam humanam quæritis. Quid est, hunc? Vbi extendere vultis carnalia gaudia, non aeterna cogitare. Ego non ascendo ad diem festum hunc, quia meum tempus nondum impletum est. In die festo hoc gloriā vos humanā requiritis: Meum vero tempus, id est, gloriæ meæ nondum venit. Ipse erit dies festus meus, non diebus istis percurrere & transiens, sed permanens in æternum: ipsa erit festiuitas, gaudium sine fine, æternitas sine labore, serenitas sine nube. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autē ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum, nō manifeste, sed quasi in occulto. Ideo non ad diem festum hunc, quia nō gloriari temporaliter, sed aliquid docere salubriter, corrigere homines, de die festo æterno admonere, amore ab hoc seculo auertere, & in deum conuertere cupiebat. Quid est autem quod quasi latenter ascendit ad diem festum? Non vacat & hoc ab intellectu. Videtur mihi fratres etiā hinc quod quasi latenter ascendit, aliquid significare voluisse: nam consequentia docebūt, sic eum ascendisse mediato die festo, id est, mediatis illis diebus, vt etiā palām doceret. Sed quasi latenter dixit, ne se ostēderet hominibus. Non vacat quod latenter ascendit Christus ad diem festum, quia ipse latebat in illo die festo. Adhuc etiam ego quod dixi in latibulo est: Manifestetur ergo: tollatur velum, & appareat quod erat secretum. Omnia quæ dicta sunt antiquo populo Israēl in multiplici scriptura sanctæ legis quæ agerent, siue in sacrificijs, siue in sacerdotijs, siue in diebus festis, & omnino in quibuslibet rebus, quibus deum colebant, quæcunque illis dicta & præcepta sunt, vmbre fuerunt futurorum. Quorum futurorum: Quæ implentur in Christo: vnde dicit Apostolus: Quotquot enim promissiones dei sunt, in illo etiā: id est, in Christo impletæ sunt. Deinde dicit in alio loco: Omnia in figura continebāt illis, scripta sunt autem propter nos, in quos fines seculorum

**A** lorum detenerūt. Dixit & alibi: Finis enim legis Christus est. Item alio loco: Nemo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt vmbra futurorū. Si ergo omnia illa vmbra fuerunt futurorum, & scenophegia vmbra erat futurorū: hic ergo dies festus, quæramus cuius futuri vmbra erat. Exposui quid erat scenophegia, celebratio erat tabernaculorum, propterea quia populus de Aegypto liberatus tendens per desertum ad terram promissionis, in tabernaculis habitauit. Quid sit animaduertamus, & nos erimus: nos, inquam, qui membra Christi sumus. Si sumus, illo autē dignante sumus, non nobis promerentibus. Attendamus ergo nos fratres: educti sumus de Aegypto, vbi diabolo tanquam Pharaoni seruiebamus, vbi lutea opera in terrenis desiderijs agebamus, & in eis multum laborabamus, etenim nobis Christus quasi lateres facientibus clamauit: Venite ad me omnes qui laboratis. Hinc educti per baptismum tanquam mare rubrum, ideo rubrum, quia Christi sanguine cōsecratum, mortuis omnibus inimicis nostris qui nos insectabantur, id est, deletis omnibus peccatis nostris, in desertum traieci sumus. Modo ergo antequam ad patriam promissionis, id est, æternum regnum veniamus, in deserto in tabernaculis sumus. Qui ista agnoscit, in tabernaculis sunt: futurum enim erat, vt quidam hoc agnoscerent. Ille enim est in tabernaculis, qui se esse in mundo intelligit peregrinum. Ille se intelligit peregrinam, qui se videt patriam suspirantem. Cum autē corpus Christi est in tabernaculis, Christus est in tabernaculis, sed tunc non euidenter, sed latenter, adhuc enim vmbra lucem obscurabat: veniente luce vmbra remota est. Christus erat in occulto, in scenophegia Christus erat, sed latens Christus. Modo iam cum manifesta sunt ista, agnoscimus nos iter agere in eremo: si enim agnoscimus, in eremo sumus. Quid est in eremo? In deserto. Quare in deserto? Quia in isto mundo vbi sititur in via inaquali. Sed stiamus vt saturemur. Beati enim qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Et sitis nostra de petra impletur in eremo: petra enī erat Christus, & virga percussa est: vt autem manaret, bis percussa est, quia duo ligna sunt crucis. Omnia ergo hæc quæ fiebant in figura, manifestantur in nobis. Et non vacat quod de domino dictum est, ascendit ad diem festum, non manifeste, sed tanquā in occulto. Figura enim erat ipsam in occulto, quia in ipso die festo Christus latebat, quia ipse dies festus Christi membra peregrinatura significabat. Iudæi ergo quærebant eum in die festo: antequam ascenderet. Priores enim fratres ascenderūt, & non tunc ascendit ille, quando illi putabant & volebant, vt etiam hoc impleretur quod ait: Non ad hunc, id est, ad quem vultis, primum vel secundum diem. Ascendit autem postea, vt Euangelium loquitur, mediante die festo: id est, cū iam illius diei festi tot dies præterissent quot remāssent: ipsam enim festiuitatē quantum intelligendū est, diebus plurimis celebrabāt. Dicebāt ergo: Vbi est ille? Et murmur multū de eo erat in turba. Vnde murmur? De contentione. Quæ fuit contentio? Quidam enim dicebant quia bonus est, alij autem non, sed seducit turbas. De omnibus seruis eius hoc dicitur modo. Quicumque eminuerit in aliqua gratia, spiritali profectu, alij dicunt quia bonus est, alij quia non, sed seducit turbas, vnde hoc? Quia vita nostra abscondita est cum Christo in deo: ideo licet dicere hominibus per hyemem, mortua est ista arbor, verbi gratia: Arbor fici, arbor piri, & huiusmodi pomorum similis est

arida, & quandiu hyems est, non apparet, æstas probat, D iudiciū probat: æstas nostra reuelatio Christi est, Deus manifeste veniet, deus noster & non silebit: Ignis ante eum præbit. Iste ignis inflammabit inimicos eius. Aridas arbores ignis comprehendet, tunc enim aridæ apparebunt, quando eis dicitur: Esuriui, & nō dedistis mihi mādurare. In alia vero parte, hoc est, in dextera, apparebit fecunditas fructuum, dignitasq; foliorum, viriditas æternitas eis erit. Illis ergo tanquam aridis dicitur: Ite in ignem æternum: Ecce enim securus ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ nō facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Dicant ergo de te si proficis in Christo, dicant homines, seducit turbas. De ipso toto corpore Christi hoc dicitur. Cogita corpus Christi adhuc in mūdo, cogita corpus Christi adhuc in aera, vide quemadmodum blasphemetur a palea: simul quidem triturantur, sed palea conteruntur, frumentum purgatur. Quod dictum est ergo de domino, valet ad consolationem, de quocunque hoc dictum fuerit Christiano. Nemo tamē palām loquebatur de illo propter metum Iudæorum. Sed qui non loquebantur de illo propter metum Iudæorum: Qui dicebant bonus est: non qui dicebant, seducit turbas. Qui dicebant, seducit turbas, sonitus eorum audiebatur tanquam aridorum foliorum. Seducit turbas, clarius sonabant: bonus est, pressius susurrabant. Modo autem fratres quoniam nōdum venerit illa gloria Christi, quæ nos æternos factura est, modo tamen ita crescit Ecclesia eius, ita eam dignatus est per cuncta diffundere, vt iam susurraret, seducit turbas, & clarius personet, bonus est.

*De eo vbi ait, Iam autem die festo mediante ascendit Iesus in templū & docebat: usque ad id quod ait, Qui misit illum hic uerax est, & iniustitia in illo non est.*

Tractatus XXXIX.



**Q**uod sequitur de Euangelio & hodie lectum est, consequēter & nos videamus, & quod dominus donauerit, hinc dicamus. Hesternum die huiusque lectum erat, quia licet nō vidissent dominum Iesum in templo per diem festum, loquebantur tamen de illo: Et alij dicebant, bonus est: alij autem non, sed seducit turbas. Dicitur enim hoc est ad eorum solatium, qui postea prædicantes verbum dei, futuri erant vt seductores & veraces. Si enim seducere decipere est, nec Christus seductor, nec Apostoli eius, nec quisquam seductor debet esse Christianus: si autem seducere aliunde aliquem ad aliud persuadendo ducere est, quærendum est vnde & quō: Si a malo ad bonū, bonus seductor est: si a bono ad malum, malus seductor est. In hac ergo parte qua seducuntur homines de malo ad bonum, vtinam omnes seductores, & vocemur & simus. Ascendit ergo postea dominus ad diem festum, mediante die festo & docebat, & mirabantur Iudæi dicentes. Quomodo hic literas scit cum non didicerit? Ille qui latebat, docebat, & palām loquebatur, & non tenebatur. Illud enim vt lateret erat causa exempli, hoc potestatis. Sed cū doceret, mirabantur Iudæi: omnes quidem quantum arbitrator mirabantur, sed non omnes cōuertebantur. Et vnde admiratio? Quia multi nouerant vbi natus, quemadmodum fuerit educatus: nunquam eum viderant literas discantem. Audiebāt autem de lege disputantem, legis testimonia proferentem, quæ nemo posset proferre nisi legisset, nemo legeret nisi literas didicisset, & ideo mirabantur. Eorum autem admiratio, magistro facta est insinuandē altius veritatis occasio. Ex eorum quippe admiratione & verbis, dixit dominus profundum aliquid,

**G** quid, & diligentius inspicere & discuti dignum. Propter quod intentam facio charitatem vestram, non solum ad audiendum pro vobis, sed etiam ad orandum pro vobis. Quid ergo dominus respondit eis admirantibus quomodo sciret literas quas non didicerat? Mea, inquit, doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Haec est profunditas prima: videtur enim paucis verbis quasi contraria locutus. Non enim ait, ista doctrina non est mea, sed, mea doctrina non est mea. Si non tua, quomodo tua? Si tua, quomodo non tua? Tu enim dicis vtrumque, & mea doctrina & non mea. Nam si dixisset, ista doctrina non est mea, nulla esset quaestio. Nunc vero fratres, primitus intendite quaestionem, & sic ordine expectate solutionem: nam qui non videt quaestionem qua proponitur, quomodo intelligit quod exponitur? Hoc est ergo in quaestione quod ait, mea, non mea. Hoc videtur esse contrarium, quomodo mea, quomodo non mea. Si ergo intueamur diligenter quod ipse in exordio dicit sanctus Evangelista: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: inde pendet huius solutionis quaestio. Quae est doctrina patris, nisi verbum patris? Ipse ergo Christus doctrina patris, si verbum patris. Sed quia verbum non potest esse nullius, sed alicuius, & suam doctrinam dixit seipsum, & non suam, quia patris est verbum. Quid enim tam tuum quam tu? Et quid tam non tuum quam tu, si alicuius est quod est? Verbum ergo & deus est, & doctrinae stabilis verbum est, non sonabilis per syllabas & volatilis, sed manentis cum patre, ad quam conuertamur manentem, sonis transeuntibus admoniti. Non enim nos ita admonet quod transiit, vt ad transitoria nos vocet: ita admonemur, vt diligamus deum. Totum hoc quod dixi, syllabarum fuerunt, percussum aërem verberauerunt, vt ad sensum vestrarum aurium peruenirent: sonando transierunt, non tamen illud quod vos admonuit transire debet, quia ille quem vos diligere admonuit non transiit. Et cum transeuntibus syllabis admoniti, conuersi ad eum fueritis, nec vos transibitis, sed cum manente manebitis. Hoc est magnum in doctrina, altum & aeternum quod manet, quod vocat omnia quae temporaliter transeunt, quando bene significant, nec mendaciter proferuntur: Omnia quippe signa quae proferimus sonis, aliquid significant quod non est sonus: Non enim duae breues syllabae, deus est, & duas breues syllabas colimus, & duas breues syllabas adoramus, & ad duas breues syllabas peruenire desideramus, quae penè ante definitum sonare quam coeperunt, nec in eis secundae locus est nisi prima transierit. Manet ergo aliquid magnum quod dicitur deus, quantum non maneat sonus cum dicitur deus. Sic intendite doctrinam Christi, & peruenietis ad verbum dei: cum autem peruenieritis ad verbum dei, intendite deus erat verbum, & videbitis verum dictum esse, mea doctrina. Intendite etiam cuius est verbum, & videbitis recte dictum esse, non est mea. Breuiter ergo dico charitati vestrae: hoc videtur mihi dixisse dominus Iesus Christus: Mea doctrina non est mea: ac si diceret, Ego non sum à meipso. Quantum enim filium patri dicamus & credamus aequalem, nec ullam in eis esse naturam vel substantiam distantiam, nec inter generantem atque generatum aliquod interfuisse temporis intervallum, tamen hoc seruato & custodito ista dicimus, quod ille pater est, ille filius. Pater autem non est si non habeat filium, & filius non est si non habeat patrem: sed tamen filius deus de patre, pater autem deus, sed non de filio. Pater filij, non deus de filio, ille autem filius patris & deus de patre. Dominus

enim Christus dicitur lumen ex lumine. Lumen ergo quod non ex lumine, & lumen aequale quod ex lumine, simul vnum lumen, non duo lumina. Si intellexerimus, deo gratias: si quis autem parum intellexit, fecit homo quousque potuit, cetera videat vnde speret. Forinsecus vt operarij possumus plantare & rigare, sed dei est incrementum dare. Mea, inquit, doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Audiat consilium, qui dicit, nondum intellexi. Magna quippe res & profunda cum fuisset dicta, vidit vtiq; ipse dominus Christus hoc tam profundum non omnes intellecturos, & in consequenti dedit consilium. Intelligere vis, crede: deus enim per Prophetam dixit: Nisi credideritis, non intelligetis. Ad hoc pertinet quod etiam hic dominus secutus adiunxit: Si quis voluerit voluntatem eius facere, cognoscat de doctrina, vtrum ex deo sit, an ego à meipso loquar. Quid est hoc: Si quis voluerit voluntatem eius facere? Sed ego dixeram, si quis crediderit, & hoc consilium dederam, si non intellexisti, inquam, crede. Intellectus enim merces est fidei. Ergo noli quaerere intelligere vt credas, sed crede vt intelligas: quoniam nisi credideritis, non intelligetis. Cum ergo ad possibilitatem intelligendi consilium dederim obedientiam credendi, & dixerim dominum Iesum Christum hoc ipsum adiunxisse in consequenti sententia, inuenimus eum dixisse: Si quis voluerit voluntatem eius facere cognoscat de doctrina eius. Quid est, cognoscat? Hoc est intelligat. Quid est autem, si quis voluerit voluntatem eius facere? Hoc est credere. Sed quia cognoscat, hoc est intelligat, omnes intelligunt. Quia vero quod ait: Si quis voluerit voluntatem eius facere, hoc pertinet ad credere, vt diligentius intelligatur, opus est nobis ipso domino nostro expositore, vt indicet nobis vtrum reuera ad credere pertineat facere voluntatem patris eius. Quis nesciat hoc esse facere voluntatem dei, operari opus eius: id est, quod illi placet. Ipse autem dominus aperte alio loco dicit: Hoc est opus dei, vt credatis in eum quem ille misit. Vt credatis in eum, non vt credatis ei. Sed si creditis in eum, creditis ei. Non autem continuo qui credit ei, credit in eum: nam & daemones credebant ei, & non credebant in eum. Rursus etiam de Apostolis ipse possumus dicere: Credimus Paulo, sed non credimus in Paulum: credimus Petro, sed non credimus in Petrum. Credenti autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Quid est ergo credere in eum? Credendo amare, credendo diligere, credendo in eum ire, & eius membris incorporari. Ipsa est ergo fides quam de nobis exigit deus: & non inuenit quod exigat, nisi donauerit quod inueniat. Quae fides nisi quam definiuit alio loco Apostolus plenissime dicens: Neque circumcisio aliquid valet neque praeputium, sed fides quae per dilectionem operatur, non qualiscunque fides, sed fides quae per dilectionem operatur. Haec in te sit, & intelliges de doctrina dei. Quid enim intelliges? Quia doctrina ista non est mea, sed eius qui me misit: id est, intelliges quia Christus dei filius, qui est doctrina patris, non est ex seipso, sed filius est patris. Sabellianam haeresim sententia ista dissoluit. Sabelliani enim dicere ausi sunt ipsum esse filium qui est & pater, duo esse nomina, sed vnam rem. Si duo essent nomina & res vna, non diceretur, mea doctrina non est mea. Vtiq; si tua doctrina non est tua o domine, cuius est, nisi alius sit cuius sit. Quod dixisti, Sabelliani non intelligunt, non enim trinitatem viderunt, sed sui cordis errorem secuti sunt: nos cultores trinitatis & vnitatis, patris & filij & spiritus sancti & vnius dei, intelligamus de doctrina Christi, quomodo

1. Cor. 3.

Esaia. 7.

Ioan. 6.

Roma. 4. 3. sen. dist. 23. ca. Aliud est.

Galat. 5.

**A** quomodo non est eius, & ideo dixit se non à seipso loqui: quoniam Christus patris est filius, & pater Christi est pater & filius de deo patre deus est, pater autem deus, non de filio deo deus est. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quaerit. Hoc erit ille qui vocatur antichristus, extollens se, sicut Apostolus ait, supra omnem quod dicitur deus, & quod colitur. Ipsum quippe annuncians dominus gloriam suam quaesitum, non gloriam patris, ait ad Iudaeos: Ego veni in nomine patris mei, & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo & hunc suscipietis. Significauit eos antichristum suscepturos, qui gloriam nominis sui quaesitum est: inflatus, non solidus, & ideo non stabilis, sed vtiq; ruinosus. Dominus autem noster Iesus Christus, magnum exemplum nobis praebuit humilitatis: nempe aequalis est patri, nempe in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: nempe ipse dixit, & verissime dixit: Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem: nempe ipse dixit & verissime dixit: Ego & pater vnum sumus. Si ergo ille cum patre vnum aequalis patri, deus de deo, deus apud deum, coaeternus, immortalis, pariter incommutabilis, pariter sine tempore, pariter creator & dispositor temporum: tamen quia venit in tempore, & formam serui accepit, & habitum est inuentus vt homo, quaerit gloriam patris, non suam. Quid tu homo facere debes, qui quando aliquid boni facis, gloriam tuam quaeris: quando autem aliquid mali facis, deo calumniam meditaris? Intende tibi, creatura es, agnosce creatorem: seruus es, ne contemnas dominum: adoptatus es, sed non meritis tuis. Quare eius gloriam, à quo habes hanc gratiam. Homo assumptus cuius gloriam quaerit? Eius, cuius est vnicus natus. Qui autem quaerit gloriam eius qui misit illum, hic verax est, & iniustitia in illo non est. In antichristo autem iniustitia est, & verax non est, quia gloriam suam quaesitum est, non eius à quo missus est: non enim est missus, sed venire permisus. Omnes ergo pertinentes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueos antichristi, non quaeramus gloriam nostram: sed si ille quaesitum gloriam eius qui eum misit, quanto magis nos eius qui nos fecit?

2. Thess. 2.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Philip. 2.

*Ab eo quod ait, Nonne Moyses dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quaeritis interficere: usque ad id quod ait, Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.*

Tractatus XXX.



**C** Vangelij sancti lectionem, de qua pridem charitati vestrae locuti sumus, ista quae modo lecta est, hodierna consequitur. Dominum loquentem audiebant & discipuli & Iudaei: veritatem loquentem audiebant, & veraces & mendaces: charitatem loquentem audiebant, & amici & inimici: bonum loquentem audiebant, & boni & mali. Illi audiebant, sed ille discernebat, & quibus sermo prodesset, & profuturus esset, videbat & prauebat. In illis enim qui tunc erant videbat, in nobis qui futuri eramus prauebat. Nos itaque sic audiamus Evangelium, quasi praesentem dominum, nec dicamus: O illi foelices qui eum videre potuerunt: quia multi in eis qui viderunt & occiderunt: multi autem in nobis qui non viderunt & crediderunt. Quod enim preciosum sonabat de ore domini, & propter nos scriptum est, & nobis seruatum est, & propter nos recitatur, & propter posteros recitabitur, & donec saeculum finiat. Sursum est dominus, sed etiam hic est veritas dominus. Corpus enim domini, in quo resurrexit, vno loco

esse potest: veritas eius vbique diffusa est. Dominum ergo audiamus, & quod ipse donauerit de verbis eius, & nos dicamus: Nonne Moyses, inquit, dedit vobis legem, & nemo ex vobis facit legem? Quid me quaeritis interficere? Ideo enim quaeritis interficere, quia nemo ex vobis facit legem: nam si legem faceretis, in ipsis literis Christum cognosceretis, & praesentem non occideretis. Respondit enim turba. Respondit quasi turba non pertinentia ad ordinem, sed ad perturbationem. Denique turba turbata, videte quid responderit? Daemonium habes, quis te quaerit occidere? Quasi non peius fuit dicere, daemonium habes, quam eum occidere. Ei quippe dictum est, quod daemonium haberet qui daemones expellebat. Quid posset aliud dicere turba turbulenta? Quid posset aliud olere conum commotum? Turba turbata est: Vnde: A veritate. Turbam lippitudinis turbauit claritas lucis. Oculi enim non habentes sanitatem non possunt ferre luminis claritatem. Dominus autem non plane turbatus, sed in sua veritate tranquillus non reddidit malum pro malo, nec maledictum pro maledicto: Quibus si diceret, daemonium habetis vos, verum vtiq; diceret. Non enim talia illi veritati dicerent, nisi eos falsitas diaboli iritaret. Quid ergo respondit, audiamus tranquille, & tranquillum bibamus: Vnum opus feci, & omnes miramini. Tanquam dicens: Quid si omnia opera mea videretis? Ipsius enim opera erant quae in mundo videbant, & ipsum qui fecit omnia non videbant. Fecit vnam rem, & turbati sunt, quia saluum fecit hominem sabbato. Quasi vero si quisquam aegrotum sabbato sanaret, alius illum sanum fecisset quam ille qui eos scandalizauit, quia vnum hominem saluum fecit sabbato. Quis enim alius alios saluos fecit quam ipsa salus, qui illam salutem quam dedit huic homini, dat & iumentis? Salus enim corporalis erat. Salus carnis & reparatur & moritur, & cum reparatur, mors differtur, non aufertur. Tamen fratres, etiam ipsa salus à domino est, per quemlibet detur, quocumque curante & ministrante impertiat, ab illo datur à quo est omnis salus, cui dicitur in Psalmo: Homines & iumenta saluos facies domine: sicut multiplicasti misericordiam tuam deus. Quia enim deus est, multiplicat misericordiam suam, peruenit etiam ad salutem mutuum animalium. Sed qui dat salutem carnis hominibus iumentisque communem, nunquid nulla salus est quam seruat hominibus? Est certe alia quae non solum non communis est hominibus & iumentis, sed nec ipsis hominibus communis est bonis & malis. Denique cum ibi de ista salute dixisset, quae communiter accipiunt pecora & homines: propter illam salutem quam sperare debent homines, sed boni homines: secutus adiunxit, Filij autem hominum, sub tegmine alarum tuarum sperabunt: Inebriabuntur ab vbertate domus tuae, & torrente voluptatis tuae potabis eos: Quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen. Haec est salus quae ad bonos pertinet, quos appellauit filios hominum, cum supra dixisset: Homines & iumenta saluos facies domine. Quid enim? Illi homines non erant filij hominum, vt cum dixisset homines, sequeretur & diceret: Filij autem hominum, in tegmine alarum tuarum sperabunt? Quasi aliud erant homines, & aliud filij hominum. Non tamen arbitror sine aliqua significatione distinctionis hoc dixisse spiritum sanctum. Homines ad primum Adam, filij hominum ad Christum. Forte enim homines pertinent ad primum hominem: filij autem hominum pertinent ad filium hominis. Vnum

1. Petri. 3.

E

Psal. 35.

F



**G** opus feci, & omnes miramini, & continuo subiungit: Propterea Moyses dedit vobis circumcisionem. Bene factum est vt acciperetis circumcisionem à Moysē: Non quia ex Moysē est, sed ex patribus. Abraham quippe primus accepit circumcisionem à domino. Et in sabbato circumciditis. Conuincit vos Moyses. In lege accepistis vt circumcidatis octauo die: accepistis in lege vt vacetis septimo die: si octauus dies illius qui natus est occurrerit ad diem septimum, quid facietis? Vacabitis vt seruetis sabbatum, an circumcidetis vt impleatis sacramentum diei octauo? Sed noui, inquit, quid facitis, circumciditis hominem. Quare? Quia circumcisio pertinet ad aliquod signaculum salutis, & non debent homines sabbato vacare à salute, ergo nec mihi irascimini, qui saluum feci totum hominem sabbato. Si circumcisionem, inquit, accipit homo in sabbato, vt nō soluantur lex Moysi. Aliquid enim per Moysen in illa cōstitutione circumcisionis salubriter institutum est, mihi operanti salutem in sabbato quare indignamini? Forte enim illa circumcisio ipsum dominum significabat, cui isti curanti & sananti indignabantur. Iusta est enim adhiberi octauo die circumcisio. Et quid est circumcisio, nisi carnis expoliatio? Significat ergo ista circumcisio expoliationem à corde cupiditatum carnalium: non ergo sine causa data est, & in eo membro iusta fieri, quoniam per illud membrum procreatur creatura mortalium, & per vnum hominem mors, sicut per vnum hominem resurrectio mortuorum, & per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Ideo quisque cum præputio nascitur, quia omnis homo cum vitio propagnis nascitur, & nō mundat deus siue à vitio cum quo nascimur, siue à vitis quæ male viuendo addimus, nisi per cultellum petrinum, id est dominum Iesum Christum. Petra enim erat Christus. Cultellis enim petrinis circumcidebant, & petre nomine Christum figurabant, & præsentē non agnoscebāt, sed insuper eum occidere cupiebant. Quare autem octauo die, nisi quia post septimū sabbati dominus die dominico resurrexit? Ergo resurrectio Christi quæ facta est tertio quidē die passionis, sed octauo die in diebus hebdomadis, ipsa nos circumcidit. Audi circumcisio vera petra, Apostolo admonente, Quæ sursum sunt querite, nō quæ super terram. Circumcisio loquitur, Resurrexit Christus, abstulit vobis desideria carnalia, abstulit concupiscentias malas, abstulit superfluum cum quo nati eratis, & multo peius quod male viuendo addideratis. Circumcisio per petram quare adhuc sapitis terram? Et ad extremum quia legē dedit Moyses, & circumciditis hominem sabbato, intelligite hoc significari opus bonum quod ego feci totum hominem saluum sabbato, quia & curatus est vt sanus esset in corpore, & credit vt sanus esset in anima.

Nolite iudicare personaliter, sed rectum iudicium iudicate. Quid est hoc? Modo quia per legem Moysi circumciditis sabbato, nō irascimini Moysi, & quia ego die sabbati saluum feci hominē, irascimini mihi. Personaliter iudicatis, veritatem attendite: Ego nō me præfero Moysi, ait dominus, qui erat & ipse Moysi dominus. Sic attendite quomodo homines nos duos tanquā ambos homines iudicate inter nos, sed verum iudicium iudicāte: nolite me honorato illum damnare, sed illo intellecto me honorate. Hoc enim eis alio loco dixit, Si crederetis Moysi, crederetis vtiq; & mihi, de me enim ille scripsit. Sed hoc loco noluit hoc dicere, tanquā se & Moysē ante illos constituitis. Propter legem Moysi circumciditis, quando etiam sabbatum occurrerit, & ego sa-

nitatum faciendarū beneficentiam nō vultis vt exhibeam per sabbatū? Quia dominus circumcisionis & dominus sabbati, salutis est author. Et seruilia opera prohibiti estis facere sabbato, si vere intelligitis seruilia opera, non peccatis. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati. Nunquid seruile opus est, hominem sanare sabbato? Manducatis & bibitis, vt aliquid dicam ex admonitione domini nostri Iesu Christi, & ex verbis eius. Vtique quare manducatis & bibitis in sabbato, nisi quia pertinet ad salutē quod facitis? Per hoc ostenditis, opera salutis non esse vllō modo die sabbati omittenda. Ergo nolite personaliter iudicare, sed rectum iudicium iudicate: attendite me quomodo hominē, attendite Moysen quomodo hominem: si secundum veritatem iudicatis, neq; Moysen neq; me condēnabitis: & veritate cognita me cognoscetis, quia ego sum veritas. Hoc vitiū fratres quod dominus notauit hoc loco, euadere in hoc seculo magni laboris est, non personaliter iudicare, sed rectum iudicium retinere. Admonuit quidē dominus Iudæos, sed monuit & nos: illos conuincit, & nos instruit: illos redarguit, nos exacuit, nō putemus hoc nobis non ideo dictum, quia tunc ibi non fuimus: scriptum est, legitur, cum recitaretur audiuiimus, sed tanquam Iudæis dictum audiuiimus: non nos ponamus post nos, & quasi intuemur iniquos reprehensos, & ipsi nos faciamus quod in nobis veritas ipsa reprehendat. Iudæi quidem personaliter iudicabant: sed ideo nō pertinent ad nouum testamentum, ideo nō habent in Christo regnum cœlorum, ideo non iunguntur sanctorū societati angelorum: terrena quærebant à domino. Terra enim promissionis, victoria ab inimicis, fecunditas pariendi, multiplicatio filiorū, abundantia fructuum, quæ illis omnia à deo quidem vero & bono, tamē vt carnalibus promissa sunt: omnia hæc fecerat illis vetus testamentum. Quid est vetus testamentum? Quasi hæreditas pertinens ad hominem veterē. Nos innouati sumus, homo nouus facti sumus, quia & ille homo nouus venit. Quid tam nouum quā nati de virgine? Quia ergo nō erat quod in illo innouaret præceptum, quia nullum habebat peccatum, nouus partus est datus. In illo partus nouus, in nobis homo nouus. Quid est homo nouus? A vetustate innouatus. Ad quam rem innouatus? Ad desideranda cœlestia, ad concupiscenda sempiterna, ad patriā quæ sursum est, quæ hostem non timet desiderandam: vbi nō perdimus amicum, non timemus inimicum: vbi viuimus cū bono affectu, sine defectu: vbi nemo nascitur, quia nemo moritur: vbi nemo iam proficit, & nemo deficit: vbi non esuritur & nō sititur, sed satietas est immortalitas, & cibus veritas. Hæc habentes promissa & ad nouum testamentū pertinētes, & nouæ hæreditatis facti hæredes, & ipsius domini cohæredes, aliā spem valde habemus, non personaliter iudicemus, sed rectum iudiciū teneamus. Quis est qui nō iudicat personaliter? Qui diligit æqualiter. Dilectio æqualis facit non acceptari personas: nam cū homines diuerso modo pro suis gradib; honoramus, tunc timēdum est ne personas accipiamus. Sed quando inter duos iudicamus, & aliquando inter necessarios, sit nonnunquam iudicium inter patrem & filium: queritur pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre, seruamus honorificentia quæ debetur patri à filio, quæ deficit à filio. Non æquamus filiū patri in honore, sed præponimus si bonam causam habet, filium æquamus patri in veritate, & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas meritū: ita verbis domini proficimus, & vt proficiamus, gratia illius adiuuamur.

Ab eo

**A** Ab eo quod ait, Dicebant ergo quidam ex Hierosolymis, Nōne hic est quem quærebant Iudæi interficere, & ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt: usque ad id, quod ait, Queritis me & non inuenietis, & ubi sum ego, vos non potestis venire.

Tractatus XXXI.

**M** eminit charitas vestra pristinis sermonibus, & lectum esse in Euangelio, & à nobis vt potuimus disputatum, quod dominus Iesus ideo voluit occulte ascendere ad diem festum, non quia timebat ne teneretur: cuius potestas erat ne teneretur: sed vt significaret etiam in ipso die festo qui celebrabatur à Iudæis, se occultari, & suum esse mysterium. Hodierna ergo lectione apparuit potestas, quæ putabatur timiditas: loquebatur enim palam in die festo, ita vt mirarentur turbæ, & dicerent quod audiuiimus, cum lectio legeretur: Nōne hic est quem quærebant interficere, & ecce palam loquitur, & nihil illi dicunt, nunquid vere cognouerunt principes quia hic est Christus? Qui nouerat quæ scuitia quærebatur, mirabantur quia potentia non tenebatur: deinde non plene intelligentes illius potentiam, putauerunt principum esse scientiam, quod ipsi cognouerant eundem esse Christum, ideo pepercerunt ei, quem tantopere occidendum quæsierunt: deinde illi ipsi apud seipos, qui dixerant, Nunquid cognouerunt principes quia hic est Christus, fecerunt quæstionem qua eis videretur quod non ipse esset Christus: adiungentes enim dixerunt, Sed istum nouimus vnde sit, Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Hæc opinio apud Iudæos vnde nata fuerit, quod Christus cum venerit nemo scit vnde sit. Non enim inaniter opinio nata est. Si consideremus scripturas, inuenimus fratres, quomodo sanctæ scripturæ dixerint de Christo, quoniam Nazareus vocabitur: ergo prædixerunt vnde sit. Rursus si locum natiuitatis eius quæramus, tanquam innde sit vbi natus est, nec hoc latebat Iudæos propter scripturas quæ ista prædixerant. Nam cum eum visa stella Magi quærerent adorare, venerunt ad Herodem, & dixerunt quid quærerent & quid vellent. Ille autem conuocatis eis qui legem sciebant, quæsiuit ab eis vbi Christus nasceretur. Illi dixerunt, In Bethleem Iudæ, & testimonium etiam prophetarum protulerunt. Si ergo Prophetæ prædixerant & locum vnde erat origo carnis eius, locum vbi eum peperit mater eius, vnde nata est ista opinio apud Iudæos quam modo audiuiimus, Christus cum venerit, nemo scit vnde sit, nisi quia vtrunque prædicauerant & prænunderant scripturæ. Secundum hominē prædixerunt scripturæ vnde esset, secundum deum latebat impios, & quærebat pios: ad hoc enim & isti dixerunt, Christus cum venerit, nemo scit vnde sit: quia hanc illis opinionem generauerat, quod per Esaiam dictum est, Generationem autem eius quis enarrabit? Denique & ipse dominus ad vtrunq; respondit, & quia nouerat eum vnde esset, & quia non nouerat, vt attestaretur prophetiæ sanctæ quæ de illo antè prædicta est, & secundum humanitatem infirmitatis, & secundum diuinitatem maiestatis. Audite ergo verbum domini fratres, videte quemadmodum confirmauit eis, quod dixerunt, Christus cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo docens in templo Iesus, Et me scitis, & vnde sum scitis, & à meipso non veni, sed est verus qui me misit, quem vos nescitis. Hoc est dicere, & me scitis, & me nescitis: hoc est dicere, & vnde sum scitis, & vnde sum nescitis. Vnde sum scitis, Iesus à Nazareth, cuius etiam parentes

notis: solus enim in hac causa latebat virginis partus, cui tamen testis erat maritus, ipse enim hoc poterat fideliter indicare, qui posset maritaliter & calare: Hoc ergo excepto virginis partu, totū nouerat in Iesu quod ad hominem pertinet. Facies ipsius nota erat patria ipsius nota erat, genus ipsius notū erat, vbi natus est sciebatur. Recte ergo dixit, & me notis, & vnde sum scitis, secundum carnem & effigiem hominis quam gerebat: secundum autem diuinitatem & à meipso nō veni, sed verus est qui me misit, quem vos non scitis, sed vt eum scitis, credite in eum quem misit, & scietis: deum enim nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit & Patrem non cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Denique cum dixisset, Sed est verus qui misit me, quem vos non scitis: vt ostenderet eis vnde possent scire quod nesciebant, subiicit, Ego scio eum. Ergo à me querite vt scitis eū. Quare autem scio eum? Quia ab ipso sum, & ipse me misit. Magnifice vtrunque monstrauit, Ab ipso, inquit, sum, quia filius de patre, & quicquid est filius, de illo est, cuius est filius. Ideo dominum Iesum dicimus deum de deo, patrem non dicimus deum de deo, sed tantum deum: & dicimus dominum Iesum lumen de lumine, patrem non dicimus lumen de lumine, sed tantum lumen: ad hoc ergo pertinet, quod dixit, Ab ipso sum. Quod autem videtis me in carne, ipse me misit. Vbi autem dis, ipse me misit, noli intelligere naturæ dissimilitudinem, sed generantis auctoritatem. Quærebant ergo eum apprehendere, & nemo misit in illum manus, quia nōdum venit hora eius. hoc est, quia nolebat. Quid est enim, nōdum venit hora eius? Non enim dominus sub fato natus est, hoc nec de te credendū est, quanto minus de illo per quem factus es? Si tua hora volūtas est illius, illius hora quæ est nisi volūtas sua? Non ergo horā dixit qua cogeretur mori, sed qua dignaretur occidi: tempus enim expectabat quo moreretur, quia & tempus expectaret voluit quo nasceretur, de hoc tempore Apostolus loquens, ait, Cum autē venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Ideo multi dicunt, Quare nō antè venit Christus? Quibus respondendum est, quia nōdum venerat plenitudo temporis, moderante illo per quem facta sunt tempora, sciebat enim quando venire deberet. Primo per multam seriem temporum & annorum prædicendus fuit: non enim aliquid paruum venturū fuit, diu fuerat prædicendus, semper tenēdus. Quanto maior iudex veniebat, tanto præconiū longior series præcedebat. Deniq; vbi venit plenitudo temporis, venit & ille qui nos liberaret à tempore: liberati enim à tempore, venturi sumus ad æternitatem illam vbi nō est tempus. Nec dicitur ibi, quando veniet hora: dies enim sempiternus, qui nec præceditur hesternis, nec excluditur crastino. In hoc autem seculo voluntur dies, & alij transeunt, & alij veniunt, nullus manet, & momenta quibus loquimur, inuicem se expellunt: nec stat prima syllaba vt sonare posset secunda. Ex quo loquimur aliquantū tenuimus, & sine vlla dubitatione senior sum modo quam mane, ita nihil stat, nihil fixum manet in tempore. Amare itaq; debemus per quæ facta sunt tempora, vt liberemur à tempore, & figamur in æternitate, vbi iam nulla est mutabilitas temporū. Magna igitur misericordia domini nostri Iesu Christi, factū esse eum propter nos in tempore, per quæ facta sunt tempora, factū esse inter omnia, per quæ facta sunt omnia, factū esse quod fecit: factus est enī quod fecerat: factus est homo qui hominē fecerat, ne periret quod fecerat. Secundū hanc dispensationē iam venerat hora natiuitatis,

Gen. 17.  
Exod. 10.  
1. Cor. 15.  
Roma. 5.  
1. Cor. 10.  
Colo. 3.  
Ioan. 5.

Ioan. 8.

Ioan. 14.

L

Matth. 2.

Mich. 5.

Esai. 55.

2. q. 7. cap. queritur.

Ecclesiast. 4.

Ioan. 7.

Matth. 11.

E

Galat. 4.

F

**G**tiuitatis, & natus erat: sed nondum venerat hora passionis, ideo nondum passus erat. Denique ut noueritis non necessitatem, sed potestatem morientis, propter nonnullos hoc loquor, qui cum audierint, nondum venit hora eius, & edificantur ad credenda fata eius, & sunt corda eorum fatua. Ut ergo noueritis potestatem morientis, ipsam passionem recolite, crucifixum in tēmi: dixit in ligno pendens, Sitio. Illi hoc audito, in arundine per spongiam obtulerunt ei acetum in cruce, accepit & ait, Perfectum est: & inclinato capite tradidit spiritum. Videtis potestatem morientis, quia hoc expectabat volens, donec omnia complerentur quae de illo praedicta fuerant ante mortem futura: dixerat enim Propheta, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto: expectabat ut haec omnia complerentur: posteaquam completa sunt, dixit, Perfectum est: & abscellit potestate, quia non venerat necessitate: ideo quidam plus mirati sunt istam potestatem morientis, quam potentiam miracula facientis. Ventum est enim ad crucem, ut corpora deponerentur de ligno, quoniam sabbatum illucebat: & inuenti sunt latrones uiuentes: supplicium quippe crucis ideo durius erat, quia diutius cruciabat, & omnes crucifixi longa morte necabantur. Illi autem ne remanerent in ligno, cruribus fractis coacti sunt mori, ut possent inde deponi. Dominus autem inuentus est mortuus, & admirati sunt omnes: & qui eum vitium contempserunt, mortuum sic mirati sunt, ut dicerent quidam, Vere filius dei est hic. Vnde est illud fratres, ubi ait quarentibus se, Ego sum: & illi retro redeuntes omnes ceciderunt: erat ergo in illo potestas summa. Nec horra cogebatur mori, sed horam expectabat qua opportune fieret voluntas, non qua inuiti impleretur necessitas. De turba autem multi crediderunt in eum. Humiles & pauperes saluos faciebat dominus: principes insaniebant, & ideo medicum non solum non agnoscebant, sed etiam occidere cupiebant. Erat quaedam turba quae suam aegritudinem cito vidit, & illius medicinam sine dilatione cognoscebat. Videte quid sibi dixerit turba ipsa commota miraculis: Nunquid Christus cum venerit, plura signa facturum est? Vtique si duo non erunt hic est: crediderunt ergo in eum dicentes ista. Principes vero illi audita multitudinis fide, & eo murmure quo Christus glorificabatur, miserunt ministros, ut apprehenderent eum. Quem apprehenderent, adhuc nolentem? Quia ergo non poterant apprehendere nolentem, missi sunt ut audirent docentem. Quid docentem? Dicit ergo Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum. Quod modo vultis facere, facturi estis, sed non modo, quia modo nolo: Quare adhuc modo nolo? quia adhuc modicum tempus vobiscum sum: Et tunc vado ad eum qui me misit. Implere debeo dispensationem meam, & sic peruenire ad passionem meam. Quaretiis me & non inuenietis, & ubi sum ego, vos non potestis venire. Hic iam resurrectionem suam praedixit: noluerunt enim agnoscere praesentem, & postea quaesierunt, cum viderent in eum multitudinem iam credentem: magna enim signa facta sunt, etiam cum dominus resurrexit, & ascendit in caelum. Tunc per discipulos facta sunt magna, sed illi per illos qui & per se ipsum: ipse quippe illis dixerat, Sine me nihil potestis facere. Quando claudus ille qui sedebat ad portam, ad vocem Petri surrexit, & suis pedibus ambulauit ut hominem mirarentur: sic eos allocutus est Petrus, quia non in sua potestate ista fecit, sed in virtute illius quem ipsi occiderunt, multi compuncti dixerunt, Quid faciemus?

Viderunt enim se ingenti crimine impietatis astrictos, quando illum occiderunt, quem venerari & adorare debuerunt, & hoc putabant esse inexpiabile: magni enim facinus erat, cuius consideratio illos faceret desperare: sed non debebant desperare, pro quibus in cruce pendens dominus est dignatus orare: dixerat enim, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Videbat quosdam suos inter multos alienos, illis iam petebat veniam, a quibus adhuc accipiebat iniuriam: Non enim attendebat quod ab ipsis moriebatur, sed quia pro ipsis moriebatur. Multum est quod illis concessum est, & ab ipsis & pro ipsis, ut nemo de sui peccati dimissione desperet, quando illi veniam meruerunt qui occiderunt Christum. Mortuus est Christus pro nobis, sed nunquid a nobis? At vero illi viderunt Christum suo scelere morientem, & crediderunt in Christum suis sceleribus ignoscetum: quousque biberent sanguinem quem fuderant, de sua salute desperauerunt: ergo hoc dixit, Quaretiis me & non inuenietis, & ubi sum ego, vos non potestis venire: quia quaesituri illum erant post resurrectionem compuncti: nec dixit, ubi ero: sed, ubi sum. Semper enim ibi erat Christus, quod fuerat rediturus: sic enim venit ut non recederet: vnde alio loco ait, Nemo ascendit in caelum nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo: non dixit, qui fuit in caelo. In terra loquebatur, & in caelo se esse dicebat. Sic venit, ut non abscederet: sic rediit, ut nos non dereliqueret. Quid miramini? Deus hoc facit. Homo enim secundum corpus in loco est, & de loco migrat, & cum ad alium locum venerit, in eo loco vnde venit non est: deus autem implet omnia, & ubique totus est, non secundum spatia tenetur locis: erat tamen Christus secundum visibilem carnem in terra, secundum inuisibilem maiestatem in caelo & in terra. Ideo ait, Vbi ego sum, vos non potestis venire: nec dixit, non poteritis: sed, non potestis. Tales enim tunc erant qui non possent: nam ut sciat non hoc ad desperationem dictum, & discipulis suis dixit tale aliquid, Quod ego vado, vos non potestis venire: cum pro illis orans dixerit, Pater, volo ut vbi ego sum, & ipsi sint mecum. Denique hoc Petro exposuit, & ait illi, Quod ego vado, non potes me sequi modo, sequeris autem postea. Dixerunt ergo Iudaei, non ad ipsum, sed ad semetipsos, Quod hic iturus est quia non inueniemus eum? Nunquid in dispersionem gentium iturus est, aut docturus gentes? Non enim sciebant quid dixerunt, sed quia ille voluit, prophetauerunt. Iturus enim erat dominus ad gentes, non praesentia corporis sui, sed tamen pedibus suis. Qui erant pedes eius? Quos pedes conculcare volebat persequendo Sauius, quando ei caput clamabat, Saule Saule, quid me persequeris? Quis est hic sermo, quem dixit, Quaretiis me & non inuenietis, & ubi ego sum vos non potestis venire? Vnde hoc dixit dominus nescierunt, & tamen aliquid quod futurum erat, nescientes praenunciauerunt. Dixit enim hoc dominus, quia locum, si tamen dicendus est locus, id est, sinum patris vnde nunquam discessit unigenitus filius, non illi nouerant, nec cogitare idonei erant ubi erat Christus, vnde non recessit Christus, quod rediturus erat Christus, ubi manebat Christus. Vnde hoc cordi humano cogitare, aut lingua explicare? Hoc ergo illi nullo modo intellexerunt, & tamen ex hac occasione salutem nostram praedixerunt, quod dominus iturus esset ad dispersionem gentium, & impleturus quod legem: & non intelligebant, Populus quae non cognouit seruiuit mihi, in obauditu auris obaudiuit mihi: illi non audierunt

Luc. 23.

De cose. dis. 2. cap. accepserunt.

L Ioan. 3.

Ioan. 17.

Ioan. 13.

Acto. 9.

Psal. 17.

**A**dierunt in quorum oculis fuit, illi audierunt in quorum auribus sonuit. Illius enim Ecclesiae venturae de generibus typum gerebat mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, tangebatur & non videbatur, nesciebatur & sanabatur. Figura quippe erat, quod dominus interrogauit, Quis me tetigit? Quasi ignorans ignoratam sanauit: sic fecit & gentibus: non eum didicimus in carne, & meruimus carnem eius manducare, & in carne eius membra esse. Quare? Quia misit ad nos. Quos? Praeones suos, discipulos suos, seruos suos, redemptos suos, quos creauit, sed quos & redemit fratres suos: totum parum dixi, membra sua, semetipsum: misit enim ad nos membra sua, & fecit nos membra sua. Tamen secundum speciem corporis quam Iudaei viderunt & contempserunt, non apud nos fuit Christus, quia & hoc de illo dictum erat, sicut Apostolus dicit, Dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem dei, ad confirmandas promissiones patrum. Ad illos debuit venire, a quorum patribus, & quorum patribus est promissus: ideo & ipse sic ait, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel: sed quid dicit Apostolus in sequenti? Gentes autem super misericordia glorificare deum: quid & ipse dominus? Habeo alias oues quae non sunt ex hoc ouili: qui dixerat, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel: quomodo habet alias ad quas non est missus, nisi quia significauit per praesentiam corporalem non se missum exhibere nisi solis Iudaeis, qui viderunt & occiderunt, & multi tamen inde & antea & postea crediderunt? Messis prima de cruce ventilata est, ut esset semen vnde alia messis confurgeret. Nunc vero cum fama Euangelij, & bono eius odore excitati, credunt fideles eius per omnes gentes, erit expectatio gentium, quando veniet qui iam venit, quando ab omnibus videbitur, qui tunc a quibusdam visus non est, a quibusdam visus est: quando veniet iudicaturus qui venit iudicandus, quando veniet discreturus, qui venit ut discernatur. Non enim ab impiis Christus est discretus, sed cum impiis iudicatus: de illo enim dictum est, Inter iniquos reputatus est. Latio euasit, Christus damnatus est: accepit indulgentiam criminosis, damnatus est qui omnium crimina consentientium relaxauit: tamen & ipsa crux si attendas tribunal fuit. In medio enim iudice constituto, vntis latro qui credidit liberatur, alter qui insultauit, damnatus est. Iam significabat quod facturus est de viuus & mortuis, alios positurus ad dexteram, alios ad sinistram. Nihil ergo medium erit. Similis ille latro futuris ad sinistram, similis alter futuris ad dexteram, iudicabatur, & iudicium minabatur.

Luc. 8.

Roma. 15.

Matth. 15.

Roma. 15.

Gene. 49.

Esaie. 52.

Marci. 15.

Ab eo loco ubi ait, In nouissimo autem die festiuitatis stabat Iesus et clamabat, dicens, Si quis sitit ueniat ad me et bibat: usque ad id, quod ait, Non enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus.

Tractatus XXXII.

**N**ter disensiones & dubitationes Iudaeorum de domino Iesu Christo, inter caetera quae dixit, quibus alij confunderentur, alij docerentur, Nouissimo festiuitatis die illius. Tunc enim ista agebantur quae appellatur scenophegia, id est, tabernaculorum constructio, de qua festiuitate iam ante meminit charitas vestra fuisse disertum, vocat dominus Iesus Christus, & hoc non utique loquendo, sed clamando, ut qui sitit, veniat ad eum. Si sitimus, veniamus, & non pedibus sed affectibus, nec migrando sed amando veniamus: quanquam secundum interiorum hominum & qui amat migrat. Et aliud est migrare corpore, aliud corde:

migrat corpore, qui motu corporis mutat locum: migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas, non ibi es, ubi eras: clamat ergo nobis dominus, Stabat enim & clamabat, Si quis sitit veniat ad me & bibat: qui credit in me, sicut scriptum est, flumina de ventre eius fluent aqua viuae. Quid hoc est, & quando Euangelista exposuit, immorari non debemus: vnde enim dixerit dominus, Si quis sitit, veniat ad me & bibat, & qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aqua viuae: consequenter exposuit Euangelista, dicens, Hoc autem dixit de spiritu sancto, quem accepturi erant credentes in eum. Nondum enim fuerat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Est ergo sitis interior & venter interior, quia est homo interior. Et ille quidem interior inuisibilis, exterior autem visibilis: sed melior interior quam exterior. Et quod non videtur hoc plus amatur, constat enim plus amari hominem interiorem quam exteriorem: vnde hoc constat, vnusquisque in seipso probet. Quamuis enim qui male viuunt, animos suos corpori addicant, viuere tamen volunt, quod non est nisi animi: magisque se ipsos indicant qui regunt, quam illa quae reguntur. Regunt enim animi, reguntur corpora. Gaudet vnusquisque voluptate, & capit de corpore voluptatem: Sed separa animum, nihil restat in corpore quod gaudeat, & si de corpore gaudet, animum gaudet. Si gaudet de domo sua, de se non debet gaudere? Et si habet animum vnde delectetur extrinsecus, sine delitiis manet intrinsecus: Omnino constat plus amare hominem animam suam quam corpus suum: sed & in alio homine plus amat homo animam quam corpus. Quid enim amatur in amico, ubi est amor synceris? & castior? Quid amatur in amico, animum an corpus? Si fides amatur, animum amatur: si beneuolentia amatur, beneuolentiae sedes animum est. Si hoc amas in altero, quia & ipse amat te, animum amas, quia non caro, sed animum amat: ideo enim amas, quia te amat: quare vnde te amet, & vides quid amas: plus ergo amatur & non videtur. Aliquid etiam volo dicere, ubi magis appareat dilectioni vestrae quantum ametur animum, & quemadmodum corpori praeparatur. Illi ipsi lasciuu amatores, qui pulchritudine corporum delectantur, & forma membrorum accenduntur, tunc amant amplius quando amatur: nam si amet & sentiat quia odio habetur, magis irascitur quam diligit. Quare magis irascitur qui diligit? Quia non ei redditur quod impendit. Si ergo ipsi corporum amatores redamari se volunt, & hoc magis eos delectat si amantur, quales sunt amatores animorum? Et si magni sunt amatores animorum, quales sunt amatores dei, qui pulchros animos facit? Sicut enim animum facit decus in corpore, sic deus in animo: non enim facit corpori vnde ametur nisi animum, qui cum migrauerit, cadaver horrescit, & quantumcunque pulchra illa membra dilexeris, sepelire festinas: decus ergo corporis animus, decus animi deus. Clamat ergo deus ut veniamus & bibamus, si intus sitiamus: & dicit, quia cum biberimus, flumina aquae viuae fluent de ventre nostro. Venter interioris hominis conscientia cordis est. Bibito ergo de isto liquore, reuiuifcat purgata conscientia, & hauriens fontem habebit: etiam ipsa fons erit. Quid est fons, & quid est fluuius, qui manat de ventre interioris hominis? Beneuolentia qua vult consulere proximo. Si enim puret quia quod bibit, soli ipsi debet sufficere, non fluit aqua viua de ventre eius: si autem proximo festinat consulere, ideo non siccatur, quia manat. Videmus nunc quid sit quod bibunt, qui credunt in domino, quia utique Christiani

Ioan. 19.

Psal. 68.

Marci. 27.

Ioan. 15.

Acto. 5.

Acto. 2.

**G** Christiani sumus, & si credimus, bibimus, & vnusquisq; in seipso debet agnoscere si bibit, & si viuit ex eo quod bibit: non enim nos deserit fons, si non deseramus fontem. Exposuit Euangelista, vt dixi, vnde dominus clamasset, ad quem potum inuissit, & quid bibentibus propinasset, dicens, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum: nondum enim erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Quem dicit spiritum, nisi sanctum spiritum? Nam vnusquisque homo habet in se proprium spiritum, de quo loquebar cum animo commedarem: animus enim cuiusque, proprius est spiritus eius, de quo dicit Paulus Apostolus, Quis enim scit hominum quae sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Deinde adiunxit, Sic & quae dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei. Nostra nemo scit, nisi spiritus noster. Non enim noui quid cogitas, aut tu quid cogito: ipsa enim sunt propria nostra, quae interiori cogitamus, & cogitationum vnus cuiusque hominis ipsius spiritus testis est. Sic & quae dei sunt, nemo scit nisi spiritus eius: cum spiritu nostro, deus cum suo: ita tamen vt deus cum suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis: nos autem sine eius spiritu scire non possumus quid agatur in deo. Deus autem scit in nobis, & quod ipsi nescimus in nobis: nam infirmitatem suam Petrus nesciebat, quando a domino quod ter esset negaturus audiebat, & ager se nesciebat, medicus agri sciebat. Sunt ergo quaedam quae deus nouit in nobis, nescientibus nobis: tamen quantum ad homines pertinet, nemo sic se nouit quomodo ipse homo. Alius nescit quid in illo agatur, sed spiritus eius nouit. Accepto autem spiritu dei, discimus & quid agatur in deo, non totum, quia non accepimus totum. De pignore multa nouimus: pignus enim accepimus, & huius pignoris plenitudo postea dabitur. Interim in hac peregrinatione pignus nos consolatur, quia qui nos dignatus est oppignerare, multum paratus est dare. Si talis est arra, quid est cuius est arra? Sed quid est quod ait, Non erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus? In euidenti est intellectus, non enim non erat spiritus dei, qui erat apud deum: sed nondum erat in eis qui crederant in Iesum, ita enim disposuit dominus Iesus, non eis dare spiritum istum de quo loquimur, nisi post resurrectionem suam, & hoc non sine causa. Et forte si queramus, annuet vt inueniamus: & si pulsemus, aperiet vt intremus. Pietas pulsata, non manus: quanquam pulsata & manus, si ab operibus misericordiae non cesset manus. Quae igitur causa est, cur dominus Iesus Christus statuerit non nisi cum esset glorificatus dare spiritum sanctum? Quod antequam dicamus vt possumus, prius querendum est, ne quem forte moueat quomodo nondum erat spiritus in hominibus sanctis, cum de ipso domino recens nato legatur in Euangelio, quod eum in spiritu sancto agnouerit. Symeon: agnouerit etiam Anna, vidua prophetissa: agnouerit Ioanes ipse qui eum baptizauit: impletus spiritu sancto Zacharias multa dixit: spiritum sanctum ipsa Maria vt dominum conciperet, accepit. Multa enim indicia praecedentia de spiritu sancto habemus, antequam dominus glorificaretur resurrectione carnis suae. Non enim alium spiritum etiam Prophetae habuerunt, qui Christum venturum praenunciauerunt: sed modus quidam futurus erat donationis huius, qui omnino antea non apparuerat: de ipso hic dicitur, nusquam enim legimus antea congregatos homines accepto spiritu sancto, linguis omnium gentium locutos fuisse. Post resurrectionem autem suam, primum quando apparuit discipulis suis, dixit illis, Accipite spi-

ritum sanctum: de hoc ergo dictum est, Non erat spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Et insufflauit in faciem eorum, quo flatu primum hominem quem fecit viuificauit, & de limo erexit, quo flatu animam membrum dedit, significans eum se esse, qui insufflauit in faciem eorum, vt a luto exurgerent, & luteis operibus renunciarent. Tunc primum post resurrectionem suam dominus quam dicit Euangelista glorificationem, dedit discipulis suis spiritum sanctum. Deinde commemoratus cum eis quadraginta diebus, vt liber Actuum Apostolorum demonstrat, ipsis videntibus & videndo deducen- tibus ascendit in caelum. Ibi peractis decem diebus, die pentecostes misit desuper spiritum sanctum. Quo, sicut dixi, qui fuerant in vno loco congregati accepto impleti, omnium gentium linguis locuti sunt. Quid ergo fratres, quia modo qui baptizatur in Christo, & credit in Christum, non loquitur omnium gentium linguis, non est credendus accepisse spiritum sanctum? Absit vt ista perfidia tentetur cor nostrum: certi sumus omnem hominem accipere: sed quantum vas fidei attulerit, ad fontem, tantum implet. Cum ergo & modo accipitur, dixerit aliquis, Quare nemo loquitur linguis omnium gentium? Quia iam ipsa Ecclesia linguis omnium gentium loquitur: antea in vna gente erat Ecclesia, vbi omnium linguis loquebantur. Loquendo linguis omnium significabat futurum, vt crescendo per gentes, loqueretur linguis omnium gentium: in hac Ecclesia qui non est, nec modo accipit spiritum sanctum. Praecipuus enim & diuinus est ab vnitatem membrorum, quae vnitas linguis omnium loquitur, renunciet sibi, non habet: nam si habet, det signum quod tunc dabitur. Quid est, det signum quod tunc dabitur? Loquatur omnibus linguis: respondet mihi. Quid enim, tu loqueris omnibus linguis? Loquor plane, quia omnis lingua mea est, id est eius corporis, cuius membrum sum. Diffusa Ecclesia per gentes loquitur omnibus linguis: Ecclesia est corpus Christi, in hoc corpore membrum est: cum ergo membrum sis eius corporis quod loquitur omnibus linguis, crede te loqui omnibus linguis. Vnitas enim membrorum charitate concordat, & ipsa vnitas loquitur, quomodo tunc vnus homo loquebatur. Accipimus ergo & nos spiritum sanctum si amamus Ecclesiam, si vnitate copaginamur, si catholico nomine & fide gaudemus. Credamus fratres, quantum quisque amat Ecclesiam Christi, tantum habet spiritum sanctum: datus est enim spiritus, sicut Apostolus dicit, ad manifestationem. Quam manifestationem? Sicut ipse idem dicit, Quia alij datur per spiritum sermo sapientiae, alij sermo scientiae secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij donatio curationum in vno spiritu, alij operatio virtutum in eodem spiritu: multa enim dantur ad manifestationem, sed tu forsitan eorum omnium quae dixi nihil habes. Si amas non nihil habes, si enim amas vnitatem, etiam tibi habet quisquis in illa habet aliquid. Tolle inuidiam, & tuum est quod habeo: tollam inuidiam, & meum est quod habes: liuor separat, sanitas iungit. Oculus solus videt in corpore, sed nunquid soli sibi oculus videt? Et manui videt, & pedi videt, & ceteris membris videt: non enim si aliquis ictus in pedem veniat, auertit se oculus inde vt non precaueat. Rursus sola manus operatur in corpore, sed nunquid sibi soli operatur? Et oculo operatur, nam si ictus aliquis veniens non eat in manum, sed tantum in faciem, nunquid dicit manus, non me moueo, quia non tendit ad me? Sic pes ambulando omnibus membris militat: membra cetera tacent, & lingua omnibus loquitur. Habemus ergo spiritum sanctum,

**K**

Gen. 2.

Acto. 1.

Acto. 2.

**L**

† alius, charitate.

**M**

**A** tum sanctum, si amamus Ecclesiam: amamus autem, si in eius compage & charitate consistimus: nam ipse Apostolus cum dixisset diuersa dona dari diuersis hominibus, tanquam officia quorumque membrorum, adhuc inquit, supereminetiorum vram vobis demonstrat: & cepit loqui de charitate. Praeposuit eam linguis hominum & angelorum, praeposuit miraculis fidei, praeposuit scientiae & prophetiae, praeposuit etiam illam magno operi misericordiae, quo sua quae possidet, distribuit quisque pauperibus: & ad extremum, praeposuit eam etiam corporis passionibus. His omnibus tam magnis rebus praeposuit charitatem. Ipsam habeto, & cuncta habebis: quia sine illa nihil proderit quicquid habere poteris. Quia vero ad spiritum sanctum pertinet charitas de qua loquimur: quaestio enim modo in Euangelio de spiritu sancto retractatur, audi Apostolum dicentem, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Quare ergo dominus spiritus, cuius maxima beneficia sunt in nobis: quia charitas dei per ipsum diffusa est in cordibus nostris, post resurrectionem suam dare voluit? Quid significauit? Vt in resurrectione nostra charitas flagret, & ab amore seculi separetur, vt tota currat in deum. Hic enim nascimur & morimur, hoc non amemus: charitate migremus, charitate sursum habitemus, charitate illa qua diligimus deum. Nihil aliud in hac vita nostrae peregrinationis meditatur, nisi quia & hic non semper erimus, & ibi nobis locum bene viuendo preparabimus, vnde nunquam migremus. Dominus enim noster Iesus, posteaquam resurrexit, iam non moritur, mors illi vltra, sicut Apostolus dicit, non dominabitur. Ecce quod amemus si viuimus, si in ipsum credimus qui resurrexit, & dabit nobis non quod hic amat homines qui deum non amant, aut tanto plus amant, quanto illum minus amant, tanto autem hoc minus amant, quanto illum plus amant. Sed videamus quid nobis promissit, non diuitias terrenas & temporales, non honores & potestates in seculo isto: videtis enim omnia haec dari & hominibus malis, ne magnipendantur a bonis. Non ipsam postremo corporis sanitate, non quia ipse illum non dat, sed quia vt videtis & peccatoribus dat: non vitam longam, quid est enim longum quod aliquando finitur? Non pro magno nobis credentibus promissit longauitatem, aut decrepitem senectutem, quae omnes optat antequam veniat, omnes de illa cum venerit murmurant. Non pulchritudinem corporis, quam vel corporis morbus, vel ipsa senectus quae optatur, exterminat. Vult esse pulcher, & vult esse senex, ista duo desideria sibi inuicem concordare non possunt. Si senex eris, pulcher non eris: quando senectus venerit, pulchritudo fugiet, & in vno habitare non possunt vigor pulchritudinis, & gemitus senectutis. Omnia ergo ista non nobis promissit, qui dixit, Qui credit in me, veniat & bibat, & flumina de ventre eius fluent aqua viua. Vitam aeternam promissit, vbi nihil timeamus, vbi non coturbemur, vnde non migremus, vbi non moriamur, vbi nec decessor plagatur, nec successor speretur. Quia ergo tale est quod nobis promissit amantibus, & per spiritum sancti charitatem feruentibus, ideo ipsum spiritum noluit dare, nisi cum esset glorificatus, vt in suo corpore ostenderet vitam, quam modo non habemus, sed in resurrectione speramus.

1. Cor. 13.

Roma. 5.

Roma. 6.

Ab eo loco ubi ait, Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius: usque ad id quod ait, Nec ego te condemnabo, vade & amplius noli peccare: Tract. XXXIII.



Eminit charitas vestra sermone pristino occasione lectionis Euangelicae locutos nos esse vobis de spiritu sancto. Ad hunc potandum cum

Tomus nonus

dominus inuissit credentes in se, loquens inter eos qui illum tenere cogitabant, & interficere cupiebant, nec valebant, quia ille nolebat. Cum ergo hac locutus esset, nata est de illo in turba dissensio, aliis putantibus quod ipse esset Christus, aliis dicentibus quia de Galilaea non exurgeret Christus. Qui vero missi fuerant vt eum tenerent, redierunt immunes a crimine & pleni admiratione: nam & testimonium perhibuerunt diuinae doctrinae eius cum diceret a quibus missi fuerant, Quare non adduxistis eum? Responderunt enim nunquam se audisse hominem sic locutum. Non enim quisquam sic loquitur homo, ille autem sic locutus est, quia deus erat & homo. Tamen Pharisei testimonium eorum repellentes, dixerunt eis, Nunquid & vos seducti estis? Videmus enim delectatos vos esse sermonibus illius. Nunquid aliquis de principibus credidit in eum aut ex Phariseis? Sed turba hac quae non nouit legem, maledicti sunt. Qui non nouerunt legem, ipsi credebant in eum qui miserant legem: & cum qui miserant legem cotenebant illi qui docebant legem, vt impleteretur quod dixerat ipse dominus, Ego veni vt non videntes videant, & videntes caeci fiant. Caeci enim facti sunt Pharisei doctores, illuminati sunt populi nescientes legem, & in auctoritate legis credentes. Nicodemus tamen vnus ex Phariseis, qui ad dominum nocte venerat. Et ipse non quidem incredulus, sed timidus: nam ideo nocte venerat ad Iesum, quia illuminari volebat, & sciri nolebat, respondit Iudeis: Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi audierit ab ipso prius & cognouerit quid faciat? Volebant enim illi peruerse ante esse danatores quam cognitores: sciebat enim Nicodemus, vel potius credebatur, quia si tantummodo eum vellent patietur audire, forte similes fieret illis qui missi sunt tenere, & maluerunt credere. Illi responderunt, ex prauiudicio cordis sui, quod & illis: Nunquid & tu Galilaeus? id est, quasi a Galilaea seductus, dominus enim Galilaeus dicebat, quonia de Nazareth ciuitate erat parietes eius. Secundum Mariam dixi parietes, non secundum virile semen: non enim quae sunt in terra nisi matrem, qui iam habebat de super patrem: nam vtraque eius natiuitas mirabilis fuit diuina sine matre, humana sine patre. Quid ergo illi quasi legis doctores ad Nicodemum dixerunt? Scrutare scripturas & vide, quia Propheta a Galilaea non surgit. Sed dominus Prophetarum inde surrexit. Reuersi sunt, inquit Euangelista, vnusquisque in domum suam. Inde Iesus perrexit in motem Oliueti. In motem autem Oliueti, in motem fructuosum, in motem vniuersi, in motem christi: vbi enim decebat docere Christum nisi in motem Oliueti? Christi enim nomen est christinate dictum est. Christina autem Graece, Latine vnctio nuncupatur. Ideo autem nos vnxit, quia luctatores contra diabolum fecit. Et diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. & non tenebatur, quia non dudu pati dignabatur. Nunc iam attendite, vbi ab inimicis tentata sit domini mansuetudo. Adducit autem illi scribae & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam, & statuerunt eam in medio & dixerunt ei, Magister, haec mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Haec autem dicebant tetantes eum, vt possent accusare eum. Vnde accusare? Nunquid ipsum in aliquo facinore deprehenderat, aut illa mulier ad eum aliquo modo pertinuisse dicebatur? Quid est, ergo tentantes eum, vt possent accusare eum? Intellegimus fratres admirabile mansuetudinem in domino fuisse. Animaduertunt enim nimium esse misericordiam eius mansuetudinem, de illo quippe fuerat ante predictum, Accingere gladio tuo super femur tuum potestissime. Specie

1. Cor. 2.

Math. 26.

Luc. 1.

Ioan. 10.

Ioan. 9.

Ioan. 3.

Cap. VIII.

Gal. 4.

h tua



G tua & pulchritudine tua, intēde prospere, procede & regna: Propter veritatē & mansuetudinem & iustitiā. Ergo attulit veritatem vt doctor, mansuetudinē vt liberator, iustitiā vt cognitor. Propter hęc eum esse regnaturū in spiritu sancto Propheta prädixerat: cū loqueretur, veritas agnoscebatur: cū aduersus inimicos non moueretur, mansuetudo laudabatur. Cum ergo de duobus istis, id est, de veritate & mansuetudine eius inimici liuore & inuidia torquerētur: in tertio, id est iustitia, scandalū posuerunt. Quare? Quia lex iusserat adulteros lapidare. Et vtiq; lex quod iniustū erat, iubere non poterat. Si quis aliud diceret q̄ lex iusserat, iniustus deprehēderetur. Dixerant ergo apud semetipsos, Verax putatur, mansuetus videtur, de iustitia illi querenda calūnia est: offeramus ei mulierem in adulterio deprehensam, dicamus quid de illa in lege pręceptū sit: si eam iusserit lapidare, mansuetudinē non habebit: si eam dimitti censuerit, iustitiā nō tenebit. Vt autem mansuetudinem, inquit, nō perdat, in qua iam populis amabilis factus est, sine dubio eā dimitti debere dicitur: hinc nos inueniemus accusandi occasione, & eum reum faciemus tanq̄ legis prauaricatore, dicentes ei, Hostis es legis, contra Moysen respōdes, imō contra eum qui per Moysen legem dedit: reus es mortis, cum illa & tu ipse lapidādas es. Posset his verbis atque his sententiis inflammari inuidia, feruere accusatio, flagitari dāpnatio. Sed cui hoc? Peruersitas reſtitutioni, falsitas veritati, corruptum cor directo, stultitia sapientia. Quando illi laqueos prępararent, in quos non prius ipsi caput immitterent. Ecce dominus in respondendo, & iustitiam seruaturus est, & a mansuetudine non recessurus. Non est captus cui tēdebat, sed potius capti sunt qui tendebant, quia in eum qui eos posset de laqueis eruere non credebant. Quid ergo respōdit dominus Iesus? Quid ergo respondit veritas? Quid respōdit sapientia? Quid respondit ipsa cui calūnia parabatur iustitia? Non dixit, nō lapidetur, ne contra legem dicere videretur. Absit autem vt diceret lapidetur: venit enim non perdere quod inuenerat, sed querere quod perierat. Quid ergo respondit? Videte q̄ plenum sit iustitia, plenum mansuetudine & veritate. Qui sine peccato est vestrū, inquit, prior in illam lapidem mittat. O responsio sapientia, quomodo eos intromisit in semetipsos? Foris enim calūniabatur, seipos intrinsecus non perscrutabantur: adulterā videbant, se non perspiciebāt: prauaricatores legis legem implere cupiebāt, & hoc calumniando: non vere, tanq̄ adulteram a castitate damnando. Audistis Iudæi, audistis Pharisei, audistis doctores legis, legis custodem, sed nondū intellexistis legis latorem, quid vobis aliud significat, cum digito scribit in terra? Digito enim dei lex scripta est, sed propter duos in lapide scripta est. Nūc iā dominus in terra scribebat, quia fructum quarebat. Audistis ergo, Impleatur lex, lapidetur adultera: sed numquid in illa puniēda, lex implenda est a puniēdis? Cōsideret se vnusquisq; vestrū, intret in semetipsum, ascendat tribunal mentis suę, cōstituat se ante conscientiam suam, cogat se cōfiteri. Scit enim qui scit: quia nemo scit hominū quę sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est. Vnusquisq; in se intendens, peccatorem se inuenit. Ita planē. Ergo aut istam dimittite, aut simul cum illa pœnam legis excipite. Si diceret, non lapidetur adultera, iniustus cōnuinceretur: si diceret, lapidetur, mansuetus non videretur. Dicit quod dicere debet, & mansuetus & iustus: Qui sine peccato est vestrum, prior in illam lapidem mittat: hęc vox iustitię est, puniatur peccatrix, sed non a peccatori-

bus: impleatur lex, sed non a prauaricatoribus legis. Hęc vox omnino iustitię est, qua iustitia illi tanq̄ trabali telo percussit, sese inspicientes & reos inuenientes. Vnus post vnum omnes recesserunt. Relicti sunt duo, misera & misericordia. Dominus autem cū eos illo telo iustitię percussisset, nec dignatus est cadētes atēdere, sed auerso ab eis obtutu, Rursum digito scribebat in terra. Relicta autē sola illa muliere, omnibusq; abeūtibus, Leuauit oculos suos ad mulierem. Audiuimus vocē iustitię, audiamus & mansuetudinis: Plus enim credo territa erat illa cū audisset a domino dictum, Qui sine peccato est vestrū, prior in illā mittat lapidē. Illi ergo attendentes se, & abscisso ipso confessi de se, reliquerant mulierē cum grandi peccato, ei qui erat sine peccato. Et quia illa hoc audierat, Qui sine peccato est prior in illā lapidem mittat, ab illo se sperabat puniēdam, in quo peccatū inueniri nō poterat. Ille autē qui aduersarios eius repulerat lingua iustitię, leuans in eā oculos mansuetudinis, Interrogauit eā, nemo te condēnauit? Respondit illa, Domine, nemo: & ille, Nec ego te cōdēnabo. (a quo te forte damnari timuisti, quia in me peccatū non inuenisti, nec ego te cōdēnabo. Quid domine? Faues ergo peccatis? Nō planē. Ita attende quod sequitur, Vade deinceps iam noli peccare.) Ergo & dominus damnauit, sed peccatū non hominem: nam si peccatorum visus esset, diceret, nec ego te cōdēnabo, vade & viue vt vis, de mea liberatione esto secura, ego quantumcunq; peccaueris, te ab omni pena etiā gehennę & inferni terroribus liberabo. Nō hoc dixit: intendat ergo qui amat in domino mansuetudinē, & timeant veritatē: etenim dulcis & reſtus dominus. Amas q̄ dulcis est, time quod reſtus est. Tanquam mansuetus dixit, tacuit: sed tanq̄ iustus, nūquid semper tacebo? Misericors & miserator dominus? Ita planē, adhuc adde longanimitas, adhuc adde, & misericors: sed time q̄ est in nouissimo & verax: q̄ enim modo sustinet peccātes, iudicaturus est contēntes. An diuitias longanimitatis & mansuetudinis eius contēntis? Ignoras quia patientia dei ad pœnitentiā te adducit? Tu autē securdū duritiā cordis tui & cor imponitēs, thesaurizas tibi iram in die irę & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vniqueque secūdū opera sua. Mansuetus dominus, longanimitas dominus, misericors dominus: sed & iustus dominus, & verax dominus, largitur tibi spaciū correctionis, sed tu plus amas dilationem q̄ emendationem. Malus fuisti heri, hodie bonus esto, & hodiernum diem in malitia peregristi, vel cras mutare: semper expectas, & de misericordia dei tibi plurimū polliceris, quali ille qui tibi per patientiā promittit indulgentiā, promiserit tibi etiā prolixiorē vitam. Vnde scis quid pariat crastinus dies? Ecce dicis in corde tuo, quādo me correxero, deus mihi omnia peccata mea dimittet. Negare non possumus, quod correctis atque conuersis indulgentiam deus promittit: nam in quo Propheta mihi legis, quia promittit correcto indulgentiam: non mihi legis, quia promittit tibi deus longam vitam. Ex vtroque igitur homines periclitātur, & sperando & desperado: contrariis rebus, contrariis affectionibus. Sperado qui decipitur: Qui dicit, Bonus est deus, misericors est deus, faciā quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatis meis, impleam desideria animę meę. Quare hoc? Quia misericors est deus, bonus est deus, mansuetus est deus: spe isti periclitātur. Desperatione autē, qui cū inciderint in graua peccata, putātes sibi nō posse iā ignosci pœnitētib; & statuētes se ad dānationē sine dubio destinatos, dicit apud semetipsos, iam damnandi sumus, quare nō quod volumus

A volumus facimus? Animo gladiatorū, ferro destinatorum, ideo molesti sunt desperati. Iam enim quod timeant non habent, & vehementer timendi sunt. Istos desperatio necat, spes illos. Inter spem & desperationē fluctuat animus. Metuendum est ne te occidat spes, & cum multum speras de misericordia, incidas in iudiciū. Metuendū est rursus ne te occidat desperatio, & cum putas iam tibi non ignosci quę graua cōmisisti, non agas pœnitentiam, & incurras in iudicem sapientiam, quę dicit, Et ego vestra perditioni superridebo. Quid ergo agit dominus cū periclitantibus vtroq; morbo? Illis qui spe periclitantur, hoc dicit, Ne tardes conuerti ad dominū, neq; differas de die in diē: subito enim veniet ira illius, & in tēpore vindictę disperdet te. Illis qui desperatione periclitantur, quid dicit? In quacunq; die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscat. Propter illos ergo qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiā portum: propter illos qui spe periclitātur, & dilationibus illudat, fecit diē mortis incertū, quando veniat vltimus dies, nescis. Ingratus es, quia hodiernum habes in quo corrigaris? Sic ergo dixit ad istam mulierem, Nec ego te condēnabo: sed facta secura de pręterito, caue futura, nec ego te condēnabo: deleui quod cōmisisti, obserua quod pręcepi, vt inuenias quod promisi.

De eo quod dictum est, Ego sum lux mundi: qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vite.

Tractatus. XXXIIII.

**Q**uod modo audiuimus & intenti accepimus cum sanctum Euangelium legeretur, non dubito q̄ omnes etiam intelligere conati sumus, & quisque nostrum de re tam magna quę lecta est, pro suo modulo cepit quod potuit, & posito pane verbi, nemo est qui se queratur nihil gustasse. Sed interim non dubito, quia difficile quisquam est qui totū intellexerit: tamen etiam si est qui omnia verba domini nostri Iesu Christi modo ex Euangelio recitata fati intelligat, toleret ministerium nostrū, quoniam si possumus illo adiuuante tractando faciamus, vt vel omnes, vel multi intelligat, quod se pauci intellexisse latāt. Quod ait dominus, Ego sum lux mundi: clarū puto esse eis qui habent oculos, vnde huius lucis participes fiant. Qui autē non habent oculos nisi in sola carne, mirantur quod dictum est a domino Iesu Christo, Ego sum lux mundi: & forte nō desit qui dicat apud semetipsum, Nūquid forte dominus Christus est sol iste, qui ortu & occasu peragrat diem? Non enim defuerunt haretici qui ista senserūt. Manichæi solem istū oculis carnis visibilem, expositum & publicum, non tātum hominibus, sed etiam pecoribus ad videndū, Christum dominum esse putauerunt. Sed catholice Ecclesię recta fides improbat tale cōmentum, & diabolicam doctrinā esse cognoscit. Nec solū agnoscit credendo, sed in quibus potest cōiunct etiam disputando. Improbemus itaq; huiusmodi errorē, quē sancta ab initio anathematizauit Ecclesia. Nō arbitremur dominū Iesum Christū huic esse solem quē videmus oriri ex Oriēte, occidere in Occidēte: cuius cursui nox succedit, cuius radij nube vmbrātur, qui certa de loco in locū motione cōmigrat. Non est hoc dominus Christus, non est dominus Christus sol factus, sed per quem sol factus est, Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Est ergo lux quę fecit hanc lucem, hanc amemus, hanc intelligere cupiamus, ipsam sitiamus, vt ad ipsam lucem aliquando veniamus, & in illa ita viuamus, vt nunquam omnino moriamur. Ista enim lux est, de qua prophetia olim pręmissa

ita in Psalmo cecinit, Homines & iumēta saluabis domine, sicut multiplicata est misericordia tua deus. Psal. mi sancti ista verba sunt. Aduertite quid de tali luce antiquus sanctorum hominū dei sermo pręmiserit. Homines, inquit, & iumenta saluos facies domine, sicut multiplicata est misericordia tua de. Quomodo enim deus es, & habes multiplicem misericordiam: peruenit eadem multiplicitas misericordię tuę, non solū ad homines quos creasti ad imaginem tuam, sed etiam ad pecora quę hominibus subdidisti: a quo enim salus hominis, ab illo salus & pecoris. Nō erubescas hoc sentire de domino deo tuo, imō pręsumas & fidas & caueas ne aliter sentias. Qui saluū facit te, ipse saluum facit equum tuum, ipse ouem tuam, ad minima omnino veniamus, ipse gallinam tuam. Domini est salus, & ista deus saluat. Moue te, interrogas, miror quid dubitas, dedignabitur saluare, qui dignatus est creare? Domini est salus, Angelorum, hominū, pecorum, domini est salus. Sicut nemo est a seipso, ita nemo saluus est a seipso. Proinde verissime Psalms atq; optime ait, Homines & iumēta saluos facies domine. Quare? Sicut multiplicata est misericordia tua deus: tu enim es deus, tu creasti, tu saluas, tu dedisti esse, tu das sanum esse. Si ergo sicut multiplicata est misericordia dei, ab illo homines & iumenta saluātur, nōne homines habent aliquid aliud quod eis de pręstet creator, quod iumētis non pręstet? Nullā ne discretio est inter animal factum ad imaginē dei, & animal subditum imagini dei? Est planē. Pręter salutem istam cōmunem nobis cum animantibus mutis, est quod nobis pręstet deus, illis autem non pręstet. Quid est hoc? Sequere in eodem Psalmo, Filij autem hominū sub tegmine alarū tuarum sperabunt: habentes modo salutem cōmunem cum pecoribus suis, filij hominū sub tegmine alarū tuarum sperabunt. Aliam habent salutem in re, aliam in spe. Salus ista quę in pręsentī est, hominibus pecoribusq; cōmunis est: sed est alia quam sperant homines, & accipiunt qui sperant, non accipiunt qui desperant, Filij autem hominum sub tegmine, inquit, alarum tuarum sperabunt. Qui autem perseueranter sperant, a te proteguntur, ne de spe a diabolo deiciantur, sub tegmine alarum tuarū sperabunt: si ergo sperabunt, quid sperabunt nisi quod pecora non habebunt? Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis tuę potabis eos. Quale vinum est, vnde inebriari laudabile est? Quale vinum est, quod non turbat, sed dirigit mentem? Quale vinū est, quod facit perpetuo sanū, non inebriando facit insanum? Inebriabuntur vnde? Ab vbertate domus tuę: & torrente voluptatis tuę potabis eos. Vnde? Quoniā apud te est fons vitę, ipse fons vitę ambulabat in terra: ipse dicebat, Qui sitit veniat ad me. Ecce fons. Sed nos de lumine loqui cōperamus, & propositam ex Euangelio quæstionē de lumine tractabamus: lecta est enim nobis dicēte domino, Ego sum lux mundi. Inde quæstio, ne quis carnaliter sapiens solē istum intelligendum putaret: venimus inde ad Psalmū, quo cōsiderato, inuenimus interim dominum fontem vite, bibere & viue. Apud te, inquit, fons vitę, ideo sub vmbraculo alarum tuarum sperabunt filij hominum, inebriari isto fonte querentes. Sed de lumine dicebamus, sequere ergo: nam Propheta cum dixisset, Apud te est fons vitę, secutus adiunxit, & in lumine tuo videbimus lumen, deum de deo, lumen de lumine: per hoc lumen factum est solis lumen, & lumen quod fecit solem, sub quo fecit & nos, factum est sub sole propter nos. Factum est, inquam, propter nos sub sole lumen quod

Exod. 31.

1. Cor. 12.

Psal. 24.

Esaie. 42. Psal. 102.

Roma. 2.

Psal. 102.

M

Prouerb. 23.

Ioan. 1.

**G** fecit solem. Noli contemnere nubem carnis: nube tegitur, non ut obscuratur sol, sed ut tēperetur. Loquēs ergo per nubem carnis lumen indeficiens, lumen scientiā, lumen sapientiā: ait hominibus, Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quomodo te abstulit ab oculis carnis, & reuocavit ad oculos cordis: Non enim sufficit dicere, qui me sequitur non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen: addidit enim, vitæ: sicut ibi dictū est, quoniā apud te est fōs vitæ. Videte itaq; fratres mei, quomodo verba domini cum illius Pſalmi veritate cōcordent, & ibi lumen positū est cum fonte vitæ, & à domino dictum est lumen vitæ. In illis autē vībus corporalibus, aliud est lumen, aliud fons. Fōtem fauces quærit, lumen oculi: quādo sitimus, quærimus fontem: quādo in tenebris sumus, quærimus lumen: & si forte nocte sitiamus, lumen accēdimus ut ad fontem veniamus. Non est sic apud deum: quod lūmē est, hoc est fons. Qui tibi lucet ut videas, ipse tibi manet ut bibas. Videtis ergo fratres mei, videtis si intus videtis, quale hoc lumen est, de quo dominus dicit, Qui me sequitur, non ambulabit in tenebris. Sequere istum solem, videamus si non ambulabis in tenebris. Ecce oriendo exit à te, ille cursu suo ad Occidentem pergat: tibi forte ad Orientem profectio est, nisi tu in contrariam partem pergas, nō quā ille tendit, sequendo eū profecto errabis, & pro Oriente Occidentem tenebis: tu eum in terra si sequaris, errabis: nauta si eū in mari sequatur errabit. Postremo videtur tibi sequendū esse solem, & tendis etiā ipse ad Occidentē, quō & ille tendit. Videamus cū occiderit, sinō ambulabimus in tenebris. Vide quemadmodū & si nolueris eū deserere tu, ipse te deseret, seruitus suæ necessitate peragens diem. Dominus autem noster Iesus Christus interim & cū per carnis nubem nō omnibus apparebat, per sapientiā potestatem omnia tenebat. Deus tuus vbique totus est, si non ab illo facias casum, nunq̄ à te ipse facit occasum. Qui ergo me, inquit, sequitur, nō ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quod promisit, futuri tēporis verbo posuit: non enim ait, habebit: sed habebit, inquit, lumen vitæ: non ait tamen, qui sequetur me: sed qui sequitur me. In eo quod facere debemus, præfens tēpus posuit: quod autem promisit facientibus, futuri tēporis verbo significavit. Qui sequitur, habebit: modo sequitur, post habebit.

**I** modo sequitur per fidem, post habebit per speciē: quantum enim sumus in corpore, ait Apostolus, per egrinamur à domino: per fidem enim ambulamus, non per speciē: quando per speciē? Cum habuerimus lumen vitæ, cum ad illā visionem venerimus, quando nox ista transierit. De illo quippe die qui exorturus est, dictum est, Mane astabo tibi & contemplantor. Quid est mane? Transacta nocte seculi huius, transactis erroribus tentationū, superato illo leone qui nocte rugiens circumit, quē deuoret quærens. Mane astabo tibi & cōteplabor. Nūc vero quid putamus fratres huic tēpori congruere, nisi quod rursus in pſalmo dicitur: Lauabo per singulas noctes lectū meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Per singulas noctes, inquit, flebo, in desiderio lucis ardebo. Videt dominus desiderium meū. Quomodo dicit illi alter pſalmus, Ante te omne desiderium meū, & gemitus meus à te non est absconditus. Desideras aurū, videri potes: quærens enim aurum manifestus eris hominibus: desideras frumentum, interrogas qui habeat, & cupiens peruenire ad id quod desideras, indicas te. Desideras deū, quis videt nisi deus? à quo enim petis deum sicut panem, sicut aquam, sicut aurum, sicut argentū, sicut frumentū? A quo

petis deum nisi à deo? Ipse petitur à seipso, qui promittit seipsum. Extendat anima cupiditatem suam, & sinu capaciore quærat comprehendere, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Desiderari potest, cōcupisci potest, suspirari potest in illud: digne cogitari, & verbis explicari nō potest. Ergo fratres mei, quod domulaueris breuiter ait, Ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Quibus verbis aliud est quod iussit, aliud quod promisit. Faciamus quod iussit, ne impudenti frōte desideremus quod promisit, ne dicat nobis in iudicio suo: fecisti enim quod iussi, ut petas quod promisi? Quid ergo iussisti domine deus noster? Dicit tibi, ut sequeris me. Consilium vitæ petisti, cuius vitæ, nisi de qua dictū est, Apud te est fons vitæ: audiuit quidam, Vade vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurū in cælo, & veni sequere me: tristis abscessit, nō est secutus. Quæsiuit magistrum bonū, interpellauit doctorem, & contempsit docentem: tristis abscessit, ligatus cupiditatibus suis: tristis abscessit, habens grandē sarcinā auaritiæ super humeros suos, laborabat, astuabat, & qui ab illo sarcinam deponere voluit, non est sequendus putatus, sed deserendus. Postea vero quā dominus per Euangelium clamauit, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam: Tollite iugum meū super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde: quā multi fecerunt audito Euangelio, quod ex ore ipsius auditū diues ille non fecit. Ergo modo faciamus, sequamur dominū, soluamus cōpedes, quibus impedimur sequi. Et quis idoneus soluere tales nodos, nisi ille adiuet cui dictū est, Dirupisti vincula mea: de quo alius Pſalmus dicit, Dominus soluit cōpeditos, dominus erigit elisos. Et quid sequuntur soluti & erecti, nisi lumen à quo audiuit, Ego sum lux mundi, qui me sequitur, nō ambulabit in tenebris, quia dominus illuminat cæcos. Illuminamur ergo modo fratres, habentes collyrium fidei. Præcessit eius salua cum terra, vnde iugere tur qui cæcus est natus, Et nos de Adā cæci nati sumus, & illo illuminante opus habemus: miscuit saluam cum terra, Verbū caro factū est, & habitauit in nobis: miscuit saluam cum terra, ideo prædictum est, Veritas de terra orta est: ipse autē dixit, Ego sum via, veritas & vita. Veritate perfruemur cum viderimus faciem ad faciem: quia & hoc promittitur nobis: nā quis auderet sperare, quod deus non dignatus esset vel polliceri vel dare? Videbimus faciem ad faciem: Apostolus dicit, Nūc scio ex parte, nunc in ænigmate per speculum, tūc autem faciem ad faciem. Et Ioānes Apostolus in epistola sua, Dilectissimi, nunc filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Hæc est magna promissio: si amas sequere, amo, inquit, sed quā sequor? Si dixisset tibi dominus deus tuus, Ego sum veritas & vita, desiderans veritatem, concupiscens vitam, viam qua ad hæc peruenire posses, profecto quæres & diceres tibi, Magna res veritas, magna res vita, si esset quomodo illuc perueniret anima mea. Quæris quā? audi eum dicentem primo, Ego sum via: antequam diceret quod, præmisit quā, Ego sum, inquit, via, quō via? Et veritas & vita. Primo dixit quā venias, postea dixit quō venias. Ego sum via, ego sum veritas, ego sum vita. Manens apud patrem, veritas & vita, induens se carne, factus est via. Non tibi dicitur, labora quærendo viam, ut peruenias ad veritatem & vitam, non hoc tibi dicitur, piger surge, via ipsa ad te venit, & te de somno dormiētē excitauit: si

K  
Esa. 64.  
1. Cor. 2.  
Pſal. 35.  
Math. 19.  
L  
Math. 11.  
Pſal. 115.  
Pſal. 145.  
Ioan. 9.  
Ioan. 1.  
Pſal. 84.  
Ioan. 14.  
M  
1. Corin. 13.  
1. Ioan. 3.  
tamen

**A** tamen excitauit, surge & ambula. Forte conaris ambulare, & non potes, quia dolent pedes. Vnde dolēt pedes? An iubente auaritia per aspera currerēt? Sed dei verbum sanauit & claudos. Ecce, inquit, sanos habeo pedes, sed ipsam viam non video: illuminauit & cæcos: hoc totum per fidē, quādiu peregrinamur à domino inantes in corpore. Cum autem perambulauerimus viam, & ad ipsam patriam peruenerimus, quid erit nobis latius? quid erit nobis beatus? quia nihil pacatus: nihil enim aduersus hominem rebellabit. Nunc vero fratres, difficile sine rixa sumus: ad cōcordiam quidē vocati sumus, iubemur pacem habere inter nos, ad hoc conādum est, omnibusq; nitendū viribus, ut aliquando perueniamus ad perfectissimam pacem. Modo autem litigamus plerunq; cum eis, quibus cōsulare volumus: ille erratū vis ducere ad vitam: resistit Paganus, disputas contra errorem idolorum & dæmoniorum: resistit hæreticus, disputas contra alias doctrinas dæmoniorum. Malus catholicus nō vult bene viuere: corripis etiam interiorē fratrem tuum, tecū manet in domo, & perditas vias quærit, astuas quomodo illum corrigas, ut de illo bonam rationem domino amborum reddas: quāta vndiq; rixarum necessitates: Plerunq; homo tardio affectus, dicit apud semetipsum, Quid mihi est pati cōtradiutores, pati eos qui reddunt mala pro bonis? Ego volo cōsulare, illi volunt perire: consumo vitam meam litigando, pacē non habeo: inimicos in super facio, quos amicos habere deberem, si benevolentia cōsulerentis attenderet. Quid mihi est ista perpeti? Redeam ad me, mecū ero, deū meū inuocabo. Redi ad te ipsum, ibi inuenies rixam: si cœpisti deum sequi, ibi inuenies rixam. Quam rixam, inquit, inuenio? Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Ecce tu ipse es, ecce tu solus es, ecce tecum es, ecce alium nullum hominem pateris: sed vides aliam legem in membris tuis, repugnantem legi mentis tuæ, & captiuam te in lege peccati quæ est in membris tuis. Exclama ergo, & à rixa interiore clama ad deum, ut tibi pacifict te: miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, Quia qui me, inquit, sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Finita tota rixa, immortalitas cōsequetur, quia nouissima inimica destruet mors. Et qualis pax erit? Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem, quō ut veniamus, quia tunc erit in re, nunc sequamur in spe eum qui dixit, Ego sum lux mundi, qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ.

*Ab eo quod dictū est, Dixerunt ergo Pharisei, Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum: usque ad id quod dictum est, Verum est testimonium meum, quia scio unde ueni, & quo uado. Tractatus XXXV.*

**D**e verbis domini nostri Iesu Christi ubi ait, Ego sum lux mundi: qui me sequitur, nō ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitæ, hesterno die qui affuisti, diu disputatū esse meministi. Et si adhuc velim⁹ de illo lumine disputare, diu loqui possumus: nam non possumus explicare cōpendio. Itaq; fratres mei, sequamur Christū lumen mundi, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ metuendæ sunt, morū nō oculorū: & si oculorū nō exteriorum, sed interiorū: vnde discernitur nō album & nigrum, sed iustum & iniustum. Cum hæc ergo dixisset dominus noster Iesus Christus, Responderunt Iudæi, Tu de teipso testimonium di-

cis, testimonium tuū non est uerum. Anteq̄ ueniret dominus noster Iesus Christus, multas ante se lucernas propheticas accendit & misit. De his etiā erat Ioannes Baptista, cui tam magnum ipsum lumē, quod est dominus Christus, perhibuit testimonium, quale nulli hominū: ait enim, In natis mulierū non surrexit maior Ioanne Baptista. Hic tamen quo nemo erat maior in natis mulierū, dicit de domino Iesu Christo, Ego quidem baptizo vos in aqua, qui autē uenit fortior me est, cuius non sum dignus calciamentum soluere. Videte quē admodū se lucerna diei submittat: lucernā uero ipsam Ioannem fuisse dominū ipse testatur. Ille erat, inquit, lucerna ardēs & lucens, & vos uoluistis ad horam exultare in lumine eius. Quando autē dixerūt Iudæi domino, Dic nobis in qua potestate ista facis? Scis dominus quia Ioannē Baptistam pro magno habebat, & quod ipse quem pro magno habebat, eis de domino testimonium perhibuisset, respondit eis, Interrogabo & ego vos unum sermonē, dicite mihi, Baptismū Ioannis unde est, de cælo, an ex hominibus? Turbati illi intra semetipsos, cogitabant, quia si dicerent ab hominibus, lapidari possent à turba, quæ Ioannem Prophetam esse credebant: si dicerent de cælo: respōderet eis, Ille quem confitemini de cælo habuisse prophetiam, mihi testimonium perhibuit, & ab illo audistis in qua ego ista faciam potestate. Viderunt ergo, quod libet horū respōdissent, in laqueos se casuros, & dixerunt, Nescimus. Et dominus eis, Nec ego dico uobis, in qua potestate ista facio. Nō uobis dico quod scio, quia nō uultis fateri quod scitis: iustissime utiq; repulsi, confusi abscesserunt. Et impletum est quod in Pſalmo per Prophetam dicit deus pater, Paraui lucernam Christo meo: id est, ipsum Ioānē. Inimicos eius induā cōfusione, super ipsum autē effloreat sanctificatio mea. Habebat ergo dominus Iesus Christus testimonium Prophetarum ante se præmissorū, præconū iudicem præcedentiū. Habebat testimonium à Ioāne, sed ipse maius testimonium erat quod sibi perhibebat. Illi autem infirmis oculis lucernas quærebāt, quia diem ferre nō poterāt: nam Ioannes idē ipse Apostolus, cuius Euangeliū in manibus habemus, in ipsius Euangelij sui capite ait de Ioanne, Erat homo missus à deo, cui nomē erat Ioannes. Hic uenit ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per eum: nō erat ille lumē, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lumen uerū, quod illuminat omnē hominē uenientē in hunc mūdum: si omnē, ergo & Ioannem: vnde dicit & ipse Ioānes, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Discernite ergo ista, ut proficiat mens uestra in fide Christi, ne semper infantes sitis uera quæretes, & à cibo solido resiliētes. Debetis apud matrē sanctam Ecclesiā Christi nutrirī & ab lactari, & ad escas solidiores accedere mēte, nō ventre. Hoc ergo discernite, aliud esse lumen quod illuminatur, aliud quod illuminat: nā & oculi nostri lumina dicuntur, & unusquisque ita iurat, tangens oculos super lumina sua, sic uiuāt lumina mea. Vitata iuratio est. Quæ lumina si lumina sunt, desit lumen in cubiculo tuo clauso, pateant & luceant tibi: non utiq; possunt. Quomodo ergo ista in facie quæ habemus & lumina nūcupamus, & quando sana sunt & quādo patent, indigent extrinsecus adiutorio luminis: quo ablato & nō illato, sana sunt, aperta sunt, nec tamen uident: sic mens nostra quæ est oculus animæ, nisi ueritatis lumine radietur, & ab illo qui illuminat, nec illuminatur, mirabiliter illustratur, nec ad sapientiā nec ad iustitiā poterit peruenire: ipsa est enim uita nostra iuste uiuere. Quomodo autem non offendit in uia, cui non lucet lu-

**G** men? Ac per hoc in tali via videre opus est, in tali via videre magnum est: nam Tobias in facie oculos clausos habebat, & filius patri manū dabat, pater filio viā præcipiendo monstrabat. Responderunt ergo Iudæi, Tu de te testimonium dicis: testimonium tuum non est verum. Videamus quid audiant, audiamus & nos, sed non sicut illi: illi contemnent, nos credentes: illi occidere Christum volentes, nos per Christum vivere cupientes. Interim ista distantia distinguat aures mentesq; nostras, & audiamus quid responderit dominus Iudæis. Respondit Iesus & dixit eis, Et si ego de me testimonium perhibeo, verum est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quō vado. Lumen & alia demonstrat & seipsum. Accendit lucernam, verbi gratia, ut quæras tunicam, & præstat tibi ardens lucerna ut inuenias tunicam: nūquid accendit lucernam ut videas ardentem lucernam? Lucerna quippe ardēs idonea est & alia quæ tenebris operiebantur nudare, & seipsam tuis oculis demonstrare: sic & dominus Christus, & inter fideles suos, & inimicos Iudæos, tanq̄ inter lucem & tenebras distinguebat, tanq̄ inter illos quos radio fidei perfundebat, & illos quorū clausos oculos circumfundebat. Nam etiam sol iste & videntis faciem illustrat & cæci: ambo pariter stātes, & faciem ad solem habentes, illustrantur in carne, sed nō ambo illuminantur in acie: videt ille, sed non ille videt. Ambobus sol præfens est, sed præfente sole vnus est absens: sic & sapientia dei, verbū dei, dominus Iesus Christus vbique præfens est, quia vbique est veritas, vbique est sapientia. Intelligit quis in Oriente iustitiam: intelligit alius in Occidente iustitiam, nunquid alia est iustitia quam ille intelligit, alia quā iste? Separati sunt corpore, & in vno habent acies mentium suarū. Quam vnde iustitiam hic cōstitutus, si iustitia est: ipsam videt iustus nescio quot mansionibus à me carne seiunctus, & in illius iustitiæ luce cōiunctus. Ergo testimonium sibi perhibet lux, aperit sanos oculos, & sibi ipsa testis est ut cognoscatur lux. Sed quid agimus de infidelibus? nunquid illis nō est præfens? Est præfens & illis, sed quib⁹ eā videant, oculos non habent cordis. Audi de illis ex Euāgelio ipso prolata sententiā, Et lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non cōprehenderunt. Ergo ait dominus & verum ait, Et si ego de me testimonium perhibeo, verū est testimonium meum: quia scio vnde veni, & quō vado. Patrem volebat intelligi, patri gloriam dabat filius: aequalis glorificat eum à quo est missus, quantum debet homo glorificare eum à quo est creatus: Scio enim vnde veni, & quō vado. Iste qui in præsentia vobis loquitur, habet quod nō deseruit, sed tamen venit: non enim veniendo inde discessit, aut redeūdo nos reliquit. Quid miramini? deus hoc nō potest hoc fieri, sed ab homine non potest hoc fieri ab ipso sole, quando pergit ad occidentem, deserit orientem, & donec oriturus redeat ad orientem, non est in oriente: dominus autem noster Iesus Christus & venit & ibi est, & rediit & hic est. Audi ipsū Euāgelistam alio loco dicentem, & si potes capere: si non potes credere. Deum, inquit, nemo vidit vnquā, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit: nō dixit, fuit in sinu patris, quasi veniendo deseruerit sinum patris. Hic loquebatur, & ibi se esse dicebat: qui & hinc discessurus, quid dixit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad cōsummationem seculi. Ergo verum est testimonium luminis, siue se ostendat siue alia: quia sine lumine nō potes videre lumen, & sine lumine non potes videre quodlibet aliud quod non est lumen. Si idoneum est lumen ad demonstranda ea quæ non sunt

lumina, nunquid in se deficit: nunquid se nō aperit, sine quo alia patere non possunt? Locutus est Propheta verū, sed vnde haberet nisi de fonte veritatis hauriret? Locutus est Iohānes verum: sed vnde locutus est, ipsū interroga. Nos oēs, inquit, de plenitudine eius accepim⁹. Ergo idoneus est dominus noster Iesus Christus, qui sibi perhibeat testimonium. Sed planē fratres mei, in nocte huius seculi audiamus & prophetiā intēte: modo enim ad fragilitatē nostrā, nocturnasq; cordis nostri intimas tenebras humilis voluit venire dominus noster. Homo venit cōtemnendus & honorandus, venit negandus & confitendus: cōtemnendus & negandus à Iudæis, honorandus & cōfendus à nobis: iudicandus iniuste, iudicaturus iuste. Talis ergo venit, ut oporteret ei lucernā testimonium perhibere, nunquid opus erat, ut Iohannes tanq̄ lucerna perhiberet testimonium diei, si dies ipse ab infirmitate nostra posset videri? Sed nō poteramus. Infirmitas factus est infirmis, per infirmitatē sanauit infirmitatē: per mortale carnem, carnis abstulit mortem: de corpore suo collyrium fecit luminib⁹ nostris. Quia ergo dominus venit, & in nocte seculi adhuc sumus, oportet ut & prophetias audiamus: nā de prophetia cōiunctis cōtradicentes Paganos. Quis est Christus, dicit Paganus? Cui respōdemus, quē prænuiciauerunt Prophete. Et ille, qui Prophete? Recitamus Esaiam, Daniele, Hieremiā, alios sanctos Prophetas, dicimus q̄ lōge ante illum venerint, quāto tempore aduentum eius præcesserint: hoc ergo respondemus, Præuenerunt eum Prophete, prædixerunt eum esse venturū. Respondet aliquis eorum, qui Prophete? Nos recitamus, qui nobis quotidie recitātur. Et ille, qui sunt hi Prophete? Nos respōdem⁹, qui & prædixerunt ea quæ fieri videmus: & ille, Vos, inquit, vobis illa finxistis: vidistis ea fieri, & quasi ventura quæ prædicta sunt essent, in libris quibus voluistis, cōscripsistis. Hic contra inimicos Paganos, occurrit nobis aliorū testimonium inimicorū. Proferimus codices à Iudæis, & respondemus, Nepe & vos & illi, fidei nostræ estis inimici, ideo sparsi sunt per gentes, ut alios ex aliis conuincamus inimicis. Codex Esaiæ proferatur à Iudæis, videamus si non ibi lego. Sicut ouis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tōdente fuit sine voce, sic nō aperuit os suum, in humilitate iudiciū eius sublatum est, liuore eius sanati sumus. Omnes ut oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Ecce lucerna vna. Alia proferatur, Psalmus aperiat, etiam inde prædicta passio Christi recitetur, Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerūt oīa ossa mea. Ipsi vero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestimentum meū miserunt fortē. Apud te laus mea, in Ecclesia magna cōfitebor tibi. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium: quia domini est regnum, & ipse dominabitur gentium. Erubescat vnus inimicus, quia codicem mihi ministrat alius inimicus. Sed ecce de codicibus prolatis, ab vno inimico alterum vici, & ipse qui mihi codicē protulit, non relinquatur: ab illo proferatur, vnde & ipse vincatur. Lego alium Prophetam, & inuenio dominum loquentem ad Iudæos, Non est mihi voluntas in vobis, dicit dominus, nec accipiam sacrificium de manibus vestris: quoniam ab ortu solis vsque ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo. Non venis Iudæe ad sacrificium mundum: conuincō te immundum. Ecce & lucernæ perhibent testimonium diei propter infirmitatem nostram, quia diei claritatem tollerare

**A** lerare & videre non possumus: nā & nos ipsi Christiani in comparatione quidem infidelium lux iā sumus: vnde dicit Apostolus, Fuitis enim aliquando tenebræ, nūc autem lux in domino, sicut filij lucis ambulate. Et alibi dixit, Nox præcessit, dies autē appropinquabit, abiiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sic ut in die honeste ambulemus. Tamen quia in comparatione illius lucis, ad quam vēturi sumus, adhuc nox est etiam dies in quo sumus. Audi Petrum Apostolum, delatam dicit domino Christo vocem à magnifica potestate, Tu es filius meus dilectus, in quo bene complacuit: hāc vocem, inquit, nos de cælo audiuimus delatam, eum essemus cum illo in monte sancto. Sed quia nos nō ibi fuimus, & istam vocē de cælo tunc non audiuimus, ait ad nos ipse Petrus, Et habemus certiore Prophecticum sermonem: præuidens enim dominus Iesus Christus impios quosdam futuros, qui miraculis eius calumniarentur, magicis artibus ea tribuendo, Prophetas autē præmisit: nunquid enim si magus erat, & magicis artibus fecit ut coleretur & mortuus, magus erat antequam natus? Prophetas audi, dō homo mortuus, & vermescēdo calumniōse: Prophetas audi, lege: audi quia ante dominū venerunt. Habemus, inquit, Apostolus Petrus, certiore Prophecticum sermonem, cui benefacitis attendentes, sicut lucernæ in obscuro loco, donec dies illucescat, & lucifer oriatur in cordibus vestris. Quādo ergo dominus Iesus Christus venerit, & sicut dicit etiam Apostolus Paulus, illuminauerit occulta tenebrarum, & manifestauerit cogitationes cordis, ut laus sit vnicuiq; à deo, tūc præfenti tali die lucernæ nō erūt necessaria. Non legetur nobis Propheta, non aperietur codex Apostoli, nō requiretur testimonium Iohannis, non ipso indigebimus Euāgelio: ergo omnes scripturæ tollentur de medio, quæ nobis in huius seculi nocte tanquam lucernæ accēdebantur, ne in tenebris remaneremus. Istis omnibus sublatis, ne quasi nobis luceant indigentibus, & ipsi hominibus dei per quos hæc ministrata sunt, nobiscum lumen illud verum clarumq; videntibus, remotis ergo his adiumentis quid videbimus? Vnde pascetur mens nostra? Vnde obtutus ille lætabitur? Vnde erit illud gaudiū, quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Quid videbimus? Obsecro vos, amate mecum, currite credendo mecum, patriam supernā desideremus, supernā patriæ suspiremus, peregrinos nos esse hic sentiamus. Quid tunc videbimus? dicat nunc Euāgelium, In principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & deus erat verbum. Vnde tibi ros inspersus est, ad fontē venies, vnde radius per obliqua & per anfractuosa tibi ad cor tenebrosū missus est, nudus ipsam lucem videbis, cui videndę ferendaq; mundaris. Dilectissimi, quod & hesternō die cōmemorauī, Iohannes ipse dicit, Filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: scimus quia cū apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Sentio vestros affectus attolli mecum in superna, sed corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multā cogitantem. Depositorum sum & ego codicem istum, discessuri estis: & vos quisque ad sua. Bene nobis fuit in luce communi, bene gaudiū sumus, bene exultauimus: sed cum ab inuicem recedimus, ab illo non recedamus.

*Ab eo quod dictum est, Vos secundum carnē iudicatis, ego non iudico quæquam: usque ad id quod dictum est, Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me, qui misit me pater.*

Tractatus. XXXVI.  
Tomus nonus

**N** quatuor Euāgelii, vel potius quatuor libri vniuersi Euāgelij sanctus Iohannes Apostolus, nō immerito secundum intelligentiam, spiritale aquilæ comparatus, altius multoq; sublimius aliis tribus erexit prædicationem suam, & in eius erectione etiam corda nostra erigi voluit: nam ceteri tres Euāgelista tanquam cum homine domino in terra ambulant, de diuinitate eius pauca dixerūt: istum autem quasi pignorit in terra ambulare, sicut ipso exordio sui sermonis intonuit, erexit se, non solum super terrā, & super omnē ambitum aeris & cæli, sed super omnem etiam exercitum angelorum, omnemq; cōstitutionem inuisibilem potestati, & peruenit ad eum per quæ facta sunt omnia: dicēdo, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Huic tantæ sublimitati principij etiam cetera cōgrua prædicauit, & de domini diuinitate quomodo nullus alius est locutus, hoc ructabat quod biberat. Nō enim sine causa de illo in isto ipso Euāgelio narratur, quia & in conuiuio super pectus domini discumbebat. De illo ergo pectore in secreto biberati sed quod in secreto bibit, in manifesto eructauit, ut perueniat ad omnes gentes, non solum incarnatio filij dei, passio, & resurrectio, sed etiā quod erat ante incarnationē, vnicus patri, verbum patris, coæternus generanti, equalis ei à quo missus est, sed in ipsa missione minor factus, quo maior esset pater. Quicquid ergo humiliter positum auditis de domino Iesu Christo, susceptæ carnis dispensationem cogitate, qualis factus est propter nos, nō qualis erat ut faceret nos: quicquid autē sublime & supra omnes creaturas excessum atq; diuinum, & patri aequale atq; coæternum de illo audieritis in Euāgelio poni vel legeritis, scitote vos hoc legere quod ad formam dei pertinet: nō quod ad formam serui: quia si istam regulam tenueritis qui capere potestis: nō autem omnes capere potestis, sed omnes credere debetis: si ergo hanc regulā tenueritis, aduersus calumnias tenebrarū hæreticarum, tanq̄ in lumine ambulantes securi pugnabitis. Nō enim defuerunt qui sola Euāgelica testimonia legendo sectarentur, quæ de humilitate Christi posita sunt, qui aduersus ea testimonia, quæ de diuinitate eius locuta sunt, surdi fuerunt: ideo surdi ut male verbosi. Item quidam illa sola attendentes, quæ de domini sublimitate dicta sunt, etiam ipsi misericordiæ eius qua homo factus est propter nos, & si legerunt non crediderunt, & ab hominibus inducta atq; falsa esse putauerunt, contententes deū tantūmodo fuisse dominum nostrum Iesum Christum, nō etiam hominem: alij sic, alij sic, vtriq; in errore. Catholica autem fides ex vtroq; verum tenens quod tenet, & prædicans quod credit, & deum Christū intellexit, & hominem credidit: vtrumq; enim scriptū est, & vtrumq; verum est. Si deum tantum dixeris Christum, medicinā negas qua sanatus es: si hominem tantum dixeris Christum, potentiam negas qua creatus es. Vtrūq; igitur tene anima fidelis & cor catholicum: vtrumque tene, vtrumque crede, vtrumque fideliter confitere: & deus Christus est, & homo Christus. Qualis deus Christus: aequalis patri, vnus cū patre. Qualis homo Christus: De virgine natus, trahens de homine mortalitatem, nō trahens iniquitatem. Isti ergo Iudæi videbāt hominē, nec intelligebant, nec credebant deum, atque inter cetera auditis iam quemadmodum ei dixerunt, Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum non est verum: audistis etiam quid ille responderit, cum hesternō die lectum

h iij est



**G** esset, & pro nostris viribus disputatū. Hodie verba eius hæc lecta sunt: Vos secundum carnem iudicatis. Ideo, inquit, mihi dicitis, Tu de te testimonium dicis, testimonium tuum non est verum, quia secundum carnem iudicatis, quia deum non intelligitis, & hominem videtis, & hominem persequendo deum latentem offenditis, ergo secundum carnem iudicatis. Ideo vobis arrogans videor, quia ego de me testimonium perhibeo: omnis enim homo quando de se vult perhibere testimonium laudabile, arrogans & superbus videtur: ideo scriptum est, Non te laudet os tuū, sed laudet te os proximi tui: sed hoc homini dictum est: infirmi enim sumus, & apud infirmos loquimur, verum dicere & mentiri possumus, & si verum dicere debemus, & mentiri tamen possumus cum volumus. Lux mentiri nō potest, absit vt in lucis diuinæ splendore tenebræ mendacij reperiantur. Loquebatur ille tanq̄ lux, loquebatur tanq̄a veritas, sed lux in tenebris lucebat, & tenebræ eam non comprehenderunt: ideo secundum carnem iudicabant. Vos, inquit, secundum carnem iudicatis. Ego non iudico quenquam. Non ergo iudicat quēquam dominus Iesus Christus: Nonne ipse est quem confitemur resurrexisse tertia die, ascendisse in cœlū, ibi sedere ad dexteram patris, inde esse venturum ad iudicandos viuos & mortuos? Nonne ipsa est fides nostra, de qua dicit Apostolus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem? Ergo quando ista confitemur, contra dominum loquimur? Nos dicimus venturum iudicem viuorum & mortuorum: ipse autem dicit, Ego non iudico quenquam. Quæstio ista duobus modis solui potest, vt aut hoc intelligamus, non iudico quenquam: id est modo, sicut dicit alio loco, Ego non veni vt iudicē mūdum, sed vt saluum faciam mundum: non iudicium suū negando, sed differendo. Aut certe quia dixerat, Vos secundum carnem iudicatis, ita subiunxit, Ego non iudico quenquam: vt subaudiatur, secundum carnem. Nullus ergo nobis contra fidem quā tenemus & annunciamus de iudice Christo, scrupulus dubitationis in corde remaneat. Venit Christus, sed primo saluare, postea iudicare, eos iudicando in poenam qui saluari noluerūt, eos perducendo ad vitam, qui credendo salutē non respuerunt. Prima ergo dispensatio domini nostri Iesu Christi medicinalis est, nō iudicialis: nam si primo venisset iudicaturus neminem inuenisset cui præmia iustitiæ redderet. Quia ergo vidit omnes peccatores, & omnino neminem esse immunē a morte peccati: prius erat eius misericordia præroganda, & post exerendum iudicium, quia de illo cantauerat psalmus, Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Non enim iudiciū ait & misericordiam, nam si primo esset iudiciū, nulla esset misericordia: sed primo misericordia, postea iudiciū. Quæ est primo misericordia: Creator hominis, homo esse dignatus est, factus est quod fecerat, ne periret quem fecerat. Quid huic misericordiae addi potest? Et tamen addidit, Parum fuit ei hominem fieri, sed voluit etiam ab hominibus reprobari: parum fuit reprobari, & exhonorari: parum erat exhonorari & occidi: sed & hoc parum est, morte crucis. Nam & cum eius obedientiā vsq; ad mortem factam commendaret Apostolus, parum illi fuit dicere, factus obediens vsque ad mortem: non enim qualemcunque, sed addidit: mortem autem crucis. Illa morte peius nihil fuit inter omnia genera mortiuū. Denique vbi dolores acerriimi exagitāt, cruciatus vocatur, a cruce nominatus: pendentes enim in ligno crucifixi, clausi ad lignum pedibus manibusq; confixi, producta

morte necabantur: non enim crucifigi hoc erat occidi, sed diu viuebatur in cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Mori voluit pro nobis, parum dicimus, crucifigi dignatus est, vsque ad mortem crucis obediens factus. Elegit extremum & pessimum genus mortis, qui omnem fuerat ablaturus mortē. De morte pessima occidit omnem mortem: pessima enim erat non intelligentibus Iudæis, nam a domino electa erat: ipsam enim cruceam suam signum habiturus erat, ipsam cruceam de diabolo superato tanquam trophæum in frontibus fidelium positurus, vt diceret Apostolus, Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Nihil erat tunc in carne intolerabilius, nihil est nūc in fronte gloriosius. Quid seruat fideli suo, qui talem honorē dedit supplicio suo? Denique modo in pœnis reorum non est apud Romanos, vbi enim domini crux honorata est, putatum est quod & reus honoraretur si crucifigeretur. Qui ergo ideo venit, neminem iudicauit & mala passus est: pertulit iniustum iudicium, vt ageret iustum: sed in eo q̄ pertulit iniustum, misericordiam fuit. Denique ita humilis factus est vt perueniret ad cruceam, distulit quidem potētiam, sed publicauit misericordiam. Vnde distulit potētiam? Quia de cruce noluit descendere, qui potuit de sepulchro resurgere. Vnde publicauit misericordiam? quia pendens in cruce dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Siue ergo propter hoc, quia non venerat iudicare mundum, sed saluare mundum, dixit, Ego nō iudico quenquam: siue quemadmodum commemorauit, quoniam dixerat, Vos secundum carnem iudicatis: addidit, Ego nō iudico quenquam: vt intelligamus Christum non secundum carnem iudicare, sicut ab hominibus iudicatus est: nā vt agnoscat isā & iudicem Christum, audite quod sequitur. Et si iudico ego, iudicium meum verum est. Ecce habes & iudicem, sed agnosce saluatorem, ne sentias iudicē. Quare autem dixit iudicium suum verū esse? Quia solus, inquit, non sum, sed ego & qui misit me pater. Dixi vobis fratres, quia Ioannes iste Euangelista sanctus multū alte volat: vix est eum mente comprehendere. Mysteriū autē altius volantis opus est vt commemorem charitati vestræ. Et apud Ezechielem Prophetam, & in Apocalypsi ipsius Ioannis, cuius est hoc Euangelium, commemoratur animal quadrupes, habens quatuor personas, hominis, vituli, leonis, aquilæ. Qui ante nos scripturarum sanctorum mytheria tractauerunt, plerique in hoc animali, vel potius in his animalibus quatuor Euangelistas intellexerunt. Leonem pro rege positum, quoniam videtur leo rex esse quodammodo bestiarum, propter potētiam & terribilem fortitudinē. Hæc persona tributa est Matthæo, quia in generationibus domini regum seriē profecutus est, quemadmodum esset dominus per stirpem regiā de semine Dauid regis. Lucas autē quoniam cœpit a sacerdotio Zachariæ sacerdotis, faciēns mentionē patris Ioannis Baptistæ, vitulo deputatus est, quia magna victima vitulus erat in sacrificiis sacerdotū. Marco homo Christus merito assignatus est, quia neque de regia potestate aliquid dixit, neque de sacerdotali cœpit, sed tantum ab hominē Christo exorsus est. Hi omnes propē de terrenis, id est, de iis quæ in terra gessit dominus noster Iesus Christus: non recesserunt: de diuinitate eius perpauca locuti sunt tanquam in terra cum illo ambulantes. Restat aquila, ipse est Ioannes, sublimium prædicator, & lucis internæ atque æternæ fixis oculis contemplator:

**A** templator: dicuntur enim & pulli aquilarum a parentibus sic probari, patris scilicet vngue suspendi, & radiis solis opponi, qui firme contemplatus fuerit, filius agnoscitur: si acie palpitauerit, tanquam adulterinus ab vngue dimittitur. Iam ergo videte quā sublimis loqui debuit, qui est aquila comparatus, & tamen etiam nos humi repentes, infirmi & vix vilius momenti inter homines, audemus tractare ista, & ista exponere, & putamus nos aut capere posse cum cogitamus, aut capi dum dicimus. Quare ista dixi forte enī post hæc verba quicquam mihi iuste dicat, Pone ergo codicem: quod excedit mensuram tuam, quid sumus in manum tuam? quid ei committis linguam tuam? ad hoc respondeo, Multi hæretici abundant, & ad hoc eos deus abundare permisit, ne semper lacte nutriamur, & in bruta infantia remaneamus. Quia enim nō intellexerunt quomodo commendaretur diuinitas Christi, sapuerunt sicut voluerūt. Non autem recte sapiēdo, fidelibus catholicis quæstiones molestissimas intulerunt: cœperunt exagitare & fluere corda fidelium. Iam tunc necessitas facta est spiritalibus viris, qui aliquid secundū diuinitatem domini nostri Iesu Christi, non solum legerant in Euangelio, sed etiā intellexerant, vt contra arma diaboli Christi arma proferrent, & de Christi diuinitate aduersus falsos fallacesque doctores, quantis possent viribus, apertissima conflictatione pugnarent, ne cum ipsi tacerent, alij perirent. Quicunque enim senserunt dominū nostrum Iesum Christū, aut diuinitate substantiæ esse quā pater est, aut tantum esse Christum solum vt ipse sit pater, ipse sit filius, ipse sit spiritus sanctus: quicunque etiam sentire voluerunt hominem fuisse solum, non deum factum hominem, aut ita deum vt in sua diuinitate mutabilem, aut ita deum vt non & hominem, a fide naufragauerunt, & de portu Ecclesiæ proiecti sunt, ne inquietudine sua naues secum positas frangerent. Quæ res cœgit, vt etiam nos minimi, & quantum ad nos pertinet prorsus indigni, quantum autem ad illius misericordiam, in aliquo dispensatorum eius numero constituti, non vobis taceamus, quod aut intelligatis, mecūque gaudeatis, aut si intelligere nondum valetis, credendo securi in portu maneatis. Dicā ergo, capiat qui potest, credat qui non potest. Tamen dicam quod ait dominus, Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam: aut modo, aut, secundum carnem: sed & si ego iudico, iudicium meum verum est. Quare iudiciū meum verum est? Quia solus non sum, inquit, sed ego & qui misit me pater. Quid ergo domine Iesu? Si solus esses, falsum esset iudicium tuū, & ideo verum iudicas, quia solus non es, sed tu & qui te misit pater, Quid responsum sum? ipse respondeat, Verum est, inquit, iudicium meum. Quare? quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater mecum est. Si tecū est, quomodo te misit? Et te misit, & tecum est, itāne & mihi non recessisti, itāne & ad nos venisti, & ibi mansisti? Quomodo istud creditur? quomodo capitur? ad hæc duo respondeo, Quomodo capitur, recte dicis: quomodo creditur, non recte dicis. Imō ideo bene creditur, quia non cito capitur: nā si cito caperetur, nō opus erat vt crederetur, quia vidēretur: ideo credis, quia non capis, sed credendo sis idoneus vt capias. Nam si non credis, nunquam capies, quia minus idoneus remanebis. Fides ergo mundat te, vt intellectus impleat te. Verum est, inquit, iudiciū meum, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Ergo domine deus noster Iesu Christe, missio tua incarnatio tua est: sic video, sic intelligo: postremo sic credo,

ne arrogantia sit dicere, sic intelligo. Prorsus & hic est dominus noster Iesus Christus, imō hic erat secundum carnem, modo hic est secundum diuinitatem, & cū patre erat, & a patre non recesserat. Quod ergo dicitur mihi venisse ad nos, incarnatio ipsius commendatur, quia pater nō est incarnatus. Nam Sabelliani dicti sunt quidam hæretici, qui vocantur & Patripassiani, qui dicunt ipsum patrem passum fuisse, noli tu catholice: si enim fueris Patripassianus, non eris sanus. Ergo intellige missionem filij nominatam incarnationem filij: patrem autem incarnatum esse non credas, sed & a filio incarnato patrem recessisse non credas. Ille carnē portabat, ille autem cum filio erat. Si in cœlo pater, in terra filius: quomodo pater cum filio erat? quia & pater & filius vbiq; erant: non enim in cœlo sic est deus, vt non sit in terra. Audi illum qui volebat fugere iudicium dei, & non inueniebat quod, Quod ibo, inquit, a spiritu tuo, & a facie tua quod fugiam? si ascendero in cœlū, tu ibi es. De terra erat quæstio: audi quod sequitur, si descendero ad infernū ades. Si ergo & in inferno dicitur quod adest, quid rerum remanet vbi non sit vox imper dei est apud Prophetam, Cœlum & terram ego impleo. Vbiq; ergo est qui nullo clauditur loco: noli ab illo auerti, & tecum est. Si vis ad eum peruenire, noli piger esse amare: non enim pedibus, sed affectibus curris, vno loco manens venis, si credis & diligis: ergo vbiq; est. Si vbiq; est, quomodo cum filio non est? Itāne cum filio non est, qui si credis & tecum est? Vnde ergo verum est iudiciū eius, nisi quia verus est filius? Hoc enim dixit, Et si iudico, verum est iudicium meum, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater: tanquam diceret, Verum est iudicium meum, quia filius dei sum: vnde probas quia filius dei es? quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Erubescite Sabelliane, audis filium, audis patrem. Pater, pater est: filius, filius est: non dixit, Ego sum pater, & ego ipse sum filius: sed solus non sum, inquit. Quare solus non es? quia mecum est pater. Ego sum, & qui misit me pater: audis, ego sum, & qui me misit. Ne perdas personam, distingue personas, distingue intelligentiam, noli separare perfidia, ne iterum quasi fugiens Charybdim, in Scyllam incurras: vorabat enim te gurgis impietatis Sabellianorum, vt diceret ipsum esse patrē qui est filius, modo didicisti, solus non sum, sed ego & qui misit me pater. Agnosce quia pater, pater est: & filius, filius est. Bene agnoscis: sed noli dicere, pater maior est, filius minor est: noli dicere, pater aurum est, filius argentum est. Vna substantia est, vna diuinitas, vna cœternitas, perfecta æqualitas, dissimilitudo nulla. Nam si tantummodo alterum credideris esse Christum, non eum qui pater est, & in aliquo tamen distantem secundū naturam esse putaueris, a Charybdi quidem euasisti, sed in Scyllæ scopulis naufragasti. In medio nauiga, vtrūq; periculosum latus evita. Pater, pater est: filius, filius est. Itā dicis pater pater est, filius filius est: bene periculum absorbentis gurgitis euasisti, quid vis ire in alteram partē, vt dicas, Aliud est pater, filius aliud? Alius est recte dicis, aliud non recte: alius enim est filius, quia nō est ipse qui pater, & alius pater quia non est ipse qui filius: non tamen aliud, sed hoc ipsum est & pater & filius. Quid est, hoc ipsum est? Vnus deus est. Audisti quia non sum solus, sed ego & qui misit me pater: audi quomodo credas patrem & filium, audi ipsum filium, Ego & pater vnus sumus: non dixit, pater ego sum, aut ego & pater vnus est: sed cum dicit, Ego & pater vnum sumus, & vtrunq; audi, & vnum & sumus, & a Charybdi & a Scylla liberaberis.

Proner. 27

Roma. 10.

Ioan. 1.

Psal. 100.

Philip. 2.

Gala. 6.

Luce. 23.

Luce. 23.

Ezech. 1.

Apoca. 4.

M

Psal. 138.

E

Hiere. 23.

F

Ioan. 16.

**G**aberis. In duobus istis verbis, quod dixit, vnum, liberat te ab Arrio: quod dixit, sumus, liberat te à Sabellio. Si vnum, non ergo diuersum: si sumus, ergo & pater & filius: sumus enim non diceret de vno, sed vnum non diceret de diuersis: ergo ideo verum est, inquit, iudicium meum, breuiter vt audias quia, filius dei sum: sed sic tibi persuadeo, inquit, quia filius dei sum, vt intelligas quia mecum est pater, nō sic sum filius vt ipsum deseruerim, nō ita hic sum vt cum ipso non sum, non ita ibi ille est, vt mecum non sit. Formam serui accepi, sed formam dei non amisit. Solus ergo, inquit, nō sum, sed ego & qui misit me pater. Dixerat de iudicio, de testimonio vult dicere. In lege, inquit, vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est, Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Exposuit illis & legem si ingrati non essent. Magna enim quaestio est fratres mei, & valde mihi videtur in mysterio res esse constituta: vbi deus dixit, In ore duorum vel trium testimonium stabit omne verbum. Veritas quaeritur per duos testes: Ita plane, sic se habet humani generis consuetudo: sed tamen fieri potest vt & duo mentiantur. Susanna casta duobus falsis testibus vrgebatur: nunquid quia duo erant, ideo falsi testes non erant? De duobus dicimus aut de tribus, vniuersus populus mentitus est contra Christum. Si ergo populus constans ex magna hominum multitudine, falsus testis inuenitur est, quomodo accipiendum est, In ore duorum vel trium testimonium stabit: omne verbum, nisi quia hoc modo per mysterium trinitas commendata est, in qua est perpetua stabilitas veritatis: Vis habere bonam causam? habeto duos vel tres testes, patrem & filium & spiritum sanctum. Denique quando Susanna casta foemina, fidelisq; coniunx, duobus falsis testibus vrgebatur, trinitas illi in conscientia atque in occulto suffragabatur, illa trinitas de occulto vnum testem Danielem excitauit, & duos conuicit. Ergo quia in lege vestra scriptum est, duorum hominum testimonium verum esse, accipite nostrum testimonium, ne sentiat iudicium. Ego enim, inquit, non iudico quenquam, sed testimonium perhibeo de me: differo iudicium, non differo testimonium. Eligamus nobis fratres contra linguas hominum, contra infirmas suspensiones generis humani deum iudicem, deum testem: non enim indignatur testis esse qui iudex est, aut promouetur cum sit iudex, quoniam qui testis est, ipse iudex erit. Quare ipse testis? quia nō quaerit alium vnde cognoscat qui sit. Quare ipse iudex? quia ipse habet potestatem mortificandi & viuificandi, dānandi & absoluedi, in gehennam praecipitandi, & in caelos leuandi, diabolo coniungendi & cum angelis coronandi. Cum ergo ipse habeat hanc potestatem, iudex est: quia vero vt te cognoscat non quaerit alium testem, qui tunc iudicabit te, modo videt te. Non est vnde illū fallas, cum coeperit iudicare: non enim adhibes tibi aliquos falsos testes, qui iudicem illum possent circumuenire. Quando coeperit te iudicare deus, hoc tibi dicit, Quando contemnebas, ego videbam: & quando non credebas, sententiam meam non frustrabam: differēbā, non auferēbam: nolūisti audire quod praecēpi, senties quod praedixi: si autem audias quae praecēpi, non mala senties quae praedixi, sed bona percipies quae promisi: ne aliquem sanē moueat quod ait, Verum est iudiciū meū, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater: cum alibi dixerit, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Iam in eisdem verbis Euangelij disputauimus, & nunc admonemus nō hoc ideo dictum,

quia pater non erit cum filio iudicante, sed quoniam bonis & malis in iudicio solus filius apparebit in ea forma, in qua passus est, & resurrexit, & ascendit in caelum: discipulis quippe tunc aspicientibus ascendētem, vox angelica sonuit, Sic veniet quē admodum vidistis eū euntem in caelum, id est, in forma hominis: in qua iudicatus est, iudicabit, vt etiā illud Propheticum impleatur, Viderunt in quem pupugerunt. Cum vero euntes iustis in vitam aeternam, videbimus eum sicuti est, non erit illud iudicium viuorum & mortuorum, sed praemium tantummodo viuorum. Item ne moueat quod ait, In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est, & ideo quisquam existimet non fuisse illam legem dei, quia non dictum est in lege dei: sciat ita dictum esse, in lege vestra, tanquā diceret, in lege quae vobis est data, a quo nisi a deo? Sicut dicimus, Panem nostrum quotidianum, & tamē dicimus, Da nobis hodie. *Ab eo quod dictum est, Dicebant ergo, Vbi est pater tuus? usque ad id quod dictum est, Et nemo apprehendit eum, quia nondum uenerat hora eius:*



**V**od in sancto Euangelio breuiter dicitur, nō breuiter oportet exponi, vt quod auditur intelligatur. Verba enim pauca domini, sed magna sunt: non numero aestimanda, sed potēdere: nec ideo contemnenda quia pauca, sed ideo quaerenda quia magna. Qui affuistis hesternō die audistis: vt potuim? disputauimus ex eo quod ait dominus, Vos secundum carnem iudicatis, ego non iudico quenquam. Sed & si iudico ego, iudicium meum verum est, quia solus non sum, sed ego & qui misit me pater. In lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verū est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Ex his verbis hesternō, vt dixi, die redditus est sermo auribus & mentibus vestris. Hāc cum dominus dixisset, illi qui audierant, vos secundum carnem iudicatis, manifestauerunt quod audierūt. Responderunt enim domino loquēti de deo patre suo & dixerūt, Vbi est pater tuus? Patrem Christi carnaliter acceperunt, quia verba Christi secundum carnem iudicauerūt. Erat autem qui loquebatur in aperto caro, in occulto verbum: homo manifestus, deus occultus. Videbant indumentum: & contemnebant indutum: contemnebant, quia nesciebant: nesciebant, quia non videbant: non videbant, quia caeci erant: caeci erant, quia non credebant. Videamus ergo, & ad hāc dominus quid responderit. Vbi est, inquit, pater tuus? audiuimus te dicere, Solus non sum, sed ego & qui me misit pater. Nos solum te videmus, patrem tuum tecum non videmus: quomodo te dicis solum non esse, sed cum patre tuo esse? Aut ostende nobis tecum esse patrem tuum. Et dominus: Nunquid me videtis, vt patrem ostendam vobis? Hoc enim sequitur, hoc suis verbis ipse respondit, quorum verborum expositionē nos antē praemisimus. Videte enim quid dixerit, Neque me scitis, neque patrem meum: si me sciretis, forsitā & patrem meū sciretis. Dicitis ergo, vbi est pater tuus, quasi iam me sciat, quasi totum hoc sim quod videtis. Ergo quia me nō nostis, ideo vobis patrem meum non ostendo. Me quippe hominem putatis, ideo patrem meum hominem quaeritis, quia secundum carnem iudicatis. Quia ergo secundum quod videtis aliud sum, & aliud secundum quod non videtis: patrem autem meū loquor occultus occultum, prius est vt me noueritis, tunc & patrem meum scietis: si enim me sciretis, & patrem meum forsitā sciretis.

**A**retis. Ille qui omnia scit, quando dicit, forsitan, non dubitat, sed increpat: attende enim quomodo increpat iudicatur ipsum, forsitan, quod videtur esse verbum dubitationis. Sed dubitationis verbum est quādo dicitur ab homine, ideo dubitante, quia nesciente: cum vero dicitur a deo verbum dubitationis, cum deum nihil vti que lateat, illa dubitatione arguitur infidelitas, non opinatur diuinitas. Homines enim de his rebus quas certas habent aliquando increpat iudicant, id est, verbum dubitationis ponunt, cum corde non dubitent: velut si indigneris seruo tuo & dicas, Contemnis me, considera, forsitan dominus tuus sum: hinc & Apostolus ad quosdam contemptores suos loquens ait, Puto autem quod & ego spiritum dei habeo. Qui dicit, puto, dubitare videtur: sed ille increpabat, non dubitabat. Et ipse dominus Christus alio loco increpans infidelitatem futuram generis humani: Cum venerit, inquit, filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Iam quantum existimo, intellexistis quomodo sit positum, forsitan, ne quis verborum appētor & syllabarum examinātor veluti Latine loqui sciens, reprehendat verbū quod dixit dei verbum, & reprehendendo dei verbum, non eloquens, sed mutus remaneat. Quis enim loquitur sic quomodo loquitur verbum quod erat in principio apud deum? Noli verba ista considerare, & ex his verbis assuetis illud verbum metiri velle quod deus est: audis enim verbum & contemnis: audi deum & time: In principio erat verbum. Tu renocas ad vsum sermocinationis tuae, & dicis apud te, Quid est verbum? Quid magnum est verbum? Sonat & transit: verberato aere aurem percutit, postea non erit. Audi adhuc: verbum erat apud deum: manebat, non sonando transibat. Adhuc forte contēnis: Deo erat verbum. Apud te ipsum homo, cum est in corde tuo verbum, aliud est quā sonus: sed verbum quod est apud te vt transeat ad me, sonum quasi vehiculū quaerit, assumit enim sonum, imponit se quodammodo in vehiculum, transcurrit aërem, venit ad me, non recedit a te: sonus autem vt veniret ad me, recessit a te, nec persistit apud me, verbū enim quod erat in corde tuo, nūquid sono praeterente praeteriit? Quod cogitabas dixisti: sed vt ad me perueniret quod apud te latebat, syllabas sonuisti, sonus syllabarum perduxit ad aurem meā cogitationem tuam: per aurem meam descendit in cor meum cogitatio tua, sonus medius transiit: verbū vero illud quod assumpsit sonum, antequam sonares, erat apud te: quia sonuisti, est apud me, & non recessit a te. Hoc attende, quisquis es examinātor sonorum: verbum dei contemnis, quia verbum hominis non comprehendis. Scit ergo omnia per quem facta sunt omnia, & tamen dubitando increpat: si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Increpat infideles, nam talē sententiam dixit discipulis suis: sed ibi non est verbum dubitationis, quia non fuit causa increpandae infidelitatis: nam quomodo dixit ludaeis: si me sciretis, forsitā & patrem meum sciretis: dixit & discipulis suis, quando eū Philippus interrogauit, immo postulauit & ait, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis: quasi diceret & ipse, te iam nouimus, apparuisti nobis, vidimus te, dignatus es eligere nos, secuti sumus te: mirabilia tua vidimus, verba salutis audiuiimus, praecēpta suscepiimus, promissa speramus, multum nobis conferre praesentia tua ipse dignatus es: sed tamen cum te nouerimus, quia patrem nondum nouimus, inflammamur desiderio illius videndi quem nondum nouimus: ac per hoc quia te nouimus, sed nō nobis sufficit, donec & patrē nouerimus.

**R**imus, ostende nobis patrem & sufficit nobis. Et dominus vt scirent non se nosse quod se putabant iam nosse: tanto tempore vobiscum sum, & me nescitis? Philippe, qui me videt, videt & patrem meum. Nunquid habet ista sententia verbum dubitationis? Nunquid dixit, qui me videt, forsitan videt & patrem. Quare? Quia fidelis audiebat, non fidei persecutor, ideo nō erat dominus increpator, sed doctor, Qui me videt, videt & patrē meū: & hic, si me sciretis, & patrem meum sciretis. Tollam? verbum quo notata est infidelitas audientium, & ipsa sententia est. Iam hesternō die commendauimus charitati vestrae, & diximus sententias Ioannis Euangelistae, quibus nobis narrat quod a domino didicit, nec discutendas fuisse si fieri posset, nisi haereticorum comēta compellerent. Breuiter ergo hesternō die insinuauimus charitati vestrae esse haereticos qui vocantur Patripassiani, vel a suo authore Sabelliani, hi dicunt ipsum esse patrem qui est filius, nomina diuersa, vnā vero esse personam: cum vult pater est, inquit, cum vult filius, tamen vnus est. Iterum sunt alij haeretici qui vocantur Arriani: confitentur quidem vnicum patris filium dominum nostrum Iesum Christum, illum patrem filij, istum filium patris: eum qui pater est non esse filium eū qui filius est, non esse patrem: confitentur generationē, sed negant aequalitatem. Nos, id est, catholica fides, veniens de doctrina Apostolorum, plantata in nobis, per feriem successionis accepta, sana ad posteros transmittenda, inter vtrōque, id est, inter vtrunque errorem tenuit veritatem. In errore Sabellianorum vnus est solus, ipse pater qui filius: in errore Arrianorū, alius est quidē pater, alius filius, sed ipse filius non solum alius, sed etiā aliud est: tu in medio quid? Exclusisti Sabellianum, exclude & Arrianum: Pater, pater est: filius, filius est: alius, non aliud: Quia ego & pater, inquit, vnum sumus, sicut etiam hesternō die quantum potui commendauimus. Cum audit, sumus, abscedat confusus Sabellianus: cum audit, vnum, abscedat confusus Arrianus. Gubernat catholicus inter vtrunque fidei suae nauigium, quoniam iam cauēdum est in vtroque naufragium. Dic ergo tu quod dicit Euangelium: Ego & pater vnum sumus: non ergo diuersum, quia vnum: non vnus, quia sumus. Paulo ante dixit, iudicium meum verum est, quia solus nō sum, sed ego & qui misit me pater: tanquam diceret, ideo iudicium meum est verum, quia filius dei sum, quia verum loquor, quia ipsa veritas ego sum. Isti carnaliter intelligentes dixerūt: Vbi est pater tuus? Modo audi Arriane, neque me scitis, neque patrem meum: quia si me sciretis, forsitan & patrem meum sciretis. Quid est, si me sciretis, & patrem meum sciretis: nisi, ego & pater vnus sumus? Quando vides aliquem alicui similem, intendat charitas vestra, quotidiana locutio est, non sit vobis arduum, quod esse aduertitis vstitutum: quando ergo vides aliquem alicui similem, & nosti tu cui similis sit, admirans dicis: quomodo iste homo similis est illi homini? Hoc non dices, nisi duo essent. Hic ille qui eum ignorat, cui tu istum similem dicis, Itane, inquit, similis est? Et tu ad eum, Quid enim? Tu illum non nosti? At ille: Non noui, inquit. Iam tu vt illum quem nescit, ei notū facias, ex praesente quem cernit, respondes & dicis, Hūc vidisti, illum vidisti: non vti que quia hoc dixisti, vnum esse attulerasti, & duos negasti, sed propter similitudinē tale dedisti responsum: istum nosti & illum nosti, valde enim similis est, & nihil distat omnino. Hinc & dominus: Si me, inquit, sciretis, & patrem meum sciretis, non quia pater est filius, sed quia patri similis est filius. Erubescat

**G** bescat Arrianus. Gratias domino, quia & ipse Arrianus recessit ab errore Sabelliano, & non est Patripassianus, non dicit ipsum patrem indutum carne venisse ad homines, ipsum esse passum, ipsum resurrexisse, & quodammodo ad se ascendisse, hoc non dicit: agnoscit mecum patrem, patrem esse: & filium, filium esse: sed & frater, euasisti illud naufragium, quare tendis in alterum? Si pater pater est, filius filius est, quare dicitis dissimilem? quare dicitis quare aliam substantiam? Si dissimilis esset, nunquid diceret discipulis suis: Qui me videt, videt & patrem? Nunquid diceret ludæis: si me sciretis, & patrem meum sciretis? Vnde hoc verum esset, nisi & illud verum: Ego & pater vnum sumus. Hæc verba locutus est in Gazophylatio, docēs in templo. Magna fiducia sine timore: non enim pateretur quod nollet, qui nec nascere-tur si nollet: denique quod sequitur: Et nemo apprehendit eum, quia nodum venerat hora eius. Hoc item nonnulli cum audiunt, sub fato fuisse dominum Christum & credunt, & dicit: Ecce Christus habebat fatum. O si cor tuum non esset fatuum, non crederes fatum: si fatum sicut nonnulli intellexerunt, à fando dictum est, id est, à loquendo, verbum dei quomodo habet fatum, quando in ipso verbo omnia sunt quæ condita sunt? Nō enim aliquid deus constituit, quod ante nesciuit: in verbo ipse erat quod factum est. Mundus factus est, & factus est & ibi erat: quomodo & factus est & ibi erat? Quia domus quam ædificat structor, prius in arte erat: & ibi melius erat sine vetustate, sine ruina: tamen ut ostendat artem, fabricat domum, & processit quodammodo domus ex domo, & si domus ruat, ars manet: ita apud dei verbum erant omnia quæ condita sunt, quia omnia in sapientia fecit deus, & cuncta nota fecit: non enim quia fecit didicit, sed quia nouerat fecit. Nobis quia facta sūt, nota sunt: illi nisi nota essent, facta non essent. Præcessit ergo verbum, & quid ante verbum dei? Nihil omnino, nam si esset aliquid ante, non dictum esset, In principio erat verbum: sed, in principio factum est verbum. Denique de mundo quid ait Moyses? In principio fecit deus cælum & terram: fecit quod non erat: si ergo fecit quod non erat, ante quid erat? In principio erat verbum. Et vnde cælum & terra? Omnia per ipsum facta sunt: tu ergo ponis Christum sub fato. Vbi sunt fata? In cælo, inquis, in ordine & conuersionibus syderum: quomodo ergo factum habet, per quem factum est cælum & sydera? Cui tua voluntas si recte sapias, transcendat & sydera? An quia nostri Christi carnem fuisse sub cælo, ideo putas & potestatem Christi subditam cælo? Audi stulte, nondum venerat hora eius: non qua cogere-tur mori, sed qua dignaretur occidi: nouerat enim ipse quādo deberet mori. Intēdit omnia quæ prædicta sunt de illo, & expectabat finiri omnia quæ prædicta sunt ante eius passionem futura, ut cum impleta essent, tunc veniret passio dispositionis ordine, non fatali necessitate. Denique audite ut probetis, inter cætera quæ de illo pphetata sunt, scriptum est etiam hoc, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Quomodo facta sint, in Evangelio nouimus, prius dederunt fel, accepit, gustauit & despuit: postea in cruce pendens, ut omnia prædicta complerentur, ait, Sitio: acceperunt spongiam acetato plenā, in arundine ligauerunt, & admouerunt pēdenti, accepit ille & ait, Perfectum est. Quid est, perfectum est? Impleta sunt omnia quæ ante passionem meā fuerant prophetata: ergo adhuc quid hic facio? Denique posteaquam dixit, perfectum est, inclinatio capite tradidit spiritum. Nunquid illi latrones iuxta confixi, quan-

do voluerunt, expirauerunt? Tenebantur vinculis carnis, quia non erant creatores carnis, clauis confixi diu cruciabantur, quia infirmitati non dominabantur. Dominus autem quando voluit, carnem in utero virginali accepit, quando voluit ad homines processit, quando voluit inter homines vixit, quando voluit à carne discessit, hoc est potestatis, non necessitatis. Hanc ergo horam ille expectabat, nō fatalem, sed opportunam & voluntariam, ut prius omnia complerentur, quæ ante passionem ipsius compleri oportebat: nā quomodo sub fato necessitate positus erat, qui alio loco dixit, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Nemo tollit eam à me, sed ego ipse pono eam à me, & iterum sumo eam. Ostendit hanc potestatem, quando eum ludæi quærebant: quem quæratis, inquit? Et illi, Iesum: & ille, Ego sum: qua voce audita, redierunt retro, & ceciderunt. Dicit aliquis: si hæc in illo potestas erat, quare cum ludæi insultarent pendenti & dicerent, Si filius dei est, descendat de cruce: non descendit, ut eis suam potestatem descendendo monstraret? Quia patientiam docebat, ideo potentiam differēbat: si enim quasi commotus ad eorum verba descendere-t, victus conuictiorum dolore putaretur. Prorsus non descendit, fixus permansit, quādo voluit abscissurus: nā quid ei magnum fuit de cruce descendere, qui potuit de sepulchro resurgere? Intelligamus ergo nos quibus hoc ministratum est, potentiam domini nostri Iesu Christi occultam tunc, manifestam futuram in iudicio: de quo dictum est, Deus manifestus veniet, deus noster & non silebit. Quid est, manifestus veniet? Quia venit occultus, veniet manifestus deus noster, hoc est Christus, & non silebit: quid est, non silebit? Quia primo siluit: vbi siluit: quando iudicatus est, ut etiā hoc impleteretur, quod & propheta prædixerat, Sicut ovis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suum. Si ergo pati nollet, non pateretur: si non pateretur, sanguis ille non funderetur: si sanguis ille non funderetur, mundus non redimeretur. Agamus itaque gratias & potestati diuinitatis, & miserationi infirmitatis eius, & de occulta potentia quam ludæi non nouerant, vnde illis modo dictum est, neque me nostis, neque patrem meum, & de carne suscepta quam ludæi nouerant, & eius patriam sciebant. Vnde illis alio loco dixit, Et me scitis, & vnde sim scitis: vtrunque nouimus in Christo, & vnde æqualis est patri, & vnde illo maior est pater. Illud verbum est, illud caro, illud deus est, illud homo: sed vnus est Christus deus & homo.

*Ab eo quod dictū est, Dixit ergo eis Iesus, Ego vado & quæretis me: usque ad id quod dictū est, Dixit eis Iesus, Principium qui & loquor vobis:*

*Tractatus. XXXVIII.*

**I**tem sancti Evangelij quæ præcessit hodiernā ita conclusa erat, quia locutus est docēs in gazophylatio dominus quæ voluit, & quæ audistis, & nemo apprehendit eum, quia nondum venerat hora eius. Hinc disputatum est dominico die, quod ipse donare dignatus est. Intimauimus charitati vestræ quare dictum sit, Nondum venit hora eius: ne positum Christum sub aliqua necessitate fatali vlla impietas auderet improbe suspicari: nondum enim venerat hora qua ex ordine suo secundum ea quæ prædicta sunt de illo, non mori cogere-tur inuitus, sed occideretur paratus. Modo autem de ipsa passione sua, quæ posita erat, non in eius necessitate, sed potestate: Locutus est ludæis dicens, Ego vado.) Christo enim domino mors profectio

**A** fuit illud, vnde venerat & vnde non discesserat. Ego, inquit, vado & quæretis me: non desiderio sed odio: nā illum posteaquam abscellit ab oculis hominum inquiserunt, & qui oderant, & qui amabant. Illi persequendo, illi habere cupiendo. In Psalmis ait ipse dominus per Prophetam: Perii fuga à me, & non est qui requiret animam meam: & iterum ait alio Psalmo: Confundantur & reuerentur requirentes animam meam: culpauit qui non requirerent, damnauit requirentes: bonum est enim quærere animam Christi, sed quomodo eā quærerunt discipuli: & malum est quærere animam Christi, sed quomodo eam ludæi quærerunt. Illi enim ut haberent, isti ut perderent: denique isti quia sic quærebant more malo, corde peruerso, quid secutus adiunxit: Quæretis me, & ne putetis quia bene me quæretis. In peccato vestro moriemini. Hoc est Christum male quærere, in peccato suo mori: hoc est, illum odisse per quem posset solum saluus esse. Cum enim homines quorum spes in deo est, non debeant mala reddere nec pro malis, reddebant illi mala pro bonis. Prænucciavit ergo illis dominus, dixitque sententiam præsciens, quod in suo peccato morerentur: deinde adiunxit, Quod ego vado, vos nō potestis venire. Hoc & dominus discipulis suis alio loco dixit, nec tamen eis dixit, in peccato vestro moriemini. Quid autem dixit: Quod & istis: quod ego vado, vos nō potestis venire: non abstulit spem, sed prædixit dilationem: quando enim hoc discipulis dominus loquebatur, tunc non poterant venire quod ille ibat, sed postea venturi erant: isti autem nunquam, quibus præsci dixit, in peccato vestro moriemini. His auditis verbis, quomodo solent carnea cogitantes, & secundum carnem iudicantes, & totum carnaliter audientes atque sapientes dixerunt, Nunquid interficiet semetipsum quia dixit, quod ego vado vos nō potestis venire? Stulta verba & omnino insipientiæ plena. Quid enim? Nō poterant illud venire quod ille perrexisset, si interficeret semetipsum: nunquid ipsi nō erant morituri? Quid est ergo: nunquid interficiet semetipsum, quia dixit, quod ego vado vos nō potestis venire? Si de morte hominis diceret, quis homo nō moritur? Ergo quod ego vado dixit, nō cum itur ad mortem, sed quod ibat ipse post mortem. Illi itaque non intelligentes, ista responderunt: & dominus ad eos qui terram sapiebant quid ait? Et dicebat eis, Vos de deorsum estis: Ideo terram sapitis, quia sicut serpentes terram manducatis: quid est, terram manducatis? Terrenis pascimini, terrenis delectamini, terrenis inhiatis, sursum corda non habetis. Vos de deorsum estis: Ego de supernis sum: vos de mundo hoc estis, ego nō sum de hoc mundo. Quomodo enim erat de mundo, per quem factus est mundus: Omnes de mundo post mundum, quia prius mundus, & sic homo de mundo. Prius autem Christus, deinde mundus: quomodo ante mundum Christus, ante Christum nihil? Quia in principio erat verbum, omnia per ipsum facta sunt: si ergo erat ille de supernis: de quibus supernis? de aere: Ablit, ibi & aues volitant: de cælo quod videmus? Et hoc ablit, ibi & stellæ & sol & luna circumueunt: de angelis? neque hoc intelligatis: per illum & angeli facti sunt, per quæ omnia facta sunt: de quibus ergo supernis Christus? Ab ipso patre, nihil illo deo superius, qui verbū genuit æquale sibi, coæternū sibi vnigenitum, sine tempore, per quem conderet tempora: sic ergo accipe Christum de supernis, ut excedas cogitatione tua omne quod factum est, vniuersam omnino creaturam, omne corpus omnem conditum spi-

ritum, omnem rem quoquo modo mutabilem. Totum D excede, sicut excessit Ioannes, ut contingeret, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Ego ergo, inquit, de supernis sum, vos de hoc mundo estis, ego nō sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis, quia moriemini in peccatis vestris. Exposuit nobis fratres quid intelligi voluerit: vos de hoc mundo estis: Ideo quippe dixit, Vos de hoc mundo estis: I quia peccatores erant, quia iniqui erant, quia infideles erant, quia terrena sapiebant: nam quid vobis videtur de sanctis Apostolis? Quantum intererat inter Iudæos & Apostolos: quātum inter tenebras & lucem, quantum inter fidem & infidelitatem, quātum inter pietatem & impietatem, quantum inter spem & desperationem, quātum inter charitatem & cupiditatem: multum ergo intererat. Quid ergo quia tantum intererat, Apostoli de mundo non erant? Si cogites quomodo nati sunt, & vnde venerint, quia omnes ex Adam venerant, de hoc mundo erant: sed quid eis ait ipse dominus? Ego vos de hoc mundo elegi. Qui ergo de mundo erant, facti sunt non de mundo, & pertinere cœperunt ad eum per quem factus est mundus. Isti autē remanserunt esse de mundo, quibus dictū est: moriemini in peccatis vestris. Nemo ergo dicat fratres, de hoc mundo nō sum: quisquis es homo, de hoc mundo es: sed venit ad te qui fecit mundum, & liberavit te de hoc mundo: si delectat te mundus, semper vis esse immundus: si autem iam nō te delectat hic mundus, iam tu es mundus: verū tamen si per aliquam infirmitatem adhuc te delectat mundus, habitet in te qui mundat, & eris mundus: si autem fueris mundus, nō manebis in mundo, nec audies quod audierunt Iudæi: moriemini in peccatis vestris. Omnes enim cum peccato nati sumus, omnes viuendo ad id quod nati eram, addidimus, magisquē de mundo facti sumus, quā tunc quando de parentibus nostris nati sumus. Et vbi essemus, si ille non veniret, qui nō habebat omnino peccatum, ut solueret omne peccatum? In quem Iudæi quia non credebant, merito audierunt, moriemini in peccatis vestris. Quia non habere peccatum nullo modo potuistis, qui cū peccato nati estis: sed tamen si in me, inquit, credideritis, cum peccato quidem nati estis, sed in peccato vestro morituri non estis. Tota ergo infelicitas Iudeorum ipsa erat, non peccatum habere, sed in peccatis mori. Hoc est quod debet fugere omnis Christianus. Propter hoc ad baptismum curritur, propter hoc qui ægritudine vel aliunde periclitantur, sibi desiderant subueniri, propter hoc etiam sugēs paruulus à matre piis manibus ad Ecclesiam fertur, ne sine baptismo exeat, & in peccato quo natus est moriatur. Infelicitissima conditio, misera fors istorum, qui de ore veridico audierunt, in peccatis vestris moriemini. Vnde tamen hoc eis contingat, exponit: Si enī nō credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Credo fratres i illa multitudine, quæ dominum audiebat, & eos fuisse qui credituri erant, quasi autem in omnes processerit feuerissima illa sententia, in peccato vestro moriemini: ac per hoc & illis qui credituri erant, spes erat ablata. Illi sciebant, illi timebant: immo non timebant, sed etiam desperabant. Reuocauit eos in spem: adiunxit enim, si non credideritis quia ego sū, moriemini in peccatis vestris. Ergo si credideritis quia ego sum, nō moriemini in peccatis vestris. Reddita est spes desperantibus, excitatio facta est dormientibus cordibus: euigilauerunt inde plurimi, crediderunt, sicut Evangelij ipsius cōsequencia testatur. Erant enim illic membra Christi, quæ nondum adhaerant

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Psal. 103.

Genes. 1.

Psal. 68.

Ioan. 19.

Ioan. 10.

Ioan. 18.

Matt. 27.

Psal. 49.

Esa. 53.

M Ioan. 7.

Psal. 141.

Psal. 39.

Ioan. 13.

Ioan. 1.

Ioan. 11.

Ioan. 15.

E

F



**G** adhaerant corpori Christi: & in illo populo à quo crucifixus est, à quo in ligno suspensus est, à quo pendens irrisus est, à quo lancea vulneratus est, à quo felle & acetopotatus est, erant membra Christi pro quibus dixit: Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quid autē conuerso non ignoscitur, si filius Christi sanguis agnoscitur? Quis homicida desperet, si in spem redditus est à quo etiam Christus occisus est? Crediderunt inde multum, donatus est eis sanguis Christi, ut magis eum biberēt quo liberarēt, quàm rei de illo effuso tenerēt. Quis desperet, si in cruce latro saluatus est ante paululum homicida, post paululum accusatus, conuictus, damnatus, suspensus, liberatus: noli mirari, ubi conuictus ibi damnatus, sed ibi liberatus ubi mutatus. In hoc ergo populo cui dominus loquebatur, erant qui in peccato suo fuerāt morituri, erant etiam qui in ipsum qui loquebatur fuerant credituri, & ab omni peccato liberandi: tamen hoc attende quod ait dominus Christus: Si nō credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris: quid est, si nō credideritis quia ego sum? Ego sum, quid? Nihil addidit, & quia nihil addidit, multum est quod comendat: expectatur enim ut diceret quid esset, nec tamen dixit: quid expectabatur ut diceret? Forte, nisi credideritis quia ego sum Christus, nisi credideritis quia ego sum dei filius, nisi credideritis quia ego sum verbū patris, nisi credideritis quia ego sum conditor mundi, nisi credideritis quia ego sum hominis formator & reformator, creator & recreator, factor & refector, nisi hoc credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris: multum est quod ait ipse, ego sum: quia sic dixerat dominus Moysi: Ego sum qui sum. Quis digne eloquatur, quid sit, sum? Mittebat deus per angelum suum, seruum suum Moysen ad liberandum ex Aegypto populum suum. Legistis quod audistis & nostis, commemoro tamen, mittebat trementem, excusantē, sed obedientem. Cum ergo excusaret ait deo, quem loqui in angelo intelligebat: si dixerit mihi populus, & quis est deus qui misit te, quid dicam eis? Et dominus ad eum, Ego sum qui sum: & repetiuit, Dices filiis Israël: qui est, misit me ad vos: non ait ibi, ego sum deus: aut, ego sum mundi fabricator: aut, ego sum omnium rerum creator: aut, ego sum ipsius populi liberandi propagator: sed hoc tātum, ego sum qui sum: & dices filiis Israël, qui est: nō addidit, qui est deus vester, qui est deus patrum vestrorum: sed tātum hoc dixit, qui est misit me ad vos. Forte multū erat & ad ipsum Moysen, sicut multum est & ad nos, & multo magis ad nos intelligere quid dictū sit, ego sum qui sum, & qui est, misit me ad vos. Et si forte caperet Moyses, illi ad quos mittebatur quando caperent? Distulit ergo dominus quod capere homo non posset, & addidit quod capere posset: adiunxit enī & ait: Ego sum deus Abraham, & deus Isaac, & deus Iacob. Hoc potes capere: nā ego sum qui sum, quā mēs potest capere? Quid ergo nos? Audebimūsne aliquid dicere ex hoc quod dictum est, ego sum qui sum? Vel potius ex hoc quod dominum dicere audistis, nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris? Itāne his verbis tantillīs & penē nullis audebo disputare, quid sit quod ait dominus Christus, nisi credideritis quia ego sum? Audebo ipsum dominū interrogare, audite me interrogantem potius quā disputantem, magis quā ventē quā prāsumentem, potius discitentem quā docentē, & certe in me vel per me etiam vos interrogatē. Præsto est etiam ipse dominus qui ubique est, audiat interrogandi affectum, & intelligēdi præstet effectum: nam &

ego quibus verbis & si forte aliquid capio pducere possum quod capio ad corda vestra: quinsam iufficit sonus, quā suppetit eloquentia, quā vires intelligendi, quā facultas proferendi? Dicā ergo domino nostro Iesu Christo, dicam & audiet me: credo præsentem, omnino non dubito: ipse enim dixit, Ecce ego vobiscum sum vsque ad cōsummationem seculi. O domine deus noster, quid est quod aisti, nisi credideritis quia ego sum? Quid enī non est eorum quā fecisti: nunquid cælum non est: nūquid terra non est: nunquid non sunt ea quā in terra & in cælo sunt? nunquid homo ipse cui loqueris non est? nunquid angelus quem mittis non est? Si omnia sunt hæc quā per te facta sunt, quid est quod tibi proprium quiddam tenuisti ipsum esse, quod aliis non dedisti, ut tu solus esses? Nam quomodo audio, ego sum qui sum: quasi alia non sunt? Et quomodo audio, nisi credideritis quia ego sum? Illi non erant qui audiebant? Et si peccatores erant, homines erant: quid ergo facio? quid sit ipsum esse, dicat cordi, intus dicat, intus loquatur, homo interior audiat, mens capiat vere esse, est enim semper eodem modo esse. Res enim qualibet (omnino quasi cæpi disputare, & destiti quærere, forte quod audiui volo loqui, auditui meo det exultationem & vestro cū loquor) res enim qualibet prorsus qualicumque excellentia si mutabilis est, non vere est: non enim est verum esse, ubi est, & non esse: quicquid enim mutari potest, mutatum non est quod erat: si non est quod erat, mors quædam ibi facta est: peremptum est aliquid ibi quod erat, & non est. Nigredo mortua est in capite albescentis senis, pulchritudo mortua est in corpore fessī & incurui senis, mortuæ sunt vires in corpore languentis, mortua est statio in corpore ambulantis, mortua est ambulatio in corpore stantis, mortua est ambulatio & statio in corpore iacentis, mortua est locutio in lingua tacentis. Quicquid mutatur & est quod non erat, video ibi quandam vitam in eo quod est, & mortē in eo quod fuit: denique de mortuo cum dicitur, ubi est homo ille? respondetur, fuit. O veritas quæ vere es: nam in omnibus actionib⁹ & motibus nostris, & in omni prorsus agitatione creaturæ duo tempora inuenio, præteritū & futurum: præsens quæro, nihil stat: quod dixi iam nō est, quod dicturus sum, nōdum est: quod vixi, iam non est: quod victurus sum, nōdum est. Præteritum & futurum inuenio in omni motu rerum: in veritate quæ manet, præteritum & futurum non inuenio, sed solum præsens, & hoc incorruptibiliter, quod in creatura nō est. Discute rerum mutationes, inuenies fuit & erit: cogita deum, inuenies est, ubi fuit & erit, esse non possit. Ut ergo & tu sis, transcede tempus: sed quis transcendet viribus suis? Leuet illuc ille qui patri dixit: Volo ut ubi ego sum, & ipse sit mecum. Hoc itaque promittens ne moriamur in peccatis nostris, nihil aliud dominus Iesus Christus mihi videtur his verbis dixisse, nisi credideritis quia ego sum: prorsus nihil aliud mihi videtur his verbis dixisse quā hoc, nisi credideritis quia de⁹ ego sum, moriemini in peccatis vestris. Bene, deo gratias, quia dixit, nisi credideritis: non dixit, nisi ceperitis: quis enim hoc capiat? Aut vere quia ausus sum dicere, & nisi estis intelligere, aliquid de tanta ineffabilitate cepistis: si ergo non capis, fides te liberat: Ideo & dominus non ait, nisi ceperitis quia ego sum: sed quod poterant dixit, nisi credideritis quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Et illi semper terrena sapientes & semper secundū carnem audientes & respondentes: Quid ei dixerunt? Tu quis es? Non enim cum dixisti, nisi credideritis quia

ego

**A** ego sum, addidisti quid esses: quis es ut credamus? Et ille: principium. Ecce quod est esse principium, mutari non potest, principium in se manet & innovat omnia: principium est, cui dictum est, Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient. Principium ait, Qui & loquor vobis. Principium me credite, ne moriamini in peccatis vestris: tanquam enim in eo quod dixerunt, tu quis es? Nihil aliud dixerunt, quā quid te esse credimus. Respondit, principium, id est, principium me credite. In Græco nanque eloquio discernitur, quod nō potest in Latino. Apud Græcos enim feminini generis est principium, sicut apud nos lex generis feminini est, quæ apud illos est masculini: sicut sapientia & apud nos & apud illos generis feminini est. Cōsuetudo locutionis ideo, per diuersas linguas variat genera vocabulorum, quia in ipsis rebus non inuenis sexum. Non enim sapientia vere femina est, cum Christus sit dei sapientia, & Christus appelletur genere masculino, sapientia feminino, cum ergo dicerent Iudæi: Tu quis es? Ille qui sciebat esse ibi quosdā credituros, & ideo dixisse, tu quis es? ut scirent quid illū credere deberent: respondit, principium: non tanquam diceret, principium sum: sed, tanquam diceret principium me credite. Quod in sermone Græco, ut dixi, euidenter apparet, ubi feminini generis est principium: velut si vellet dicere se esse veritatem, & dicentibus: tu quis es? responderit, veritatem, cum videretur ad id quod dictum est: tu quis es? respondere debuisset, veritas, id est, veritas sum: sed altius respondit, cum videret eos ita dixisse, tu quis es? ac si dicerent: quoniam abs te audiui, nisi credideritis quia ego sum, quid te esse credemus? Ad hoc respondit, principium: tanquam diceret, principium me credite. Et addidit, qui & loquor vobis, id est, quia humilis propter vos factus ad ista verba descendit: nam si principium sicuti est, ita maneret apud patrem, & non acciperet formam serui, & homo loqueretur hominibus, quomodo ei crederet, cum infirma corda intelligibile verbum sine voce sensibili audire non possint? Ergo, inquit, credite me esse principium, quia ut credatis non solum sum, sed & loquor vobis: sed de hac re iam multum est loqui vobis: placeat itaque charitati vestra, ut quod restat, illo adiuvante seruemus castino reddituri.

*Ab eo quod dictum est, Multa habeo de vobis loqui et iudicare, sed qui misit me uerax est: usque ad id quod dictum est, Et nō cognouerunt quia patrem eius dicebat deum: Tractatus XXXIX.*

**V**erba domini nostri Iesu Christi quæ habuit cum Iudæis, ita moderans loquelam suam, ut cæci non viderent, & fideles oculos aperirent, quæ hodie de sancto Euangelio recitata sunt, ista sunt:

Dicebant ergo Iudæi, tu quis es? Quia dixerat supra dominus, nisi credideritis, quia ego sum, moriemini in peccatis vestris. Ad hoc ergo illi: Tu quis es? veluti quærentes nosse in quem deberent credere, ne in suo peccato morentur. Respondit, dicentibus: tu quis es?

Et ait, Principium qui & loquor vobis. Si se dixit dominus esse principium, quæri potest utrū & pater principium sit? Si enim filius principium est qui habet patrem, quando facilius intelligendus est deus pater esse principium qui habet quidē filium cui pater sit, sed non habet de quo sit: filius enim patris est filius, & pater utique filij pater est: sed deus de filio dicitur, lumen de lumine filius dicitur. Pater dicitur lumen, sed non de lumine: pater dicitur deus, sed non de deo: si ergo deus de deo, lumen de lumine principium est, quanto facilius

intelligitur principium, lumen de quo lumen, & deus de quo deus? Videtur itaque absurdum charissimī, ut filium dicamus principium, & patrem principium non dicamus, sed quid agamus? Nunquid duo erunt principia? Cauendū est hoc dicere. Quid ergo? Et si pater principium, & filius principium, quomodo non dno principia? Quomodo dicimus patrem deum & filium deum, nec tamen dicimus duos deos: nephas est enim dicere duos deos, nephas est dicere tres deos: & tamen qui pater est, non est filius: qui filius est, non est pater: spiritus autem sanctus patris & filij spiritus, nec pater est nec filius. Quauis ergo, sicut aures catholice sunt eruditæ in gremio matris Ecclesie, nec ille qui est pater sit filius, nec ille qui est filius sit pater, nec spiritus sanctus patris & filij sit, vel filius vel pater, tres deos tamen esse non dicimus, quauis de singulis si quæratur, necesse est de quocunque interrogati fuerimus, deum esse fateamur. Et absurda ista videntur hominibus solita trahentibus ad insolita, visibilia ad inuisibilia, creaturam comparantibus creatori. Interrogant enim nos aliquando infideles & dicunt: patrem quem dicitis? deum dicitis? respondemus deum: filium quem dicitis? deum dicitis? respondemus deum: spiritum sanctum quem dicitis, deum dicitis? respondemus deum: Ergo, inquit, pater & filius & spiritus sanctus tres sunt dii? respondemus, non. Turbantur, quia non illuminantur: cor clausum habet, quia clauem fidei non habent. Nos ergo fratres fide præcedente, quæ sanat oculum cordis nostri, quod intelligimus sine obscuritate capiamus, quod non intelligimus, sine dubitatione credamus. A fundamento fidei nō recedamus, ut ad culmen perfectionis veniamus: deus est pater, deus est filius, deus est spiritus sanctus, & tamen pater non est qui filius: nec filius est qui pater: nec spiritus sanctus patris & filij spiritus, aut pater est aut filius. Trinitas vnus deus, Trinitas vna æternitas, vna potestas, vna maiestas, tres personæ, sed non tres dii. Nunc mihi calumniator respondeat: quid ergo tres? Si enim tres ait, oportet dicat, quid tres? Respondeo. Pater & filius & spiritus sanctus. Ecce, inquit, tres dixisti: sed quid tres exprime, immo tu numera? Nam ego compleo tres, cum dico pater & filius & spiritus sanctus. Id enim quod pater ad se est, deus est: quod ad filium est, pater est: quod filius ad seipsum est, deus est: quod ad patrem est, filius est. Ista quæ dico potestis de similitudinibus agnoscere quotidianis. Homo & alter homo, si ille sit pater, ille filius, quod homo est, ad seipsum est, quod pater est, ad filium est: & filius quod homo est ad seipsum est, quod autem filius est, ad patrem est: pater enim nomen est dictū ad aliquid, & filius ad aliquid: sed isti duo homines sunt. At vero pater deus ad aliquid est pater, id est, ad filium: & filius deus ad aliquid est filius, id est, ad patrem: sed non quomodo illi duo homines sunt, sic isti duo dii. Quare hoc non ita est ibi? Quia illud aliud, hoc autem aliud est: quia illa diuinitas est, hæc humanitas. Est ibi aliquid ineffabile, quod verbis explicari non possit, ut & numerus sit, & numerus nō sit: videte enim si non quasi apparet numerus, pater & filius & spiritus sanctus trinitas: si tres, quid tres? Desicit numerus: ita deus nec recedit à numero, nec capitur numero: quia tres sunt, tãquam est numerus: si quæris qui tres? Nō est numerus: vnde dictum est: Magnus dominus deus noster & magna virtus eius, & sapientie eius non est numerus. Vbi cogitare ceperis, incipis numerare: ubi numeraueris, quid numeraueris non potes respondere. Pater, pater est: filius, filius est: spiritus sanctus, spiritus sanctus est.

Psalm. 146.

**G**etus est. Quid sunt isti tres, pater & filius & spiritus sanctus, non tres dii: non tres omnipotentes: non tres mundi creatores: non. Ergo omnipotens pater: omnipotens planè. Ergo & filius non omnipotens: & filius omnipotens planè. Ergo spiritus sanctus non omnipotens: & ipse omnipotens: tres ergo omnipotentes? Non, sed vnus omnipotens. Hoc solo numerum insinuans quòd adinuicem sunt, non quòd ad se sunt: quia enim deus pater ad se est deus simul cum filio & spiritu sancto, non sunt tres dii: quia ad se est omnipotens simul cum filio & spiritu sancto, non sunt tres omnipotentes. Quia vero non ad se est pater, sed ad filium, nec filius ad se est, sed ad patrem, nec spiritus sanctus ad se, in eo quòd dicitur spiritus patris & filij, non est: quid dicam tres, nisi patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum, vnum omnipotentem: ergo vnum principium. Accipite aliquid de scripturis sanctis, vnde hoc quòd dicitur vt cunq; capiatis. Posteaquam dominus noster Iesus Christus resurrexit, & cum voluit ascendit in cœlum, decem diebus illic impletis misit inde spiritum sanctum: quo impleti qui aderant in conclauis vnâ, omnium gentium linguis cœperunt loqui, miraculo exterriti domini interfectores, compuncti doluerunt, dolentes mutati sunt, mutati crediderunt, accesserunt corpori domini, id est, numero fidelium tria milia hominũ. Item alio factò quodam miraculo, accesserunt alia quinque milia, facta est plebs vna non pauca, in qua omnes accepto spiritu sancto, quo amor spiritalis accensus est charitate ipsa & feruore spiritus in vnum redacti, cœperunt in ipsa societatis vnitate vendere omnia quæ habebant, & precia ponere ad pedes apostolorum, vt distribueretur vniciq; prout cuique opus erat: Et hoc de illis scriptura dicit, quòd erat eis anima vna & cor vnum in deum. Attendite ergo fratres, & hic agnoscite mysterium trinitatis, quomodo dicamus & pater est & filius est, & spiritus sanctus est: & tamen vnus deus est. Ecce illi tot milia erant, & cor vnum erant: ecce tot milia erant, & vna anima erant, sed vbi in deo, & quanto magis ipse deus: Nunquid erro in verbo quando dico duos homines duas animas, aut tres homines tres animas, aut multos homines multas animas? Recte vtique dico, accedat ad deum & vna anima est omnium: si accedat ad deum, multa anima: per charitatem vna anima est, & multa corda vnum cor: quid agit ipse fons charitatis in patre & filio: nonne ibi magis trinitas est vnus deus: inde enim nobis charitas venit de ipso spiritu sancto: sicut dicit Apostolus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: si ergo charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, & multas animas facit vna anima, & multa corda facit vnum cor, quanto magis pater & filius & spiritus sanctus, deus vnus, lumen vnum, vnumq; principium? Audiamus ergo principium quòd loquitur nobis: Multa, inquit, habeo loqui de vobis & iudicare. Meministis quòd ait: Ego non iudico quenquam: ecce modo dicit, Multa habeo de vobis loqui & iudicare: sed aliud est, non iudico: aliud, habeo iudicare: non iudico, dixit ad præsens: venerat enim vt saluaret mundum, non vt iudicaret mundum. Quòd autem dicit, Multa habeo de vobis loqui & iudicare: iudicium futurum dicit. Ideo enim ascendit, vt veniat iudicare viuos & mortuos: nemo iustius iudicabit, quàm qui iniuste iudicatus est. Multa, inquit, habeo de vobis loqui & iudicare. Sed qui misit me verax est. Videte quomodo admodum patri det gloriam æqualis filius. Exemplum

Acto. 2.

Acto. 4.

Acto. 4.

Roma. 5.

Ioan. 3.

enim nobis præbet, & tanquam in cordibus nostris loquitur, O homo fidelis, si Euangelium meum audis, dicit tibi dominus deus tuus: vbi ego in principio verbum deus apud deum, æqualis patri, cœternus gignenti, do gloriam ei cuius sum filius, quomodo tu superbus es aduersus eum cuius seruus es? Multa habeo, inquit, de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit verax est: tanquàm diceret ideo verum iudico, quia filius veracis veritas sum. Pater verax, filius veritas, quid putamus esse amplius? Cogitemus si possumus quid est amplius, verax an veritas? De quibusdam quæramus, pius homo an pietas: sed plus est ipsa pietas: pius enim à pietate, non pietas à pio: potest enim esse pietas, etsi ille qui pius erat, factus est impius, ipse perdidit pietatem, pietati nihil abstulit. Quid item pulcher & pulchritudo? Plus est pulchritudo quàm pulcher: pulchritudo enim facit pulchrum, nõ pulcher facit pulchritudinem. Castus & castitas: Castitas planè plus est quàm castus: si enim castitas non esset, vnde esset iste castus non haberet: si autem noluerit esse castus, castitas integra perseuerat. Si ergo plus pietas quàm pius, plus pulchritudo quàm pulcher, plus castitas quàm castus, nunquid dicitur sumus plus veritas quàm verax? Si hoc dixerimus, filium incipimus dicere patre maiorem: ait enim apertissime ipse dominus: Ego sum via & veritas & vita. Ergo si filius veritas, pater quid, nisi quòd ait ipsa veritas, qui me misit verax est. Filius veritas, pater verax, quid plus sit quæro, sed equalitatem inuenio: verax enim pater non ab ea veritate verax est, cuius partem cepit, sed quam totam genuit. Video planius esse dicendum, & certe ne vos diu teneam, hodie hucusque tractetur, cum finiero quòd volo dicere, adiuuante deo sermo claudatur. Hoc ideo dixi, vt intentos vos facerem. Omnis anima quoniam res est mutabilis, & quæuis magna creatura, tamen creatura est, quæuis corpore melior, tamè facta: omnis ergo anima quoniam mutabilis est, hoc est, modo credit, modo non credit, modo vult, modo non vult, modo adultera est, modo casta, modo bona, modo mala, mutabilis est. Deus autem hoc est quòd est, ideo proprium nomen sibi tenuit: Ego sum qui sum: hoc & filius, dicendo, Nisi credideritis quia ego sum. Ad hoc pertinet: & tu quis es? Principium. Deus igitur incommutabilis est, anima mutabilis: quando capis anima ex deo vnde sit bona, participando fit bona, quomodo tuus oculus participando videt: nõ lumine subtracto nõ videt, cuius particeps factus videt, quia ergo anima participando fit bona, si mutata cœpit esse mala, bonitas manet cuius erat particeps bona: bonitatis enim cuiusdam particeps facta est cum bona esset, qua mutata in peius, integra bonitas permanet. Si recedat anima & mala fiat, non minuitur bonitas: si reuertatur & bona fiat, non crescit bonitas. Factus est oculus tuus particeps lucis huius & vides: clausus est, hanc lucem non minuitur: apertus est, hanc lucem non auxiisti. Hac data similitudine fratres intelligite, quia si pia est anima, est pietas apud deum, cuius fit particeps anima: si est casta anima, est castitas apud deum, cuius est particeps anima: si bona est anima, est bonitas apud deum, cuius est particeps anima: si est verax anima, est veritas apud deum, cuius est particeps anima: cuius particeps si non fuerit anima, omnis homo mendax: si omnis homo mēdax, nullus homo de suo est verax. Pater autem verax de suo est verax, quia genuit veritatem. Aliud est, verax est homo iste qui iam percepit veritatem: aliud est, verax deus qui genuit veritatem. Ecce quomodo verax est deus, non participando, sed generando veritatem. Video

L

Ioan. 14.

Exo. 3.

M

Psal. 115.

Video

**A** Video vos intellexisse & gaudeo: sufficiat vobis hodie, cætera quædo dño placuerit, sicut donauerit, exponem.

Ab eo loco ubi dictum est, Dixit ergo eis Iesus, Cum exaltaueritis filium hominis: usque ad id quòd dictum est, Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum:

Tractatus XL.



**D**e sancto Euangelio secundum Ioanem quòd gestare nos videtis in manibus, iam multa audiuit charitas vestra, quæ deo donante sicut potuimus disputauimus, cõmendantes vobis maxime istum Euangelistam de domini diuinitate, secundum quam equalis est patri filius vnicus dei, loqui elegisse, & propterea aquila cõparatum: nulla quippe auis volare altius perhibetur. Proinde quæ ex ordine subsequuntur, sicut ea dominus tractare donauerit, intetissime audite. Locuti sumus vobis de precedenti lectione insinuantes, quomodo intelligatur pater verax, filius veritas. Cũ autem dixisset dominus Iesus, verax est qui me misit, Non intellexerunt Iudæi quòd de patre illis diceret. Et ait illis: quòd modo cū legeretur audistis, Cũ exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Quid est hoc? Nihil enim aliud videtur dixisse, nisi eos post passionem suam cognituros quis esset. Proculdubio ergo videbat ibi aliquos quos ipse nouerat, quos ipse cū cæteris sanctis suis ante constitutionem mundi præsciendo elegerat, post passionem suam esse credituros. Ipsi sunt illi quos assidue commendamus, & ad imitationem cū magna exhortatione proponimus: misso enim desuper spiritu sancto post domini passionem, & resurrectionem, & ascensionem, cum miracula fierent in eius nomine, quem tanquam mortuum persequentes Iudæi contemplerant, compuncti sunt corde: & qui sæuientes occiderunt, mutati crediderunt: & quæ sanguinem sequendo fuderunt, credendo biberunt illa tria milia, & illa quinque milia Iudeorum, quos ibi videbat quando dicebat: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum: tanquam dicens: differo cognitionem vestram, vt impleam passionem meam. Ordine verso cognoscetis qui sum, nõ quia omnes tunc erant credituri ex iis qui audiebant id est, post passionem domini: nõ paulo post dicit, Hæc eo loquente, multi crediderunt in eum: & nondum exaltatus erat filius hominis. Exaltationem quippe dicit passionis, non glorificationis: crucis, nõ cœli: quia & ibi exaltatus est, quando pependit in ligno, sed illa exaltatio humiliatio fuit: Tunc enim factus est obediens vique ad mortem, mortem autem crucis. Hoc oportebat impleri per eorum manus, qui postea fuerat credituri, quibus dixit: Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Quare hoc, nisi vt nemo desperaret in quocũque scelere male sibi conscius, quando videat eis donari homicidium, qui occiderant Christum? Hos ergo in illa turba agnoscens dominus dixit: Cũ exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Iam nostis quid sit sum, nec assidue repetendum est, ne pariat res tanta fastidium. Recolite illud: Ego sum qui sum, & qui est misit me, & agnoscetis quid dictum sit, tunc scietis quia ego sum: sed & pater est, & spiritus sanctus est, ad ipsum esse pertinet tota trinitas. Sed quia dominus sicut filius loquebatur, ne forte in eo quòd dixit, tunc cognoscetis quia ego sum, subintraret error Sabellianorum, hoc est, Patri passionem, quæ vobis erroris cõmendauit nõ tenendum, sed cauendum, eorum scilicet qui dixerunt: Ipse est pater, ipse est filius, duo sunt nomina, sed res vna: propter istum ergo cauendum errorem cum dixisset dominus, tunc co-

Acto. 2. & 4.

Philip. 2.

Exo. 3.

Tomus nonus.

gnoscetis quia ego sum: ne ipse intelligeretur pater, continuo subiunxit, Et à me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Iam gaudere cœperat Sabellianus, erroris sui occasione cõperta: statim vt se tanquàm in obscuro extulit, sequentis sententia luce cõfusus est. Putaueras eum esse patrem, quia dixit ego sum: audi quia filius est, à me ipso facio nihil. Quid est, à me ipso facio nihil? A me ipso non sum: filius enim de patre est deus: pater autem non est de filio deus: filius est deus de deo, pater autem deus, sed nõ de deo: filius est lumen de lumine, pater autem lumen, sed nõ de lumine: filius est, sed est de quo est: pater autem est, sed non est, de quo est. Quòd ergo addidit: sicut docuit me pater, hæc loquor, nemini vestrum obrepit cogitatio carnalis fratres mei: non enim potest humana infirmitas cogitare nisi quòd consuevit facere vel audire. Nolite ergo vobis quasi duos homines ante oculos ponere, vnum patrem, alterum filium, & loquentem patrem ad filium, sicut facis quando verba aliqua dicis filio tuo, monens eum & instruens eum quomodo loquatur, vt quacũque audiuit à te commendat memorie: cum commendauerit memoria, proferat & lingua, distinguat per sonos, inferat auribus alienis quòd percipit in suis. Nolite ita cogitare, ne in corde vestro idola fabricetis, & humanam formam humanorum liniamenta membrorum, figuram carnis humanæ, sensus istos cõspicuos, staturam motusque corporis linguæ officium, distinctiones sonorum: Nolite in illa trinitate cogitare, nisi quòd pertinet ad formam serui quam accepit vni-genitus filius, cū verbum caro factum est vt habitaret in nobis, ibi non te prohibeo humana infirmitas cogitare quòd nosti, immo etiã compello. Si fides in te vera est, talem Christum cogita, sed ex Maria virgine, non de deo patre. Tale cogita, infans fuit, creuit vt homo, ambulauit vt homo, esuriuit, sitiuit vt homo, dormiuit vt homo, passus postremo vt homo, suspensus in ligno, occisus, sepultus vt homo, in eadem forma resurrexit, in eadem forma ante oculos discipulorum ascendit in cœlum, in eadem forma venturus est ad iudicium, angelorum enim vox est in Euangelio expressa: Sic veniet quomodo eum vidistis euntem in cœlum. Quando ergo de forma serui cogitas in Christo, humanam effigiem cogita, si est in te fides: quòd autem cogitas, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: pereat de corde tuo omnis humana figuratio, pellatur de cogitationibus tuis quicquid sine corporeo terminatur, quicquid loci spatii cõtinetur, vel quantalibet mole diffunditur, de corde tuo figmentum tale dispareat. Cogita, si potes, pulchritudinem sapientiæ, occurrat tibi pulchritudo iustitiæ: Forma est: Statura est: Color est: Nihil horum est: & tamen est: nõ si non esset, non amaretur, nec merito laudaretur, nec amata, nec laudata corde moribusque teneretur. Nunc vero sunt homines sapientes, vnde fieret nisi esset sapientiæ? Porro autem õ homo, si sapientiã tuã videre carnis oculis nõ potes, nec tali imaginatione cogitare quali corporalia cogitantur, sapientiæ dei audes ingerere humanam corporis formam? Quid ergo dicimus fratres: Quomodo locutus est pater filio? Quomodo filius ait, sicut docuit me pater, hæc loquor? Locutus est illi, quando docuit pater filium verba fecit, quomodo tu quòd doces filium tuum verba facis? Quomodo facis verba verbo? Quæ verba multa fierent vnico verbo? Verbum enim patris autem habuit ad os patris: & carnalia sunt ista, pereat de cordibus vestris. Hoc enim dico, ecce si intellexistis quòd ego dixi, ego certe locutus sum, & mea verba sonauerunt, sonisq; aures pepulerunt, & per sensum auditus vestri

D

E

Ioan. 14.

Act. 1.

Ioan. 1.

F

i vestri

G vestri ad cor sententiam perduxerūt. Si intellexistis, facite aliquem audisse Latine lingue hominē: tantūmodo audisse, nec tamen intellexisse quod dixi: quantum ad strepitum pertinet emissum ex ore meo, sic eius ille particeps factus est qui non intellexit, quomodo & vos. Eum sonum audiuit, eadem syllabæ aures eius percusserunt, sed in corde ipsius nihil genuerunt. Quare? Quia non intellexit. Vos autem si intellexistis, unde intellexistis? Ego ad aurem sonui, nunquid ego in cor lumē accendē? Proculdubio si verum est quod dixi, & hoc verbum nō solum audistis, verumetiam intellexistis, dñæ res ibi factæ sunt, discernite illas, auditus & intellectus. Auditus per me factus est, intellectus per quem? Ego ad aurē dixi vt audiretis, ad cor vestrum quis dixit vt intelligeretis? Sine dubio aliquis & ad cor vestrū aliquid dixit: vt non solum strepitus iste verborum percuteret aurē vestram, sed etiam in cor vestrum aliquid descēderet veritatis. Dixit aliquis & ad cor vestrum, sed nō eum videtis: si intellexistis fratres, dictum est & cordi vestro: Munus dei est intelligētia. Quis hoc dixit in corde vestro si intellexistis? Cui dicit psalmus: Da mihi intellectum vt discam mādāta tua. Verbi gratia, Episcopus locutus est. Quid locutus est aliquis ait? Respondeo quid locutus sit, addis, verum dixit. Tunc alius qui nō intellexit, quid dixit, inquit? Aut quid est quod laudas? Ambo me audierunt, ambobus ego dixi, sed vni ipsorum deus dixit. Si parua magnis comparare cōceditur, quomodo nos ad eum quid sumus? Tamen nescio quid incorporaliter & spiritaliter facit in nobis deus, quod nec sonus est qui aurē percutiat, nec color qui oculis discernatur, nec odor est qui naribus capiatur, nec sapor qui faucibus iudicetur, nec durum, nec molle quod tāgendo sentiantur, tamen aliquid est quod sentire facile est, explicare impossibile est. Si ergo deus, vt dicere cōperam, loquitur in cordibus nostris sine sono, quomodo loquitur filio suo? Sic ergo fratres, sic cogitate quantum potestis: vt dixi, licet parua magnis modo aliquo comparare, sic cogitate, Incorporaliter pater genuit filium, nec eū sic docuit quasi indoctū genuerit, sed hoc est eum docuisse, quod est scientem genuisse, & hoc est docuit me pater, quod est scientem me genuit pater. Si enim, quod pauci intelligunt, simplex est natura veritatis, hoc est filio esse quod nosse. Ab illo ergo habet vt nouerit, a quo habet vt sit, nō vt prius ab illo esset, & ab illo postea nosset, sed quemadmodum illi gignendo dedit vt esset, sic gignendo dedit vt nosset, quia simplici, vt dictū est, naturæ veritatis esse & nosse non est aliud atque aliud, sed hoc ipsum. Dixit ergo ista Iudæis, & addidit, Et qui me misit mecum est: iam hoc & ante dixerat, sed rem magnam assidue cōmemorat, misit me & mecum est. Si ergo tecum est dō domine, non vnus ab alio missus est, sed ambo venistis: & tamē cum ambo simul sint, vnus missus est, alter misit. Quomodo missio incarnatio est, & ipsa incarnatio filij tantum est, non & patris: misit itaq; pater filium, sed nō recessit a filio: non enim quōd misit filiū, non ibi erat pater: vbi enim non est qui fecit omnia, vbi non est & qui dixit, Cœlum & terrā ego impleo? Sed forte pater vbiq; & filius non vbiq; est. Euangelistā audi, In hoc mundo erat, & mundus per eum factus est: ergo, inquit, qui misit me, cuius autoritate tāquā paterna incarnatus sum, mecum est, non me reliquit. Quare non me reliquit?

Et non me reliquit, inquit, solū, quia ego quæ placita sunt ei facio semper. Ipsa est æqualitas semper, non ex quodā initio & deinceps, sed sine initio, sine fine: dei e-

nim generatio non habet initium tēporis, quia per genitū facta sunt tēpora. Hæc illo loquente, multi crediderūt in eū. Vtinā & me loquente multi qui aliud sapiebant intelligant, & credant in eū. Quidā enim fortasse sunt in ista multitudine Arriani, non audeo suspicari esse Sabellianos, qui ipsum patrem dicunt esse qui filius est. Hæresis quippe ista nimis antiqua est, & paulatim euiscerata: Arrianorū autē adhuc videtur habere aliquā motionem quasi cadaueris putrescentis, aut certe vt multū quasi hominis animā agentis: oportet inde reliquos liberari, sicut inde multi liberati sunt. Et quidē ista ciuitas eos non habebat: sed posteaquā multi peregrini aduenerunt, nonnulli & ipsi venerūt. Ecce hæc domino loquente, multi Iudæi crediderūt in eū, ecce & me loquente Arriani credant, non in me, sed mecum in eo. Dicebat ergo dominus ad eos qui crediderant in eū Iudæos, Si vos manseritis in verbo meo: ideo manseritis, quia initiati estis, quia & ibi esse cōpistis: si manseritis, hoc est, in fide quæ in vobis esse creditibus cōpist, quōd peruenietis? Vide quale initium, quōd perducit. Amasti fundamentū, culmen attende, & ex ista humilitate aliā celsitudinē quære. Fides enim humilitatē habet, cognitio & immortalitas & æternitas non habet humilitatem, sed celsitudinem, erectionem, nullam defectionem, æternā stabilitatem, nullam ab inimico expugnationem, nullū deficiēdi timorem. Magnum est quod incipit a fide, sed contemnitur fundamentū: solet etiā in adificio ab imperitis contemni, fossa fit grandis, lapides quoquo modo passim mittuntur, nulla ibi expositio, nulla pulchritudo apparet, quomodo nec in arboris radice apparet aliqua pulchritudo, totū tamen quicquid te delectat in arbore, de radice surrexit. Si vides radicē & non delectaris, vides arborē & miraris. Stulte quid miraris, inde surrexit quo non delectaris. Parū aliquid videtur fides creditū, non habes statera vnde appendas. Audi ergo quōd perueniat, & vide quāta sit: sicut & ipse dominus in alio loco dicit, Si habueritis fidem sicut granū sinapis: quid humiliter, quid vehementius, quid minutius, quid feruentius? Ergo & vos ait, Si manseritis in verbo meo, in quo credidistis, quōd perducemini? Vere discipuli mei eritis. Et quid nobis prodest? Et cognoscetis veritatem. Quid promittit creditibus fratres? Et cognoscetis veritatem. Quid enim non illā cognouerant, quādo dominus loquebatur? Si nō cognouerant, quō crediderunt? Nō quia cognouerunt crediderunt, sed vt cognoscerent crediderūt: credimus enim vt cognoscamus, nō cognoscimus vt credamus: quod enim cogniturū sumus, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quid est enim fides, nisi credere quod nō vides? Fides ergo est quod nō vides credere, veritas quod credidisti videre: sicut ipse quodā loco ait, Ideo dominus prius ad faciēdā fidem ambulauit in terra. Homo erat, humilis factus est, ab oibus videbatur, nec ab omnibus cognoscebatur, a multis reprobabatur, a turba occidebatur, a paucis dolebat, sed tamē nec ab eis, a quibus dolebat, nondū sicut erat cognoscebatur. Totū hoc quasi initium est liniametorū fidei & structuræ futuræ. Quod dominus ipse attendēs quodā loco ait, Qui diligit me, mandata mea custodit: & qui diligit me, diligitur a patre meo, & ego diligā eum, & ostendā me ipsum illi: quē qui audiebant, vtiq; iam videbant: eis tamen si diligebant, videndū se promittebat: sic & hic cognoscetis veritatem. Quid enim, quod dixisti, non est veritas: Veritas est, sed adhuc creditur, nondū videtur: si maneat in eo quod creditur, peruenitur ad id quod videatur. Inde

Ioannes

1. Ioan. 3.

A Ioannes ipse sanctus Euangelista in Epistola sua, Dilectissimi, inquit, filij dei sumus, sed nondū apparuit quid erimus. Iam sumus & aliquid erimus. Quid plus erimus quam sumus? Audi, nondū apparuit quid erimus, sciimus quia cum apparuerit, similes ei erimus. Vnde quoniam videbimus eū sicuti est, magna promissio, sed merces est fidei: quæris mercedem, opus præcedat: si crederis, mercedē exige fidei: si autē non crederis, fidei mercedem qua fronte quæris? Si ergo manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis, vt cōtemplimini ipsam veritatem sicuti est, non per verba sonantia, sed per lucem splendētem, cū signauerit nos, quod legitur in Psalmo, Signatum est super nos lumen vultus tui domine. Moneat dei sumus, nummus a thesauro aberrauimus, errore detritū est quod in nobis fuerat impressum, venit qui reformet, quia ipse formauerat. Quærit & ipse nummū suum, sicut Cæsar nummū suum: ideo ait, Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt: Cæsari nummos, deo vos ipsos: tunc ergo exprimetur veritas in nobis. Quid dicā charitati vestræ? O si cor esset qualitercūque suspirans in illam ineffabilem gloriā, d si peregrinationē nostram in gemitu sentiremus, & seculū non amaremus, & ad eum qui nos vocauit, pia mētē perpetuo pulsarem. Desiderium sinus cordis est, capiemus, si desiderium quantum possumus extendamus. Hoc nobiscū agit scriptura diuina, hoc congregatio populorum, hoc celebratio sacramentorum, hoc baptismus sanctus, hoc cantica laudis dei, hoc ipsa nostra disputatio, vt hoc desiderium non solum seminetur & germinet, verum etiā in modum tantæ capacitatis augeatur, vt idoneū sit sumere quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Sed amate mecum, non amat multū nummū, qui amat deum. Et ego palpauit infirmitatē, nō ausus sum dicere, nō amat nummū, sed non multū amat nummū, quasi amandus sit nummus, sed non multum. O si deum digne amemus, nummos omnino non amabimus. Erit tibi nummus instrumentum peregrinationis, non iritamentū cupiditatis, quo vtaris ad necessitatem, non quo fruaris ad delectationem. Deū amāsi aliquid in te egit, quod audisse te laudas. Vtere mundo, non te capiat mundus quō intrasti, iter agis, exiturus venisti, non remansurus. Iter agis, stabulum est hæc vita, vtere nummo, quomodo viator in stabulo vtitur mensa, calice, vrceo, lectulo, dimissurus non permansurus. Si tales fueritis, erigite cor si potestis & audite me, si tales fueritis, ad eius promissā venietis: nō enim multum est ad vos, quia magna est manus eius qui vos vocauit: vocauit, innocetur, dicatur illi, Vocasti nos, vocamus te: ecce audiuius vocantem, audi te innocentes. Perdis quōd promissisti, perisce quod inchoasti, noli deserere munera tua, noli deserere agrum tuum, germina tua intrent in horreum tuū. Abundant tempestates in mundo, sed maior est qui fecit mundum: abundāt tentationes, sed non deficit qui in illo spē ponit in quo defectus nullus est. Ad hoc hortatus sum ista fratres, quia libertas de qua loquitur dominus noster Iesus Christus, non huius temporis est: videte quid adiunxit, Vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem. Et veritas liberabit vos. Quid est, liberabit vos? Liberos vos faciet. Deniq; Iudæi carnales, & secundū carnē ambulantes, nō hi qui crediderant, sed in illa turba qui nō crediderant, iniuriā sibi factā putauerunt, quia dixit eis, Veritas liberabit vos: indignati sūt seruos se esse significatos. Et vere serui erant, & exponit illis quæ sit seruitus, & quæ sit futura libertas, quā ipse promittit. Sed de hac libertate

Tomus nonus.

& de illa seruitute, nimis longū est, vt hodie disputemus. D

Ab eo quod ait, Dicebat autē Iesus ad eos qui crederant: usq; ad id quod dictū est, Si ergo vos filij liberauerit, vere liberi eritis: Tract. XLII.



Vod lectionem pristinam sequitur, & de sancto Euangelio hodie nobis recitatum est, tūc distuli dicere, quoniam multa iam dixerā, & de libertate in qua nos vocauit gratia saluatoris, nō pretereunter neque negligēter fuerat disserendum: hinc hodie domino adiuuante statim loqui vobis. Quibus enim loquebatur dominus Iesus Christus, Iudæi erant, ex magna quidem parte inimici, sed etiā amici ex quadam parte iam facti & futuri: nam quosdā ibi videbat, sicuti iam diximus, qui post eius passionē fuerant credituri, hos intuens dixerat, Cū exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Erant ibi etiā qui hæc loquente illo cōtinuo crediderunt, ipsi locutus est quod audiuius hodie. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderant ei Iudæos, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis. Manendo eritis: quia enim nunc credentes estis, manendo videntes eritis: ideo sequitur,

Et cognoscetis veritatem. Veritas incommutabilis est, veritas panis est, mētēs reficit, nec deficit, mutat velle, non ipsa in velle mutatur. Ipsa est veritas verbum dei, deus apud deū vnigenitus filius: hæc enim veritas carne iuduta est propter nos, vt de Mariā virgine nasceretur, & impleteretur pphetia, Veritas de terra orta est. Hæc ergo veritas cū Iudæis loqueretur, latebat in carne, latebat autem non vt negaretur, sed vt differretur, differretur vt in carne pateretur, in carne autē pateretur, vt caro peccati redimeretur. Stans itaq; conspicuus secundum infirmitatē carnis dominus noster Iesus Christus, & secundum maiestatem diuinitatis occultus, dixit ad eos qui ei cum hæc loqueretur crediderant, Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis: Qui enim perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit: & cognoscetis veritatem quæ modo vos latet & loquitur vobis. Et veritas liberabit vos. Hoc verbū dominus ad libertatē posuit, liberabit vos: nihil est enim aliud propriē liberat, nisi liberū facit: quomodo sanat, nihil est aliud quam saluum facit: quomodo sanat nihil est aliud quam sanum facit: dicit, nihil est aliud quam diuē facit: sic liberat, nihil est aliud quam liberum facit. Hoc in verbo Græco planius est: nam in Latina consuetudinē plerunq; dicimus hominem liberari, quod ad libertatē non pertinet, sed tantum ad salutem: sicut quisquam dicitur liberari ab infirmitate, vitate dicitur, non tamen propriē. Sic autē posuit dominus hoc verbum, vt diceret, Et veritas liberabit vos, vt in Græca lingua nemo dubitet eum de libertate dixisse. Deniq; & Iudæi sic intellexerunt & responderunt ei nō illi qui iam crediderāt, sed illi qui in turba erant nondū credentes. Responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiimus vnquam, quomodo tu dicis, liberi eritis? Non autem dixerat dominus, liberi eritis, sed veritas liberabit vos. In quo tamen verbo illi, quia sicut dixi patet in Græco, nō intellexerunt nisi libertatem, & extulerunt se quōd semen essent Abrahæ, & dixerunt, semen Abrahæ sumus, & nemini seruiimus vnquam, quomodo tu dicis, liberi eritis? O pellis inflata, non est ista magnitudo, sed tumor. Et hoc ipsum secundum huius temporis libertatem quomodo verum dixistis, nemini seruiimus vnquam? Ioseph non est venundatus? Prophetæ sancti in captiuitate non sunt ducti? Deinde nōne ipse ille est populus, qui in Aegypto lateres faciebat, & regibus duris

i ij non

Psalm.

H

L

Matt. 17.

M

1. Cor. 2.

Ioan. 14.

Psalm.

Luc. 20.

1. Cor. 2.

† alijs audis & laudas.

B

C

Psalm.

Matt. 10.

F



G non saltem in auro & argento, sed in luto seruietur: Si nemini seruitis unquam, & ingrati, quid est quod assidue vobis imputat deus, quod vos de domo seruitutis liberavit: An forte patres vestri serui erunt, vos autem qui loquimini, nemini unquam seruiistis? Quomodo ergo soluebatis iam tributa Romanis? Unde & ipsi veritati laqueum quasi captivum proposuistis, ut diceretis, Licet reddere tributum Caesari, ut si dixisset, licet teneretis eum quasi male optasset libertati seminis Abraham: si autem diceret, non licet, calumniaremini apud reges terrae, quod prohiberet regibus tributa persolui. Merito prolato nummo victi estis, & captioni vestrae vos ipsi estis respondere compulsi: ubi enim vobis dictum est, Reddite Caesari quae Caesaris sunt, & deo quae dei sunt: cum vos ipsi respondissetis, quod nummus haberet imaginem Caesaris: quia sicut querit Caesar in nummo imaginem suam, sic deus querit in homine sua: haec ergo respondit Iudaeis. Moverit enim me fratres, hominum vana superbia, qui etiam de ipsa qua carnaliter intelligebant, sua libertate mentiti sunt dicentes, Nemini seruiimus unquam. Dominus autem quid eis responderit, hoc potius & intentius audiamus, ne & nos ipsi serui inueniamur. Respondit enim eis Iesus. Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus est, sed utinam hominis & non peccati? Quis non sub his verbis contremiscat? Praestet nobis dominus noster Iesus Christus, id est, & mihi & vobis, ut pro sententia loquar de hac libertate appetenda, & de illa seruitute vitanda. Amen amen dico vobis, veritas dicit: & quale est domini nostri dicere, Amen amen dico vobis. Multum commendat quod ita pronunciat, quodammodo si dici fas est, iuratio eius est, amen amen dico vobis. Amen quippe interpretatur verum: & tamen non est interpretatum, cum potuisset dici, verum dico vobis. Nec Graecus hoc interpretatus est, sed facere, nec Latinus: nam hoc verbum quod est amen, nec Graecum est nec Latinum, sed Hebraicum: sic mansit, non est interpretatum, ut honorem haberet velamento secreti, non vellet negatum, sed ne vilesceret nudatum: nec semel tamen, sed bis a domino dictum est, amen amen dico vobis. Iam quantum hoc commendatum sit, ex ipsa geminatione cognoscite. Quid est ergo commendatum? Verum verum dico vobis, veritas dicit. Quae utique etiam non diceret, verum dico, mentiri omnino non posset. Tamen commendat, tamen inculcat, dormientes quodammodo excitat, intentos facit, contemni non vult. Quid dicit? Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. O miserabilis seruitus. Plerumque homines cum dominos malos patiuntur, venales se petunt, non querentes dominum non habere, sed saltem mutare: seruus peccati quid faciat? Que impellet? Apud quem se venalem petat? Deinde seruus hominis aliquid quando sui domini duris imperiis fatigatus, fugiendo requiescit: seruus peccati quod fugit? secum se trahit quocumque fugerit. Non fugit se ipsam mala conscientia, non est quod eat, sequitur se, imo non recedit a se: peccatum enim quod facit intus est. Fecit peccatum, ut aliquam corporalem caperet voluptatem, voluptas transit, peccatum manet, praeterit quod delectabat, remansit quod pungat: mala seruitus. Aliquando fugiunt homines ad Ecclesiam, & plerumque eos patimur quantum in disciplina, & volentes carere diuinis, qui nolunt carere peccatis. Aliquando autem etiam illicito iugo & improbo subiecti fugiunt ad Ecclesiam, quia retinentur ingenui ad seruitutem, & interpellatur Episcopus, & nisi curet operam impendere, ne ingenuitas opprimatur, immisericos

Matt. 23.

Amen...

De iis qui fugiunt ad Ecclesiam. \* nolentes carere diuinis, qui nolunt carere peccatis.

deputatur. Ad Christum omnes fugiamus, contra peccatum deum liberatore interpellamus: venales nos peccamus, ut eius sanguine redimamur: dicit enim dominus, Gratis venundati estis, & sine argento redimemini: sine precio, scilicet vestro, quia meo. Hoc dominus dicit, ipse enim precium dedit, non argentum, sed sanguinem suum: nam nos & serui & egeni remanseramus. Liberat ergo ab hac seruitute solus dominus: qui illam non habuit, ipse de illa liberat, solus enim in hac carne venit sine peccato: nam quos videtis in manibus matrum paruulos ferri, nondum ambulantes, & iam sunt copediti, traxerunt enim de Adam quod soluantur a Christo. Pertinet etiam ad ipsos cum baptizantur ista gratia, quam dominus pollicetur, quia de peccato solus liberare potest, qui venit sine peccato, & factus est sacrificium pro peccato: audistis enim cum Apostolus legeretur, Pro Christo, inquit, legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos: obsecramus pro Christo, id est, tanquam vos Christus obsecret, quid reconciliamini deo. Si exhortatur & obsecrat Apostolus ut reconciliemur deo, inimici eramus deo: nemo enim reconciliatur nisi ex inimicitia: inimicos autem nos non natura, sed peccata fecerunt. Unde inimici illius, inde serui peccati. Non habet deus liberos inimicos, nec se esse serui sint: & serui remanebunt, nisi ab illo liberentur, cui peccato inimici esse voluerunt. Obsecramus ergo, inquit, pro Christo, reconciliamini deo. Quomodo autem reconciliamur, nisi soluantur quod inter nos & ipsum separat? ait enim Propheta, Non grauauit aure ne audiat, sed peccata vestra separant inter vos & deum: quia ergo non reconciliamur nisi ablato quod in medio est, & posito quod in medio sit. Est enim mediū separans, sed contra est mediator reconcilians: mediū separans est peccatum, mediator reconcilians est dominus Iesus Christus, vnus enim deus, & vnus mediator dei, & hominū homo Christus Iesus. Ut ergo tollatur materia separans quod est peccatum venit ille mediator, & factus est sacrificiū sacerdos ipse. Et quia sacrificiū factus est pro peccato, offerens se ipsum in holocaustū in cruce passionis suae: sequitur Apostolus & dicit, cum dixisset, obsecramus pro Christo reconciliamini deo, quasi diceremus, quomodo poterimus reconciliari? Eum, inquit, id est, ipsum Christum, qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso, eū ipsum, inquit, Christum deum, qui non nouerat peccatum. Venit enim in carne, hoc est, in similitudine carnis peccati, non tamen in carne peccati, non habens vllū omnino peccatum, & ideo factus est verū sacrificiū pro peccato, quia nullū habebat ipse peccatum. Sed forte de sensu meo dixi, quia peccatum sacrificiū est pro peccato, qui legerunt agnoscent, qui non legerunt, non sunt pigri, non sunt, inquam, pigri ad legendū, ut veraces sint ad intelligendū. \* Cū de sacrificiis enim praeciperet deus offerendis pro peccato, in quibus sacrificiis non erat expiatio peccatorū, sed vmbra futurorum, eadē ipsa sacrificia, eadē ipsas hostias, eadē ipsas victimas, eadē ipsa animalia quae admovebantur maclanda pro peccatis, in quorum sanguine sanguis ille figurabatur, peccata lex appellat, vsque adeo ut in quibusdā locis scriptum sit ita, ut sacerdotes immolaturi ponerēt manus suas super caput peccati, id est, super caput victimae immolandae pro peccato. Tale ergo peccatum, id est, sacrificiū pro peccato, factus est dominus noster Iesus Christus, qui non nouerat peccatum, merito liberat ab hac seruitute peccati, ille qui dicit in Psalmis, Factus sum tanquam homo sine adiutorio, inter mortuos liber: solus enim liber,

Esa. 52.

2. Cor. 5.

Esa. 59.

1. Timo. 2.

2. Cor. 5.

Roma. 8.

\* f. aliis indicandum.

Psal. 87.

A liber, quia non habebat peccatum: ipse enim dicit in Euangelio, Ecce venit princeps huius mundi, diaboli significas venturū in Iudeis persecutoribus: ecce, inquit, venit, & in me nihil inueniet. Nō quomodo in eis quos occidit etiam iustos, inuenit quaecumque peccatū, in me nihil inueniet: & tanquam ei diceretur, si nihil in te inueniet, quare te occidet? subiecit & ait, Sed ut sciant omnes quia voluntatem patris mei facio, surgite eamus hinc. Non, inquit, mortem mei peccati necessitate persoluo, sed in eo quod morior voluntate patris mei facio, plusque ibi facio quam patior, quia si nollem, nec passus essem: habes illum alio loco dicentem, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: ecce vere inter mortuos liber. Cum ergo omnis qui facit peccatum, seruus sit peccati, quae sit spes nobis libertatis audite, Seruus autem, inquit, nō manet in domo in aeternum. Ecclesia est domus, seruus peccator est, intrant multi in Ecclesiam peccatores: non ergo dixit, seruus nō est in domo: sed, non manet in domo in aeternum: si ergo nullus ibi seruus erit, quis ibi erit? Cū enim rex iustus sederit in throno, sicut scriptura loquitur, quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Multum nos terruit & fratres mei dicendo, seruus nō manet in domo in aeternum: adiungit autem & dicit, Filius autem manet in aeternum. Ergo solus in domo sua erit Christus, nullus illi populus cohaerebit: cui haeret caput, si non erit corpus? An forte totum hoc filius, caput & corpus: non enim sine causa, & terruit, & spem dedit. Terruit, ne peccatū amaremus: spem dedit, ne de peccati solutione diffideremus. Omnis, inquit, qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in aeternum. Quae ergo nobis spes est, qui nō sumus sine peccato: audis spem tuam, filius manet in aeternum. Si ergo filius vos liberauerit, tunc vere liberi eritis. haec spes nostra est fratres, ut a libero liberemur, & liberando seruos nos faciat: serui enim eramus cupiditatis, liberati serui efficiuntur charitatis: hoc & Apostolus dicit, Vos autem fratres in libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem: nō ergo dicat Christianus, Liber sum, in libertatem vocatus sum: seruus eram, sed redemptus sum, & ipsa redemptione liber effectus sum, faciam quod volo, nemo me prohibeat a voluntate mea si liber sum: sed si ista voluntate peccatum facis, seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandum, sed vt utere ad nō peccandum: erit enim voluntas tua libera, si fuerit pia: eris liber si fueris seruus, liber peccati, seruus iustitiae, dicente Apostolo, Cū serui essetis peccati, liberi eratis iustitiae: nūc autem liberati a peccato, serui autem facti deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, sine vero vitam aeternam. Hoc conemur ut id agamus, prima libertas est carere criminibus. Intendite fratres mei, intendite, ne forte possim perducere vobis ad sensum, & qualis modo sit, & qualis futura sit ista libertas. Quemlibet valde iustum discutias in hac vita, quantum iam sit dignus iusti vocabulo, non est tamen sine peccato: audi ipsum sanctum Ioannem, cuius & hoc Euangelium est, in Epistola sua dicentem, Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est. Solus hoc dicere potuit in mortuis liber, de solo dici potuit qui nō nouerat peccatum, de solo dici potuit, etenim expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato: solus dicere potuit, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inueniet: quem cuncti alii

Ioan. 14.

Ioan. 10.

Psal. 87.

Prou. 20.

Gal. 5.

Roma. 6.

1. Ioan. 1.

Ioan. 14.

licet iustum discusseris, nō omnimodo est sine peccato. D Nec qualis erat Iob, cui dominus tale testimonium perhibebat, ut diabolus intunderet, & postularet retandum, tentas superaretur ut ille probaretur: ideo autē ille probatus est, non quia latebat deum coronandus, sed ut innotesceret hominibus imitandus: etiā ipse Iob quid dicit, Quis enim mundus: nec infans, cuius est vnus diei vita super terrā. Sed planē multi iusti dicti sūt sine querela, quod intelligitur sine crimine: nulla enim querela iusta est de his in rebus humanis qui nō habent crimē: crimen autem est peccatum graue, accusatio & damnatione dignissimum. Nō ergo deus quaedā peccata dānat, quaedam iustificat & laudat: nulla laudat, sed odit omnia. Quomodo odit medicus aegritudinē aegroti, & id agit curando ut aegritudo pellatur, aeger leuetur: sic deus gratia sua hoc in nobis agit, ut peccatum consumatur, homo liberetur. Sed quando consumitur, inquires: si minuitur, quare non consumitur? minuitur autem in vita proficientium, quod in vita consumitur perfectorum: prima est ergo libertas, carere criminibus: ideo & Apostolus Paulus quando elegit ordinandos vel presbyteros vel diacones, & quicumque ordinandus est ad praepositurā Ecclesiae: non ait, si quis sine peccato est: hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur, sed ait, Si quis sine crimine est, sicut est homicidiū, adulteriū, aliqua immunditia fornicationis, furtū, fraus, sacrilegiū, & cetera huiusmodi: cū ceperit ea nō habere homo, debet autē non habere omnis Christianus, homo incipit caput erigere ad libertatē, sed ista inchoata est, non perfecta libertas. Quare, inquit, aliquis nō est perfecta libertas? Quia video aliam legē in membris meis, repugnantē legi mentis meae: non enim quod volo hoc ago, sed quod odi illud facio. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē, ut nō ea quae vultis illa faciatis: ex parte libertas, ex parte seruitus: nō dum tota, nondum pura, nondū plena libertas, quia nō dum plena aeternitas: habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatē, quicquid peccatum est a nobis antea, deletum est in baptismo: nisi quid quia deleta est tota iniquitas, nulla remansit infirmitas: si nō remansisset, sine peccato hic viueremus. Quis autē audeat hoc dicere nisi superbus? nisi misericordia liberatoris indignus? nisi qui seipsum vult decipere, & in quo veritas non est? ergo ex eo quod remansit aliquid infirmitatis audeo dicere, ex qua parte serui sumus deo, liberi sumus? ex qua parte serui sumus legi peccati, adhuc serui sumus: vnde dicit Apostolus quod dicere ceperamus, Condelector legi dei secundū interiorem hominē: ecce vnde liberi, vnde condelectamur legi dei. Libertas enim delectat, nam quādiu timore facis quod iustus est, non deus te delectat, quādiu adhuc seruus facis, non te delectat: delectet te, & liber es. Noli timere poenā, sed ama iustitiā: nōdū potes amare iustitiā, time vel poenā, ut peruenias ad amandā iustitiā: ergo iam ille ex parte superiore liberum se esse sentiebat, vnde dicebat, Condelector legi dei secundum interiorem hominem. Delectat me lex, delectat me quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia. Video autem aliā legem in membris meis, haec est quae remansit infirmitas, repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati, quae est in membris meis. Et ex hac parte sentit captiuitatem, vbi non est impleta iustitia: nam vbi condelectatur legi dei, non captiuus, sed legis amicus est: & ideo liber, quoniam amicus. Quid ergo ex eo quod restat? Quid nisi respiciamus ad illum, qui dixit, Si vos filius liberauerit, tunc vere

Iob. 25.

Dis. 81. ca. apost.

1. Tim. 3. ad Titum. 1.

Roma. 7.

Gal. 5.

Roma. 7.

**G** liberi eritis? Denique & ipse qui loquebatur ad illu respexit, Infelix ego homo, quis me liberabit, inquit, de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum: ergo si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis: denique ita conclusit, Igitur ipse ego me te seruo legi dei, carne autem legi peccati: ipse ego, inquit, non enim duo sumus inter nos contrarij de diuersis principijs venientes, sed ego ipse mente seruo legi dei, carne autem legi peccati, quando languor oblitatur salutis. Sed si carne seruis legi peccati, fac quod ait ipse Apostolus, Non ergo regnet peccatu in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: non ait, non sit: sed, non regnet, Quamdiu viuis, peccatu necesse est esse in membris tuis, saltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet. Surgit ira, noli dare iram linguam ad maledicendum, noli dare iram manum aut pedem ad feriendum: non surget ista ira irrationabilis, nisi peccatum esset in membris: sed tolle illi regnu, non habeat arma vnde contra te pugnet, discet etiam no surgere, cum arma non ceperit inuenire: non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed induite arma iustitiae, alioquin toti captiui eritis, & non erit dicere, me te seruo legi dei: mens enim si teneat arma, membra non mouentur in ministerium furentis peccati. Teneat arcem imperator interior, quia sub maiore imperatore iuuandus assilbit, frenet iram, coerceat concupiscentiam: inest tamen quod frenetur, inest quod coerceatur, inest quod teneatur. Quid autem volebat ille iustus mete seruiens legi dei, nisi vt omnino non esset quod frenaretur? Et hoc debet conari omnis qui tendit ad perfectionem; vt & ipsa concupiscentia cui no dantur ad obediendum membra, quotidie in proficete minuatur. Velle, inquit, adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio: nunquid dixit, non mihi adiacet facere bonu? si hoc dixisset, spes nulla esset: non ait, non mihi adiacet facere: sed, non mihi adiacet perficere. Quae est eni perfectio boni, nisi consummatio? & finis mali? Quae est autem consummatio mali, nisi quod lex dicit, Non concupisces? Omnino non concupiscere perfectio boni est, quia consummatio mali est. Hoc dicebat ille, perficere bonu non mihi adiacet, quia non poterat facere vt non concupisceret: faciebat tantum vt concupiscentiam refrenaret, vt concupiscentiae membra ad satellitiu non preberet. Perficere ergo, inquit, bonum non mihi adiacet. Non possum implere quod dictum est: non concupisces. Quid ergo opus est vt impleas, post concupiscentias tuas non eas. Hoc age interim quamdiu sunt illicitae concupiscentiae in carne tua, post concupiscentias tuas no eas. Mane in seruitute dei, in libertate Christi, mente serui legi dei tui. Nolo dare concupiscentijs tuis vires, sequendo eas, vires eis addis: dando eis vires quomodo vincis, quando contra te inimicos nutris viribus tuis? Quae igitur libertas plena atque perfecta est in illo domino Iesu, qui dixit, Si vos filius liberaverit, tunc vere liberi eritis, quando plena & perfecta libertas erit? Quando nulla inimicitia, quando nouissima inimica destruetur mors. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem: cu autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoria: Vbi est mors contentio tua? Quid est, vbi est mors contentio tua? Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, sed quando peccati caro vigeat. Vbi est mors contentio tua? iam viuemus, iam non mo-

riemur in illo, qui pro nobis mortuus est & resurrexit, K vt qui viuunt, inquit, iam non sibi viuunt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Prececur medicu saucij, portemur in stabulu curandi. Ille est enim qui promittit sanitatem, qui misertus est in via semiuuio a latronibus derelicto, infudit oleum & vinum, curauit vulnera, leuauit in iumentum, perduxit in stabulum, stabulario commendauit. Cui stabulario? Forte illi qui dixit, Pro Christo legatio fungimur. Dedit etia duos numos qui impenderentur saucio curando, forte ipsa sunt duo pracepta, in quibus tota lex pendet & Propheta. Ergo fratres & Ecclesia hoc tempore in qua saucius sanatur, stabulu est viatoris, sed ipsi Ecclesiae sursum est haereditas possessoris. *Ab eo quod scriptu est, Scio quod filij Abraham estis, sed queritis me interficere: usque ad id quod scriptu est, Propterea uos non auditis, quia ex deo non estis.*



**D**ominus noster etia in forma serui no seruis, sed in forma etiam serui dominus, fuit quippe illa carnis forma seruilis, sed quamuis esset similitudo carnis peccati, no erat caro peccati, libertatem promissit credentibus in se: Iudei vero tanquam de sua libertate superbientes, dedignati sunt fieri liberi, cu essent serui peccati: ideo autem se liberos esse dixerunt, quia semen erant Abraham. Quid ergo eis respondit ad haec dominus, hodierna lectio cum recitaretur, audiui-mus. Scio, inquit, quia filij Abraham estis, sed queritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Agnosco vos, inquit, filij Abraham estis, sed queritis me interficere, agnosco carnis originem, non cordis fidem. Filij Abraham estis, sed secundu carnem, ideo, inquit, queritis me occidere: sermo enim meus no capit in vobis: si sermo meus caperetur, caperet: si caperemini, intra retia fidei tanquam pisces concluderemini. Quid est ergo non capit in vobis? Non capit cor vestrum, quia non recipitur a corde vestro: sic enim est sermo dei, & sic esse debet fidelibus tanquam pisces hamus: tunc capit quando capitur, nec fit iniuria illis qui capiuntur: ad salutem qui ppe, non ad perniciem capiuntur: vnde dominus discipulis suis ait, Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. Non ergo isti erant tales, & tamen filij Abraham erant, filij hominis dei homines iniqui: trahebant enim carnis genus, sed degeneres facti erant, non imitando fidem illius cuius filij erant: audistis certe dominum dicentem, Scio quia filij Abraham estis, audite quod dicat postea, Ego quod vidi apud patrem meum loquor, & vos quae vidistis apud patrem vestrum facitis. Iam dixerat, scio quia filij Abraham estis. Quid autem faciunt quod eis dixit, queritis me occidere, hoc apud Abraham nunquam viderunt. Dominus autem patrem deum voluit intelligi, cu dixit, Quae vidi apud patrem meum loquor: veritatem vidi, veritate loquor, quia veritas sum. Si enim dominus veritate loquitur quam vidit apud patrem, se vidit, & se loquitur, quia ipse est veritas patris qua vidit apud patrem: ipse est enim verbum, quod verbum erat apud deum. Isti ergo mali quod faciunt, quod dominus obiurgat & corripit, vbi videntur? Apud patrem sum. Cu audieritis in consequentibus apertius dictu, quis sit eorum pater: tunc intelligemus qualia viderint apud talem patrem: adhuc enim no nominat patrem ipsorum, paulo superius Abraham commemorauit, sed carnis origine, no vitae similitudine. Dicturus est alteru patrem illorum, qui nec genuit eos nec creauit vt homines essent, sed tamen filij erant eius in quantum mali erant, non in quantum homines erant, in quo imitati, no q creati. Responderunt & dixerunt

**A** & dixerunt ei, Pater noster Abraham est. Quasi diceret, quid dicitur es tu contra Abraham, aut si aliquid potes audere reprehendere Abraham: non quia dominus non audebat reprehendere Abraham, sed talis erat Abraham qui non reprehenderetur a domino, sed potius laudaretur: tamen isti videbantur eum prouocare, vt aliquid mali diceret de Abraham, & esset occasio faciendi quod cogitabant, Pater noster Abraham est. Audiamus quomodo eis responderit dominus, cum illorum damnatione laudans Abraham. Dicit eis Iesus, Si filij Abraham estis, opera Abraham facite: nunc autem queritis me interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui a deo, hoc Abraham non fecit. Ecce ille laudatus, isti damnati. Abraham non erat homicida. No dico, inquit, ego dominus sum Abraham: quod si diceret, verum diceret: nam dixit alio loco, Ante Abraham ego sum: tunc eum illi lapidare voluerunt. No dixit hoc, interim quod videtis, quod aspicitis, quod me solum putatis, homo sum, hominem dicentem vobis quod audiuit, a deo, quare vultis occidere, nisi quia non estis filij Abraham: Et tamen superius ait, Scio quia filij Abraham estis, non negat eorum originem, sed facta condemnat: caro eorum ex illo erat, sed vita non erat. Nos autem charissimi, nuquid de genere venimus Abraham, aut villo modo Abraham pater noster fuit secundu carnem? Originem de carne eius caro Iudeorum ducit, non caro Christianorum, nos de alijs gentibus venimus, & tamen imitando Abraham fidem filij facti sumus: audi Apostolum, Abraham dicta sunt promissiones & semini eius. Non dicit, inquit, & seminibus, quasi in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Si autem vos Christi, ergo semet Abraham estis, secundu promissionem heredes. Nos ergo facti sumus semen Abraham gratia dei, non de carne Abraham. Fecit illi coharedes deus: illos exhaeredauit, istos adoptauit, & de arbore illa oliuae cuius radix est in Patriarchis, ramos naturales superbos amputauit, humilem oleastrum inseruit: ideo cum venirent ad Ioannem baptizandi Iudei, erupit in illos, & ait illis, Generatio viperarum: maxime quippe de altitudine originis gloriabantur, ille autem generationem eos dixit viperarum, no saltem hominum, sed viperarum: hominum formam videbat, sed venenum agnoscebat: venerant tamen mudandi, quia utiq; baptizandi: & ait illis, Generatio viperarum, quis vobis ostendit fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae, & nolite dicere intra vos ipsos, patre habemus Abraham: potens est enim deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham: si fructus dignos poenitentiae no feceritis, nolite vobis de illa stirpe blandiri, potes est deus & vos damnare, & Abraham filijs non fraudare: habet enim vnde excitet filios Abraham: sient filij, qui fidem fuerint imitati, potens est deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham. Nos sumus, in parentibus nostris lapides eramus, quando pro deo lapides colebamus, de talibus lapidibus familia deus fecit Abraham. Quid se ergo extollit inanis & vana iactantia? Filij Abraham gloriari iam desinant: audierunt quod audire debuerunt, Si filij Abraham estis, factis probate, non verbis. Queritis me occidere hominem interim, non dico filium dei, no dico deum, non dico verbum, quia non moritur verbum: hoc dico quod videtis, quia & quod videtis potestis occidere, & quem non videtis offendere. Hoc ergo Abraham non fecit, vos facitis opera patris vestri, & adhuc non dixit, quis est iste pater eorum. Modo illi quid responderunt? Ceperunt enim vtunque cognoscere, non

de carnis generatione deum loqui, sed de vita institutione. Et quia consuetudo scripturarum est quas legebant, fornicationem spiritualiter appellare, cum dijs multis & falsis anima tanquam prostituta subiicitur, ad hoc responderunt. Dixerunt itaque ei, Nos ex fornicatione non sumus nati, vnum patrem habemus deum. Iam viliuit Abraham, repulsi enim sunt quomodo repelli debuerunt ore veridico, quia talis erat Abraham, cuius facta non imitabantur, & de illius genere gloriabantur, & mutauerunt responsonem, credo dicentes apud semetipsos, quotienscunque nominauerimus Abraham, dicitur est nobis, Quare non imitamini eum, de cuius genere gloriamini? Nos sanctum, iustum, innocentem tantum virum imitari non possumus, deum dicamus patrem nostru, videamus quid nobis dicitur est: prorsus falsitas inuenit quod diceret, vt non inueniret veritas quid responderet, audiamus quid dicant, audiamus quid audiant, Vnum, inquit, patrem habemus deum. Dixit ergo eis Iesus, Si deus pater vester esset, diligeretis vtique me. Ego enim ex deo processi, & veni, neque a meipso veni, sed ille me misit. Dicitis deum patrem, agnoscite me vel fratrem. Veruntamen erexit intelligentibus cor, & illud tetigit quod solet dicere, Non a meipso veni, sed ille me misit, a deo processi & veni. Memetote quod soleamus dicere, ab illo venit, & a quo venit cum illo venit: Christi ergo missio est incarnatio. Quod vero de deo processit verbum, aeterna processio est, non habet tempus, per quem factum est tempus: nemo dicat in corde suo, antequam esset verbum, quomodo erat deus? Nunquam dicas, antequam esset verbum dei nunquam deus sine verbo fuit, quia verbum est manens, non transiens, deus, non sonus, per quem factum est caelum & terra, non quod praterit cum iis quae facta sunt super terram: ergo ab illo processit vt deus, vt aequalis, vt filius vnicus, vt verbum patris, & venit ad nos, quia verbum caro factum est vt habitaret in nobis: aduentus eius, humanitas eius: mansio eius, diuinitas eius: diuinitas eius, quod inuis, humanitas eius, quae inuis. Nisi nobis fieret quae iremus, nunquam ad illum manentem perueniremus. Quare, inquit, loquelam meam no cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meum. Ideo non poterant cognoscere, quia non poterant audire: sed vnde au dire non poterant, nisi quia corrigi credendo nolebant. Et hoc vnde? Vos ex patre diabolo estis. Quamdiu patrem commemoratis, quamdiu patres mutatis, modo Abraham, modo deum, audite a filio dei, cuius sitis filij, a patre diabolo estis. Hic iam cauenda est haereticis Manichaeorum, quae dicit esse quandam naturam mali, & quaedam gentem tenebrarum cu principibus suis, quae ausa est pugnare contra deum. Illum vero deum ne debellaret gens aduersa, regnum eius misisse contra eam, tanquam viscera sua principes de luce sua, eamque gentem fuisse debellata, vnde diabolus originem ducit: hinc dicunt ducere originem carnem nostram, & secundum hoc putant dictum a domino, Vos ex patre diabolo estis, quod essent illi velut natura mali, ducentes originem de gente contraria tenebrarum. Sic errant, sic excecantur, sic seiplos faciunt gentem tenebrarum, credendo quod falsum est contra eum a quo creati sunt: bona est enim omnis natura, sed vitiosa hominis est natura per voluntatem mala. Quod fecit deus, non potest esse malum, si ipse homo non sit sibi malus: sed plane creator, creator est: creatura, creatura est, aequari creatura no potest creatori, discernit eum qui fecit ab eo quod fecit. Aequari non potest fabro scannum, equari non potest columna structori: & tamen faber i iij si scannum

Rom. 6.

H

salis consumptio, & sic deinceps. Exod. 20.

2. Cor. 15.

Gala. 5.

2. Cor. 5.

Luc. 10.

2. Cor. 5.

Matt. 22.

Roma. 8.

L

Gala. 3.

Roma. 11.

Matt. 3.

Matt. 4.

M

**G** si factum fecit, lignum ipse non creavit: dominus autem deus noster quia omnipotens est, & verbo fecit quod fecit, omnia quae fecit non habuit unde faceret, & tamen fecit: facta sunt enim quia voluit, facta sunt quia dixit, sed facta factori comparari non possunt. Quare quid compares, filium vnicum agnosce. Unde ergo Iudaei filij diaboli imitando non nascendo. Audite scripturam sanctae consuetudinem: Propheta dicit ad ipsos Iudaeos, Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa: Amorrhæi gens erat quaedam unde originem Iudaei non ducebant: Cethæi & ipsi gentem suam habebant, omnino alienam à genere Iudaeorum: sed quia erant impij Amorrhæi, & Cethæi, Iudaei autem imitati sunt impietates illorum, inuenerunt sibi parentes, non de quibus nascerentur, sed quorum mores sectantes pariter damnarentur. Queritis autem fortasse unde ipse diabolus? Inde utique unde & ceteri angeli, sed & ceteri angeli in sua obedientia perstiterunt, ille inobediendo & superbiendo lapsus est angelus, & factus est diabolus: sed modo audite quid dicat dominus, Vos, inquit, de patre diabolo estis: Et desideria patris vestri vultis facere.)

Ezech. 16.

**H** Ecce unde filij eius, quia talia desideratis, non quia de illo nati estis: quae sunt illius desideria? Ille homicida erat ab initio, Ecce quid est, desideria patris vestri facere vultis. Queritis me occidere, hominem qui veritatem vobis dico. Et ille invidit homini, & occidit hominem: diabolus enim cum inuideret homini, serpente indutus, locutus est mulieri, & de muliere venenavit & vitium. Mortui sunt, diabolus audiendo, quem non aut disissent, si dominum audire voluissent: positus enim homo inter eum qui creavit, & eum qui lapsus est, obtemperare debuit creatori, non deceptor: ergo ille homicida erat ab initio: videte genus homicidij fratres. Homicida dicitur diabolus, non gladio armatus, non ferro accinctus ad hominem venit, verbum malum seminavit & occidit. Noli ergo putare te non esse homicidam, quando fratri tuo mala persuades, si fratri tuo mala persuades, occidis, & ut scias quia occidis, audi psalmum, Filij hominum dentes eorum arma & sagittae, & lingua eorum gladius acutus. Vos ergo desideria patris vestri vultis facere, ideo seuitis in carnem, quia non potestis in mentem. Ille homicida erat ab initio, utique in primo homine, ex illo ille homicida, ex quo potuit fieri homicidium: ex illo potuit fieri homicidium, ex quo factus est homo. Non enim posset occidi homo, nisi prius fieret homo. Homicida ergo ille ab initio, & unde homicida? Et in veritate non stetit, ergo in veritate fuit, sed non stando cecidit. Et quare in veritate non stetit?

Gen. 3.

De penni. dist. 1. cap. noli.

Psalm. 56.

**I** Quia veritas non est in eo, Non quomodo in Christo, sic est veritas, ut Christus ipse sit veritas. Si ergo iste in veritate stetit, in Christo stetit, sed in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Quid est hoc? Audistis verba Evangelij, intenti accepistis: ecce repeto ut agnoscatis quid exigatis, de diabolo dominus ea dicebat, quae de diabolo dici à domino debuerunt. Ille homicida erat ab initio, verum est: nam primum hominem occidit, & in veritate non stetit, quia de veritate lapsus est. Cum loquitur mendacium, utique ipse diabolus de propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. In his verbis quidam patrem diabolum habere putauerunt, & quaesierunt, quis esset diaboli pater. Hic verò detestabilis error Manichaeorum inuenit adhuc quo deciperet imperitos: solent enim dicere, Puta diabolus angelus fuit & lapsus est. Ab illo cepit pec-

catu, sicut dicitis, Pater eius, qui erat? Nos contra, Quis enim nostrum aliquando dixit diabolum habere patrem? Et illi contra, Dominus dicit, Euangelium loquitur de diabolo, dicit, ait ille, homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Audi, intellige, non te longè mitto, in ipsis verbis intellige, diabolus dominus dixit patrem mendacij: quid est hoc? Audi quid sit, replica modo ipsa verba & intellige: non omnis enim qui mentitur, pater mendacij sui est: si enim ab alio mendacium accepisti, & dixisti, tu quidem mentitus es proferendo mendacium, sed pater mendacij ipsius non es, quia ab altero accepisti mendacium: diabolus autem à seipso mendax fuit: mendacium suum ipse genuit, quod à nemine audiuit. Quomodo deus pater genuit filium veritate: sic diabolus lapsus genuit, quasi filium mendacium. His auditis, replica nunc, & recole verba domini mens catholica, quid audieris, adverte, quid dicat, attende. Ille quis: diabolus homicida erat ab initio. Agnoscamus, occidit Adam, & in veritate non stetit: agnoscamus, quia de veritate lapsus est, quia veritas in eo non est: verum est, quia recedendo à veritate, non habet veritatem. Cum loquitur mendacium, de propriis loquitur, non aliunde accepit unde loquitur: cum loquitur mendacium de propriis loquitur, quia mendax est, & pater eius. Et mendax est, & pater mendacij: nam tu forte mendax es, quia mendacium loqueris, sed non es pater eius: si enim quod dicit à diabolo, accepisti, & diabolo credidisti, mendax es, pater mendacij non es. Ille verò quia non aliunde accepit mendacium, quo mendacium tanquam veneno serpens hominem occideret, pater est mendacij, sicut deus pater est veritatis. Recedite à patre mendacij, currite ad patrem veritatis, amplectimini veritatem, ut accipiat libertatem. Illi autem Iudaei apud patrem suum viderant quod loquebantur, quid, nisi mendacium? Dominus autem apud patrem suum vidit quod loqueretur, quid nisi seipsum? Quid, nisi verbum patris? Quid, nisi veritatem patris aeternam, & patri coaeternam? Ille ergo homicida erat ab initio, & in veritate non stetit, quia veritas non est in eo: cum loquitur mendacium, de propriis loquitur, quia mendax est: & non solum mendax est, sed & pater eius, id est, ipsius mendacij quod loquitur pater est, quia ipse genuit mendacium suum. Ego autem quia veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non creditis mihi? Pensate fratres charissimi mansuetudinem dei, relaxare peccata venerat, & dicebat, Quis ex vobis arguet me de peccato? Non dedignatur ex ratione ostendere se peccatorem non esse, qui ex virtute diuinitatis poterat peccatores iustificare: quis ex vobis arguet me de peccato, quomodo ego arguo & vos & patrem vestrum? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi, nisi quia filij diaboli estis? Valde terribile est quando subdidit,

**L** Qui est ex deo, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Iterum nolite attendere naturam, sed vitium: sic sunt isti ex deo, & non sunt ex deo: natura ex deo, vitio non ex deo. Obsecro vos attendite, in Euangelio habetis unde sanemini contra errores venenosos & nefarios haereticorum, quoniam & de his verbis solent Manichaei dicere: ecce quia duae naturae sunt, una bona & altera mala. Dominus dicit, quid dicit dominus? Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis, dicit dominus haec. Quid ergo, inquit, tu ad ista dicitis? Audi quae dicam: & ex deo sunt, & ex deo non sunt: natura ex deo sunt, vitio non sunt ex deo: natura enim bona, quae

**M** qui est ex deo, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis. Iterum nolite attendere naturam, sed vitium: sic sunt isti ex deo, & non sunt ex deo: natura ex deo, vitio non ex deo. Obsecro vos attendite, in Euangelio habetis unde sanemini contra errores venenosos & nefarios haereticorum, quoniam & de his verbis solent Manichaei dicere: ecce quia duae naturae sunt, una bona & altera mala. Dominus dicit, quid dicit dominus? Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis, dicit dominus haec. Quid ergo, inquit, tu ad ista dicitis? Audi quae dicam: & ex deo sunt, & ex deo non sunt: natura ex deo sunt, vitio non sunt ex deo: natura enim bona, quae

L

M

**A** quae ex deo est, peccauit voluntate credendo, quod diabolus persuasit & vitiosa dicit, ideo medicum querit, quia sana non est. Ecce quod dico, si impossibile tibi videtur ut ex deo sint, & ex deo non sint, audi quia non est impossibile: sic sunt ex deo, & non sunt ex deo, quomodo & filij Abrahamae sunt, & non sunt filij Abrahamae. Hic habetis, non est quod dicatis, ipsum dominum audi, ipse illis dixit, Scio quia filij Abrahamae estis, nunc quid dominus mentiretur? Absit, ergo verum est quod dixit dominus. Verum est, ergo quod illi Abrahamae filij erant, verum est. Audi ipsum negantem qui dixit, filij Abrahamae estis, ipse illos negauit filios Abrahamae. Si filij Abrahamae estis, facta Abrahamae facite: nunc autem quaeritis me occidere, hominem qui veritatem vobis dico, quam audiuisti à deo, hoc Abrahamam non fecit: vos facitis opera patris vestri, id est, diaboli: quomodo ergo & filij Abrahamae erant, & filij Abrahamae non erant? Utique in illis ostendit, & filij Abrahamae erant, propter originem carnis, & non erant filij Abrahamae, propter vitium diabolicum persuasionis: sic & dominum & deum nostrum attendite, & ex illo erant, & ex illo non erant.

**B** Quomodo ex illo erant? quia ipse creauit hominem, de quo nati erant. Quomodo ex illo erant? quia ipse est conditor naturae, ipse est creator carnis & animae. Quomodo ergo ex illo non erant? quia vitiosa à seipso facti erant: ex illo non erant, quia imitando diabolum, filij diaboli facti erant. Venit ergo dominus ad hominem peccatorem: duo nomina audisti, & hominem, & peccatorem. Quod homo est, ex deo est: quod peccator est, non est ex deo, à natura vitium feceratur: agnoscatur natura, unde creator laudetur: agnoscatur vitium, propter quod medicus inuocetur: quod ergo ait dominus, Qui est ex deo, verba dei audit, propterea vos non auditis, quia ex deo non estis, non naturarum merita discreuit, aut praeter suam animam & carnem aliquam naturam in hominibus, quae peccato vitiosa non esset, inuenit: sed quoniam praescierat qui fuerat credituri, ipsos dixit ex deo, quoniam regenerationis adoptione renascerentur ex deo: ad hos pertinet, Qui est ex deo, verba dei audit: quod vero sequitur, Propterea vos non auditis, quia ex deo non estis: eis dictum est, qui non solum peccato vitiosi erant, nam hoc malum commune erat omnibus,

**C** sed etiam praecogniti, quod non fuerant credituri ea fide, quae sola possent à peccatorum obligatione liberari. Quapropter praesciebat illos, quibus talia dicebat, in eo permansuros, quod ex diabolo erant, id est, in suis peccatis atque impietate mortuos, in qua ei similes erant, nec venturos ad regenerationem, in qua essent filij dei, hoc est, ex deo nati, à quo erant homines creati. Secundum hanc praedestinationem locutus est dominus, non quod aliquem hominum inuenerit, qui vel secundum regenerationem iam esset ex deo, vel secundum naturam iam non esset ex deo.

*Ab eo quod scriptum est, Responderunt igitur Iudaei & dixerunt ei: sique ad id quod scriptum est, Tulcrunt ergo lapides Iudaei ut iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiit de templo.*

Tractatus XLIII.

**I**n ista lectione sancti Euangelij, quae hodie recitata est, à potentia discimus patientiam. Quid enim sumus serui ad dominum, peccatores ad iustum: creatura ad creatorem: tamen quomodo si quid mali sumus, à nobis sumus: ita quicquid boni sumus, ab illo & per illum sumus. Et nihil sic querit homo quomodo potentiam. Habet dominum Christum magnam potentiam: sed prius eius imitetur patientiam, ut perue-

niat ad potentiam. Quis nostrum patienter audiret si d alicui diceretur, daemone habes? Quod dictum est ei, qui non solum homines saluabat, sed etiam daemonebus imperabat: hoc cum dixissent Iudaei, Nonne benediximus nos, quia Samaritanus es, & daemone habes? horum duorum sibi obiectorum vnum negauit, & alterum non negauit. Respondit enim & ait, Ego daemone non habeo. Non dixit, Samaritanus non sum, & utique duo fuerunt obiecta: quantum maledictum maledicto non reddiderit, quantum conuictum non conuictio refutauerit, pertinuit tamen ad eum negare vnam rem, alteram non negare. Non frustra fratres, Samaritanus enim interpretatur custos. Nouerat se ille nostrum esse custodem, Non enim dormit neque dormitat qui custodit Israël: & Nisi dominus custodierit ciuitatem, inuani vigi-

Psalm. 125.  
Psalm. 126.

labunt qui custodiunt eam. Est ergo ille custos noster, qui creator noster, non enim pertinuit ad eum ut redimeretur, & non pertineret ad eum ut seruaremur? Denique ut plenus noueritis mysterium quare se Samaritanum negare non debuit, parabolam illam notissimam attendite, ubi homo quidam descendeat ab Hierusalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui eum grauius vulnerantes, seminiuum in via reliquerunt. Transiit quidam sacerdos: neglexit eum: transiit Levites, & ipse praeteriit: transiit quidam Samaritanus, ipse est custos noster, ipse accessit ad saucium, ipse impendit misericordiam, eique se praestitit proximum, quem non deputauit alienum. Ad hoc ergo solum quod daemone non haberet, non autem se Samaritanum non esse respondit: deinde post tale conuictum, hoc solum dixit de gloria sua, Sed honorifico, inquit, patrem meum, & vos inhonorastis me. hoc est, ego me non honorifico, ne vobis arrogans videar, habeo quem honorifico: sed si vos me agnosceretis, sicut ego honorifico patrem, sic & vos honorificaretis me. Ego facio quod debeo, vos non facitis quod debetis. Ego autem, inquit, non quero gloriam meam, est qui querat & iudicet. Quem vult intelligi nisi patrem? Quomodo ergo alio loco dicit, Pater non iudicat quenquam, sed o-

Luc. 10.

Ioan. 5.

**F** ane iudicium dedit filio: & hic dicit, Non quero gloriam meam, est qui querat & iudicet? Si ergo iudicat pater, quomodo non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio? Hanc quaestionem ut soluiamus attendite: simili locutione solui potest: scriptum habes, Deus neminem tentat: & iterum scriptum habes, Tētat vos dominus deus vester, ut sciat si diligitis eum: nempe quaestio est. Videbitis enim quomodo deus neminem tentat, & quomodo tētat vos dominus deus vester, ut sciat si diligitis eum. Item scriptum est, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: & alio loco scriptum est, Timor domini castus permanens in seculum seculi. Et ipsa quaestio est, quomodo enim perfecta charitas foras mittit timorem, si timor domini castus permanet in seculo seculi? Intelligimus ergo duas esse tentationes, vnam quae decipit, alteram quae probat: secundum eam quae decipit, deus neminem tentat: secundum eam quae probat, tentat vos dominus deus vester, ut sciat si diligitis eum. Sed iterum & hic alia nascitur quaestio, quomodo tentat ut sciat, quem latere nihil potest antequam tentet? Non ergo deus nescit, sed dictum est ut sciat, quod est, ut scire vos faciat. Locutiones tales & in sermonibus nostris sunt, & in authoribus eloquentiae reperitur. De sermone nostro aliquid dicam. Fossae caecae dicitur, non quia ipsa oculos perdit, sed quia latendo non videtes facit: aliquid & de illis authoribus dicit. Tristes lupinos ait quidam, hoc est amarus, non quia ipsi

1. Ioan. 4.

Psalm. 8.



**G** ipsi sunt tristes, sed quia gustati contristant, hoc est tristes faciunt sunt ergo & in scripturis locutiones eiusmodi. Qui in talibus questionibus cognoscendis laborant, in soluendis talibus questionibus non laborant. Ergo tētat vos dominus deus vester ut sciat. Quid est ut sciat? Ut scire vos faciat si diligitis eum. Iob latebat se, sed deū non latebat, admisit tentatorem, & fecit eum sui cognitorem. Quid de duobus tumoribus: Est timor seruilis, & est timor castus, est timor ne patiaris pœnam, est alius timor ne amittas iustitiā. Timor ille ne patiaris pœnam seruilis est, quid magnum est timere pœnam? Hoc & nequissimus seruus, hoc & crudelissimus latro. Non est magnum timere pœnam, sed magnum est amare iustitiā: qui ergo amat iustitiā, nihil timet: Timet plānē, non ne incidat in pœnam, sed ne amittat iustitiā, Fratres mei, credite & coniciite ex eo quod amatis. Amat aliquis vestrum pecuniā: putas inuenio aliquem qui non amet? Ex hoc tamen ipso quod amat, intelligat quod dico, timet damnū. Quare timet damnū? quia pecuniā diligit. Quantum amat pecuniā, tātum timet ne perdat pecuniā. Ergo inuenitur aliquis amator iustitiā, qui plus in corde dānū pertimescat, qui plus timeat expoliari iustitiā, quā tu pecuniā. Ipse est timor domini castus, ipse permanet in seculum seculi, non eū tollit charitas, nec foras mittit, sed magis complectitur & comitem tenet, simul & possidet: venimus enim ad deum, ut videamus facie ad faciem. Ibi timor castus nos seruat: timor enim ille nō perturbat, sed confirmat. Timet mulier adultera ne vir eius veniat, timet & casta ne vir eius abscedat. Ergo secundum aliam tentationem deus neminem tentat: secundum aliam verō, tentat vos dominus deus vester. Et secundum aliam timorē, timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorē: secundum verō alium timorem, timor domini castus permanet in seculum seculi. Sic & hoc loco secundum alterum iudicium pater nō iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio: secundum verō alterum iudicium, ego, inquit, non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Et de isto verbo quæstio ista solvatur. Habes in Euāgelio cōmemoratū pœnale iudiciū, Qui non credit iam iudicatus est: & alio loco, Veniet hora quando ij qui sunt in monumentis audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui male egerunt in resurrectionē iudicij. Videte quē admodū iudicium pro damnatione & pœna posuit, & tamē si semper iudicium pro damnatione acciperetur, nūquid audiremus in Psalmo, Iudica me deus: Ibi iudicium secundum afflictionem, hic iudicium secundū discretionem postum est. Quomodo secundum discretionē? Quomodo exponit ipse qui ait, Iudica me deus. Lege enim & vide quod sequitur. Quid est, Iudica me deus, & discerne causam meam, inquit, de gente non sancta? Quod ergo dictum est, Iudica me deus & discerne causam meam de gente non sancta: secundum hoc ait modo dominus Christus, Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Quomodo est qui quærat & iudicet? Est pater meus, qui gloriam meam a vestra gloria discernat & separet. Vos enim secundum hoc seculum gloriamini. Ego non secundum hoc seculum glorior, qui patri dico, Pater glorifica me ea gloria, quā habui apud te antequam mundus esset. Quid est ea gloria? Ab humana inflatione discreta. Secundum hoc iudicat pater. Quid est iudicat? Discernit. Quid discernit? Gloriam filij sui a gloria hominum: quia ideo dictum est, Vnxit te deus deus tuus oleo exultationis tuæ præ participibus

tuis. Non enim quia homo factus est, iam comparandus K est nobis: nos homines cū peccato, ille sine peccato: nos homines trahentes de Adam & mortem & delictum: ille de virgine carnem mortalem, nullam iniquitatem, denique nos nec quia volumus nati sumus, nec quandū volumus viuimus, nec quomodo volumus, morimur: ille antequam nasceretur, elegit de qua nasceretur, natus fecit ut a Magis adoraretur, creuit infans, & miraculis se deum ostendebat, & infirmitate hominem præferebat. Postremo elegit & genus mortis, hoc est, ut in cruce pēderet, & ipsam crucem in cordibus fidelium figeret, ut dicat Christianus, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. In ipsa cruce quando voluit, corpus dimisit & abscessit: in ipso sepulchro quādiu voluit, iacuit: quando voluit, tanquam de lecto surrexit. Ergo fratres secundum ipsam formam serui, nam illud quis digne loquitur, In principio erat verbum, & verbū erat apud deum, & deus erat verbum: secundum ipsam, inquam formam serui multum interest inter gloriam Christi, & gloriam omnium ceterorum. De ipsa gloria dicebat, quando quod dāmonij haberet, audiebat, Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet. Tu autem de te domine quid dicis? Amen amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem nō videbit in æternum. Vos, inquit, dicitis, dāmonium habes, ego vos ad vitam voco, seruate sermonem meum, & non moriemini. Illi audiebant, mortem non videbit in æternum, qui sermonem meum seruauerit, & irasciebantur, quia iam mortui erant illa morte quæ vitanda erat. Dixerunt ergo Iudæi, Nūc cognouimus quia dāmonium habes, Abraham mortuus est & Propheta, & tu dicis, si quis sermonem meum seruauerit, mortē non gustabit in æternum. Videte locutionem scripturarum, mortē non videbit, id est, gustabit: mortē videbit, mortem gustabit. Quis videt? quis gustat? Quos oculos habet homo ut videat, quando moritur: Quando veniendo mors ipsos oculos claudit, ne aliquid videant? Quomodo dicitur, non videbit mortē: Item quo palato, quibus faucibus mors gustatur, ut quid sapiat dignoscatur? Quando totum sensum tollit, quid in palato remanebit? Sed videbis dictum est, & gustabit, pro eo quod est, experietur. Hęc dominus, parua est si dicam, moriturus moriturus loquebatur, quia & domini exitus mortis, sicut loquitur Psalmus. Cum ergo & moriturus loqueretur, & moriturus loqueretur, quid sibi vult quod ait, Qui sermonem meū seruauerit, mortem nō videbit in æternum: nisi quia videbat dominus aliā mortē, de qua nos liberare venerat? Mortem secundā, mortem æternam, mortem gehennarum, mortē damnationis cum diabolo & angelis eius: ipsa est vera mors, nam ista migratio est. Quid est ista mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis: sed si alia sarcina non portetur, quia homo in gehennam precipitetur. De ipsa ergo morte dominus dixit, mortem non videbit in æternum, qui sermonem meū seruauerit. Non expauescamus istam mortē, sed illam timeamus: quod est autem grauius, multi peruerse timendo istam, inciderunt in illam. Dictū est aliquibus, adorate idola, quod si nō feceritis, interficiemini: aut quemadmodū ille Nabuchodonosor rex dixit, Si nō feceritis, mitteremini in caminū ignis ardentis. Multi timuerunt & adorauerunt, nolentes mori mortui sunt: timendo mortē quæ non euaditur, inciderunt in mortē quam euadere omnino feliciter possent, si istam quæ non euaditur, infeliciter non timerent: natus es homo, moriturus es, quā ibis ut non moriaris: Quid facies vt non

† frontibus. Galat. 6.

Ioan. 1.

L

Psal. 67.

Danic. 3.

**A** non moriaris: ut dominus tuus necessitate moriturum consolaretur, qui voluntate mori dignatus est: quando vides Christum mortuum, dedignaris mori? Ergo cum moriturus es, quā euadas non habes, hodie sit, cras sit, futurum est: debitum est, reddendum est. Quid ergo agit homo timens, fugiens occultat se ne inueniatur ab inimico? Nūquid agit ut non moriatur, sed ut paulo serius moriatur, non accipit debiti securitatem, sed postulat dilationē. Quālibet diu differatur, veniet quod differtur. Illam mortem timeamus quā timerunt tres viri, quando dixerunt regi, Potens est deus etiam de ista flamma liberare nos, et si ibi non fuit timor illius mortis quam modo dominus cōminatur quando dixerunt: Sed et si noluerit aperte liberare, potest in occulto coronare. Vnde & ipse dominus facturus martyres, & caput martyrum futurus ait, Nolite timere eos qui occidunt corpus, & postea nō habent quod faciant. Quomodo nō habent quod faciāt? Quid si cū occiderint corpus, bestiis lacerandum & diripiendum alitibus proiciant? Videtur adhuc scruitia habere quod faciatis: sed cui facit? Qui migravit: inest corpus, sed nullus est sensus: habitatio iacet, habitator abscessit: ergo postea nō habent quod faciant, non sentient enim nihil faciunt. Sed eum timeate qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehennam ignis. Ecce de qua morte loquebatur cū diceret, Qui sermonem meum seruauerit, mortem nō videbit in æternum: seruemus ergo fratres sermonem ipsius in fide peruenturi ad spem, cum acceperimus plenissimam libertatē. Isti autem indignantes mortui, & morti sempiternæ prædestinati, respondebant cōuitiose & dicebant, Modo cognouimus quia dāmonij habes. Abraham mortuus est & Propheta: sed ista morte quam dominus vult intelligi, nec Abraham mortuus est, nec Propheta. Illi enim mortui sunt & viuunt, isti viuebant & mortui erant: nam respondens quodam loco Sadduceis mouētibus quæstionē de resurrectione, hoc ait ipse dominus, De resurrectione autem mortuorum non legis, quomodo ait dominus de rubo ad Moysen, Ego sum deus Abraham & deus Isaac, & deus Iacob. Non est deus mortuorum, sed viuorū. Si ergo illi viuunt, laboremus sic viuere, ut cum illis viuere possimus cū mortui fuerimus. Quem te ipsum facis, inquit, ut dicas mortē non videbit in æternum, qui sermonem meum seruauerit, cum scias & Abraham mortuum & Prophetas? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est pater meus qui glorificat me. hoc ait propter illud quod dixerunt, Quem te ipsum facis? Refert enim gloriam suam ad patrem suum, de quo est, & qui deus est? Aliquando Arriani & de isto verbo calumniantur fidei nostræ & dicit, Ecce maior est pater, quia utique glorificat filium. Hæretice, non legisi ipsum filium dicentem, quod glorificet patrem suum: Sed & ille filium glorificat, & filius patre glorificat. Pone perniciem, agnosce aequalitatem, corrige peruersitatem. Est ergo, inquit, pater meus qui glorificat me: Quem vos dicitis, quia deus noster est, & non cognouistis eum.) videte fratres mei quemadmodū ostendat ipsum deum patrem esse Christum, qui annunciatu est & Iudæis. Propterea dico, quia rursus quidam hæretici dicunt deum annunciatum in veteri testamēto, non esse patre Christum, sed nescio quem principem malorū angelorū, Marcionitæ sunt qui ista dicunt. Sunt & alij fortassis hæretici quos commemorare, vel non opus est, vel à me omnes reoli in præsentia nō possunt, non defuerunt tamen qui hoc dicerent. Itaque

Danic. 3.

Math. 10. Luc. 12.

Math. 22. Exod. 3.

C

attendite ut habeatis quid dicatis & contra ipsos. Eum dicit patrem suum dominus noster Iesus Christus, quē illi dicebant deum suum, & non cognouerunt: si enim ipsum cognouissent, eius filium recepissent. Ego autē, inquit, noui eum.) Secundum carnem iudicantibus potuit & hinc arrogas videri, quia dixit, ego noui eum: sed videte quid sequatur. Si dixerō quia nō noui eum, ero similis vobis mendax.) Ergo arrogantia non ita caueatur, ut veritas relinquantur. Sed scio eum & sermonem eius seruo.) Sermonem patris tāquam filius loquebatur, & ipse erat verbum patris, quod hominibus loquebatur, Abraham pater vester exultauit, ut videret diē meū, & vidit, & gauisus est.) Magnum testimonium perhibet Abraham, semen Abraham, creator Abraham, Abraham exultauit, inquit, ut videret diem meū: vidit, non timuit, sed exultauit, ut videret diem meum. Erat enim in illo charitas, quæ foras mittit timorem, Non ait, exultauit quia vidit: sed, exultauit ut videret. Credens utiq; exultauit sperando, ut videret intelligendo, & vidit. Et quid potuit plus dicere, vel quid debuit plus dicere dominus Iesus Christus? Et vidit, inquit, & gauisus est. Quis explicat hoc gaudium fratres mei? Si gauisus sunt illi quibus deus oculos carnis aperuit, quale gaudium fuit viditibus cordis oculis lucem ineffabilem, verbum manens, splendorem piis mentibus resurgentem, sapientiā indeficientē, apud patrem manentē deum, & aliquando in carne venturū, nec de patris gremio recessurū? Totum hoc vidit Abraham: nam quod ait, diem meū, incertum potest esse vnde dixerit, vtrum diem domini temporalem, quo erat vêturus in carne, an diem domini qui nescit ortum, nescit occasum. Sed ego non dubito patrem Abraham totum scisse. Et vbi inueniam? An sufficere nobis debet testimonium domini nostri Iesu Christi? Putemus nos inuenire nō posse, quia forte difficile est quomodo manifestum sit, quod Abraham exultauit ut videret diem Christi, & vidit & gauisus est. Et si nos non inuenimus, nūquid mētiri veritas possit? Credamus veritati, & de Abraham meritis minime dubitemus. Tamen audite vnum locum, qui mihi interim occurrat, Pater Abraham quando misit seruum suū, ut peteret vxorē filio suo Isaac, hoc eū sacramēto obstrinxit, ut fideliter quod iubebatur impleret, & sciret etiam ipse quid faceret: magna enim res agebatur, quando Abraham semini coniugium quærebatur. Sed ut cognosceret seruus quod nouerat Abraham, quia nepotes non carnaliter desiderabat, nec de genere suo aliquod carnale sapiebat, ait seruo suo quem mittebat, Pone manū sub femore meo, & iura mihi per deum cœli. Quid vult deus cœli ad femur Abraham? Iam intelligitis sacramentū, per femur genus. Ergo quid fuit illa iuratio, nisi quia significabatur de genere Abraham venturum in carne deū cœli: Stulti reprehendunt Abraham, quia dixit, Mitte manum sub femore meo. Qui reprehendunt carnē Christi, reprehendunt factum Abraham. Nos autem fratres, si agnoscimus carnem Christi venerandam, illud femur non contemnimus, sed in prophetia dictū accipiamus. Etenim Propheta erat Abraham: cuius Propheta? seminis sui & domini sui. Semen suum significauit dicendo, Mitte manum sub femore meo. Dominum suum significauit addendo, & iura mihi per deum cœli. Irati Iudæi responderunt ei, Quinquaginta annos nōdum habes, & Abraham vidisti? Et dominus, Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum.) Appende verba, & cognosce mysterium, antequam Abraham fieret: intellige, fieret ad humanam naturam: sum, vero ad diuinam

1. Ioan. 4.

E

Gene. 2. 4.

F

†

Ioan. 3. Ioan. 5.

Psal. 42.

Ioan. 17.

Psal. 44.

**G**uinam pertinere substantiam. Fieret, quia creatura erat Abraham. Nō dixit, antequam Abraham esset ego sum, sed antequam Abraham fieret, qui nisi per me, non fieret, Ego sum. Neque hoc dixit, antequam Abraham fieret, ego factus sum. In principio enim fecit deus cælum & terram: nam in principio erat verbum. Antequā fieret Abraham ego sum. Agnoscite creatorem, discernite creaturam. Qui loquebatur, semen Abraham factus erat, & vt Abraham fieret, ante Abraham ipse erat. Hinc iam velut Abraham apertissimo conuicio cōmoti sunt acrius, blasphemasse quippe illis visus est dominus Christus, quoniam dixit, antequā Abraham fieret ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Tanta duritia quo currerent nisi ad similes? Iesus autem, tanquam homo, tanquam in forma serui, tanquam humilis, tanquam passurus, tanquam moriturus, tanquam nos suo sanguine redempturus, non tanquam ille qui est, nec tanquam in principio verbum, & verbum apud deum. Nam cum illi lapides tollerent vt mitterent in eū, quid magnum erat vt eos continuo dehiscens terra absorberet, & pro lapidibus inferos inuenirent? Non erat magnum deo, sed magis erat cōmendanda patientia, quā maderenda potentia. Abscondit se ergo ab eis) ne lapidarentur. Tanquam homo à lapidibus fugit, sed vā illis, à quorum lapideis cordibus deus fugit.

*Ab eo quod scriptum est, Et prateriens Iesus vidit hominem cæcum à natiuitate: usque ad id quod scriptum est, Nunc uero dicitis quia uidemus, peccatum uestrum manet.*

*Tractatus XLIIII.*

**D**E homine quē dominus Iesus illuminauit, qui cæcus natus fuit, proluxa lectio recitata est, quā si vniuersam pertractare conemur, pro sui dignitate incut valemus singula considerantes, non sufficit dies. Proinde peto & admoneo charitatem vestram, vt in iis quæ aperta sunt sermonem nostrum nō requiratis: nam nimis longum erit in singulis immorari. Breuiter ergo cæci huius illuminati commendo mysteriū. Ea quippe quæ fecit dominus noster Iesus Christus, stupenda atque miranda, & opera & opera sunt: opera, quia facta sunt: verba, quia signa sunt. Si ergo quid significet hoc quod factū est cogitemus, genus humanū est ille cæcus: hæc enim cæcitas cōtigit in primo homine per peccatum, de quo omnes originē duximus, nō solum mortis, sed etiam iniquitatis. Si enim cæcitas est infidelitas, & illuminatio fides, quem fidelem quando venit Christus inuenit? Quando quidem Apostolus natus in gente Prophetarum dicit. Fuimus & nos aliquando natura filij iræ sicut & ceteri. Si filij iræ, filij vindictæ, filij pœnæ, filij gehennæ. Quomodo natura, nisi quia peccante primo homine, vitium pro natura inoleuit: Si vitium pro natura inoleuit, secundum mentem omnis homo cæcus natus est: si enim videt, non opus habet ductore: si opus habet ductore & illuminatore, cæcus est ergo à natiuitate. Venit dominus. Quid fecit? Magnum mysterium cōmendauit. Exiuit in terram, de salua sua lutum fecit, quia verbum caro factum est, Et inunxit oculos cæci. Inunctus erat, & nondum videbat. Misit illum ad piscinam quæ vocatur Syloë. Pertinuit autem ad Euāgelistam cōmendare nobis nomen huius piscinæ, & ait, Quod interpretatur missus. Iā qui sit missus agnoscitis: nisi enim ille fuisset missus, nemo nostrum esset ab iniquitate dimissus. Lauit ergo oculos in ea piscina, quæ interpretatur missus, baptizat<sup>o</sup> est in Christo: si ergo quādo eum in semetipso quodāmodo baptizauit, tūc

illuminauit: quādo inunxit fortasse catechumenū fecit. **K** Potest quidem aliter atq; aliter tanti sacramenti exponi profunditas & pertractari, sed hoc sufficiat charitati vestræ, audistis grande mysteriū. Interroga hominē, Christianus es? Respondet tibi, Non sum. Si paganus es aut Iudæus: Si autē dixerit, non sum, adhuc quæris ab eo: catechumenus, an fidelis: Si responderit tibi, catechumenus, inunctus est, nōdum lotus. Sed vnde inunctus quære? Et respondet, Quære ab illo in quem credat, eo ipso quo catechumenus est, dicit in Christū. Ecce modo loquor & fidelibus & catechumenis. Quod dixi de spūto & luto, quia verbum caro factū est, & hoc catechumeni audiunt, sed non eis sufficit ad quod inuncti sunt, festinent ad lauacrum si lumen inquirūt. Iam ergo propter quasdam in hac ipsa lectione quæstiones, verba domini & ipsius vniuersæ lectionis percurramus potius quā tractemus. Exiens Iesus vidit hominem cæcum. Non vt cunque cæcū, sed A natiuitate. Et interrogauerūt eum discipuli eius, Rabbi, scitis Rabbi quia magister est, magistru appellabāt, quia discere desiderabant, quæstionem quippe domino proposuerunt tanquā magistro. Quis peccauit hic, an parentes eius vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neq; parentes eius, vt cæcus nasceretur. Quid est quod dixit? Si nullus homo sine peccato, nunquid peccatus huius cæci sine peccato erat? Nūquid ipse vel sine originali peccato natus erat, vel viuēdo nihil addiderat? An quia oculos clausos habebat, cōcupiscentiæ minime vigilabat? Quanta mala committunt cæci, à quo malo abstinent? Mens mala etiā clausis oculis non poterat videre, sed nouerat cogitare, & forte cōcupiscere aliquid quod cæcus non posset implere, sed in corde iudicari à cordis perscrutatore. Si ergo & parentes eius habuerūt peccatum, & iste habuit peccatū, quare dominus dixit, Neq; hic peccauit, neque parētes eius, nisi ad rē respondit de qua interrogatus est, vt cæcus nasceretur: habebāt enim peccatū parētes eius, sed nō ipso peccato factū est vt cæcus nasceretur. Si ergo nō peccato factum est parentū, vt cæcus nasceretur, quare cæcus natus est? Audi magistrū docentē, Quærit credentem, vt faciat intelligentē. Ipse causam dicit, quare ille cæcus sit natus. Neq; inquit, hic peccauit, neq; parētes eius, sed vt manifestetur opera dei in illo. deinde quid sequitur? Me oportet operari opera eius qui misit me. Ecce est ille missus, in quo faciem lauit cæcus, & videte quid dixerit, me oportet operari opera ei<sup>9</sup> qui misit me. Donec dies est. Memēote quomodo vniuersam gloriā illi dat, de quo est, quia ille habet filiū qui de illo sit, ipse nō habet de quo sit: sed quare dixisti domine, donec dies est? audi quare. Veniet nox quando nemo potest operari. Nec tu domine: Itāne tantū valebit nox illa, vt nec tu possis in ea operari, cui<sup>9</sup> opus nox est? Puto enim domine Iesu, imō non puto, sed credo atque cōfirmo te ibi fuisse, quando dixit deus, Fiat lux, & facta est lux: si enim verbo fecit, per te fecit: & ideo dictū est, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Diuisit deus inter lucē & tenebras: lucem vocauit diē, & tenebras noctē. Quæ est illa nox, quæ cū venierit, nemo poterit operari? Audi quid sit dies, & tūc intelliges quæ sit nox: vnde sumus auditori quisnam sit dies iste? Ipse dicat, Quādiu in hoc mundo sum, lux sum mundi. Ecce ipse dies est, Lauat oculos cæcus in die, vt videat diem. Quādiu, inquit, in mundo sum, lux sum mundi. Ergo nescio quæ nox erit, quādo ibi Christus non erit, ideo nemo poterit operari. Restat iquirere fratres mei, patienter accipite inquirentē me: vobiscū quæro, vobiscū inueniam

**A** inueniam à quo quæro. Constat expressum ac definitū diem cōmemorasse dominū hoc loco seipsum, id est, lumen mundi: Quādiu, inquit, sum in hoc mundo, lux sum mundi: Ergo ipse operatur quādiu est in hoc mundo? Putamus eum fratres fuisse hic tunc, & modo non hic esse? Si ergo hoc putamus, iam ergo post ascensum domini facta est nox ista metuenda, vbi nemo posset operari. Si post ascensum domini facta est nox ista, vnde Apostoli tanta operati sunt? Nunquid ista nox erat, quādo Spiritus sanctus veniens, & omnes qui in vno loco erant adimplet, dedit eis loqui omnium gentium linguas? Nunquid nox erat quando claudus ille ad verbum Petri saluus effectus est, imō ad verbum domini habitatus in Petro? Nunquid nox erat quando transeuntibus discipulis ægri cū lectulis ponebantur, vt vel vmbra transeuntium tangerentur? Dominus autem cum hic esset, neminem trāsies vmbra sua saluum fecit, sed ipse discipulis dixerat, Maiora horū facietis. Dixerat quidē dominus, maiora horū facietis: sed non se extollat caro & sanguis: audiat dicentem, Sine me nihil potestis facere. Quid igitur: quid dicemus de nocte ista: quando erit, quando nemo poterit operari? Nox ista impiorum erit, nox ista eorum erit, quibus in fine dicitur, Ite in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: sed nox dicta est, non flāma, nō ignis? Audi quia & nox est: die quodā seruo dicit, Ligate illi manus & pedes, & proiците eū in tenebras exteriores. Operetur ergo homo dum viuūt, ne illa nocte proueniatur, vbi nemo possit operari. Modō est vt operetur fides per dilectionē: & si modo operamur, hic est dies, hic est Christus: audi promittentem & ne arbitreris absentem. Ipse dixit, Ecce ego vobiscum sum. Quādiu non sit in nobis sollicitudo qui viuimus, si fieri posset, de hac etiam voce posterorū qui futuri sunt securissimos faceremus, Ecce, inquit, ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Dies iste qui circumitu solis huius adimpletur, paucas horas habet, dies præsentia Christi vsque in consummationē seculi extenditur. Post resurrectionem vero viuorū & mortuorū, cum positus ad dexterā dixerit, Venite benedicti patris mei, percipite regnū: positus autē ad sinistrā dixerit, Ite in ignem æternū, qui paratus est diabolo & angelis eius: ibi erit nox, ibi nemo potest operari, sed recipere quod operatus est. Aliud est tempus operationis, aliud receptionis: reddet enim dominus vnicuique secundum opera sua, cū viuus & mortuus sic facturus est: Ierit enim tūc nox valida, quæ inuoluet impios. Sed & modo omnis infidelis quando moritur illa nocte suscipitur, & nō est vt illic aliquid operetur. In illa nocte diues ardebat, & stillam aquæ de digito pauperis requirebat, dolebat, angebatur, ferebatur, nec ei subueniebatur, & conatus est benefacere: ait enim Abraham, Pater Abraham, mitte Lazarum ad fratres meos, vt dicat illis quid hic agatur, ne & ipsi veniant in hunc locū tormentorū. O infelix, quādo viuebas tūc erat tempus operandi: modo iam in nocte es, in qua nemo possit operari. Hæc cū dixisset exiuit in terrā, & fecit lutum ex spūto, & liniuit lutū super oculos eius, & dixit ei, Vade & laua in natatoria Siloë, quod interpretatur missus. Abiit ergo, & lauit, & venit videns. hæc quia manifesta sunt, transeamus. Itaq; vicini qui viderāt eum prius, quia mendicatus erat dicebāt, Nōne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebāt, quia hic est, alij nequaquā, sed similis est ei. Aperte oculi vultū mutauerāt. Ille dicebat, quia ego sum. Vox grata, ne damnaretur ingrata. Dicebant ergo ei, quomodo aperti sunt oculi tui? Respondit, Ille homo qui dicitur

Iesus, lutū fecit, & vnxit oculos meos, & dixit mihi, Vade ad natatoria Siloë & laua, & abij & laui & vidi. Ecce annunciator factus est gratia: ecce euangelizat, confitetur videns: cæcus ille cōfitebatur, & cor impiorum frangebatur, quia non habebant in corde, quod iam ille habebat in facie. Dixerūt ei, Vbi est ille qui tibi aperuit oculos? ait, Nescio. In his verbis animus ipsius adhuc inuncto similis erat, nondum videntis: si ponamus fratres, tanquam illam vnctionē in animo habuerit, prædicat, & nescit quem prædicat. Adducunt eū ad Phariseos qui cæcus fuerat. Erat autem sabbatū quando lutū fecit Iesus, & aperuit oculos eius. Iterū ergo interrogabant eum Pharisei, quomodo vidisset. Ille autem dixit eis, Lutum posuit mihi super oculos meos, & laui & vido. Dicebant ergo ex Phariseis quidam, Non omnes sed quidam: iam enim inungebātur quidam. Quid ergo dicebant, nec vidētes, nec inuncti? Non est hic homo à deo, qui sabbatū non custodit. Ipse potius custodiebat, qui sine peccato erat. Sabbatū enim spiritale hoc est, nō habere peccatū. Deniq; fratres, hoc admonet deus, quādo cōmendat sabbatū, Omne opus seruile nō facietis in eo: hæc sunt verba dei commendantis sabbatum, Omne opus seruile non facietis in eo. Iam superiores lectiones interrogate, quid sit opus seruile, & dominū audite, Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Sed isti nec videntes, vt dixi, nec inuncti, sabbatū carnaliter obseruabant, spiritualiter violabant. Alij dicebāt, Quomodo potest homo peccator hæc signa facere? Ecce sunt inuncti. Et schisma erat inter eos. Dies ille diuisus erat inter lucem & tenebras. Dicunt ergo cæco iterū, Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos? Quid de illo sentis: quid existimas: quid iudicas? Quærebant quæ admodum homini calumniarentur, vt de synagoga repelleretur, sed à Christo inueniretur. Sed ille cōstiterat quod sentiebat expressit. Ait enim, Quia Propheta est. Adhuc quidē inunctus in corde nondū deū cōfitebatur, nec mentitur tamen. Ipse enim dominus de semetipso ait, Nō est Propheta sine honore nisi in patria sua. Non crediderūt ergo Iudæi de illo, quia cæcus fuisset & vidisset, donec vocauerunt parentes eius qui viderat, id est, qui cæcus fuerat & viderat. Et interrogauerunt eos dicentes, Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæcus natus est: Quomodo autem nūc videt? Responderūt eis parētes eius & dixerūt, Scimus quia hic est filius noster, & quia cæcus natus est: quomodo autē nūc videt nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos nescimus. Et dixerunt, Ipsum interrogate, gratem habet, ipse de se loquatur. Scimus quidem quia filius noster est: sed iuste cogemur loqui pro infante, si ipse pro se loqui non possit: olim loquebatur, modo videt, cæcum à natiuitate nouimus, loquentem olim scimus, videntem modo videmus: ipsum interrogate vt instruamini, quid nobis calumniāmini? Hæc dixerunt parentes eius, quia timebant Iudæos. Iam enim cōspirauerāt Iudæi, vt si quis eum confiteretur Christū, extra synagogam fieret. Iam non erat malum fieri extra synagogam: illi expellebāt, sed Christus excipiebat. Propterea parentes eius dixerunt, quia etatē habet, ipsum interrogate. Vocauerūt ergo rursum hominem, qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam deo. Quid est, da gloriam deo? nega quod accepisti. Hoc planē nō est gloriam deo dare, sed deum potius blasphemare. Da, inquit, gloriam deo. Nos scimus quia hic homo peccator est. Dixit ergo ille, Si peccator est, nescio: vnū scio, quia cæcus cum essem, modo video. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi? Quomodo aperuit

Cap. IX.

Ephē. 2.

Gene. 1.

Ioan. 1.

Acto. 2.  
Acto. 3.  
Acto. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 15.

Matth. 25.

Matth. 22.

Matth. 28.

Matth. 25.

Matth. 16.

Luce. 16.

† aliis cum viuus fac, si facturus es.

Leuit. 25.

Ioan. 8.

Matth. 13.  
Marc. 6.  
Luce. 4.  
Ioan. 4.

F

aperuit

**G** aperuit oculos tuos) Et ille iam stomachans aduersus duritiam Iudaeorum, & ex caeco videns, non ferens caecos. Respondit eis, Dixi iam vobis, & audistis, Quid iterum vultis audire? Nunquid & vos vultis discipuli eius fieri? Quid est, nūquid & vos, nisi quia ego iam sum, nunquid & vos vultis iam video, sed non inuideo. Maledixerunt ei & dixerunt, Tu discipulus eius sis. Tale maledictum super nos, & super filios nostros: maledictum enim est, si cor discutias, non si verba perpēdas. Nos autē Moyſi discipuli sumus, nos scimus quia Moyſi locutus est deus, istum autē nescimus vnde sit. Vtinam sciretis, si sciretis quia Moyſi locutus est deus, sciretis quia per Moyſen praedicatus est deus: habetis enim dominū dicentem, Si crederetis Moyſi, crederetis & mihi: de me enim ille scripsit. Itane sequimini seruam, & dorsum ponitis contra dominū? Sed nec seruam sequimini, nam per illum ad dominū duceremini. Respondit ille homo & dixit eis, In hoc mirabile est, quia vos nescitis vnde sit & aperuit oculos meos. Scimus autem quia peccatores deus non exaudit, sed si quis dei cultor est, & voluntatem eius facit, hunc exaudit. Adhuc inunctus loquitur, nā & peccatores exaudit deus: si enim peccatores deus non exaudiret, frustra ille publicanus oculos in terram demittēs, & pectus suum percussus diceret, Deus propitiuſ esto mihi peccatori. Et ista cōfessio meruit iustificationem, quomodo iste caecus illuminationem. A seculo non est auditum, quoniam quis aperuit oculos caeci nati. Nisi esset hic a deo, non poterat facere quicquam. Libere, cōstāter & veraciter. Hae enim quae a domino facta sunt, a quo fierent nisi a domino? Aut quando a discipulis talia fierent, nisi in eis dominus habitaret? Responderūt & dixerunt ei, In peccatis natus es totus. Totus quid est? Cum clausis oculis. Sed qui aperuit oculos, saluat & totū. Ipse dabit ad dexteram resurrectionem, qui in facie dedit illuminationem. In peccatis totus natus es, Et tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Ipsi illum magistrū fecerunt, ipsi v̄t discerent totiens interrogauerūt, & ingrati docentem proiecerunt. Sed quod dixi iam dudum fratres, illi pellunt, excipit dominus: magis enim quia expulſus est, Christianus factus est. Audiuit dominus quia eiecerunt eum foras, & cum inuenisset eū, dixit ei, Tu credis in filiū dei? modo lauat faciem cordis. Respondit ille & ait, Quasi adhuc inuē? Quis est domine vt credam in eum? Et dixit ei Iesus, Et vidisti eum, & qui loquitur tecum ipse est. Misus est ille, iste lauans faciem in Siloē, quod interpretatur misus: denique iam facie lota cordis & mundata conscientia, agnoscens eum non filium hominis tantum quod ante crediderat, sed iam filium dei qui carnem susceperat. Ait, Credo domine. Parum est credo, vis videre qualē credat? Et prociens adorauit eum. Et dixit ei Iesus, Modo dies ille est inter lucē & tenebras discernēs. In iudiciū ergo in hūc mūdū veni: vt qui nō vidēt, videāt: & qui vidēt, cēci fiāt. Quid est hoc domine? Magnā quēstionē fessis intulisti, sed erige vires nostras, vt possim⁹ intelligere quod dixisti. Venisti vt qui non vidēt videāt: recte, quia lumen es: recte, quia dies es: recte, quia de tenebris liberas. Hoc omnis anima accipit, omnis anima intelligit: quid est hoc quod sequitur, Et qui vident cēci fiāt? Ergo ne quia venisti, cēci fiunt qui videbant? Audi quid sequitur, & fortassis intelliges. Cōmoti sunt ergo verbis istis. Quidam ex Phariseis, & dixerūt ei, Nunquid & nos cēci sumus? Audi iam quid est quod mouebat, & qui vidēt cēci fiāt. Dixit eis Iesus, Si cēci essetis, non haberetis peccatū. Cum sit cācitas ipsa peccatū, si cēci essetis, id est, si vos

cēcos aduerteretis, si vos cēcos diceretis, & ad medicum cūrreretis: si ergo ita cēci essetis, non haberetis peccatū, quia veni ego auferre peccatū. Nunc vero dicitis quia videmus, peccatū vestrū manet. Quare? Quia dicendo videmus, medicum non quæritis, in cācitate vestra remanetis: hoc est ergo quod paulo ante non intellexeramus quod ait, Ego veni vt qui non vident videant. Quid est, vt qui non vident videant? Qui se non videre confitentur, & medicum quærunt vt videant: & qui vident cēci fiāt. Quid est, qui vident cēci fiāt? Qui se putant videre, & medicum non quærunt, in sua cācitate permanent. Ergo istam discretionem vocauit iudiciū, cum ait, In iudiciū veni in hūc mundum, quo discernit causam credentium & cōsistentium a superbis se videre putantibus, & ideo gratius excācatis, tanquam dixerit ei peccator confitens & medicum quærens, Iudica me deus & discerne causam meam de gete nō sancta: illorum scilicet qui dicunt, videmus, & eorum peccatum manet. Non autē illud iudiciū iam intulit mūdū, quo de viuīs & mortuis in fine seculi iudicabit. Secundum hoc enim dixerat, Ego non iudico quenquam, quoniam prius venit, non vt iudicet mūdum, sed vt saluetur mundus per ipsum.

*Ab eo quod scriptum est, Amen amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro: usque ad id quod ait, Ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant:*

*Tractatus. XLV.*

**D**E illuminato illo, qui cecus natus est, sermo ad Iudeos domini exortus est. Huic itaque lectioni hodiernam esse contextam, scire debuit & cōmoneri charitas vestra. Cum enim dominus dixisset, In iudiciū enim ego veni in hūc mūdū: vt qui non vident, videant: & qui vidēt, cēci fiāt: quod eo tempore quando lectum est, vt potuimus exposuimus, quidam ex Phariseis dixerūt, Nunquid & nos cēci sumus? Quibus respondit dominus, Si cēci essetis, nō haberetis peccatū: Nunc autem dicitis, quia videmus peccatum vestrum manet. His verbis subiunxit ea, quae hodie cū recitarentur, audiuius, Amen amē dico vobis, qui nō intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Dixerunt enim se cēcos non esse, videre autem tūc possent, si oues Christi essent. Vnde sibi usurpabant lumen, qui furebāt contra diē. Propter illorum ergo vanam & superbam & insanabilem arrogantiam dominus Iesus ista contexit, in quibus salubriter nos, si aduertamus, admonuit. Multi enim sunt, qui secundum quandam vitā huius consuetudinem dicuntur boni homines, boni viri, bonae feminae, innocentes, & quasi obseruantes ea, quae in lege praecepta sunt, deferentes honorem parentibus suis, non marchantes, non homicidium perpetrantes, non furtum facientes, non falsum testimonium aduersus quenquam perhibentes, & cetera quae in lege mandata sunt, velut obseruantes: Christiani nō sunt, & plerūq; se iactāt quomodo isti: nūquid & nos cēci sumus? Quia vero ista omnia quae faciunt, & nesciunt ad quem finem referant, inaniter faciunt. Dominus de grege suo & de ostio qua intratur ad ouile, similitudinem proposuit in hodierna lectione: dicant ergo Pagani, Bene viuimus. Si per ostium non intrāt, quid prodest eis? vnde gloriātur? Ad hoc enim debet vnicuiq; prodesse viuere, vt detur illi semper viuere: nam cui nō datur semper viuere, quid prodest bene viuere? Quia nec bene viuere dicendi sunt, qui finem bene viuēdi vel cācitate nesciunt, vel inflatione contemnunt. Non est autem

**A** autem cuiquam spes vera & certa semper viuendi, nisi agnoscat vitam quod est Christus, & per ianuam intret in ouile. Quærunt ergo plerūq; tales homines etiam persuadere hominibus vt bene viuant, & Christiani nō sint. Per aliam partem volunt ascendere, rapere & occidere, non vt bonus pastor cōseruare atque saluare. Fuerunt ergo quidā Philosophi, de virtutibus & vitiis subtilia multa tractantes, diuidentes, definitentes, ratiocinationes acutissimas cōcludentes, libros implētes, suam sapientiā buccis crepātibus ventilantes, qui etiam dicere auderent hominibus, nos sequimini, sectā nostram tenete, si vultis beate viuere. Sed non intrabant per ostiū, perdere volebāt, mactare & occidere. Quid de istis dicam? Ecce ipsi Pharisei legebāt, & in eo quod dicebant, Christum sonabant, venturum sperabant, & presentē nō agnoscebant, iactabant se etiam ipsi inter videntes, hoc est, inter sapientes, & negabant Christum, & non intrabant per ostiū. Ergo & ipsi si quos forte seducerent, mactandos & occidendos, non liberādos seduceret. Et hos dimittamus, videam⁹ illos si forte ipsi intrant per ostiū, qui ipsius Christi noīe gloriāntur. Innumerabiles enim sunt, qui se videntes non solū iactant, sed a Christo illuminatos videri volunt: sunt autem haeretici. Forte ipsi per ianuam intrauerūt: Absit. Sabellius dicit, Qui filius est ipse est pater: sed filius non est pater. Non intrat per ostiū qui filiū dicit patrem. Arrius dicit, Aliud est pater, aliud est filius. Recte diceret, si diceret, alius, non aliud. Quando enim dicit aliud, ei contradicit a quo audit, Ergo & pater vnum sumus. Nec ipse ergo per ostium intrat: praedicat enim Christum qualem sibi fingit, non qualem veritas dicit: nomen habes, rem non habes. Ali cuius rei nomen est Christus, tene ipsam re, si vis prodesse tibi nomen: alius, nescio vnde sit, sicut Fotinus, Christus homo est, inquit, deus nō est: nec ipse intrat per ostiū, quia Christus homo & deus est. Et quid opus est multa parrere, & multa vana hērefum enumerare? Hoc tenete, ouile Christi esse catholicā Ecclesiā. Quicūq; vult intrare ad ouile, per ostiū intret, Christū verū praedicet, non solum Christū verū praedicet, sed Christi gloriam quærat, non suam: nam multi quærendo gloriam suam, oues Christi parserunt potius, quā cōgregauerunt: humilis est enim ianua Christus dominus: qui intrat per hāc ianuam, oportet humilem esse, vt sano corpore possit intrare: qui autem se nō humiliat, sed extollit, per macteriam vult ascendere: qui autem per macteriam ascendit, ideo exaltatur vt cadat. Tēcte tamen adhuc loquitur dominus Iesus, nōdum intelligitur: nominat ostium, nominat ouile, nominat oues: cōmēdat hae omnia, sed nondum exponit. Legamus ergo, quia venturus est ad ea verba, in quibus nobis aliqua quae dixit dignetur exponere, ex quorum expositione dabit nobis forsā se etiā illa quae non exposuit intelligere: pascit enim manifestis, exercet obscuris. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, vā misero, quia casurus est. Sit ergo humilis, per ostium intret, plano pede veniat, & non offendet. Ille, inquit, fur est & latro, qui oues suas vult dicere oues alienas, ad hoc suas, id est, furto ablatas, vt non saluet, sed vt occidat. Ergo fur est, quia quod alienum est suum dicit: latro, quia & quod est furatus occidit. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium: huic ostiarius aperit. De ostiario isto tūc quæramus, quādo ab ipso domino audierimus quod sit ostium, & qui sit pastor. Et oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim. Habet enim nomina eorum scripta in libro vitae. Proprias oues vocat nomi-

natim: hinc dicit Apostolus, Nouit dominus qui sunt eius. Et adducit eas, & cū proprias oues emisserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocē eius. Alienam autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerūt vocem alienorū. Tēcta sunt verba haec, plena quāstionibus, grauida sacramētis. Sequamur ergo & audiamus magistrum ex his obscuris aliquid aperientē, & per id quod aperit, nos forte intrare facientē. Hoc prouerbiū dixit illis Iesus, illi autē nō cognouerūt quid loqueretur eis. Forte nec nos. Quid ergo interest inter illos & nos, antequā ista verba agnoscamus & nos? Quia nos pulsamus vt aperiat nobis, illi autem Christū negando nolebant intrare seruandi, sed foris remanere perdendi. Quod ergo nos audimus hae pie, quod antequam illa intelligamus, credimus vera esse atq; diuina, magna ab istis diuersitate distamus. Cum enim duo audiunt verba Euangelij, vnus impius, alter pius, & talia sunt, vt forte ambo non intelligant, vnus dicit, nihil dixit: alius dicit, verum dixit, & bonum est quod dixit, sed nos non intelligimus: iste quia credit iam pulsata, & dignus est cui aperiat si pulsare perſistat, ille vero adhuc audiatur, Nisi credideritis non intelligetis. Quare ista cōmendo? quia etiam cum verba haec obscura sicut possum exposuero, aut quia valde sunt addita, vel ego eorū non apprehendero intelligentiam, vel explicandi quod intelligo non habuero facultatem, vel tam fuerit quisque tardus, vt etiam exponentē non sequatur, non de se desperet: maneat in fide, ambulet in via, audiat Apostolū dicentē, Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit: verum tamen in quod peruenimus, in eo ambulemus. Incipiamus ergo audire exponentem, quē audiuius proponentem. Dixit ergo iterum eis Iesus, Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium. Ecce ipsum ostium quod clausum posuerat, aperuit. Ipse est ostiū, agnouimus, intremus: vt nos intrasse gaudeamus. Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones. Quid est hoc domine, Omnes quotquot venerunt? Quid enim? Tu non venisti? sed intellige. Omnes quotquot venerunt dixit, vtique praeter me. Recolamus ergo Ante aduentum ipsius venerunt Prophetae, nunquid fures & latrones fuerunt? Absit, non praeter illum venerūt, quia cum illo venerūt. Venturus praecōnes mittebat, sed eorum corda quos miserat, possidebat. Vultis nosse quia cum illo venerunt? Qui est ipse semper, carnem quippe accepit ex tempore. Quid est ergo semper? In principio erat verbum. Cum illo ergo venerunt, qui cū verbo dei venerunt. Ego sum, inquit, via & veritas & vita. Si ipse est veritas, cum illo venerunt qui veraces fuerūt: quotquot ergo praeter illum, fures sunt & latrones, id est, ad furandum & occidendum. Sed non audierunt eos oues. Maior hae quāstio est, non audierunt eos oues. Ante aduentum domini nostri Iesu Christi, quo humilis venit in carne, praecesserunt iustificati in eum credentes venturum, quomodo nos credimus in eū qui venit. Tempora variata sunt, non fides, quia & ipsa verba pro tempore variantur, cum varie declinantur. Alium sonū habet, venturus est: alium sonū habet, venit: mutatus est sonus, venturus est, & venit: eadem tamen fides vtroq; coniungit, & eos qui venturū esse, & eos qui eū venisse crediderunt: diuersis quidem temporibus, sed vtroque per vnum fidei ostium, hoc est, per Christum, videmus ingressos. Nos credimus dominum nostrum natum ex virgine, venisse in carne, passum esse, resurrexisse, in caelum ascendisse, totum hoc sicut verba auditis praeteriti temporis, impletū esse iam credimus: in eius sunt fidei societate



**G** societas nobiscum & illi patres, qui crediderunt de virgine natiurum, passurum, resurrecturum, in celum ascensurum, illos enim ostendit Apostolus ubi ait, Habentes autem eundem spiritum fidei, sicut scriptum est, Credidi propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Propheta dixit, Credidi propter quod locutus sum. Apostolus dicit, Et nos credimus, propter quod & loquimur: ut scias autem quod vna sit fides, audi dicentem, Habentes eundem spiritum fidei & nos credimus: sic & alio loco. Nolo enim vos, inquit, ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moysse baptizati sunt in nube & in mari: & oes eadem escam spiritalem manducauerunt, & oes eadem potum spiritalem biberunt. Mare rubrum significat baptismum, Moyses ductor per mare rubrum significat Christum: populus transiens significat fideles: mors Aegyptiorum significat abolitionem peccatorum. In signis diuersis eadem fides, sic in signis diuersis quomodo in verbis diuersis, quia verba sonos mutant per tempora, & utique nihil aliud sunt verba quam signa: significando enim verba sunt, tolle significatione verbo, strepitus inanis est. Significata sunt ergo omnia: nunquid non eadem credebant, per quos hac signa ministrabantur, per quos eadem quae credimus, prophetata praeuocabantur: utique credebant: sed illi ventura esse, nos autem venisse: ideo & sic ait, Eundem potum spiritalem biberunt: si spiritalem eundem, nam corporalem non eundem: Quid enim illi bibebant? Bibebant enim de spiritali sequente petra: petra autem erat Christus: videte ergo, fide manente, signa variata. Ibi petra Christus, nobis Christus quod in altari dei ponitur, & illi pro magno sacramento eiusdem Christi biberunt aquam profluentem de petra, nos quid bibamus norunt fideles, si speciem visibilem intendas, aliud est: si intelligibilem significationem, eundem potum spiritalem biberunt. Quotquot ergo illo tempore crediderunt vel Abraham, vel Isaac, vel Iacob, vel Moysi, vel aliis Patriarchis, aliisque Prophetis Christum praenunciatis, oues erant, & Christum audierunt, non alienam vocem, sed ipsius audierunt. Iudex fuerat in praecone, quia & quando iudex loquitur per praecone, exceptor non facit, praeco non dixit, sed iudex dixit. Alij sunt ergo quos non audierunt oues, in quibus non erat vox Christi, errantes, falsa dicentes, inania garrientes, vana fingentes, miseros seducentes. Quid est ergo quod dixit? Maior haec quaestio est, quid habet obscurum & ad intelligendum difficile? audite obsecro: ecce dominus ipse Iesus Christus venit, praedicauit, utique multo magis vox pastoris erat, expressa ipso ore pastoris: si enim per Prophetas vox pastoris erat, quanto magis vocem pastoris proferebat lingua ipsa pastoris: non omnes audierunt. Sed quid putamus? Qui audierunt oues erant? Ecce audiuit Iudas, & lupus erat: sequebatur, sed pelle ovina tectus, pastori infidiabatur. Alij vero eorum, qui Christum crucifixerunt, non audiebant, & oues erant: ipsos enim videbat in turba, quando dicebat, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum. Quomodo ista soluitur quaestio? Audiunt non oues, & non audiunt oues: sequuntur vocem pastoris quidam lupi, & ei quaedam contradicunt oues, postremo pastorem occidunt oues. Soluitur quaestio: respondet enim aliquis & dicit, Sed quando non audiebant, oues nondum erant, tunc lupi erant: vox audita eos mutauit, & ex lupis oues fecit. Quando autem facta sunt oues, audierunt, & pastorem inuenerunt, pastoremque secuta sunt: pastoris promissa sperauerunt, quia iussa fecerunt. Soluta est ut-

unque ista quaestio, & cuiquam forte sufficiat. Me autem adhuc mouet, & quid me moueat communico vobiscum, ut quodammodo quaerens vobiscum, reuelante illo vobiscum merear inuenire: quid ergo me moueat accipite, per Ezechielem Propheeta dominus obiurgat pastores, & dicit inter cetera de omnibus, Errantem ouem non reuocastis. Et errantem dicit, & ouem appellat: si quando errabat ouis erat, cuius vocem ut erraret audiebat? Proculdubio enim non erraret, si vocem pastoris audiret: sed ideo errauit, quia vocem audiuit alieni, vocem furis & latronis audiuit. Certe latronum voces non audiunt oues: Qui venerunt, inquit, & intelligimus, prae-ter me, id est, qui venerunt praeter me, fures sunt & latrones, & non audierunt eos oues. Domine, si non audierunt eos oues, quomodo errant oues, si oues non audiunt nisi te? Tu autem veritas es: quisquis veritatem audit, non utique errat: illi autem errant, & oues appellantur: nam si in errore ipso oues non appellarentur, non diceretur per Ezechielem Propheeta, Errantem ouem non reuocastis. Quomodo & errat & ouis est? vocem alieni audiuit certe non audierunt eos oues. Deinde modo multi colliguntur ad ouile Christi, & ex haereticis sunt catholici: a furibus tolluntur, pastori redduntur. Et aliquando murmurant, tedium patiuntur ad reuocantem, & non intelligunt iugulatem, veruntamen etiam cum reuocantes venerunt quae oues sunt, agnoscunt vocem pastoris, & se venisse latantur, & errasse erubescunt. Quando ergo in illo errore tanquam in veritate gloriabatur, & utique non audiebant vocem pastoris, & alienum ideo sequebantur, oues erant an non erant? Si oues erant, quomodo alienas voces audiunt? Si oues non erant, quare obiurgantur illi quibus dicitur, Errantem ouem non reuocastis? In ipsis etiam iam factis catholicis Christianis, bonae spei fidelibus, aliquando mala contingunt, seducuntur in errorem, & post errorem reuocantur. Quando seducti sunt in errorem, & rebaptizati sunt, aut post ouilis dominici societatem, rursus in errorem pristinum reuoluti sunt, oues erant an non erant? Utique catholici erant: si catholici, fideles erant, oues erant. Si oues erant, quomodo vocem alieni audire potuerunt, cum dominus dicat, non audierunt eos oues? Audistis fratres altitudinem quaestiois. Dico ergo, Nouit dominus qui sunt eius: nouit praescitos, nouit praedestinos: de illo quippe dicitur, Quos autem praesciuit & praedestinavit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit primogenitus in multis fratribus, & post errorem reuocauit, ipsos & vocauit: & quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Si deus pro nobis quis contra nos? Adde adhuc, Qui proprio filio suo non perpercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo etiam non cum illo omnia nobis donauit? sed quibus? Nobis praescitis, & praedestinis, iustificatis, glorificatis, de quibus sequitur, Quis accusabit aduersus electos dei? Nouit dominus qui sunt eius, ipsae sunt oues. Aliquando se ipsae nesciunt, sed pastor nouit eas, secundum istam praedestinationem, secundum istam dei praescientiam, secundum electionem ouium, ante constitutionem mundi. Nam de hoc dicit Apostolus, Sicut elegit nos in ipso ante constitutionem mundi. Secundum istam ergo praescientiam dei & praedestinationem, quam multae oues foris, quam multi lupi intus, & quam multae oues intus, & quam multi lupi foris. Quid est quod dixi, quam multae oues foris? quam multi modo luxuriantur, casti futuri: quam multi blasphemant Christum, credituri in Christum: quam multi se inebriant, futuri sobrii: quam multi rapiunt

**A** piunt res alienas, donaturi suas, veruntamen modo vocem alienam audiunt, alienos sequuntur. Item quam multi intus laudant, blasphemantur: casti sunt, fornicaturi: sobrii sunt, se vino postea sepulturi: stant, castuari: & non sunt oues: de praedestinis enim loquimur. De his loquimur, quos nouit dominus, qui sunt eius: & tamen ipsi quandiu recte sapiunt, Christi vocem audiunt. Ecce audiunt ipsi, non audiunt illi, & tamen secundum praedestinationem non oues isti, oues illi. Adhuc manet quaestio, quae mihi interim nunc videtur ita posse dissolui. Est aliqua vox, est, inquam, vox aliqua pastoris, in qua oues non audiunt alienos, in qua non oues audiunt Christum: quae est ista vox? Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Hanc vocem non negligit proprius, non audit alienus: nam & ille hoc ei praedicat, ut perseueret apud ipsum vsque in finem, sed non apud eum perseuerando non audit hanc vocem. Venit ad Christum, audit alia & alia verba, illa & illa, omnia vera, sana omnia, iter quae omnia est & illa vox: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit: istam qui audierit ouis est: sed audiebat illam nescio quis, & desipuit, refriguit, audiuit alienam: si praedestinus est, ad tempus errauit, in aeternum non perit, redit ut audiatur quod neglexerit, faciat quod audiuit: si enim de his est qui praedestinati sunt, & errore ipsius deus praesciuit, & conuersionem futuram: si aberrauit, redit ut audiatur illam vocem pastoris, & sequatur dicentem: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. Bona vox fratres, vera, pastoralis, ipsa est vox salutis in tabernaculis iustorum: nam facile est audire Christum, facile est laudare Euangelium, facile acclamare disputatori: perseuerare vsque in finem, hoc est ouium vocem pastoris audientium. Tentatio accidit, perseuera vsque in finem, quia tentatio non perseuerat vsque in finem: vsque in quem finem perseuerabis? Quotusque finies viam? Quandiu enim non audis Christum, aduersarius tuus est in ista via, hoc est, in ista mortali vita: sed quid dicit? Concorda cum aduersario tuo cito, cum es cum eo in via. Audisti, credidisti, concordasti: si aduersarius concordat, si tibi praestitum est concordare: si aduersarius concordat, noli ulterius litigare: quando enim finiatur via nescis, sed tamen ille scit, scit ille si ouis es: & si perseueraueris vsque in finem, saluus eris: ac per hoc istam vocem non contemnunt sui, non audiunt alieni. Ut potui, ut ipse donauit, profundam multum quaestioem aut exposui vobis, aut tractavi vobiscum: si qui minus intellexerunt, maneat pietas, & reuelabitur veritas: qui autem intellexerunt, non se extollant quasi celeriores super tardiores, ne extollendo se exorbitent, & facilius perueniant tardiores. Omnes autem perducatur cui dicimus: Deduc me domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Per hoc ergo quod exposuit dominus, quia ipse est ostium, intremus ad ea quae proposuit, nec exposuit. Et pastor quidem quisnam sit, quantum non dixerit in ista lectione quae hodie recitata est, tamen in ea quae sequitur apertissime dicit: Ego sum pastor bonus: quod & si non diceret, quem alium praeter ipsum intelligere deberemus in eis verbis ubi ait: Qui intrat per ostium, pastor est ouium, huic ostiarius aperit, & oues vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas: & cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues eum sequuntur, quia sciunt vocem eius: Quis enim alius oues proprias vocat nominatim, & educit eas hinc ad vitam aeternam, nisi qui nouit nomina praedestinatorum? Vnde ait discipulis suis: Tomus nonus.

Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in caelo: hinc enim vocat eas nominatim. Et quis alius eas emittet, nisi qui earum peccata dimittit, ut eum sequi duris liberata vinculis possint? Et quis eas praecellit, quod eum sequantur, nisi qui surgens a mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Et cum hic conspicius esset in carne, ait: Pater quos dedisti mihi, volo ut vbi ego sum, & ipsi sint mecum: vnde illud est quod ait: Ego sum ostium, per me si quis introierit saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. In hoc euidenter ostendit, non solum pastorem, sed etiam oues intrare per ostium: sed quid est, ingredietur & egredietur, & pascua inueniet? Ingredi quippe in Ecclesiam per ostium Christum valde bonum est: exire autem de Ecclesia, sicut ait iste ipse Ioannes Euangelista in Epistola sua: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: non est utique bonum. Talis ergo egredius non posset a bono pastore laudari, ut diceret, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Est ergo aliquis non solum ingressus, verumetiam egredius bonus per ostium bonum, quod est Christus: sed qui sit iste laudabilis & beatus egredius? Possent quidem dicere ingredi nos, quando interius aliquid cogitamus, egredi autem quando exterius aliquid operamur. Et quoniam, sicut dicit Apostolus, per fidem habitat Christus in cordibus nostris, ingredi per Christum esse secundum ipsam fidem cogitare: egredi autem per Christum, secundum ipsam fidem etiam foris, id est, coram hominibus operari: vnde & in Psalmo legitur: Exiet homo ad opus suum: & ipse dominus dicit: Luceant opera vestra coram hominibus: sed plus me delectat quod ipsa veritas tanquam pastor bonus, & ideo bonus doctor quodammodo nos admonuit, quemadmodum intelligere debeamus, quod ait, Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet: consecutus adiunxit, Fur non venit nisi ut furetur, & mactet, & perdat: ego veni ut vitam habeant, & abundantius habeant. Videtur enim mihi dixisse, ut vitam habeant ingredientes, & abundantius habeant egredientes. Non autem potest quisque per ostium, id est, per Christum egredi ad vitam aeternam, quae erit & specie, nisi per ipsum ostium, hoc est, per eundem Christum in Ecclesiam eius quae est ouile eius, intrauerit ad vitam temporalem, quae est in fide: ideo ait, Ego veni ut vitam habeant: hoc est, fidem, quae per dilectionem operatur, per quam fidem in ouile ingrediuntur ut viuant, quia iustus ex fide viuit. Et abundantius habeant, qui perseuerando vsque in finem, per illud ostium, id est, per fidem Christi egrediuntur, quoniam veri fideles moriuntur, & abundantius habebunt vitam, veniendo quod pastor ille praecellit, ubi nunquam deinde moriantur. Quamvis ergo & hic in ipso ouili non desint pascua, quoniam ad vtrumque possumus intelligere quod dictum est, & pascua inueniet, id est, & ad ingressum & ad egressum: tamen tunc vera pascua inuenient ubi saturantur, qui esuriunt & sitiunt iustitiam, qualia pascua inuenit cui dictum est: Hodie mecum eris in paradiso. Quomodo autem ipse sit ostium, ipse pastor, ut per seipsum quodammodo etiam ipse ingredi & egredi intelligatur, & quisnam sit ostiarius, longum est hodie querere, & disserendo sicut ipse donauerit explicare.

Ab eo quod dictum est, Ego sum pastor bonus, bonus pastor animam suam ponit pro ouibus suis: usque ad id quod ait, Mercenarius autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.

Tractatus XLVI. k Loquens

2. Cor. 4.

Psal. 115.

1. Corin. 10.

Ezech. 3.

Math. 10.

Math. 5.

Psal. 5.

Ioan. 8.

Hec est vera Ecclesia.

2. Tim. 2.

Eph. 1.

Luc. 2. 10.

D

Roma. 8.

Ioan. 17.

1. Ioan. 2.

Psal. 103.

Math. 5.

Gal. 5.

F

Abac. 2.

Roma. 1.

Math. 5.

Luc. 2. 3.

**G** Ouens dominus Iesus ouibus suis, & presentibus & futuris, quæ tunc aderant, quia erant ibi iam oues eius, erantque quæ futuræ erant eius oues: Item presentibus & futuris, & illis & nobis, & quotquot etiam post nos fuerint oues eius, quis ad eas missus esset, ostendit. Omnes ergo audiunt vocem pastoris sui dicentis: Ego sum pastor bonus. Non adderet bonus, nisi essent pastores mali: sed pastores mali ipsi sunt fures & latrones, aut certe ut multum mercenarij. Omnes enim hic personas quas posuit, requirere, distinguere, nosse debemus: aperuit enim iam duas res dominus, quas quodammodo clausas proposuerat. Iam scimus quia ostium ipse est, scimus quia pastor ipse est: fures & latrones qui sunt, in hesternâ lectione patefactum est. Hodie autem audiuius mercenarium, audiuius & lupum, heri nominatus est & ostiarius. In bonis ergo ostium est & ostiarius, pastor & ouis: in malis fures & latrones, mercenarij, lupus. Ostium dominum Christum accipimus ipsum pastorem, & ipsum ostiarium: quia enim hæc duo ipse exposuit, ostiarium nobis reliquit querendum: & quid ait de ostiario: Huius, inquit, ostiarius aperit: cui aperit? Pastori. Quid aperit pastori? Ostium. Et quis est ipsum ostium? Ipse pastor. Nunquid si dominus Christus non exposuisset, non ipse dixisset, Ego sum pastor, & ego sum ostium: aueret quisquam nostrum dicere, quod ipse Christus sit & pastor & ostium? Si enim diceret, ego sum pastor: & non diceret, ego sum ostium: quæsituri eramus quis esset ostium, & forte aliud putantes ante ostium remansuri, gratia illius & misericordia nobis exposuit pastorem, seipsum dixit, exposuit ostium, seipsum dixit, ostiarium querendum nobis reliquit: quem nos dicturi sumus ostiarium? Quemlibet inuenimus, cauendum est ne maior existimetur quam ipsum ostium: quia ostiarius in domibus hominum maior est ostio. Ostiarius enim ostio, non ostium præponitur ostiario, quia ostiarius ostium, non ostium custodit ostiariū. Non audeo dicere aliquem ostio maiorem: audiui enim iam quid sit ostium, non me latet, non sum dimissus coniecturæ meæ, nõ mihi humana est relaxata suspicio, deus dixit, veritas dixit, mutari non potest quod immutabilis dixit. Dicam ergo in huius profunditate quæstionis quid mihi videatur: eligat vnusquisque quod placet, pia tamen sentiat, sicut scriptum est. Sentite de domino in bonitate, & in simplicitate cordis querite illum. Ostiarium forte ipsum dominum debemus accipere: multo sunt enim inter se diuersa in rebus humanis, pastor & ostium, quam ostiarius & ostiū, & tamen dominus & pastorem se dixit, & ostium: cur ergo non intelligamus ipsum & ostiariū? Si enim consideremus proprietates, dominus Christus nec pastor est, sicut consueuimus nosse & videre pastores, nec ostiū est, non enim eum faber fecit: si autem secundum aliquam similitudinem & ostium & pastor est, audeo dicere & ouis est: ouis nempe sub pastore est, tamen ille & pastor est & ouis ubi est pastor? Ecce hic habes, lege Euangelium: Ego sum pastor bonus: ubi est ouis? Interroga prophetam: Sic ut ad immolandum ductus est: ubi est agnus? Interroga amicum sponi: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Adhuc aliquid secundum istas similitudines mirabilis sum dicturus: & agnus enim & ouis & pastor, inter se amica sunt: contra leones autem & pastoribus oues custodiri solent, & tamen de Christo cum sit ouis & pastor, legimus dictum: vicit leo de tribu Iuda. Hæc omnia fratres secundum similitudines accipite, non secundum proprietates. Solemus videre pastores

sedere supra petram, & inde comissa sibi pecora custodire. Vtiq; melior pastor quam petra, super quâ sedet pastor, & tamen Christus & pastor & petra. Totum hoc secundum similitudinem: proprietatem autem si queras à me: In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum: si queras à me proprietatem, filius vnicus de patre in æternum ab æterno genitus, æqualis gignenti, per quem facta sunt omnia, cum patre incommutabilis, & accepta forma hominis non mutatus, ex incarnatione homo, filius hominis & filius dei. Hoc totum quod dixi, non similitudo sed res est: nõ ergo pigeat nos fratres secundum quasdam similitudines ipsum accipere ostium, ipsum ostiariū: quid est enim ostium? Quo intramus: quis est ostiarius? Qui aperit: quis ergo se aperit, nisi qui seipsum exponit? Ecce dominus dixerat ostium, non intellexeramus: quando non intelleximus, clausum erat, qui aperuit ipse est ostiarius: nulla est ergo necessitas aliquid aliud querere, nulla necessitas, sed fortasse est voluntas: si est voluntas, noli exorbitare, noli à trinitate discedere: si personam aliquam queris ostiarij, spiritus sanctus occurrat: non enim dedignabitur ostiarius esse spiritus sanctus, quando ipsum ostium esse dignatus est filius: vide ostiariū, forte spiritum sanctum, ipse dominus discipulis suis de spiritu sancto dicit: Ipse vos docebit omnem veritatem. Ostium quid est? Christus: quid est Christus? Veritas. Quis aperit ostium, nisi qui docet omnem veritatem? De mercenario autem quid dicimus? Non in bonis hic commemoratus est. Pastor bonus, ait, animam suam dat pro ouibus suis: mercenarius & qui non est pastor, cuius non sunt oues propriae, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oues. Non hic bonam personam mercenarius gerit, & tamen in aliquo utilis est: nec mercenarius diceretur, nisi acciperet à conducente mercedem: quis est ergo iste mercenarius, & culpabilis, & necessarius? Hic vero fratres luceat nobis ipse dominus, vt & mercenarios intelligamus, & mercenarij non simus. Quis est ergo iste mercenarius? Sunt quidam Ecclesiæ præpositi, de quibus Paulus Apostolus dicit: Sua querentes, non quæ Iesu Christi: quid est sua querentes? Non Christum gratis diligentes, non deum propter deum querentes, temporalia comoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes: hæc quando amantur à præposito, & propter hæc seruitur deo, quisquis est talis mercenarius est, inter filios se non computet: de talibus enim & dominus dicit: Amen dico vobis, perciperunt mercedem suam: audi de Timotheo sancto quid dicat Apostolus Paulus: Spero autem in domino Iesu, Timotheum cito me mittere vobis, vt & ego bono animo sim, cum cognouero quæ circa vos sunt: neminem enim habeo tam vnanimem, qui germane de vobis sollicitus sit, omnes enim sua querunt non quæ Iesu Christi. Inter mercenarios pastor ingemuit, quæsiuit aliquem qui synceriter diligeret gregem Christi, & circa se in eis qui cum illo eo tempore fuerant non inuenit: nõ enim in Ecclesia Christi tunc præter Paulum apostolum & Timotheum nemo erat qui germane de grege sollicitus esset, sed cõtingerit vt eo tempore quo Timotheum misit circa se alium de filiis non haberet, sed soli mercenarij cum illo essent, sua querentes, non quæ Iesu Christi: & tamen ipse germane de grege sollicitus, maluit filium mittere, & inter mercenarios remanere. Inuenimus & mercenarios, non eos discutit nisi dominus, qui cor inspicit, ipse discutit, tamen aliquando intelliguntur à nobis, nõ enim frustra dixit ipse dominus etiam de lupis, ex fru-

**Math. 5.** ex fructibus eorum cognoscetis eos: multos interrogant tentationes, & tunc apparent cogitationes, multi autem latent. Habet ouile domini præpositos, & filios, & mercenarios. Præpositi autem qui filij sunt, pastores sunt, si pastores sunt: quomodo vnus pastor, nisi quia sunt illi omnes vnus membra pastoris, cuius sunt oues propriae? Nam & ipsi membra sunt ipsius vnus ouis, quia sicut ouis ad immolandum ductus est. Audite autem, quia & mercenarij necessarij sunt: multi quippe in Ecclesia comoda terrena sectantes, Christum tamen prædicant, & per eos vox Christi auditur, & sequuntur oues non mercenarium, sed vocem pastoris per mercenarium. Audite mercenarios ab ipso domino demonstratos: scribæ, inquit, & pharisæi cathedram Moysi sedent, quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: quid aliud dixit, nisi per mercenarios vocem pastoris audite? Sedendo enim cathedram Moysi, legem dei docent, ergo per illos deus docet: sua vero illi si velint docere, nolite audire, nolite facere: certe enim tales sua querunt, nõ quæ Iesu Christi. Nullus tamen mercenarius ausus est dicere populo Christi, tua quære, non quæ Iesu Christi: qui enim male facit, nõ prædicat de cathedra Christi, inde lædit vnde male facit, non vnde bona dicit: botrum carpe, spinam caue. Bene quia intellexistis, sed propter tardiores dicam hoc idem planius, quod modo dixi, botrum carpe, spinam caue, cum dominus dicat: Nunquid colligunt de spinis vnam, aut de tribulis ficus? Verum est omnino, & tamen etiam verum ego dixi, botrum carpe, spinam caue, quia botrus aliquando de radice vitis exortus, pendet in sepe, crescit palmes, inseritur spinis, & portat fructum spina non suam: non enim spinam vitis attulit, sed spinis palmes incubuit: noli interrogare nisi radices, quare radicem spinæ, extra inuenies à vite: quare originem vnae, vitis hanc protulit ex radice. Cathedra ergo Moysi vitis erat, pharisæorum mores spinæ erant: doctrina vera per malos, palmes in sepe. Botrum inter spinas caute lege, ne dum quæris fructum, laceres manum: & cum audis bona dicentem, ne imiteris mala facientem, quæ dicunt facite, legite vnae: quæ autem faciunt, facere nolite, caute spinas: etiam per mercenarios vocem pastoris audite, sed nolite esse mercenarij, cū sitis membra pastoris: ipse autem Paulus Apostolus sanctus qui dixit: Neminem habeo qui germane de vobis sollicitus sit, omnes enim sua querunt, non quæ Iesu Christi: alio loco inter mercenarios filiosque distinguens, videte quid dixerit: Quidam per inuidiam & contentionem, quidam vero & per bonam voluntatem Christum prædicant: quidam ex charitate, scientes quia in defensione Euangelij positus sum, quidam vero & per contumaciam Christum annunciant nõ caste, existimantes tribulationem suscitari vinculis meis. Isti mercenarij erant, Paulo Apostolo inuidebant: quare inuidebant, nisi quia temporalia requirebant? Sed quid adiungat attendite: quid enim? Cum omni modo, siue occasione, siue veritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Veritas est Christus, veritas à mercenariis occasione annuncietur, veritas à filiis veritate annuncietur. Filij æternam hereditatem patris patienter expectant: mercenarij temporalem mercedem cõducunt, festinanter exoptant. Mihi humana gloria, cum mercenarios inuidere video, minuat, & tamen per linguas mercenariorum & filiorum diuina Christi gloria diffamatur, cum siue occasione, siue veritate Christus annuncietur. Vidimus qui sit etiã mercenarius: quis est lupus, nisi diabolus? Et quid dictum est de mercenario? Cum viderit lupum venientem fugit, quia nõ sunt eius

oues propriae, nec ei cura est de ouibus: nõ quid talis erat Apostolus Paulus: absit. Nunquid talis Petrus: absit: nõ quid tales ceteri Apostoli, excepto Iuda filio perditionis: absit. Pastores ergo illi? Planè pastores: & vnde vnus pastor? Iam dixi pastores, quia membra pastoris illo capite gaudebant, sub illo capite concordabant, vno spiritu in vnus corporis compage viuiebant, ac per hoc omnes ad vnum pastorem pertinebant. Si ergo pastores, non mercenarij, quare fugiebant quando persecutionem patiebantur? Expone nobis, o domine, vidi in Epistola fugientem Paulum, per murum in sporta submissus est, vt manus persequentis euaderet: non ergo illi cura fuit de ouibus, quas lupus veniente deserebat? Fugit planè, sed eas pastori in cælo sedenti orationibus comendabat: se autem vtilitati earum fugiendo seruabat, sicut quodam loco ait, Manere in carne necessarium duxi propter vos. Ab ipso namque pastore omnes audierant: si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Hanc nobis quæstionem dominus dignetur exponere. Domine tu dixisti eis, quos fideles pastores esse vti que volebas, quos tua membra esse formabas, si vos persecuti fuerint fugite. In iuriam ergo illis facis quando reprehendis mercenarios, qui vident lupum venientem, & fugiunt: rogamus indices nobis, quid habeat altitudo quæstionis: pulsemus, aderit qui aperiet se, ostiarius ostij quod est ipse: quis est mercenarius? Qui vidit lupum & fugit, qui sua querit, non quæ Iesu Christi. Peccante non libere audeat redarguere. Ecce nescio quis peccauit, grauius peccauit, increpandus est, excommunicandus est: sed excommunicatus inimicus erit, insidiabitur, nocebit cū potuerit, iam ille qui sua querit, non quæ Iesu Christi, ne perdat quod sectatur, humanæ amicitia comodatam, & inimicitiarum humanarum incurrat molestiam, tacet, non corripit: ecce lupus oui guttur apprehendit, diabolus fidelis adulterium persuasit: tu taces, non increpas, o mercenarie, lupum venientem vidisti & fugisti. Respondet forte & dicit, ecce hic sum, non fugi: fugisti, quia tacuisti: tacuisti, quia timuisti. Fuga animi timor est, corpore stetit, spiritu fugisti: quod ille nõ faciebat qui dicebat, Et si corpore absens sum, spiritu vobiscum sum: quomodo enim spiritu fugiebat, qui etiam corpore absens, fornicatores literis arguebat? Affectiones nostræ motus animorum sunt: latitia, animi diffusio: tristitia, animi contractio: cupiditas, animi progressio: timor, animi fuga est: diffunderis enim animo cū delectaris: contraheris animo cum molestaris: progredieris animo cum appetis: fugis animo cum metuis. Ecce vnde ille mercenarius viso lupo dicitur fugere. Quare? Quia non est ei cura de ouibus. Quare non est ei cura de ouibus? Quia mercenarius est. Quid est, mercenarius est? Temporalem mercedem querit, & in domo in æternū non manebit: sunt adhuc hæc querenda, & discutienda vobiscum, sed onerare vos non est consilij: dominica enim cibaria cõferuis ministramus, in pascuis dominicis oues pascimus, & simul pascimur: sicut non est negandum, quod necessarium est, sic non est cor infirmum pabuli multitudinem prægrauandum: nõ sit ergo molestum charitati vestra, quia omnia quæ hic adhuc discutienda arbitror, hodie non discutio, sed iterum nobis in nomine domini diebus reddendi sermonis, eadem lectio recitabitur, & diligentius illo adiuuante tractabitur.

Ab eo quod dictum est, Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ: usque ad id quod ait, Nunquid deemonium potest cæcorum oculos aperire?

Sapient. 1.

Esaiæ. 53.  
Ioan. 1.

Apoeca. 5.

Philipp. 2.

Math. 6.

Philipp. 2.

1. Cor. 15.

Ioan. 1.

Ioan. 16.

Esaiæ. 53.

Math. 23.

Math. 7.

Philipp. 2.

Philipp. 2.

1. Cor. 11.

Philipp. 2.

Math. 10.

E

Philipp. 2.

1. Timo. 5.

Coloss. 2.

F

**G** Vi sermonem domini dei nostri non solum libenter, sed etiam diligenter audistis, promissionis nostrae proculdubio meministis. Ipsa quippe lectio Euangelica & hodie lecta est, quae lecta fuerat proximo dominico die. Propterea quoniam in quibusdam necessitatibus immorati, non potuimus omnia discutere, quae vestris sensibus debebamus. Proinde quae iam dicta atque tractata sunt, hodie non quaerimus, ne adhuc eadem repetendo, ad illa quae nondum dicta sunt, peruenire minime permittamur. Nostis iam in nomine domini qui sit bonus pastor, & quemadmodum pastores boni membra sint eius, & ideo pastor sit vnus. Nostis qui sit mercenarius ferendus, quis lupus, & fures & latrones cauendi, quae sint oues, quod sit ostium quo & oues ingrediuntur, & pastor quomodo sit intelligendus ostiarius: nostis etiam quoniam quisquis non per ostium intrauerit, fur est & latro, nec venit nisi ut furetur, & occidat & perdat. Haec omnia dicta, sufficienter quantum existimo pertractata sunt: hodie debemus dicere quantum adiuuat dominus, quoniam ipse Iesus Christus saluator noster, & pastorem se esse dixit, & ostium, & pastorem bonum dixit intrare per ostium: quomodo ipse per seipsum intrat? Si enim nemo pastor bonus est nisi qui per ostium intrat, & ipse est praecipue pastor bonus, & ipse est ostium, intelligere non possum nisi & ipsum per seipsum ad oues suas intrare, & vocem suam illis dare ut sequantur eum, easque intrantes & exeuntes pascua inuenire, quod est vita aeterna. Cito ergo dico, ego quaerens intrare ad vos, id est, ad cor vestrum, Christum praedico: si aliud praedicem, per aliam partem conabor ascendere. Christus itaque mihi ianua est ad vos, per Christum intro, non ad parietes vestros, sed ad corda vestra. Quid est per Christum intro? Christum in me libenter audistis. Quare Christum in me libenter audistis? Quia oues Christi estis, sanguine Christi coparati estis, agnoscitis precium vestrum quod non a me datur, sed per me praedicatur. Ille quippe emit, qui preciosum sanguinem fudit: preciosus sanguis est illius sine peccato, fecit tamen ipse etiam suorum sanguinem preciosum, pro quibus dedit sanguinis precium: nam si suorum sanguinem non faceret preciosum, non diceretur: Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Itaque etiam quod ait, Pastor bonus animam suam ponit pro ouibus, non ipse vnus fecit, & tamen si illi qui fecerunt membra eius sunt, idem ipse vnus hoc fecit. Ipse enim potuit facere sine illis, ipsi sine illo vnde potuerunt, cum ipse dixerit: sine me nihil potestis facere? Hinc autem ostendimus quod & alij fecerunt, quia ipse Apostolus Ioannes, qui hoc quod audistis Euangelium praedicauit, in Epistola sua dixit: sicut pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Debemus dixit, debitores nos fecit, qui primus exhibuit: ideo quodam loco scriptum est, Si sederis cenare ad mensam potentis, sapienter intellige quae apponuntur tibi, & mitte manum tuam, sciens quia talia te oportet praeparare. Mensa potentis quae sit nostis, vbi est corpus & sanguis Christi, qui accedit ad tale mensam praeparat talia. Et quid est, praeparat talia? Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus ad edificandam plebem, ad asserendam fidem animas pro fratribus ponere: ideo Petro quem facere volebat pastorem bonum, non in ipso Petro, sed in corpore suo ait, Petre amas me? Pisce oues meas: hoc semel, hoc iterum, hoc tertio, usque ad eius tristitiam: & cum tantum interrogasset dominus, quantum interrogandum esse iudicauit, ut ter confiteatur qui ter negauerat,

& ei suas oues pascendas tertio commendasset: ait illi, **K** Cum iunior es, cingebas te & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris, extedes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu non vis. Et exposuit Euangelista quid dominus dixerit: hoc autem, inquit, dixit, significans quia morte clarificaturus esset deum. Ad hoc ergo pertinet pascere oues meas, ut ponas animam tuam pro ouibus meis, iam illud quod ait, Sicut nouit me pater & ego agnosco patrem. Quis nescit hoc? Ipse enim agnoscit patrem per se, nos per illum, quia ipse per se cognoscit, nouimus, quia & nos per illum etiam hoc nouimus, quia & hoc per illum nouimus: ipse enim dixit: Deum nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarravit: ergo & nos per ipsum, quibus enarravit. Item alibi ait: Nemo nouit filium nisi pater, neque patrem quis nouit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: sicut ergo ipse per se nouit patrem, nos autem per illum nouimus patrem, sic intrat in ouile per semetipsum, & nos per ipsum. Ostium dicebamus per Christum nos habere ad vos: quare? Quia Christum praedicamus: nos Christum praedicamus, & ideo intramus per ostium. Christus autem Christum praedicat, quia seipsum praedicat, & ideo pastor per seipsum intrat. Lumen cum alia monstrat quae videntur in lumine, nunquid aliquo alio indiget ut monstretur? Lumen ergo & alia monstrat & seipsum. Quaecumque intelligimus, intellectu intelligimus, & ipsum intellectum, vnde nisi intellectu intelligimus? Nunquid sic oculo carnis & alia vides & ipsum? Quauis enim videant homines oculis suis, non tamen vident oculos suos. Oculus carnis alia videt, se non potest, intellectus autem & alia intelligit, & seipsum: quomodo intellectus videt se, sic & Christus praedicat se: si praedicat se, & praedicando intrat ad te, per se intrat ad te & ad patrem. Ipse est ostium, quia non est qua veniatur ad patrem nisi per ipsum: vnus enim deus & vnus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus. Verbo multa dicuntur, haec ipsa quae dixi, utique verbo dixi: si velim dicere & ipsum verbum, vnde dico nisi verbo? Ac per hoc per verbum & alia dicuntur, quae non sunt quod verbum, & ipsum verbum dici non potest nisi per verbum adiuuante domino exemplis abundauimus. Tenete ergo quomodo dominus Iesus Christus, & ostium sit, & pastor: ostium pandendo se, pastor intrando per se. Et quidem fratres, quod pastor est, dedit & membris suis: nam & Petrus pastor, & Paulus pastor, & ceteri Apostoli pastores, & boni Episcopi pastores. **M** Ostium vero nemo nostrum se dicit, hoc sibi ipse proprium tenuit, qua intrant oues. Denique Paulus boni pastoris implebat officium quando Christum praedicabat, quia per ostium intrabat: at vbi oues indisciplinatae ceperunt facere schismata, & alia ostia sibi ponere, non qua intrarent & congregarentur, sed qua erraret ut diuiderentur dicentes: Alij, ego sum Paulus: alij, ego sum Cephas: alij, ego Apollo: alij, ego Christus: ex parte autem eos qui dixerunt, ego sum Paulus, tanquam clamans ad oues, miseram qua itis: non sum ostium: nunquid Paulus, inquit, pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Qui vero dicebant: Ego sum Christus, inuenerunt ostium. De vno autem ouili & vno pastore, iam quidem assidue soletis audire: multum enim commendauimus vnum ouile praedicantes vnitatem, ut per Christum omnes oues ingrederetur, & Donatum nulla sequeretur, veruntamen vnde hoc proprie dixerit dominus ad ipsos, satis apparet: loquebatur enim apud Iudaeos, missus autem fuerat ad ipsos Iudaeos, non propter quosdam immani odio pertinaces & perseverantes in tenebris, sed propter quosdam in ipsa

**A** in ipsa gente quas dicit oues suas, de quibus dicit: Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel: noverat etiam eas in turba furentium, & prauidebat in pace credentium: quid est ergo, Non sum missus nisi ad oues quae perierunt domus Israel: nisi quia praesentiam suam corporalem non exhibuit nisi populo Israel? Ad gentes non perrexit ipse, sed misit: ad populum vero Israel & misit & venit ipse, ut qui contemnebant, maius iudicium sumerent, quia etiam praesentia est illis exhibita. Ipse dominus ibi fuit, ibi matrem elegit, ibi concipi, ibi nasci, ibi sanguinem fundere voluit, ibi sunt vestigia eius, modo adorantur vbi nouissime stetit, vnde ascendit ad caelum: ad gentes autem misit: sed forte aliqui arbitrantur, quoniam non ipse ad nos venit, sed misit ad nos, non nos audisse vocem ipsius, sed vocem eorum quos misit. Absit. Pellatur ista cogitatio de cordibus vestris, & in his quos misit ipse erat. Ipsum Paulum audi quem misit: ad gentes enim praecipue Paulum misit Apostolum: & ait ipse Paulus terrenus non de se, sed de illo: An vultis accipere experimentum eius, qui in me loquitur Christus? Audite & ipsum dominum: Et alias oues habeo: id est, in gentibus: Quae non sunt de hoc ouili: id est, de populo Israel: Oportet me & illas adducere. Ergo per suos, non per alteros adducit: adhuc audi, Et vocem meam audient. ecce & per suos ipse loquitur, & per suos quos mittit vox eius auditur: Ut sit vnum ouile & vnus pastor. De duobus istis gregibus tanquam duobus parietibus, factus est lapis angularis. Ergo & ostium est & lapis angularis, omnia per similitudinem, nihil horum proprie. Iam enim dixi & commedavi vehementer, & qui capiunt intellectu sapiunt, fide teneant quod intelligere nondum possunt. Per similitudinem Christus multa est quae per proprietatem non est: per similitudinem & petra est Christus, & ostium est Christus, & lapis angularis est Christus, & pastor est Christus, & agnus est Christus, & leo est Christus. Quam multa per similitudines & alia, quae commemorare longum est: si autem proprietates discutias rerum quas videre conuesti, nec petra est, quia durus & sine sensu non est: nec ostium, quia faber eum non fecit: nec lapis angularis est, quia non est ab structore compositus: nec pastor est, quia custos ouium quadrupedum non est: nec leo est, quia fera non est: nec agnus est, quia pecus non est: omnia ergo ista per similitudinem: quid ergo proprie? In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Quid de homine qui apparuit? Et verbum caro factum, & habitauit in nobis: audi & cetera. Propterea me pater diligit, inquit, quia ego pono animam meam, ut iterum sumam eam. Quid ait? Propterea me pater diligit, quia morior ut resurgam. Cum magno enim pondere dictum est ego, quia ego pono, inquit, animam meam, ego pono. Quid est ego pono? Ego, inquit, illum pono. Non gloriantur Iudaei, sequi potuerunt, potestatem habere non potuerunt: sciant quantum possunt, si ego nolero animam meam ponere, quid sciendo facturi sunt? Vna responsione prostrati sunt, quando eis dictum est, Quem queritis? dixerunt, Iesum: & ait eis: Ego sum, redierunt retro, & ceciderunt in terram. Qui ceciderunt ad vnam vocem Christi morituri, quid facient sub voce iudicaturi? Ego, inquam, pono animam meam, ut iterum sumam eam. Non gloriantur Iudaei, quasi qui preualuerint, ipse posuit animam suam: ego dormiui dicit: nostis Psalmum: Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me:

modo Psalmus ipse lectus est, modo audiuimus: Ego dormiui & somnum cepi, & exurrexi, quoniam dominus suscepit me: quid est, ego dormiui? Quia volui dormiui: quid est dormiui? Mortuus sum: nonne dormiui, qui quando voluit de sepulchro tanquam de lecto surrexit? Sed amat dare gloriam patri, ut nos edificet gloriam dare creatori: nam quod addidit, exurrexi, quoniam dominus suscipiet me, putatis hic quasi virtutem eius defecisse, ut per potestatem suam mori potuerit, & per potestatem suam resurgere non potuerit? Sic enim videntur sonare verba non intentius intellecta, Ego dormiui, id est, quia volui dormiui, & exurrexi. Quare: quia dominus suscipiet me. Quid enim? Tu a tempore resurgere non valeres? Si enim non valeres, non diceres: Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Audi alio loco in Euangelio, quia non solum pater suscitauit filium, sed etiam filius seipsum. Soluite, inquit, templum hoc, & in triduo suscitabo illud: & Euangelista, hoc autem, inquit, dicebat de templo corporis sui. Hoc enim suscitabatur quod moriebatur: nam verbum non est mortuum, anima illa non est mortua: si nec tua moritur, domini moreretur? Vnde scio, inquit, si mea non moritur? A te non occidatur, & non moritur: quomodo, inquit, ego possum occidere animam meam? Ut alia peccata interim taceam, os quod metitur occidit animam suam. Quomodo, inquit, securus sum, quia non moritur? Ipsum dominum audi, dantem seruo securitatem: Nolite timere eos qui occidunt corpus, & postea non habent quid faciant: sed plane quid ait? Eum timete qui habet potestatem & corpus & animam occidere in gehennam. Ecce quia moritur, ecce quia non moritur: quid est mori ipsius? quid est mori carni tuae? Mori carni tuae, est amittere vitam suam: mori animae tuae, est amittere vitam suam: vita carnis tuae anima tua, vita animae tuae deus tuus. Quomodo moritur caro amissa anima, quae vita est eius: sic moritur anima amissa deo, qui vita est eius. Certe ergo immortalis est anima? plane immortalis est, quia viuit & mortua: quod enim de vidua delitiosa dixit Apostolus, de anima etiam si deum suum amiserit, dici potest, viuis mortua est. Quomodo ergo ponit animam suam dominus? Fratres, quaeramus hoc paulo attentius, non nos artat hora quae solet, die dominico vacat nobis, hoc lucentur qui ad verbum dei etiam die hodierna conueniunt. Pono, inquit, animam meam: quis ponit? quam ponit? Christus. Quid est Christus? Verbum & homo, nec sic homo ut sola caro: sed quia homo constat ex carne & anima, totus est homo in Christo: non enim partem deteriori suscepisset, & partem meliorem deseruisset: & pars quippe hominis melior est anima quam corpus. Quia ergo totus homo in Christo: quid est Christus? Verbum, inquam, & homo: quid est verbum & homo? Verbum, anima, caro. Tenete hoc, quia non defuerunt haeretici, & in ista sententia, pulsi quidem iam olim a veritate catholica, sed tamen ut fures & latrones non intrantes per ostium, insidiari ouili non desinant. Apollinarista haeretici dicti sunt, quia ausi sunt dogmatizare, quod Christus non sit nisi verbum & caro, & animam humanam non eum assumptisile contendunt: nam & aliqui eorum fuisse in Christo animam negare non potuerunt. Videte absurditatem & insaniam non ferendam, animam irrationalem eum habere voluerunt, rationalem negauerunt: dederunt ei animam pecoris, subtraxerunt animam hominis: sed illi abstulerunt Christo rationem, non tenendo rationem. Absit hoc a nobis in fide catholica nutritis atque fundatis. Ex hac ergo occasione admonuerim charitatem vestram, ut



**G** quomodo superioribus lectionibus satis vos instruximus, aduersus Sabellianos & Arrianos: Sabellianos qui dicunt, ipse est pater qui filius: Arrianos qui dicunt, aliud est pater, aliud est filius, quasi non sint eiusdem substantiæ pater & filius. Instruximus etiam quantum meministis, & quantum meminisse debetis contra hæreticos Potinianos, qui solum hominē Christum sine deo esse dixerunt: contra Manichæos, qui solum sine homine deum: ex hac occasione de anima instruamus vos & cōtra Apollinaristas, qui dicunt dominū nostrum Iesum Christum non habuisse animam humanam, id est, animam rationalem, animam intelligentem, animam, inquam, qua distamus à pecore, quod homines sumus: quomodo ergo hic dixit dominus, Potestatem habeo ponendi animam meam: Quis ponit animam, & iterum sumit eam? Christus ex eo quod verbum est ponit animam, & sumit eam iterum. An ex eo quod anima humana est, ipsa se ponit, & iterum ipsa se sumit? An ex eo quod caro est, caro animam ponit, & iterum sumit? Tria proposui, omnia pertractemus, & hoc eligamus quod cōueniat regulæ veritatis: si enim dixerimus quia verbum dei posuit animam suam, & iterum sumpsit eam, metuentum esse ne subintret praua cogitatio, & dicatur nobis: ergo aliquando anima illa separata est à verbo, & aliquando verbū illud, ex quo suscepit animam illam, fuit sine anima. Video enim fuisse sine anima humana verbum, secundum quod in principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Ex quo enim verbum caro factum est, vt habitaret in nobis, & susceptus est à verbo homo, id est, totus homo anima & caro, quid fecit passio, quid fecit mors, nisi corpus ab anima separauit? Animam vero à verbo non separauit: si enim mortuus est dominus, immo quia mortuus est dominus, mortuus est enim pro nobis in cruce, sine dubio caro ipsius expirauit animam: ad tempus enim exiguum anima deseruit carnem, sed redeunte anima resurrecturam: à verbo autem animam separatam esse non dico. Latronis animæ dixit, Hodie mecum eris in paradiso: fidelē latronis animā non deserebat, & deserebat suam? Absit: sed illius vt dominus custodiuit, suam vero inseparabiliter habuit: si autē dixerimus, quia ipsa se anima posuit, & iterū ipsa se sumpsit, absurdissimus sensus est: non enim quæ à verbo non erat separata, à seipso poterat separari. Dicamus ergo & quod verum est, & quod facile intelligi potest: ecce homo quilibet non constans ex verbo & anima & carne, sed ex anima & carne, de isto homine interrogemus, quomodo ponat animam suam quicumque homo? An forte nullus homo ponit animam suam? Potes mihi dicere, nullus homo habet potestatem ponere animam suam, & iterum sumere eam. Ponere autem animam suam nisi possit homo, non diceret Ioannes Apostolus, Sicut Christus animam suam pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Ergo & nobis licet, si & nos impleamur virtute ipsius, quia sine illo nihil facere possumus, possum⁹ ponere pro fratribus animas nostras. Quando martyr quilibet sanctus posuit pro fratribus animam suam, quis posuit, & quam posuit? Hoc si intellexerimus, ibi videbimus quemadmodum à Christo dictum sit: potestatem habeo ponendi animam meam. O homo, paratus es pro Christo mori? Paratus, inquit, dicam hoc aliis verbis: Paratus es pro Christo animā tuam ponere? Et ad ista verba sic mihi respondet, Paratus sum: quomodo mihi responderat cū dicerem, paratus es mori: hoc ergo est ponere animam, quod est mori: sed pro quo? Vbi est certa-

men: Omnes enim homines quādo moriuntur, ponunt animam, sed non omnes pro Christo ponunt. Et nemo habet potestatem sumere quod posuerit, Christus autem & pro nobis posuit: & quando voluit, posuit: & quando voluit, sumpsit. Ponere ergo animam, mori est: sic & Apostolus Petrus domino dixit, Animā meam pro te ponam: id est, pro te moriar: carni hoc tribue. Caro ponit animam suam, & caro iterum sumit eam, nō tamen sua potestate caro, sed potestate inhabitantis carnem. Caro ergo ponit animam suam expirādo. Vide ipsum dominum in cruce: Sitio, dixit, illi qui aderāt tinxerunt spongiam in aceto, alligauerunt arundini, & apposuerūt ori eius: quod cū accepisset, ait, Perfecitum est. Quid est, perfectum est? Impleta sunt omnia quæ ante mortē futura de me fuerant prophetata, quia & potestatem habebat quando vellet ponendi animam suam. Posteaquam dixit, perfectum est, quid ait Euangelista? Et inclinato capite tradidit spiritū: hoc est ponere animam: modo hic attendat charitas vestra, inclinato capite tradidit spiritum: Quis tradidit? quæ tradidit? Spiritum tradidit, caro illum tradidit. Quid est, caro illum tradidit? Caro illum emisit, caro illum expirauit: ideo dicitur enim expirare, extra spiritum fieri, quomodo est exulare, extra solum fieri: exorbitare, extra orbitam fieri: sic expirare, extra spiritū fieri, quia spiritus anima est: cum ergo exit anima à carne, & remanet caro sine anima, tunc homo ponere animam dicitur. Quando Christus animā posuit? Quando verbū voluit. Principatus enim in verbo erat, ibi potestas erat quādo poneret caro animam, & quando sumeret: si ergo caro animam posuit, quomodo Christus animam posuit? Non enim caro Christus? Ita planē & caro Christus, & anima Christus, & verbū Christus, nec tamen tria hæc tres Christi, sed vnus Christus: hominem interroga, & de teipso fac gradum ad ea quæ supra te sunt, & si nondum intelligenda, saltem credenda: quomodo est enī vnus homo anima & corpus, sic vnus Christus verbū & homo, videte quid dixerim, & intelligite: anima & corpus duæ res sunt, sed vnus homo: verbū & homo duæ res sunt, sed vnus Christus: ergo de homine quære, vbi est Paulus Apostolus? Modo si quis respondeat in requie cū Christo, verum dicit: item si quis respōdeat, Romæ in sepulchro, & ipse verum dicit. Illud mihi de anima, hoc de eius carne respondit: nec tamen ideo duos dicimus Apostolos Paulos, vnū qui requiescit in Christo, aliū qui positus est in sepulchro, quauis Apostolum Paulū dicamus viuere in Christo, eundemq; Apostolum Paulum dicamus mortuum iacere in sepulchro. Moritur aliquis, dicimus, bonus homo, fidelis homo in pace est cum domino, & cōtinuo eam ad exequias ipsius, & sepeliamus illum, eum sepulturus es, quæ iam dixerat in pace esse cum deo, cū aliud sit anima, quæ immortaliter viget, aliud corpus quod corruptibili ter iacet: sed ex quo consortium carnis & animæ hominis nomen accipit, iam & singulum atq; separatū, vtrumlibet eorum nomen hominis tenuit. Nemo ergo titubet quando audit dominū dixisse: pono animam meam, & iterū sumo eam: ponit eam caro, sed ex potestate verbi: sumit eam caro, sed ex potestate verbi. Et ipse dominus Christus dictus est sola caro. Quomodo, inquit, probas? Audeo dicere, & sola caro Christi dictus est Christus. Credimus certe non in solū deum patrē, sed & in Iesum Christum filiū eius vnicum dominū nostrum: modo totum dixi, in Iesum Christum filiū eius vnicum dominū nostrum: totum ibi intellige, & verbū, & animā, & carnem: sed vtique confiteris etiam illud quod habet eadem fides,

Ioan. 19. 3. sen. dist. 21. cap. sicut.

Ioan. 19.

L.

M.

fides,

**A** fides, in eum Christum te credere qui crucifixus est & sepultus. Ergo etiam sepultum Christum esse non negas, & tamen sola caro sepulta est: si enim erat ibi anima, non erat mortuus: si autem vera mors erat, & eius vera sit resurrectio, sine anima fuerat in sepulchro, & tamen sepultus est Christus: ergo Christus erat etiam sine anima caro, quia non est sepulta nisi caro. Disce hoc etiam in Apostolicis verbis: Hoc sentite, inquit, in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo: quis nisi Christus Iesus, quantum attinet ad id quod est verbum, deus apud deum? Vide autem quod sequitur: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo. Et hoc quis, nisi idem ipse Christus Iesus? Sed hic iam omnia sunt, & verbum in forma dei, quæ accepit formam serui, & anima & caro in forma serui, quæ accepta est à forma dei, humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem. Iam in morte sola caro est à Iudæis occisa: si enim discipulis dixit, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: nunquid in ipso potuerunt plus quam corpus occidere, & tamen carne occisa Christus occisus est? Ita cum caro animam posuit, Christus animam posuit, & cum caro vt resurgeret animā sumpsit, Christus animā sumpsit: nec tamen potestate carnis hoc factum est, sed eius qui & animam & carnem, vbi hæc adimplerentur assumpsit. Hoc, inquit, mandatū accepi à patre meo. Verbum non à verbo accepit mandatū, sed in verbo vnigenito patris est omne mandatū: cum autem dicitur filius à patre accipere quod substantialiter habet, quomodo dictū est: Sicut habet pater vitam in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso? Cum filius ipse sit vita, non potestas minuitur, sed generatio eius ostenditur, quoniam pater nō quasi ei filio qui imperfectus est natus, aliquid addidit, sed ei quem perfectum genuit, omnia gignendo dedit: ita illi dedit suam æqualitatem, quem non genuit inæqualem: sed hæc loquente domino, quoniam lux lucebat in tenebris, & tenebræ eam non comprehendebant. Dissensio iterum facta est inter Iudæos propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis: Dæmonium habet & insanit: quid eum auditis? Ista fuerunt densissimæ tenebræ. Alij dicebant: hæc verba non sunt dæmonij habentis. Nunquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Iam istorum oculi cōperant aperiri.

Philip. 2.

Matth. 10.

B.

Ioan. 5.

Ioan. 1.

C.

*Ab eo quod ait, Facta sunt encania in Hierosolymis: usque ad id quod ait, Omnia autem quæcunque dixit Ioannes de hoc, vera erant, et multi crediderunt in eum.*

Tractatus XLVIII.

**Q**uod iam commendavi dilectioni vestræ, stabiliter meminisse debetis, sanctum Ioannem Euangelistam nolle nos semper lacte nutriri, sed solido cibo vesci. Quisquis autem ad sumendum solidum cibum verbi dei adhuc minus idoneus est, lacte fidei nutriatur, & verbum quod intelligere non potest, credere non cunctetur: fides enim meritum est, intellectus præmium. In ipso labore intentionis desudat acies mentis nostræ, vt ponat fordículas nebulae mentis humane, & serenetur ad verbum dei: non ergo recusetur labor si adest amor: nostis enim quoniam qui amat nō laborat. Omnis enim labor non amantibus grauis est: si tantos labores cum auaris portat cupiditas, nobiscum nō portet charitas: Euangelium intendite: Facta sunt encania in Hierosolymis. Encania festiuitas erat de Tomus nonus.

dicationis templi. Grace enim cænon dicitur nouum. **D** Quodcunque nouum aliquid fuerit dedicatum, encania vocantur. Iam & vsus habet hoc verbum, si quis noua tunica induatur, encania dicitur. Illum enim diem quo templum dedicatum est, Iudæi solenniter celebrabant, ipse dies festus agebatur, cū ea quæ lecta sunt, locutus est dominus. Hyems erat, & ambulabat Iesus in templo in porticu Salomonis. Circudederunt ergo eum Iudæi, & dixerunt ei, Quousque animam nostram tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam. Non veritate desiderabant, sed calumniam preparabant. Hyems erat, & frigidi erant. Ad illum enim diuinum ignem accedere pigri erāt. Si accedere est credere: qui credit, accedit: qui negat, recedit: non mouetur anima pedibus, sed affectibus. Friguerant diligendi charitate, & ardebant nocendi cupiditate: longe aberant, & ibi erant: non accedebant credendo, & premebant persequendo, quærebant audire à domino, ego sum Christus, & fortasse de Christo secundum hominem sapiebant: prædicauerunt enim Prophetæ Christum, sed diuinitatem Christi & in Prophetis, & in ipso Euangelio, nec hæretici intelligunt, quanto minus Iudæi, quandiu velamen est super cor eorum. Denique quodam loco sciens dominus Iesus eos de Christo secundum hominem sapere, non secundum deum, secundum id quod homo erat, non secundum id quod deus etiā assumpto homine permanebat: ait illis, Quid vobis videtur de Christo, cuius filius est? Responderunt secundum opinionem suam, Dauid: sic enim legerant, & hoc solum tenebant, quia diuinitatem eius legebant, sed non intelligebant. Dominus autem vt eos suspenderet ad quærendam eius diuinitatem, cuius contemnebant infirmitatem, respondit eis: quomodo ergo Dauid in spiritu dicit eum dominū dicens: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis: donec ponā inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo Dauid in spiritu dicit eum dominum, quomodo filius eius est? Non negauit, sed interrogauit, ne quis hoc cum audierit, putet quod dominus Iesus negauerit se filium esse Dauid. Filium Dauid dominus Iesus si se negaret, cæcos sic eum inuocantes non illuminaret: transibat enim aliquando, & duo cæci sedentes iuxta viam clamauerunt, Miserere nostri fili Dauid: qua voce audita, miseratus est, stetit & sanauit, lumen dedit, quia nomē agnouit: dicit & Apostolus Paulus, Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. Et ad Timotheum: Memor esto Iesum Christum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid secundum Euangelium metum: quia de semine Dauid originem Maria virgo ducebat: inde dominus de semine Dauid erat. Hoc pro magno Iudæi à Christo quærebant, vt si diceret, ego sum Christus, secundum quod illi solum sapiebant de semine Dauid, calumniarentur quod sibi arrogaret regiam potestatem: plus est quod eis respondit: illi de filio Dauid volebāt calumniari, ille filium dei se esse respondit. Et quomodo? Audite. Respondit eis Iesus: Loquor vobis, & nō creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc testimonium perhibet de me: sed vos non creditis, quia non estis ex ouibus meis. Iam supra didicistis quæ sint oues, estote oues: oues credendo sunt, oues pastorem sequendo sunt, oues redemptorem non contemnēdo sunt, oues per ostium intrando sunt, oues exeundo & pascua inueniendo sunt, oues vita æterna perfruendo sunt: quomodo ergo istis dixit, non estis ex ouibus meis? quia videbat eos ad sempiternū interitum prædestinatos, nō ad vitam æternam sui sanguinis precio cōparatos. Oues meæ vocem meam audiunt, &

Matth. 22.

Psal. 109.

Matth. 23.

Roma. 1.

2. Timo. 2.

F.

k iij cognosco

**G** cognosco eas, & sequuntur me, & ego vitam aternam do eis. Ecce sunt pasqua. Si recolitis, superius dixerat, & ingredietur & egredietur, & pasqua inueniet. Ingressi sumus credendo, egredimur moriendo: sed quomodo per ostium fidei ingressi sumus, sic fideles de corpore exeamus: sic enim per istud ostium egredimur, ut pasqua inuenire possimus. Bona pasqua, vita aterna dicitur, ibi nulla herba arefcit, totum virescit, totum viget. Solet quaedam herba dici semper viua, est herba quae semper dicitur viuere: ibi solum viuere inuenitur. Vitam aternam, inquit, dabo eis, ouibus meis: vos calumnias propterea queritis, quia de vita praesenti cogitatis. Et non peribunt in aeternum: subaudis, tanquam eis dixerit: vos peribitis in aeternum, quia non estis ex ouibus meis.

2. Timo. 2. Roma. 8.

Non rapiet eas quisquam de manu mea. Intentius accipite. Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus. Quid potest lupus? Quid potest fur & latro: non perdunt nisi ad interitum praedestinos. De illis autem ouibus, de quibus dicit Apostolus: Nouit dominus qui sunt eius: & quos praesciuit, ipsos & praedestinavit: quos autem praedestinavit, ipsos & vocauit: quos autem vocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit: de ouibus istis nec lupus rapit, nec fur tollit, nec latro interficit: securus est de numero earum qui pro eis nouit, quod dedit, & hoc est quod ait: Non rapiet eas quisquam de manu mea. Et item ad patrem: Pater meus quod dedit mihi, maius est omnibus: quid dedit filio pater maius omnibus, nisi ut ipse ille esset vnigenitus filius? Quid est ergo quod dedit? Nam erat cui daret, an gignendo dedit? Nam si erat cui daret ut filius esset, aliquando erat, & filius non erat. Absit ut aliquando dominus Christus fuerit, & filius non fuerit: de nobis hoc dici potest: aliquando filij hominum eramus, filij dei non eramus. Nos enim filios dei gratia fecit, illum natura: quia vero natus est, non est ut dicas, non erat antequam natus erat, nunquam enim non natus erat, qui patri coaeternus erat: qui sapit capiat, qui non capit credit, nutriatur & capiet. Verbum dei semper cum patre, & semper verbum, & quia verbum, ideo filius: semper ergo filius, & semper aequalis. Non enim crescendo, sed nascendo aequalis est, qui semper natus est de patre, filius de deo deus, de aeterno coaeternus: pater autem non de filio deus, filius de patre deus: ideo pater filio gignendo dedit ut deus esset, gignendo dedit ut sibi coaeternus esset,

Ioan. 1.

**I** gignendo dedit ut aequalis esset: hoc est quod maius est omnibus, quomodo vita filius, & habens vitam filius, quod habet hoc est. Tu aliud es, aliud habes, verbi gratia, habes sapientiam, nunquid tu es ipsa sapientia? Denique quia non es tu ipse quod habes, si amiseris quod habes, reddis ut non habeas: & aliquando resumis, aliquando amittis, quomodo oculus noster non in seipso habet inseparabiliter lucem, aperitur & capit, clauditur & amittit. Non sic est deus dei filius, non sic est verbum patris, non sic est verbum quod non sonando transit, sed nascendo manet: sic habet sapientiam, ut ipse sit sapientia, faciatque sapientes: sic habet vitam, ut sit ipse vita, faciatque viuentes: hoc est quod maius est omnibus. Attendit Ioannes ipse Euangelista caelum & terram, volens dicere de filio dei, attendit & transcendit. Cogitauit supra caelum, milia exercitus angelorum, cogitauit & transcendit vniuersa: sicut aquila nubes, sic sua mente creaturam, transcendit magna omnia, peruenit ad illud quod maius est omnibus, & dixit: In principio erat verbum. Sed quia ille cuius est verbum non est de verbo, verbum autem de illo est cuius est verbum: ideo ait, Quod

dedit mihi pater maius est omnibus, id est, ut sim verbum eius, ut sim vnigenitus filius eius, ut sim splendor lucis eius, maius est omnibus: ideo nemo rapit, inquit, oues meas de manu mea: Nemo potest rapere de manu patris mei. De manu mea, & de manu patris mei. Quid est hoc, nemo rapit de manu mea, & nemo rapit de manu patris mei? Verum vna manus est patris & filij, an forte ipse filius manus est patris sui? Si manum intelligamus potestate, vna est patris & filij potestas, quia vna est diuinitas: si autem manum intelligamus, sicut dictum est per prophetam, Et brachium domini cui reuelatum est: manus patris ipse est filius. Quod non ita dictum est, tanquam deus habeat humanam formam, & quasi corporis membra, sed quod per ipsum facta sunt omnia: nam solent & homines dicere manus suas esse alios homines, per quos faciunt quod volunt. Aliquando & ipsum opus hominis, manus hominis dicitur quod fit per manum: sicut dicitur quisque agnoscere manum suam, cum id quod scripsit agnoscit. Cum ergo multis modis etiam hominis dicatur manus, qui proprie manum habet in sui corporis membris: quanto magis non vno modo intelligendum est cum legitur, manus dei cui forma corporis nulla est? Ac per hoc melius hoc loco manum patris & filij intelligimus potestatem patris & filij: ne forte cum hic manum patris ipsum filium dictum accepimus, incipiat carnalis cogitatio etiam ipsius filij querere filium, quem similiter credat Christi manum: ergo nemo rapit de manu patris mei: hoc est, nemo rapit mihi: sed ne forte adhuc titubet, audi quid sequitur.

Esai. 53.

Ego & pater vnum sumus. Hucusque Iudaei tolerare potuerunt: audierunt, Ego & pater vnum sumus, & non pertulerunt, & more suo duri ad lapides currerunt, tulerunt lapides ut lapidarent eum. Dominus quia non patiebatur quod nolebat pati, & non est passus nisi quod volebat pati, adhuc eos lapidare cupientes alloquitur, Sustulerunt lapides Iudaei ut lapidarent illum. Respondit eis Iesus & dixit, Multa bona opera ostendi vobis ex patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis: Et illi responderunt, De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cum sis, facis te ipsum deum. Ad illud hoc responderunt quod dixerat, Ego & pater vnus sumus. Ecce Iudaei intellexerunt, quod non intelligunt Arriani: ideo enim irati sunt, quoniam senserunt non posse dici, ego & pater vnum sumus, nisi vbi aequalitas est patris & filij: dominus autem videte quid responderit tardis, vidit eos non ferre splendorem veritatis, & eos temperauit in verbis, Nonne scriptum est in lege vestra, id est, vobis data, Quia ego dixi dii estis: deus dicit per prophetam in Psalmo hominibus, Ego dixi dii estis: & legem appellauit dominus generaliter omnes illas scripturas, quauis alibi specialiter dicat legem, a prophetis eam distinguens, sicuti est, Lex & Propheta usque ad Ioannem: & in his duobus praecipis tota lex pendet & Propheta. Aliquando autem in tria distribuit easdem scripturas, vbi ait, Oportebat impleri omnia quae scripta sunt in lege & Prophetis & Psalms de me. Nunc vero Psalms etiam legis nomine nuncupauit, vbi scriptum est, Ego dixi dii estis. Si illos dixit deos, ad quos sermo dei factus est, & non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit & misit in mundum, vos dicitis quia blasphemias, quia dixi filius dei sum? Si sermo dei factus est ad homines ut dicerentur dii, ipsum verbum dei quod est apud deum, quomodo non est deus? Si per sermonem dei sunt homines dii, si participando sunt dii, vnde participant non est deus?

Matth. 11. Matth. 22. Luc. 24.

Psal. 81.

Si ca-

**A** Si calefacti quodammodo igne salutari dii efficiuntur, vnde calefacti non est deus? Si lumina illuminata dii sunt, lumen quod illuminat non est deus? Accedis ad lumen & illuminaris, & inter filios dei numeraris: si recedis a lumine obscuraris, & in tenebris copularis. Illud tamen lumen nec accedit ad se, quia non recedit a se. Si ergo vos deos facit sermo dei, quomodo non est deus verbum dei? Pater ergo sanctificauit filium suum, & misit in mundum: forte aliquis dicat, Si pater eum sanctificauit, ergo aliquando non erat sanctus? sic sanctificauit quomodo genuit: ut enim sanctus esset, gignendo ei dedit, quia sanctum eum genuit: nam si quod sanctificatur, ante non erat sanctum, quomodo dicimus deo patri, Sanctificetur nomen tuum? Si non facio opera patris mei, nolite mihi credere: si autem facio, & si mihi non vultis credere, operibus credite, ut cognoscatis & credatis, quia in me est pater & ego in illo. Non sic dicit filius, in me est pater & ego in illo, quomodo possunt homines dicere, Si enim bene cogitemus, in deo sumus, & si bene viuamus, deus in nobis est, fideles participantes eius gratiam, illuminati ab ipso in illo sumus, & ipse in nobis: sed non sic vnigenitus filius, ille in patre, & pater in illo, tanquam aequalis in eo cui est aequalis. Denique nos aliquando possumus dicere, in deo sumus & deus in nobis: ego & deus vnum sumus, nunquid possumus dicere: In deo es, quia deus continet te, deus est in te, quia templum dei factus es: sed nunquid quia in deo es & deus est in te, potes dicere, Qui me videt, deum videt: quomodo vnigenitus dixit, Qui me videt, videt & patrem: & Ego & pater vnus sumus: Agnosce proprium domini, & munus serui: proprium domini est aequalitas patris, munus serui est participatio saluatoris. Querebant ergo eum apprehendere. Vtinam apprehenderent, sed credendo & intelligendo, non sciendo & occidendo. Nam modo fratres mei, quando talia loquor, infirmus fortia, paruus magna, fragilis solida, & vos tanquam eadem massa, vnde sum & ego ipse qui vobis loquor, simul omnes apprehendere volumus Christum. Quid est apprehendere? Intellexisti, apprehendisti, sed non sic Iudaei: tu apprehendisti ut habes, illi apprehendere volebant ut non haberent: & quia sic volebant apprehendere, quid eis fecit? Exiit de manibus eorum. Non eum apprehenderunt, quia manus fidei non habuerunt. Verbum caro factum est, sed non erat verbo magnum, eicere carnem suam de manibus carnis. Mente verbum apprehendere, hoc est Christum recte apprehendere.

Math. 6.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Ioan. 5.

**C** Et abiit iterum trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum, & mansit ibi: & multi venerunt ad eum, & dicebant, quia Ioannes quidem signum fecit nullum. Meministis vobis dictum de Ioanne, quia lucerna erat, & diei testimonium perhibebat: quid ergo isti apud se dixerunt? Ioannes signum fecit nullum. Nullum, inquit, miraculum ostendit Ioannes: non daemonia fugauit, non expulit febrem, non caecos illuminauit, non mortuos suscitauit, non tot milia hominum de quinque vel septem panibus paut, non supra mare ambulauit, non ventis & fluctibus imperauit, nihil horum fecit Ioannes: & totum quicquid dicebat, huic testimonium perhibebat. Per lucernam veniamus ad diem, Ioannes nullum signum fecit. Omnia autem quaecumque dixit Ioannes de hoc, vera erant. Ecce quid apprehenderunt, non quomodo Iudaei volebant apprehendere discedentem, apprehenderunt isti permanentem. Denique quid sequitur, Et multi crediderunt in eum.)

Ab eo quod ait, Erat autem quidam languens Lazarus: usque ad id quod ait, Abiit in regionem iuxta desertum, in ciuitatem quae dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis.

Tractatus XLIX.

**I**nter omnia miracula quae fecit dominus noster Iesus Christus, Lazari resurrectio praecipue praedicatur. Sed si attendamus quis fecerit, delectari debemus potius quam mirari. Ille suscitauit hominem qui fecit hominem: ipse enim est vnicus patris, per quem, sicut nostis, facta sunt omnia. Si ergo per illum facta sunt omnia, quid mirum est si resurrexit vnus per illum, cum tot quotidie nascantur per illum? Plus est homines creare quam resuscitare: dignatus est tamen & creare & resuscitare: creare omnes, resuscitare quosdam: nam cum multa fecisset dominus Iesus, non omnia scripta sunt, sicut idem ipse sanctus Euangelista testatur, multa dominum Christum & dixisse & fecisse quae scripta non sunt: electa sunt autem quae scriberentur, quae salutis credentium sufficere videbantur. Audistis enim quia dominus Iesus mortuum suscitauit, sufficit tibi ut scias, quia si vellet, omnes mortuos suscitaret, & hoc quidem sibi ad finem seculi reseruauit: nam quem audistis magno miraculo quadriduanum mortuum suscitasse de sepulchro, veniet hora, sicut ipse ait, quando omnes qui sunt in monumentis, audient vocem eius, & procedent. Resuscitauit putentem, sed tamen in caduere putente adhuc erat forma membrorum: ille in nouissimo die, ad vnam vocem cineres est restitutus in carnem: sed oportebat ut modo aliqua faceret, quibus datis velut suae virtutis indicia, credamus in eum, & ad illam resurrectionem praeparemur, quae erit ad vitam, non ad iudicium: ita quippe ait, Veniet hora, quando omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt ad resurrectionem vitae, qui mala egerunt ad resurrectionem iudicij. Tamen tamen a domino resuscitatos mortuos in Euangelio legimus, & forte non frustra: domini quippe facta non sunt tantummodo facta, sed signa: Si ergo signa sunt, praeter id quod mira sunt, aliquid profecto significant: quorum factorum significationem inuenire, aliquanto est operosius, quam ea legere vel audire. Admirantes audiebamus, tanquam magni miraculi spectaculo ante nostros oculos constituto, cum Euangelium legeretur quemadmodum reuixerit Lazarus. Si attendamus mirabilia opera Christi, omnis qui credit, resurgit: si attendamus omnes, & intelligamus detestabiliores mortes, omnis qui peccat moritur. Sed mortem carnis omnis homo timet, mortem animae pauci. Pro morte carnis quae sine dubio quandoque ventura est, curant omnes ne veniat, inde est quod laborant: laborat ne moriatur homo moriturus, & non laborat ne peccet homo in aeternum victurus: & cum laborat ne moriatur, sine causa laborat. Id enim agit ut multum mors differatur, non ut euadatur: si autem peccare nolit, non laborabit, & viuere in aeternum. O si possemus excitare homines mortuos, & cum ipsis pariter excitari, ut tales essemus amatores vitae permanentis, quales sunt homines amatores vitae fugientis. Quid non facit homo sub mortis periculo constitutus? Gladio impendente ceruicibus, prodiderit homines quicquid sibi vnde viuerent reseruabant. Quis non continuo prodidit ne percuteretur? Et post conditionem fortasse percussus est. Quis non ut viueret, continuo perdere voluit vnde viueret, eligens vitam mendicantem quam celebrem mortem? Cui dictum est, nauiga ne moriaris, & distulit

Cap. XI.

E

Ioan. 5.

F

**G** distulit: Cui dictum est, labora ne moriaris, & piger fuit: Lenia deus iubet, vt in aeternum viuamus, & obedire negligimus: non tibi deus dicit, Perde quicquid habes vt viuas exiguo tempore in labore sollicitus: sed da pauperi vnde habes, vt viuas semper sine labore securus. Accusant nos amatores vitæ temporalis, quam nec cum volunt, nec quandiu volunt habent, & nos inuicem non accusamus, tam pigri, tam tepidi ad capessendam vitam æternam, quam si voluerimus habebimus: cum habuerimus, non amittimus. Hanc autem mortem quam timemus, etiam si noluerimus habebimus. Si ergo dominus magna sua gratia, & magna sua misericordia animas suscitatur, ne moriantur in aeternum, bene intelligimus tres illos mortuos quos in corporibus suscitauit, aliquid significare, & figurare de resurrectionibus animarum quæ fiunt per fidem. Resuscitauit filiam Archisynagogi adhuc in domo iacentem: resuscitauit iuuenem filium viduæ, extra portam ciuitatis elatum: resuscitauit Lazarum sepultum quadriduanum: sint uerum quæque animam suam, si peccat, moritur, peccatum mors est anima: sed aliquando in cogitatione expectatur: delectauit quod malum est, consensisti, peccasti, consensio illa occidit te: sed intus est mors, quia cogitatum malum nondum processit ad factum. Talem animam resuscitare se significans dominus, resuscitauit illam puellam quæ nondum erat foras elata, sed quia in domo mortua iacebat, quasi peccatum latebat. Si autem non solum malæ delectationi consensisti, sed etiam ipsum malum fecisti, quasi mortuum tuum extra portam tulisti, iam foras es, & mortuus elatus es: tamen & ipsum dominus resuscitauit, & reddidit viduæ matri suæ. Si peccasti, pœniteat te, & resuscitet te dominus, & reddet te Ecclesiæ matri tuæ. Tertius mortuus Lazarus est: genus mortis immane, mala consuetudo appellatur: aliud est enim peccare, aliud peccandi consuetudinem facere. Qui peccat & cõtinuo corrigitur, cito reuiuiscit, quia nondum est implicatus, consuetudine non est sepultus: qui autem peccare consueuit, sepultus est, & bene de illo dicitur, fœtet: incipit enim habere pessimam famam, tanquam odorem teterimum: tales sunt omnes affecti sceleribus, perditis moribus. Dicit ei, noli facere: quando te audit quem terra sic premit, & tunc corrumpitur, & mole consuetudinis prægrauatur: nec ad ipsum tamẽ resuscitandum minor fuit virtus Christi. Nouimus, videmus quotidie, videmus homines pessima consuetudine permutata viuere melius, quam viuant qui reprehendebant, detestabaris hominem. Ecce ipsa soror Lazari, si tamen ipsa est quæ pedes domini vnxit vnguento, & tersit capillis suis quos lauerat lachrymis, melius suscitata est quam frater eius: de magna malæ consuetudinis mole est liberata: erat enim famosa peccatrix, & de illa dictum est, Dimittuntur ei peccata multa, quonia dilexit multum. Videmus multos, nouimus multos, nemo desperet, nemo de se præsumat, & desperare malum est, & de se præsumere: sic noli desperare, vt eligas de quo debeas præsumere: ergo dominus & Lazarum suscitauit. Audistis qualem, id est, quid significet Lazari resurrectio. Legamus itaque iam, & quoniam multa in hac lectione manifesta sunt, expositionem in singulis non queramus, vt necessaria pertractemus. Erat autem quidam languens Lazarus à Bethania, de castello Mariæ & Marthæ sororum eius.) In superiori lectione meministis, quod dominus exiens de manibus eorũ qui lapidare illum voluerant, discessit trans Iordanem, vbi Ioannes baptizabat. Ibi ergo domino constituto infirmabatur in Bethania Lazarus, quod

castellum erat proximum Hierosolymis. Maria autem K erat, quæ vnxit dominum vnguento, & extersit pedes eius capillis suis, cuius frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores eius ad eum, dicentes, Jam intelligimus quod miserunt, vbi erat Iesus, quoniam absens erat, trans Iordanem scilicet: miserunt ad dominum, nuntiantes quod ægrotaret frater earum, vt si dignaretur veniret, & eum ab ægitudine liberaret. Ille distulit sanare, vt posset resuscitare: quid ergo nunciauerunt sorores eius, Domine, ecce quem amas infirmatur: non dixerunt veni amanti enim tantummodo nunciandum fuit. Non autem sunt dicere, veni & sana: non ausa sunt dicere, ibi iube, & hic fiet: cur enim non & ista, si fides illius Centurionis inde laudatur? Ait enim, Non sum dignus vt intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, & sanabitur puer meus: nihil horum ista, sed tantummodo, Domine, ecce quem amas infirmatur: sufficit enim vt noveris, non enim amas & deseris: dicit aliquis, Quomodo per Lazarum peccator significabatur, & à domino sic amabatur? Audiatur eum dicentem, Non enim veni vocare iustos, sed peccatores: si enim peccatores deus non auerteret, de cœlo ad terram non descenderet. Audiens autem Iesus, dixit eis, Infirmitas hæc nõ est ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei. Talis glorificatio ipsius non ipsum auxit, sed nobis profuit: hoc est ergo quod ait, non est ad mortem, quia & ipsa mors nõ erat ad mortem, sed potius ad miraculũ, quo factõ crederent homines in Christum, & vitarent veram mortem. Sanè videte, quemadmodum tanquam ex obliquo dominus deum se dixit, propter quosdam qui negant filium deum esse: nam sunt hæretici qui hoc dicunt, quod filius dei non sit deus: ecce audiant, Infirmitas hæc, inquit, non est ad mortem, sed pro gloria dei: qua gloria cuius dei? audi quid sequitur, vt glorificetur filius dei: infirmitas hæc, inquit, non est ad mortem, sed pro gloria dei, vt glorificetur filius dei per eam. Per quam? Per illam infirmitatem. Diligebat autem dominus Iesum Martham & sororem eius Mariam, & Lazarum.) Ille languens, illa tristes, omnes dilecti, sed diligebat eos & languentium saluator, imò etiam mortuorum suscitator, & tristitum consolator. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidẽ mansit in eodem loco duobus diebus. Nunciauerunt ergo illi, mansit illic ille: tandiu tempus ductum est, quousque quadriduum completeretur: non frustra, nisi quia forte, imò quia certe & ipse numerus dierum intimat aliquod sacramentum. Deinde post hæc dicit discipulis suis, Eamus in Iudæam iterum, vbi penes fuerat lapidatus, qui propterea inde discessisse videbatur, ne lapidaretur: discessit enim vt homo, sed in redeundo quasi oblitus infirmitatem, ostendit potestatem, Eamus, inquit, in Iudæam. Denique hoc dicto, videte quemadmodum discipuli territi fuerint. Dicunt ei discipuli, Rabbi, nunc quærebant te Iudæi lapidare, & iterum vadis illuc: Respondit Iesus, nõne duodecim sunt horæ diei? Quid sibi vult ista responsio? Illi dixerunt, modo te lapidare volebant Iudæi, & iterum illuc vadis vt te lapident? Et dominus, nõne duodecim horæ sunt diei? Si quis ambulauerit in die non offendit, quia lucem huius mundi videt: si autem ambulauerit in nocte, offendit, quia lux non est in eo. De die quidem locutus est, sed in nostra intelligentia quasi adhuc nox est. Inuocemus diem vt expellat noctem, & cor lumine illustret: quid enim dominus dicere voluit? Quantum mihi videtur, quantum subluet altitudo profunditasque sententia, redarguere voluit illorum dubitationem & infidelitatem.

Math. 9.

Math. 9.

M

**A** litatem. Voluerunt enim consiliũ dare domino ne moreretur, qui venerat mori ne ipsi morerentur: sic etiam quodam alio loco, Petrus sanctus diligens dominum, sed adhuc non plene intelligens cur venisset, timuit ne moreretur, & vitæ displicuit, id est, ipsi domino: nam cum indicaret discipulis quod esset Hierosolymis passurus à Iudæis, respondit Petrus inter ceteros, & ait, Abiit à te domine: propitius tibi esto, non fiet istud: & continuo dominus, Redi post me satanas, non enim sapias quæ dei sunt, sed quæ hominum: & paulo ante confitens dominum laudem meruerat: audierat enim, Beatus es Simon bar Iona, quia nõ tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Cui dixerat, beatus es: illi dicit, redi retro me satanas: quia beatus à se non erat. Sed vnde? Quia non tibi reuelauit caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Ecce vnde beatus es, non de tuo, sed de meo. Non quia pater ego, sed quia omnia quæ habet pater mea sunt: si beatus est ille Petrus de ipsius domini: satanas de cuius? ibi dicit, rationem quippe reddidit beatitudinis, cum diceret, Non caro & sanguis tibi reuelauit hoc: sed pater meus qui in cœlis est: hæc est causa beatitudinis tuæ: quod vero dixi, Redi post me satanas, audi etiam huius rei causam: nõ enim lapis quæ dei sunt, sed quæ sunt hominis. Nemo ergo se palpet, de suo satanas est, de dei beatus est: quid est enim de suo, nisi de peccato suo? Te ille peccatum quod est tuum, iustificat, inquit, de meo est. Quid enim habes quod nõ accepisti? Cum ergo vellent dare consiliũ homines deo, discipuli magistro, serui domino ægroti medico, corripuit eos & ait, Nõne duodecim horæ sunt diei? si quis ambulauerit in die non offendit. Me sequimini, si non vultis offendere, nolite mihi consiliũ dare, quos à me consiliũ oportet accipere: quod ergo pertinet, nõne duodecim horæ sunt diei? Quia vt diem se esse ostenderet, duodecim discipulos elegit: Si ego sum, inquit, dies & vos horæ, nunquid horæ diei consiliũ dante horæ diem sequuntur, nõ dies horas: si ergo illi horæ, quid ibi Iudas? & ipse inter duodecim horas, qui si t hora erat, lucebat. Si lucebat, quomodo diem ad mortem tradebat? Sed dominus in hoc verbo non ipsum Iudam, sed successorem ipsius prauidebat. Iuda enim cadente successit Matthias, & duodenarius numerus mansit. Non ergo frustra duodecim discipulos elegit dominus, nisi quia ipse spiritalis est dies: sequantur ergo horæ diem, prædicent horæ diem, horæ illustrentur à die, horæ illuminentur à die, & per horarum prædicationem credit mundus in diem: hoc ergo ait de cõpendio, Me sequimini, si non vultis offendere. Et post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum.) Verum dixit, sororibus mortuus erat, domino dormiebat: hominibus mortuus erat, qui eum suscitare non poterant: nam dominus tanta eum facilitate excitabat de sepulchro, quanta tu non t excitas dormientem de lecto: ergo secundum potentiam suam dixit dormientem, quia & alij mortui dicti sunt in scripturis sæpe dormientes, sicut Apostolus dicit, De dormientibus autem nolo vos ignorare fratres, non vt contristemini, sicut & ceteri qui spem non habent: deo & ipsos dormientes appellauit, quia resurrecturos prænuñciauit. Dormit ergo omnis mortuus, & bonus & malus: sed quomodo interest in ipsis qui quotidie dormiunt & exurgunt, quid quisque videat in somnis, alij sentiunt læta somnia, alij tormentia, ita vt euigilans dormire timeat, ne ad ipsa iterum redeat: sic vnusquisque hominum eum causa sua dormit, cum causa sua surgit, & interest

Math. 16.

Ioan. 16.

1. Cor. 4.

† aliis, quasi

Acto. 1.

† aliis, cum.

1. Thess. 4.

quali custodia quisque recipiatur, ad iudicem postea producendus: nam & receptiones in custodia pro meritis causarum adhibentur: alios iubentur custodire lictores, humano & miti officio atque ciuili: † alij traduntur optionibus: alij mittuntur in carcerem, & in ipso carcere non omnes, sed pro meritis causarum in inna carceris contruduntur. Sicut ergo diuersa custodia agentium in officio, sic diuersa custodia mortuorum, & diuersa merita resurrectium: receptus est pauper: receptus est diues: sed ille in sinu Abraham, ille vbi sitiret, & guttam nõ inueniret. Habent ergo omnes animæ, vt ex hac occasione instruantur charitatem vestram, habent omnes anime cum de seculo exierint diuersas receptiones suas, habet gaudium boni, & mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormẽta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, martyres, boni fideles, omnes tamẽ adhuc in fine recepturi sunt quod promissit deus: promissa enim est resurrectio etiam carnis, mortis consumptio, vita æterna cum angelis, hoc omnes simul accepturi sumus: nam requiem quæ continuo post mortem datur, si ea dignus est, tunc accipit quisque cum moritur. Priores acceperunt Patriarchæ, videte ex quo requiescunt. Postiores Prophetæ, recentius Apostoli, multo recentiores sancti martyres, quotidie boni fideles: & alij in ista requie tamdiu sunt, alij nõ tamdiu, alij paucioribus annis, alij recenti tempore. Cum vero ab hoc somno euigilabunt, simul omnes quod promissum est accepturi sunt. Lazarus amicus noster dormit, sed vado vt à somno excitem eum. Dixerunt ergo discipuli, Quomodo intellexerunt, sic responderunt, Domine, si dormit saluus erit. Solet enim esse somnus ægrotantium salutis indicium. Dixerat autem Iesus de morte eius, illi autem putauerunt, quod de dormitione somni diceret. Tunc ergo dixit eis Iesus manifeste, subobscurè enim dixerat dormit: ait ergo manifeste, Lazarus mortuus est, & gaudeo propter vos vt credatis quia nõ eram ibi. Sed scio quia mortuus est: æger enim, non mortuus fuerat nunciatus. Sed quid lateret eum qui creauerat, & ad cuius manus anima morientis exierat? hoc est quod ait, Gaudeo propter vos vt credatis quia non ibi eram, vt iam inciperent admirari, quia dominus potuit dicere mortuum, quod nec viderat nec audierat. Vbi sanè meminisse debemus, quod adhuc etiam ipsorum discipulorum, qui in eum crediderant, miraculis adificabatur fides: non vt ea quæ non erat esse inciperet, sed vt ea quæ iam esse cõperat, cresceret, quauis tali verbo vnus sit, quasi tunc credere inciperent: non enim ait, Gaudeo propter vos vt fides vestra augeatur siue firmetur: sed ait, vt credatis: quod intelligendum est, vt amplius robustiusque credatis. Sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur didymus ad condiscipulos, eamus & nos, & moriamur cum illo. Venit itaque Iesus, & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. De quatuor diebus multa quidem dici possunt, sicut se habent obscura scripturarum, quæ pro diuersitate intelligentium multos sensus pariunt. Dicamus & nos, quid nobis videatur significare mortuus quadriduanus: quomodo enim in illo caeco intelligimus quodammodo humanum genus, sic forte & in isto mortuo multos intellectioni sumus: diuersis enim modis vna res significari potest. Homo quando nascitur, iam cum morte nascitur, quia de Adam peccatum trahit: vnde dicit Apostolus, Per vnum hominem peccatum intravit in mundum, & per

† aliis, alios humani & mitis officii atque ciuile.

Lucæ. 16.

4. sent. dist. 54. cap. 11.

E

F

Roma. 5. & per



**G** & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertran-  
 sivit, in quo omnes peccauerunt: ecce habes vnum diem  
 mortis, quod homo trahit de mortis propagine. Deinde  
 crescit, incipit accedere ad rationales annos, vt legē  
 sapiat naturalem, quam omnes habent in corde fixam,  
 Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris. Nunquid hoc de  
 pagani dicitur, & non in natura ipsa quodammodo le-  
 gitur? Furtum vis pati? Vtique non vis: ecce lex in corde  
 tuo, quod non vis pati, facere noli: & hanc legem trans-  
 grediuntur homines: ecce alter dies mortis. Data est lex  
 etiam diuinitus per famulum dei Moysen: dictum est  
 illic, Non occides, nō mœchaberis, non falsum testimo-  
 nium dices, honora patrem & matrem, nō concupisces  
 rem proximi tui: ecce lex scripta est, & ipsa contemni-  
 tur, ecce tertius dies mortis. Quid restat? Venit & euan-  
 gelium, prædicatur regnum cœlorum, diffamatur vbiq;  
 Christus, minatur gehenna, vita promittitur æterna, &  
 ipsa contemnitur, transgrediuntur homines euangeliū:  
 ecce quartus dies mortis, merito iam fœtet: nunquid &  
 talibus est neganda misericordia? Absit, etiam ad tales  
 dominus excitandos non dedignatur accedere. Multi  
 autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt  
 cōsolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit,  
 quia dominus venit, occurrit illi. Maria autē domi sēde-  
 bat. Dixit ergo Martha ad Iesum, domine si fuisses hic,  
 frater meus non fuisset mortuus, sed & nunc scio, quia  
 quacunq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Non dixit,  
 sed & modo rogo te, vt resuscites fratrem meum: vnde  
 enim sciebat, si fratri eius resurgere vtile fuerit: hoc tan-  
 tum dixit, scio quia potes, si vis facis: vtrum enim facias,  
 iudicij tui est, nō præsumptionis meæ: sed & nunc scio,  
 quia quacunq; poposceris a deo, dabit tibi deus. Dicit  
 illi Iesus, Resurget frater tuus. hoc ambiguum fuit, non  
 enim ait, modo resuscito fratrem tuum: sed, resurget fra-  
 ter tuus. Dicit ei Martha, scio quia resurget in resur-  
 rectione, in nouissimo die. De illa resurrectione securā  
 sum, de hac incerta sum. Dicit ei Iesus, Ego sum resur-  
 rectio & vita. Dicit, resurget frater meus in nouissi-  
 mo die: verum dicit, sed per quē tunc resurget, potest &  
 modo, quia ego sum, inquit, resurrectio & vita. Audite  
 fratres, audite quid dicat: certe tora expectatio erat cir-  
 cūstantium, vt reuiuisceret Lazarus, vnus mortuus qua-  
 triduanus: audiamus & resurgamus. Quam multi sunt  
 in hoc populo, quos premit consuetudinis moles, forte  
 audiunt me quidam, quibus dicitur, Nolite inebriari vi-  
 no in quo est luxuria: dicunt, nō possumus. Forte audiūt  
 me aliqui immundi, lasciuus & flagitijs inquinati, qui-  
 bus dicitur, Nolite hoc facere ne pereatis: & respondēt,  
 non possumus tolli a consuetudine nostra: o domine  
 istos resuscita. Ego sum, inquit, resurrectio & vita: ideo  
 resurrectio, quia vita. Qui credit in me, etiā si mor-  
 tuus fuerit viuēt. Et omnis qui viuēt & credit in me, non  
 morietur in æternum. Quid est hoc, qui credit in me,  
 etiam si mortuus fuerit viuēt: sicut Lazarus mortuus est  
 viuēt, quia non est deus mortuorum, sed viuorum. De  
 olim mortuis patribus, hoc est, de Abraham & Isaac &  
 Iacob, tale respōsum Iudæis dedit, Ego sum deus Abra-  
 ham & deus Isaac & deus Iacob: non est deus mortuo-  
 rum, sed viuorum, omnes enim illi viuunt: crede ergo,  
 etsi mortuus fueris, viues: si autem nō credis, & cum vi-  
 uis mortuus es. Probemus & hoc, quia si non credis &  
 viuus, mortuus es: cuiusdam dominus differenti sequi eum  
 & dicenti, Eam prius sepelire patrē meum: sine, inquit,  
 mortuos sepelire mortuos suos, tu veni sequere me. Erat  
 ibi mortuus sepeliendus, erat ibi & mortui mortuum se-

puturū: ille mortuus in carne, illi in anima. Vnde mors  
 in anima: quia non est fides. Vnde mors in corpore: quia  
 non est ibi anima: ergo anima tua anima fides est. Qui  
 credit in me, inquit, etiā si mortuus fuerit in carne, vi-  
 uet in anima, donec resurgat, & caro nunquā postea mo-  
 ritura, hoc est, qui credit in me, licet moriatur viuēt: &  
 omnis qui viuēt in carne & credit in me, etsi moriatur  
 ad tempus propter mortem carnis, non morietur in æ-  
 ternum propter vitam spiritus & immortalitatem resur-  
 rectionis: hoc est quod ait, Et omnis qui viuēt & credit  
 in me, non morietur in æternum. Credis hoc ait illi,  
 Vtiq; domine, ego credidi, quia tu es Christus filius dei,  
 qui in hunc mundum venisti. Quando hoc credidisti?  
 Credidi quia tu es resurrectio, credidi quia tu es vita,  
 credidi quia qui credit in te, & si moriatur, viuēt: & qui  
 viuēt & credit in te, non morietur in æternū. Et cum  
 hæc dixisset, abiit & vocauit Mariam sororem suam si-  
 lentio, dicens, Magister adest, & vocat te. Aduertēdum  
 est, quemadmodum suppressam vocem silentium nun-  
 cupauit: nam quomodo siluit, quæ dixit, Magister adest  
 & vocat te: Aduertēdum etiam quemadmodum Euan-  
 gelista non dixerit, vbi vel quando vel quomodo Ma-  
 riam dominus vocauerit, vt hoc in verbis Marthæ po-  
 tius intelligeretur narrationis breuitate seruata. Illa vt  
 audiuit, surgit cito, & venit ad eum. Nondum enim ve-  
 nerat Iesus in castellum, sed erat adhuc in illo loco, vbi  
 occurrerat ei Martha. Iudæi igitur qui erant cum illa in  
 domo & consolabantur eam, cū vidissent Mariam quia  
 cito surrexit & exiit, secuti sunt eam dicētes, quia vadit  
 ad monumentum, vt ploret ibi. Quare pertinuit hoc ad  
 Euangelistam narrare: vt videamus quæ occasio fecerit,  
 vt plures ibi essent quando Lazarus resuscitatus est. Pu-  
 tantes enim Iudæi propterea illam festinare, vt doloris  
 sui solatiū lachrymis quereret, secuti sunt eam, vt tam  
 grande miraculū quatrīduani mortui resurgentis testes  
 plurimos inueniret. Maria autē cum venisset vbi Ie-  
 sus erat, videns eū cecidit ad pedes eius, & dixit ei, Do-  
 mine, si fuisses hic, frater meus non esset mortuus. Iesus  
 ergo vt vidit eam plorantem, & Iudæos qui cum illa e-  
 rant plorantes, fremuit spiritu & turbauit semetipsum,  
 & dixit, Vbi posuisti eū? Nescio quid nobis insinuauit  
 fremēdo spiritu, & turbādo seipsum. Quis enim eū pos-  
 set nisi seipsum ipse turbare? Itaq; fratres mei, primo hic  
 attēdite potestatem, & sic inquirete significationē. Tur-  
 baris tu nolens, turbatus est Christus, quia voluit eluri-  
 uit Iesus, verum est, sed quia voluit dormiuit Iesus, verū  
 est, sed quia voluit: contristatus est Iesus, verum est, sed  
 quia voluit: mortuus est Iesus, verum est, sed quia voluit:  
 in illius potestate erat, sic vel sic affici, vel nō affici. Ver-  
 bum enim animam suscepit & carnem, totius hominis  
 sibi coaptans in personæ vnitatem naturā: nam & anima  
 Apostoli verbo illustrata est, anima Petri verbo illustra-  
 ta est, anima Pauli & aliorum Apostolorum, ac sanctorū  
 prophetarum verbo illustrata sunt anima, sed de nulla  
 dictum est, Verbū caro factum est: de nulla dictum est,  
 Ego & pater vnum sumus. Anima & caro Christi cum  
 verbo dei vna persona est, vnus Christus est, ac per hoc  
 vbi summa potestas est, secundū voluntatis nutum tra-  
 ctatur infirmitas, hoc est, turbauit semetipsum: dixi po-  
 testatem, attēdite significationem. Magnus reus est, quē  
 mortis quatrīduum & illa significat sepultura. Quid est  
 ergo quod turbat semetipsum Christus, nisi vt significet  
 tibi, quomodo turbari tu debeas, cū tanta mole peccati  
 grauaris & premeris? Attendisti enim te, vidisti te reū:  
 computasti tibi, illud feci, & pepercit mihi deus: illud  
 commissi,

Ioan. 7.  
Ioan. 10.

**A** commissi, & distulit me: Euangelium audiui, & contem-  
 pli: baptizatus sum, & iterum ad eadem reuolutus sum:  
 quid facio, quod eo, vnde euado: quādo ista dicis, iam fre-  
 mit Christus, quia fides fremit. In voce fremētis appa-  
 ret spes resurgētis, si ipsa fides est intus, ibi est Chri-  
 stus fremens: si fides in nobis, Christus in nobis. Quid  
 erit in aliud ait Apostolus habitare Christum per fidem  
 in cordibus vestris: ergo fides tua de Christo, Christus  
 est in corde tuo. Hinc est illud quod dormiebat in nauī,  
 & cum periclitarentur discipuli, iam imminente nau-  
 fragio accesserunt ad eum, & excitauerunt eum: surrexit  
 Christus, imperauit ventis & fluctibus, & facta est tran-  
 quillitas magna. Sic & tu, intrant venti cor tuum, vtiq;  
 vbi nauigas, vbi hanc vitam tanquā procellosum & pe-  
 riculosum pelagus transis, intrāt venti, mouent fluctus,  
 turbant nauem. Qui sunt venti? Audisti conuicium, ira-  
 sceris: conuicium ventus est, iracundia fluctus est. Peri-  
 clitaris, disponis respondere, disponis maledictum ma-  
 ledicto reddere, iam nauis propinquat naufragio. Ex-  
 cita Christum dormientem, ideo enim fluctus, & ma-  
 la pro malis reddere præparas, quia Christus dormit in  
 nauī. In corde enim tuo fomus Christi obliuio fidei:  
**B** nam si excitas Christum, id est, recolas fidem, quid tibi  
 dicit tanquam vigilans Christus in corde tuo? Ego au-  
 diui, dæmonium habes, & pro eis orauit: audit dominus,  
 & patitur: audit seruus, & indignatur: sed vindicare vis.  
 Quid enim? Ego iam sum vindicatus: cum hæc loquitur  
 tibi fides tua, quasi imperatur ventis & fluctibus, &  
 fit tranquillitas magna. Quomodo ergo hoc est excita-  
 re Christum in nauī, excitare fidem: sic in corde homi-  
 nis quem premit magna moles & consuetudo peccati,  
 in corde hominis transgressoris, etiam sancti Euan-  
 gelij contemptoris & pœnarum æternarum, fremat Chri-  
 stus, increpet se homo: audi adhuc, Fleuit Christus, fleat  
 se homo. Quare enim fleuit Christus, nisi quia flere ho-  
 minem docuit: Quare fremuit & turbauit semetipsum,  
 nisi quia fides hominis sibi merito displicentis, fremere  
 quodammodo debet in accusatione malorum operū,  
 vt violentiæ pœnitendi cedat consuetudo peccandi?  
 Et dixit, vbi posuisti eum? Scisti quia mortuus sit,  
 & vbi sit sepultus ignoras: & ista significatio est, quia sic  
 perditum hominem quasi nescit deus: non ausus sum di-  
 cere nescit, quid enim ille nescit? sed quasi nescit: vnde  
 hoc probamus: Dominum audi dicturum in iudicio:  
**C** Non noui vos, discēdite a me. Quid est, non noui vos?  
 Non vos video in luce mea, non vos video in illa iusti-  
 tia quam noui: sic & hic tanquam nesciens talem pec-  
 catorem, dixit, Vbi posuisti eum? Talis est vox dei in  
 paradiso postquam homo peccauit, Adam vbi es?  
 Dicunt ei, domine veni & vide. Quid est vide? mi-  
 serere: videt enim dominus quando miseretur: vnde illi  
 dicitur, Vide humilitatem meam & laborem meum, &  
 dimitte omnia peccata mea. Et lachrymatus est Ie-  
 sus, dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum.)  
 Quid est, amabat eum? Non veni vocare iustos, sed pec-  
 catores in pœnitentiam. Quidam autem dixerunt ex  
 ipsis, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci, facere vt  
 & hic non moreretur? Qui noluit facere vt non more-  
 retur, plus est quod facturus est, vt mortuus suscitetur.  
 Iesus autem rursum fremens in semetipso, venit ad  
 monumentum. Fremet & in te, si disponis reuiuifce-  
 re: omni homini dicitur, qui premitur pessima consue-  
 tudine, venit ad monumentum. Erat autem spelun-  
 ca, & lapis superpositus erat ei. Mortuus sub lapide, reus  
 sub lege: scitis enim quia lex quæ data est Iudæis, in la-

Eph. 3.

Math. 8.

Mat. 7. & 25.

Gen. 3.

Psal. 24.

Math. 9.

Exod. 31.

pide scripta est. Omnes autem rei sub lege sunt, bene vi-  
 uentes in lege sunt: iusto lex posita non est. Quid est er-  
 go lapidem remouete: gratiam prædicate. A postolus e-  
 nim Paulus ministrum se dicit noui testamenti, non li-  
 tera, sed spiritu: nam litera, inquit, occidit, spiritus au-  
 tem viuificat. Litera, inquit, occidens, quasi lapis est pre-  
 mens. Remouete, inquit, lapidem.) Remouete legis  
 pondus, gratiam prædicate: si enim data esset lex quæ  
 posset viuificare, omnino ex lege esset iustitia, sed cō-  
 clusit omnia scriptura sub peccato, vt promissio ex fide  
 Iesu Christi daretur credentibus: ergo remouete lapi-  
 dem. Dicit ei Martha soror eius, qui mortuus fuerat,  
 domine iam fœtet, quatrīduanus enim est. Dicit ei Ie-  
 sus, Nōne dixi tibi, quia si credideris, videbis gloriam  
 dei? Quid est videbis gloriam dei? & putentem &  
 quatrīduanum resuscitat. Omnes enim peccauerunt, &  
 egent gloria dei: & vbi abundauit peccatum, super-  
 abundauit & gratia. Tulerunt ergo lapidem, Iesus au-  
 tem eleuatis sursum oculis, dixit, Pater gratias ago tibi,  
 quoniam audisti me, ego autem sciebam quia semper  
 me audis, sed propter populum qui circumstat dixi, vt  
 credant quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, magna  
 voce clamauit. Fremuit, lachrymatus est, voce magna  
 clamauit. Quam difficile surgit, quem moles malæ cō-  
 suetudinis premit, sed tamen surgit, occulta gratia in-  
 tus viuificatur, surgit post vocem inagnum. Quid est fa-  
 ctum? Voce magna clamauit, Lazare veni foras, &  
 statim prodiit qui fuerat mortuus, ligatus manus & pe-  
 des infatis, & facies illius sudario erat ligata. Quomo-  
 do processit ligatis pedibus miraris, & non miraris  
 quia surrexit quatrīduanus? In vtroque potentia domi-  
 ni erat, non vires mortui. Processit & adhuc ligatus est,  
 adhuc inuolutus, tamen iam foras processit. Quid si-  
 gnificat? Quando contemnis, mortuus iaces: & si tan-  
 ta quanta dixi contemnis, sepultus iaces: quando con-  
 fiteris, procedis. Quid est enim procedere, nisi ab oc-  
 cultis velut exeundo te manifestare? Sed vt confitearis,  
 deus facit magna voce clamando, id est, magna gratia  
 vocando: ideo cum processisset mortuus adhuc ligatus,  
 confitens & adhuc reus, vt soluerentur peccata eius, mi-  
 nistris hoc dixit dominus, soluite illum & sinite abire.)  
 Quid est, soluite & sinite abire? Quæ solueritis in ter-  
 ra, soluta erunt in cœlo. Multi ergo ex Iudæis qui ve-  
 nerant ad Mariam & viderant quæ fecit Iesus, credide-  
 runt in eum: quidam autem ex ipsis abierunt ad pha-  
 risæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Non omnes ex  
 Iudæis qui conuenerant ad Mariam, crediderunt, sed ta-  
 men multi. Quidam vero ex eis, siue ex Iudæis qui con-  
 uenerant, siue ex eis qui crediderant, abierunt ad pha-  
 risæos, & dixerunt eis quæ fecit Iesus, siue annuncian-  
 do vt & ipsi crederent, siue potius prodendo vt fauērēt.  
 Sed quomodolibet & a quibuslibet ad pharisæos ista  
 perlata sunt. Collegerunt pontifices & pharisæi con-  
 cilium, & dicebant, Quid faciemus? Nec tamen dice-  
 bant, credamus, plus enim perditū homines cogitabant,  
 quomodo nocerent vt perderent, quam quomodo sibi  
 consulerent ne perirent: & tamen timebant, & quasi cō-  
 sultebant: dicebant enim, Quid faciemus? Quia hic ho-  
 mo multa signa facit, si dimittimus eum sic, omnes cre-  
 dent in eum, & venient Romani, & tollent nostrum lo-  
 cum & gentem. Temporalia perdere timuerunt, & vi-  
 tam æternam non cogitauerunt, ac sic vtrunque amise-  
 runt: nam & Romani post domini passionem & glorifi-  
 cationem, tulerunt eis & locū & gentem expugnando &  
 transferendo: & illud eos sequitur, quod alibi dictum est,  
 Filij

1. Tim. 6.

2. Cor. 3.

Galat. 3.  
f. alijs, iusti-  
ficat.

Roma: 5.

E

Math. 13.

F

Matth. 8. Filij autē regni huius ibunt in tenebras exteriores. Hoc autem timuerunt, ne si omnes in Christum crederent, nemo remaneret qui aduersus Romanos ciuitatem dei templumq; defenderet, quoniam contra ipsum templū, & contra suas paternas leges doctrinā Christi esse sentiebant. Vnus autem ex ipsis Caiphas, cum esset pontifex anni illius, dixit eis, Vos nescitis quicquam, nec cogitatis quia expedit vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit, sed cū esset pontifex anni illius prophetauit.) Hic docemur etiam homines malos prophetiā spiritu futura predicere, quod tamē Euangelista diuino tribuit sacramento, quia pontifex fuit, id est, summus sacerdos: potest autem mouere quomodo dicatur pontifex anni illius, cum deus vnū constituerit summum sacerdotē, cui mortuo vnus succederet: Sed intelligendum est, per ambitiones & cōtentiones inter Iudæos postea constitutum, vt plures essent, & per annos singulos vicibus ministrarent: nam & de Zacharia hoc dicitur, Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suæ ante deum, secundum consuetudinem sacerdotij, forte exiit vt incensum poneret, ingressus in templū dominij hinc apparet plures eos fuisse, & vices suas habuisse: nam incensum non licebat ponere nisi summo sacerdoti, & forte etiam vnū annum plures administrabant, quibus alio anno alij succedebant, ex quibus sorte exibat quis vt incensum poneret. Quid est ergo quod prophetauit Caiphas? Quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantū pro gente, sed vt filios dei qui erant dispersi cōgregaret in vnū.) hoc Euangelista addidit, nam Caiphas de sola gente Iudæorum prophetauit, in qua erant oues, de quibus ait ipse dominus. Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israël. Sed nouerat Euangelista esse alias oues quæ non erant de hoc ouili, quas oportebat adduci, vt esset vnū ouile & vnus pastor. Hæc autem secundum prædestinationem dicta sunt: nam neque oues eius, nec filij dei adhuc erant, qui necdum crederant. Ab illo ergo die cogitauerūt vt interficerent eum. Iesus ergo iam non palam ambulabat apud Iudæos, sed abiit in regionem iuxta desertum in ciuitatem quæ dicitur Effrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Non quia potentia eius defecerat, in qua utiq; si vellet, & palam Iudæis conuersaretur, & nihil ei facerent, sed in hominis infirmitate viuendi exemplum discipulis monstrabat: in quo apparet non esse peccatum, si fideles eius qui sunt membra eius, oculis persequentiū se subtraherent, & furorem sceleratorum latendo potius deuitarēt, quàm se offerendo magis accenderent.

Ab eo quod ait, Proximū erat pascha Iudæorum: usque ad id quod ait, Multi propter illū abibant & credebāt in Iesum.

Tractatus L.

**E**sternam lectionem sancti Euangelij, de qua locuti sumus quod dominus dedit, hodierna sequitur, de qua locuturi sumus quod dominus dabit. Quædam in scripturis tam manifesta sunt, vt potius auditorem quàm expositorem desiderent, in eis nos immorari non oportet, vt necessariis, in quibus immorandum est, tempus sufficiat. Proximum ergo erat pascha Iudæorum.) Illū diem festum Iudæi cruentum habere domini sanguine voluerunt, illo die festo occisus est agnus, qui nobis eundem diem festum suo sanguine consecrauit. Consilium erat inter Iudæos de occidendo Iesu: ille qui de celo venerat pati, propinquare voluit loco passionis, quia imminēbat hora passionis. Ascenderunt ergo multi Hierosolymā de re-

gione ante pascha, vt sanctificarent seipfos.) Hoc faciēbant Iudæi secundum præceptum domini, per sanctum Moysen in lege mandatum, vt die festo quo pascha erat, omnes vndique conuenirent, & illius diei celebratione sanctificarentur: sed illa celebratio vmbra erat futuri. Quid est vmbra futuri? Prophetia Christi venturi, prophetia pro nobis illo die passuri, vt transiret vmbra, & lux veniret, vt transiret significatio, & veritas teneretur. Habebant ergo Iudæi pascha in vmbra, nos in luce: quid enim opus erat vt eis dominus præciperet per ipsum festum diem ouem occidere, nisi quia ille erat de quo prophetatum est, Sicut ouis ad immolandum ductus est: sanguine occisi pecoris Iudæorum postes signati sunt: sanguine Christi frontes nostræ signantur, & illa signatio, quæ erat significatio, dicta est a domibus signatis exterminatorem prohibere: signum Christi a nobis repellit exterminatorem, si cor nostrū recipiat saluatorem. Quare hoc dixi? Quia multi postes habent signatos, & intus non manet habitator. Agitatores facile habent in fronte signum Christi, & corde non recipiunt verbum Christi: ideo dixi fratres quod repeto, signum Christi a nobis repellit exterminatorem, si cor nostrū habeat Christum habitatorem. Hæc dixi, ne quis forte cogitaret, quid sibi vellent ista festa Iudæorum. Venit ergo Iesus tanquam ad victimam, vt verum pascha nos haberemus, cum eius passionem tanquam ouis immolationem celebraremus. Quærebant ergo Iesum, sed male. Beati enim qui quærent Iesum, sed bene. Illi quærebant Iesum, vt nec ipsi haberent eum, nec nos, sed ab ipsis abcedentem suscepimus nos: reprehenduntur qui quærent, laudantur qui quærent. Animus enim querentis aut laudem inuenit, aut damnationem: habes enim & in Psalmis, Confundantur & reuerentur, qui quærit animam meam: isti sunt qui male quærebāt: alio autem loco dicit, Perit fuga a me, & non est qui requirat animam meam. Culpantur qui quærebant, culpantur qui non quærebāt: ergo quæramus Christum vt habeamus, quæramus vt teneamus, sed non vt occidamus: nam & illi non ideo quærebant vt tenerent, sed vt cito non haberent. Quærebāt ergo, Et loquebantur inter se, Quid putatis quia nō venit ad diem festum? Dederant autem pontifices & pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehenderent eum.) Nos indicemus modo Iudæis vbi sit Christus, vt inam velint audire & apprehendere. Quicumque sunt ex semine illorum qui dederant mandatum, vt indicaretur eis vbi esset Christus, veniāt ergo ad Ecclesiam, audiant vbi sit Christus, & apprehendant eum: a nobis audiant, & ex Euangelio audiant. Occisus est a parentibus eorum, sepultus est, resurrexit, a discipulis agnitus, ante oculos eorum ascendit in cælum, ibi sedet ad dexteram patris, qui iudicatus est, venturus est iudex: audiant & teneant. Respondet, quem tenebo? Absentem? Quomodo in cælum manum mittam, vt ibi sedentem teneam? Fidem mitte & tenuisti: parentes tui tenuerunt carne, tu tene corde, quoniam Christus absens etiā præsens est: nisi præsens esset, a nobis ipsi teneri non posset: sed quoniam verum est quod ait, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi: & abiit, & hic est, & rediit, & nos nō deseruit: corpus enim suum intulit cælo, maiestatem non abstulit mundo. Iesus ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi fuerat Lazarus mortuus, quē suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei ibi cœnam, & Martha ministrabat, Lazarus vero vnus erat ex recumbentibus.) Ne putarēt homines phantasma esse factum, quia mortuus resurrexit,

Esaiæ. 57.  
Exod. 12.

L

Psal. 39.

Psal. 142.

M

Matth. 23.

Cap. XII.

**A** resit, vnus erat ex recumbentibus, viuebat, loquebatur, epulabatur, veritas ostendebatur, infidelitas Iudæorum confundebatur. Discumbebat ergo Iesus cum Lazaro & cæteris, ministrabat Martha vna ex sororibus Lazari.

Maria vero.) altera soror Lazari accepit libram vnguenti nardi pistici preciosi, & vnxit pedes Iesu, & exterfit capillis suis pedes eius, & domus impleta est ex odore vnguenti.) Factum audiuius, mysterium requiramus. Quæcunque anima fidelis vis esse, cum Maria vnge pedes domini preciose vnguenti: vnguentū illud iustitia fuit, ideo libra fuit: erat autem vnguentum nardi pistici preciosi: quod ait pistici, locum aliquem credere debemus, vnde hoc erat vnguentum preciosum, nec tamen hoc vacat, & sacramento optime consonat: pistis Græce fides dicitur. Quærebatur operari iustitiam, Iustus ex fide viuunt, vnge pedes Iesu bene viuendo, dominica sectare vestigia, capillis terge: si habes superflua, da pauperibus, & domini pedes teris: capilli enim superflua corporis videntur: habes quod agas de superfluis tuis: tibi superflua sunt, sed domini pedibus necessaria sunt. Forte in terra domini pedes indigent, de quibus enim nisi de membris suis in fine dicitur est, Cum vni

Abacuc. 2.  
Roma. 1.

Matth. 25.

Esaiæ. 52.  
Roma. 2.

1. Cor. 2.

Cantic. 1.

1. Cor. 5.

**B** ex minimis meis fecistis, mihi fecistis? superflua vestra impendistis, sed pedibus meis obsecuti estis. Domus autem impleta est odore, mundus impletus est fama bona: nam odor bonus, fama bona est. Qui male viuunt & Christiani vocantur, iniuriam Christo faciunt: de quilibet dictum est, quod per eos nomen domini blasphemetur. Si per tales nomen dei blasphematur, per bonos nomen domini laudatur: audi Apostolum, Christi bonus odor sumus, inquit, in omni loco: dicitur & in canticis canticorum, Oleum effusum nomen tuum: ad Apostolum reuoca intentionem, Christi, inquit, bonus odor sumus in omni loco, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt: aliis sumus odor vitæ in vitâ, aliis odor mortis in mortem: & ad hæc quis idoneus? Occasionem nobis præbet præsens lectio sancti Euangelij de odore isto ita loqui, vt & a nobis sufficienter dicatur, & a vobis diligenter audiat, Apostolo ipso ita dicente, Et ad hæc quis idoneus? ergo vt inde nos conemur loqui, nunquid idonei sumus, aut vos audire hæc idonei estis? Hæc audire vos quidem idonei estis, nos quidem idonei non sumus, sed idoneus est ille qui per nos dignetur dicere, quod vobis profit audire. Ecce Apostolus bonus odor est, sicut dicit ipse, sed ipse odor aliis est odor vitæ in vitam, aliis autem odor mortis in mortem, tamen bonus odor: nunquid enim ait, aliis sumus bonus odor ad vitam, aliis malus odor ad mortem? bonum odorem se dixit, non malum, & eundem bonum odorem aliis ad vitam dixit, aliis ad mortem: felices qui bono odore viuunt. Quid autem infelicitus illis qui bono odore moriuntur? Et quis est, ait aliquis, quem bonus odor occidit? hoc est quod ait Apostolus, & ad hæc quis idoneus? Quomodo ea facit deus miris modis, vt bono odore & boni viuunt, & mali moriantur, quomodo sit, quantum dominus inspirare dignatur, ostendam: nam fortasse ibi latet altior intellectus, qui a me non potest penetrari: tamen quousque penetrare potero, vobis non debet denegari. Paulum Apostolum bene agentem, bene viuentem, iustitiam verbo prædicantem, opere demonstrantem, doctorem mirabilem, fidelem dispensatorem, fama vsquequaq; disteminabat, quidam diligebant, quidam inuidebant: nam ipse quodam loco ait de quibusdam, quod nō caste, sed per inuidiam Christum annuntiarent, existimantes, inquit, tribulationem suscitare

**C** vinculis meis: sed quid ait? Siue occasione, siue veritate Christus annuncietur, annuntiet qui me amant, annuntiet qui mihi inuidet: illi bono odore viuunt, & illi bono odore moriuntur: tamen vtriusque predicantibus nomen Christi annuncietur, odore optimo mundus impletur: amasti bene agentem, vixisti bono odore: inuidisti bene agentem, mortuus es bono odore. Nunquid quia mori voluisti, ideo odorem illum malum esse fecisti? Noli inuidere, & non occidet te bonus odor. Denique audi & hic ex vnguento isto, quomodo aliis erat odor bonus in vitam, aliis odor malus in mortem. Posteaquam hoc fecit religiosa Maria ad domini obsequium, continuo vnus ex discipulis eius, Iudas Iscariotes qui eum erat traditurus, dixit, Quare hoc vnguentum non venit trecentis denariis, & datum est egenis? Væ tibi miser, bonus odor occidit te. Quare enim hoc dixerit, Euangelista sanctus aperuit. Putaremus autem & nos, si mens ipsius nobis per Euangelium non proderetur, pauperum cura hoc illum dicere potuisset: non ita est. Sed quid? audi testem peracem. Dixit autem hoc, non quia de egenis vertinebat ad illum, sed quia fur erat & loculos habens, & ea quæ mittebantur, portabat.) Portabat, an exportabat? sed ministerio portabat, furto exportabat. Ecce audite quia Iudas iste non tunc peruersus factus est, quando a Iudæis corruptus dominum tradidit: plerique enim incuriosi Euangelij, existimant tunc perisse Iudam, quādo accepit a Iudæis pecuniam vt dominum traderet: non tunc perit, iam fur erat, & dominum perditus sequebatur, quia nō corde, sed corpore dominum sequebatur. Duodenarium numerum Apostolorum implebat, Apostolicam beatitudinem non habebat, ad imaginem fuerat duodecim: quo Iuda decedente, & Matthia succedente, & suppleta est apostolica veritas, & numeri permansit integritas. Quid ergo voluit dominus noster Iesus Christus fratres mei admonere Ecclesiam suam, quando vnū perditum inter duodecim habere voluit, nisi vt malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas, & ne contemnas, fur sacrilegus, non qualiscunque fur. Fur loculorum, sed dominicorum, loculorum, sed sacrorum: si crimina discernantur in foro qualiscunque furti, & peculatus: peculatus enim dicitur furtum de re publica, & non sic indicatur furtum rei priuatæ quomodo publicæ: quanto vehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit non vnde cunque tollere, sed de Ecclesia tollere. Qui aliquid de Ecclesia furatur, Iudæ perditio comparatur. Talis erat iste Iudas, & tamen cum sanctis discipulis vnde cimum intrabat & exibat, ad ipsam dominicam cœnam pariter accessit, conuersari cum eis potuit, eos inquinare non potuit. De vno pane & Petrus & Iudas accepit, & tamen quæ pars fidei cum infideli? Petrus enim accepit ad vitam, Iudas ad mortem: quomodo enim ille odor bonus, sic ille cibus bonus: sicut ergo odor bonus, ita & cibus bonus, bonos viuificat, malos mortificat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit: iudicium, sibi non tibi. Si iudicium sibi, non tibi, tolera malum bonus, vt venias ad præmia bonorum, ne mittaris in pœnam malorum. Exemplum domini accipe conuersantis in terra, quare habuit loculos cui angeli ministrauerunt, nisi quia Ecclesia ipsius loculos suos habitura erat: quare furem admittit, nisi vt eius Ecclesia fures patienter tolleret? Sed ille qui cōsueuerat de loculis pecuniam tollere, non dubitauit accepta pecunia ipsum dominum vendere.

D

E

Acto. 1.

F

1. Cor. 6.

1. Cor. 11.

12. q. 1. cap. exemplum.

Videamus

Philip. 1.

**G** Videamus quid ad ista dominus respondeat, videte fratres, non illi ait, propter furta tua dicis ista: furem non erant, & prodere nolebat, sed potius tolerabat, & ad perfrendos malos in Ecclesia nobis exemplū patientiæ demonstribat. Dixit ergo ei Iesus, Sine illā, vt in diem sepulturæ meæ seruet illud. Moriturum se denunciavit: sed quid est quod sequitur, Pauperes enim semper habebitis vobiscum, me autem non semper habebitis. Intelligimus quid est, pauperes semper habebitis: quod dixit, verum est, quando Ecclesia sine pauperibus: Me autem non semper habebitis, quid sibi vult, quomodo intelligendum est, Me autem nō semper habebitis: nolite expauescere, Iudæ dictum est: quare ergo non dixit, habebitis, sed habebitis? quia non vnus est Iudas. Iudas malus corpus malorum significat, quomodo Petrus corpus bonorum, corpus Ecclesiæ, imō corpus Ecclesiæ, sed in bonis: nam si in Petro non esset Ecclesiæ sacramentū, non ei diceret dominus, Tibi dabo clauēs regni cœlorum, quæcunque solueris in terra, soluta erunt & in cœlo: & quæcunque ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlo. Si hoc Petro tantum dictum est, non facit hoc ecclesia: si autem & in Ecclesia fit, vt quæ in terra ligantur, in cœlo ligentur, & quæ soluantur in terra, soluantur in cœlo: quia cum excommunicat Ecclesia, in cœlo ligatur excommunicatus: cum reconciliatur ab Ecclesia, in cœlo soluitur reconciliatus. Si hoc ergo in Ecclesia fit, Petrus quando clauēs accepit, Ecclesiam sanctam significauit. Si in Petri persona significati sunt in Ecclesia boni, in Iudæ persona significati sunt in Ecclesia mali: ipsi dictū est, me autem nō semper habebitis. Quid est enim, non semper, & quid est semper? Si bonus es, si ad corpus Christi pertines, quod significat Petrus, habes Christum in presenti, & in futuro. In presenti per fidem, in presenti per signum Christi, in presenti per baptismatis sacramentum, in presenti per altaris cibum & potum. Habes Christum in presenti, sed habebis semper: quia cū hinc exieris, ad illum venies qui dixit latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Si autem male versaris, videris habere in presenti Christum, quia intras Ecclesiam, signas te signo Christi, baptizaris baptismō Christi, mices te mēbris Christi, accedis ad altare Christi, in presenti habes Christum, sed male viuendo non semper habebis: potest & sic intelligi, Pauperes semper habebitis vobiscū, me autem non semper habebitis. Accipiant & hoc boni, sed non sint solliciti: loquebatur enim de presentia corporis sui: nam secundū maiestatem suam, secundū gratiam prouidentiam, secundū ineffabilem & inuisibilem gratiam impletur quod ab eo dictum est, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsq; ad consummationem seculi. Secundum carnem vero quam verbum assumpsit, secundum id quod de virgine natus est, secundum id quod a Iudæis cōprehensus est, quod ligno confixus, quod de cruce depositus, quod hinc inuolutus, quod in sepulchro conditus, quod in resurrectione manifestatus, non semper habebitis me vobiscum. Quare? Quoniam conuersatus est secundum corporis presentiam quadraginta diebus cum discipulis suis, & eis deducen- tibus videndo, non sequendo ascendit in cœlum, & non est hicibi enim sedet ad dexteram patris, & hic est: non enim recessit presentia maiestatis. Aliter. Secundū presentiam maiestatis semper habemus Christum: secundum presentiam carnis, recte dictum est discipulis, me autem nō semper habebitis. Habuit enim illum Ecclesia secundū presentiam carnis paucis diebus: modo fide tenet, oculis non videt. Ergo si ita dictum est, me autem

non semper habebitis, quæstio sicut arbitror iam nulla est, quæ duobus modis soluta est. Cætera quæ pauca remanent audiamus. Cognovit ergo multa turba ex Iudæis quia illic est, & venerunt, non propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent, quem suscitauit Iesus a mortuis. Curiositas eos adduxit, nō charitas, venerunt & viderunt. Audite mirabile consilium vanitatis. Viso Lazaro resuscitato, quia tantum miraculum domini tanta erat euidencia diffamatum, tanta manifestatione declaratum, vt non possent vel occultare quod factum est, vel negare quod inuenerunt, videte. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent, quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. O stulta cogitatio & cæca scuitia. Dominus Christus qui suscitare potuit mortuum, non possit occisum? Quando Lazaro inferebatur necē, nunquid auferebatis domino potestatem? Si aliud vobis videtur mortuus, aliud occisus, ecce dominus vtrunq; fecit, & Lazarū mortuum, & seipsum suscitauit occisum.

*De eo quod ait, In crastinum autē turba multa, que uenerat ad diem festum, cum audissent quia uenit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei & clamabant, Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel: usque ad id quod ait, Si quis mihi ministrauerit, honorificabit illum pater meus.*

TRACTATUS LI.

**R**osteauam dominus quatruiduanū mortuum resuscitauit, stupentibus Iudæis, & aliis eorum videndo credentibus, aliis intuidendo pereuntibus propter odorem bonū, qui est aliis ad vitam, aliis ad mortem, posteaquā discubuit in domo cum recumbente Lazaro qui fuerat mortuus resuscitatus, post vnguentum effusum super pedes eius, vnde domus odore impleta est, posteaquam vanam scuitiam, & stultissimum & demētissimum scelus Iudæi etiam de occidendo Lazaro corde perditō conceperunt, de quibus omnibus vt potuimus, quod dominus dedit, superioribus sermonibus locuti sumus: nunc intendat charitas vestra, ante domini passionem quātus fructus apparuerit prædicationis eius, & quantus grex ouium ex his quæ perierant domus Israel, vocem pastoris audierit: sic enim loquitur Euangelū, quod modo cum recitaretur, audistis. In crastinum autem turba multa quæ uenerat ad diem festum, cum audissent quia uenit Iesus Hierosolymam, acceperunt ramos palmarum, & processerunt obuiam ei, & clamabant, Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel. Rami palmarum laudes sunt, significantes victoriam, quia erat dominus mortem moriendo superaturus, & trophæo crucis de diabolo mortis principe triumphaturus. Vox autem obsecrantis est, osanna, sicut nonnulli dicunt qui Hebræam linguam nouerunt, magis affectum indicans, quā rem aliquam significans, sicut sunt in lingua Latina quas interiectiones vocant: velut cum dolentes dicimus, heu: vel cum delectamur, vah dicimus: vel cum miramur dicimus, o rem magnam: tunc enim o nihil significat, nisi mirantis affectum. Quod ideo credendum est ita esse, quia neque Græcus, neque Latinus hoc interpretari potuit, sicut illud, Qui dixerit fratri suo racha: nam & hæc interiectio esse perhibetur, affectum indignantis ostendens. Benedictus autem qui uenit in nomine domini, rex Israel: sic potius accipiendum est, vt in nomine domini, in nomine dei patris intelligatur, quāuis possit intelligi etiam in nomine suo, quia & ipse dominus est: vnde & alibi scriptum est, Pluit dominus ad domino.

Sed

**A** Sed verba eius melius nostrum dirigunt intellectum, qui ait, Ego ueni in nomine patris mei, & non suscepistis me: alius ueniet in nomine suo, hunc suscipietis. Humilitatis enim magister est Christus, qui humiliavit semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortē autem crucis. Non itaque omittit diuinitatem, quādo nos docet humilitatem: in illa est patri æqualis, in hac nobis similis. Per quod patri est æqualis, nos vt essemus creauit: per quod nobis est similis, ne periremus redemit. Has ei laudes turba dicebat, Osanna, benedictus qui uenit in nomine domini, rex Israel. Quam crucem mētis inuidētia principum Iudæorū perpeti potuerat, quando regem suum Christum tanta multitudo clamabat: Sed quid fuit domino regem esse Israel? Quid magnū fuit regi seculorum, regem fieri hominū? Nō enim rex Israel Christus ad exigendū tributum, vel exercitum ferro armandū, hostesq; uisibiliter debellandos: sed rex Israel quod mentes regat, q̄ in aternū consulat, quod in regnū cœlorum credentes, sperantes, amantesq; perducatur. Dei ergo filius æqualis patri, uerbum per quod facta sunt omnia, quod rex esse uoluit Israel, dignatio est, non promotio, miserationis indicium est, non potestatis argumentum. Qui enim appellatus est in terra rex Iudæorum, in cœlis est dominus angelorum. Et inuenit Iesus a sellū, & sedit super eum. Hic breuiter dictum est: nam quæadmodum sit factum, apud alios euāgelistas plenissime legitur. Adhibetur autē huic facto prophetico testimonium, vt appareret q̄ maligni principes Iudæorum eum non intelligebant, in quo implebatur quæ legebant. Inuenit ergo Iesus a sellū, & sedit super eum. Sicut scriptum est: Noli timere filia Sion, Ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinæ. In illo ergo populo erat filia Sion, ipsa est Hierusalem quæ Sion: in illo, inquam, populo reprobō & cæco erat, tamen filia Sion cui diceretur, Noli timere, ecce rex tuus uenit sedens super pullū asinæ. Hæc filia Sion cui diuinitus ista dicuntur, in illis erat ouibus, quæ uocem pastoris audiebant: in illa erat multitudo, quæ dominum uenientem tanta deuotione laudabat, tato agmine deducebat. Ei dictum est, noli timere, illū agnosce qui a te laudatur, & noli trepidare cum patitur, quia ille sanguis funditur, per quem tuum delictum deletur, & uita redditur. Sed pullum asinæ in quo nemo federat: hoc enim apud alios euāgelistas inuenitur, intelligimus populum gentiū, qui legem domini non acceperat. Asinā uero, quia vtrunq; iumentū domino adductum est, plebem eius quæ ueniebat ex populo Israel, non indomitā planē, sed quæ præsepe domini agnouit. Hæc nō cognouerunt discipuli eius primum, sed quando glorificatus est Iesus. Id est, quando uirtutē suæ resurrectionis ostendit. Tunc recordati sunt quia hæc scripta erant de eo, & hæc fecerunt ei, Id est, nō alia fecerunt ei quā illa quæ erant scripta de eo. Recolētes quippe secundum scripturam, quæ ante passionē domini completa sunt, ibi & hoc inuenerunt, quod secundum eloquia Prophetarum in pullo asinæ sederet. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cū eo quando Lazarum uocauit de monumento, & suscitauit eū a mortuis, uocare & obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum hoc fecisse signum. Pharisei ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus, ecce mundus totus post eum abit. Turba turbauit turbam. Quid autem inuides cæca turba: quia post eum uadit mundus, per quē factus est mundus? Erant autem Gentiles quidam ex his qui ascenderat vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilææ, &

rogabat eum dicentes, Domine, uolumus Iesum uideri. Venit Philippus & dicit Andree. Andreas rursum & Philippus dicunt Iesu. Audiamus quid dominus ad ista responderit. Ecce uolunt eum Iudæi occidere, Gentiles uideri, sed etiam illi ex Iudæis erant qui clamabant, Benedictus qui uenit in nomine domini rex Israel: ecce illi ex circuncisione, illi ex præputio, uelut duo parietes de diuerso uenientes, & in vnam fidem Christi pacis osculo concurrentes. Audiamus ergo uocem lapidis angularis. Iesus autem, inquit, respondit eis dicens, Venit hora ut glorificetur filius hominis. Hic quisquam forsitan putat ideo se dixisse glorificatum, quia Gentiles eum uolebant uideri, non ita est: sed uidebat ipsos Gētiles post passionem & resurrectionem suam in omnibus gentibus credituros: quia sicut dicit Apostolus, Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret. Ex occasione igitur istorum Gētiliū, qui eum uideri cupiebant, annunciat futuram plenitudinē gentiū, & promittit iam iamq; adesse horā glorificationis suæ, quæ facta in cœlis gentes fuerant creditura: vnde prædictum est, Exaltare super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua. Hæc est gentium plenitudo, de qua dicit Apostolus. Cæcitas ex parte in Israel facta est, donec plenitudo gentiū intraret. Sed altitudinem glorificationis oportuit ut præcederet humilitas passionis, ideo secutus adiunxit, Amen amen dico uobis, nisi granum frumēti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solū manet: si autem mortuum fuerit, multum fructū afferit. Se autē ipsum Iesus dicebat, ipse erat granū mortificandū & multiplicandū: mortificandū in infidelitate Iudæorū, multiplicandū in fide omniū populorū. Iam uero exhortās ad passionis suæ sectanda uestigia, Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duobus modis intelligi potest, qui amat perdet: id est, si amas perde: si cupis uitam tenere in Christo, noli timere mori pro Christo. Item alio modo, qui amat animā suam perdet eam: noli amare ne perdas: noli amare in hac uita, ne perdas in aeterna uita. Hoc autem quod posterius dixi, magis habere uidetur euangelicus sensus: sequitur enim, Et qui odit animam suam in hoc mundo, in uitam aternā custodit eam. Ergo quod supradictum est, qui amat, subintelligitur in hoc mundo, ipse itaque perdet: qui autem odit, utique in hoc mundo, in uitam eternam ipse custodit eam. Magna & mira sententia, quemadmodum sit hominis in uitam suam amor ut pereat, odiū ne pereat: si male amaues, tunc odisti, si bene oderis, tunc amasti. Felices qui oderunt custodiendo, ne perdant amando: sed uide ne tibi subrepat ut te ipsum uelis interimere, sic intelligendo quod debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque peruersi homines, & in seipsis crudeliores & sceleratiores homicida, flammis se donant, aquis se præfocant, præcipitio se collidunt, & pereunt. Hoc Christus non docuit, immo etiam diabolo præcipitium suggerenti respondit, Redi retro satanas, scriptum est, non tentabis dominum deum tuum. Petro autem dixit, significans quia morte clarificaturus erat deum, Cum esses iunior, cingebas te & ambulabas quō uolebas: cum autem senueris, alter te cinget, & feret quō tu non uis: ubi satis expressit, non a seipso, sed ab alio debere occidi, qui uestigia sequitur Christi. Cum ergo causæ articulus uenerit, ut hæc conditio præponatur, aut faciendum esse contra dei præceptum, aut ex hac uita emigrandum: quorum duorum homo si cogatur alterum eligere, cōminante mortem persecutore, ibi eligat deo dilecto

Matth. 16.  
24. q. 1. cap.  
quodcumq;

Lucæ. 23.

Matth. 28.

Acto. 1.

Ioan. 5.  
Philip. 2.

Matth. 21.  
Marc. 11.  
Lucæ. 19.

Zacha. 9.

2. Cor. 2.

M

Matth. 5.

Roma. 11.

E  
Psal. 107.

F

Matth. 4.

Ioan. 21.



G dilecto emori, quam offenso viuere: ibi oderit in hoc mundo animam suam, vt in vitam aeternam custodiat eam.

Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quid est, me sequatur, nisi me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apostolus Petrus, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius. Ecce quod dictum est, si quis mihi ministrat, me sequatur. Quo fructu? qua mercede? quo premio? Et vbi sum, inquit, ego, illic & minister meus erit. Gratias ametur, vt operis quo ministratur illi, precium sit esse cum illo: vbi enim bene erit sine illo, aut quando esse male poterit cum illo? Audi euidetur. Et si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Quo honore, nisi vt sit cum filio eius? Quod enim superius ait, Vbi ego sum, illic & minister meus erit, hoc intelligitur exposuisse cum dicit, honorificabit eum pater meus. Nam quem maiorem honorem accipere poterit adoptatus, quam vt sit vbi est vnicus, non equalis factus diuinitati, sed consociatus aternitati? Quid sit autem ministrare Christo, cui operi merces tanta proponitur, hoc potius debemus inquirere. Si enim hoc putauerimus esse Christo ministrare, ea quae sunt corpori necessaria preparare, aut conuolantem cibum coquere vel apponere, vel poculum dare potumque miscere, fecerunt hoc illi qui potuerunt eum in corpore habere praesentem, sicut Martha & Maria, quando & Lazarus vnus erat ex discumbentibus: sed eo modo Christo etiam Iudas perditus ministravit: nam & loculos ipse habebat: & quantum ex eis quae mittebantur sceleratissime furaretur, per illum tamen etiam necessaria parabantur. Hinc est illud quod cum ei diceret dominus, quod facis fac celerius, arbitrati sunt quidam, quod eum iusserit propter diem festum necessaria preparare, vel indigentibus aliquid dare. Nullo modo igitur de huiusmodi ministris diceret dominus, Vbi sum ego, illic & minister meus erit: & si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus: quoniam Iudaei talia ministrantem, reprobam potius quam honoratum videmus. Vt quid ergo alibi querimus, quid sit ministrare Christo, & non potius in istis ipsis verbis agnoscimus? Cum enim dixit, Si quis mihi ministrat me sequatur: hoc intelligi voluit: ac si diceret, si quis me non sequitur, non mihi ministrat.

1. Petri. 2.

Ioan. 13.

Philipp. 2.

1. Ioan. 2.

Matth. 6.

Matth. 25.

Roma. 10.

Matth. 20.

Vbi ego sum, illic & minister meus erit: nolite tantummodo bonos Episcopos & clericos cogitare, etiam vos pro modulo vestro ministerate Christo, bene viuendo, eleemosynas faciendo, nomen doctrinae eius, quibus potueritis praedicando, vt vnusquisque etiam paterfamilias hoc nomine agnoscat paternum affectum suae familiae se debere pro Christo & pro vita aeterna, suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat beneuolentiam, exerceat disciplinam: ita in domo sua Ecclesiasticam & quodammodo Episcopalem implebit officium, ministrans Christo vt in aeternum sit cum ipso: nam & illam maximam passionis ministrationem, multi ex vestro numero ministrorum, multi non Episcopi neque clerici, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, multi coniugati & coniugatae, multi patres matresque familiae Christo ministrantes, etiam animas suas in eius martyrio posuerunt, & honorificatae patre coronas gloriosissimas receperunt.

Ab eo quod ait, Nunc anima mea turbata est, & quid dicam: usque ad id quod ait, Haec locutus est Iesus, & abiit & abscondit se ab eis.

Tractatus LII.

Postquam dominus Iesus Christus verbis lectionis hesternae ministros suos vt seipsum sequerentur hortatus est, cum ita praedixisset passionem suam, quod nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum afferet: vbi excitauit eos qui eum ad regnum caelorum sequi vellent, vt animam suam odissent in hoc mundo, si eam in vitam aeternam custodire cogitarent, ad nostram rursum infirmitatem suam temperant affectum, & ait, vnde lectio coepit hodierna. Nunc anima mea turbata est. Vnde turbata est domine anima tua? Nempe paulo ante dixisti, Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Ergo ne anima tua, quia in hoc mundo amat, ideo turbatur veniente hora, quae ex hoc mundo egrediatur? Quis hoc de anima domini audeat affirmare? Sed nos in se trahit, nos in se suscepit, caput nostrum membrorum suorum suscepit affectum, & ideo ab aliquo non est turbatum: sed sicut de illo dictum est, cum Lazarus suscitaret, turbauit semetipsum. Oportebat enim vt vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, sicut nos excitauit ad summam, ita nobis compateretur ad infimam: audi superius dicentem, Venit hora vt glorificetur filius hominis, si mortificatum fuerit granum, multum fructum afferet. Audio, qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Nec permittor tantummodo mirari, sed iubeor imitari: deinde sequentibus verbis, Si quis mihi ministrat me sequatur: & vbi sum ego, ibi & minister meus erit, mundum contemnere accendor, & in conspectu meo nihil est vilis vitae huius. Totus quantumlibet fuerit prolixus vapor praesentis vitae pro amore & aeternorum temporalium mihi cuncta vilescunt. Et rursum ipsum dominum meum, qui me illis verbis ab infirmitate mea rapuit ad infirmitatem suam, audio dicentem, Nunc anima mea turbata est. Quid est hoc? Quomodo sequi iubet animam meam, si turbam video an imam tuam? Quomodo sufferram, quod graue tanta firmitas sentit? Quale fundamentum queram, si petra succumbit? Sed video mihi audire in cogitatione mea respondentem mihi dominum meum, & quodammodo dicentem, magis sequeris: quia sic me interpono, audisti ad te vocem fortitudinis meae, audi in me vocem infirmitatis tuae, vires suggero vt curas, nec reprimo quod acceleras, sed transiero in me, quod

\* alius ministrauerunt.

Ioan. 11.

M

\* Gregorum more gentium posuit pro ablatiuo. Sicut maiora horum faciet. & in conspectu meo nihil est vitae huius totum quantumlibet fuerit prolixus, vapor: pro amore &c.

A quod trepidas, & subterno quod transeas. O domine mediator deus supra nos, homo propter nos, agnosco misericordiam tuam: nam quod tu tantum tuae charitatis voluntate turbaris, multos in corpore tuo, qui tuae infirmitatis necessitate turbantur, ne desperando pereant consolari. Denique homo qui sequi vult, audiat quae sequatur. Accessit forte hora terribilis, proponitur optio, aut faciendae iniquitatis, aut subeundae passionis turbatur anima infirma, propter quam sponte turbata est anima iniuncta: praepone tuae voluntati voluntatem dei. Attende enim quid deinde subiugatur creator tuus & magister tuus qui te fecit, & vt te doceret factus est & ipse quod fecit: homo enim factus est qui hominem fecit, sed deus incommutabilis mansit, & hominem in melius commutauit. Audi ergo quid deinde subiugatur, cum haec dixisset, Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam, inquit, pater saluifica me ex hac hora, sed propterea veni in hac hora, pater clarifica nomen tuum. Docuit te quid cogites, docuit quid dicas, quem inuocas, in quo spes, cuius voluntate certam atque diuinam tuam voluntati humanae infirmamque praeponas. Non ideo tibi videatur ex alto deficere, quia te vult ab imo proficere: nam & tentari dignatus est a diabolo, a quo utique si nollet non tentaretur, quemadmodum si nollet non pateretur. Et ea respondit diabolo, quae tu in tetationibus debeas respondere: & ille quidem tetatus est, sed non periclitatus, vt doceret te in tetatione periclitantem tentatori respondere, & post tetatorem non ire, sed de periculo tetationis exire. Sicut autem hic dixit, Nunc anima mea turbata est, ita etiam vbi dicit, Tristis est anima mea usque ad mortem: & pater si fieri potest transeat a me calix iste, ostendit hominis suscepti infirmitatem, vt doceat sic contristatum & contristatum quod sequitur dicere: verumtamen non quod ego volo, sed quod tu vis pater. Sic enim homo ab humanis in diuina dirigitur, cum voluntati humanae voluntas diuina praeponitur. Quid est autem, Clarifica tuum nomen: nisi in sua passione & resurrectione? Quid est ergo aliud, nisi vt pater clarificet filium, qui clarificat suum nomen etiam in similibus passionibus seruatorum suorum: vnde scriptum est de Petro, quod ideo de illo dixerat dominus, Alter te cinget, & feret quod tu non vis: quia significare voluit, quae morte clarificaturus esset deum: ergo & in illo deus clarificabat nomen suum, quia sic etiam in membris suis clarificat Christum. Venit ergo vox de caelo, & clarificauit & iterum clarificabo. Et clarificauit antequam faceret mundum, & iterum clarificabo cum resurget a mortuis, & ascendet in caelum. Et aliter intelligi potest, & clarificauit cum de virgine natus est, cum virtutes operatus est, cum caelo indice per stellam a Magis adoratus est, cum a sanctis spiritu sancto plenus agnitus est, cum descendente spiritu in specie columbae declaratus, cum voce de caelo sonante monstratus, cum in monte transfiguratus, cum miracula multa fecit, cum multos sanauit atque mundauit, cum de paucissimis panibus tantam multitudinem paupum cum ventis & fluctibus imperauit, cum mortuos suscitauit. Et iterum clarificabo, cum resurget a mortuis, cum mors ei ultra non dominabitur, cum exaltabitur super caelos deus, & super omnem terram gloria eius. Turba ergo quae stabat & audierat, dicebat tonitruum factum esse: alij dicebant, angelus ei locutus est. Respondit Iesus & dixit, Non propter me haec vox venit, sed propter vos. Hic ostendit illa voce non sibi indicatam quod iam sciebat, sed eius quibus indicari oportebat. Sicut autem illa vox non propter eum, sed propter alios diuinitate facta est: sic anima eius non propter eum, sed propter alios voluntate

Matth. 26.

Ioan. 21.

C

turbata est. Attende caetera. Nunc, inquit, iudicium est mundi. Quid ergo expectandum est in fine saeculi? Sed in fine quod expectatur iudicium, erit iudicandorum vinorum & mortuorum, iudicium erit praemiorum, poenarumque aeternarum. Quale ergo nunc iudicium est? Iam in superioribus lectionibus quantum potui, communi charitate vestram, dici etiam iudicium non damnationis, sed discretionis, vnde scriptum est, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Multa autem sunt iudicia dei: vnde dicitur in Psalmo, Iudicia tua abyssus multa. Dicit etiam Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius: ex quibus iudiciis etiam hoc est, quod hic ait dominus, Nunc iudicium est mundi, seruat illo iudicio in fine, vbi nouissime viuus & mortui iudicandi sunt. Possidebat ergo diabolus genus humanum, & reos suppliciorum tenebat chirographo peccatorum, dominabatur in cordibus infidelium ad creaturam, colenda deserto creatore, deceptos captiuosque pertrahens: per Christi autem fide, quae morte eius & resurrectione firmata est, per eius sanguinem, qui in remissionem fuit peccatorum, milia credentium a dominatu liberantur diaboli, Christi corpori copulantur, & sub tanto capite vno eius spiritu fidelia membra vegetantur: hoc vocabatur iudicium, hanc discretionem, hanc a suis redemptis diaboli expulsionem. Denique attende quid dicat: quasi quae reuimus quid esset quod ait, Nunc iudicium est mundi, secutus exposuit: ait enim, Nunc princeps huius mundi eicietur foras. Audiuimus quale dixerit esse iudicium: non ergo illud quod in fine venturum est, vbi viuus & mortui iudicandi sunt, aliis ad dexteram, aliis ad sinistram separatis, sed iudicium quo princeps huius mundi eicietur foras. Quomodo ergo intus erat? & quod eum eiciendum dicit foras? Nunquid nam in mundo erat, & extra mundum missus est foras? Si enim de illo iudicio diceret quod in fine venturum est, posset aliquis opinari ignem aeternum, quo mittendus esset diabolus & angeli eius, & omnes qui sunt ex parte eius non natura sed vitio: non quia creauit aut genuit, sed quia persuasit & tenuit. Posset ergo aliquis opinari illum ignem aeternum extra mundum esse, & hoc esse dictum, eicietur foras: quod vero ait, Nunc iudicium est mundi, & expones quid dixerit, Nunc, inquit, princeps huius mundi eicietur foras: hoc intelligendum est quod nunc fit, non quod tantum post futurum est in nouissimo die. Praeuidet ergo dominus quod sciebat, post passionem & glorificationem suam per vniuersum mundum multos populos credituros, in quorum cordibus diabolus intus erat, cui quando ex fide renunciant, eicietur foras: sed dicit aliquis, Nunquid de cordibus Patriarcharum & Prophetarum, veterumque iustorum non eiectus est foras? Eiectus est plane. Quomodo ergo dictum est, nunc eicietur foras? quomodo putamus, nisi quia tunc quod in hominibus paucissimis factum est, nunc in multis magnisque populis iam mox futurum esse praedictum est. Sic & illud quod dictum est, Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus, potest similem habere questionem, & similem solutionem: non enim sine spiritu sancto futura praenunciauerunt Prophetae: aut non etiam dominum infantem in spiritu sancto Symeon senex & Anna vidua cognouerunt, & Zacharias & Helizabet, qui de illo nondum nato, sed iam concepto, tanta per spiritu sanctum praedixerunt. Sed spiritus nondum erat datus, id est, illa abundantia gratiae spiritalis, quae congregati linguis omnium loquerentur, ac sic in linguis omnium gentium futura praenunciaretur Ecclesia, quae gratia spiritali populi congregarentur, quae

Pal. 44.

Pal. 35. Roman. 11.

E

F

Ioan. 7.

Luc. 2. & 7.

**G** longe lateq; peccata dimitterentur, & milia milium deo reconciliarentur. Quid ergo, ait quispiam, quia diabolus de credetium cordibus eiicitur foras: iam fidelium neminem tetat: imò vero tentare non cessat. Sed aliud est intrinsecus regnare, aliud forinsecus oppugnare: nam & munitionissimam civitatem aliquando hostis oppugnat, nec expugnat. Et si aliqua tela eius missa perueniunt, admonet Apostolus unde non ledant, commemorat loriam & scutum fidei. Et si aliquando vulnerat, adest qui sanat, quia sicut pugnantis dicitur est, Hæc scribo vobis, vt non peccetis: ita qui vulnerantur, quod sequitur audiunt: & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio peccatorum nostrorum. Quid enim oramus cum dicimus, Dimitte nobis debita nostra: nisi vt vulnera nostra sanentur? Et quid aliud petimus cum dicimus, Ne nos inferas in tentationem: nisi vt ille, qui insidiatur, vel certat extrinsecus, nulla irrumpat ex parte, nulla nos fraude, nulla nos possit virtute superare? Quanta libet tamen aduersum nos erigat machinas, quando non tenet locum cordis ubi fides habitat, eiectus est foras, Sed nisi dominus custodierit civitatem, inuanum vigilabit qui custodit eam. Nolite ergo de vobis ipsis presumere, si non vultis foras eiec-tum diabolum in trō iterum reuocare. Absit autem vt diabolum mundi principem ita dictum existimemus, vt eum celo & terræ dominari posse credamus: sed mundus appellatur in malis hominibus, qui toto orbe terrarum diffusi sunt, sicut appellatur domus in his, à quibus habitatur, secundum quod dicimus, bona domus est, vel mala domus est, non quando reprehendimus siue laudamus ædificium parietum atque testorum, sed quando mores vel bonorum hominum vel malorum: sic ergo dictum est, Princeps huius mundi, id est, princeps malorum omnium qui habitant in mundo. Appellatur etiam mundus in bonis, qui similiter toto terrarum orbe diffusi sunt: unde dicit Apostolus, Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi: hi sunt ex quorum cordibus princeps huius mundi eiicitur foras. Cum ergo dixisset, Nunc princeps huius mundi eiicitur foras. Et ego, inquit, si exaltatus fuero à terra, omnia traham post me. Supra dixit dominus, vt audistis, cum Euangelium legeretur, omnia traham post me: quæ omnia, nisi ex quibus ille eiicitur foras? Non autem dixit omnes, sed omnia: non enim omnium est fides. Non itaq; hoc ad vniuersitatem hominum retulit, sed ad creaturæ integritatem, id est, spiritum & animam & corpus, & illud quo intelligimus, & illud quo viuimus, & illud quo visibiles & contractabiles sumus: qui enim dixit, Capillus capitis vestri non peribit, omnia trahit post se. Aut si omnia, ipsi homines intelligendi sunt, omnia prædestinata ad salutem possumus dicere, ex quibus omnibus ait nihil esse perituum, cum supra de suis ouibus loqueretur. Aut certe omnia hominum genera, siue in linguis omnibus, siue in ætatibus omnibus, siue in gradibus bonorum omnibus, siue in diuersitatibus ingeniorum omnibus, siue in artium licitarum & vitium professionibus omnibus, & quicquid aliud dici potest secundum innumerabiles differentias, quibus inter se præter sola peccata homines distant ab excelsissimis vsque ad humillimos, à rege vsque ad mendicum, omnia, inquit, traham post me, vt sum caput eorum, & illi membra mea. Sed si exaltatus, inquit, fuero à terra, hoc est, cum exaltatus fuero: non enim dubitat futurum esse, quod venit implere. Hoc referretur ad illud quod superius ait, Si autem mortuum fuerit granum, multum fructum affert: nam exaltatio-

nem suam quid aliud dixit quam in cruce passionem? K quod & ipse Euangelista non tacuit: subiunxit etenim & ait, Hoc autem dicebat, significans quia morte esset moriturus. Respondit ei turba, Nos audiuiimus ex lege, quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis oportet exaltari filium hominis? Et quis est iste filius hominis? Memoriter tenuerunt quod dominus dicebat assidue se esse filium hominis: nam hoc loco non ait, si exaltatus fuerit à terra filius hominis, sed superius dixerat, quod hesternò die lectum atque tractatum est, quando nunciati sunt Gentiles illi, qui eum videre cupiebant, venit hora vt glorificetur filius hominis. Hoc itaque isti animo retinentes, & quod nunc ait, Cum exaltatus fuero à terra, mortem crucis intelligentes, quæsierunt ab illo & dixerunt, Nos audiuiimus ex lege quia Christus manet in æternum, & quomodo tu dicis, oportet exaltari filium hominis? Quis est iste filius hominis? Si enim Christus est, inquit, manet in æternum: si manet in æternum, quomodo exaltabitur à terra? id est, quomodo crucis passione morietur? Hoc enim eum dixisse intelligebant, quod facere cogitabant, non ergo eis verborum istorum obscuritatem aperuit infusa sapientia, sed stimulata conscientia. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in vobis est. Hinc ergo est quod intelligitis, quia Christus manet in æternum. Ergo ambulandum lucem habetis, vt non tenebræ vos comprehendant. Ambulate, accedite, totum intelligite, & meritum Christum, & victurum in æternum, & sanguinem futurum quo redimat, & ascensurum in sublimia, quod perducatur: tenebræ autem vos comprehendunt, si eo modo credideritis Christi æternitatem, vt negetis in eo mortis humilitatem. Et qui ambulat in tenebris, nescit quod vadat. Sic potest offendere in lapidem offensionis, & petram scandali, quod fuit dominus cæcis Iudæis, sicut credentibus lapis, quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli. Hinc designati sunt credere in Christum, quia eorum impietas contempsit mortuum, risit occisum. Et ipsa erat mors grani multiplicandi, & exaltatio trahetis post se omnia. Dum lucem, inquit, habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Cum aliquid veri auditum habetis, credite in veritatem, vt renascamini in veritate. Hæc locutus est Iesus, & abiit & abscondit se ab eis. Non ab eis qui credere & diligere ceperant, non ab eis qui cum ramis palmarum & laudibus obuiam venerant, sed ab eis qui videbant & inuidebant, quia nec videbant: sed in lapidem illum cæcitate offende-bant. Cum autem abscondit se Iesus ab eis, qui eum occidere cupiebant, quod sæpe propter obliuionem commonendi estis, nostræ infirmitati consuluit, non suæ potestati derogauit.

*Ab eo quod scriptum est, Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum: usque ad id quod ait, Dilexerunt gloriam hominum magis quam dei:*

TRACTATUS LIII.

**R**anunciata dominus Christus passione sua, & morte fructuosa in exaltatione sanctæ crucis, ubi dixit se omnia tracturum esse post se, cum intellexissent Iudæi quod de sua morte dixisset, & proposuissent ei quæstionem, quomodo diceret se esse moriturum, cum ex lege audierint, quod Christus manet in æternum, hortatus est eos, vt dum adhuc modicum lumen in eis esset, quo Christum æternum esse didicissent, ambularent vt totum discerent, ne comprehenderentur à tenebris: & cum hæc esset locutus, abscondit se ab eis. Hæc in superioribus dominicis lectionibus verbisq;

**A** verbisque didicistis. Deinde intulit Euangelista unde hodiernum capitulum recitatum est, & ait, Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in eum, vt sermo Esaiæ Prophetæ impleteretur quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Vbi satis ostendit brachium domini ipsum filium dei nuncupatum, non quod deus pater figura determinetur carnis humanæ, eiq; filius tanquam membrum corporis hareat, sed quia omnia per ipsum facta sunt, ideo brachium domini dictum est. Sicut enim tuum brachium, per quod operaris, sic dei brachium dictum est eius verbum, quia per verbum mundum operatus est. Cur enim homo vt aliquid operetur brachium extendit, nisi quia non continuo fit quod dixerit? Si autem tanta potestate præuuleret, vt sine vilo motu corporis sui quod diceret fieret, brachium eius verbum eius esset, quia verbum est cogitabile vel sonabile: sed dominus Iesus vnigenitus dei patris filius, sicut non est patris corporis membrum, ita non est cogitabile vel sonabile ac transitorium verbum, quia cum omnia per ipsum facta sunt, dei verbum erat. Cum ergo audimus brachium dei patris esse dei filium, non nobis obstrepat consuetudo carnalis, sed quantum illo donante possumus, virtutem dei & sapientiam cogitemus, per quam facta sunt omnia. Tale quippe brachium nec porrectum extenditur, nec collectum contrahitur: non est enim ipse qui pater, sed vnum sunt ipse & pater, & æqualis patri, vbi-que totus est sicut pater, ne aliqua pateat occasio de- testabili erroris eorum, qui dicunt solum esse patrem, sed pro diuersitate causarum ipsum dici filium, ipsum dici spiritum sanctum, & in his verbis audent dicere, Ecce videtis, quia solus est pater, si brachium eius est filius: non enim duæ, sed vna persona est homo & brachium eius, non intelligentes, neque aduertentes, quomodo verba de rebus aliis ad res alias transferantur propter aliquam similitudinem etiam in locutionibus quotidianis de visibilibus & notissimis rebus, quæ magis vt nobis ineffabilia qualitercunque dicantur, quæ dici sicuti sunt, omnino non possunt. Nam & homo alterum hominem per quem solet agere quicquid agit, brachium suum appellat, & si ei auferatur, dolens dicit brachium meum perdidit: & ei qui abstulerit dicit, brachium meum mihi abstulisti. Intel- ligant ergo quomodo dictus sit filius patris brachium, per quod pater operatus est omnia, ne hoc non intelligedo, & in sui erroris tenebris permanedo, similes sint Iudæis ipsis: de quibus dictum, & brachium domini cui reuelatum est? Hic occurrit altera quæstio, de qua quidem vt competenter aliquid disputetur, & omnes eius late- brossissimi sinus perscrutentur, & excutiatur vt dignum est, nec mearum virium esse arbitror, nec angustiarum temporis, nec vestrae capacitatis. Tamen quia transire ad alia vestra expectatione non sinimur, nisi aliquid inde dicamus, accipite quod poterimus, & vbi vestrae expectati- onis non suffecerimus, ab illo incrementum poscite, qui nos plantare posuit, & rigare: quia sicut dicit Aposto- lus, Neque qui plâtat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Quidam ergo inter se mulstât, & vbi possunt aliquando proclamant, & turbulenta dis- ceptione contendunt, dicentes, Quid fecerunt Iudæi, vel quæ culpa eorum fuit, si necesse fuit, vt sermo Esaiæ Prophetæ impleteretur quem dixit, Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Quibus respondemus, deum præcium futurorum, per Pro- phetam prædixisse infidelitatem Iudæorum, prædixisse tamen, non fecisse: non enim propterea quenquam deus

ad peccatum cogit, quia futura hominum peccata iam D nouit: ipsorum enim præsciuit peccata, non sua, non cui- usquam alterius, sed ipsorum. Quapropter si ea quæ ille præsciuit ipsorum, non sunt ipsorum, non vere ille præ- sciuit: sed quia illius præsciencia falli non potest, sine du- bio non alij, sed ipsi peccant, quos deus peccaturos esse præsciuit. Fecerunt ergo peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet, sed facturos esse prædixit, quem nihil latet. Et ideo si non malum, sed bonum facere voluissent, non prohiberentur, & hoc factu- ri præuiderentur ab eo qui nouit quid sit quisque factu- rus, & quid ei sit pro eius opere redditurus. Sed quæ se- quuntur Euangelij verba plus virgent, & profundiorera faciunt quæstionem, adiungit etenim & dicit, Pro- pterea non poterant credere, quia iterum dicit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde, & cõuertentur & sa- nem illos. Dicitur enim nobis, Si non poterunt crede- re, quod peccatum est hominis non facientis quod non potest facere: si autem non credendo peccauerunt, po- tuerunt ergo credere & non fecerunt. Si ergo potuerunt, quomodo dicit Euangelium, propterea non poterant cre- dere, quia iterum dicit Esaias, Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt quod est grauius, ad deum referatur causa, qua non crediderunt: quandoquidē ipse excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum. Non enim saltem hoc de diabolo dicitur, sed de deo, quod ipsa Propheti- ca scriptura testatur. Nam si arbitremur hoc dictum de diabolo, quod excæcauit oculos eorum, & cor indurauit, la- borandum est quomodo illorum culpam, quia non credide- runt, possumus ostendere, de quibus dicitur, non poterat credere. Deinde quid respondebimus de alio Prophetæ ipsius testimonio, quod posuit Paulus Apostolus dicens, Quod querebat Israël hoc non est cõsecutus, electio au- tem cõsecuta est, ceteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est, Dedit illis deus spiritum cõpunctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, vsque in hodiernum diem. Audistis fratres mei propositam quæstionem, nepe quam profunda sit cernitis: sed respondeamus vt possumus. Non poterat credere, quia hoc Esaias Propheta prædixit: hoc autem Propheta prædixit, quia deus hoc futurum esse præ- sciuit. Quare autem non poterant, si à me quaratur, cito respondeo, quia nolabant: malam quippe eorum volun- tatem præuidit deus, & per Prophetam prænuiciavit ille, cui abscondi futura non possunt. Sed aliam causam, in- quis, dicit Propheta, non voluntatis eorum: quam cau- sam dicit Propheta? Quia dedit illis deus spiritum cõ- punctionis, oculos vt non videant, & aures vt non audiant, & excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum: etiã hoc eorum voluntatem meruisse respondeo: sic enim excæcat, sic obdurat deus deserendo & non adiuuando, quod occulto iudicio facere potest iniquo non potest. Hoc omnino pietas religiosorum incõcussum debet in- uiolatumq; seruare, sicut Apostolus dicit, cum eandem ipsam tractaret difficillimam quæstionem. Quid ergo dicemus, inquit? Nunquid iniquitas est apud deum? Absit, Si ergo absit vt sit iniquitas apud deum, siue quædo ad- iuuat, misericorditer facit, siue quædo non adiuuat, iuste facit: quia omnia non temeritate, sed iudicio facit. Porro si iudicia sanctorum iusta sunt, quæto magis sanctifican- tis & iustificantis dei iusta ergo sunt, sed occulta. Ideo cum quæstiones huiusmodi in medium venerint, qua- re alius sic, alius autem sic: quare ille deo deserente ex- cæcetur, ille deo adiuuante illuminetur, non nobis iu- dicium de iudicio tanti iudicis usurpemus, sed con-

**G** tremiscentes exclamemus cum Apostolo, O altitudo diuitiarum sapientiae & scientiae dei, quam inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius: unde dictum est in Psalmo, Iudicia tua abyssi multa. Non ergo me fratres ad hanc penetranda altitudinem, ad hanc abyssi discutienda, ad inscrutabilia perscrutanda, expectatio vestrae charitatis impingat. Agnosco modulum meum, sentire mihi videor etiam modulum vestrum: altius est hoc incrementis meis, & fortius viribus meis, puto quia & vestris. Simul ergo audiamus admonentem scripturam atque dicentem, Altiora te ne quaesieris, & fortiora te ne perscrutatus fueris, non quia ista negata sunt nobis, cum deus magister dicat, Nihil est occultum quod non reuelabitur. Sed si in quod peruenimus in eo ambulamus, sicut dicit Apostolus: non solum quod nescimus, & scire debemus: sed etiam si quid aliter sapimus, id quoque nobis deus reuelabit. Peruenimus autem in viam fidei, hanc perseverantissime teneamus, ipsa perducit ad cubiculum regis, in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scientiae absconditi. Non enim ipse dominus Iesus Christus suis illis magnis & praecipue electis discipulis inuidebat, quando eis dicebat, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Ambulandum est, proficiendum est, crescendo est, ut sint corda nostra capacia earum rerum, quas capere modo non possumus. Quod si nos vltimus dies proficientes inuenerit, ibi discemus quod hic non potuimus. Si quis autem istam quaestione liquidius & melius nouit se posse & confidit exponere, absit ut non sim paratior discere quam docere, tantum ne audeat quicquam liberum arbitrium sic defendere, ut nobis orationem qua dicimus, Ne nos inferas in tentationem, conetur auferre: rursum ne quisquam neget voluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum. Sed audiamus dominum, & praecipientem, & opitulantem, & iubentem quid facere debeamus, & adiuantem ut imple-re possimus: nam & quosdam nimia suae voluntatis fiducia extulit in superbiam: & quosdam nimia suae voluntatis diffidentia deiecit in negligentiam. Illi dicunt, ut quid rogamus deum ne vincamur tentatione, quod in nostra est potestate: isti dicunt, ut quid conamur bene viuere, quod in dei est potestate: O domine, & pater qui es in caelis, ne nos inferas in quamlibet istarum tentationum, sed libera nos a malo. Audiamus dominum dicentem, Rogauit pro te Petre, ne desiciat fides tua. Nec sic existimemus fidem nostram esse in libero arbitrio, ut diuino non egeat adiutorio: audiamus & Euangelistam dicentem, Dedit eis potestatem filios dei fieri: ne omnino existimemus in nostra potestate non esse quod credimus, veruntamen in utroque illius beneficia cognoscimus: nam & aegredia sunt gratia, quia data est potestas, & orandum ne succumbat infirmitas. Ipsa est fides quae per dilectionem operatur, sicut eius mensuram dominus cuique partitus est: ut qui gloriatur, non in seipso, sed in domino gloriatur. Non itaque mirum est quia non poterant credere, quorum voluntas sic superba erat, ut ignorantes dei iustitiam, suam vellent constituere: sicut dicit de illis Apostolus, Iustitiae dei non sunt subiecti. Quia enim non ex fide, sed tanquam ex operibus tumuerunt, ipso suo tumore caecati, offenderunt in lapidem offensionis. Sic autem dictum est, non poterant, ubi intelligendum est quod nolebant, quemadmodum dictum est de domino deo nostro, si non credimus, ille fidelis permanet, negare seipsum non potest: de omnipotente dictum est, non potest. Sicut ergo quod dominus negare seipsum non potest, laus est voluntatis diuinae, ita quod il-

li non poterant credere, culpa est voluntatis humanae. **K** Ecce dico & ego, quod qui tam superbe sapiunt, ut suae voluntatis viribus tantum existimant esse tribuendum, ut negent sibi esse necessarium diuinum adiutorium ad bene viuendum, non possunt credere in Christum: non enim aliquid profunt syllaba nominis Christi, & sacramenta Christi, ubi resistitur fidei Christi. Fides autem Christi, est credere in eum qui iustificat impium: credere in mediator, sine quo interposito non reconciliamur deo, credere in saluatorem, qui venit quod perierat querere atque saluare: credere in eum qui dixit, Sine me nihil potestis facere. Qui ergo ignorans dei iustitiam qua iustificatur impius, suam vult constituere qua conuincatur superbus, in hunc non potest credere: hinc & illi non poterant credere, non quia mutari in melius homines non possunt, sed quia talia sapiunt, non possunt credere. Hinc excacatur & indurantur, quia negando diuinum adiutorium non adiuantur. Hoc de Iudeis qui excacati & indurati sunt deus praesciuit, atque in eius spiritu Propheta praedixit: quod vero addidit, Et conuertantur & sanem eos, vtrum subaudiendum sit, non, id est, non conuertantur, connexa desuper sententia, ubi dictum est, ut non videant oculis & intelligant corde, quia & hic utique dictum est, ut non intelligant. Et ipsa enim conuersio de illius gratia est cui dicitur, Deus virtutum conuertere nos. An forte & hoc de supernae medicinae misericordia factum intelligendum est, ut quonia superbae & peruerse voluntatis erant, & suam iustitiam constituere volebant, ad hoc deferrentur, ut excacarentur, ad hoc excacarentur, ut offenderent in lapidem offensionis, & impletur facies eorum ignominia, atque ita humiliati quaerent gloriam domini, & non suam, qua inflatur superbus: sed iustitiam dei, qua iustificatur impius. Hoc enim multis eorum profecit in bonum, qui de suo sceleris copuncti, in Christum postea crediderunt, pro quibus & ipse orauerat dicens, Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: de qua eorum ignorantia & Apostolus dicit, Testimonium illis perhibeo, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam: tunc etenim hoc subiunxit atque ait, Ignorantes enim dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiae dei non sunt subiecti. Haec dixit Esaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Quid viderit Esaias, & hoc quomodo ad dominum Christum pertineat, in libro eius legendum & intelligendum est. Vidit enim non sicuti est, sed modo quodam significatiuo, sicut Propheta visio fuerat informanda: nam vidit & Moyses, & tamen ei quem videbat dicebat, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum manifeste ut videam te, quia non videbat sicuti est. Quando autem nobis hoc futurum sit, idem iste sanctus Ioannes Euangelista in epistola sua dicit, Dilectissimi, filij dei sumus, & nodum apparuit quid erimus: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Poterat dicere quoniam videbimus eum, & non addere, sicuti est. Sed quia sciebat a quibusdam patribus & Prophetis visum, sed non sicuti est: ideo cum dixisset, videbimus eum: addidit, sicuti est, Nemo enim vos fallat fratres eorum qui dicunt inuisibilem patrem, & visibilem filium. Hi enim hoc asserunt qui putant eum esse creaturam, nec intelligunt secundum quod dictum est, Ego & pater vnum sumus, prorsus in forma dei, in qua equalis est patri, etiam filius inuisibilis est. Ut autem ab hominibus videretur, formam serui accepit, & in similitudine hominum factus, visibilis factus est. Ostendit ergo se etiam antequam susciperet carnem oculis hominum, sicut

**A** sicut voluit in subiecta sibi creatura, non sicuti est. Muidemus corda per fidem, ut illi ineffabili, & ut dicam, inuisibili visioni preparauerunt. Beati enim mundo corde, quonia ipsi deum videbunt. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed propter Pharisaeos non confitebantur, ut de synagoga non eicerentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis quam gloriam dei. Videte quemadmodum notauerit Euangelista & improbauerit quosdam, quos tamen in eum credidisse dixit, qui in hoc ingressu fidei si proficerent, amore quoque humanae gloriae proficendo superaret, quam superauerat Apostolus dicens, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est & ego mundo. Ad hoc enim & ipse dominus crucem suam, ubi eum demeria superbae impietatis irrifit, in eorum qui in illum crederet frontibus fixit, ubi est quodammodo sedes verediciae, ut de nomine eius fides non erubescat, & magis dei gloriam quam hominum diligit. **B** Ab eo quod ait Iesus, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me: usque ad id quod ait, Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam & quid loquar.

TRACTATUS LIIII.

**Q**uente domino nostro Iesu Christo apud Iudeos, & tanta miraculorum signa faciente, quidam crediderunt praedestinati in vitam aeternam, quos etiam vocauit oues suas: quidam vero non crediderunt, nec poterant credere, eo quod occulto, nec tamen inuito iudicio dei fuerant excacati & indurati, deserente illo qui superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Eorum autem qui crediderunt, alij usque adeo confitebantur, ut palmarum ramis acceptis venienti occurrerent, in eadem laudis confessione latantes. Alij vero ex principibus, non audebant confiteri, ut de synagoga non eicerentur, quos notauit Euangelista dicens, quod dilexerunt gloriam hominum magis quam gloriam dei. Eorum etiam qui non crediderunt, alij erant postea credituri, quos prauidebat ubi ait, Cum exaltaueritis filij hominis, tunc agnosceatis quia ego sum. Alij vero in eadem infidelitate maneri, quorum imitatrix est etiam ista gens Iudaeorum, quae postmodum debellata, ad testimonium prophetiae, quae de Christo scripta est, in toto penes orbe dispersa est. His ita se habentibus, & sua iam propinquante passione, Iesus clamauit & dixit, unde lectio cepit hodierna, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Nam dixerat quodam loco, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me: ubi intelleximus eum doctrinam suam dixisse verbum patris, quod est ipse, & hoc significasse dicendo, Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit, quod a seipso ipse non esset, sed haberet a quo esset. Deus enim de deo, filius patris: pater autem non deus de deo, sed deus pater filij. Nunc autem quod ait, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, quomodo intellecturi sumus, nisi quia homo apparebat hominibus, cum lateret deus: Et ne putarent hoc esse tantummodo quod videbant, talem ac tantum se volens credi, qualis & quantus est pater. Qui credit in me, inquit, non credit in me, id est, in hoc quod videt, sed in eum qui misit me, id est, in patrem. Sed qui credit in patrem, necesse est eum credere esse patrem: qui autem credit eum patrem, necesse est ut credat eum habere filium: ac per hoc qui credit in patrem, necesse est ut credat in filium. Sed ne quisquam hoc credat de vnigenito filio, quod de is qui dicti sunt filij dei secundum gratiam, non natus

ram: sicut ait Euangelista, Dedit eis potestatem filios dei fieri: unde & illud est quod dominus commemorauit in lege dictum, Ego dixi dii estis, & filij excelsi omnes. Propterea dixit, Qui credit in me, non credit in me, ne totum quod de Christo creditur, secundum hominem crederetur. Ille ergo, inquit, credit in me, qui non credit in me secundum id quod me videt, sed in eum qui me misit: ut cum credit in patrem, credat eum habere filium sibi aequale, & tunc vere credit in me: nam si putauerit eum non habere nisi filios secundum gratiam, qui sunt eius utique creatura, non verbum, sed facta per verbum, nec habere filium aequalem sibi atque coaeternum, semper natum, pariter incommutabilem, ex nullo dissimilem atque impari, non credit in patrem qui eum misit, quia non est hic pater qui eum misit. Et ideo cum dixisset, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me: ne putaretur sic voluisse patrem intelligi, tanquam patrem multorum filiorum per gratiam regeneratorum, non vnici verbi aequalis sibi, continuo subiecit: Et qui videt me, videt eum qui misit me. Nunquid ait, qui videt me, non videt me, sed eum qui misit me: sicut dixerat, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me? Illud namque dixit, ne sicut videbatur, crederetur tantummodo filius hominis: hoc autem dixit, ut patri crederetur aequalis. Qui credit in me, inquit, non credit in hoc quod videt me, sed credit in eum qui misit me: aut cum credit in patrem, qui sibi aequalem genuit me, non quomodo me videt, sed sic credat in me, quomodo in eum qui misit me: usque adeo enim nihil distat inter eum & me, ut qui me videt, videat eum qui me misit. Apostolos suos certe ipse dominus Christus misit, quod eorum etiam nomen indicat: nam sicut Graece angeli, Latine nuntij vocantur, ita Graece Apostoli, Latine missi appellantur: nunquam tamen aliquis Apostolorum dicere auderet, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me, omnino enim non diceret, qui credit in me: credimus enim Apostolo, sed non credimus in Apostolum: non enim Apostolus iustificat impium. Credeti enim in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Posset dicere Apostolus: qui recipit me, recipit eum qui me misit: vel, qui audit me, audit eum qui me misit: hoc enim eis ipse dominus ait, qui vos recipit, me recipit: & qui recipit me, recipit eum qui me misit: quia dominus honoratur in seruo, & pater in filio, sed pater tanquam in filio, dominus tanquam in seruo: filius autem vnigenitus recte dicere potuit, credite in deum, & in me credite: & quod nunc ait, qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me: non a se abstulit fidem credentis, sed noluit in forma serui remanere credentem, quoniam cum quisque credit in patrem qui eum misit, profecto credit in filium, sine quo patrem non esse cognoscit, & ita credit ut credat aequalem, quoniam sequitur, & qui videt me, videt eum qui me misit. Attende caetera. Ego lux in mundum veni, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Dixit quodam loco discipulis suis: Vos estis lux mundi. Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta: neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt: sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est: non tamen eis dixit, vos lux venistis in mundum, ut ois qui credit in vos, in tenebris non maneat: nusquam hoc legi posse confirmo. Lumina ergo sunt omnes sancti, sed crededo ab eo illuminantur, a quo si recesserint, tenebrabitur: lumen autem illud quo illuminatur, a se recedere non potest, quia



G incōmutabile omnino est. Credimus ergo lumini illuminato, sicut Propheta, sicut Apostolo, sed ideo illi credimus, ut nō in ipsum credamus, quod illuminatur, sed cum illo credamus in illud lumen, à quo illuminatur, ut & nos illuminemur, non ab illo, sed cum illo à quo ille. Cum autē dicit, ut omnis qui credit in me, in tenebris non maneat, satis manifestat omnes se in tenebris inuenisse: sed ne in eis tenebris maneat in quibus inuenti sunt, debent credere in lucem, quæ venit in hunc mundum, quia per illam factus est mundus. Et si quis audierit, inquit, verba mea, & custodierit, ego non iudico eum. Memento quæ vos audisse in superioribus lectionibus noui, & qui obliuiscitis, recolite, & qui nō affuistis, sed adestis, audite quomodo dicit filius, Ego non iudico eum: cum dicat alio loco, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: nisi quia intelligendum est, modo non iudico eum. Quare non iudicat modo? Attende quid sequitur: Non enim veni, inquit, ut iudicem mundum, sed ut saluificem mundum: id est, ut saluum faciam mundum: nunc ergo est tempus misericordiarum: postea erit iudicij, quia misericordiam, inquit, & iudicium cātabo tibi domine: sed de ipso etiā futuro nouissimo iudicio videte quid dicat, Qui spernit me & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum: sermo, quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die. Non ait, qui spernit me, & non accipit verba mea, ego non iudico eum in nouissimo die. Hoc enim si dixisset, non video quomodo posset non esse cōtrariū illi sententiæ ubi ait, pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio: cum vero dixit, qui spernit me, & non accipit verba mea, habet qui iudicet eum: expectantibus autē quisnam ille esset, secutus adiūxit: sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die, satis manifestauit se ipsum iudicaturū in nouissimo die: seipsum quippe locutus est, seipsum annūciatū, seipsum ianā posuit, quia ipse ad oues pastor intraret. Aliter itaque iudicabuntur, qui non audierint, aliter qui audierunt & contēperunt. Qui enim sine lege peccauerunt, ait Apostolus, sine lege & peribunt, & qui in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur: Quia ego, inquit, ex me ipso non sum locutus. Ideo se dicit non locutum ex se ipso, quia non est ex se ipso. Iam hoc sepe diximus, iam hoc tanquam notissimū non docere, sed admonere debemus: Sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar. Non laboraremus, si cum eis nos loqui sciremus, cū quibus superiora locuti sumus, & cum eis ipsis non omnibus, sed qui audierunt memoria retinentibus: nunc vero quia fortasse aliqui assunt, qui nō audierūt, eisq; sunt similes, qui obliuiscunt quod audierunt, propter illos perferant moras nostras, qui audita meminerunt: quomodo dat mandatum pater vnico filio? Quo verbo loquitur verbo, cum sit ipse filius vni genitum verbum? Nunquid per angelum, cum per ipsum creati sunt angeli? Nunquid per nubem, quæ quando sonuit ad filium, nō propter ipsum sonuit, quod alibi dicit etiam ipse, sed propter alios quos oportebat ita audire: Nunquid per sonum labijs emissum, qui non habet corpus? An aliquo locorum intervallo filius à patre separatur, ut sit inter illos aer medius, quo percusso vox fiat & ad aures veniat? Absit ut talia de illa incorporea & ineffabili substantia suspicemur: filius vnicus, est verbum patris, & sapientia patris, in illo sunt omnia mandata patris: neque enim patris mādatum filius aliquando nesciebat, ut eum necesse esset ex tempore habere, quod antea non habebat. Ita enim à patre quod habet

accepit, ut nascendo acceperit, dederitq; illi gignendo: nam & vita est, & accepit vitam vtiq; nascendo, non prius sine vita existendo, quia & pater habet vitam, & quod habet est, nec accepit tamen, quia nō ex aliquo est: filius autem accepit vitam dante patre à quo est, & ipse quod habet est: habet enim vitam, & vita est. Ipsum audi loquētē: sicut habet, inquit, pater vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: nūquid existenti, & non haberi dedit? Sed eo dedit, quo genuit, qui vitam genuit, & vita genuit vitā, & quia parem genuit, non imparē genuit vitam, ideo dictum est: sicut habet ipse vitam in semetipso, sic dedit & filio vitam habere in semetipso: vitam dedit, quia gignendo vitā, quid dedit nisi esse vitā? Et quia aeterna est ipsa natiuitas, nunq̄ nō fuit filius, qui est vita, nūquam fuit filius sine vita: & sicut est natiuitas aeterna, sic est qui natus est vita aeterna. Ita & mandatū non quod filius nō habebat pater dedit: sed, sicut dixi, in sapientia patris quod est verbū patris, omnia mādata sunt patris. Dicitur autem mandatū datum, quia nō est à se ipso cui dicitur datum: & hoc est dare filio, sine quo nūquam filius fuit, quod est gignere filiū qui nunquam nō fuit. Sequitur autē: Et scio quia mādatū eius vita aeterna est. Si ergo vita aeterna est ipse filius, & vita aeterna est mādatum patris, quid aliud dictum est, quā ego sum mandatū patris? Proinde & id quod adiūgit & dicit, Quæ ego loquor, sicut dixit mihi pater sic loquor: non accipiamus dixit mihi, quasi pater verba locut' sit vnico verbo, aut egeat dei verbis dei verbum. Dixit ergo pater filio, sicut dedit vitā filio, non q̄ nesciebat vel nō habebat, sed quo ipse fili' erat. Quid est autē, sicut dixit mihi pater sic loquor: nisi, verbū loquor? Ita ille dixit ut verax, ita ille loquitur ut veritas. Verax autem genuit veritatē: quid ergo iā diceret veritatē? Non enim imperfecta erat veritas, cui verū aliquid adderetur. Dixit ergo veritati, quia genuit veritatem. Porro ipsa veritas sic loquitur, ut ei dictum est, sed intelligentibus, quos docet, ut nata est. Ut autem crederent homines quod intelligere nondum valent, ex ore carnis verba sonauerunt & abierunt: transuolantes soni streperunt, peractis morulis temporum suorū: sed res ipse, quarum signa sunt soni, traiecit quodammodo in eorū memoriam, qui audierunt, etiam ad nos per literas, quæ visibilia signa sunt, peruenerunt: non sic loquitur veritas, intelligentibus mētibus intus loquitur, sine sono instruit, intelligibili luce perfundit: qui ergo potest in ea credere natiuitatis eius aternitatem, ipse illam sic audit loquentem, sicut ei dixit pater quod loqueretur. Excitauit nos ad magnum desiderium interioris dulcedinis suæ, sed credendo capimus, ambulando crescimus, proficundo ambulamus, ut peruenire possimus.

Ab eo quod ait, Ante diem festum Pasche, sciens Iesus quia uenit hora eius: usque ad iudicium ait, Veni ergo ad Simonem Petrum. Tractatus. LV.

Oena domini secundum Ioannem adiuuante ipso debitis est explicanda tractatibus, & ut nobis posse donauerit, explananda. Ante diē festū pasche, sciens Iesus quia uenit hora eius, ut trāseat ex hoc mundo ad patrē, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Pascha autem fratres, non sicut quidam existimant, Græcum nomen est, sed Hebræum. Opportunissimè tamen occurrit in hoc nomine quædam congruentia vtrarūque linguarum: quia enim pati Græce πάσχει dicitur, ideo pascha passio putata est, velut hoc nomen à passione sit appellatum: in sua vero lingua, hoc est in Hebræa, pascha transitus dicitur,

A dicitur, propterea quia tunc primum pascha celebravit populus dei, quando ex Aegypto fugientes, rubrum mare transierunt: nūc ergo figura illa Prophetica in veritate completa est, cum sicut ouis ad immolandum ducitur Christi, cuius sanguine illitis postibus nostris, id est, cuius signo crucis signatis frontibus nostris, à perditione huius seculi tanquam à captiuitate, vel interemptione Aegyptia liberamur, & agimus saluberrimum transitum, cum à diabolo transimus ad Christum, & ab isto instabili seculo ad eius fundatissimū regnū: ideo quippe ad deum permanentem transimus, ne cum mundo transeunte transeamus: de hac nobis collata gratia deū laudans Apostolus dicit, Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnū filij claritatis suæ. Hoc itaque nomen, id est pascha, quod Latine, ut dixi, trāsitus nuncupatur, velut interpretans nobis beatus Euangelista: Ante diem, inquit, festum Pasche, sciens Iesus quia uenit hora eius ut transeat ex hoc mundo ad patrē: ecce pascha, ecce transitus. Vnde & quod? De hoc scilicet mundo ad patrem. Spes membrīs in capite data est, quod essent illo transeunte sine dubio secutura: quid ergo infideles, & ab hoc capite, atque ab eius corpore alieni? Nōne & ipsi trāseunt, quia non permanēt? Transeunt plane & ipsi: sed aliud est transire de mundo, aliud est trāsire cum mundo: aliud ad patrem, aliud ad hostem: nā & Aegyptij transierunt, non enim persequendo manserunt, nō tamen transierunt per mare ad regnū, sed in mari ad interitū. Sciens ergo Iesus quia uenit hora eius, ut transiret ex hoc mundo ad patrem: Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Vtiq; ut & ipsi de hoc mundo ubi erant, ad suum caput, quod hinc transisset, eius dilectione transiret: quid est enim, in finem, nisi in Christum? Finis enim legis Christus, ait Apostolus, ad iustitiam omni credenti: finis perficiens, non interficiens: finis quousque eamus, non ubi pereamus. Sic omnino intelligendum est, pascha nostrum immolatus est Christus. Ipse est finis noster, in il lum est transitus noster: nā video posse ista uerba Euāgelica quodam humano modo etiam sic accipi, tanquā usq; ad mortem Christus dilexerit suos, ut hoc videatur esse in finem dilexit eos. Humana est hæc sententia, non diuina: neque enim nos hucusque ille dilexit, qui semper, & sine fine nos diligit, absit ut dilectionē morte finiret, qui non est in morte finitus. Etiam post mortem quinque fratres suos dilexit diues ille superbus atque impius, & usque ad mortem nos dilexisset per adus est Christus: Absit charissimi, nequaquam ille nos diligendo usque ad mortem ueniret, si dilectionem nostrā morte finiret, nisi forte ita sit intelligendum, in finem dilexit eos, usque ad mortem dilexit eos, quia tātum dilexit eos, ut moreretur pro eis. Hoc enim testatus est dicens, Maiorem hac charitatē nemo habet, quā ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Ita sanè nō prohibemur intelligi, in finem dilexit, usque ad mortē dilexit, id est, usque ad mortem illum dilectio ipsa perduxit. Et cœna, inquit, facta, cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiit, & ad deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. Et cum accepisset linteam, præcinxit se: deinde mittit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorū, & extergere linteo quo erat præcinctus. Nō ita debemus intelligere cœnam factam veluti iam consummatā atq; transactam: adhuc enim cœnabatur cum dominus surrexit & pedes lauit discipulis suis: nam postea recubuit,

& buccellā suo traditori postea dedit, vtiq; cœna nō dum finita, hoc est, dū adhuc panis esset in mensa. Cœna ergo facta, dictum est, iam parata, & ad conuiuantiū mensam vsuq; perducta: quod autem ait: Cum diabolus iam misisset in cor ut traderet eum Iudas Simonis Iscariotes: si quæris quid missum sit in cor Iudæ, hoc vtiq; ut traderet eū. Missio ista spiritalis suggestio est, non fit per aurē, sed per cogitationem, ac per hoc nō corporaliter, sed spiritaliter: neque enim spiritalē quod dicitur, semper in laude accipiendum est: nouit Apostolus quædam spiritalia nequitie in cœlestibus, aduersus quæ nobis colluctationem esse testatur: non autē essent maligna etiam spiritalia, si nō essent etiā maligni spiritus. A spiritu enim spiritalia nominantur: sed quomodo ista fiant ut diabolicæ suggestiones immittantur, & humanis cogitationibus miscantur, ut eas tanquā suas deputet homo, vnde scit homo? Nec dubitandum est etiā bonas suggestiones à bono spiritu ita latēter ac spiritaliter fieri: sed interest, quibusnam earum mens humana consentiat, diuino auxilio vel deserta per meritum, vel adiuta per gratiam. Factum ergo iam fuerat in corde Iudæ per immisionem diabolicā, ut traderet discipulus magistrum, sed quem nō diceret deum: iam talis venerat ad conuiuium explorator pastoris, insidiator saluatoris, venditor redemptoris, iam talis venerat & videbatur, & tolerabatur, & se ignorari arbitrabatur: quia in eo quem volebat fallere, falleretur: at ille isto, in ipso corde intus inspecto, nesciente scienter vtebatur. Sciens quia omnia dedit ei pater in manus. Ergo & ipsum traditorem: nam si eum in manibus nō haberet, non vtiq; illo vteretur ut veller. Proinde iam traditor traditus erat ei, quem tradere cupiebat, atque ita malum tradendo faciebat, ut de illo tradito bonum fieret quod nesciebat: sciebat enim dominus quid faceret pro amicis, qui patienter vtebatur inimicis: ac sic omnia dederat pater in manus eius, & in vsum mala, & in effectum bona. Sciens etiā quia à deo exiit & ad deum vadit. Nec deum cum inde exiret, nec nos deserens cum rediret. Hæc ergo sciens: Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua, & cum accepisset linteam, præcinxit se: deinde misit aquam in peluim, & cœpit lauare pedes discipulorū, & extergere linteo quo erat præcinctus. Debemus charissimum sensum Euangelistæ diligenter attendere, locuturus quippe de tanta domini humilitate, prius celsitudinem eius voluit commendare. Ad hoc pertinet quod ait, sciens quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à deo exiit, & ad deum vadit. Cum illi ergo omnia pater dedisset in manus, ille discipulorum non manus, sed pedes lauit: & cum se sciret à deo exisse, & ad deū pergere, non domini dei, sed hominis serui impleuit officium. Ad hoc autem pertinet quod etiam de traditore ipsius, quia iam talis venerat, qui nec ab illo ignorabatur, proloqui voluit, ut hoc quoque ad maximum cumulum humilitatis accederet, quod etiam illi non dedignatus est pedes lauare, cuius manus iam præuidebat in scelere. Quid autem mirum si surrexit à cœna, & posuit vestimenta sua, qui cum in forma dei esset, semetipsum exinaniuit? Et quid mirū si præcinxit se linteo, qui formā serui accipiens habitu inuentus est ut homo? Quid mirum si misit aquā in peluim, vnde lauaret pedes discipulorum, qui in terram sanguinem fudit, quod immunditiam dilueret peccatorum? Quid mirum si linteo quo erat præcinctus, pedes quos lauerat terfit, qui carne quæ erat indutus, Euangelistarum vestigia confirmauit? Et linteo quidem ut se præcingeret, posuit vestimenta sua

Ioan. 5.

Psal. 100.

Roma. 2.

Esaie. 53. Exodi. 14.

Coloss. 1.

B

Roma. 10.

1. Cor. 5.

Lucæ. 16.

Ioan. 15.

Eph. 6.

E

F

Philip. 2.

quæ

Cap. XIII.

G qua habebat. Vt autem formam serui acciperet quando semetipsum exinanivit, non quod habebat deposuit, sed quod non habebat accepit. Crucifigendus sane suis expoliatus est vestimentis, & mortuus involutus est linteis, & tota illa eius passio, nostra purgatio est. Passurus igitur exitia, praemisit obsequia non solum eis, pro quibus erat subiturus mortem, sed etiam illi qui cum fuerat traditurus ad mortem. Tanta est quippe humanae humilitatis utilitas, ut eam suo commendaret exemplo etiam diuina sublimitas, quia homo superbus in aeternum periret, nisi illum deus humilis inueniret: venit enim filius hominis querere & saluam facere quod perierat. Perierat autem superbi & deceptoris secutus, ergo humilitatem redemptoris sequatur inuentus.

Ab eo quod ait, Venit ergo ad Simonem Petrum: & dicit ei Petrus, Domine tu laudas mihi pedes: usque ad id quod ait, Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet, sed est mundus totus: Tractatus LVI.

H Vm lauaret pedes discipulorum dominus: Venit ad Simonem Petrum, & dicit ei Petrus: domine, tu mihi lauas pedes? Quis enim non expauesceret lauare sibi pedes a dei filio? Quamuis itaque magna fuisset audaciae contradicere seruum domino, hominem deo, tamen hoc Petrus facere maluit, quam perpeti ut sibi pedes lauantur a domino & deo. Nec putare debemus hoc Petrum inter ceteros formidasse atque recusasse, cum id alij ante ipsum libenter vel aequanimiter sibi fieri permisissent: facilius quippe sic accipiuntur ista verba Euangelij: quia cum dictum esset, Coepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo quo erat praecinctus: deinde substitutum est, venit ergo ad Simonem Petrum, quasi aliquibus iam lauisset, & post eos venisset ad primum: quis enim nesciat primum Apostolorum esse beatissimum Petrum? Sed non ita intelligendum est, quod post aliquos ad illum venerit, sed quod ab illo coepit: quando ergo pedes discipulorum lauare coepit, venit ad eum a quo coepit, id est, ad Petrum. Et tunc Petrus, quod etiam quilibet eorum expauesceret, expaui atque ait: Domine, tu mihi lauas pedes? Tu mihi: quid est, tu? Quid est, mihi? Cogitanda sunt potius quam dicenda, ne forte quod ex his verbis aliquatenus dignum concipit anima, non explicet lingua. Sed respondit Iesus & dixit ei: quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Nec tamen ille dominici facti altitudine exterritus, permittit fieri, quod cur fieret ignorabat, sed usque ad suos pedes humilem Christum adhuc non vult videre, non potest sustinere. Non lauabis mihi, inquit, pedes in aeternum. Quid est, in aeternum? Nunquam hoc feram, nunquam patiar, nunquam sinam: hoc quippe in aeternum non fit, quod nunquam fit. Tumi saluator aegrum reluctante de ipsius salutis periculo exterritus, Si non lauero te, inquit, non habebis partem mecum. Ita dictum est, si non lauero te, cum de solis pedibus ageretur, quomodo dici solet, calcas me, quando sola planta calcatur. At ille amore & timore perturbatus, & plus expauesces Christum sibi negari, quam usque ad suos pedes humiliari, Domine, ait, non tantum pedes meos, sed & manus & caput. Quandoquidem sic minaris, lauanda tibi membra mea, non solum tibi ima non subtraho, verum etiam prima subterno. Ne mihi neges capiendam tecum partem, nullam tibi nego abluendam mei corporis partem. Dicit ei Iesus: qui lotus est, non habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus. Hic moueatur fortassis quis & dicat: Immo si mundus est totus, quid ei

opus est vel pedes lauare? Dominus autem nouerat quod K dicebat, etiam si nostra infirmitas eius secreta non penetrat: verum tamen quantum nos erudire, & ex lege sua docere dignatur, pro captu meo, pro modulo meo, aliquid etiam ego de huius quaestione profunditate illo adiuuante respondeam, ac primum ipsam locutionem non sibi esse contrariam facillime ostendam: quis enim non ita rectissime loqui possit, mundus est totus praeter pedes? Elegantius autem loquitur si dicit, mundus est totus nisi pedes, quod tantum de valet. Hoc ergo ait dominus, Non habet opus nisi pedes lauare, sed est mundus totus. Totus utique praeter pedes, vel nisi pedes quos habet opus lauare: sed quid est hoc? Quid sibi vult, quid hic necessarium est, ut queramus. Dominus dicit, veritas loquitur, quod opus habeat pedes lauare etiam ille qui lotus est. Quid fratres mei, quid putatis, nisi quia homo in sancto quidem baptismo totus abluitur, non praeter pedes, sed totus omnino: verum tamen cum in rebus humanis postea viuatur, utique terra calcatur, ipsi igitur humani affectus, sine quibus in hac mortalitate non viuatur, quasi pedes sunt, ubi ex humanis rebus afficimur, & sic afficimur, ut si dixerimus, quia peccati non habemus, nos ipsos decipiamus, & veritas in nobis non est. Quotidie igitur pedes lauare nobis, qui interpellat per nos: & quotidie nos opus habere ut pedes lauemus, id est, vias spiritalium gressuum dirigamus, in ipsa oratione dominica consistemus cum dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: si enim confitemur, sicut scriptum est, peccata nostra, profecto ille qui lauit pedes discipulorum suorum, fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate, id est, usque ad pedes quibus conuersamur in terra. Proinde Ecclesia quam mundat Christus lauacro aquae in verbo, non solum in illis est sine macula & ruga, qui post lauacrum regenerationis continuo ex huius vitae contagione tolluntur, nec calcant terram ut opus habeant pedes lauare: verum etiam in iis quibus istam misericordiam praebens dominus, fecit eos de seculo isto lotis etiam pedibus emigrare. In his autem qui hic demorantur, etiam si munda sit, quoniam iuste viuunt, opus tamen habent pedes lauare, quoniam sine peccato utique non sunt. Propter hoc dicit in cantico canticorum: Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dicitur enim hoc cum cogitur ad Christum venire, & terram calcare conuenit. Alia quaestio rursus exoritur: nonne Christus sursum est? nonne ascendit in caelum, & sedet ad dexteram patris? nonne Apostolus ad nos clamat & dicit: Si ergo resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt querite, ubi Christus est in dextera dei sedes, quae sursum sunt sapite, non quae super terram? Quomodo ergo ut ad Christum eamus, terram calcare compellimur, cum potius nobis sursum cor habendum sit ad dominum, ut cum illo esse possimus? Videtis fratres hodierni temporis angustias istam coarctare quaestione. Quod & si vos forte minus videtis, ego utcumque video quantae disputationis indigeat: unde peto ut eam potius suspēdi, quam vel negligentius vel angustius pertractari, non fraudata sed dilata expectatioe patiamini. Aderit enim dominus qui nos debitores facit, ut faciat etiam redditores.

De eadem lectione: Tractatus LVII.

N On immemor mei debiti, & iam reddendi tempus agnosco. Donet unde reddā, qui donauit ut debeam: donauit enim dilectionem, de qua dictum est: Nemini quicquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Donet etiam sermonem quem video me debere

A bere dilectis: expectationem vestram ad hoc nempe distuleram, ut explicarem sicut possem, quemadmodum etiam per terram veniatur ad Christum, cum potius in beamur quae sursum sunt querere, non quae super terram. Sursum enim Christus est sedens ad dexteram patris: sed profecto & hic est propter quod & Saulo in terra sauieni dicit: Saul Saul, quid me persequeris? Vt autem hoc querendum suscipere, id tractabatur quod pedes dominus discipulis lauit, cum iam ipsi discipuli loti essent, nec opus haberent nisi pedes lauare: ubi visum est intelligendum, quod baptismo quidem homo totus abluitur, sed dum isto postea viuatur in seculo, humanis afflictibus terram velut pedibus calcans, ipsa scilicet conuersatione vitae huius contrahit unde dicat, Dimitte nobis debita nostra: ac sic etiam inde mundatur ab eo qui pedes lauit discipulis suis, nec desinit interpellare pro nobis. Hinc occurrunt ex cantico canticorum Ecclesiae verba dicentis: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Cum vellet ire & aperire ei qui venerat ad eam, & pulsauerat, sibi: aperiri poposcerat, ille speciosus forma praefiliis hominum. Hinc quaestio nata est quam coarctare nolimus angustias temporis, ideoque distulimus, quo nam modo Ecclesia timeat inquinare pedes, dum pergit ad Christum, quos baptisate lauerat Christus, sic enim ait: Ego dormio, & cor meum vigilat, vox fratruelis mei pulsat ad ianuam: deinde dicit etiam ipse: Aperi mihi soror mea, proxima mea, coluba mea, perfecta mea, quia caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctis: & respondit illa, Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? O admirabile sacramentum, & grande mysterium. Ergone timet inquinare pedes veniendo ad eum qui lauit suorum discipulorum pedes? Timet certe, quia per terram venit ad eum qui etiam in terra est, quia iudis hic constitutos non deserit: an non ipse ait: Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculorum non ipse ait: Videbitis caelos apertos, & angelos dei ascendentes & descendentes ad filium hominis? Si ascendunt ad eum propterea quia sursum est, quomodo ad eum descendunt si etiam non hic est? Dicit ergo Ecclesia: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? In eis hoc dicit qui possunt omni sece mundati dicere, Cupio dissolui & esse cum Christo, permanere autem in carne magis necessarium propter vos. In eis hoc dicit qui praedicant Christum, & aperiunt illi ostium, ut habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit cum deliberant, utrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant, ut sine culpa impleant, ne forte aliis praedicantes, ipsi reprobi fiant. Tutius enim veritas auditur quam praedicatur, quoniam cum auditur, humilitas custoditur: cum autem praedicatur, vix non surrepit cuius hominum quantalacumque iactantia, in qua utique inquinatur pedes. Ergo ut Apostolus Iacobus dixit: Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum: dicit & alius homo dei, Auditui meo dabis gaudium & letitiam, & exultabunt ossa humiliata: hoc est, quod dixi: Cum veritas auditur, humilitas custoditur: dicit & alius: Amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi, Fruamur auditu, sine strepitu nobis loquente intrinsecus veritate: quaequam etiam cum forinsecus insonat per legentem, per annunciantem, per praedicantem, per disputantem, per praecipiantem, per consolantem, per exhortantem, per ipsum etiam cantantem atque psallentem: ipsi qui haec agunt, inquinare pedes suos timeant, cum placere hominibus surrepete a-

more humanae laudis affectant. Ceterum qui eos audit libenter & pie, non habet locum iactandi se in laboribus alienis, & non inflatis ossibus, sed humiliatis, gaudio gaudet propter vocem dominicae veritatis. Proinde in eis qui libenter & humiliter audire nouerunt, & vitam quietam in studiis dulcibus & salubribus agunt, catholica delitietur Ecclesia & dicat: Ego dormio, & cor meum vigilat: Quid est, Ego dormio & cor meum vigilat: nisi, ita quiesco ut audiam? Ocium meum non impenditur nutrienda desideria, sed percipienda sapientia: Ego dormio, & cor meum vigilat, vaco & video, quoniam tu es dominus, quia sapientiam scribo in tempore ocij, & qui minoratur actu, ipse percipiet eam. Ego dormio, & cor meum vigilat: ego requiesco a negociosis actibus, & animus meus diuini se intedit affectibus: sed in iis qui isto modo suauiter & humiliter requiescunt, dum ociose oblectatur Ecclesia, ecce pulsat ille qui ait: Quae dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, praedicate super tecta. Vox ergo eius pulsat ad ianuam, & dicit: Aperi mihi soror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea, quia caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctis: velut si diceret, tu vacas, & contra me ostium clausum est, tu studes ocio paucorum, & abundante iniquitate refrigescit charitas multorum: nox quippe iniquitas est, ros vero eius & guttae, hi sunt qui frigescent & cadunt, & faciunt refrigescere caput Christi, hoc est, ut non ametur deus, caput enim Christi deus: sed portantur in crinibus, id est, in sacramentis visibilibus tolerantur, sed nequaquam interiora sensus attingunt. Pulsat ergo ut excutiat quietem sanctis ociofis, & clamat: Aperi mihi de sanguine meo soror mea, de accessu meo, proxima mea, de spiritu meo columba mea, de sermone meo, quae plenius ex ocio didicisti perfecta mea, aperi mihi, praedica me ad eos quippe qui claudunt contra me, quomodo intrabo sine aperiete? Quomodo enim audient sine praedicante? Hinc fit ut etiam hi qui amant ocium studiorum honorum, & nolunt perpeti laboriosarum molestias actionum, eo quod minus idoneos ad haec ministranda, & sine reprehensione agenda se sentiunt, mallent si fieri posset, sanctos Apostolos & praedicatores veritatis antiquos excitari aduersus abundantiam iniquitatis, quia feruor frigit charitatis: sed in eis qui iam de corpore exierunt, & carnis indumento expoliati sunt, neque enim ab ea separati sunt, respondeat Ecclesia, Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Recipietur quidem illa tunica, & in eis qui iam exuti sunt, rursus vestietur carne Ecclesia, non tamen nunc quando feruescendi sunt frigidi, sed tunc quando resurrexerunt mortui. Passa ergo difficultatem propter inopiam praedicatorum, & recedens illa sua membra sana sermonibus, sancta moribus, sed iam exuta corporibus, ingemit & dicit Ecclesia: Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Membra illa mea quae Christo aperire euangelizando excellentissime potuerunt, quomodo ad corpora, quibus exuta sunt, redire nunc possunt? Deinde respiciens ad eos qui praedicare, & populos acquirere ac regere, ac sic Christo afferre utique possunt, sed in his difficultatibus actionum peccare metuunt: Laui, inquit, pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quisque enim in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendit in tanta abundantia iniquitatis, tanto frigore charitatis? Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Quandoquidem lego & audio: nolite multi magistri fieri fratres, quoniam maius iudicium sumitis: In multis enim offendimus omnes. Laui pedes meos,

Coloss. 3.

Act. 9.

Matt. 6.

Roma. 8.

Canti. 5.

Psal. 44.

Canti. 5.

Matt. 28.

Ioan. 1.

1. Cor. 9.

Iacobi. 1.

Psal. 50.

Ioan. 3.

L

1. Ioan. 7.

1. Cor. 8.

Roma. 8.

Matt. 6.

Eph. 5.

M

Canti. 5.

Col. 3.

Roma. 13.

Canti. 5.

Psal. 45. Eccle. 3.

Matt. 10.

Canti. 5.

E

1. Cor. 11.

Roma. 16.

F

Canti. 5.

Ioan. 5.

**G** meos, quomodo inquinabo eos? Sed ecce surgo & apertio, Christe laua nos: dimitte nobis debita nostra, quonia non est extincta charitas nostra, quia & nos dimittimus debitoribus nostris. Quando te audimus, exultat tecu in celestibus ossa humiliata. Sed quando te predicamus, terra calcamus vt tibi aperiamus: & ideo si reprehendimur, perturbamur: si laudamur, inflamur. Laua pedes nostros ante mundatos, sed cum ad aperiendum tibi per terram pergitus inquinatos. Hec vobis hodie satis sint dilectissimi: si quid secus quam oportuit dicentes fortassis offendimus, vel laudibus vestris immoderatus quod oportuit eleuati sumus, impetrate mundatione pedibus nostris, deo placentibus orationibus vestris.

*Ab eo quod dicit, Et vos mundi estis, sed non omnes: usque ad id quod ait, Exemplum dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis:*

Tractatus LVIII.

**H** Am illa verba sancti Euangelij, vbi dominus lauans pedes discipulis suis, ait, Qui lotus est semel, non habet necessitatem nisi pedes lauare, sed est mundus totus: dilectioni vestre vt dominus donare dignatus est exposuimus, nunc quod sequitur videamus: Et vos, inquit, mundi estis, sed non omnes. Hoc quid sit ne queremus, ipse Euangelista patefecit, adiungens: Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit, non estis mundi omnes. Quid hoc apertius? Proinde ad sequentia transeamus. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubisset iterum dixit eis: Scitis quid fecerim vobis? Nunc est vt beato Petro reddatur illa promissio: dilatatum enim fuerat, quando expauescenti & dicenti: non laua bis mihi pedes in aeternum: responsum est ei, quod ego facio, tu nescis modo, scies autem postea. Ecce est ipsum postea, iam tempus est vt dicatur, quod paulo ante dilatatum est. Memor itaque dominus se promississe iam dudum scientiam facti sui tam inopinati tam mirabilis, tam expauescendi, & nisi ipse vehementer terruisset, nullo modo finendi, vt magister non tantum ipsorum, sed angelorum, & dominus non tantum ipsorum, sed rerum omnium, lauaret pedes discipulorum & seruatorum suorum. Huius ergo tanti facti quoniam promiserat scientiam dicens, Scies autem postea, quid sit, quod fecit docere nunc incipit: Vos, inquit, vocatis me magister & domine, & bene dicitis: sum etenim. Bene dicitis, quia verum dicitis: sum quippe quod dicitis. Homini preceptum est, Non te laudet os tuum, sed laudet te os proximi tui. Periculosum est enim sibi placere, cui cauendum est superbiere. Ille autem qui super omnia est, quantumcunque se laudet, non se extollit excelsus, nec potest recte dici arrogans deus. Nobis nanque expedit eum nosse, non illi: nec eum quisque cognoscit, si non se indicet ipse qui nouit: si ergo non se laudando quasi arrogantiam vitare voluerit, nobis sapientiam denegabit. Et magistrum quidem quod se esse dicit, nemo reprehenderet, etiam qui eum nihil esse aliud quam hominem crederet, quoniam id profiteretur quod & ipsi homines in quibuslibet artibus vsque adeo sine arrogantia profiterentur, vt professores vocetur. Quod vero dominum & ipse se dicit discipulorum suorum, cum sint illi etiam secundum seculum ingenui, quis ferat in homine? Sed deus loquitur: nulla est hic elatio tante celsitudinis, nullum mendacium veritatis, nobis subiaceat illi vtile est celsitudinis, nobis seruire vtile est veritati. Quod se dominum dicit, non illi vitium est, sed nobis beneficium. Cuius-

dam secularis auctoris verba laudatur, quia dixit: cum omnis arrogantia odiosa est, tum illa ingenij & eloquentia multo molestissima: & tamen idem ipse cum de sua eloquentia loqueretur, dicerem, inquit, perfectam, si ita iudicarem, nec in veritate crimem arrogantia pertimescerem: si igitur ille homo eloquentissimus in veritate arrogantiam non timeret, quomodo arrogantiam ipsa veritas timet? Dicat se dominum qui dominus est, dicat se verum qui veritas est, ne non discam ego quod vtile est, dum tacet ille quod est. Beatissimus Paulus, non utique vnigenitus dei filius, sed vnigeniti dei filij seruus & Apostolus, non veritas, sed particeps veritatis, ait libere & constanter: Et si voluero gloriari, non ero insipiens, veritatem enim dico. Neque enim in seipso, sed in ipsa veritate que superior est ipso, & humiliter & veraciter gloriaretur, quoniam & ipse precepit, vt qui gloriatur, in domino gloriatur. Itane non timeret insipientiam, si gloriari vellet amator sapientia, & in gloria sua timeret insipientiam ipsa sapientia? Non timuit arrogantiam qui dixit, In domino laudabitur anima mea: & in laude sua timeret arrogantiam potestas domini, in qua laudatur anima serui? Vos, inquit, vocatis me magister & domine, & bene dicitis, sum etenim. Ideo bene dicitis, quia sum: nam si non essem quod dicitis, male diceretis, etiam si me laudaretis. Quomodo ergo negaret veritas, quod dicunt discipuli veritatis? Quomodo quod dicunt qui didicerunt, negaret ipse vnde didicerunt? Quomodo fons negat, quod bibens predicat? Quomodo lux occultat, quod videt indicat? Si ergo, inquit, ego laui pedes vestros dominus & magister, debetis & vos alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, & vos ita faciatis. Hoc est beate Petre quod nesciebas, quando fieri non sinebas. Hoc tibi postea sciendum promissit, quando vt sineres terruit te magister tuus & dominus tuus, lauans pedes tuos. Dedicimus fratres humilitatem ab excelsis, faciamus inuicem humiles quod humiliter fecit excelsus. Magna est commendatio humilitatis, & faciunt sibi hoc inuicem fratres, etiam opere ipso visibili, cum se inuicem hospitio recipiunt: est enim apud plerisque consuetudo huius humilitatis vsque ad factum, quo cernatur expressa: vnde & Apostolus cum viduam bene meritam commendaret: Si hospitio, inquit, recipit, si sanctorum pedes lauit. Et apud sanctos vbicumque hac consuetudo non est, quod manu non faciunt, corde faciunt: si in illorum numero sunt, quibus dicitur in Hymno beatorum trium puerorum, Benedicite sancti & humiles corde domino: multo autem est melius & sine controuersia verius, vt etiam manibus fiat, nec dedignetur quod fecit Christus, facere Christianus: cum enim ad pedes fratris inclinatur corpus, etiam in corde ipso vel excitatur, vel si iam inerat, confirmatur ipsius humilitatis affectus: sed excepto isto morali intellectu, ita nos huius dominici facti altitudinem commendasse meminimus, quod lauando pedes iam lotorum atque mundorum discipulorum, significauerit dominus propter humanos quibus in terra versamur affectus, vt quantumlibet profecerimus in apprehensione iustitie, sciamus nos sine peccato non esse, quod subinde abluat interpellando pro nobis, cum oramus patrem qui in caelis est, vt debita nostra dimittat nobis, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quomodo ergo ad hunc intellectum poterit pertinere hoc quod ipse postea docuit, vbi sui facti exposuit rationem, dicens, Si ego laui vestros pedes dominus & magister, debetis & vos alter alteri lauare pedes: Exemplum enim dedi

**A** dedi vobis, vt quemadmodum ego vobis feci, ita & vos faciatis. Nunquid dicere possumus quod etiam frater fratrem a delicti poterit contagione mundare? Immo vero id etiam nos esse admonitos in huius dominici operis altitudine nouerimus, vt confessi inuicem delicta nostra oremus pro nobis, sicut & Christus interpellat pro nobis. Audiamus Apostolum Iacobum, hoc ipsum euidentissime precipientem & dicentem, Cofitemini inuicem delicta vestra & orate pro vobis, quia & hoc dominus nobis dedit exemplum: si enim ille qui vltimum peccatum nec habet nec habuit nec habebit, orat pro peccatis nostris, quanto magis nos inuicem pro peccatis nostris orare debemus? Et si dimittit nobis ille cui non habemus quod dimittamus, quanto magis dimittere nobis debemus inuicem, qui sine peccato hic viuere non valeamus? quid enim videtur in hac altitudine sacramenti dominus significare cum dicit: Exemplum enim dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis: nisi quod apertissime dicit Apostolus, Donantes vobismet ipsis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & dominus donauit vobis, ita & vos inuicem: Itaque nobis delicta donemus, & pro nostris delictis inuicem oremus, atque ita quodammodo inuicem pedes nostros lauemus. Nostrium est donante ipso ministerium charitatis & humilitatis adhibere: illi est exaudire, ac nos ab omni peccatorum contuminatione mundare per Christum, & in Christo, vt quod aliis etiam dimittimus, hoc est, in terra soluimus, soluat in caelo.

*Ab eo quod dicit, Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior eo qui misit illum: usque ad id quod dicit, Qui autem me accipit, accipit illum qui misit me: Tract. LXI.*

**A** V diuimus sanctum Euangelium, loquente domino atque dicente, Amen amen dico vobis, non est seruus maior domino suo, neque Apostolus maior eo qui misit illum: si haec feceritis, beati eritis si feceritis ea. Hoc ideo dixit, quia lauerat discipulorum pedes magister humilitatis, & verbo & exemplo: sed poterimus ea quae sunt operosius differenda, ipso adiuuante differere, si non in eis quae manifesta sunt immoremur. Cum ergo hac dominus praemississet, adiunxit: Non de omnibus vobis dico, ego scio quos elegerim, sed vt impleatur scriptura: qui manducat panem meum, leuabit super me calcaneum suum. Hoc quid est aliud, nisi conculcabit me, notum est de quo loquatur, Iudas ille traditor eius attingitur. Ergo ipsum non elegerat, vnde ab eis quos elegerat, isto sermone fecerunt. Quod ergo dico, inquit, beati eritis si feceritis ea, non de omnibus vobis dico. Est inter vos qui non erit beatus, neque faciet ea, & ego scio quos elegerim: quos nisi eos qui beati erunt faciendo quae praecipit, ac facienda monstrauit, qui efficere beatos potest? Non est igitur traditor Iudas electus. Quid est ergo quod alio loco dicit, Nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? An & ipse ad aliquid est electus, ad quod utique erat necessarius? Non autem ad beatitudinem, de qua modo ait, Beati eritis si feceritis ea? Hoc non de omnibus dicit: scit enim quos ad societatem beatitudinis huius elegerit: non est ex eis iste, qui panem Iudas sic edebat, vt super eum leuaret calcaneum. Illi manducabant panem dominum, ille panem domini contra dominum: illi vitam, ille penam: qui enim manducat indigne, ait Apostolus, iudicium sibi manducat. Amodo, inquit, dico vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis quia ego sum: id est, ego sum de quo illa scriptura praecessit, vbi dictum est: qui mandu-

cat meum panem, leuabit super me calcaneum suum. Deinde sequitur & dicit, Amen amen dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit. Tantum me distare intelligi voluit inter eum quem mittit & seipsum, quantum inter seipsum & patrem deum: hoc si isto modo acceperimus, nescio quos gradus, quod absit, Arrianorum more faciemus. Illi quippe cum audiunt haec Evangelica verba seu legunt, statim ad illos gradus sui dogmatis currunt, quibus non ascendunt ad vitam, sed praecipitantur in mortem: continuo quippe dicunt, Quantum Apostolus filij distat a filio, quantum dixerit, qui accipit si quem misero, me accipit: tantum & filius distat a patre, quantum dixerit, qui autem me accipit, accipit eum qui me misit: sed si hoc dicit, oblitus est haereticus gradus tuos: si enim tanto intervallo propter haec domini verba filium a patre, quantum Apostolum distinguit a filio, vbi positus es spiritus sanctus? Excidit ne tibi? Vis eum ponere post filium? Erit ergo ipse inter Apostolum & filium. Et multo amplius distabit filius ab Apostolo, quam pater a filio. An forte vt inter filium & Apostolum, atque inter patrem & filium maneat paribus intervallo ista distinctio, aequalis erit spiritus sanctus filio? Sed nec hoc vultis: vbi ergo eum posituri estis, si quanta filium patri, tanta Apostolum filio discretionem supponitis? Cohibete itaque vestrae praesumptionis audaciam, & in his verbis nolite querere, quantum filij & Apostoli, tantam patris filijque distanciam. Ipsum filium audite potius dicentem, Ego & pater vnus sum. Vbi veritas vobis inter genitorem & vnigenitum nullam distanciam suspitionem reliquit, vbi gradus vestros Christus elisit, vbi scalas vestras petra confregit: sed haereticorum calumnia refutata, quoniam modo nos accepturi sumus haec dominica verba: qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem me accipit, accipit eum qui me misit: si enim voluerimus intelligere ideo dictum, qui me accipit, accipit eum qui me misit, quod vnus naturae sint pater & filius, consequens videbitur ex eorumdem verborum regula quae dictum est, qui accipit si quem misero, me accipit, vt vnus naturae sit filius & Apostolus. Posset quidem non inconuenienter & hoc intelligi, quoniam geminae est ille gigas substantiae, qui exultauit ad currendam viam: verbum enim caro factum est, hoc est, deus homo factus est. Proinde ita dixisse posset videri, qui accipit si quem misero, me accipit secundum hominem: qui autem me secundum deum accipit, accipit eum qui me misit: sed cum ista dicebat, non ab illo naturae vnitas: sed in eo qui mittitur, mittentis commendabatur autoritas. Sic itaque eum qui missus est vnusquisque accipiat, vt in illo eum qui misit attendat. Si ergo attendas Christum in Petro, inuenies discipuli praepitorem: si autem attendas patrem in filio, inuenies vnigeniti genitorem, ac sic in eo qui missus est, sine vilo accipis errore mittentem. Ea quae sequuntur in Euangelio, non sunt temporis breuitate coarctanda: & ideo sermo iste fratres charissimi, velut ouium sanctarum cibis, si sufficit, salubriter capiatur: si exiguus est, desiderabilis ruminetur.

*De eo quod dicit: Cum haec dixisset Iesus, turbatus est spiritu, & protestatus est, & dixit, Amen amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me: Tractatus LXI.*

**N** On parua fratres ex Euangelio beati Ioannis nobis proponitur quaestio, vbi ait, Cum haec au-

Matt. 6.  
Psal. 50.

Roma. 8.  
Iacobi. 5.

2. Cor. 12.  
2. Cor. 10.  
Coloss. 3.

Psal. 33.

Ioan. 10.

M  
1. Tim. 5.  
Psal. 40.

Daniel. 3.

Ioan. 6.

Matt. 6.

2. Cor. 11.  
Psal. 40.

E

Psal. 118.  
Ioan. 11.  
F



**G** tradet me. Hinc ne turbatus est Iesus, nō carne sed spiritu, quia dicitur fuerat, vnus ex vobis tradet me? Nūquidnam illi hoc tunc primum venit in mentem, vel tunc primum ei subito reuelatum est, eumq; repentina tanti mali nouitas turbauit? Nōne hinc pauloante loquebatur dicens: qui māducat meum panem, leuabit super me calcaneum? Nōne etiā iam superius dixerat: & vos mundi estis, sed non omnes? Vbi Euangelista subiunxit: sciebat enim quisnam esset qui traderet eū, quē iam & antē significauerat dicens: Nōne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus est? Quid est ergo quod nunc turbatus est spiritu, cum protestatus est & dixit: Amen amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me? An quia eum iam fuerat expressurus, vt non lateret in ceteris, sed discerneret à ceteris, & ideo turbatus est spiritu? An quia ipse traditor iam fuerat exiturus, vt Iudæos quibus dominus ab eo traderetur, adduceret, turbauit eum imminēs passio, & periculum proximum, & traditoris impendens manus, cuius fuerat præcognitus animus? tale quippe hoc est quod Iesus turbatus est spiritu: quale etiā illud quod ait, nunc anima mea turbata est: & quid dicā? Pater salua me ex hora hac, sed propterea veni in horam hanc: sicut ergo tunc eius anima turbata est hora propinquante passionis, ita etiam nunc exituro Iudæa atque venturo, & propinquante tanto scelere traditoris, turbatus est spiritu. Turbatus est ergo potestatem habens ponendi animam suam, & potestatem habens iterum sumendi eam. Turbatur tam ingens potestas, turbatur petrae firmitas, an potius in eo nostra turbatur infirmitas? Ita vero nihil indignum credant serui de domino suo, sed cognoscāt se membra in capite suo: qui mortuus est pro nobis, prius turbatus est idemipse pro nobis: qui ergo potestate mortuus est, potestate turbatus est: qui transfigurauit corpus humilitatis nostrae conformē corpori gloriae suae, transfigurauit etiam in se affectum infirmitatis nostrae compatiens nobis affectu animae suae. Proinde quando turbatur magnus, fortis, certus, inuictus, non ei timeamus quasi deficiat, non perit, sed nos querit: nos, inquam, nos omnino sic querit, nos ipsos in illius perturbatione videamus, vt quando turbamur, non desperatione pereamus: quando turbatur qui non turbaretur nisi volens, eum cōsolatur qui turbatur & nolens. Pereant argumenta Philosophorū, qui negāt in sapientem cadere perturbationes animorum: Stultam fecit deus sapientiam huius mundi: Et dominus nouit cogitationes hominum quoniam vanae sunt. Turbetur planē animus Christianus, non miseria, sed misericordia: timeat ne pereant homines Christo, contristetur cum perit aliquis Christo: concupiscat acquirere homines Christo, laetetur cū acquiruntur homines Christo: timeat ne sibi pereat & Christo, contristetur peregrinari se à Christo: concupiscat regnare cum Christo, laetetur dum speret se regnaturū esse cum Christo: istae sunt certe quattuor quas perturbationes vocāt, timor & tristitia, amor & latitia, habeāt eas iustus de causis animi Christiani, nec philosophorum Stoicorū, vel quorumcunque similibus consentiatur errori, qui profecto quemadmodum vanitatem existimant veritatem, sic stuporem deputāt sanitatem, ignorantes sic hominis animum, quemadmodum corporis membrum desperatius agrotare, quando & doloris amiserit sensum: sed dicit aliquis, nunquid aliquid animus Christiani debet etiā morte impendente turbari? Vbi est enim quod ait Apostolus, Concupiscentiā se habere dissolui & esse cū Christo: si illud quod concupiscit, potest eum turbare cū ve-

nerit? Facile est quidem istis ad hanc respondere, qui & ipsam latitiam perturbationem vocant. Quid si enim propterea morte imminente turbatur, quia morte imminente latatur? Sed hoc, inquit, gaudium, nō latitia nominanda est: quid est hoc, nisi ealdem res sentire, & rerum nomina velle mutare? Verum nos sacris literis accommodemus auditum, & secundum ipsas potius istā quaestionem domino adiuuante soluamus. Nec quoniam scriptum est, cum hac dixisset Iesus turbatus est spiritu, dicamus eum latitia fuisse turbatum, ne verbis suis nos ipse cōuincat vbi dicit, Tristis est anima mea vsque ad mortem. Tale aliquid etiam hic intelligendum est, quādo suo traditore iam tunc solo exituro, & cum suis locis continuo redituro, Iesus turbatus est spiritu: firmissimi quidem sunt Christiani, si qui sūt, qui nequaquam morte imminente turbantur: sed nunquid Christo firmiores? Quis hoc insanissimus dixerit? Quid est ergo quod ille turbatus est, nisi quia infirmus in suo corpore, hoc est, in sua Ecclesia, suae infirmitatis voluntaria similitudine consolatus est, vt si qui suorum adhuc morte imminente turbantur, in spiritu ipsū intueatur, ne hoc ipso se putantes reprobos, peiore desperationis morte sorbeantur. Quantum itaque bonum de participatione diuinitatis eius expectare & sperare debemus, cuius nos & perturbatio tranquillat, & infirmitas firmat: siue ergo isto loco propter ipsum Iudam pereantem miserando turbatus est, siue sua morte propinquante turbatus est, non est tamen villo modo dubitandum, nō eum animi infirmitate, sed potestate turbatum, ne nobis desperatio salutis oriatur, quando nō potestate, sed infirmitate turbamur. Carnis quippe ille gerebat infirmitatē, quae infirmitas resurrectione consumpta est: sed quia non solū homo, verum etiam deus erat, ineffabili distantia vniuersum genus humanum animi fortitudine superabat: nō ergo aliquo est cogēte turbatus, sed turbauit semetipsum, quod de illo euidenter expressum est quando Lazarum suscitauit: nam ibi scriptum est, quod turbauerit semetipsum, vt hoc intelligatur, & vbi non scriptum legitur, & tamē eum legitur fuisse turbatum, affectū quippe humanum quando oportuit in se indicauit, in seipso potestate cōmouit, qui hominē totū potestate suscepit.

De eo quod ait, *Aspiciebant ergo ad inuicem discipuli haesitantes de quo diceret: usque ad id, Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post panem intinctum introiuit in illum satanas:*  
Tractatus LXI.

**H**oc Euangelij capitulum fratres, ita nobis exponendum in hac lectione propositum est, vt iam etiam de traditore domini per panē tinctum eique porrectum satis euidenter expresso aliquid dicere debeamus. Et de illo quidem, quod eum iam demonstraturus Iesus turbatus est spiritu, præterito sermone disserui: sed fortassis quod ibi non dixi, etiam hoc nobis dominus significare sua perturbatione dignatus est, quod scilicet falsos fratres, & dominici agri illa zizania ita necesse est vsq; ad messis tempus inter frumenta tolerari, vt quando ex eis aliqua separari etiam ante messem vigenis causa compellit, fieri hoc sine Ecclesiae perturbatione non possit. Hanc perturbationem sanctorū suorum per schismaticos & hereticos futuram, quodāmodo prænunciāns dominus præfigurauit in seipso, cū exituro inde homine malo, & cōmixtionem frumenti, in qua diu fuerat toleratus, separatione aperitissima relicto, turbatus est non carne, sed spiritu. Spiritales enī eius

**A** eius in huiusmodi scandalis non peruersitate, sed charitate turbantur, ne forte in separatione aliquorum zizaniarum simul aliquod eradicetur & triticum. Turbatus itaque est Iesus spiritu, & protestatus est & dixit: Amē amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet me. Vnus ex vobis, vnus numero, nō merito: vnus speciē, nō virtute: cōmixtione corporali, non vinculo spiritali: carnis adiunctione, non cordis socius vnitate. Proinde nō qui ex vobis est, sed qui ex vobis exiturus est: nā quomodo erit verum quod protestatus est dominus & dixit, vnus ex vobis, si verum est quod ait idemipse in Epistola sua, cuius est hoc Euangelium, Ex nobis exierunt, sed nō erāt ex nobis: nam si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: Non erat igitur ex illis Iudæa, mansisset enim cū illis, si esset ex illis. Quid est ergo, vnus ex vobis tradet me: nisi, vnus ex vobis exiturus est qui me tradet? Quia & ille qui ait, Si fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum: iam dixerat, ex nobis exierunt: ac per hoc vtique verum est, & ex nobis & non ex nobis: secundum aliud ex nobis, secundum aliud non ex nobis: secundum cōmunionem sacramentorum ex nobis, secundum suorum proprietatem criminum non ex nobis. Aspiciabant ergo ad inuicem discipuli haesitantes de quo diceret. Sic quippe in eis erat erga magistrū suum pia charitas, vt tamen eos humana alterum de altero stimula- ret infirmitas. Nota quidem sibi erat cuiusque conscientia, veruntamen quia proximi erat ignota, ita sibi singulis quisque erat certus, vt incerti essent & in ceteris singulis, & in singulis ceteri. Erat ergo recubens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Quid dixerit, in sinu, paulo post ait, vbi dicit supra pectus Iesu, ipse est Ioannes cuius est hoc Euangelium, sicut postea manifestat. Erat enim eorū hęc consuetudo qui sacras literas nobis ministrauerunt, vt quando ab aliquo eorū diuina narrabatur historia, cum ad seipsum veniret, tāquam de alio loqueretur, & sic se insereret ordini narrationis suae, tanquam rerū gestarum scriptor, non tanquam suipius prædicator: nam & hoc sanctus Matthæus fecit, qui cum in textu narrationis suae venisset ad seipsum, vidit, inquit, in telonio sedentem quemdam publicanum nomine Matthæum, & ait illi, Sequere me: non ait, vidit me, & dixit mihi: hoc fecit & beatus Moyses, ita de seipso tanquam de alio cuncta narrauit, & ait, dixit dominus ad Moysen: inuitatus Apostolus Paulus, non in historia, vbi rerum gestarum suscipitur explicanda narratio, sed in Epistola hoc fecit: nam vtique de se ipso ait, Scio hominē in Christo ante annos quatuordecim, siue in corpore, siue extra corpus, nescio, deo scit, raptum huiusmodi vsque in tertium cœlum. Quocirca quod etiam hic beatus Euangelista non ait, Eram recubens in sinu Iesu: sed ait, erat recubens vnus ex discipulis: nostrorum auctorum cōsuetudinem agnoscamus potius quā mireremur. Quid enī deperit veritati, quādo & res ipsa dicitur, & modo quodam dicendi iactantia deuitatur? Hoc quippe narrabat, quod ad eius laudē maximam pertinebat. Quid est autem, quem diligebat Iesus: quasi alios non diligeret, de quibus idem ipse Ioannes superius ait: In finem dilexit eos: & ipse dominus? Maiorem hac charitatem nemo habet, quā in vniuersam suam ponat quis pro amicis suis. Et quis enumerat omnia diuinarum testimonia paginarum, quibus dominus Iesus, non illius neque eorum qui tunc erant tātum, sed etiam post futurorum membrorum suorū, & totius Ecclesiae suae dilector ostenditur? Sed profecto laet hic aliquid & pertinet ad sinum, in quo recumbens qui isti

dicebat: per sinum quippe. quid significatur aliud quā secretum? Sed alius est opportunior locus, vbi nobis dominus aliquid donet de hoc secreto quantum sufficiat dicere. Innuit ergo Simon Petrus, & dicit ei. Notanda locutio est, dici aliquid nō sonando, sed tantūmodo innuendo: innuit, inquit, & dicit, vtique innuēdo dicit: si enim cogitando aliquid dicitur, sicut scriptura loquitur, dixerunt apud semetipsos, quanto magis innuēdo, vbi iam foras qualibuscūque signis promitur quod fuerat corde conceptum. Quid ergo dixit innuendo: quid nisi quod sequitur? Quis est de quo dicit? Hęc verba Petrus innuit: quia non sono vocis, sed motu corporis dixit. Itaque cum recubisset ille supra pectus Iesu. Hic est vtique pectoris sinus, sapientiæ secretum. Dicit ei, domine quis est? respondit Iesus, ille est cui ego intinctum panem porrexero: & cum intinxisset panē, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ: & post panem, tunc introiuit in illum satanas. Expressus est traditor, nudata sunt latebræ tenebrarum: bonum est quod accepit, sed malo suo accepit quia male bonum malus accepit. Verum de isto pane tincto qui porrectus est ficto, & de his quae sequuntur, multa dicēda sunt, quibus necessarium est plus tēporis, quā nūc habemus iam in istius fine sermonis.

De eo quod ait, *Dicit ei Iesus, Quod facis fac citius: usque ad id quod ait, Cum ergo exisset, dicit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis:*  
Tractatus LXII.

**S**cio fratres charissimi moueri posse nonnullos, siue pios vt requirāt, siue impios vt reprehendant, quod posteaquam panē tinctum traditori suo dominus dedit, intrauit in illū satanas: sic enim scriptū est, Et cū intinxisset panē, dedit Iudæ Simonis Iscariotæ, & post panē tūc introiuit in illū satanas: dicit enī, Itane hoc meruit panis Christi porrectus de mensa Christi, vt post illum intraret in eius discipulum satanas? Quibus respondemus hinc nos potius doceri, quā sit cauedum male accipere bonum: multum quippe interest, non quid accipiat, sed quis accipiat, nec quale sit quod datur, sed qualis sit ipse cui datur: nā & bona obfunt, & mala profunt, sicut fuerint quibus datur. Peccatum, inquit, Apostolus, vt appareat peccatum, per bonū mihi operatum est mortem: ecce per bonum factum est malum, dum male accipitur bonum: itemq; ipse ait, In magnitudine reuelationum mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus satanæ qui me cōlaphizet, propter quod ter dominū rogauī, vt auferret eum à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nā virtus in infirmitate perficitur: ecce per malum factum est bonum, dum bene accipitur malum. Quid ergo miraris si datus est Iudæ panis Christi, per quem manciparetur diabolo, cum videas econtrario datum Paulo angelum diaboli, per quem perficeretur in Christo: ita & malo bonum obfuit, & malum bono profuit: recordamini vnde sit scriptum, Quicumque manducauerit panem, aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Et de his erat sermo cum hoc Apostolus diceret, qui domini corpus velut alium cibum querit libet indiscrete negligenterq; sumebat: hic ergo si corripitur qui non diiudicat, hoc est, non discernit à ceteris cibis dominicum corpus, quomodo non damnatur qui ad eius mensam fingens amicum, accedit inimicus? Si reprehensione tangitur negligentia cōnuuantis, quā pena percutitur venditor inuitantis? Quid erat autem panis traditori datus, nisi demonstratio cui? gratia fuisse ingratus: Intrauit autem satanas post hunc panem in domini

Psal. 40.

Ioan. 6.

Ioan. 12.

Philipp. 3.

1. Cor. 1. Psal. 93.

Philipp. 1.

Mat. 26.

1. Ioan. 2.

L

M

Mat. 15.

Mat. 9.

1. Cor. 12.

Ioan. 15.

Sapientia

B

Roma. 7.

1. Cor. 12.

1. Cor. 11.

**G** domini traditorem, ut sibi iam traditū plenius posside-  
ret, in quem prius intrauerat ut deciperet: neque enim  
non in illo erat quando perrexit ad Iudæos, & de precio  
tradendi dominum pactus est, cum hoc apertissime Lu-  
cas Evangelista testetur, & dicat, Intravit autem Iudas  
in Iudam, qui cognominabatur Iscariotes, vñ de duo-  
decim, & abiit & locutus est cum principibus sacerdo-  
tum: ecce vbi ostenditur quòd iam intrauerat Iudas in  
Iudam. Prius ergo intrauerat immittendo in cor eius co-  
gitationem qua traderet Christum: talis enim iam ve-  
nerat ad cenandum, nunc autem post panem intravit  
in eum, non ad hoc ut alienum tentaret, sed ut propriū  
possideret: non autem ut putant quidam negligenter le-  
gentes, tunc Iudas Christi corpus accepit: intelligendū  
est enim, quòd iam omnibus eis distribuerat dominus  
sacramentum corporis & sanguinis sui, vbi & ipse Iudas  
erat, sicut sanctus Lucas evidentissime narrat: ac deinde  
ad hoc ventum est, vbi secundum narrationem Ioānis,  
apertissime dominus per buccellam tinctam atque por-  
rectam suam exprimit traditorem, fortassis per panis  
tinctionem illius significans fictionem: non enim om-  
nia quæ tinguntur, abluuntur, sed ut inficiantur nonnul-  
la tinguntur: si autem bonum aliquid hic significat tin-  
ctio, eidem bono ingratum nō immerito est secuta dā-  
natio. Adhuc tamen Iudæ possessio, non à domino sed à  
diabolo, cum homini ingrato intrasset panis in ventre,  
hostis in mentem: adhuc, inquam, tanti mali iam corde  
concepti, plenus restabat effectus, cuius iam præcellerat  
damnandus affectus: itaque cum dominus panis viuis  
panē mortuo tradidisset, & panem tradendo panis tra-  
ditorem ostēdidisset, Quod facis, inquit, fac citius. Nō  
præcepit facinus, sed prædixit Iudæ malum, nobis bonū.  
Quid enim Iudæ peius, & quid nobis melius quam tra-  
ditus Christus ab illo, aduersus illum, pro nobis præter  
illum? Quod facis fac citius: d. verbum libētius parati ad  
passionem, quam irati ad vindictam, d. verbū non tam  
pœnam exprimens venditoris, quam mercem signifi-  
cans redemptoris: dixit enim, quod facis fac citius: non  
tam in perniciem perfidi sciūdo, quam ad salutem fi-  
delium festinando, quia traditus est propter delicta no-  
stra, & dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit pro ea:  
vnde & de seipso dicit Apostolus, Qui dilexit me & tra-  
didit seipsum pro me: nisi ergo se traderet Christus, ne-  
mo traderet Christum: quid habet Iudas nisi peccatum?  
neque enim in tradendo Christo salutem nostram co-  
gitavit, propter quam traditus est Christus, sed cogita-  
uit pecuniæ lucrum, & inuenit animæ detrimentum: ac-  
cepit mercedem quam voluit, sed nolenti est data quā  
meruit: tradidit Iudas Christum, tradidit Christus seip-  
sum: ille agebat negocium suæ venditionis, ista nostræ  
redemptionis. Quod facis fac citius, non quia tu potes,  
sed quia hoc vult qui omnia potest. Hoc autem nemo  
sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei: quidam enim  
putabant quia oculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Ie-  
sus, eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festū, aut ege-  
nis ut aliquid daret. Habebat ergo & dominus oculos,  
& à fidelibus oblata cōseruans, & suorum necessitatibus  
& aliis indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesia-  
sticæ pecuniæ forma est instituta, vbi intelligeremus quod  
præcepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc  
fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ seruetur à sanctis, sed  
ne deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iu-  
stitia deseratur, nam & Apostolus in posterum præui-  
dens, ait, Si quis fidelis habet viduas, sufficienter tribuat  
eis, ut non grauetur Ecclesia, quo veris viduis sufficere

possit. Cum ergo accepisset ille buccellam exiit con-  
tinuo. Erat autem nox, & ipse qui exiit erat nox. Cū  
ergo exisset nox, ait Iesus: Nunc clarificatus est filius  
hominis. Dies ergo diei eructauit verbum, id est, Chri-  
stus discipulis fidelibus, ut audirent eum & amarent se-  
quendo: & nox nocti annunciauit scientiam, id est, Iu-  
das Iudæis infidelibus, ut venirent ad eum, & apprehen-  
derent persequendo: sed iam hinc in sermone domini,  
qui factus est ad pios antequam teneretur ab impiis, in-  
terior flagitatur auditor, & ideo eum præcipitare non  
debet, sed differre potius disputator.

De eo quod dicit, Si deus clarificatus est in eo, & de-  
us clarificabit eum in semetipso, & continuo clari-  
ficabit eum: Tractatus LXIII.

**I**ntendamus mentis obtuitu, & adiuuante do-  
mino deum requiramus: diuini cātici vox est,  
Quærite deum & viuēt anima vestra: quæra-  
mus inueniendum, quæramus inuentum: ut inuenien-  
dus quærat, occultus est, ut inuentus quærat, immē-  
sus est: vnde alibi dicitur, Quærite faciem eius semper.  
Satiat enim quærentem in quantum capit, & inuenien-  
tem capaciorē facit, ut rursus quærat implere, vbi plus  
capere cœperit: non ergo ita dictum est, Quærite faciē  
eius semper: quemadmodum de quibusdam, Semper di-  
scentes, & ad scientiam veritatis nunquam peruenien-  
tes: sed potius sicut ille ait, Cum consummauerit homo,  
tūc incipit, donec ad illam vitam veniamus, vbi sic im-  
pleamur, ut capaciores non efficiamur, quia ita perfecti  
erimus, ut iam non proficiamus: tunc enim ostendetur  
nobis quod sufficit nobis. Hic autem semper quæramus,  
& fructus inuentionis non sit finis inquisitionis: neque  
enim propterea non semper, quia hic tantum, sed ideo  
hic semper dicimus esse quærendum, ne aliquando hic  
putemus ab inquisitione cessandum: nam & de quibus  
dictum est, Semper discentes, & ad veritatis scientiam  
nunquam peruenientes: hic sunt vtique semper discen-  
tes. Cum vero de hac vita exierint, iam nō erunt discē-  
tes: sed erroris sui mercedem accipientes: sic enim dictū  
est, Semper discentes, & ad veritatis scientiam nunquā  
peruenientes: tanquam diceretur, Semper ambulantes,  
& nunquam ad viam peruenientes. Nos autem semper  
ambulemus in via, donec eō veniamus, quò ducit via,  
nusquam in ea remaneamus, donec perducatur vbi ma-  
neamus: atque ita & quærendo tendimus, & inuenien-  
do ad aliquid peruenimus, & ad id quod restat quæren-  
do & inueniendo transimus, quousque ibi fiat finis quæ-  
rendi, vbi perfectioni non superest intentio proficiēdi.  
Hæc prælocutio dilectissimi, intentam fecerit charitatē  
vestram ad istum domini sermonem, quem ad discipu-  
los habuit ante passionem: profundus est enim, & vtique  
vbi multum laboraturus est disputator, nō remissus de-  
bet esse auditor. Quid ergo ait dominus posteaquam Iu-  
das exiit, ut citius faceret quod erat factus, hoc est, do-  
minum traditurus? Quid ait dies, cū exisset nox? Quid  
ait redemptor, cum exisset venditor? Nunc, inquit, cla-  
rificatus est filius hominis. Quare nunc? Nunquid quia  
exiit qui tradit, quia imminet qui teneant & occidat?  
Itane nunc clarificatus est, quia prope est ut humilietur  
amplius, cui iam impendit ut alligetur, vt iudicetur, vt  
condēnetur, vt irrideatur, vt crucifigatur, vt interima-  
tur? Hæc ne est clarificatio, an potius humiliatio? Nōne  
quando miracula faciebat, ait tamen de illo iste ipse Ioā-  
nes, Spiritus non erat datus, quia Iesus nōdum erat glo-  
rificatus? Tunc ergo nondum erat glorificatus, cū mor-  
tuos

**A** tuos suscitaret, & nunc est glorificatus cū mortuis pro-  
pinquaret: nōdū erat glorificatus faciens diuina, & glo-  
rificatus est passurus humana? Mirū, si hoc deus ille ma-  
gister significabat, & docebat his verbis: altius est per-  
seruandum altissimi dictū, qui se aliquantū manifestat  
ut inueniamus, & iterum occultat ut inquiramus, & de  
inuentis ad inueniendā tāquam passibus innitatur: vi-  
deo hic aliquid quod præfigeret magnū aliquid: exiit Iu-  
das, & clarificatus est Iesus: exiit filius perditionis, & cla-  
rificatus est filius hominis: ille quippe exierat propter  
quem dictum erat eis, Ego vos mundi estis, sed non om-  
nes: exeunte itaque immundo, omnes mundi remāse-  
runt, & cum suo mundatore manserunt: tale aliquid e-  
rit cum victus à Christo transferit hic mūdus, & nemo  
in populo Christi remanebit immūds, cum zizaniis à  
triticis separatis, iusti fulgebunt sicut sol in regno patris  
eorum. Hoc futurū præuidens dominus, & nunc signi-  
ficatum esse contestā, discedente Iuda tanquā zizaniis  
separatis, remanētibus tanquā tritico Apostolis sanctis:  
Nunc, inquit, clarificatus est filius hominis: tanquam di-  
ceret, ecce in illa clarificatione mea quid erit, vbi ma-  
lorū nullus erit, vbi bonorū nullus perit: Sic autē nō est  
dictū, nūc significata est clarificatio filij hominis: sed di-  
ctum est, nunc clarificatus est filius hominis: quemad-  
modū non est dictum, petra significat Christum, sed  
petra erat Christus: nec dictum est, bonū semen signifi-  
cabat filios regni, aut zizania significabat filios maligni:  
sed dictum est, Bonum semen hi sunt filij regni, zizania  
autem filij maligni: Sicut ergo solet loqui scriptura res  
significātes, tanquā illas quæ significantur appellans, ita  
locutus est dominus dicens, Nunc clarificatus est filius  
hominis, posteaquam separato inde nequissimo, & secū  
remanentibus sanctis significata est glorificatio eius,  
quando separatis iniquis manebit in æternitate cū san-  
ctis: cum autem dixisset, nunc clarificatus est filius ho-  
minis, adiunxit, Et deus clarificatus est in eo. Ipsa est  
enim clarificatio filij hominis, vt deo clarificetur in eo:  
si enim nō ipse in seipso, sed deus in illo clarificatur, tūc  
illum deus in se clarificat: denique tanquā ista exponens,  
adiungit & dicit, Si deus clarificatus est in eo, & deus  
clarificauit eū in semetipso. hoc est, si deus clarificatus  
est in eo, quia nō venit facere voluntatem suam, sed vo-  
luntatem eius qui misit illum, & deus clarificauit eū in  
semetipso, vt natura humana in qua est filius hominis,  
quæ à verbo æterno suscepta est, & iam immortalī æter-  
nitate dominetur. Et continuo, inquit, clarificabit eū,  
resurrectionem, scilicet suam, non sicut nostram in fine  
seculi, sed continuo futuram hac attestatōne prædicēs.  
Ipsa est enim clarificatio de qua Euangelista iam dixe-  
rat, quod paulo ante commemorauit, quia propterea nō-  
dum spiritus datus erat vllō nono modo in eis, quibus  
fuerat eo modo post resurrectionē credentibus dandus,  
quia Iesus nondum fuerat clarificatus, id est, nondū fue-  
rat mortalitas immortalitate vestita, & in æternam vir-  
tutem temporalis infirmitas commutata. Potest & de  
ista clarificatione dictum videri, nunc clarificatus est  
filius hominis, vt quod ait nunc, non ad inminentem  
passionem, sed ad vicinam resurrectionem pertinere  
credatur, tanquam fuerit factum quod erat tam proxi-  
me iam futurū. Hodie dilectioni vestræ ista sufficiat, cū  
donauerit dominus, de cōsequētibus postea differemus.

De eo quod dicit, Filioli, adhuc modicum vobiscū sum,  
quæretis me, & sicut dixi Iudæis, quò ego vado nos  
non potestis venire, & vobis dico modo:  
Tractatus LXIII.  
Tomus nonus.

**A**duertenda est charissimi, dominicorum ver-  
borum ordinata connexio: cum enim superius  
dixisset, posteaquam Iudas egressus est, & ab il-  
la sanctorum etiam corporali conuersatione seiunctus  
est, nūc clarificatus est filius hominis, & deus clarifica-  
tus est in eo, quod siue futurum regnum significans di-  
xit, quando mali separabuntur à bonis, siue quod eius resur-  
rectio tunc futura esset, id est, differenda non esset, sicut  
in finem seculi nostra differretur, ac deinde addidisset. Si  
deus clarificatus est in eo, & deus clarificauit eum in se-  
metipso, & continuo clarificabit eū, quod sine vlla am-  
biguitate de sua resurrectione continuo futura testatus  
est, adiecit atque ait, Filioli adhuc modicum vobiscū sum.  
Ne putarent ergo quod sic eum clarificatus esset deus, vt  
non eis iungeretur vltius ea cōuersatione qua in ter-  
ra est, adhuc modicum, inquit, vobiscū sum: tanquam  
diceret, continuo quidem resurrectione clarificabor, nō  
tamen continuo ascensus in cœlum, sed adhuc modicum  
vobiscū sum: sicut enim scriptum est in Actibus  
Apostolorum, fecit cum eis post resurrectionē quadra-  
ginta dies intrans & exiens, & manducans & bibēs, nō  
quidē habens esuriēdi ac sitiēdi egestatem, sed vsq; ad  
ista carnis insinuans veritatem, quæ cibandi ac potandi  
iam non habebat necessitatē, sed potestatem: hos ergo  
quadraginta dies significauit, dicens, adhuc modicum  
vobiscū sum, an aliquid aliud potest enim & sic intel-  
ligi, adhuc modicum vobiscū sum, adhuc sicut vos in  
hac infirmitate carnis etiā ipse sum, donec scilicet mo-  
reretur atque resurgeret: quia posteaquā resurrexit, cū illis  
quidem fuit diebus, vt dictū est, quadraginta exhibitio-  
ne corporalis præsentia, sed non cum illis fuit consor-  
tio infirmitatis humanæ. Est & aliter diuina præsentia  
sensibus ignota mortalibus, de qua item dicit, Ecce ego  
vobiscū sum, vsq; ad cōsummationem seculi: hoc certe  
non est, adhuc modicum vobiscū sum, non enim mo-  
dicum est vsque ad cōsummationem seculi: aut si & hoc  
modicum est, volat enim ætas, & in oculis dei mille anni  
sicut dies vnus, aut sicut vigilia in nocte, non tamē hoc  
significare voluisse credendus est nunc, quando quidem  
secutus adiunxit, Quæretis me, & sicut dixi Iudæis,  
quò ego vado, vos non potestis venire. Vtique post hoc  
modicum quo vobiscū sum quæretis, & quò ego va-  
do, vos non potestis venire. Nunquid post consumma-  
tionē seculi quò ipse vadit, venire nō poterunt? vbi est  
quòd aliquāto post in hoc ipso sermone dicturus est, Pa-  
ter, volo vt vbi ego sum, & ipsi sint mecum: non ergo de il-  
la sua cum suis præsentia qua cum illis est vsque ad cō-  
summationē seculi, nūc locutus est, vbi ait, adhuc modi-  
cum vobiscū sum, sed vel de infirmitate mortali qua  
cum illis erat vsque ad passionē suam, aut de præsentia  
corporali qua cum illis futurus erat vsque ad ascensionē  
suam: quodlibet horum quis eligat, cum fide nō litigat.  
Ne cui autem videatur abhorreere iste sensus à vero, quo  
dicimus dominum mortalis carnis cōmunionē, in qua  
cum discipulis vsque ad passionem fuit, significare po-  
tuisse, dicendo, adhuc modicum vobiscū sum: apud aliū  
quoque Euangelistam post resurrectionē verba eius at-  
tendat, vbi ait, Hæc locutus sum vobis, cum adhuc essem  
vobiscū: quasi tunc non erat cum ipsis simul assisten-  
tibus, videntibus, tangentibus, colloquentibus? Quid est  
ergo, cum adhuc essem vobiscū, nisi cum adhuc essem  
in carne mortali, in qua estis & vos. Tūc enim quidem  
in eadem carne resuscitatus erat, sed cum illis in eadem  
mortalitate iam non erat, quapropter sicuti ibi iam im-  
mortalitate carnis indutus veraciter ait, cū adhuc essem  
vobiscū,

Roma. 4.  
Ephes. 5.  
Gal. 1.

12. q. 1. habe-  
bat.

1. Tim. 5.

Ioan. 7.

Act. 14.

Matt. 18.

Psal. 89.

Ioan. 17.

Luc. 24.

**G** vobiscum, vbi nihil aliud intelligere possum, nisi cum adhuc essem in carnis mortalitate vobiscum: ita & hic non absurde dixisse intelligitur, adhuc modicum vobiscum sum, tãquam diceret, adhuc modicum sicut vos estis, mortalis sum ego: ergo sequentia videamus, Queretis me, & sicut dixi Iudæis, quod ego vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo, hoc est, modo non potestis venire: Iudæis autem, cum hoc diceret, non addidit modo. Isti itaque venire non poterant tunc quod ille ibat, sed poterat postea, nam hoc Apostolo Petro aperitissime paulopost ait: cum enim dixisset ille, Domine quod vadis: respondit ei, Quod ego vado, non potes me modo sequi, sequeris autem postea: sed hoc quid sit, non negligenter est prætereundum. Quod enim sequi tunc non poterant discipuli dominum, sed postea poterant: Si dixerimus ad mortem homini nato, quod inuenitur tempus quo ad moriendum non sit idoneus, quandoquidẽ talis est in corpore corruptibili hominum fors, ut non sit in ea facilius vita quam mors: non igitur adhuc minus idonei erant sequi dominum ad mortem, sed minus idonei erant sequi dominum ad vitam quã non habet mortem: Illud quippe ibat dominus, ut resurgens à mortuis iam non moreretur, & mors ei vltra non dominaretur. Moriturum quippe dominum pro iustitia quomodo iam fuerant secuturi adhuc martyrio nõ natum: Aut iturum dominum ad immortalitatem carnis, quomodo iam fuerant secuturi quandolibet morituri, sed in fine seculi resurrecturi: Aut iturum dominum ad sinum patris, nec relicurum eos, unde nec recessit cum venisset ad eos quomodo iam fuerant secuturi, cum esse nemo possit in illa felicitate nisi perfectus in charitate: Ideoq; docens quomodo idonei esse possint pergere quod ille antecedebat, Mandatum, inquit, nouum do vobis ut diligatis inuicem. Hi sunt gressus quibus sequendus est Christus, sed de his sermo vberior in aliud tempus est differendus.

*De eo quod dicit: Mandatum nouum do vobis ut diligatis inuicem sicut dilexi uos, ut et vos inuicem diligatis: in hoc cognoscet omnes quia mei discipuli estis, si dilectione habueritis ad inuicem: Tract. LXV.*

**I** Dominus Iesus mandatum nouum se discipulis suis dare testatur, ut diligant inuicem: Mandatum, inquit, nouum do vobis, ut diligatis inuicem. Nonne iam erat hoc mandatũ in antiqua dei lege, vbi scriptum est, Diliges proximum tuum tanquam teipsum: Cur ergo nouum appellatur à domino, quod tã vetus esse conuincitur? An ideo est mandatum nouum, quia exuto vetere induit nos hominem nouum? Innuat quippe audientem, vel potius obedientem nõ omnino, sed ista dilectio quam dominus mandat, & vt à carnali dilectione distingueret, addidit, sicut dilexi vos. Nam diligunt inuicem mariti & vxores, parentes & filij, & quacũq; alia inter se homines necessitudo humana deuinxerit, ut taceamus de dilectione culpabili atq; dånabili qua diligunt inuicem adulteri & adulteræ, scortatores & meretrices, & quoscunq; alios non humana necessitudo, sed humana vitæ noxia turpitudine coniungit. Mandatum ergo nouum dedit nobis Christus, ut diligamus inuicem, sicut & ipse dilexit nos. Dilectio ista nos innouat, ut simus homines noui, hæredes testamenti noui, cantatores cantici noui. Hæc dilectio fratres charissimi, antiquos etiam tunc iustos, tunc patriarchas & prophetas, sicut postea beatos apostolos innouauit, ipsa & nunc innouat gentes, & ex vniuerso genere humano

quod diffunditur toto orbe terrarũ, facit & colligit populum nouũ, corpus nouæ nuptiæ filij dei vnigeniti spõsa, de qua dicitur in cantico canticorũ, Quæ est ista quæ ascēdit dealbata, utiq; dealbata quia innouata, unde nisi mandato nouo? Propter quod pro inuicẽ sollicitata sunt membra in ea, & si patitur vnum membrum, cõpatiuntur omnia mēbra, & si glorificatur vnum membrum, congaudet omnia membra: audiunt enim atque custodiunt, mandatum nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis, non sicut se diligunt homines, quoniam homines sunt: sed sicut se diligunt quoniam dii sunt & filij altissimi omnes, ut sint filij eius vnici fratres, ea dilectione inuicem diligentes, qua ipse dilexit eos, perducitur eos ad illum finem qui sufficit eis, vbi fatietur in bonis desiderium eorũ. Tunc enim aliquid desiderio nõ deerit, quando omnia in omnibus deus erit: talis finis non habet finem, nemo ibi moritur, quod nemo peruenit, nisi huic seculo moriatur, nõ morte omnium qua corpus ab anima deseritur, sed morte electorum qua etiam cum in carne mortali adhuc manetur, cor sursum ponitur: de qua morte dicebat Apostolus, Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in deo: hinc fortasse dictum est, Valida est sicut mors dilectio. Hæc enim dilectio fit, ut in isto adhuc corruptibili corpore constituti, moriamur huic seculo, & vita nostra abscondatur cum Christo in deo: imò ipsa dilectio est mors nostra seculo, & vita cũ deo: si enim mors est quando de corpore anima exit, quomodo nõ est mors quando de mũdo amor noster exit? Valida est ergo sicut mors dilectio: quid ea validius, qua vincitur mũdus? Nolite itaq; fratres mei, putare in hoc quod ait dominus, Mandatum nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis: illud maius prætermisum esse mandatum, quo præcipitur ut diligamus dominum deũ nõ strũ ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente: tanquam enim hoc prætermisum videtur dictũ ut diligam inuicem, velut hoc ad illud alterum non pertineat, quod dictum est, Diliges proximum tuum tãquam teipsum, in his enĩ duobus præceptis, inquit, tota lex pendet & Propheta: sed bene intelligentibus vtrunque inuenitur in singulis: nam & qui diligit deum, non eum potest cõtemnere præcipientem ut diligit proximum: & qui sancte ac spiritaliter diligit proximum, quid in eo diligit nisi deum? Ipsa est dilectio ab omni mundana dilectione discreta, quam distinguendo addidit dominus, sicut dilexi vos: quid enim nisi deum dilexit in nobis? Nõ quod habebamus, sed vt haberemus, ut perducatur nos sicut paulo ante dixi, vbi sit deus omnia in oĩbus: sic enim medicus recte dicitur agros diligere, & quid in eis nisi salutem diligit, quã cupit itaq; reuocare, non morbum, quẽ venit expellere: Sic ergo & nos inuicem diligamus, ut quantum possumus inuicem, ad habendum in nobis deũ cura dilectionis attrahamus: hæc dilectione nobis donat ipse dominus, qui ait, Sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. Ad hoc ergo nos dilexit, vt & nos diligamus inuicem: hoc nobis conferens diligendo nos, vt mutua dilectione constringamur inter nos, & tã dulci vinculo cõnexis mēbris corpus tanti capitis simus. In hoc cognoscet, inquit, omnes quia mei discipuli estis, si dilectione habueritis ad inuicem: tanquã diceret, alia munerata mea habent vobiscum etiã non mei, non solũ naturã, vitã, sensus, rationem, & eam salutem, quæ hominibus peccatoribusq; cõmunis est, verum etiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem, distributionem rerum suarum pauperibus, & traditionem corporis sui vt ardeant,

**A** ardeant, sed quoniam charitatem non habent, vt cymbala concrepant, nihil sunt, nihil illis prodest: non ergo in illis quãuis bonis muneribus meis, quæ habere possunt etiam non discipuli mei, sed in hoc cognoscet omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. O sponsa Christi, pulchra inter mulieres, & dealbata ascendens & incumbens super fratruelẽ tuũ, quoniam cuius lumine illustraris vt candeas, eius adiutorio fulciris ne cadas. O quã bene cantatur tibi in illo canticocanticorũ velut epithalamio tuo, quia charitas in delitiis tuis ipsa non perdit cum impiis animam tuam, ipsa discernit causam tuam, & sicut mors valida est, & in delitiis tuis est: quã mirãdi generis mors est, cui parum fuit nõ esse in pœnis, nisi esset insuper in delitiis: Sed hic iam iste sermo claudatur, ab alio exordio tractanda sunt quæ sequuntur.

*De eo quod sequitur, Dicit ei Simon Petrus, Domine quod vadis? usque ad id quod ait, Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges: Tractatus LXVI.*

**B** Vm dominus Iesus sanctam dilectionem, qua se inuicem diligere, discipulis commendaret, Dicit ei Simõ Petrus, Domine quod vadis? Sic vtique hoc dixit magistro discipulus, & domino seruus, tanquam sequi paratus: propterea quippe dominus qui eius animum vidit, quare hoc interrogauerit, sic ei respondit, Quod ego vado, non potes me modo sequi, tanquam diceret, propter quod interrogas, nõ potes modo: non ait, non potes: sed, non potes modo: dilationem intulit, non spem tulit, & eandem spem quã non tulit, sed potius dedit, sequenti voce firmavit, addendo atque dicendo, Sequeris autem postea. Quid festinas Petre: nondum te suo spiritu solidauit petra, nõ li extolli præsumendo, non potes modo: noli deiici desperando, sequeris postea: sed adhuc ille quid dicit,

Quare te non possum sequi modo? animam meam pro te ponã. Quid in animo eius esset cupiditatis videbat, quid virium non videbat: voluntatem suam iactabat infirmus, sed inspiciebat valetudinem medicus: iste promittebat, ille prænoscebat: qui nesciebat audiebat, qui præciebat docebat: quantum sibi assumpserat Petrus intuenso quid vellet, ignorando quid posset, quantum sibi assumpserat cum venisset dominus animã suã ponere pro amicis suis, ac per hoc & p ipso, ille hoc domino offerre confideret, & nondum pro se posita animã Christi, animam suam polliceretur se positurũ esse pro Christo: Respondit ergo Iesus, Animam tuam pro me pones? Itã ne facies pro me, quod ego nondum feci pro te? Animam tuam pro me pones? Præire potes qui sequi non potes? Quid tantum præsumis? Quid de te sentis? Quid esse te credis? Audi quid sis, Amen amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges. Ecce quomodo tibi cito apparebis, qui magna loqueris, & te paruulum nescis: qui mihi promittis mortem tuam, ter negabis vitam tuã: qui te iam putas mori posse pro me, prius viue pro te, nam timendo mortẽ carnis tuã, mortẽ dabis animã tuã: quanta enim vita est cõsteri Christum, tanta mors est negare Christum. An Apostolus Petrus, sicut cum quidam fauore peruerso excusare nituntur, Christum nõ negauit, quia interrogatus ab ancilla hominem se nescire respondit, sicut alij Euangelista contestantur expressius? Quasi vero qui hominem Christum negat, non Christum neget, & hoc in eo negat quod factus est propter nos, ne periret quod fecerat nos: ergo qui ita constituitur Christum deum, vt hominẽ

*n. q. 3. ca. nõ solium.*

Tomus nonus.

neget, non pro illo mortuus est Christus, quia secundũ hominem mortuus est Christus: qui negat hominem Christum, non reconciliabitur per mediatorem deo: vnus enim deus, & vnus mediator dei & hominum homo Christus Iesus: qui negat hominem Christum non iustificabitur, quia sicut per inobediẽtiam vnus hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per obedientiam vnus hominis iusti constituentur multi: qui negat hominem Christum, non resurget in resurrectionẽ vitæ, quia per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Sicut enim in Adã omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur: per quid autem caput est Ecclesia, nisi per hominem? Quod verbũ caro factum est, id est, dei patris vnigenitus deus homo factus est: quomodo est igitur in corpore Christi, qui negat hominem Christum? Qui enim caput negat, quomodo est membrum? Sed quid multis immoror, cum ipse dominus abstulerit omnes humanæ argumetationis ambages: non enim ait, Non cantabit gallus donec hominem neges: aut sicut loqui familiariore cum hominibus dignatione consuevit, non cantabit gallus donec filium hominis ter neges: sed ait, donec me ter neges: quid est me, nisi quod erat? & quid nisi Christus erat? Quicquid ergo eius negauit, ipsum negauit: Christum negauit, dominum deum suum negauit, quia & ille condiscipulus eius Thomas, quando exclamauit, Dominus meus & deus meus non verbum, sed carnem tetigit, non incorpoream dei naturam, sed hominis corpus curiosis manibus contrectauit: hominem itaque tetigit, & tamen deum cognouit: si ergo quod iste tetigit, hoc Petrus negauit, quod iste exclamauit, hoc Petrus offendit, non cantabit gallus, donec ter me neges. Dicas licet, nescio hominem, dicas licet homo nescio quid dicis: dicas licet, non sum ex discipulis eius, me negabis. Si quid dubitare nefas est, Christus hoc dixit, verumque prædixit, proculdubio Petrus Christum negauit: nõ accusamus Christum, cum defendimus Petrum: peccatum agnoscat infirmitas, nam mendacium non habet veritas. Agnouit planẽ peccatũ suum infirmitas Petri, profus agnouit, & quantum mali Christum negando commiserit, plorando monstrauit: ipse suos redarguit defensores, & vnde eos cõuincat, producit lachrymas testes: neque nos cum ista dicimus, primum Apostolorum aculare delectat, sed hunc intuenso admoneri nos oportet, ne homo quisquam de humanis viribus fidat: nam quid aliud pertinuit ad doctorem saluatorẽque nostrum nisi vt nobis nequaquam de se quenquam presumere debere, in ipso primo Apostolorum demonstraret exemplo: In anima itaque Petri contigit quod offerebat in corpore, non tamen pro domino quod temere præsumebat præcessit, sed aliter quã putabat, nanque ante mortem & resurrectionẽ domini & mortuus est negãdo, & reuixit plorãdo. Sed mortuus est, quia superbe præsumpsit: reuixit autem, quia benigne ille respexit.

*De eo quod dicit, Non turbetur cor vestrum, creditis in deum & in me credite: usque ad id quod ait, Quod ego vado scitis, & uiam scitis: Tractatus LXVII.*

**R**igenda est nobis fratres ad deum maior intentio, vt verba sancti Euangelij, quæ modo in nostris auribus sonauerunt, etiam mente capere vt unque possumus. Ait enim dominus Iesus, Non turbetur cor vestrum. Creditis in deum, & in me credite. Ne mortem tanquam homines timerent, & ideo turbarentur, consolatur eos, etiam se deum esse contem

Capitulum XIII.

m ij stans:



G stans: Creditis, inquit, in deum, & in me credite: con- sequens est enim, vt si in deum creditis, & in me credere debeatis, quod non esset consequens, si Christus non es- set deus: Creditis in deum, & in eum credite, cui natura est nō rapina, esse æqualem deo: semetipsum enim exi- nantit, non tamen formam dei amittens, sed formam serui accipiens. Mortem metuitis huic formæ serui, nō turbetur cor vestrum, suscitabit illā forma dei: sed quid est quod sequitur, In domo patris mei mansiones mul- tæ sunt: nisi quia & sibi metuebāt? Vnde audire debue- runt, non turbetur cor vestrum? Quis enim eorum nō metueret, cum Petro dictum esset fidentiori atque prō- ptiori, Non cantabit gallus donec ter me neges: tanquā ergo essent ab illo perituri, merito turbabatur: sed cum audiunt, In domo patris mei mansiones multæ sunt.

Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vo- bis locum. A perturbatione recreantur, certi ac fiden- tes etiam post pericula tentationum se apud deum cum Christo esse māsuros, quia et si alius est alio fortior, ali- o alio sapietior, alius alio iustior, ali- o alio sanctior, in do- mo patris mei mansiones multæ sunt. Nullus eorum a- lienabitur ab illa domo, vbi mansionem pro suo quisq; accepturus est merito: denarius quidem ille æqualis est omnibus, quæ paterfamilias eis qui operati sūt in vinea, iubet dari omnibus, non in eo discernens qui minus & qui amplius laborarūt: quo vtiq; denario vita significa- tur æterna, vbi amplius alio nemo viuūt, quoniam viuendi non est diuersa in æternitate mēsurā: sed multæ mā- siones diuersas meritōrū in vna vita æterna significant dignitates. Alia est enim gloria solis, alia gloria lune, alia gloria stellarū: stella enim ab stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum tāquam stella sancti di- uersas mansiones, diuersas claritates, tan quam in celo sortiuntur in regno, sed propter vnum denarium nul- lus separatur à regno: atque ita deus erit omnia in om- nibus, vt quoniam deus charitas est, per charitatem fiat vt quod habet singuli, commune sit omnibus: sic enim quisque etiam ipse habet, cum amat in altero quod ipse non habet: non erit itaque aliqua inuidia imparis claritatis, quoniam regnabit in omnibus vnitas charitatis. Proinde respuendi sunt à corde Christiano, qui putant

ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cælorum erit aliquid, vbi maneant beati innocētes, qui sine baptismo ex hac vita emigrarunt, quia sine illo in regnum cælorum intrare non potuerunt: hæc fides non est fides, quoniam non est vera & catholica fides: itāne tādem stulti homines, & carnalibus cogitationibus ex- cæcati, cum reprobandi essetis, si mansionem non dico Petri & Pauli vel cuiuslibet Apostolorum, sed cuiuscun- que paruuli baptizati à regno cælorum separaretis, non vos putatis esse reprobandos, qui domum dei patris in- de separatis? Non enim ait dominus, in vniuerso mun- do, aut in vniuersa creatura, aut in vita vel beatitudine sempiterna mansiones multæ sunt: sed, in domo, inquit, patris mei mansiones multæ sunt. Nōne ista est domus, vbi ædificationem habemus ex deo, domum non ma- nufactam æternam in cælis? Nōne ista est domus de qua cātamus domino, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te: ergōne vos non do- mum cuiusque baptizati fratris, sed domum ipsius dei patris, cui omnes fratres dicimus, Pater noster qui es in cælis: à regno separare cælorum, aut eam sic diuidere addebitis, vt aliqua mansiones eius sint in regno cælo- rum, aliqua autem extra regnum cælorum? Absit absit, vt qui volunt habitare in regno cælorum, in hac stul-

titia velint habitare vobiscum: absit, inquam, vt cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi nisi in regno ipsius, regnæ domus pars aliqua non sit in regno.

Et si abiero, inquit, & praparauero vobis locum, iterū venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis: & quod ego vado scitis, & viam scitis. O domine Iesu, quomodo vadis parare locū, si iam multæ man- siones sunt in domo patris tui, vbi tecū habitabunt tui? aut si accipis eos ad teipsum, quomodo iterū venis qui non recedis? Ista charissimi si breuiter explicare conemur, quantum videtur hodierno satis esse sermoni, coar- ctata vtiq; non clarebunt, & erit ipsa breuitas altera ob- scuritas. Proinde hoc debitū differamus, quod opportu- nius vobis paterfamilias nostro largiente reddamus.

De eadem lectione: Tractatus LXVIII.

**N** eberi vobis fratres charissimi iamq; esse red- dendum quod distuleramus agnoscamus, quo- modo intelligi possint nō esse iter se ista duo contraria, quod cum dixisset dominus, In domo pa- tris mei mansiones multæ sunt, si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum. Vbi satis ostendit ideo se hoc illis dixisse, quia iam ibi sunt mansiones mul- tæ, & non est opus aliquam praparare: rursus dicit, Et si abiero & praparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis. Quomodo vadit & parat locum, si iam multæ mansio- nes sunt? Si quo minus dixissem, vado parare: aut si ad- huc parandus est, cur non merito dixisset, vado parare? An istæ mansiones & sunt, & parandæ sunt? Si quo mi- nus enim essent, dixisset, vado parare, & tamen quia ita sunt vt parandæ sint, non eas vadit parare sicut sunt: sed si abierit & parauerit sicut futurae sunt, iterum veniens accipiet suos ad seipsum, vt vbi est ipse, sint & ipsi. Quo- modo ergo mansiones in domo patris non aliæ sed ip- sæ, & sine dubio iā sunt sicut parandæ non sunt, & nodū sunt sicut parandæ sunt? Quomodo ergo putamus, nisi quomodo etiā Propheta prædicat deum, quia fecit quæ futurae sunt? Non enim ait, qui facturus est quæ futurae sunt: sed, qui fecit quæ futurae sunt: ergo & fecit ea, & fa- cturus est ea: nam neque facta sunt, si ipse non fecit: ne- que futurae sunt, si ipse non fecerit. Fecit ergo ea præde- stinando, facturus est operando, sicut discipulos quan- do elegerit, satis indicat Euangelium, tunc vtiq; quā- do eos vocauit: & tamen ait Apostolus, Elegit nos ante mundi constitutionem: prædestinando vtiq; non vo- cando: quos autem prædestinavit, illos & vocauit. Ele- git prædestinando ante mundi constitutionem, elegit vocando ante mundi consummationem: sic & man- siones praparauit & praparauit, nec alias, sed quas præ- parauit has praparauit, qui fecit quæ futurae sunt: quas praparauit prædestinando, praparauit operando: iam er- go sunt in prædestinatione: si quo minus dixisset, ibo & praparabo, id est, prædestinabo: sed quia nondum sunt in operatione, & si abiero, inquit, & praparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum. Parat autem quodammodo mansiones, mansionibus parando manfores: quippe cum dixerit, in domo pa- tris mei mansiones multæ sunt, quid putabimus esse do- mum dei nisi templum dei? Quid autem sit, interroge- tur Apostolus & respondeat, Templum enim dei san- ctum est, quod estis vos: hoc est etiā regnum dei, quod filius traditurus est patri, vnde dicit idem Apostolus, Initium Christus, deinde qui sunt Christi in præsentia eius, deinde finis, cū tradiderit regnum deo & patri: id est,

De penit. dist. 4. ca. in domo.

M

Ephes. 1.

Roma. 8.

1. Cor. 3.

1. Cor. 15.

**A** est, quos redemit sanguine suo, tradiderit contemplan- do \* etiam patri suo: hoc est regnum cælorum, de quo dicitur, Simile est regnum cælorum homini seminanti bonum sem in agro suo: bonū autem semen, hi sunt filij regni, qui etsi nunc habet permixta zizania, mittet in fine rex ipse angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris sui. Regnum fulgebit in regno, cū venerit regnū, quod nunc oramus, & dicimus, Veniat regnum tuum, Nunc ergo iam regnū vocatur, sed adhuc conuocatur: si enim regnum non vocaretur, colligēt de regno eius omnia scandala, non diceretur, sed nondum regnat hoc regnum. Proinde sic iam est regnum, vt cum de illo col- lecta fuerint omnia scandala, tunc perueniet ad regnū, vt non solum regni nomen, sed etiam regnādi habeat potestatem: huic quippe regno ad dexterā stanti, in fine dicitur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: id est, qui regnum eratis & non regnabatis, venite, reg- nate, vt quod in spe fueratis, etiā in re esse possitis: hæc ergo domus dei, hoc templum dei, hoc regnum dei, reg- nūque cælorum adhuc ædificatur, adhuc fabricatur, adhuc paratur, adhuc congregatur. In illo erunt man- siones, sicut eas adhuc parat dominus: in illo iam sunt, sicut prædestinavit iam dominus: sed quid est quod vt prapararet abiit, cum profecto nos ipsos prapararet, quod nō faciet si reliquerit? Agnosco domine vt possum, ni- mirum illud significas, quia vt parentur istæ mansio- nes, viuere debet iustus ex fide. Qui enim à domino pe- regrinantur, opus habent ex fide viuere, quia per hanc ad speciem contemplandam parantur: beati enim mū- do corde, quia ipsi deum videbunt: & fide mandat cor- da eorum: illud in Euāgelio, hoc in Apostolorum acti- bus legitur. Fides autem qua eorum, qui deū visuri sunt, quando peregrinantur, corda mundantur, quod nō videt credit: nam si vides, nō est fides: credenti colligitur meritum, vidēti redditur præmium. Eat ergo dominus & paret locum, eat ne videatur, lateat vt credatur: tunc enim locus paratur, si ex fide viuatur, creditus desideretur, vt desideratus habeatur, desiderū dilectionis, præ- paratio est mansionis. Ita domine para quod paras, nos enim tibi paras, & te nobis paras, quoniam locum paras, & tibi in nobis & in te nobis: tu enim dixisti, Manete in me & ego in vobis. Quantum quisque fuerit particeps tui, alius minus, alius amplius, hæc erit diuersitas præ- miorum pro diuersitate meritōrum, hæc erit multitudo mansionum pro disparate viuere mansorum, sed tamen om- nium in æternitate viuorū, & sine fine beatorū. Quid est quod vadis? quid est quod venis? Si te bene intelligo, nec vnde vadis, nec vnde venis, recedis: vadis latēdo, venis apparendo, sed nisi maneas regendo, vt proficiamus be- ne viuēdo, quomodo parabitur locus, vbi possumus ma- nere perfruendo? Hæc de verbis quæ recitata sunt Euā- gelicis, satis dicta sunt, quousque ait dominus, Iterū ve- nio, & accipiam vos ad meipsum. Quid autem sit quod sequitur, vt vbi ego sum & vos sitis: Et quod ego vado scitis, & viam scitis. Post interrogationem quæ sequi- tur à discipulis factam, tanquam per eos & nos interro- gemus, melius audiemus, opportuniusq; tractabimus.

\* legendum arbitror, cō- plantando.

Matt. 13.

Matt. 6.

Matt. 25.

2. Co. 5.

Matt. 5.

Act. 15.

Ioan. 15.

1. Cor. 3.

1. Cor. 15.

sum. Dixerat enim superius dominus cum de mansio- nibus loqueretur, quas & esse dixit in domino patris sui, & ire se vt prapararet eas, vbi intelleximus & esse iam mansiones ipsas in prædestinatione, & praparari eas cū eorum, qui ibi mansuri sunt, per fidem corda mundan- tur, quoniam ipsa dei domus ipsi sunt. Et quid est aliud manere in domo dei, quā esse in populo dei, cum idē populus est in deo, & deus in eo? Hoc vt prapararet, do- minus abiit, vt credendo in eum qui nō videtur, ea quæ in specie futura est, nunc per fidem mansio praparetur: ppter hoc ergo dixerat, Et si abiero & praparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi ego sum & vos sitis, & quod ego vado scitis, & viā scitis: ad hæc, Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quod vadis, & quomodo possumus viam scire? Vtrunque illos dominus dixerat scire, vtrunque dixit iste nescire, & locum quod itur, & viam qua itur: sed nescit ille men- tiri, ergo isti sciebant, sed se scire nesciebant: conuincat eos dominus iam scire, quod se putant ad hucque nescire. Dicit ei Iesus, Ego sum via, veritas & vita. Quid est fratres? Ecce audiuimus discipulum interrogantem, E

audiuimus & magistrum docentem, & nondum capi- mus etiam post vocem sonantem sententiam latitantē: sed quid non possumus capere? Nunquid poterant ei di- cere Apostoli eius, cum quibus loquebatur, nescimus te? Proinde si eum sciebant, & via ipse est, viam sciebant: si eum sciebant, & veritas ipse est, veritatem sciebant: si eū sciebant, & vita ipse est, vitam sciebant: ecce scire con- uicti sunt, quod se scire nesciebant. Quid igitur & nos in isto sermone nō cepimus? Quid putatis fratres mei, nisi quia dixit, & quod vado scitis & viam scitis: ecce co- gnouimus quod sciebant viam, quia sciebant ipsum qui est via: sed via est qua itur, nunquid via est & quod itur? Vtrunque autem illos dixerat scire, & quod vadit, & viā: opus ergo erat, vt diceret, ego sum via, vt ostēderet eos qui eum scirent, viam scire, quam putauerant se nescire. Quid autem opus erat, vt diceret, ego sum via & veri- tas & vita, cum via cognita qua iret, restaret nosse quod iret, nisi quia ibat ad veritatem, ibat ad vitam? Ibat ergo ad seipsum, per seipsum. Et nos quō minus nisi ad ipsum? & quā in? nisi per ipsum? Ipse igitur ad seipsum per se- ipsum, nos ad ipsum per ipsum, imō vero & ad patrem & ipse & nos: nam & de seipso alibi dicit, Ad patrem vado: & hoc loco propter nos, Nemo, inquit, venit ad patrem nisi per me. Ac per hoc & ipse per seipsum & ad seipsum & ad patrem, & nos per ipsum & ad ipsum & ad patrem. Quis hæc capit, nisi qui spiritaliter sapit? Et quantum est quod hic capit, etiam qui spiritaliter sa- pit? Fratres mei, quid à me ista vobis vultis exponi? Co- gitate quā excellā sint: videtis quid sim, video quid si- tis: in omnibus nobis corpus quod corrumpitur aggra- uat animam, & deprimat terrena inhabitatio sensum multa cogitantem: putamusne & possumus dicere, Ad te leuavi animam meam, qui habitas in cælis? Sed sub tanto pondere vbi ingemiscimus grauati, quomodo le- uabo animam meam, nisi mecum leuet qui posuit pro me suam? dicam ergo quod possum, capiat vestrum qui potest: quo donante dico, eo donante capit qui capit, & eo donante credit qui nondum capit. Nisi enim cre- dideritis, inquit Propheta, non intelligetis. Dic mi- hi domine deus, quid dicam fertus tuis, conseruis me- is? Thomas Apostolus vt te interrogaret, habuit te an- te se, nec tamen intelligeret te, nisi haberet in se: e- go interrogo te quia te scio esse super me. Interrogo au- tem in quantum possum super me effundere animam

E

Ioan. 16.

Sapie. 9.

Psal. 122.

Eccl. 7.

**N**unc est dilectissimi, vt quantum valerimus, in- telligamus de verbis domini posterioribus priora, ex consequentibus præcedentia, in eo quod audistis Apostolo Thomæ interrogati esse respō-

Tomus nonus.

**G** meam, ubi non sonantem & tamen docentem audiam te. Dic mihi obsecro, quomodo vadis ad te: nunquid nā vt venires ad nos, reliqueras te, maxime quia nō a te ipso venisti, sed pater te misit? Scio quidem quod te examinasti, sed quia formam serui accepisti, non quia formam dei, vel ad quam redires dimisisti, vel quam reciperes amissisti: & tamen venisti, & non solum vsque ad carnales oculos, verum etiam vsque ad manus hominū peruenisti: quomodo nisi in carne? Per hanc venisti manens ubi eras, per hanc redisti non relinquens quod veneras. Si ergo per hanc venisti & redisti, per hanc proculdubio non solum nobis es qua veniremus ad te, verum etiam tibi qua venires & redires via fuisti. Cū vero ad vitam quod es ipse isti, eandem profecto carnem tuā de morte ad vitam duxisti, aliud quippe dei verbū est, aliud homo, sed verbum caro factum est, id est, homo.

**Ioa. 11.**  
**Roma. 10.**

**H** Non itaque alia verbi, alia est hominis persona, quoniā vtrūque est Christus vna persona: ac per hoc quemadmodum caro cum mortua est, Christus mortuus est, & cum caro sepulta est, Christus sepultus est: sic enim corde credimus ad iustitiam, sic ore cōfessionem facimus ad salutem: ita cum caro à morte venit ad vitam, Christus venit ad vitam: & quia verbū dei Christus est, Christus est vita. Ita miro quodam & ineffabili modo, qui nunquam dimisit vel amisit seipsum, venit ad seipsum. Venerat autem, vt dictum est, per carnem deus ad homines, veritas ad mendaces: deus enim verax, omnis autem homo mendax. Cum itaque ab hominib⁹ abstulit, atque illuc ubi nemo mētur, carnem suam leuauit idē ipse, quia verbum caro factū est, per semetipsum, id est, per carnem, ad veritatem quod est ipse remeauit. Quā quidem veritatem, quāuis inter mendaces, & in morte seruauit: aliquando enim Christus fuit mortuus, sed nūquā fuit falsus. Accipite quāuis diuersum & longe impar exemplum, tamen vtunque ad intelligendum deū, ex his quæ propius subiecta sunt deo: ecce ego ipse, quātum attinet ad animum meum, cum hoc sim quod estis & vos, si taceo, apud me ipsum sum: si autem loquor vobis quod intelligatis, quodāmodo ad vos procedo, nec me relinquo, sed & ad vos accedo, & non recedo vnde procedo: cum autem tacuero, quodāmodo ad me redeo, & quodāmodo vobiscū maneo, si tenueritis quod audistis in sermone quē dico. Si hoc potest imago quā fecit deus, quid potest non à deo facta, sed ex deo nata imago dei deus, cui⁹ illud per quod ad nos egressus est, & in quo à nobis regressus est, corpus, nō sicut meus elapsus est sonus, sed manet ibi ubi iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur? Multa de his euangelicis verbis adhuc dici fortasse poterant & debebāt, sed non sunt corda vestra spiritalibus cibis quantlibet suauibus oneranda, maxime quia spiritus prōptus est, caro autem infirma.

*De eo quod ait, Si cognouissetis me, & patrem meum unique cognouissetis: usque ad id quod ait, Non credis quia ego in patre & pater in me est:*

*Tractatus LXI.*

**V**erba sancti Euangelij fratres, ita recte intelliguntur, si cum superioribus reperiantur habere concordiam: conuenire enim debent præcedentia consequentibus, quādo veritas loquitur: superior dixerat dominus, Et si abiero & preparauero vobis locū, iterum venio & accipiā vos ad me ipsum, vt ubi ego sum & vos sitis: deinde addiderat, Et quid ego vado scitis, & viam scitis: nihilq; aliud ostendit esse quod dixit, nisi quia ipsum sciebāt. Quid ergo esset ire ad seipsum per seipsum, quod etiā discipulis præstat vt eant ad ipsum per ipsum, vt potuimus pristino sermone iam diximus. Quod itaq; ait, Vt ubi ego sum & vos sitis: ubi erāt futuri nisi in ipso? Ac per hoc est etiam ipse in se ipso, & ideo ibi illi, ubi & ipse, id est, in ipso. Ipse est igitur vita æterna in qua futuri sumus, cum acceperit nos ad se: & ipsa vita æterna quod ipse est, in ipso est, vt ubi est ipse & nos sim⁹: hoc est, in ipso. Sicut habet pater vitam in semetipso, & vtiq; non aliud est vita quam habet, nisi quod est ipse qui hāc habet: sic dedit filio habere vitam in semetipso, cum ipse sit eadem vita quā habet in semetipso. Nūquid autem nos vita quod est ipse, hoc erimus, cum in illa vita, hoc est, in ipso esse cōperimus? Non vtiq; quia ipse existendo vita habet vitam, & ipse est quod habet, & quod vita est in ipso, ipse est in se ipso, nos autem non ipsa vita, sed ipsius vitæ participes sumus, atque ita ibi erimus, vt in nobis ipsis, nō quod ipse est esse possimus, sed nos ipsi non vita, ipsum habeamus vitam qui seipsum habet vitam, eo quod ipse sit vita. Denique ipse & in se ipso est immutabiliter, & in patre inseparabiliter, nos vero cum in nobis ipsis esse voluissimus, ad nos ipsos turbati sumus: vnde illa vox est, Ad me ipsum turbata est anima mea, atque in deterius commutati, neq; id quod fuimus permanere potuimus. Cū autē per ipsum venimus ad patrem, sicut ait, Nemo venit ad patrem nisi per me: manentes in illo, nec à patre nos quisquam poterit separare, nec ab illo. Cōnectēs itaque consequentia præcedentibus. Si cognouissetis me, inquit, & patrem meum vtiq; cognouissetis. hoc est quod ait, Nemo venit ad patrem nisi per me: deinde subiungit, Et amodo cognoscetis eum, & vidistis eū. Sed Philippus vnus ex Apostolis, qui audierat non intelligens, Domine, inquit, ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Cui dominus, Tanto, inquit, tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrem. Ecce increpat quod tanto tempore cum ipsis erat, & non cognoscebatur. Nōne ipse dixerat, & quod ego vado scitis, & viam scitis? Et se nescire dicentes, eos hoc scire conuicerat, addendo atq; dicendo, Ego sum via veritas & vita: quomodo nunc dicit, Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me: cum profecto & quod iret & viam scirent, non ob aliud nisi quod ipsum vtiq; scirent? Sed facile ista soluitur quæstio, si dicamus quod eum aliqui eorum sciebant, alii qui nesciebant, atque in his qui nesciebant & Philippus erat, & quod ait, & quod vado scitis, & viam scitis, illis dixisse intelligatur qui sciebant, non Philippo cui dictum est, Tanto tempore vobiscum sum, & nō cognouistis me Philippe? His ergo qui filium iam nouerant, etiam illud de patre dictū est, & amodo cognoscetis eū & vidistis eum: dictum est enim propter omnimodam similitudinem, quæ illi cum patre est: vt ideo amodo dicerentur nosse patrem, quia nouerant similem filium: ergo iam sciebant filium, & si non omnes, certe quidam eorum quibus dicitur, Et quod vado scitis, & viam scitis, ipse est enim via. Sed patrem nesciebant, ideo audiunt: si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, si me, vtiq; & illum: alius enim ego sum, alius ille: sed ne putarent dissimile, & amodo, inquit, cognoscetis eum, & vidistis eum. Viderūt enim ei simile filium, sed admonendi fuerant talē esse etiam patrem, quem nōdum videbant, qualis est filius quem videbant, & ad hoc valet quod postea Philippo dicitur, Qui videt me, videt & patrem. Non quod ipse sit pater & filius, quod in Sabellianis, qui vocantur etiam Patripassiani, catholica fides

**A** fides damnat, sed quod tam similes sint pater & filius, vt qui vnum nouerit, ambos nouerit: solem enim de simillimis duobus ita loqui eis, qui vnum illorū vident, & qualis sit alius volunt nosse, vt dicamus, Vidistis istū, illum vidistis. Sic ergo dictum est, qui me videt, videt & patrem: nō vtiq; vt ipse sit pater qui filius, sed quod à patris similitudine in nullo prorsus discrepet filius: nā nisi duo essent pater & filius, nō dictum esset, si cognouissetis me, & patrem meū cognouissetis: vtiq; enim, quia nemo, iquit, venit ad patrem nisi per me, si cognouissetis me, & patrem meum cognouissetis, quoniā ego per quem venit ad patrem, perducam vos ad eum, vt ipsum etiam cognoscatis: sed quoniā illi sum omnino simillimus, amodo cognoscetis eum cum cognoscitis me, & vidistis eū, si oculis cordis vidistis me. Quid ergo est quod dicitis Philippe, ostende nobis patrem, & sufficit nobis? Tanto, inquit, tempore vobiscum sum, & non cognouistis me? Philippe qui videt me, videt & patrem. Quod si ad te multum est hoc videre, saltē quod non vides hoc crede. Quomodo enim dicitis, inquit, ostende nobis patrem? Si me vidisti qui omnimodo similis sum, vidisti illum cui similis sum: quod si videre non potes, non saltem credis quia ego in patre & pater in me est? Poterat hic dicere Philippus, Video quidem te, & credo te simillimū esse patri: sed nunquid arguendus & obiurgandus est, qui cum similem videt, etiam illum cui similis est vult videre? Similem quidem noui, sed adhuc alterū sine altero noui, non mihi sufficit, nisi & illum cui est iste similis nouerim. Ostende itaque nobis patrem, & sufficit nobis. Sed ideo magister discipulū arguebat, quoniā cor postulantis videbat. Tanquam enim melior esset pater quā filius, ita Philippus patrem nosse cupiebat, & ideo nec filium sciebat, quo melius esse aliquid credebatur. Ad hunc sensum corrigendum dictum est, qui videt me, videt & patrem, quomodo tu dicitis, ostende nobis patrem? Video quomodo tu dicas, nō alterum quæris videre simile, sed illum putas esse meliorem. Nō credis, quia ego in patre & pater in me est? Cur in similibus distantia cupis cernere? Cur inseparabiles separati desideras nosse? Deinde nō ad solū Philippū, sed ad eos pluraliter loquitur, quæ nō sunt in angustias coarctanda, vt adiuuat illo diligētius exponatur.

**C** De eo quod dicit, Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso nō loquor: usque ad id quod ait, Si quid petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam: Tractatus LXI.

**V**idete auribus, accipite mentibus dilectissimi, loquentibus quidem nobis, sed ipso docente qui non recedit à nobis, dominus dicit, quod modo cum legeretur audistis. Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso nō loquor: pater autē in me manens, ipse facit opera. Ergo & verba opera sunt? Planē ita est, nā profecto qui proximum loquendo edificat, bonum opus operatur. Sed quid est, à me ipso non loquor, nisi à me ipso non sum qui loquor? Ei quippe tribuit quod facit, de quo est ipse qui facit: pater enim deus non est de aliquo, filius autē deus est quidem patri æqualis, sed de patre deo: ideo ille deus, sed non de deo: & lūmē, sed nō de lumine: iste vero deus de deo, lūmē de lumine: nam in his duabus sententiis, vna qua dictum est, non à me ipso loquor: alia qua dictum est, pater autem in me manens ipse facit opera: singulas tenentes diuersi nobis aduersantur hæretici, qui non ex vna parte, sed in contraria conantes, à via veritatis exorbitant. Arriani quippe dicunt, ecce inæqualis est patri filius, à se ipso nō loquitur.

tur: dicunt Sabelliani contra, id est, Patripassiani, ecce qui pater est ipse & filius. Quid enim est, pater in me manens, ipse facit opera: nisi, in me maneo ego qui facio? Contraria dicitis, sed non eo modo sicut est falsum contrarium vero, sed sicut sunt inter se duo falsa contraria, errādo in diuersa itis, in medio est via quam relinquitis: inter vos ipsos longiore intervallo separati estis, quā ab ipsa via cuius desertores estis. Vos hinc, vos autē illinc, huc venite, alteri ad alteros trāsire nolite, sed hinc atq; illinc ad nos veniendo, inuicem vos inuenite. Sabelliani, agnoscite quem prætermittitis: Arriani, æquare quem subditis, & in via vera nobiscum ambulabitis: est enim quod inuicē ex vobis alteri ex alteris admodum vtrique debeatis. Audi Sabelliane, vsque adeo nō ipse pater, sed alter est filius, vt eum Arriani inæquale afferat patri: audi Arriane, vsque adeo filius æqualis est patri, vt Sabellianus eundem esse dicat & patrem: tu adde quem tollis, tu adimple quem minuis, & nobiscū ambo cōstitis, quia nec tu tollis, nec tu minuis eū: qui & alter est à patre, vt conuincas Sabellianum: & æqualis est patri, vt conuincas Arrianū: vtrisque enim clamat, Ego & pater vnum sumus: quod ait, vñ, audiat Arriani: quod ait, sumus, audiant Sabelliani: & nec illi æqualem, nec illi alterum negādo sint vani. Si ergo quoniā dixit, Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso nō loquor, propterea putatur vsque adeo imparis potestatis, vt non quod ipse vult faciat: audiatur quod dixit, Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Item si quoniam dixit, Pater in me manens ipse facit opera, propterea putatur non alius esse pater, alius ipse: audiatur quod dixit, Quæcunque pater facit, hæc & filius similiter facit: & intelligatur nō bis vnus, sed duo vnum. Verum quia sic æqualis est alter alteri, vt tamen alter sit ex altero, ideo non loquitur à semetipso, quia non est à se ipso: & ideo pater in illo manens ipse facit opera, quia per quem & cum quo facit, non est nisi ab ipso: denique adiungit & dicit, Non creditis quia ego in patre, & pater in me est: alioquin propter opera ipsa credite. Antea solus Philippus arguebatur, nunc autem nō ibi eum solum fuisse qui esset arguendus ostenditur. Propter opera, inquit, ipsa credite, quia ego in patre & pater in me est: neq; enim si separati essemus, inseparabiliter operari vlla ratione possemus. Sed quid est quod sequitur, Amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet, quia ego ad patrem vado: & quæcunq; petieritis in nomine meo, hæc faciam, vt glorificetur pater in filio. Si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Ergo & ille maiora opera se ipsum facturum esse promissit. Non se extollat seruus supra dominum, nec discipulus supra magistrū. Maiora quā ipse fecit dicit eos esse facturos, sed in eis vel per eos se faciente, non ipsis tanquam ex se ipsis: ei quippe cantatur in Psalmo, Diligam te domine virtus mea. Sed quæ sunt tandem ista maiora: an forte quod ægros ipsis transeuntibus, etiam eorum vmbra sanabat? Mai⁹ est enim vt sanet vmbra quā sūmbria. Illud per se fecit, hoc per ipsos, sed tamen vtrunq; ipse: verum tamen quando ista dicebat, verborum suorū opera cōmendabat: sic enim dixerat, Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor, Pater autē in me manens, ipse facit opera. Quæ opera tunc dicebat, nisi verba quæ loquebatur? Audiebant & credebāt illi, & eorundem verborum fructus erat fides illorum. Veruntamen euāgelizantibus discipulis, non tam pauci quā illi erant, sed gentes etiam crediderunt. Hæc sunt sine dubitatione

Tomus nonus.

Roma. 3. Psal. 115.

Roma. 6.

Matt. 26.

Ioa. 5.

Psal. 6.

M

Ioa. 10.

Ioa. 5.

Ioa. 13.

Psal. 17.

Acto. 5.

**G** maiora: nec tamen ait, Maiora horum facietis, vt solos apostolos ea putarem esse facturos. Sed qui credit in me, inquit, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horum faciet. Itane quicumque credit in Christum, facit quæ Christus, vel maiora quam Christus? Non prætereunte ista tractanda sunt, nec debet festinatione precipitari, sed ea cogit cõcludendus iam sermo iste differri.

*De eadem lectione: Tract. LXXII.*

**Q**uid sibi velit, & quomodo accipiendū sit quod dominus ait, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, non est facile cõprehendere, & cum hoc ad intelligendum difficillimū sit, adiecit aliud difficilius, Et maiora horum faciet. Quid est hoc? Qui faceret opera quæ Christus fecit, nõ inueniebamus, qui etiã maiora faciet inuenturi sumus? Sed dixeram sermone pristino, quia maius fuit vmbra suæ transiit, quod discipuli fecerunt, quam simbria suæ tactu, quod ipse dominus fecit, sanari languentes. Et quia plures apostolis, quam ipse per os propriū predicante domino crederent, vt hæc viderentur opera intelligenda esse maiora: non quo maior esset magistro discipulus, vel domino seruus, vel adoptatus vnigenito, vel homo deo: sed quod per illos ipse dignaretur eadem maiora facere, qui dicit illis alio loco, Sine me nihil potestis facere. Ipse quippe, vt alia omittam quæ sunt innumerabilia, sine ipsis fecit eos, sine ipsis fecit hunc mundum, & quia homo etiam ipse fieri dignatus est, sine ipsis fecit & seipsum. Quid autē illi sine ipso nisi peccatū? Deniq; & hic id quod de hac re poterat nos mouere, innox abstinuit: cum dixisset, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet: cõtinuo secutus adiunxit, Quia ego ad patrem vado, & quacūque petieritis in nomine meo, hæc faciam. Qui dixerat faciet, post ait faciam: tanquam diceret, Non vobis impossibile hoc videatur: non enim poterit esse maior me qui credit in me, sed ego facturus sum, & tunc maiora quam nũc. Maiora per eū qui credit in me, quam præter eum per me: ego tamen ipse præter eum, ego ipse per eū: sed quando præter eum non faciet ipse, quando autem per eum, quauis nõ per semetipsum, faciet & ipse. Porro autem maiora facere per eum quam præter eum, nõ est defectio, sed dignatio. Quid enim retribuunt serui domino, pro omnibus quæ retribuit eis? Quandoquidē inter cætera bona etiam hoc eis donare dignatus est, vt maiora faceret per illos quam præter illos: Nõne ab ore illius diues ille tristis abscisit, qui vitæ æternæ consiliū quæsiuit? Audiuit, abiicit, & tamē postea quod ab illo auditum non fecit vnus, fecerunt multi, cum loqueretur per discipulos magister bonus, contẽptibilis ei quem diuitie per seipsum monuit, amabilis eis quos ex diuitibus pauperes, per discipulos pauperes fecit. Ecce maiora fecit predicatus à credentibus, quam locutus audientibus. Verum hoc adhuc mouet, quod hæc maiora per apostolos fecit, non autem ipsos tantum significans ait, Opera quæ ego facio & vos facietis, & maiora horum facietis: sed omnes ad suam familiam pertinentes intelligi volēs, Qui credit in me, inquit, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet. Si ergo qui credit faciet, non credit vtique qui non faciet: sicuti est, Qui diligit me, mandata mea custodit: vnde profecto qui non custodit, non diligit. Item alio loco, Qui audit, inquit, verba mea hæc, & facit ea, similibo eum viro prudenti, qui ædificauit domū suam supra petram. Qui ergo non est similis huic viro prudenti, proculdubio aut verba hæc audit & nõ facit, aut omnino nec audit. Qui credit, in-

quit, in me, licet moriatur viuet: qui ergo non viuet, nõ vtique credit. Tale etiã hoc est, qui credit in me faciet: non vtique credit qui non faciet. Quid est hoc fratres? Nunquid inter credentes in Christum nõ est computandus, qui non fecerit opera maiora quam Christus? Durum est, absurdum est, ferri non potest, non toleratur nisi intelligatur. Apostolum igitur audiamus, Credeți, inquit, in eum qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. In hoc opere facimus opera Christi, quia & ipsum credere in Christo, opus est Christi, hoc operatur in nobis, non vtique sine nobis: audi ergo iam & intellige, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet: prius ego facio, deinde & ipse faciet, quia facio vt faciat. Quæ opera, nisi vt ex impio iustus fiat? Et maiora horum faciet, quorum obsecro? Nunquid nõ omnium operum Christi maiora facit, qui cum timore & tremore suam ipsius salutem operatur? Quod vtique in illo, sed non sine illo Christus operatur. Prorsus maius hoc esse dixerim, quam est cælum & terra, & quacumque cernuntur in cælo & in terra: & cælum enim & terra transibit, prædestinatorum autem, id est, eorum quos præscit, salus & iustificatio permanebit. In illis tantum opera dei, in his autem etiam est imago dei. Sed & in cælis, sedes, dominationes, principatus, potestates, archangeli, angeli opera sunt Christi. Nunquid etiam his operibus maiora facit, qui operante in se Christo, cooperatur salutem æternam ac iustificationem suam? Nõ hic audeo præcipitare sententiam: intelligat qui potest, iudicet qui potest, vtrū maius sit iustos creare, quam impios iustificare. Certe enim si æqualis est vtrunque potentia, hoc maioris est misericordia: hoc est enim magnum pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Sed omnia opera Christi intelligere vbi ait, Maiora horum faciet: nulla nos necessitas cogit: horū enim forsitan dixit, quæ in illa hora faciebat: tunc enim verba fidei faciebat, & de his operibus fuerat prælocutus dicens, Verba quæ ego loquor vobis, à me ipso non loquor, pater autem in me manens, ipse facit opera. Tunc igitur verba eius erant opera eius, & vtique minus est verba iustitiæ prædicare quod fecit præter nos, quam impios iustificare, quod ita facit in nobis, vt faciamus & nos. Restat inquirere quomodo accipiendum sit. Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam. Propter multa enim quæ petūt fideles eius nec accipiunt, nõ parua hinc exoritur quæstio: sed quoniam sermo iste iam claudendus est, ei consideranda rei atque tractandæ tribuatur saltem parua dilatio.

*De eo quod dicit, Quia ego ad patrem vado, & quodcumque petieritis patrem in nomine meo, hoc faciam: Tractatus LXXIII.*

**M**agnam spem dominus suis promisit sperantibus dicens, Quia ego ad patrem vado, & quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Sic ergo perrexit ad patrem, vt non relinqueret indigentes, sed exaudiret petentes. Sed quid est, quodcumque petieritis, cum videamus plerumque fideles eius petere, & nõ accipere? An forte propterea quia male petunt? nam hoc exprobrauit Apostolus Iacobus dicens, Petitis & non accipitis, eo quod male petatis, vt in concupiscētis vestris infumatis. Male ergo vsurus eo quod vult accipere, deo potius miserante non accipit. Proinde si hoc ab illo petitur vnde homo lædatur exauditus, magis

**A** magis metuendum est, ne quod posset non dare propitius, det iratus. An nõ vidimus Israëlitas malo suo impetrasse, quod culpabili concupiscentia petierunt? Concupierant enim carnibus vesci, quibus pluebatur mæna de cælo: fastidiebant quippe quod habebant, & quod nõ habebant, impudenter petebant: quasi non melius peterent, non vt cibus qui deerat indecenti desiderio præstaretur, sed vt ille qui aderat, sanato fastidio sumeretur. Quando enim nos delectant mala, & non delectant bona, rogare debemus potius deum vt delectent bona, quam vt concedantur mala. Non quia malum est carne vesci, cū de hac re loquens Apostolus dicat, Omnis creatura dei bona est, & nihil abiiciendum quod cum gratiarum actione accipitur: sed quia sicut idem ipse ait, Malū est homini qui per offendiculum manducet. Et si per hominis offensionem, quanto magis dei? Cuius in Israëlitis non parua erat offensio, repudiare quod dabat sapientia, & petere id quo inhiabat concupiscentia, quando illi nec peterent, sed quia deerat murmuraret, sed vt sciremus non dei creaturam esse culpabilem, sed inobedientiam contumacem & inordinatam cupiditate, nõ propter porcum, sed propter pomum mortem primus homo inuenit: & Esau primatus suos non propter gallinā, sed propter lenticulam perdidit. Quomodo ergo intelligendum est, quodcumque petieritis, hoc faciam: si deus aliqua petentibus fidelibus etiam consulendo non facit? An forte solis Apostolis hoc dictum debemus accipere? Absit. Vnde enim ad hoc venit vt diceret quod superius dixerat, Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet, de qua re iam pristino sermone tractauimus: & ne quisquam se sibi tribueret, vt etiam illa opera maiora à seipso facere ostenderet, adiecit atq; ait, Quia ego ad patrem vado, & quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Nunquid in eum soli Apostoli crediderunt? Ad eos itaque loquebatur dicens, Qui credit in me, in quibus eo donante etiam nos sumus, qui vtique non quodcumque petimus accipimus. Ipsos quoque beatissimos si cogitemus Apostolos, inuenimus eum qui plus omnibus laborauit, non autem ipse, sed gratia dei cum ipso, ter dominū rogasse vt ab eo discederet angelus satana, nec tamen quod rogauerat accepisse. Quid dicem charissimi? Patiamur ne hoc promissum vbi quodcumque petieritis hoc faciam, nec Apostolis fuisse ab illo completum? Et cui tandem quod promittit impleuit, si Apostolos suos in sua promissione fraudauit? Euigila igitur homo fidelis, & vigilanter audi quod illic positū est, in nomine meo. Ipsum enim quodcumque, non ait petieritis vtcumque, sed in nomine meo. Qui promissit ergo tam magnum beneficium, qui vocatur vtique Christus Iesus. Christus significat regem, Iesus significat saluatorem. Non itaque nos saluos faciet quicumque rex, sed rex saluator, ac per hoc quodcumque petimus aduersus vtilitatem salutis, nõ petimus in nomine saluatoris, & tamen ipse saluator est, non solum quando facit quod petimus, verū etiam quando non facit, quoniam quod videt peti contra salutem, non faciendo potius se exhibet saluatorem: nouit enim medicus quid pro sua, quid contra suam salutem poscat ægrotus, & ideo contraria poscentis non facit voluntatem vt faciat sanitatem: quapropter quando volumus vt faciat quodcumque petimus, non vtcumque sed in nomine eius, hoc est, in nomine saluatoris petamus. Non ergo contra nostram salutem petamus, quod si fecerit, nõ vt saluator facit, quod est nomen eius fidelibus eius. Est quippe impiis & damnator, qui dignatur fidelibus esse

saluator: Qui ergo credit in eum, quodcumque petierit in eo nomine, quod est illis qui credunt in eum, hoc facit, quoniam hoc sicut saluator facit. Si autem qui in eū credit, aliquid per ignorantiam cõtra suam salutem petit, non in nomine saluatoris petit, quia saluator ei non erit, si quod eius salutem impedit, fecerit. Vnde tunc expedit potius, vt non faciendo propter quod inuocatur, faciat quod vocatur. Propterea non solum saluator, sed etiam magister bonus, vt faciat quodcumque petierimus, in ipsa oratione quā nobis dedit, docuit quid petamus, vt etiã sic intelligamus non petere nos in nomine magistris, quod petimus præter regulam ipsius magistris. Sanè quædam quamuis in nomine eius petamus, id est, secundum saluatorem & secundum magistrū petamus, non tunc quando petimus facit, sed tamen facit. Neque enim quia & illud petimus vt veniat regnum dei, propterea non facit quod petimus, quia nõ statim cum illo in æternitate regnamus: differtur enim quando petimus, non negatur. Veruntamen orantes tanquam seminantes non deficiamus, tempore enim proprio metemus vt simul petamus quando bene petimus, vt non faciat quod non bene petimus, quia & ad hoc pertinet quod in eadem oratione dominica dicimus, Ne nos inferas in tentationem: neque enim parua est tentatio, si contra tuā sit causam tua postulatio. Non autē negligenter audiendum est, quod dominus, ne quisquam eum putaret quod se promissit eum facere petentibus, sine patre esse facturum, cum dixisset, Quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam: continuo subiecit, Vt glorificetur pater in filio, si quid petieritis in nomine meo, hoc faciam. Nullo modo igitur sine patre hoc filius facit, quandoquidem vt in illo pater glorificetur, propterea facit. Facit ergo pater in filio, vt filius glorificetur in patre: & facit filius in patre, vt pater glorificetur in filio, quoniam vnus sunt pater & filius.

*De eo quod dicit, Si diligitis me, mandata mea seruauite: usque ad id quod ait, Vos autem cognoscetis eum, quia apud uos manebit & in uobis erit.*

*Tractatus LXXIII.*

**V**idimus fratres cum Euangelium legeretur dominum dicentem, Si diligitis me, mandata mea seruauite, Et ego rogabo patrem, & alium paraclætum dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum. Vos autē cognoscetis eum, quia apud vos manebit & in vobis erit. Multa sunt quæ in istis paucis verbis domini requirantur. Sed multum est ad nos vel omnia quæ hic quærenda sunt querere, vel omnia quæ hic quærimus inuenire. Veruntamen quantum nobis dominus donare dignatur, pro nostra & vestra capacitate quid dicere debeamus, & quid audire debeatis, attendentes per nos charissimi, quod possumus sumite, & ab illo quod nõ possumus poscite. Spiritū paraclætū Christus promissit Apostolis, quo autem modo promissit aduertamus. Si diligitis me, inquit, mandata mea seruauite, & ego rogabo patrem, & alium paraclætū dabit vobis, vt maneat vobiscum in æternum, spiritum veritatis. Hic est vtique in trinitate spiritus sanctus, quem patri & filio consubstantialem & coæternum fides catholica constituit: ipse est de quo dicit Apostolus, Caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: quomodo ergo dominus dicit, Si diligitis me, mandata mea seruauite, & ego rogabo patrem, & alium paraclætum dabit vobis: cum hoc dicat de spiritu sancto, quem nisi habeamus, nec

Apo. 5.  
Matt. 14.

Ioan. 13.

Ioan. 15.

Phil. 17.

Matt. 19.

Matt. 7.

Ioan. 11.

Roma. 4.

Philip. 2.

Matt. 24.

L

1. Tim. 3.

\*aliis, per

M

Iacobi. 4.

E

Matt. 6.

F

Roma. 5.



G mus, nec diligere deum possumus, nec eius madata seruare? Quomodo diligimus ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non valeamus? Aut quomodo madata seruabimus ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, madata seruare non possumus? An forte praecedit in nobis charitas, qua diligimus Christum, ut diligendo Christum eiusque mandata faciendo, mereamur accipere spiritum sanctum, ut charitas non Christi, quae iam praecesserat, sed dei patris diffundatur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis? Peruersa est ista sententia, qui enim se filium diligere credit, & patrem non diligit, profecto nec filium diligit, sed quod sibi ipse conuinxit: deinde apostolica vox est, Nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. Et quis dominum Iesum, nisi qui eum diligit dicit? Si eo modo dicit quo Apostolus intelligi voluit, multi enim voce dicunt, corde autem & factis negant, sicut de talibus ait, Consentunt enim se nosse deum, factis autem negant. Si negatur factis, proculdubio etiam dicitur fuisse. Nemo itaque dicit dominus Iesus, animo, verbo, facto, corde, opere: nemo dicit dominus Iesus, nisi in spiritu sancto, & nemo sic dicit, nisi qui diligit. Iam itaque Apostoli dicebant dominus Iesus, & si eo modo dicebant, ut non fuisse dicerent, ore confitentem, corde & factis non negantes. Prorsus si veraciter hoc dicebant, proculdubio diligebant. Quomodo igitur diligebant, nisi in spiritu sancto? Et tamen eis prius inaperatur ut diligant eum, & eius madata conseruent, ut accipiant spiritum sanctum, quem nisi haberent, profecto diligere & madata seruare non possent. Restat ergo ut intelligamus spiritum sanctum habere qui diligit, & habendo mereri ut plus habeat, & plus habendo plus diligit. Iam itaque habebant spiritum discipuli, quem dominus promittebat, sine quo eum dominum non dicebant, nec tamen eum adhuc habebant, sicut eum dominum promittebat. Et habebant ergo, & non habebant, qui quantum habendus fuerat, nondum habebant. Habebant itaque minus, dandus erat eis amplius: habebant occulte, accepturi fuerant manifeste, quia & hoc ad maius donum sancti spiritus pertinebat, ut eis innotesceret quod habebant: de quo munere loquens Apostolus ait, Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quae a deo donata sunt nobis: nam & ipsam manifestam impertitionem spiritus sancti non semel, sed bis numero dominus egit. Mox enim ut resurrexit a mortuis insufflans ait, Accipite spiritum sanctum. Nunquid igitur quia tunc dedit, ideo non misit etiam postea quem promissit? Aut non idem ipse est spiritus sanctus, qui & tunc est insufflatus ab ipso, & postea ab ipso missus in caelo? Quapropter cur ipsa quae facta est euidenter donatio eius, bis facta fuerit, alia quaestio est: fortassis enim propter duo precepta dilectionis, hoc est, proximi & dei, ut commendaretur ad spiritum sanctum pertinere dilectio, haec eius gemina est in manifestatione facta donatio. Et si alia causa quaerenda est, non nunc eius inquisitione in longiorem quam oportet modum sermo iste mittendus est, dum tamen constat sine spiritu sancto Christum nos diligere, & madata eius seruare non posse, & id nos posse atque agere tanto minus, quanto illum percipimus minus: tanto autem amplius, quanto illum percipimus amplius. Proinde non solum non habenti, verum etiam habenti non incassum promittitur, non habenti quidem, ut habeatur: habenti autem, ut amplius habeatur: nam nisi ab alio minus, ab alio amplius haberetur, sanctus Heliasus sancto Heliae non diceret, Spiritus qui est in te, duplex sit in me: quando autem

1. Cor. 12.

Ad Titum.

1. Cor. 2.

Ioan. 20.

1. sent. dist. 17. cap. Vt autem certius.

4. Reg. 1.

ait Ioannes Baptista, Non enim ad mensuram dat deus spiritum, de ipso dei filio loquebatur, cui non est datus spiritus ad mensuram, quia in illo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Neque enim sine gratia spiritus sancti est mediator dei & hominum homo Christus Iesus: nam & ipse dicit de se fuisse propheticum illud impletum, Spiritus domini super me, propter quod unxit me, euangelizare pauperibus misit me. Quod enim est ungnitus, & qualis patri, non est gratia, sed natura: quod autem in unitate personae unigeniti assumptus est homo, gratia est non naturae consentiente Euangelio atque dicente, Puer autem crescebat & confortabatur plenus sapientia, & gratia dei erat in illo. Cateris autem ad mensuram datur, & datus additur, donec uniuersis: pro modo suae perfectionis propria mensura compleatur: Vnde & monet Apostolus non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad temperantiam, uniuersique sicut deus partitus est mensuram fidei. Neque enim ipse diuiditur spiritus, sed dona per spiritum: nam diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus: quod vero ait, Rogabo patrem, & alium paraclitum dabit vobis. Ostendit & seipsum esse paraclitum. Paraclitus enim latine dicitur aduocatus: & dictum est de Christo, Aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustum. Sic autem mundum dixit non posse accipere spiritum sanctum, sicut etiam dictum est, Prudetia carnis inimica est deo, legi enim dei non est subiecta, nec enim potest: velut si dicamus, iniustitia iustitia esse non potest. Mendum quippe ait hoc loco, mundi significans dilectores, quae dilectio non est a patre. Et ideo dilectioni huius mundi, de qua fatigamus, ut minuatur & consumatur in nobis, contraria est dilectio dei, quae diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Mundus ergo eum accipere non potest, quia non videt eum, neque scit eum. Non enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio, per quos videri spiritus sanctus potest, qui videri nisi inuisibiliter non potest. Vos autem, inquit, cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Erit in eis ut maneat, non manebit ut sit: prius est enim esse alicubi, quam manere. Sed ne putaret quod dictum est, apud vos manebit, ita dictum quemadmodum apud hominem hospes visibiliter manere consuevit, exposuit quid dixerit, apud vos manebit, cum adiunxit & dixit, in vobis erit. Ergo inuisibiliter videtur, nec si non sit in nobis, potest esse in nobis eius scientia. Sic enim a nobis videtur in nobis, & nostra conscientia: nam faciem videmus alterius, nostram videre non possumus: conscientiam vero nostram videmus, alterius non videmus. Sed conscientia nunquam est nisi in nobis: spiritus autem sanctus potest esse etiam sine nobis. Datur quippe ut sit & in nobis, sed videri & sciri quemadmodum videndus & sciendus est, non potest a nobis, si non sit in nobis.

De eo quod dicit, Non relinquam vos orphanos, ueniam ad uos: usque ad id quod ait, Et qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum:

Tractatus LXXV. Ost promissionem spiritus sancti, ne quisquam putaret quod ita eum dominus daturus fuerit velut pro seipso, ut non & ipse cum eis esset futurus, adiecit atque ait, Non relinquam vos orphanos, ueniam ad uos. Orphanum pupilli sunt: illud enim Graecum eiusdem rei nomen est, hoc Latinum nam & in Psalmo ubi legimus, Pupillo tu eris adiutor, Graecus habet orphano. Quamuis ergo nos filius dei suo patri ado-

K Ioan. 3.

Colos. 3.

1. Timo. 2.

Esai. 61. Luc. 4.

Luc. 2. 1. sent. dist. 17. cap. Ad quod dicitur.

Roma. 12.

1. Corin. 12.

L 1. Ioan. 2.

Roma. 8.

Roma. 5.

M

Math. 9.

1. Corin. 15.

1. Corin. 5. Sapient. 9.

1. Ioan. 3.

Roma. 8.

Ioan. 15.

Psal. 9.

A tri adoptauerit filios, & eundem patrem nos uoluerit habere per gratiam, qui eius pater est per naturam, tamen etiam ipse circa nos paternum affectum quodammodo demonstrat cum dicit, Non relinquam vos orphanos, ueniam ad uos: hinc est quod etiam spiritus filios nos appellat, ubi ait, Veniet hora ut auferatur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt filij sponsi. Quis autem sponsus nisi dominus Christus: deinde sequitur & dicit, Adhuc modicum & mundus me iam non videt. Quid enim? Tunc eum videbat mundus, quandoquidem mundi nomine uult intelligi eos, de quibus superius locutus est, dicens de spiritu sancto quem mundus accipere non potest, quia non videt eum neque cognoscit eum. Videbat eum plane mundus carnis oculis in carne conspicuum, non autem videbat quod in carne uerbum latebat. Videbat hominem, non videbat deum, videbat indumentum, non videbat indutum. Sed quoniam cum post resurrectionem etiam ipsam carnem suam, quam non solum uidebam, uerum etiam contrectandam suis uoluit demonstrare, non suis subtrahere: fortasse hinc intelligendum est esse dictum, Adhuc modicum & mundus me iam non videt.

Vos autem uidebitis me, quia ego uiuo, & vos uiuetis. Quid est, quia ego uiuo, & vos uiuetis? Cur de praesente se dixit uiuere, illos autem de futuro esse uicturos, nisi quia vitam carnis utique resurgens, qualis in ipso praecedebat, & illis est pollicitus securus? Et quia ipsius mox futura erat resurrectio, praesentis posuit temporis uerbum propter significandam celeritatem, illorum autem quoniam seculi differunt in finem, non ait uiuatis, sed uiuetis. Duas ergo resurrectiones, suam scilicet mox futuram, & nostram in seculi fine uenturam, duobus uerbis praesentis temporis & futuri, eleganter breuiterque promissit. Quia ego, inquit, uiuo & vos uiuetis: quia ille uiuit, ideo & nos uiuemus, Per hominem quippe mors, & per hominem resurrectio mortuorum: sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, quoniam nemo ad mortem nisi per illum, nemo ad vitam nisi per Christum. Quia nobis uiximus, mortui sumus: quia uiuit ipse, uiuemus nos. Mortui sumus illi, quando uiximus nobis: quia uero mortuus ille pro nobis, & sibi uiuit & nobis: quia enim uiuit ille, & nos uiuemus: nam sicut per nos mortem habere potuimus, non sic & vitam per nos habere possumus. In illo die, inquit, uos cognoscetis, quia ego in patre, & uos in me, & ego in uobis. In quo die, nisi de quo ait, & uos uiuetis? Tunc enim erit, ut possumus videre quod credimus, nam & nunc est in nobis, & nos in illo: sed hoc nunc credimus, tunc etiam cognoscemus, quamuis & nunc credendo nouerimus, sed tunc contemplando noscemus.

Quandiu enim sumus in corpore quale nunc est, id est corruptibili, quod aggrauat animam, peregrinamur a domino, per fidem enim ambulamus, non per speciem: tunc ergo per speciem quoniam uidebimus eum sicuti est: nam si etiam nunc Christus in nobis non esset, non diceret Apostolus, Si autem Christus in nobis, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Quia uero & nos etiam nunc in illo sumus, satis ostendit ubi dicit, Ego sum uitis, uos palmites. In illo ergo die quando uiuemus ea uita, qua mors absorbebitur, cognoscemus quia ipse in patre, & nos in ipso, & ipse in nobis, quia tunc perficietur hoc ipsum, quod & nunc inchoatum est iam per ipsum, ut sit in nobis & nos in ipso. Qui habet, inquit, madata mea & seruat ea, ille est qui diligit me. Qui habet in memoria, & seruat in uita: qui habet in sermonibus, & seruat in

moribus: qui habet audiendo, & seruat faciendo: aut qui habet faciendo, & seruat perseverando. Ipse est, inquit, qui diligit me. Opere est demonstranda dilectio, ne sit infructuosa nominis appellatio. Et qui diligit me, inquit, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. Quid est diligere, tanquam tunc dilecturus sit, & nunc non diligit? Absit. Quomodo enim nos pater sine filio, aut filius sine patre diligeret? Quomodo cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligunt? Sed ad hoc dixit, diligam eum, ad quod non sequitur, & manifestabo ei meipsum. Diligam & manifestabo, id est, ad hoc diligam ut manifestem: nunc enim ad hoc dilexit, ut credamus, & madata fidei teneamus: tunc ad hoc diligit, ut videamus, & ipsa uisione mercedem fidei capiamus: quia & nos nunc diligimus credendo quod non uideamus: tunc autem diligemus uidentibus quod credimus.

De eo quod sequitur, Dicit ei Iudas non ille Iscariotes, Domine quid factum est, quia nobis manifestatus es teipsum, & non mundo: usque ad id quod ait, Sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris.

Tractatus LXXVI. Interrogantibus discipulis, & eis magistro respondente Iesu, etiam nos tanquam cum illis discimus, quando sanctum Euangelium uel legimus uel audimus. Quia ergo dixerat dominus, Adhuc modicum & mundus me iam non videt, uos autem uidebitis me, interrogauit eum de hoc Iudas, non ille traditor eius qui Iscariotes cognominatus est, sed cuius & epistola inter scripturas canonicas legitur, Domine, quid factum est quia nobis manifestatus es teipsum, & non mundo? Scimus cum ipsis tanquam interrogantes discipuli, comunemque magistrum audiamus & nos, Iudas enim sanctus, non immundus, nec insectator domini, sed sectator, causam quaesuit quare se non mundo, sed suis manifestatus esset Iesus, quare adhuc modicum & mundus non uideret eum, ipsi autem uideret eum. Respondit Iesus & dixit ei, Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum ueniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruauit. Ecce exposita est causa, quare se suis manifestatus est, non alienis, quos mundi nomine appellat, & ipsa est causa quod hi diligant, illi non diligant: ipsa causa est de qua sacer insonat Psalmus, Iudica me deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Qui enim diligunt, quia diligunt, eliguntur: qui uero non diligunt, si linguis hominum loquantur & angelorum, sunt aramentum sonans & cymbalum tinniens, & si habuerint prophetiam, & scierint omnia sacramenta, & omnem scientiam, & habuerint omnem fidem ut motes transferant, nihil sunt: & si distribuerint omnem substantiam suam, & tradiderint corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest. Dilectio sanctos discernit a mundo, quae facit unanimes habitare in domo, in qua domo pater & filii mansionem faciunt, qui donat & ipsam dilectionem, quibus donent in fine etiam ipsam suam manifestationem. De qua discipulus magistrum interrogabat, ut non solum illi, qui tunc audiebant per eos eius, sed etiam nos per Euangelium eius hoc nosse possemus: quaesierat enim de Christi manifestatione, & audiuit de dilectione atque missione. Est ergo quaedam dei manifestatio interior, quam prorsus impij non nouerunt, quibus dei patris & spiritus sancti manifestatio nulla est: filij uero potuit esse, sed in carne, quae nec talis est qualis illa, nec semper illis adesse potest qualiscunque sit, sed ad modicum tempus, & hoc ad iudicium,

E

F

Psal. 42.

1. Corin. 13.

Psal. 67.

G dicitur, non ad gaudium: ad supplicium, non ad primum. Nunc est ergo ut intelligamus quantum aperire ille dignatur, quomodo dictum sit, Adhuc modicum & mundus me iam non videt, vos autem videbitis me. Verum est quidem, quod post paululum etiam corpus suum in quo poterant eum & impij oculis videre, oculis eorum fuerat subtracturus: quadoquidem post resurrectionem nemo eorum vidit illorum, sed quoniam dictum est testantibus angelis, Sic veniet quemadmodum vidistis eum in caelum, nec aliud credimus quam eum in eodem corpore ad iudicium vivorum & mortuorum esse venturum. Proculdubio tunc eum videbit mundus, quo nomine significati sunt a regno eius alieni: ac per hoc longe melius intelligitur iam illud tempus significare voluisse in eo quod ait, Adhuc modicum & mundus me iam non videt, quando in fine seculi auferetur ab oculis damnatorum, ut illi eum de cetero videant apud quos diligentes eum, facit pater atque ipse mansionem. Modicum autem dixit, quia & id quod prolixum videtur hominibus, brevissimum est ante oculos dei: de hoc quippe modo dico iste ipse Ioannes, Filioli, inquit, novissima hora est, Ne quis porro existimet patrem tantummodo & filium sine spiritu sancto apud dilectores suos facere mansionem, recolat quod superius de spiritu sancto dictum est, Quem mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum: vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Ecce facit in sanctis cum patre & filio sanctus etiam spiritus mansionem, in usque utique tanquam deus in templo suo. Deus trinitas pater & filius & spiritus sanctus venit ad nos, dum venimus ad eos: veniunt subveniendo, venimus obediendo: veniunt illuminando, venimus intuendo: veniunt implendo, venimus capiendo, ut sit nobis eorum non extranea visio: sed interna, & in nobis eorum non transitoria mansio, sed aeterna: sic mundo non se filius manifestat. Mundus enim dictus est hoc loco, de quibus continuo subiunxit atque ait, Qui non diligit me, sermones meos non servat. Hi sunt qui patrem & spiritum sanctum nunquam vident: filium autem non ut beatificentur, sed ut iudicentur, ad modicum videtur: nec ipsum in forma dei, ubi est cum patre & spiritu sancto pariter invisibilis, sed in forma hominis, ubi esse voluit mundo patiendo contemptibilis, iudicando terribilis: quod vero adiunxit,

Et sermo quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Non miremur, non paueamus, non est minor pater, sed non est nisi a patre, non est impar ipso, sed non est a seipso: neque enim mentitus est dicendo, Qui non diligit me, sermones meos non servat, ecce suos dixit esse sermones. Nunquid sibi ipse est contrarius, ubi rursus dixit, Et sermo quem audistis non est meus? Aut quia secundum hominem non est suus? Et fortasse propter aliquam distinctionem, ubi suos dixit pluraliter dixit, hoc est sermones: ubi autem sermonem, hoc est, verbum, non suum dixit esse, sed patris, seipsum intelligi voluit. In principio enim erat verbum, & verbum erat apud deum & deus erat verbum. Non itaque suum, sed patris est verbum, quomodo nec sua imago, sed patris est, nec suus filius idem ipse, sed patris. Recte igitur tribuit auctori quicquid facit aequalis, a quo habet hoc ipsum quod illi est indifferenter aequalis.

De eo quod sequitur, Hec locutus sum vobis apud nos manens: usque ad id quod ait, Pacem meam do vobis, non quomodo mundus dat ego do vobis:

Tractatus LXXVII.

**I**n precedenti lectione sancti Evangelij, quam sequitur ista, quae modo recitata est, dominus Iesus dixerat se & patrem ad dilectores suos esse venturos, & apud eos mansionem esse facturos. Iam vero & superius dixerat de spiritu sancto. Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit, unde intelleximus in sanctis tanquam in templo suo simul manere trinitatem deum: nunc autem dicit, Hec locutus sum vobis apud vos manens. Illa itaque mansio alia est, quam promisit futuram: haec vero alia, quam praesentem esse testatur. Illa spiritalis est, atque intrinsecus mentibus redditur: haec corporalis foris secus oculis atque auribus exhibetur: illa in aeternum beatificat liberatos, haec in tempore visitat liberandos: secundum illam dominus a suis dilectoribus non recedit, secundum hanc it & redit. Haec, inquit, locutus sum vobis, apud vos manens, utique praesentia corporali, qua cum illis visibilis loquebatur. Paracletus autem, inquit, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & commemorabit vobis omnia quaecumque dixerit & redit. Haec, inquit, locutus sum vobis, apud vos manens, utique praesentia corporali, qua cum illis visibilis loquebatur. Paracletus autem, inquit, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & commemorabit vobis omnia quaecumque dixerit & redit. Haec, inquit, locutus sum vobis, apud vos manens, utique praesentia corporali, qua cum illis visibilis loquebatur. Paracletus autem, inquit, spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & commemorabit vobis omnia quaecumque dixerit & redit.

Nunquid nam dicit filius, & docet spiritu sanctus, ut dicente filio verba capiamus, docente autem spiritu sancto eadem verba intelligamus? Quasi dicat filius sine spiritu sancto, aut spiritu sanctus doceat sine filio, aut vero non & filius doceat, & spiritu sanctus dicat, & cum deus aliquid dicit & docet, trinitas ipsa dicat & doceat: sed quoniam trinitas est, oportebat eius singulas insinuare personas, easque nos distincte audire, inseparabiliter intelligere. Audi patrem dicentem ubi legis, Dominus dixit ad me, filius meus es tu: audi & docentem ubi legis, Omnis qui audivit a patre & didicit, venit ad me: filium vero dicentem modo audisti: de se quippe ait, Quaecumque dixerit vobis. Quem etiam docentem vis nosse, magistru recole, Unus est, inquit, magister vester Christus. Spiritum porro sanctum, quem modo audisti docentem ubi dictum est, Ipse vos docebit omnia: audi etiam dicentem, ubi legis in Actibus Apostolorum, beato Petro dixit spiritum sanctum, Vade cum illis, quia ego misi eos. Omnis igitur & dicit & docet trinitas: sed nisi etiam singillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere utique possit infirmitas. Cum ergo omnino sit inseparabilis, nunquam trinitas esse sciretur, si semper inseparabiliter diceretur: nam & cum dicimus patrem & filium & spiritum sanctum, non eos utique dicimus simul, cum ipsi non possint esse nisi simul. Quod vero addidit, commemorabit vobis, intelligere debemus etiam, quod iubemur non oblivisci saluberrimos monitus ad gratiam pertinere, quam nobis commemorat spiritus. Pacem, inquit, relinquo vobis, pacem meam do vobis. hoc autem est quod legimus apud Prophetam, Pacem super pacem, pacem nobis relinquit iturus, pacem suam nobis dabit in fine venturus, pacem nobis relinquit in hoc seculo, pacem suam nobis dabit in futuro seculo, pacem nobis relinquit, in qua manentes hostem vincimus, pacem suam nobis dabit, quando sine hoste regnabimus, pacem relinquit nobis, ut etiam hic inimicem diligamus, pacem suam nobis dabit, ubi nunquam dissentire possimus, pacem relinquit nobis, ne de occultis nostris inimicem iudicemus, cum in hoc saeculo mundo, pacem suam dabit nobis, cum manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a deo. In illo tamen atque ab illo nobis est pax, siue quam nobis relinquit iturus ad patrem, siue quam nobis dabit nos perducturus ad patrem. Quid autem nobis relinquit ascensus a nobis, nisi seipsum dum non recedit a nobis? Ipse est enim

est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. Pax ergo ipse nobis est, & cum credimus quia est, & cum videmus eum sicut est: si enim quantum sumus in corpore corruptibili quod aggrauat animam, cum per fidem ambulamus, non per speciem, non deserit peregrinantes a se, quanto magis cum ad ipsam speciem venerimus, nos implebit ex se. Sed quid est quod ubi ait, Pacem relinquo vobis, non addidit meam: ubi vero ait, pacem do vobis, ubi dixit meam? Utrique subaudiendum est meam, & ubi dictum non est, quia postea dictum est, potest referri ad utrumque etiam quod semel dictum est. An forte & hic aliquid latet quod petendum est & querendum, & ad quod pulsantibus aperiendum? Quid si enim pacem suam eam voluit intelligi, qualem habet ipse? Pax vero ista, quam nobis relinquit in hoc seculo, nostra est potius dicenda quam ipsius. Ille quippe nihil repugnat in seipso, qui nullum habet omnino peccatum: nos autem talem pacem nunc habemus, in qua adhuc dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Est ergo nobis pax aliqua, quoniam condelectamur legi dei secundum interiorum hominem, sed non est plena, quia videmus aliam legem in membris nostris, repugnantem legi mentis nostrae. Itemque inter nos ipsos est nobis pax, qua inuicem nobis credimus quod inuicem diligamus: sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis nostri inuicem non videmus, & quaedam de nobis quae non sunt in nobis, vel in melius inuicem, vel in deterius opinamur. Itaque ista etiam si ab illo nobis relicta est, pax nostra est: nisi enim ab illo non haberemus & talem, sed ipse non habet talem. Si tenuerimus usque in finem qualem accepimus, qualem habet habebimus, ubi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse, ut eiusdem domini sententiae repetitio videatur. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ut quod dixerat, pacem hoc repetitum dicens, pacem meam: & quod dixerat, relinquo vobis: hoc repetitum dicens do vobis. Ut volet quisque accipiat, me tamen delectat, credo & vos fratres mei, delectet sic tenere istam pacem, ubi aduersarium concorditer vincamus, ut desideremus pacem, ubi aduersarium non habebimus. Quod vero dominus adiunxit atque ait, Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Quid est aliud, nisi non quomodo homines dant, qui diligunt mundum, ita do vobis: Qui propterea dant tibi pacem, ut sine molestia litium atque bellorum, non deo, sed amico suo mundo perfruantur: & quando iustis dant pacem, ut non eos persequantur, pax non potest esse vera, ubi non est vera concordia, quia disuncta sunt corda: quomodo enim consors dicitur, qui sortem iungit: ita ille concors dicens est, qui corda iungit. Nos ergo charissimi, quibus Christus pacem relinquit, & pacem suam nobis dat, non sicut mundus, sed sicut ille per quem factus est mundus, ut concordemur simus, iungamus inuicem corda, & cor unum sursum habeamus, ne corrumpantur in terra.

De eo quod dicit, Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia dixi vobis, vado & venio ad vos, si diligeretis me, gauderetis utique: quia vado ad patrem, quia pater maior me est.

1. Corin. 4.

**A** est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. Pax ergo ipse nobis est, & cum credimus quia est, & cum videmus eum sicut est: si enim quantum sumus in corpore corruptibili quod aggrauat animam, cum per fidem ambulamus, non per speciem, non deserit peregrinantes a se, quanto magis cum ad ipsam speciem venerimus, nos implebit ex se. Sed quid est quod ubi ait, Pacem relinquo vobis, non addidit meam: ubi vero ait, pacem do vobis, ubi dixit meam? Utrique subaudiendum est meam, & ubi dictum non est, quia postea dictum est, potest referri ad utrumque etiam quod semel dictum est. An forte & hic aliquid latet quod petendum est & querendum, & ad quod pulsantibus aperiendum? Quid si enim pacem suam eam voluit intelligi, qualem habet ipse? Pax vero ista, quam nobis relinquit in hoc seculo, nostra est potius dicenda quam ipsius. Ille quippe nihil repugnat in seipso, qui nullum habet omnino peccatum: nos autem talem pacem nunc habemus, in qua adhuc dicimus, Dimitte nobis debita nostra. Est ergo nobis pax aliqua, quoniam condelectamur legi dei secundum interiorum hominem, sed non est plena, quia videmus aliam legem in membris nostris, repugnantem legi mentis nostrae. Itemque inter nos ipsos est nobis pax, qua inuicem nobis credimus quod inuicem diligamus: sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis nostri inuicem non videmus, & quaedam de nobis quae non sunt in nobis, vel in melius inuicem, vel in deterius opinamur. Itaque ista etiam si ab illo nobis relicta est, pax nostra est: nisi enim ab illo non haberemus & talem, sed ipse non habet talem. Si tenuerimus usque in finem qualem accepimus, qualem habet habebimus, ubi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse, ut eiusdem domini sententiae repetitio videatur. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ut quod dixerat, pacem hoc repetitum dicens, pacem meam: & quod dixerat, relinquo vobis: hoc repetitum dicens do vobis. Ut volet quisque accipiat, me tamen delectat, credo & vos fratres mei, delectet sic tenere istam pacem, ubi aduersarium concorditer vincamus, ut desideremus pacem, ubi aduersarium non habebimus. Quod vero dominus adiunxit atque ait, Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Quid est aliud, nisi non quomodo homines dant, qui diligunt mundum, ita do vobis: Qui propterea dant tibi pacem, ut sine molestia litium atque bellorum, non deo, sed amico suo mundo perfruantur: & quando iustis dant pacem, ut non eos persequantur, pax non potest esse vera, ubi non est vera concordia, quia disuncta sunt corda: quomodo enim consors dicitur, qui sortem iungit: ita ille concors dicens est, qui corda iungit. Nos ergo charissimi, quibus Christus pacem relinquit, & pacem suam nobis dat, non sicut mundus, sed sicut ille per quem factus est mundus, ut concordemur simus, iungamus inuicem corda, & cor unum sursum habeamus, ne corrumpantur in terra.

**B** Itemque inter nos ipsos est nobis pax, qua inuicem nobis credimus quod inuicem diligamus: sed nec ipsa plena est, quia cogitationes cordis nostri inuicem non videmus, & quaedam de nobis quae non sunt in nobis, vel in melius inuicem, vel in deterius opinamur. Itaque ista etiam si ab illo nobis relicta est, pax nostra est: nisi enim ab illo non haberemus & talem, sed ipse non habet talem. Si tenuerimus usque in finem qualem accepimus, qualem habet habebimus, ubi nihil nobis repugnet ex nobis, & nihil nos inuicem lateat in cordibus nostris. Nec ignoro ista domini verba etiam sic accipi posse, ut eiusdem domini sententiae repetitio videatur. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis, ut quod dixerat, pacem hoc repetitum dicens, pacem meam: & quod dixerat, relinquo vobis: hoc repetitum dicens do vobis. Ut volet quisque accipiat, me tamen delectat, credo & vos fratres mei, delectet sic tenere istam pacem, ubi aduersarium concorditer vincamus, ut desideremus pacem, ubi aduersarium non habebimus. Quod vero dominus adiunxit atque ait, Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Quid est aliud, nisi non quomodo homines dant, qui diligunt mundum, ita do vobis: Qui propterea dant tibi pacem, ut sine molestia litium atque bellorum, non deo, sed amico suo mundo perfruantur: & quando iustis dant pacem, ut non eos persequantur, pax non potest esse vera, ubi non est vera concordia, quia disuncta sunt corda: quomodo enim consors dicitur, qui sortem iungit: ita ille concors dicens est, qui corda iungit. Nos ergo charissimi, quibus Christus pacem relinquit, & pacem suam nobis dat, non sicut mundus, sed sicut ille per quem factus est mundus, ut concordemur simus, iungamus inuicem corda, & cor unum sursum habeamus, ne corrumpantur in terra.

**C** De eo quod dicit, Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia dixi vobis, vado & venio ad vos, si diligeretis me, gauderetis utique: quia vado ad patrem, quia pater maior me est.

Tractatus LXXVIII.

**A**ccepimus fratres verba domini dicentis ad discipulos suos. Non turbetur cor vestrum neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, vado & venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Hinc

ergo turbari & formidare poterat cor illorum, quod ibat ab eis, quantum venturus ad eos, ne forsitan gregem lupus hoc intervallo inuaderet pastoris absentia, sed a quibus homo abscedebat, deus non recedebat, & idem ipse Christus homo & deus. Ergo & ibat per id quod homo erat, & manebat per id quod deus erat: ibat per id quod vno loco erat, manebat per id quod ubique erat. Cur itaque turbaretur & formidaret cor, quando ita desererebat oculos, ut non desereret cor? Quamuis deus etiam qui nullo continetur loco, discedat ab eorum cordibus, qui eum relinquunt moribus, non pedibus, & veniat ad eos qui conuertuntur ad eum non facie, sed fide, & accedunt ad eum mente, non carne. Ut autem intelligeret secundum id quod homo erat eum dixisse, vado & venio ad vos: adiecit atque ait, Si diligeretis me gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Per quod ergo filius non est aequalis patri, per hoc iturus erat ad patrem, a quo venturus est viuos iudicaturus & mortuos. Per illud autem in quo aequalis est genenti vnigenitus, nunquam recedit a patre, sed cum illo est ubique totus pari diuinitate, quam nullus continet locus. Cum enim in forma dei esset, sicut Apostolus loquitur, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo: quomodo enim rapina possit esse natura, quae non erat usurpata, sed nata: Semetipsum autem exinaniuit, formam serui accipiens, non ergo amittens illam, sed accipiens istam, eo modo se exinaniuit, quo hic minor apparebat, quam apud patrem manebat. Forma quippe serui accessit, non forma dei recessit: haec est assumpta, non illa co-sumpta: propter hanc dicit, Pater maior me est: propter illam vero, Ego & pater unum sumus. Hoc attēdat Arrianus, & hac attentione sit sanus, non contentione sit vanus, aut quod est peius, insanus. Haec est enim forma serui, in qua dei filius minor est, non patre solo, sed etiam spiritu sancto, neque id tantum, sed etiam seipso: quia idem ipse in forma dei maior est seipso. Neque enim homo Christus non dicitur filius dei, quod etiam sola caro eius in sepulchro meruit appellari: nam quid aliud confitemur cum dicimus credere nos in vnigenitum dei filium, qui sub Pontio Pilato crucifixus est & sepultus? Et quid eius nisi caro sepulta est sine anima? Ac per hoc cum credimus in dei filium, qui sepultus est, profecto filium dei dicimus & carnem, quae sola sepulta est. Ipse ergo Christus filius dei, aequalis patri in forma dei, quia semetipsum exinaniuit non formam dei amittens, sed formam serui accipiens, maior est & seipso: quia maior est forma dei, quae amissa non est, quam serui quae accepta est. Quid itaque mirum, vel quid indignum, si secundum hanc formam serui loquens, ait dei filius. Pater maior me est: & secundum dei formam loquens, ait idem ipse dei filius. Ego & pater unum sumus. Vnum sunt secundum id quod deus erat verbum: & maior est pater, secundum id quod verbum caro factum est. Dicam etiam quod Arriani & Eunomiani negare non possunt, secundum hanc formam serui puer Christus etiam parentibus suis minor erat, quando paruulus maioribus, sicut scriptum est, subditus erat. Quid igitur haeretice, cum Christus deus sit & homo, loquitur ut homo, & iam calumnias deo? Ille in se naturam commendat humanam, tu in illo audes deformare diuinam? Infidelis, ingratus, ideo ne tu minus eum qui fecit te, quia dicit ille quid factus sit propter te? Aequalis enim patri filius per quem factus est homo, ut minor esset patre factus est homo, quod nisi fieret, quid esset homo? Dicat plane dominus & magister noster: Si diligeretis me, gauderetis utique, quia vado ad patrem, quia

E

F

Philipp. 2.

Ioan. 10.

Luc. 2.

G quia pater maior me est. Cum discipulis audiamus verba doctoris, non cum alienis sequamur astutiam deceptoris. Agnoscamus geminam substantiam Christi, diuinam scilicet qua aequalis est patri, humanam qua maior est pater. Vtrunque autem simul, non duo, sed vnus est Christus, ne sit quaternitas, non trinitas deus: sicut enim vnus est homo anima rationalis & caro, sic vnus est Christus deus & homo: ac per hoc Christus est deus, anima rationalis & caro. Christum in his omnibus, Christum in singulis confitemur. Quis est ergo per quem factus est mundus? Christus Iesus, sed in forma dei. Quis est sub Pōtio Pilato crucifixus? Christus Iesus, sed in forma serui. Idem de singulis quibus homo constat. Quis non est derelictus in inferno? Christus Iesus, sed in anima sola: quis resurrexerit triduo iacuit in sepulchro? Christus Iesus, sed in carne sola. Dicitur ergo & in his singulis Christus. Verum hæc omnia non duo vel tres, sed vnus est Christus: ideo ergo dixit, Si diligeretis me, gauderetis vti que, quia vado ad patrem: quoniam natura humana gratulandum est, eo quod sic assumpta est a verbo vni genito, vt immortalis constitueretur in celo, atque ita fieret terra sublimis, vt incorruptibilis puluis sederet ad dexteram patris: hoc enim modo se iturum dixit ad patrem: nam profecto ad illum ibat, qui cum illo erat: sed hoc erat ire ad eum & recedere a nobis, mutare atque immortalis facere quod mortale suscepit ex nobis, & leuare in celum per quod fuit in terra pro nobis. Quis non dehinc gaudeat, qui sic diligit Christum, vt & suam naturam iam immortalem gratuletur in Christo, atque id se speret futurum esse per dominum Christum? Qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat deus, per omnia secula seculorum amen.

De eo quod dicit, Et nunc dixi vobis priusquam fiat: ut cum factum fuerit credatis, usque ad id quod ait, Et sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Surgite eamus hinc.

Tractatus LXXIX.

**D**ominus & saluator noster Iesus Christus dixerat discipulis suis: Si diligeretis me, gauderetis vti que quia vado ad patrem, quia pater maior me est. Quod ex forma serui eum dixisse, non ex forma dei in qua aequalis est patri, nouit fides qua religio- sis est mentibus fixa, non a calumniis & demeritis ficta: deinde subiunxit: Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis. Quid est hoc, cum magis homo credere debeat antequam fiat id quod credendum est? Hæc est enim laus fidei, si quod creditur non videtur: nam quid magnum est, si id creditur quod videtur, secundum illam eiusdem domini sententiam, quando discipulum arguit dicens: Quia vidisti me credidisti, beati qui non vident & credunt: Et nescio vtrum credere dicendus est quisque quod videt: nam ipsa fides in epistola qua scribitur ad Hebræos, ita est definita: Est autem fides sperantium substantia, & coniunctio rerum qua non videntur. Quapropter si fides est rerum que creditur, eademque fides earum rerum est qua non videntur, quid sibi vult quod dominus ait: Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis? Nonne potius dicendum fuit, & nunc dixi vobis priusquam fiat vt credatis, quod cum factum fuerit videatis? Nam & ille cui dictum est, Quia vidisti credidisti: non hoc credidit quod vidit, sed aliud vidit, aliud credidit. Vidit enim hominem, credidit deum: cernebat quippe atque tangebatur carnem videntem, quam viderat morientem, & credebat deum in carne ipsa latentem. Credebat ergo mente quod non vi-

debat, per hoc quod sensibilibus corporeis apparebat: sed etiam dicuntur credi, quae videntur, sicut dicit vnusquisque oculis suis se credidisse, non tamen ipsa est, quae in nobis edificatur fides, sed ex rebus, quae videntur, agitur in nobis, vt ea credantur quae non videntur. Quocirca dilectissimi, vnde nunc mihi sermo est quod dominus ait: Et nunc dixi vobis priusquam fiat, vt cum factum fuerit credatis, illud vti que dicit, cum factum fuerit, quod eum visuri erant post mortem viuentem, & ad patrem ascendentem. Quo viso illud fuerat credituri, quod ipse esset Christus filius dei viui, qui potuit hoc facere cum praedixisset, & praedicere antequam faceret. Creditur autem hoc non fide noua, sed aucta, aut certe cum mortuus esset defuncta: cum resurrexisset refecta: neque enim eum dei filium non & ante credebatur, sed cum in illo factum esset quod ante praedixit, fides illa qua tunc quando illis loquebatur fuit parua, & cum moreretur penè iam nulla, & reuixit & creuit: deinde quid dicit? Iam non multa loquar vobis: venit enim princeps mundi huius. Quis nisi diabolus? Et in me non habet quicquam: nullum omnino scilicet peccatum: sic enim ostendit non creaturam, sed peccatorum principem diabolum, quos nunc nomine mundi huius appellat. Et quotienscunque mundi nomen in mala significatione ponitur, non ostendit nisi mundi istius amatores: de quibus alibi scriptum est, Qui cumque voluerit amicus esse seculi huius, inimicus dei constituetur. Absit ergo vt sic intelligatur diabolus princeps mundi, tanquam gerat vniuersi mundi, id est, caeli & terrae, atque omnium quae in eis sunt principatum: de quali mundo dictum est, cum de Christo verbo sermo esset, Et mundus per eum factus est. Vniuersus itaque mundus a summis caelis vsque ad infimam terram creatori est subditus, non defertori, redemptori, non interemptori, liberatori, non captiuatori, doctori, non deceptoris: quae admodum autem sit intelligendus princeps mundi diabolus, euidentius aperuit Paulus Apostolus, qui cum dixisset, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est, aduersus homines: subiicit atque ait, sed aduersus principes, & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum. Sequenti enim verbo exposuit quid dixisset, mundi: cum subiicit, tenebrarum harum: ne quisquam mundi nomine intelligeret vniuersam creaturam, cuius nullo modo sunt rectores angeli defertores. Tenebrarum, inquit, harum, id est, mundi istius amatorum, ex quibus tamen electi sunt, non per suum meritum, sed per dei gratiam: quibus dicit, Fuiistis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Omnes enim fuerunt sub rectoribus tenebrarum harum, id est, hominum impii, tanquam tenebrae sub tenebris, sed gratias deo, qui eruit nos, sicut dicit idem Apostolus, de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij claritatis suae: In quo princeps huius mundi, hoc est, tenebrarum harum, non habebat quicquam, quia neque cum peccato deus venerat, nec eius carne de peccati propagine virgo pepererat. Et tanquam ei diceretur, cur ergo moreris si non habes peccatum, cui debeatur mortis supplicium? continuo subiicit, Sed vt cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio: surgite eamus hinc. Discumbens enim discumbentibus loquebatur, eamus autem dixit: quod nisi ad illum locum vnde fuerat tradendus ad mortem, qui nullum habebat meritum mortis, sed habebat vt moreretur mandatum patris, tanquam ille de quo praedictum erat: quae non rapui tunc exolvebam, mortem sine debito soluturus, & nos a morte debita redempturus. Rapuerat autem Adâ peccatum,

**A** catum, quando manum in arborem praesumptione deceptus extendit, vt incommunicabile nomen incoelestia diuinitatis inuaderet, quam filio dei natura contulerat, non rapina.

De eo quod dicit, Ego sum vitis vera: & pater meus agricola est: usque ad id quod ait, iam uos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis:

Tractatus LXXX.

**I**ste locus euangelicus fratres, vbi se dicit dominus vitam, & discipulos suos palmites, secundum hoc dicit quod est caput Ecclesiae, nosque membra eius, mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Vniuersi quippe naturae sunt vitis & palmites. Propter quod cum esset deus, cuius naturae non sumus, factus est homo, vt in illo eisset vitis humana natura, cuius & nos homines palmites esse possemus: quid ergo est?

Ego sum vitis vera. Nunc quid vt adderet vera, hoc ad eam vitam retulit, vnde ista similitudo translata est: Sic enim dicitur vitis per similitudinem, non per proprietatem, quemadmodum dicitur onis, agnus, leo, petra, lapis angularis, & cetera huiusmodi, quae magis ipsa sunt vera, ex quibus ducuntur istae similitudines, non proprietates: sed cum dicit, ego sum vitis vera, ab illa se vti que discernit cui dicitur: Quomodo conuersa es in amaritudinem vitis alienae? Nam quo pacto est vitis vera, quae expectata est vt faceret vnam, fecit autem spinas? Ego sum, inquit, vitis vera: Et pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum, & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Nunquid vnum sunt agricola & vitis? secundum hoc ergo vitis Christus, secundum quod ait, pater maior me est: secundum autem id quod ait: Ego & pater vnum sumus: & ipse agricola est, nec talis quales sunt, qui extrinsecus operando exhibent ministerium, sed talis vt det etiam intrinsecus incrementum: nam neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus: sed vti que deus est Christus, quia deus erat verbum, vnde ipse & pater vnum sunt, & si verbum caro factum est quod non erat, manet quod erat: denique cum de patre tanquam de agricola dixisset, quod infructuosos palmites tollat, fructuosos autem purget vt plus afferant fructum, continuo etiam seipsum mundatorem palmitum ostendens: Iam vos, inquit, mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Ecce & ipse mundator est palmitum, quod est agricola, non vitis officium, qui etiam palmites operarios suos fecit: nam et si non dant incrementum, impendunt tamen aliquod adiumentum, sed non de suo, quia sine me, inquit, nihil potestis facere: audi etiam ipsos contentes: quid autem est Apollo? quid autem Paulus? ministri per quos credidistis, & vnicique sicut dominus dedit: ego plantavi, Apollo rigauit: & hoc ergo sicut vnicique dominus dedit, non itaque de suo: iam vero quod sequitur, sed deus incrementum dedit: non per illos, sed per se ipsum facit. Excedit hoc humanam humilitatem, excedit angelicam sublimitatem, nec omnino pertinet, nisi ad agricolam trinitatem. Iam vos mundi estis mundi, scilicet atque mundandi: neque enim nisi mundi essent, fructum ferre potuissent: & tamen omnem qui fert fructum purgat agricola, vt fructum plus afferat: fert fructum, quia mundus est, atque vt plus afferat, purgatur adhuc. Quis enim est in hac vita sic mundus, vt non sit magis magisque mundandus? Vbi si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: si autem confelli fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus, qui

dimittet nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Mundet itaque mundos, hoc est fructuosos, vt tanto sint fructuosiores, quanto fuerint mundiores: iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis. Quare non ait, mundi estis propter baptismum quo loti estis: sed ait, propter verbum quod locutus sum vobis: nisi quia & in aqua verbum mandat: detrahe verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, etiam ipsum tanquam visibile verbum: nam & hoc vti que dixerat, quando pedes discipulis lauit: qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Vnde ista tanta virtus aquae vt corpus tangat & cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur: nam & in ipso verbo, aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. Hoc est verbum fidei, quod praedicamus, ait Apostolus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia deus illi suscitauit a mortuis, saluus eris, corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: vnde in Actibus Apostolorum legitur: Fide mundans corda eorum: & in epistola sua beatus Petrus, Sic & vos, inquit, baptismum saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio, hoc est, verbum fidei, quod praedicamus, quo sine dubio vt mundare possit, consecratur & baptismum. Christus quippe nobiscum vitis, cum patre agricola, dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea. Lege Apostolum, & vide quid adiungat: Vt eam sanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aquae in verbo. Mundatio igitur nequaquam fluxu & labili tribueretur elemento, nisi adderetur, in verbo. Hoc verbum fidei tantum valet in Ecclesia dei, vt per ipsam credentem, offerentem, benedicientem, tingentem etiam tantillum mundet infantem, quantum nondum valentem corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum, de quo dominus ait: Iam vos mundi estis propter verbum quod locutus sum vobis.

De eo quod dicit, Manete in me & ego in vobis: usque ad id quod ait, Si manseritis in me, & uerba mea in vobis manserint, quocumque uolueritis, petetis, & fiet uobis.

Tractatus LXXXI.

**I**tem se dixit esse Iesus, & discipulos suos palmites, & agricolam patrem: vnde iam pridem sicut potuimus disputatum est. In hac autem lectione cum adhuc de seipso qui est vitis, & de suis palmitibus, hoc est, discipulis loqueretur: Manete, inquit, in me, & ego in vobis: Non eo modo illi in ipso, sicut ipse in illis. Vtrunque autem prodest non ipsi, sed illis: ita quippe in vite sunt palmites, vt viti non conferant, sed inde accipiant vnde viuunt: ita vero vitis est in palmitibus, vt vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest vtrunque, non Christo: nam praeciso palmitis, potest de viua radice alius pullulare: qui autem praecisus est, sine radice non potest viuere: denique adiungit & dicit, Sicut palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Magna gratiae commendatio fratres mei, corda instruit humilium, ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respondeat, qui ignorates dei iustitiam & suam volentes constituit, iustitiam dei non sunt subiecti. Ecce cui respondeant sibi placentes & ad bona opera facienda deum sibi necessarium non putantes: Nonne huic resistunt veritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, qui respondent & loquuntur iniqui-

3. sent. dist. 22. cap. Hic queritur.

3. sent. dist. 24. cap. Hic queritur.

Ioan. 20.

Hebræo. 11. 7 alias cognio. alias co. uictio.

Ioan. 20.

Cap. XV.

1. Tim. 1.

Esai. 53. Ioan. 1. Apoca. 5. 1. Corin. 10. Eph. 2. Hiero. 2. Esai. 5.

Ioan. 14. Ioan. 10.

1. Corin. 3. Ioan. 1.

Ioan. 10.

1. Corin. 3.

1. Ioan. 1.

L

Iacobi. 4.

Ioan. 1.

Eph. 6.

M

Eph. 5.

Colo. 1.

Psal. 67.

1. q. 1. ed. De trah. 4. sent. dist. 3. cap. 1.

Ioan. 13.

Roma. 10.

Acto. 13. 1. Petri. 2. E

Eph. 5.

Roma. 16.

2. Timo. 3.



**G** iniquitate dicentes: A deo habemus quod homines sumus, a nobis ipsis autem quod iusti sumus? Quid dicitis, quid vobis decipitis, non assertores, sed precipitatores liberi arbitrij, ex alto elationis per inania presumptionis in profunda submersi: Nempe vox vestra est, quod homo ex semetipso facit iustitiam, hoc est alti elationis vestra, sed veritas contradicit & dicit: Palmes non potest ferre fructum a semetipso, nisi manserit in vite. Itē nunc per abrupta, & non habentes ubi figamini, ventosa loquacitate iactamini. Hac sunt inania presumptionis vestra: sed quid vos sequatur videte, & si est in vobis vilis sensus horrete: qui enim a semetipso se fructum existimat ferre, in vite non est: qui in vite non est, in Christo non est: qui in Christo non est, Christianus non est. Hac sunt profunda submersionis vestra, etiam atque etiam considerate quid adhuc veritas adiungat & dicat:

Ego sum, inquit, vitis, vos palmites: qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potestis facere. Ne quisquam putaret saltem parvum aliquid fructum posse a semetipso palmitem ferre, cum hac dixisset, hic fert fructum multum: non ait, quia sine me parum potestis facere: sed, nihil potestis facere. Sive ergo parum sive multum, sine illo fieri non potest, sine quo nihil fieri potest, quia etiam parum attulerit palmes, cum purgat agricola ut plus afferat: tamen nisi in vite manserit, & vixerit de radice, quantumlibet fructum a semetipso non potest ferre: quantumvis autem Christus vitis non esset, nisi homo esset, tamen istam gratiam palmitibus non praeberet, nisi etiam deus esset. Verum quia ita sine ista gratia non potest viui, ut & mors in potestate sit liberi arbitrij:

Si quis in me, inquit, non manserit, mittetur foras sicut palmes & arefcet, & colligent eum, & in igne mittet & ardet. Ligna itaque vitis tanto sunt contemptibilia, si in vite non manserint, quanto gloriosiora si manserint, de nique sicut de his etiam per Ezechielem prophetam dominus dicit, praecisa nullis agricolarum vltibus profunt, nullis fabrilibus operibus deputantur. Vnum de duobus palmiti congruit, aut vitis, aut ignis: si in vite non est, in igne erit: ut ergo in igne non sit, in vite sit. Si manserit in me, inquit, & verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis petetis, & fiet vobis. Manendo quippe in Christo, quid velle possunt nisi quod convenit Christo? Quid velle possunt manendo in saluatore, nisi quod non est alienum a salute? Aliud quippe volumus, quia sumus in Christo, & aliud volumus quia sumus adhuc in hoc seculo. De mansione namque huius seculi nobis aliquando subrepat, ut hoc petamus quod nobis non expedire nescimus. Sed absit ut fiat nobis si manemus in Christo, qui non facit quando petimus, nisi quod expedit nobis. Manentes ergo in eo cum verba eius in nobis manent, quodcumque voluerimus petimus, & fiet nobis, quia si petimus & non fiet, non hoc petimus quod habet mansio in eo, nec quod habent verba eius, quae manent in nobis, sed quod habet infirmitas & cupiditas carnis, quae non est in eo, & in qua non manent verba eius: nam utique ad verba eius pertinet oratio illa quam docuit, ubi dicimus: Pater noster qui es in caelis. Ab huius orationis verbis & sensibus non recedamus petitionibus nostris, & quicquid petierimus fiet nobis. Tunc enim dicenda sunt verba eius in nobis manere, quando facimus quae praecipit, & diligimus quae promissit: quando autem verba eius manent in memoria, nec inveniuntur in vita, non computatur palmes in vite, quia vitam non attrahit ex radice. Ad hanc differentiam valet quod scriptum est, Et memoria retinentibus mandata eius, ut fa-

ciant ea: multi enim memoria retinent, & contemunt, vel etiam derident & oppugnant ea. In his verba Christi non manent, quia tangunt & quodammodo non coherent: & ideo illis non erunt in beneficium, sed in testimonium, & quia sic insunt eis ut non maneant in eis, ad hoc tenentur ab eis ut iudicentur ex eis.

De eo quod dicit, In hoc glorificatus est pater meus ut fructum plurimum afferatis: usque ad id quod ait, Sicut et ego patris mei praecepta servavi, et maneo in eius dilectione: Tractatus LXXXII.

**M** Agis magis: saluator gratiam qua saluamur discipulis loquendo commendans: In hoc, inquit, glorificatus est pater meus, ut fructum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sive glorificatus sive clarificatus dicitur ex vno Graco verbo vtrunque translatum est, quod est *δοξα*. Doxa enim quae Graco dicitur, Latine gloria est. Quod ideo commemorandum existimavi, quia dicit Apostolus, Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non ad deum. Hac est ad deum gloria qua glorificatur non homo, sed deus, si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex deo illi sit quod etiam bene operatur, quoniam palmes sicut iam superius dixi, non potest ferre fructum a semetipso: si enim in hoc glorificatus est deus pater ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli, non hoc gloria nostrae tribuamus tanquam hoc ex nobis ipsis habeamus: eius est enim haec gratia, & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria: unde & alibi cum dixisset, Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videant opera vestra bona, ne a semetipsis putarent esse bona opera sua: mox addidit, Et glorificent patrem vestrum qui in caelis est. In hoc enim glorificatur pater, ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli. A quo efficiamur, nisi ab illo cuius misericordia praevenerit nos? Ipsius enim signum sumus, creati in Christo Iesu in operibus bonis. Sicut dilexit me pater, inquit, & ego dilexi vos, manete in dilectione mea. Ecce unde sunt nobis opera bona: nam unde nobis essent, nisi quia fides per dilectionem operatur? Unde autem diligeremus, nisi prius diligeremur? Apertissime hoc in Epistola sua idem iste Evangelista dixit, Nos diligamus deum, quoniam ipse prior dilexit nos: quod autem ait, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos: non aequalitatem naturae ostendit nostrae & suae, sicut est patris & ipsius, sed gratiam qua mediator dei & hominum est homo Christus Iesus: mediator quippe monstratur cum dicit, Sicut dilexit me pater & ego dilexi vos: nam pater utique diligit & nos, sed in ipso, quia in hoc glorificatur pater, ut fructum afferamus in vite, hoc est in filio, & efficiamur eius discipuli. Manete, inquit, in dilectione mea: quomodo manebimus? Audi quid sequitur: Si praecepta mea, inquit, servaveritis, manebitis in dilectione mea. Dilectio facit praecepta servare, an praecepta servata faciunt dilectionem? Sed quis ambigat, quod dilectio praecedat? Unde enim praecepta servet non habet, qui non diligit, quod ergo ait, Si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: ostendit non unde dilectio generetur, sed unde monstratur, tanquam diceret, Nolite vos putare manere in dilectione mea, si non servaveritis praecepta mea: si enim servaveritis, manebitis, hoc est, hinc apparebit quod in dilectione mea manebitis, si praecepta mea servaveritis. Nemo se fallat dicendo quod eum diligit, si eius praecepta non servat: nam tantum eum diligimus, in quantum eius praecepta servamus, in quantum autem minus servamus, minus diligimus:

Roma. 4.

Math. 5.

Eph. 2.

Gala. 5.

1. Ioan. 4.

M

1. Timo. 2.

**A** gimus: quantumvis quod ait, Manete in dilectione mea, non apparet quam dixerit dilectionem, vtrum qua eum diligimus, an qua ipse diligit nos: sed ex verbo superiore dinoscitur: dixerat quippe, & ego dilexi vos: cui verbo continuo subiunxit, manete in dilectione mea, illa ergo qua dilexit eos. Quid est ergo, manete in dilectione mea, nisi manete in gratia mea? Et quid est, si praecepta mea servaveritis, manebitis in dilectione mea: nisi, ex hoc scietis, quod in dilectione mea qua vos diligo manebitis, si praecepta mea servaveritis? Non ergo ut nos diligit, prius eius praecepta servamus: sed nisi nos diligit, praecepta eius servare non possumus. Hac est gratia quae humilibus patet, superbos latet: sed quid illud est quod adiungit, Sicut & ego patris mei praecepta servavi, & maneo in eius dilectione? Utique etiam hic hanc dilectionem patris intelligi voluit, qua eum diligit pater: ita quippe dixerat, Sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos: atque his verbis illa subiunxit, manete in dilectione mea, illa proculdubio qua dilexi vos. Ergo quod ait etiam de patre, maneo in eius dilectione, illa scilicet accipienda est, qua dilexit eum pater. Sed nunquid & hic gratia intelligenda est qua pater diligit filium, sicut etiam gratia est qua nos diligit filius, cum sumus nos filij gratia, non natura: vniigenitus autem natura, non gratia? An hoc etiam in ipso filio ad hominem referendum est ita sanè: nam dicendo, sicut dilexit me pater, & ego dilexi vos, gratiam mediatoris ostendit: Mediator autem dei & hominum, non in quantum deus, sed in quantum homo est Christus Iesus. Et profecto secundum id quod homo est, de illo legitur: Et Iesus proficiebat sapientia & aetate & gratia apud deum & homines. Secundum hoc igitur recte possumus dicere, quod cum ad naturam dei non pertineat natura humana, ad personam tamen vniigeniti filij dei per gratiam pertinet humana natura, & tantam gratiam ut nulla sit maior, nulla prorsus aequalis: neque enim illam susceptionem hominis vlla merita praecesserunt, sed ab illa susceptione merita eius cuncta coeperunt. Manet ergo filius in dilectione qua eum dilexit pater, & ideo servat praecepta eius: quid est enim & ille homo, nisi quod deus susceptor est eius? Deus enim erat verbum, vniigenitus, gignenti coaeternus, sed ut mediator daretur nobis, per ineffabilem gratiam verbum caro factum est, & habitavit in nobis.

1. Timo. 2.

Luc. 2.

Ioan. 1.

**C** De eo quod dicit, Haec locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur: usque ad id quod ait, Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos.

Tractatus LXXXIII.

**A** Vidistis charissimi, dominum dicentem discipulis suis: Haec locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Quod est gaudium Christi in nobis, nisi quod dignatur gaudere de nobis? Et quod est gaudium nostrum quod dicit implendum, nisi eius habere consortium? Propter quod Petro dixerat, Si non lavero te, non habebis partem mecum. Gaudium ergo eius in nobis, gratia est quam praestitit nobis, & ipse est gaudium nostrum. Sed de hac ille etiam ex aeternitate gaudebat, quando nos elegit ante constitutionem mundi. Nec recte possumus dicere, quod gaudium eius plenum non erat: non enim deus imperfecte aliquando gaudebat, sed illud eius gaudium in nobis non erat, quia nec nos in quibus esse posset iam eramus, nec quando esse coepimus, cum illo esse coepimus. In ipso autem semper erat, qui nos suos futuros certissima suae praesentiae veritate Tomus nonus.

Ioan. 15.

Eph. 5.

gaudebat. Proinde gaudium iam ipse perfectum de nobis habebat: quando nos praesciendo & praedestinando gaudebat: neque enim vilis in illo eius gaudium metus esse poterat, ne forte non fieret quod se facturum esse praesciebat: sed neque cum id facere coepit, quod se facturum esse praesciuit, gaudium eius quo beatus est crevit: alioqui beator factus est, quia nos fecit. Absit hoc fratres, dei beatitudo quia nec minor fuerat sine nobis, nec fit maior ex nobis. Gaudium igitur eius de salute nostra, quod in illo semper fuit cum praesciuit & praedestinavit nos, coepit esse in nobis, quando vocavit nos, & hoc gaudium merito nostrum dicimus, quo & nos beati futuri sumus: sed hoc gaudium nostrum crescit & proficit, & ad suam perfectionem perseverando pertendit: ergo inchoatur in fide renascendum, implebitur in praemio resurgentium. Ecce unde dictum existimo, haec locutus sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. In vobis sit meum, impleatur vestrum: semper enim erat meum plenum, & antequam vocaremini, cum vocandi a me praesciremini: sed fit & in vobis, cum hoc efficiamini quod praesciui de vobis: impleatur autem vestrum, quia beati eritis quod nondum estis, sicut creati estis qui non fuistis. Hoc est, inquit, praeceptum meum, ut diligatis invicem sicut dilexi vos. Sive dicatur praeceptum, sive mandatum, ex vno verbo Graco vtrunque interpretatur, quod est *ἐντολή*. Iam vero istam sententiam & ante dixerat, de qua me vobis ut potui disputasse meminisse debetis. Ibi enim sic ait, Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut & vos diligatis invicem. Huius itaque mandati repetitio, commendatio est, nisi quod ibi, mandatum, inquit, novum do vobis: hic autem, hoc est, inquit, mandatum meum. Ibi tanquam non fuerit ante tale mandatum: hic tanquam non sit aliud eius mandatum: sed ibi dictum est novum, ne in vetustate nostra perseveremus: hic dictum est meum, ne contemnendum putemus. Quod autem hic ita dixit, hoc est mandatum meum: velut non sit aliud, quid putamus fratres mei? Nunquid nam solum eius de ista dilectione mandatum est, qua diligimus invicem? Nonne est & aliud maius, ut diligamus deum? Aut vero de sola nobis dilectione mandavit, ut alia non inquiramus? Tria certe commendat Apostolus dicens, Manent autem fides, spes, charitas, tria haec: maior autem horum est charitas. Et si in charitate, hoc est, in dilectione concluduntur duo illa praecepta, maior tamen dicta est esse non sola. De fide igitur nobis quam multa mandata sunt, quam multa de spe, quis potest cuncta colligere, quis enumerando sufficere? Sed intueamur quod ait idem Apostolus, Plenitudo legis charitas. Vbi ergo charitas est, quid est quod possit deesse? Vbi autem non est, quid est quod possit prodesse? Daemon credit, nec diligit: nemo diligit, qui non credit. Frustra quidem, sed tamen potest sperare veniam qui non diligit: nemo autem potest desperare qui diligit. Itaque ubi dilectio est, ibi necessario fides & spes: & ubi dilectio proximi, ibi necessario etiam dilectio dei: qui enim non diligit deum, quomodo diligit proximum tanquam seipsum, quando quidem non diligit & seipsum? Est quippe impius & iniquus: qui autem diligit iniquitatem, non plane diligit, sed odit animam suam. Hoc ergo praeceptum domini teneamus, ut nos invicem diligamus: & quicquid aliud praecipit, faciemus: quoniam quicquid est aliud, hic habemus. Discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione qua se invicem diligunt homines sicut homines: nam ut discern-

Supra Tractatu. 65. Ioan. 13.

1. Cor. 13.

Roma. 13. 3. sen. dist. 36. cap. 1.

Iacob. 2.

Psal. 10.

Ezech. 15.

Math. 6.

Psal. 102.

Gneretur, adiunctum est, sicut dilexi vos. Ut quid enim diligit nos Christus, nisi ut regnare possimus cum Christo? Ad hoc ergo & nos inuicem diligamus ut dilectionem nostram discernamus à ceteris, qui non ad hoc se inuicem diligunt, quia nec diligunt: qui autem se propter habendum deum diligunt, ipsi se diligunt: ergo ut se diligant, deum diligunt, non est hæc dilectio in omnibus hominibus: pauci se propterea diligunt, ut sit deus omnia in omnibus.

De eo quod dicit, Maiorem hac dilectionem nemo habet: quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis.

Tractatus LXXXIII.

**L**entitudinem dilectionis qua nos inuicem diligere debemus fratres charissimi, definiuit dominus dicens: Maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Quia ergo superius dixerat: Hoc est mandatum meum, ut diligatis inuicem, sicut dilexi vos: quibus verbis addidit quod nunc audistis: maiorem hac dilectionem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Fit ex hoc consequens, quod idem iste euangelista in epistola sua dicit: Ut quemadmodum

**H** Christus pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus pro fratribus animas ponere, diligentes utique inuicem sicut ipse dilexit nos, qui pro nobis animam suam posuit. Nimirum hoc est quod legitur in Prouerbis Salomonis: Si sederis cenare ad mensam potentis considerans intellige quæ apponuntur tibi, & sic mitte manum tuam, sciens quia te talia oportet præparare: nam quæ mensa est potentis, nisi unde sumitur corpus & sanguis eius, qui animam suam posuit pro nobis? Et quid est ad eam sedere, nisi humiliter accedere: Et quid est considerare & intelligere quæ apponuntur tibi, nisi digne tantam gratiam cogitare: Et quid est sic mittere manum, ut scias quia talia te oportet præparare, nisi quod iam dixi, quia sicut pro nobis Christus animam suam posuit, sic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Sic enim ait etiam apostolus Petrus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius: Hoc est talia præparare, hoc beati martyres ardenti dilectione fecerunt, quorum si non inaniter memorias celebramus, atque in conuiuium, quo & ipsi saturati sunt, ad mensam domini accedimus, oportet ut quemadmodum ipsi, & nos talia præparemus. Ideo quippe ad ipsam mensam non sic eos commemoramus, quemadmodum alios qui in pace requiescunt, ut etiam pro eis oremus, sed magis ut orent ipsi pro nobis, ut eorum vestigiis adhæreamus, quia impleuerunt ipsi charitatem, qua dominus dixit non posse esse maiorem. Talia enim suis fratribus exhibuerunt, qualia de domini mensa pariter acceperunt: neque hoc ita dictum est, quasi propterea domino Christo pares esse possimus, si pro illo usque ad sanguinem martyrium duxerimus. Ille potestatem habuit ponendi animam suam, & iterum sumendi eam: nos autem nec quantum volumus, viuimus, & morimur etiam si nolumus. Ille moriens mox in se occidit mortem, nos eius morte liberamur à morte. Illius caro non vidit corruptionem, nostra post corruptionem, in fine seculi per illud induitur incorruptione. Ille nobis non indiguit ut nos saluos faceret, nos sine illo nihil possumus facere. Ille se nobis palmitibus præbuit vitam, nos habere præter illum non possumus vitam. Postremo et si fratres pro fratribus moriamur, tamen in fratrum peccatorum remissionem nullius sanguis martyris funditur, quod fecit ille pro nobis

bis: neque in hoc quid imitemur, sed quid gratulari contulit nobis. Quatenus ergo martyres pro fratribus sanguinem suum fuderunt, hæc talia exhibuerunt, qualia de mensa dominica perceperunt. Imitari quis potuit morientem, nemo autem potuit redimentem. In ceteris autem quæ dixi, quantum nec omnia dicere potui, martyr Christi longe impar est Christo. Quod si quisquam se, non dico potentiam Christi, sed innocentiam comparabit, non dicam & aliena se putando sanare, sed suum saltem nullum habere peccatum, etiam sic audior est quam ratio salutis exposcit, multum est ad illum, non capit tantum. Quod & bene quidem ista prouerbiorum sententia commoneatur, quæ continuo subiungit atque dicit, quod si audior es, noli concupiscere cibos eius, satius est enim ut nihil inde sumas, quam tibi plus quam oportet assumas. Hæc enim, inquit, vitam habent fallacem, hoc est, hypocrysim: dicendo enim se sine peccato esse, iustum non potest exhibere, sed fingere: ideo dictum est, hæc enim habent vitam fallacem. Vnus est solus, qui & carnem hominis habere, & peccatum potuit non habere: Merito quod sequitur nobis præcipitur, ac tali verbo atque prouerbio humana infirmitas conuenitur, eique dicitur: Noli extendere te cum sis pauper, contra diuitem. Diues enim qui nec hereditario nec proprio vnquam debito obnoxius, & ipse iustus est, & alios iustificat Christus. Noli contra eum te extendere, iustum pauper, ut remissionis peccatorum appareas quotidianus in oratione mendicus. Tuo autem consilio, inquit, abstine te, unde nisi à præsumptione fallaci: Ille quippe quia non tantum est homo, sed etiam deus, ideo nusquam reus: si enim direxeris oculum tuum ad illum, nusquam parebit. Oculum tuum, oculum videlicet humanum, quo cernis humana, si direxeris ad illum, nusquam parebit, quia videri non potest, quemadmodum videre te potes, parauit enim sibi pennas sicut aquilæ, & vadit in domum præpositi sui, unde ad nos utique venit, nec tales qualis venit inuenit. Diligamus ergo inuicem, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis. Maiorem quippe hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Etiamque se imitemur pia obedientia, ut ei nos comparare nulla præsumamus audacia.

De eo quod dicit, Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis: usque ad id quod ait, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius.

Tractatus LXXXV.

**M** dominus Iesus commendasset charitatem, quam exhibuit nobis moriendo pro nobis: atque dixisset, Maiorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Vos, inquit, amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis. Magna dignatio, cum seruus bonus esse non possit, nisi præcepta domini sui fecerit. Hinc amicos suos voluit intelligi, unde serui boni possunt probari. Sed, ut dixi, ista dignatio est, ut dominus quos nouit seruos suos, dignetur dicere amicos suos: nam ut sciatis ad seruorum officium pertinere præcepta domini sui facere, alio loco seruos utique obiurgat dicens: Quid autem vocatis me domine domine, & non facitis quæ dico? Cum ergo dicitis, inquit, domine, iusta faciendo quid dicatis ostendite. Nonne seruo obedienti ipse dicitur est, Euge serue bone & fidelis, quia in paucis fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui: Potest igitur esse & seruus & amicus, qui

**A** qui seruus est bonus: sed quod sequitur attendamus, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius. Quomodo ergo intellecturi sumus, & seruum & amicum esse seruum bonum, cum dicat, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius? Ita nomen constituit amici, ut auferat serui, non ut in vno vtrunque maneat, sed ut alterum altero decedente succedat. Quid est hoc? Itaque ne cum præcepta domini fecerimus, serui non erimus? Itaque ne tunc serui non erimus, quando boni serui fuerimus? Et quis contradicere potest veritati quæ ait, Iam non dicam vos seruos? Et cur hoc dixerit, docet: Quia seruus, inquit, nescit quid faciat dominus eius. Nunquid nam seruo bono & probato dominus eius non etiam secreta sua committit? Quid est ergo quod ait, Seruus nescit quid faciat dominus eius? Verum, esto, nescit quid faciat: nunquid nescit etiam quid præcipiat? Nam & si hoc nescit, quomodo seruit? Aut quomodo seruus est, qui non seruit? Et tamen dominus loquitur: Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis, iam non dicam vos seruos. O rem mirabilem, cum seruire non possimus, nisi præcepta domini fecerimus, quomodo præcepta faciendo serui non erimus? Si seruus non ero præcepta faciendo, & nisi præcepta fecero, seruire non potero, ergo seruando seruus non ero. Intelligamus fratres intelligamus, & hoc in nobis dominus faciat ut intelligamus, faciat etiam ut intellecta faciamus. Hoc autem si scimus, profecto scimus quod faciat dominus, quia nos ipsos tales non facit nisi dominus, & per hoc ad eius amicitiam pertinemus. Sicut enim duo sunt timores, qui faciunt duo genera timentium, sic duæ sunt seruitutes, quæ faciunt duo genera seruientium. Est timor quem perfecta charitas foras mittit, & est alius timor castus permanens in seculo seculi. Illum timorem qui non est in charitate: attendebat Apostolus cum dicebat, Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Illum autem timorem castum attendebat cum dicebat, Noli altum sapere, sed time. In illo timore quem foras charitas mittit, est etiam seruitus simul foras cum ipso timore mittenda: vtrunque enim iunxit Apostolus, hoc est seruitutem & timorem, dicendo: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore. Ad hanc seruitutem seruum pertinentem intuebatur & dominus dicens, Iam non dicam vos seruos, quia seruus nescit quid faciat dominus eius: non utique ille seruus pertinens ad timorem castum, cui dicitur: Euge serue bone, intra in gaudium domini tui: sed ille seruus pertinens ad timorem, foras à charitate mittendus: de quo alibi dicit, Seruus non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum; quoniam itaque dedit nobis potestatem filios dei fieri, ut non serui sed filij simus, ut miro quodam & ineffabili, sed tamen vero modo serui, non serui esse possimus, serui scilicet timore casto, ad quem pertinet seruus intrans in gaudium domini sui: non serui autem timore foras mittendo, ad quem pertinet seruus non manens in domo in æternum. Ut autem tales serui non serui simus, dominum facere scimus. Hoc autem seruus ille nescit, qui nescit quid faciat dominus eius: & cum aliqui boni facit, sic extollitur quasi hoc ipse faciat, non dominus eius, & in se, non in domino gloriatur, cum se ipse deceperit, quia sic gloriatur quasi non acceperit: nos autem charissimi, ut amici domini esse possimus, quid noster dominus fa-

ciat sciamus, non solum enim homines, verumetiam D iustos ipse facit nos, & non ipsi nos. Et ut hoc sciamus, quis nisi ipse facit? Non enim spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Ab ipso quicquid boni est, donatur. Ergo quia & hoc bonum est, ab ipso utique donatur, ut sciatur à quo bonum omne donetur, ut omnino de omnibus bonis qui gloriatur, in domino gloriatur. Quod vero sequitur: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis, ita est profundum, ut nullo modo sit isto sermone coarctandum, sed in alium differendum.

De eo quod dicit, Vos autem dixi amicos: usque ad id quod ait, Et fructus uester maneat: ut quodcumque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.

Tractatus LXXXVI.

**M**ERITO queritur quomodo accipiendum sit quod ait dominus: Vos autem dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à patre meo, nota feci vobis. Quis autem audeat affirmare vel credere vllum hominum scire omnia quæcunque à patre audiuit vnigenitus filius, quando nec hoc quidem quæquam capit, quomodo à patre audiit vllum verbum, cum ipse sit patris vnigenitum verbum? Quid est quod aliquanto post in hoc ipso tamen sermone, quem post eorum ante passionem ad discipulos habuit: Multa, inquit, habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo? Quo igitur pacto intellecturi sumus omnia eum nota fecisse discipulis, quæcunque audiuit à patre, cum propterea quædam multa non dicat, quia scit eos modo portare non posse? Sed nimirum quod facturus est, fecisse se dicit, qui ea quæ futura sunt fecit: sicut enim dicit per Prophetam, Foderunt manus meas & pedes meos: nec ait, fossuri sunt: velut præterita dicens, & ea tamen futura prædicens: ita & hoc loco ait, omnia se nota fecisse discipulis, quæ se nouit nota esse facturum, in illa plenitudine scientiæ: de qua dicit Apostolus, Cum autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est euacuabitur. Ibi quippe dicit, nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, & nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem: nam & ipse Apostolus saluos nos dicit esse factos per lauacrum regenerationis, qui tamen alio loco: Spe, inquit, salui facti sumus. Spes autem quæ videtur, non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus per patientiam expectamus: unde etiam eius coapostolus Petrus, In quem modo, inquit, non videntes creditis, quem cum videritis, exultabitis gaudio inenarrabili & honorato, percipientes mercedem fidei, salutem animarum vestrarum: si ergo nunc tempus est fidei, salus autem animarum merces est fidei, quis dubitet in fide quæ per dilectionem operatur, peragendum diem vltimum, atque in fine diei recipiendum esse mercedem, non solum redemptionem corporis nostri, de qua dicit Apostolus Paulus, verumetiam salutem animarum nostrarum, de qua dicit Apostolus Petrus: Vtriusque enim rei foelicitas isto tempore atque in hac mortalitate in spe potius habetur, quam in re tenetur. Verum hoc interest, quod exterior noster homo, id est, corpus adhuc corrumpitur: interior, autem, id est, anima iam renouatur de die in diem. Itaque sicut immortalitatem carnis & salutem animarum futuram expectamus, quantum iam pignore accepto, salui facti esse dicamur: ita

1. Cor. 13.

1. Ioan. 3.

Prouerb. 23.

1. Petri. 2.

Pro martyribus non oratur.

Ioan. 10.

1. Cor. 2.

1. Ioan. 4.

Psal. 8.

Roma. 8.

Roma. 11.

Matth. 25.

Ioan. 8.

1. Cor. 4.

Lucæ. 6.

Matth. 23.

G omnium notitiam quæcunque vnigenitus audiuit à patre, futuram sperare debemus, quanuis hoc iam se fecisse dixerit Christus: Non vos me elegistis, inquit, sed ego vos elegi.) Hæc est illa ineffabilis gratia: quid enim eramus quando Christum nondum elegeramus, & ideo non diligebamus? Nam qui eum non eligit, quomodo diligit? Nunquid iam in nobis erat quod in Psalmo canitur: Elegi abiectus esse in domo domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum? Non utique. Quid ergo eramus nisi iniqui & perdit? Neque enim iam credideramus in eum, vt eligeret nos: nam si iam credentes elegit, electos elegit: cur ergo diceret, non vos me elegistis, nisi quia misericordia eius præuenit nos. Hic certe vacat vana illorum ratiocinatio: qui præscientiam dei defendunt contra gratiam dei, & ideo dicunt nos electos antem undi constitutionem, quia præsciuit nos deus futuros bonos, non seipsum nos facturum bonos: non hoc dicit qui dicit, Non vos me elegistis: quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros esse nos præsciuerat, simul etiam præscisset quod eum nos fuisset prius electuri. Non enim aliter esse possemus boni, nisi forte dicendus est bonus qui non eligit bonum. Quid ergo elegit in non bonis? Non enim electi sunt quia boni fuerunt, qui boni non essent nisi electi essent: alioquin gratia iam non est gratia, si præcessisse contendimus merita: hæc quippe electio gratia est de qua dicit Apostolus: Sic ergo & in hoc tempore reliquæ per electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt: vnde subiungit, Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Audi ingrate, ingrate audi: non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Non est vt dicas, ideo electus sum, quia iam credebam: si enim credebas in eum, iam elegeras eum: sed audi, non vos me elegistis: non est vt dicas, antequam crederem, iam bona operabar, ideo electus sum: quid enim est boni operis ante fidem, cum dicat Apostolus, Omne quod non est ex fide, peccatum est? Quid ergo dicturi sumus audiendo, non vos me elegistis, nisi quia mali eramus & electi sumus, vt boni per gratiam nos eligentis essemus? Non est enim gratia, si præcesserant merita. Est autem gratia, Hæc igitur non inuenit, sed effecit merita, & videte charissimi, quemadmodum non eligat bonos, sed quos elegit, faciat bonos. Ego, inquit, elegi vos: Et posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat.) Nonne iste est fructus de quo iam dixerat: sine me nihil potestis facere? Elegit ergo & posuit vt eamus & fructum afferamus: nullum itaque fructum vnde nos eligeret habebamus. Vt eatis, inquit, & fructum afferatis. Imus vt afferamus, & ipse est via qua imus, in qua nos posuit vt eamus. Proinde in omnibus misericordia eius præuenit nos. Et fructus, inquit vester maneat: Vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis.) Maneat ergo dilectio, ipsa est enim fructus noster: quæ dilectio nunc est in desiderio nondum in saturitate, & ipso desiderio quodcunque petierimus in nomine vnigeniti filij dat nobis pater: quod autem accipere saluandis non expedit nobis, non existimemus nos petere in nomine saluatoris, sed hoc petimus in nomine saluatoris, quod pertinet ad rationem salutis.

De eo quod dicit, Hæc mando vobis ut diligatis inimicem: usque ad id quod ait, Sed ego elegi vos de mundo, propterea odit uos mundus.

Tractatus LXXXVII.

**I**N lectione euangelica quæ hanc antecedit, dixerat dominus: non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, vt eatis & fructum afferatis, & fructus vester maneat, vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis: de quibus verbis iam nos quod dominus dedit, disseruisse meministis. Hic autem dicit, sequenti scilicet lectione, quam modo cum recitaretur, audistis. Hæc mando vobis, vt diligatis inimicem.) Ac per hoc intelligere debemus hunc esse fructum nostrum de quo ait: Ego vos elegi vt eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. Et quod adiunxit, vt quodcunque petieritis patrem in nomine meo, det vobis, tunc utique dabit nobis, si diligamus inimicem, cum & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non eum nos elegeramus, & posuit nos vt fructum afferamus, hoc est, inimicem diligamus: quem fructum sine illo afferre non possumus, sicut palmites facere sine vite nihil possunt. Charitas ergo est fructus noster, quem definit Apostolus, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Hæc diligamus inimicem, hæc diligimus deum, neque enim vera dilectione diligemus inimicem, nisi diligentes deum. Diligit enim vnusquisque proximum suum tanquam seipsum si diligit deum: nam si non diligit deum, non diligit seipsum. In his enim duobus præceptis charitatis, tota lex pendet & propheta: hic est fructus noster. De fructu itaque nobis mandans, Hæc mando, inquit, vobis, vt diligatis inimicem: vnde & Apostolus Paulus, cum contra opera carnis commendare fructum spiritus vellet, à capite hoc posuit. Fructus, inquit, spiritus charitas est: ac deinde cætera tanquam ex isto capite exorta & religata contexuit, quæ sunt, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia, castitas. Quis autem bene gaudet, qui bonum non diligit vnde gaudet? Quis pacem veram nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit? Quis est longanimis in bono opere perseveranter manendo, nisi ferueat diligendo? Quis est benignus, nisi diligit cui optulatur? Quis bonus, nisi diligendo efficiatur? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur? Quis utiliter mansuetus, cui non dilectio moderetur? Quis ab eo continet vnde turpatur, nisi diligit vnde honestatur? Merito itaque magister bonus dilectionem sic sæpe commendat, tanquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse cætera bona, & quæ non potest haberi sine cæteris bonis, quibus homo efficitur bonus. Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam mundi odia sustinere: necesse est enim vt nos oderit, quos cernit nolle quod diligit: sed plurimum nos de seipso dominus consolatur, qui cum dixisset, Hæc mando vobis vt diligatis inimicem: adiecit atque ait, Si mundus vos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit.) Cur ergo se membrum supra verticem extollit? Reculas esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite. Si de mundo, inquit, essetis, mundus quod suum erat diligeret.) Vniuersæ utique hoc dicit Ecclesiæ, quam plerunque etiam ipsam mundi nomine appellat, sicut est illud: Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Itaque illud: Non venit filius hominis vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum: & in epistola sua Ioannes ait, Aduocatum habemus ad patrem Iesum Christum iustum, & ipse propitiator est peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed etiam totius mundi: totus ergo mundus Ecclesia est, & totus mundus odit Ecclesiam.

1. Timo. 1.

L

Matth. 22.

Galat. 5.

M

2. Cor. 5.

Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

Mundus

**A** Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus saluatum, inquinatus mundatum: sed iste mundus, quem deus in Christo reconciliat sibi, & qui per Christum saluatur, & cui per Christum peccatum omne donatur, de mundo electus est inimico, damnato, cõtaminato. Ex eadem quippe massa, quæ tota in Adam periit, fiunt vasa misericordiæ, in quibus est mundus pertinens ad reconciliationem, quam mundus odit, ex eadem massa, pertinens ad vasa iræ, quæ perfecta sunt ad perditionem: denique cum dixisset, si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret: continuo subiicit, Quia vero de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.) Ergo & ipsi inde erant, vnde vt non essent, electi sunt inde, non meritis suis, quorum nulla bona præcesserant opera, non natura, quæ tota fuerat per liberum arbitrium in ipsa radice vitata, sed gratuita, hoc est vera gratia: qui enim de mundo mundum elegit, fecit quod eligeret, non inuenit: quia reliquæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt: si autem gratia, inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia: si autem quaratur quomodo se diligit mundus perditionis, qui odit mundum redemptionis, diligit se utique falsa dilectione, non vera. Proinde falso se diligit & verè odit: Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam: sed diligere se dicitur, quoniam iniquitatem quæ iniquus est diligit: & rursus odisse se dicitur, quoniam quod ei nocet, hoc diligit. Odit ergo in se naturam, diligit vitium: odit quod factus est per liberam voluntatem. Vnde nos quoque illum diligere & prohibemur, si recte intelligimus, & iubemur: prohibemur scilicet vbi nobis dicitur, Nolite diligere mundum: iubemur autem vbi nobis dicitur, Diligite inimicos vestros. Ipsi sunt enim mundus qui nos odit. Ergo & prohibemur diligere in illo quod ipse diligit in seipso, & iubemur diligere in illo quod ipse odit in seipso, dei scilicet opificium, & diuersas bonitatis suæ consolationes. Vitium quippe in illo diligere prohibemur, iubemurque diligere naturam, cum ipse in se diligit vitium, oderitque naturam, vt nos eum & diligamus & oderimus recte, cum se ipse diligit oderitque peruersè.

De eo quod dictum est, Mementote sermonis mei quem ego dixi vobis: usque ad id quod ait, Sed hæc omnia faciunt vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.

Tractatus LXXXVIII.

**X**hortans dominus seruos suos ad mundi odia perferenda patienter, nullum eis maius & melius quam de seipso proponit exemplum, quoniam sicut dicit Apostolus Petrus: Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius, Quod utique si facimus, ipso adiuuante facimus qui dixit, Sine me nihil potestis facere: denique iam dixerat, Si odit vos mundus, scitote quia me priorem vobis odio habuit: & nunc in eo quod audistis cum legeretur Euangelium, Mementote, inquit, sermonis mei, quem ego dixi vobis: non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum seruauerunt, & vestrum seruabunt.) Dicendo autem, nõ est seruus maior domino suo: nõne euidenter ostendit quemadmodum intelligere debeamus quod superius dixerat, Iam non dico vos seruos: ecce enim eos seruos dicit, nõquid est aliud, Non est seruus maior domino suo, si me persecuti sunt, & vos

Roma. 9.

Roma. 11.

Psal. 10.

1. Ioan. 2.

Lucæ. 6.

1. Pet. 2.

Supra Tractatu. 85.

Totus nonus.

persequentur? Manifestum est igitur illum seruum, qui non manet in domo in æternum, illum pertinentem ad timorem, quem foras charitas mittit, esse intelligentem, vbi dictum est, Iam non dico vos seruos: hic autem vbi dicitur, Non est seruus maior domino suo: si me persecuti sunt, & vos persequentur: illum significari seruum pertinentem ad timorem castum, qui permanet in seculum seculi: hic enim seruus est auditurus, Engeserue bone, intra in gaudium domini tui. Sed hæc, inquit, omnia facient vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me.) Quæ omnia facient nisi quæ dixit? odio habebunt scilicet & persequentur, sermonemque contemnent: quoniam si sermonem non seruarent eorum, nec tamen odissent eos, neque persequerentur, vel etiam si odissent, nec tamen persequerentur, non omnia facerent: hæc autem omnia facient vobis, inquit, propter nomen meum: quid est aliud dicere, quam me in vobis odio habebunt, me in vobis persequentur, & sermonem vestrum quia meus est, ideo non seruabunt: hæc enim omnia facient vobis propter nomen meum nõ vestrum, sed meum: tanto igitur inferiores, qui propter hoc nomen ista faciunt, quanto beatores, qui propter hoc nomen ista patiuntur, sicut ipse alio loco dicit, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: hoc est enim propter me vel propter nomen meum, quia sicut Apostolus docet, Factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloria-tur, in domino gloriatur: faciunt quippe ista mali malis, sed non propter iustitiam, & ideo miseri vtrique, & qui faciunt, & qui patiuntur: faciunt & mali bonis, vbi est non faciunt isti propter iustitiam, tamen illi propter iustitiam patiuntur. Sed dicit aliquis, Si mali quando persequuntur bonos propter nomẽ Christi, propter iustitiam boni patiuntur, profecto propter iustitiam hæc eis mali faciunt: quod si ita est, ergo & quando boni malos propter iustitiam persequuntur, propter iustitiam etiam mali patiuntur: si enim possunt mali persecutionem facere bonis propter nomen Christi, cur non possunt mali persecutionem pati à bonis propter nomen Christi? Et quid est propter nomen Christi, nisi propter iustitiam? nam si non propter quod boni faciunt, propter hoc mali patiuntur, quia faciunt boni propter iustitiam, patiuntur mali propter iniustitiam: nec mali ergo propter hoc possunt facere propter quod boni patiuntur, quia faciunt mali propter iniustitiam, patiuntur boni propter iustitiam: quomodo ergo erit verum, Hæc omnia facient vobis propter nomen meum, cum illi non propter nomen Christi faciunt, id est, non propter iustitiam, sed propter iniquitatem suam? Hæc quaestio ita soluitur, si eo modo intelligamus dictum, Hæc omnia facient vobis propter nomen meum: vt totum referatur ad iustos, tanquam dictum sit, hæc omnia facient vobis propter nomen meum: vt hoc sit, facient vobis, quod est, patiemi ab eis: si autem propter nomẽ meum sic accipitur tanquam diceret, propter nomen meum quod in vobis oderunt, ita potest accipi, & propter iustitiam quam in vobis oderunt: ac per hoc boni cum persecutionẽ faciunt malis, possit recte dici & propter iustitiam facere, quam diligendo persequuntur malos, & propter iniquitatem quam oderunt in ipsis malis: ita ergo & ipsi mali possunt dici pati, & propter iniquitatem quæ in illis punitur, & propter iustitiam quæ in eorum pœna exercetur. Item quæri potest, si etiam mali faciunt persecutionẽ malis, sicut impij reges & iudices,

Ioan. 8.

1. Ioan. 4.

Psal. 18.

Matth. 25.

F

Matth. 5.

1. Cor. 1.

Hiere. 5.

† alijs, sed

propter iniustitiam.

† al. faciunt,

& boni ma-

lis, vbi est fa-

ciunt isti pro-

pter iustitiam,

nõ tamen il-

li propter iustitiam patiuntur.

F

n ij cum



G cum essent persecutores piorum, utique & homicidas, & adulteros, & quosque maleficos, quos contra leges publicas fecisse cognoscerent, puniebant: quomodo intelligendum est quod ait dominus, Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret? Neque enim quos punit diligit mundus, à quo videmus supradicta scelerum genera plerumque puniri, nisi quia mundus est in eis, à quibus talia scelera vel puniuntur vel patiuntur: mundus itaque ille qui intelligitur in malis atque impiis, & odit quod suum est, ex ea parte hominum qua sceleratis nocet: & diligit quod suum est ex ea parte hominum, qua eisdem ipsis sceleratis fanet: Ergo hæc omnia faciunt vobis propter nomen meum, vel ita dictum est, propter quod vos patimini, vel ita propter quod & ipsi faciunt, quia & hoc in vobis dum persequuntur, oderunt: & addidit, Quia nesciunt eum qui misit me.) Hoc secundum eam scientiam dictum intelligendum est: de qua & alibi scriptum est, Scire autem te sensus est consummatus. Hac quippe scientia qua sciunt patre à quo missus est Christus, nullo modo persequuntur quos colligit Christus, quia & ipsi cum eis colliguntur à Christo.

Sapient. 6.

De eo quod dicit, Si non venissem & locutus eis fuisset usque ad id quod ait, Qui me odit, & patrem meum odit.

Tractatus LXXXIX.

**S**uperius dixerat dominus ad discipulos suos, Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum servauerunt, & vestrum servabunt, sed hæc omnia faciunt vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me. De quibus autem hoc dixerit si queramus, invenimus eum ad hæc verba venisse ab eo quod dixerat, Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit: nunc vero quod addidit, Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Iudæos ostendit expressius, de his ergo & illa dicebat, nam hoc indicat verborum ipsa contextio: de his ergo dicit, Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent: de quibus dicebat, Si me persecuti sunt, & vos persequentur: si sermonem meum servauerunt, & vestrum servabunt. Sed hæc omnia faciunt vobis propter nomen meum, quia nesciunt eum qui misit me: his enim verbis & ista subiungit, Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent. Iudæi ergo persecuti sunt Christum, quod evidentissime indicat Evangelium, Iudæis locutus est Christus, non aliis gentibus. In eis ergo voluit intelligi mundum qui odit Christum & discipulos eius, imò vero non eos solos, sed hos quoque ad eundem mundum pertinere monstravit. Quid est ergo, si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent? Nunquid sine peccato erant Iudæi, antequam Christus ad eos in carne venisset? Quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed magnum quoddam peccatum, non omne peccatum, quasi sub generali nomine vult intelligi: hoc est enim peccatum quo tenentur cuncta peccata, quod vniuersumque si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata: hoc est autem, quia non crediderunt in Christum, qui propterea venit ut credatur in eum: hoc peccatum, si non venisset, non utique haberent. Aduentus quippe eius quantum credentibus salutaris, tantum non credentibus exitialis factus est, tanquam & ipse caput & princeps apostolorum, quod de se ipsi dixerunt extiterit, quibusdam quidem odor vite in vitam, quibusdam vero odor mortis in mortem: sed quod adiunxit atque ait,

1. Cor. 2.

Nunc autem excusationem non habent de peccato suo: potest mouere querentes, utrum hi, ad quos non venit Christus, nec locutus est eis, habeant excusationem de peccato suo: si enim non habent, cur hic dictum est, propterea istos non habere, quia venit & locutus est eis? Si autem habent, utrum ad hoc habeant ut à penis alienentur, an ut mitius puniantur? Ad hæc inquisita pro meo captu, domino donante respondeo, habere illos excusationem, non de omni peccato suo, sed de hoc peccato, quo in Christum non crediderunt, ad quos non venit, & quibus non est locutus. Sed non in eo sunt numero hi, ad quos in discipulis venit, & quibus per discipulos est locutus, quod & nunc facit: nam per Ecclesiam suam venit ad gentes, & per Ecclesiam suam loquitur gentibus: ad hoc enim pertinet, quod ait, Qui vos recipit, me recipit: & qui vos spernit, me spernit. An vultis, inquit, apostolus Paulus, experimentum accipere eius, qui in me loquitur Christus? Restat inquirere, utrum hi qui prius quam Christus veniret in Ecclesiam ad gentes, & priusquam Evangelium eius audirent, vitæ huius sine præuenti sunt seu præueniuntur, possunt habere hanc excusationem: possunt planè, sed non ideo possunt effugere damnationem. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quæ quidem Apostoli verba, quoniam id quod ait, peribunt, terribilitus sonat quam quod ait, iudicabuntur: non solum nihil adiunare hanc excusationem videntur ostendere, verum etiam plus grauare: qui enim se quia non audierunt excusabunt, sine lege peribunt. Sed utrum hi, qui cum audierunt, contempserunt, vel etiam resisterunt, nec tantum contradicendo, sed & eos à quibus audierunt odiis persequendo, in eis deputandi sunt de quibus aliquid leuius videtur sonuisse quod dictum est, per legem iudicabuntur, merito queritur: sed si aliud est perire sine lege, aliud iudicari per legem, & illud est grauius, hoc autem leuius: proculdubio non sunt isti in hac pœna leuiore ponendi, qui neque in lege peccauerunt, sed omnino legem Christi accipere noluerunt, & eam quantum ad ipsos attinet, omnino nullam esse voluerunt. Illi autem peccat in lege, qui sunt in lege, id est, qui eam suscipiunt, eamque sanctam, & mandatum sanctum & iustum & bonum fatentur, sed infirmitate non implent, quod ab ea rectissime præcipi debitare non possunt, hi sunt qui aliquo modo forsitans possunt ab eorum qui sine lege sunt perditione discerni: si tamen quod Apostolus ait, per legem iudicabuntur: sic accipiendum est tanquam dixerit, non peribunt: quod mirum si ita est. Neque enim de infidelibus & fidelibus erat sermo ut hoc diceret, sed de gentibus & Iudæis, qui certe utriusque nisi in eo saluatore saluentur, qui venit querere quod perierat, ad perditionem sine dubio pertinebunt: quantum dici possit, alios grauius, alios leuius perituros, id est, alios grauios, alios leuios pœnas in sua perditione passuros. Ille enim perire deo dicitur, quisquis ab illa beatitudine, quam dat sanctis suis, per supplicium separatur. Tanta est autem suppliciorum, quanta diuersitas peccatorum, quæ quomodo sese habeat, aliis indicat sapientia diuina, quam coniectura scrutatur aut effatur humana. Isti certe ad quos venit, & quibus locutus est Christus, non habent de magno infidelitatis peccato illam excusationem, qua possunt dicere, non vidimus, non audiuimus, siue non acceptaretur ista excusatio ab illo cuius inscrutabilia sunt iudicia, siue acceptaretur, & si non ut ab omni damnatione liberarentur, certe

Math. 10. Lucæ. 10. 2. Cor. 13.

L. Roma. 2.

Roma. 7.

Lucæ. 19.

A certe ut aliquanto lenius damnarentur. Qui me odit, inquit, & patrem meum odit.) Hic nobis fortasse dicatur, Quis potest odisse quem nescit? & utique antequam diceret, Si non venissem, & locutus eis fuisset peccatum non haberent, dixerat discipulis suis, Hæc facient vobis, quia nesciunt eum qui misit me. Quomodo ergo nescierunt & oderunt: si enim non quod est ipse, sed nescio quid aliud de illo opinantur, non utique ipsum, sed illud inueniuntur odisse quod fingunt, aut errando potius suspicantur, & tamen nisi possent homines odisse quod nesciunt, non veritas utrunque dixisset, quod eius patrem & nesciunt & oderunt. Sed quomodo id fieri possit si adiunxerit domino per nos demonstrari potest, quia hæc disputatio est iam claudenda, nunc non potest.

Supra Tractatus. 88.

De eo quod dicit, Qui me odit, & patrem meum odit.

Tractatus XC.

**V**idistis dominum dicentem, Qui me odit, & patrem meum odit: qui superius dixerat, Hæc facient vobis, quia nesciunt eum qui misit me: non itaque dissimulanda nascitur quaestio, quomodo possint odisse quem nesciunt. Si enim deum non credunt, hoc oderunt, utique non ipsum oderunt, sed quod sua mendaci suspicione, vel vana credulitate concipiunt: si autem quod est, hoc de illo sentiunt quomodo eum nescire dicuntur: Et de hominibus quidem fieri potest, ut eos saepe quos nunquam vidimus, diligamus, ac per hoc nec illud e contrario impossibile est, ut eos quos nunquam vidimus oderimus. Fama quippe de aliquo sermocinante seu bene seu male, fit non immerito ut amemus vel oderimus ignotum. Sed si fama sit verax: quomodo est de quo vera didicimus dicendus ignotus? An quia eius faciem non vidimus? Quam cum & ipse non videat, nulli tamen potest notior esse quam sibi: non igitur in eius facie corporali nobis intimatur cuiusque notitia: sed tunc nobis ad cognitionem patet, quando eius mores & vita non latent, alioquin nec seipsum nosse quisquam potest, qui videre faciem suam non potest. Sed utique tanto certius quam notus est aliis ipse se nouit, quanto certius interiore conspectu potest videre quod sapit, videre quod cupit, videre quod viuat: quæ cum aperiuntur & nobis, tunc vere fit cognitus nobis. Hæc itaque quoniam plerumque ad nos de absentibus vel etiam mortuis, siue fama, siue literis perferuntur, hinc fit ut saepe quos nunquam facie corporis vidimus, non tamen quos omnino nescimus, vel oderimus homines vel amemus. Sed plerumque in eis nostra credulitas fallitur, quia non nunquam & historia, & multo magis fama mentitur. Pertinet autem ad nos ne perniciofa opinione fallamur, ut quia non possumus hominum indagare conscientiam, de ipsis rebus habeamus veram certamque sententiam, hoc est, ut si ille vel ille homo utrum sit impudicus pudicusve nescimus, oderimus tamen impudicitiam, & pudicitiam diligamus: & si illum vel illum iniustum esse iustumve nescimus, amemus tamen iustitiam, & iniustitiam detestemur, non quas nobis ipsi errando confingimus, sed quas fideliter hanc appetendam illamque vitandam in dei veritate conspiciamus, ut cum de ipsis rebus quod appetendum est appetimus, quod deuitandum est deuitamus, ignoscatur nobis quod de occultis hominum aliquando, imò assidue non vera sentimus. Hoc enim ad humanam tentationem pertinere arbitrator, siue qua duci ista non potest vita, ita ut Apostolus

diceret, Tentatio vos non apprehendat nisi humana: quid enim tam humanum quam non posse inspicere cor humanum, & ideo non eius latebras percutari, sed plerumque aliud quam id quod ibi agitur suspicari? Quanquam & in his rerum tenebris humanarum, hoc est, cogitationum alienarum, etsi suspiciones intelligere non possumus, quia homines sumus, iudicia tamen, definitas firmasque sententias continere debemus, nec ante tempus quicquam iudicare, donec veniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuique à deo. Quando ergo non erratur in rebus, ut recta sit improbatio vitiorum, virtutumque probatio profecto si erratur in hominibus venialis est humana tentatio. Per has autem humanorum cordium tenebras, res multum miranda & multum dolenda contingit, ut eum nunquam quem iniustum putamus, tamen iustus est, & iustitiam in eo nescientes, quem diligimus deuitemus, auersemus, à nostro prohibeamus accessu, communem cum illo vitam victumque habere nolimus, eumque etiam si disciplina imponenda necessitas cogat, siue ne aliis noceat, siue ut fiat ipse correctior, asperitate salubri persequamur, & hominem bonum tanquam malum affligamus, quem nescientes amamus. Hoc fit si quis verbi gratia cum sit pudicus, à nobis creditur impudicus: siue dubio enim si pudicum diligo, hoc est ipse quod diligo: ergo etiam ipsum diligo & nescio: etsi impudicum odi, non ergo ipsum odi, quia non est quod odi, & tamen dilecto meo cum quo simul in charitate pudicitia habitat anima mea, facio ignarus iniuriam, non errans in discretionem virtutum atque vitiorum, sed in cordium tenebris humanorum. Proinde sicut fieri potest ut homo bonus hominem bonum oderit nesciens, vel potius diligit nesciens, ipsum enim diligit cum bonum diligit, quia id quod est ille, hoc ille diligit, oderit autem nesciens non ipsum, sed quod putat esse ipsum: ita fieri potest ut etiam homo iniustus oderit hominem iustum, & dum aestimat se sui similem iniustum diligere, nesciens diligit iustum, & tamen dum eum credit iniustum, diligit non ipsum, sed quod putat esse ipsum: quemadmodum autem hominem, sic & deum. Denique si interrogarentur Iudæi, utrum diligerent deum, quid se aliud quam diligere responderent, nec ex animo mentientes, sed errando potius opinantes. Quomodo enim diligerent patrem veritatis, qui haberent odio veritatem? Nolunt enim sua facta damnnari, & hoc habet veritas ut talia facta damnnentur: tantum igitur oderunt veritatem, quantum oderunt suas pœnas quas talibus irrogat veritas: nesciunt autem illam esse veritatem, quæ tales quales ipsi sunt damnat. Oderunt ergo quam nesciunt, & cum illam oderunt, profecto & eum de quo nata est, nisi odisse non possunt: ac per hoc quia veritatem qua iudicante damnantur, de patre deo natam nesciunt, utique etiam ipsum & nesciunt & oderunt. O miseros homines, qui cum esse volunt mali, nolunt esse veritatem qua damnantur mali: nolunt enim eam esse quod est, cum ipsi debeant nullo modo esse quod sunt, ut ipsa manente mutentur, ne ipsa iudicante damnentur.

talibus vitare

1. Cor. 4.

E

F

tal debeant nolle esse.

De eo quod dicit: Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem & uiderunt, & oderunt me & patrem meum, sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis.

Tractatus XCI.

n iij Dixerat

**D**ixerat dominus, Qui me odit, & patrem meum odit. Vtique enim qui odit veritatem, necesse est oderit & a quo veritas nata est, unde iam quantum datum est locuti sumus: deinde addidit vnde nobis nunc loquendum est. Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, peccatum non haberent. Peccatum illud scilicet magnum, de quo superius ait, Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent: hoc est peccatum, quod in eum loquentem & operantem non crediderunt, neque enim nullum habebant peccatum, antequam loqueretur eis & operaretur in eis. Sed hoc peccatum quo in eum non crediderunt, ideo sic commemoratur, quia ipso peccato tenentur & caetera: hoc enim si non haberent, & in eum crederent, dimitterentur & caetera. Sed quid est hoc quod cum dixisset, Si opera non fecissem in eis: mox addidit, Quae nemo alius fecit? Nulla quippe in operibus Christi videntur esse maiora quam sulcatio mortuorum, quod scimus etiam antiquos fecisse prophetas. Fecit hoc etiam Helias, fecit Helias, & cum in hac carne viveret, & cum in suo monumento sepultus iaceret, nam quidam portantes mortuum, cum irruentibus hostibus eo refugissent, eumque ibi posuissent, continuo resurrexit. Fecit tamen aliqua Christus, quae nemo alius fecit, quod quinque milia hominum de quinque, & quatuor milia de septem panibus pavit, quod super aquas ambulavit, & Petro vt hoc faceret praestitit, quod aquam mutavit in vinum, quod aperuit oculos caeci nati, & alia multa quae commemorare longum est. Sed respondetur nobis & alios fecisse quae ipse non fecit, & quae nemo alius fecit: quis enim nisi Moyses Aegyptios plagis tot tantisque percussit, diuiso mari populum duxit, manna de caelo esurientibus impetrauit, aquam de petra sitientibus fudit? Quis nisi Iesus Naue populo transitorio Iordanis fluenta diuisit, & currentem Iosue emissam ad deum oratione frenauit & fixit? Quis praeter Sampson propter suam sitim maxilla mortui asini exundante satiatum est? Quis praeter Heliam curru igneo in alta subuectus est? Quis praeter Helisam, quod paulo ante commemoratum, sepulchro suo cadauere, cadauer alterius reddidit vitae? Quis praeter Danielem inter ora inclusorum secum leonum esurientium vixit innocuus? Quis praeter tres viros, Ananiam, Azariam, Misaellem, in flammis ardentibus & non vrentibus deambulavit illaesus? Praeterea caetera, quoniam haec satis esse arbitror, quibus demonstraretur & alios sanctos quadam opera miranda fecisse, quae nemo alius fecit. Sed qui tam multa vitia & malas valetudines vexationesque mortalium tanta potestate sanaret, nullus omnino legitur antiquorum: vt enim taceamus quos iubendo sicut occurrebant, saluos singulos fecit: Marcus Evangelista quodam loco ait, Vespere autem factum cum occidisset sol, afferbant ad eum omnes male habentes, & daemonia habentes, & erat omnis ciuitas ad ianuam congregata, & curauit multos qui vexabantur variis languoribus, & daemonia multa eiiciebat. Id autem cum commemorasset Mattheus, etiam testimonium propheticum addidit, dicens, Vt adimpleatur quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem, Ipse infirmitates nostras accepit, & agritudines portauit: item alio loco dicit Marcus, Et quocumque loco introibat in vicos, vel in villas, aut in ciuitates, in plateis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant: haec nemo alius fecit in eis. Sic enim intelligendum est quod ait, in eis, non inter eos vel co-

ram eis, sed prorsus in eis quia sanauit eos. Hac quippe intelligi voluit, quae non solum facerent admirationem, verum etiam manifestam conferrent salutem, pro quibus beneficiis vtique amorem, non odium retribuere debuerunt. Omnia quidem caeterorum miracula superat, quod est natus ex virgine, matrisque integritatem solus potuit nec conceptus violare nec natus: sed hoc nec coram eis factum est, nec in eis: ad cognoscendam quippe huius miraculi veritatem, non communi cum eis aspectu, sed discreto ab eis discipulatu apostoli pertenerunt. Iam vero illud quod die tertia, in carne in qua occisus fuerat, de sepulchro se reddidit viuum, & nunquam deinde moriturus cum illa ascendit in caelum, superat etiam cuncta quae fecit: sed neque hoc factum est in Iudaeis, neque coram eis: & nondum hoc fecerat quando dicebat, Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, nimirum ergo sunt illa, quae in eorum valetudinibus tanta miracula salutis ostendit, quanta in illis antea nemo donauit: haec enim viderunt, & hoc eis exprobrans adiungit & ait, Nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum, sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, Quia odio habuerunt me gratis. Eorum legem dicit, non ab ipsis inuentam, sed ipsis datam: sicut dicimus, Panem nostrum quotidianum: quem tamen a deo petimus, addendo, da nobis. Gratis autem odit, qui nullum ex odio comodum quarit, vel incommodum fugit: sic oderunt dominum impij, sic diligunt iusti, hoc est gratis, vt alia praeter illum non exspectant bona, quoniam ipse erit in omnibus omnia. Quisquis vero altius attenderit Christum dicentem, Si opera non fecissem in eis quae nemo alius fecit, sed haec & si pater aut spiritus sanctus fecit, quia totius trinitatis vna substantia est, inueniet ipsum fecisse, si quando quispiam dei homo tale aliquid fecit. Potest quippe in seipso cuncta per seipsum, nemo autem potest aliquid sine ipso. Christus namque cum patre & spiritu sancto non sunt tres dii, sed vnus deus: de quo scriptum est, Benedictus dominus deus Israel, qui fecit mirabilia solus: Nemo ergo alius fecit quaecumque opera in eis fecit, quoniam quisquis alius homo aliquid eorum fecit, ipso faciente fecit: haec autem ipse, non illis facientibus fecit.

*De eo quod dicit, Cum autem uenerit paracletus quem ego mittam vobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.*

**D**ominus Iesus in sermone quem locutus est discipulis suis post cenam proximam passioni, tanquam iturus & relicurus eos praesentia corporali, cum omnibus autem suis usque in consummationem seculi futuris praesentia spiritali, exhortatus est eos ad perseverandas persecutiones impiorum, quos mundi nomine nuncupauit: ex quo tamen mundo etiam ipsos discipulos se elegisse dixit, vt sciret se dei gratia esse quod sunt, suis autem vitis fuisse quod fuerunt: deinde persecutores & suos & ipsorum Iudaeos euidenter expressit, vt omnino appareret etiam ipsos mundi damnabili appellatione conclusos, qui persequuntur sanctos. Cumque de illis diceret quod ignorarent eum a quo missus est, & tamen odissent & filium & patrem, hoc est, & eum qui missus est, & eum a quo missus est, de quibus omnibus in alijs sermonibus iam disternimus, ad hoc peruenit ubi ait, vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis. Deinde tanquam consequenter adiunxit, vnde modo disputare suscepimus.

K  
Luc. 1. & 2.  
Galat. 5.  
Acto. 1. & 2.  
Psal. 34.  
L  
March. 6.  
Psal. 77.  
M

**A** Cum autem uenerit paracletus, quem ego mittam vobis a patre spiritum ueritatis qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Quid hoc pertinet ad illud quod dixerat, nunc autem & viderunt & oderunt & me & patrem meum, sed vt impleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis: an quia paracletus quando uenit spiritus ueritatis, eos qui uiderunt & oderunt testimonio manifestiore conuicit? Immo uero etiam aliquos ex illis qui uiderunt & adhuc oderant, ad fidem quae per dilectionem operatur, sui manifestatione conuertit: hoc vt intelligamus, ita factum esse recolimus. Venit enim die Pentecostes spiritus sanctus in centum viginti homines congregatos, in quibus & apostoli omnes erant, qui illo adimpleti cum linguis omnium gentium loquerentur, plures ex his qui oderant, tanto miraculo stupefacti quandoquidem uiderunt loquente Petro tam magnum atque diuinum testimonium perhiberi de Christo, vt ille qui occisus ab eis inter mortuos deputabatur, resurrexisset & uiuere probaretur, compuncti corde conuersi sunt, & tanti sanguinis tam impie atque immaniter fusi, indulgentiam perceperunt, ipso redempti sanguine quem fuderunt. Christi enim sanguis sic in remissionem peccatorum omnium suffus est, vt ipsum etiam peccatum posset delere quo suffus est: hoc ergo intuens dominus dicebat, Odio me habuerunt gratis. Cum autem uenerit paracletus, ille testimonium perhibebit de me: tanquam diceret, odio me habuerunt & occiderunt uidentes, sed tale de me paracletus testimonium perhibebit, vt eos faciat in me credere non uidentes. Et vos, inquit, testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis. Perhibebit spiritus sanctus, perhibebitis & vos: quia enim ab initio mecum estis, potestis predicare quod nobis, quod vt modo non faciatis, illius spiritus plenitudo nondum adest uobis. Ille ergo testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis: dabit enim uobis fiduciam testimonium perhibendi charitas dei diffusa in cordibus uestris per spiritum sanctum qui dabitur uobis. Quae utique Petro adhuc defuit, quando mulieris ancillae interrogatione perterritus non potuit uerum testimonium perhibere, sed contra suam pollicitationem timore magno compulsum est ter negare: timor autem iste non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem. Denique ante passionem domini seruilis timor eius interrogatus est a femina seruitutis, post resurrectione uero domini liberalis eius amor ab ipso principe libertatis, & ideo ibi turbabatur, hic tranquillabatur: ibi quem dilexerat negabat, hic quem negauerat diligebat. Sed adhuc etiam tunc amor ipse infirmus fuerat & angustus, donec eum roboraret & dilataret spiritus sanctus. Qui posteaquam illi est abundantia gratiae largioris infusus, sic ad perhibendum de Christo testimonium quondam eius frigidum pectus accendit, atque illa prius trepida quae ueritatem suppresserat ora referauit, vt cum omnes in quos uenerat spiritus sanctus, linguis omnium gentium loquerentur, Iudaeorum circumstantibus turbis, solus ad testimonium de Christo perhibendum praeter ceteris promptius emicaret, eiusque interfectores de illius resurrectione confunderet: si que delectat tam suauiter sanctum tale spectaculum intueri, Actus apostolorum legat, ibi beatum Petrum quem negantem dolerat, stupeat praedicantem. Ibi linguam illam uideat ad fiduciam a diffidentia, & ad libertatem a seruitute translatam, tot linguas inimicorum conuer-

Roma. 5.  
Math. 2. 6.  
I. Ioan. 4.  
C

tere ad Christi confessionem, quarum non valendo unam ferre, uersa fuerat in negationem. Quid plura? Tantis in illo fulgor gratiae, tanta spiritus sancti plenitudo apparebat, tanta de ore praedicantis preciosissima ueritatis pondera procedebant, vt ingentis multitudinis aduersarios interfectores Christi Iudaeos faceret pro illo paratos mori, a quibus cum illo formidabat occidi: hoc fecit spiritus sanctus tunc missus, ante promissus: ista dominus magna atque miranda sua beneficia prauidebat, quando dicebat, Et uiderunt & oderunt & me & patrem meum, vt adimpleatur sermo qui in lege eorum scriptus est, quia odio habuerunt me gratis: cum autem uenerit paracletus quem ego mittam uobis a patre spiritum ueritatis, qui a patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis: ille quippe testimonium perhibens, & testes fortissimos faciens, abstulit Christi amicis timorem, & inimicorum odium conuertit in amorem.

*De eo quod dicit, Haec locutus sum uobis ut non scandalizemini: usque ad id quod ait, Sed haec locutus sum uobis, ut cum uenerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi uobis.*

**A** N his quae praecedunt hoc Euangelij capitulum, dominus discipulos suos ad inimicorum odia perseveranda confirmans, suo quoque praeparauit exemplo, vt eum imitando fierent fortiores, addens & promittens eis, quod uenturus esset spiritus sanctus qui de illo testimonium perhiberet, & adiciens quod & ipsi fierent testes eius, hoc utique in eis operante spiritu sancto: sic enim ait, Ille testimonium perhibebit de me, & uos testimonium perhibebitis: utique quia ille perhibebit, etiam uos perhibebitis: ille in cordibus uestris, uos in uocibus uestris: ille inspirando, uos sonando, ut possit impleri, In omnem terram exiit sonus eorum: paru quippe fuerat eos adhortari exemplo suo, nisi implet spiritus sancto: denique apostolus Petrus cum iam uerba eius audisset, ubi dixerat, Non est seruus maior domino suo, si me persecuti sunt, & uos persequentur, & hoc in illo iam uideret impleri, in quo patientiam domini sui si exemplum sufficeret debuit imitari, succubuit & negauit, non utique ferens quod illum ferre cernebat. Cum uero accepit donum spiritus sancti, quem negauerat praedicauit, & quem confiteri timuerat, non timuit profiteri. Prius enim exemplo quidem fuerat edoctus, vt quod fieri conuenerat nosset, sed nondum fuerat uirtute fultus, vt quod nouerat faceret: instructus erat vt staret, sed non erat firmatus ne caderet: quod posteaquam per spiritum sanctum factum est, annunciauit usque ad mortem, quem negauerat timens mortem: ideo dominus in hoc consequenti capitulo, de quo nunc nobis loquendum est, Haec, inquit, locutus sum uobis, vt non scandalizemini. Canitur quippe in psalmo, Pax multa diligentibus legem tuam domine, & non est illis scandalum. Merito itaque promisso spiritu sancto, quo in eis operante fierent testes eius, subiunxit, haec locutus sum uobis, vt non scandalizemini: cum enim charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, fit pax multa diligentibus legem dei, vt non sit illis scandalum: deinde quae passuri essent, iam exprimens ait, \*Extra synagogas facient uos. Quid autem mali erat apostolis expelli de synagogis Iudaicis, quati non inde fuerant se separauerunt, etiam si eos nullus expelleret? Sed nimirum hoc uoluit denunciare, quia Iudaei Christum non fuerant recepturi, a quo

E  
Cap. XVI.  
Psal. 18.  
Ioan. 13.  
Psal. 118.  
Roma. 5.  
\* alia, ab q; synagogis.

3. Reg. 17.  
4. Reg. 4.  
4. Reg. 13.  
Match. 14.  
March. 15.  
Math. 14.  
Ioan. 1.  
Ioan. 9.  
Exod. 7. & ca. sequenti.  
Exod. 14.  
Exod. 16.  
Exod. 17.  
Iosue. 4.  
Iosue. 10.  
Iudic. 15.  
4. Reg. 2.  
4. Reg. 19.  
Danic. 6.  
Danic. 3.  
March. 1.  
March. 8.  
Esaie. 53.  
March. 6.

**G** à quo isti non fuerant recessuri, & ideo futurum erat vt foras mitterentur cum illo ab eis qui esse nollent in illo, hi qui esse non possent sine illo: nam profecto quia non erat vltus alius populus dei quam illud semen Abrahamæ, si agnoscerent & reciperent Christum, tanquam rami naturales in oliua permanerent, nec alia fierent Ecclesiæ Christi, alia synagoga Iudeorum, eadem quippe essent, si in eodem esse voluissent, quod quia noluerunt, quid restabat nisi vt remanentes extra Christum, extra synagogas facerent eos qui non relinqueret Christum? **Roma. 11.** Accepto quippe spiritu sancto, testes eius effecti, non vtique vt tales essent: de quibus dicitur, Multi principes Iudeorum crediderunt in eum, sed propter metum Iudeorum ne repellerentur de synagogis, non audebant confiteri eum, dilexerunt enim gloriam hominum magis quam dei. Crediderunt ergo in eum, sed nõ sic quomodo eos volebat credere, qui dicebat, **Ioan. 12.** Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quæ a solo deo est non quærentes? Discipulis ergo sic in eum credentibus vt impleti spiritu sancto, **H** hoc est, dono gratiæ dei, non sint de numero eorum qui ignorantes dei iustitiam, & suam volentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti, nec de illorum: de quibus dictum est, Dilexerunt gloriam hominum magis quam dei: illa eis cõgruit prophetia quæ de ipsis inuenitur impleta, Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua iustitia exultabuntur, quoniam gloria virtutis eorum tu es: merito eis dicitur, **Roma. 10.** Extra synagogas facient vos: illi scilicet, qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam: propter quod ignorantes dei iustitiam, & suam volentes cõstituere, eos expellunt qui non in sua, sed in dei iustitia exultabuntur, nec expulsi ab hominibus erubescunt, quoniam gloria virtutis eorum ipse est: denique cum hoc eis dixisset, adiecit, Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo, & hæc facient vobis, quia non cognouerunt patrem neque me. hoc est, non cognouerunt deum nec eius filium, cui se in vobis occidendis præstare arbitrantur obsequium: quæ verba dominus ita subiunxit, tanquam ex hoc consolaretur suos, qui de synagogis Iudaicis expellerentur: prænuncians enim quæ mala essent pro eius testimonio perpassuri: extra synagogas, inquit, facient vos: nec ait, & venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Quid ergo ait? Sed venit hora: quemadmodum diceret, si aliquid boni post ista mala prædicaret. Quid sibi ergo vult, extra synagogas facient vos: Sed venit hora: tanquam hoc dicturus fuisset, Separabunt quidem illi vos, sed ego vos colligam: aut separabunt quidem illi vos, sed venit hora lætitiæ vestræ: quid ergo ibi facit hoc verbum quod ait, sed venit hora, quasi consolationem eis promitteret post tribulationem, cum magis dicere debuisset videatur indicatiuo modo, & venit hora? Sed non ait, & venit, cum tribulationem super tribulationem, non consolationem post tribulationem venturam illis esse prædicaret. An forte sic eos illa de synagogis separatio fuerat turbatura, vt mori mallent, quam in hac vita sine Iudeorum congregationibus immorari? Absit vt sic turbarentur qui dei, non hominum gloriam requirebant. Quid ergo est, extra synagogas facient vos, sed venit hora? cum potius dicere debuisset videtur, & venit hora vt omnis qui interficit vos arbitretur obsequium se præstare deo? Neque enim saltem dictum est, sed venit hora vt interficient vos, quasi vt

eis mors pro consolatione illius separationis accideret: **K** sed venit hora, inquit, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare deo. Profertur non mihi videtur aliud significare voluisse, nisi vt intelligerent atque gauderent tam multos se Christo acquisituros, cum de Iudeorum cõgregationibus pellerentur, vt eos quidem non sufficeret pellere, sed non simerent viuere, ne omnes ad nomen Christi sua prædicatione conuerterent, & ab obseruatione Iudaismi, tanquam diuina veritatis, auerterent. Hoc enim de Iudeis dictum debemus accipere, de quibus dixerat, extra synagogas facient vos. Nam testes, id est, martyres Christi, etiam si occisi sunt à gentilibus, non tamen illi arbitrati sunt deo, sed diis suis falsis obsequium se præstare cum hæc facerent. Iudeorum autem omnis qui occidit predicatores Christi, deo sese putauit præstare obsequium, credens quod de se ferent deum Israël, quicunq; conuerterentur ad Christum, vt enim & ipsum Christum occiderent, ista ratione commoti sunt, nam eorum de hac re etiam verba conscripta sunt, Videtis quia totus mundus post eum abiit, si dimiserimus eum viuere, venient Romani, & tollent nobis & locum & gentem: & quod Caiphas dixit, Expedit vt vnus homo moriatur pro populo, & non tota gens pereat. Et in hoc ergo sermone suo discipulos suos erexit exemplo quibus dixerat, Si me persecuti sunt, & vos persequentur, vt quemadmodum illum occidendo, deo se præstitisse obsequium putauerunt, sic etiam illos: iste itaque sensus est in his verbis, Extra synagogas facient vos, sed nolite solitudinem formidare: separati quippe à congregatione eorum, tam multos in nomine meo congregabitis, vt illi metuentes ne templum quod erat apud eos, & omnia legis veteris sacramenta deserantur, interficient vos, sic fundentes sanguinem vestrum, vt deo se præstare arbitrentur obsequium: ecce est illud quod de his dixit Apostolus, Zelum dei habent, sed nõ secundum scientiam: obsequium se putant præstare deo, interficiendo famulos dei. O error horrendus, ita ne vt placeas deo, percussis placent deo: & templum dei vitium te feriente prostermitur, ne dei templum lapideum deferatur? ò execrabilis cæcitas: sed ex parte in Israël facta est, vt plenitudo gentium intraret: ex parte, inquam, facta est, non ex toto. Non enim omnes, sed aliqui ex ramis fracti sunt, vt infereretur oleaster, nam spiritu sancto implente discipulos Christi, cum linguis omnium gentium loquerentur, cum per eos diuina miracula frequentarentur, & diuina eloquia spargerentur, etiam occisus ita dilectus est Christus, vt eius discipuli expulsi à congregationibus Iudeorum, ex ipsis quoque Iudeis ingentem multitudinem congregarent, & nullam solitudinem formidarent. Hinc ergo accensi ceteri reprobis & cæci, zelum dei habentes, sed non secundum scientiam, & obsequium se præstare deo credentes, occidebant eos. Sed pro illis occisus colligebat eos, qui de his futuris antequam occideretur instruxerat eos, ne ignaros atque imparatos animos mala inopinata & improuisa, quantum cito transitura turbarent, sed præcognita & patienter accepta, ad bona sempiterna perducerent. Hanc enim fuisse causam vt hæc eis prænunciaret etiam ipse demonstrauit adiungens, Sed hæc locutus sum vobis, vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hora eorum hora tenebrosa, hora nocturna: sed in die mandauit dominus misericordiam suam, & nocte declarauit, quando nox Iudeorum separatam à se diem Christianorum nulla confusione fulcauit, & quædo carnem occidere potuit, fidem tenebrare non potuit.

De eo

**A** De eo quod dicit, Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: usque ad id quod ait, De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est.

TRACTATUS XCIII.



**M** dominus Iesus prædixisset discipulis suis persecutiones, quas passuri fuerant post eius abscissum, subiunxit atque ait, Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram: nunc autem vado ad eum qui me misit. Vbi primum videndum est, vt eum eis futuris non prædixerit antè passionem. Sed alij tres euangelistæ satis eum prædixisse ista demonstrat, antequam ventum esset ad cœnam, qua peracta secundum Ioannem ista locutus est, vbi ait, Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram. An forte hinc ista soluitur quaestio, quia & illi cum narrat passionem proximum fuisse cum hæc diceret? Non ergo ab initio quando cum illis erat, quia iam discessurus, iamque ad patrem perrecturus hæc dixit, & ideo etiam secundum illos euangelistas verum est quod hic dictum est, hæc autem vobis ab initio non dixi: sed quid agimus de fide Euangelij secundum Mattheum, qui hæc eis à domino non solum cum iam pascha esset cum discipulis cœnatus imminente passione, verum & ab initio denunciata esse commemorat, vbi primum nominatim duodecim exprimuntur Apostoli, & ad opera diuina mittuntur? Quid sibi ergo vult quod hic ait, Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram, nisi quia ea quæ hic dixit de spiritu sancto, quod sit venturus ad eos & testimonium perhibiturus, quando mala illa passuri sunt? Hæc ab initio eis non dixit, quia cum ipsis erat. Consolator ergo ille vel aduocatus, vt unque enim interpretatur, quod est Græce paraclætus, Christo abscedente fuerat necessarius, & ideo de illo nõ dixerat ab initio quando cum illis erat, quia eius præsentia consolabantur. Abscessurus autem oportebat vt diceret illum esse venturum, per quem futurum erat, vt charitate diffusa in cordibus suis verbum dei cum fiducia prædicarent, & illo intrinsecus apud eos testimonium perhibente de Christo, ipsi quoque testimonium perhiberent, neque scandalizarentur cum inimici Iudæi absque synagogis facerent eos, & interficerent, arbitrantur obsequium se præstare deo, quoniam charitas omnia tolerat, quæ diffundenda erat in cordibus eorum per spiritu sancti donum. Hinc ergo iste totus ducitur sensus, quia facturus eos erat martyres suos, id est, testes suos per spiritu sanctum, vt illo in eis operante, persecutionum quacunque aspera tolerarent, nec frigerent à charitate prædicandi, illo diuino igne succensu. Hæc ergo, inquit, locutus sum vobis, vt cum venerit hora, eorum reminiscamini quia ego dixi vobis: hæc scilicet locutus sum vobis, non tantum quia passuri estis ista, sed quia cum venerit paraclætus, ille testimonium perhibebit de me, ne ista timendo taceatis, vnde fiet vt etiam vos testimonium perhibeatis. Hæc autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram, & ego vos consolabar mea corporali præsentia exhibita humanis sensibus vestris, quam paruuli capere poteratis. Nunc autem vado ad eum qui me misit, & nemo, inquit, ex vobis interrogat me quod vadis? Significat dominus Iesus sic se iturum vt nullus interrogaret, quod palam fieri visu corporis cernerent: nam superius interrogauerunt eum discipuli quod esset iturus, & responderat eis se iturum quod ipsi tunc venire non possent. Nunc vero ita se promittit iturum, vt nullus eorum quod vadit interroget. Nubes enim suscepit eum quando ascendit ab eis, & euntem in cœlum non verbis

Matth. 10.  
Marci. 13.  
Lucæ. 21.

**B**

Roma. 5.

**C**

Ioan. 15.

1. Cor. 1.

quæsierunt, sed oculis deduxerunt. Sed quia hæc locutus sum vobis, inquit, tristitia implebit cor vestrum. Videbat vtique quid illa sua verba in eorum cordibus agerent, spiritalem quippe nondum interius habentes consolationem, quam per spiritu sanctum fuerant habituri, id quod exterius in Christo videbant, amittere metuebant: & quia se amissuros esse illum vera denunciante dubitare non poterant, contristabatur humanus affectus, quia carnalis desolabatur aspectus. Nouerat autem ille quid eis potius expediret, quia visus interior ipse est vtique melior, quo eos consolaturus fuerat spiritu sanctus, nõ cernentium corporibus ingesturus corpus humanum, sed seipsum credentium pectoribus infusus: denique adiungit, Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam, si enim non abiero, paraclætus non veniet ad vos, si autem abiero, mittam eum ad vos. tanquam diceret, expedit vobis vt hæc forma serui auferatur à vobis, caro quidem factum verbum habito in vobis, sed nolo me carnaliter adhuc diligatis, & isto lacte contenti semper infantes esse cupiatis, expedit vobis vt ego vadam, si enim non abiero, paraclætus nõ veniet ad vos: Si aliméta tenera quibus vos alui, non subtraxero, solidum cibum non esuriatis: si carnaliter hæseritis, capaces spiritus nõ eritis: nam quid est, si non abiero, paraclætus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos? Nunquid hic positus, eum non poterat mittere? Quis hoc dixerit? Neque enim vbi ille erat, iste inde recesserat, & sic venerat à patre, vt nõ maneret in patre. Postremo quomodo eum etiam hic cõstitutus non poterat mittere, quem scimus super eum baptizatum venisse atque mansisse, imò vero à quo scimus eum nunquam separabilem fuisse? Quid est ergo, si non abiero, paraclætus non veniet ad vos: nisi non potestis capere spiritum, quandiu secundum carnem persistitis nõsse Christum? Vnde ille, inquit, qui iam ceperat spiritum: Et si noueram, inquit, secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus: Etiam ipsam quippe carnem Christi non secundum carnem nouit, qui verbum carnem factum spiritualiter nouit. Hoc nimirum significare voluit magister bonus dicendo: si enim non abiero, paraclætus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Christo autem discedente corporaliter, non solum spiritu sanctus, sed & pater & filius illis affuit spiritualiter: nam si ab eis sic abscissus Christus, vt pro illo non cum illo in eis esset spiritu sanctus, vbi est eius promissio dicentis, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi, & veniemus ad eum ego & pater, & mansionem apud eum faciemus, cum & spiritu sanctum ita se promiserit esse missurum, vt cum eis esset in æternum, ac per hoc cum ex carnalibus vel animalibus essent spiritales futuri, profecto & patrem & filium & spiritu sanctum capacius fuerant habituri. In nullo ergo credendus est esse pater sine filio & spiritu sancto, aut pater & filius sine spiritu sancto, aut filius sine patre & spiritu sancto, aut sine patre & filio spiritu sanctus, aut pater & spiritu sanctus sine filio, sed vbi eorum quilibet vnus, ibi trinitas deus vnus. Oportebat autem ita insinuari trinitatem, vt quantum nulla esset diuersitas substantiarum, singillatim tamen commendaretur distinctio personarum, vbi eis qui recte intelligunt, nunquam videri potest separatio naturarum: quod autem sequitur, Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio: de peccato quidem, quia non crediderunt in me: de iustitia vero, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: de iudicio autem, quia

Matth. 3.

1. Cor. 5.

Matth. 28.

Ioan. 14.



G quia princeps huius mundi iudicatus est. Tanquam solum sit peccatum non credere in Christum, & tanquam ipsa sit iustitia non videre Christum, & tanquam ipsum sit iudicium, quod princeps huius mundi, hoc est, diabolus, iudicatus est, valde latebrosus est, nec isto sermone coarctandum, ne fiat obscurius breuitate, sed alio potius quantum dominus adiuerit explicandum.

De eadem lectione. Tractatus XCIV.

**R**omittens dominus missurum se spiritum sanctum: Cum venerit, inquit, ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.) Quid est hoc? Nunquid nam dominus

Ioan. 15: Christus non arguit mundum de peccato, cum ait, Si non venissem, & locutus eis fuisset, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo? Sed ne quis forte dicat hoc ad Iudaeos proprie pertinere, non ad mundum: nonne alio loco inquit, Si de mundo essetis, mundus quod suum erat diligeret? Nunquid non arguit de iustitia, ubi ait, Pater iuste, mundus te non cognouit? Nunquid non arguit de iudicio, ubi se ait similitris esse dicturum. Ite in ignem quem paratus est diabolus & angelis eius? Et multa alia reperiuntur in sancto Euangelio, ubi de his Christus arguit mundum: quid est ergo quod tanquam proprie tribuit hoc spiritui sancto? An forte quia Christus in Iudaeorum gente tantum locutus est, mundum non videtur arguisse, ut ille intelligatur argui qui audit arguentem? Spiritus autem sanctus in discipulis eius toto orbe diffusus, non vna gentem intelligitur arguisse, sed mundum: nam hoc illis ait ascensus in caelum, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quae pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientis in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudaea, & in Samaria, & vsq; ad fines terrae: hoc est, arguere mundum. Sed quis audeat dicere quod per discipulos Christi arguit mundum spiritus sanctus, & non arguat ipse Christus, cum clamat Apostolus, An vultis experimentum accipere eius qui in me loquitur Christus? Quos itaque arguit spiritus sanctus, arguit utique & Christus. Sed quantum mihi videtur, quia per spiritum sanctum diffusenda erat charitas in cordibus eorum, quae foras mittit timorem, quo impediri possent, ne arguerent mundum qui persecutionibus fremebat audentem propterea dixit, ille arguet mundum, tanquam diceret, ille diffundet in cordibus vestris charitatem, sic enim timore depulso, arguendi habebitis libertatem. Sepe autem diximus inseparabilia opera esse trinitatis, sed singillatim commendandas fuisse personas, ut non solum sine separatione, verumetiam sine confusione & vnitas intelligatur & trinitas: exponit deinde quid dixerit de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, inquit, quia non crediderunt in me. hoc enim peccatum quasi solum sit praeter ceteris posuit, quia hoc manente cetera detinentur, & hoc discedente cetera remittuntur. De iustitia vero, inquit, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Hic primo videndum est, si recte quisque arguitur de peccato, vtrum recte arguatur & de iustitia. Nunquid si arguendus est peccator propterea, quia peccator est, arguendum putabit quisquam & iustum propterea quia iustus est? Absit. Nam & si aliquando iustus arguitur, ideo recte arguitur, quia scriptum est, Non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet: quocirca etiam cum iustus arguitur, de peccato arguitur non de iustitia: quoniam & in illo quod legimus diuinitus dictum, Noli effici iustus multum: non est notata iustitia sa-

cientis, sed superbia praesumentis: qui ergo sit multum iustus, ipso nimio sit iniustus: multum enim se facit iustum, qui dicit se non habere peccatum, aut qui se putat non gratia dei, sed sua voluntate sufficiente effici iustum, nec recte viuendo iustus est, sed potius inflatus, putando se esse quod non est. Quo pacto igitur mundus arguendus est de iustitia, nisi de iustitia credentium? Arguitur itaque de peccato, quia in Christum non credit, & arguitur de iustitia eorum qui credunt: ipsa quippe fidelium comparatio, infidelium est vituperatio, hoc & ipsa expositio satis indicat: volens enim aperire quid dixerit, de iustitia vero, inquit, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: non ait, & iam non videbunt me: de quibus dixerat, quia non credunt in me, sed peccatum quid vocaret exponens, de illis locutus est, dicens, quia non credunt in me: exponens autem quam dixerit iustitiam, de qua dixerat, mundus arguitur, ad ipsos quibus loquebatur, se conuertit atque ait, Quia ad patrem vado, & iam non videbitis me. Quapropter mundus de peccato quidem suo, de iustitia vero arguitur aliena, sicut arguuntur de lumine tenebrae: Omnia enim quae arguuntur ait Apostolus, a lumine manifestantur. Quantum enim malum sit eorum, qui non credunt, non solum per se ipsum, verumetiam ex bono potest eorum apparere qui credunt. Et quoniam ista vox infidelium esse conuenit, quomodo credimus quod non videmus. Ideo credentium iustitiam sic oportuit definiri, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me: beati enim qui non vident & credunt. Nam & qui viderunt Christum, non in eis laudata est fides eorum, quia credebant quod videbant, id est, filium hominis, sed quia credebant quod non videbant, id est filium dei. Cum vero & ipsa forma serui subtracta eorum esset aspectibus, tum vero ex omni parte impletum est, iustus ex fide viuunt: est enim fides, sicut in Epistola quae ad Hebraeos est definitur, sperandarum substantia, & conuictio rerum quae non videntur. Sed quid est, iam non videbitis me: non enim ait, ad patrem vado, & non videbitis me, ut temporis intervallum quo non videbitur, significasse intelligeretur, siue breue, siue longum, tamen utique terminatum: sed dicendo, iam non videbitis me, velut nuncquam de cetero visuros eos Christum veritas praenunciavit: haec ne iustitia est nunquam Christum videre, & in eum tamen credere, cum propterea laudetur fides ex qua iustus viuunt, quoniam credit quem modo non videt Christum, se aliquando esse visurum: Postremo secundum hanc iustitiam, nunquid dicturi sumus Paulum Apostolum non fuisse iustum, consentientem se Christum vidisse post ascensionem eius in caelum, de quo utique iam tempore dixerat, iam non videbitis me. Nunquid secundum hanc iustitiam iustus non erat gloriosissimus Stephanus, qui cum lapidaretur, ait, Ecce video caelum apertum, & filium hominis stantem ad dexteram dei: Quid ergo est, Ad patrem vado, & iam non videbitis me: nisi quomodo sum, cum vobiscum sum? Tunc enim adhuc erat mortalis in similitudine carnis peccati, qui esurire poterat atque sitire, fatigari atque dormire. Hunc ergo Christum, id est, talem Christum cum transisset de hoc mundo ad patrem, non erant iam visuri, & ipsa est iustitia fidei, de qua dicit Apostolus, Etsi noueramus Christum secundum carnem, sed nunc iam non nouimus. Erit itaque, inquit, vestra iustitia qua mundus arguetur, quia vado ad patrem, & iam non videbitis me, quoniam in eum quem non videbitis credetis in me, & quando me videbitis quod tunc ero, non videbitis me quod sum vobiscum modo, non videbitis me humilem, sed excelsum: non videbitis

Eph. 5.

Ioan. 20.

Abacuc. 2.  
Roma. 1.  
Hebr. 11.

1. Cor. 15.

Asto. 7.

2. Cor. 5.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Eph. 1.

Eph. 5.

Ioan. 12.

2. Petri. 2.

**A** mortalem, sed sempiternum: non videbitis iudicandum, sed iudicatum, & de hac fide vestra, id est, iustitia vestra, arguet spiritus sanctus incredulum mundum. Arguet etiam de iudicio, quia princeps huius mundi iudicatus est. Quis est iste, nisi de quo ait alio loco, Ecce venit princeps mundi, & in me nihil inuenit: id est, nihil iuris sui, nihil quod ad eum pertineat, nullum scilicet omnino peccatum? Per hoc enim est diabolus princeps mundi, non enim caeli & terrae & omnium quae in eis sunt est diabolus princeps, qua significatione intelligitur mundus, ubi dictum est, Et mundus per eum factus est: sed mundi est diabolus princeps, de quo mundo ibi continuo subiungit atque ait, Et mundus eum non cognouit, hoc est, homines infideles, quibus toto orbe terrarum mundus est plenus: inter quos gemit fidelis mundus, quem de mundo elegit, per quem factus est mundus, de quo ipse dicit, Non venit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Mundus eo iudicante damnatur, mundus eo subueniente saluatur, quoniam sicut arbor foliis & pomis, sicut area paleis & frumetis, ita infidelibus & fidelibus plenus est mundus. Princeps est ergo mundi huius, hoc est, princeps tenebrarum harum, hoc est, infidelium, de quibus eruitur mundus quibus dicitur, Fuitis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Princeps mundi huius de quo alibi dicit, Nunc princeps mundi huius missus est foras: utique iudicatus est, quoniam iudicio ignis aeterni irremediabiliter destinatus est. Et de hoc itaque iudicio, quo princeps iudicatus est mundi, arguitur a spiritu sancto mundus, quoniam cum suo principe iudicatur, quem superbum atque impium imitatur. Si enim deus, sicut dicit Apostolus Petrus, peccantibus angelis non pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos seruari, quomodo non a spiritu sancto de hoc iudicio mundus arguitur, quando in spiritu sancto haec loquitur Apostolus? Credant itaque homines in Christum, ne arguantur de iustitia eorum, quos iustificatos non imitantur. Caueant futurum iudicium, ne cum mundi principe damnentur, quem iudicatum imitantur. Etenim ne sibi existimet parci superbia dura mortalium, de superiorum supplicio terrenda est angelorum.

Ab eo quod scriptum est, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, cum autem uenerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem ueritatem.

Tractatus XCVI.

**I**n isto sancti Euangelij capitulo, ubi dominus ait discipulis suis, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Prius quaerendum illud occurrit, quomodo superius dixerit, Omnia quae audiui a patre meo nota feci vobis: & hic dicat, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Verum illud quomodo dixerit, quod nondum fecerat tanquam fecerit, sicut ea quae futura sunt deum fecisse Propheta testatur dicens, Qui fecit quae futura sunt, iam cum ipsa verba tractaremus, ut potuimus, exposuimus. Nunc ergo qua ista sint quae Apostoli tunc portare non poterant, vultis forsitan scire. Sed quis nostrum audeat eorum se dicere iam capacem, quae illi capere non valebant? Ac per hoc nec a me expectanda sunt ut dicantur, quae forte non caperem, si mihi ab alio diceretur: nec vos ea portare possitis, etiam si ego tantus essem, ut a me isto quae vobis altiora sunt audiretis. Et fieri quidem potest ut sint in uerbis aliqui ad ea capienda iam ido-

nei, quae alij capere nondum valent, & si non omnia, de quibus magister ille deus dicebat, Adhuc multa habeo vobis dicere, tamen eorum fortasse nonnulla. Sed quae nam sint ista quae ipse non dixit, temerarium est velle praesumere & dicere: nam & mori pro Christo, nondum erant idonei tunc Apostoli, quibus dicebat, Non potestis me sequi modo. Vnde primus eorum Petrus, qui hoc iam se posse praesumpserat, aliud expertus est quam putabat: & tamen postea & viri & mulieres, pueri & puellae, iuvenes & virgines, senes cum iunioribus innumerabiles martyrio coronati sunt, & paucae inuenta sunt oves, quod tunc quando ista dominus loquebatur, nondum poterant portare pastores. Nunquid ergo debuit illis omnibus in illo testationis articulo, quod certare vsque ad mortem pro veritate oportebat, & pro Christi nomine vel doctrina sanguine fundere: nunquid, inquam, debuit eis dici, Quis vestrum audeat idoneum martyrio se putare, cui Petrus idoneus nondum fuerat, quando eum os ad os ipse dominus instruebat? Sic itaque dixerit aliquis, non debere dici populis Christianis audire capiendis, quae sint de quibus dominus tunc dicebat, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: si Apostoli nondum poterant, multo minus vos potestis: quia forte sic multi possunt audire, quod tunc nondum poterat Petrus: sic multi possunt martyrio coronari, quod tunc nondum poterat Petrus, praesertim iam missis spiritu sancto, qui tunc nondum erat missus, de quo continuo subiungit atque ait, Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Sic utique demonstrans illos ideo quae habebat dicere, portare non posse, quia nondum ad eos venerat spiritus sanctus. Ecce concedamus ut ita sit, multos ea modo portare posse iam missis spiritu sancto, quae tunc eo nondum missis, non poterant portare discipuli. Nunquid ideo scimus quae sint quae dicere noluit, quae tunc sciremus si ab eo dicta legeremus vel audissemus? Aliud est enim scire, vtrum a nobis vel a vobis portari possint, aliud autem scire quae sint, siue portari possint, siue non possint. Quae cum ipse tacuerit, quis nostrum dicat, ista vel illa sunt: aut si dicere audeat, vnde probat? Quis enim est tam vanus aut temerarius, qui cum dixerit etiam vera quibus voluerit quae voluerit, sine vilo testimonio diuino affirmet ea esse quae tunc dominus dicere noluit? Quis hoc nostrum faciat, & non maximam culpam temeritatis incurrat, in quo, nec prophetica nec apostolica excellit auctoritas? Nam profecto si eorum aliquid legissemus in libris canonica auctoritate firmatis, qui post ascensionem domini scripti sunt, parum fuerat hoc legisse: nisi illic id etiam legeretur hoc ex eis esse, quae tunc dominus noluit discipulis suis dicere, quia non poterant illa portare: tanquam si verbi gratia, ego dicerem illud quod legimus in huius Euangelij capite, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum, & alia quae sequuntur, quoniam postea scripta sunt, nec ea dominum Iesum dixisse narratum est, cum hic esset in carne, sed haec vnus ex Apostolis eius ipso ac spiritu eius sibi reuelante conscripsit, ex his esse quae noluit tunc dominus dicere, quia ea discipuli portare non poterant, quis me audiat tam temere ista dicente? Si autem ubi hoc legimus, ibi hoc etiam legeremus, quis non tanto Apostolo crederet? Sed id quoque mihi videtur absurdissime dici, ea tunc non potuisse portare discipulos quae de inuisibilibus & altissimis rebus inuenimus in apostolicis literis, quae postmodum scriptae sunt, nec ea dominum quando cum illis visibiliter erat, dixisse narratur: cur enim ea tunc ferre non poterant, quae nunc in eorum libris

Ioan. 14.

E

F

Ioan. 1.

**G** quis non legat, quis non ferat, etiam si non intelligat: Nonnulla quidem homines infideles in scripturis sanctis, & non intelligunt cum legunt vel audiunt, & lecta vel audita ferre non possunt: sicut Pagani, quod per eum qui crucifixus est factus est mundus: sicut Iudaei, quod filius dei sit, qui eo modo quo ipsi celebrant sabbatum soluit: sicut Sabelliani, quia trinitas est pater & filius & spiritus sanctus: sicut Arriani, quia aequalis est patri filius, & patri ac filio spiritus sanctus: sicut Photiniani, quia non homo tantum similis nobis, sed etiam deus deo patri aequalis est Christus: sicut Manichei, quod Christus Iesus per quem liberati sumus, natus in carne & de carne dignatus est: & ceteri omnes peruersarum ac diuersarum sectarum homines, utique ferre non possunt, quicquid in scripturis sanctis & in fide catholica reperitur, quod contra eorum proferatur errores, sicut nos ferre non possumus sacrilegas eorum vanitates & insanias mendaces. Quid est enim ferre non posse, nisi aequo animo non habere? Sed omnia quae post ascensionem domini canonica veritate atque auctoritate descripta sunt, quis fidelis vel etiam catechumenus antequam spiritum sanctum baptizatus accipiat, non aequo animo legit atque audit, etiam si nondum sicut oportet intelligit? Quomodo ergo aliquid eorum quae post ascensionem domini scripta sunt, non possent ferre discipuli, etiam nodum sibi missio spiritus sancto, cum omnia nunc ferant catechumeni nondum accepto spiritus sancto: quia etiam non eis fidelium sacramenta produntur, non ideo fit quod ea ferre non possunt, sed ut ab eis tanto ardentius concupiscantur, quanto eis honorabilius occultantur. Quapropter charissimi, non a nobis expectetis audire, quae tunc noluit dominus discipulis dicere, quia nondum poterat illa portare, sed potius in charitate proficite, quae diffunditur in cordibus vestris per spiritum sanctum, qui datus est vobis, ut spiritu ferentes & spiritalia diligentes, spiritalis lucem spiritalisque vocem, quam carnales & animales homines ferre non possunt, non aliquo signo corporalibus oculis apparete, nec aliquo sono corporalibus auribus instrepente, sed interiore conspectu & auditu nosse possitis. Non enim diligitur quod penitus ignoratur, sed cum diligitur quod ex quantalacumque parte cognoscitur, ipsa efficitur dilectione, ut melius & plenius cognoscatur. Si ergo in charitate proficiatis, quam diffundit in cordibus spiritus sanctus, docebit vos omnem veritatem: vel sicut alij codices habent, deducet vos in omnem veritatem: unde dictum est, Deduc me domine in via tua, & ambulabo in veritate tua. Sic fiat ut non a doctoribus exterioribus illa discatis, quae noluit dominus tunc dicere, sed sitis omnes docibiles dei, ut eais quae per lectiones atque sermones extrinsecus adhibitos didicistis & credidistis de natura dei non corporea, nec loco aliquo inclusa, nec per finita spacia locorum quasi mole distenta, sed ubique tota & perfecta & infinita, sine nitoribus colorum, sine figuris lineamentorum, sine notis literarum, sine serie syllabarum, ipsa mente conspiciere ac percipere valeatis: ecce dixi aliquid quod forte inde sit, & tamen accepistis, & non solum ferre potuistis, verum etiam libenter audistis. Sed si ille magister interior, qui cum adhuc discipulis exterius loqueretur ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo, vellet nobis id quod de incorporea dei natura dixi, intrinsecus ita dicere, sicut sanctus angelus dicit, qui semper videt faciem patris, nondum ea portare possemus: proinde quod ait, Docebit vos omnem veritatem. Vel, deducet vos in omni veritate: non arbitror in hac vita in cuiusquam mente posse compleri: quis enim vivens in hoc corpore quod cor-

rumpitur & aggrauat animam, possit omnem cognoscere K veritatem, cum dicat Apostolus, Ex parte scimus. Sed quia per spiritum sanctum fit, unde nunc pignus accepimus, ut ad ipsam quoque plenitudinem veniamus, de qua idem dicit Apostolus, Tunc autem cognoscam faciem, & nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum: non quod in hac tantum vita, sed totum quod usque ad illam perfectionem futurum est, nobis dominus promisit per charitatem spiritus dicens, Docebit vos omnem veritatem: vel, deducet vos in omni veritate. Quae cum ita sint dilectissimi, moneo vos in charitate Christi, ut seductores caueatis impuros, & obscenae turpitudinis sectas, de quibus ait Apostolus, Quae autem occulte sunt ab istis, turpe est & dicere: ne cum horrendas immunditias docere ceperint, quas humanae aures qualecumque sint, portare non possunt, dicant ipsa esse quae dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: & per spiritum sanctum asserant fieri, ut possint illa immunda & nefanda portare. Alia sunt mala quae portare non potest qualicumque pudor humanus, & alia sunt bona quae portare non potest parvus sensus humanus. Ista sunt in corporibus impudicis, illa remota sunt a corporibus vniuersis, hoc in pura carne committitur, illud pura mente vix cernitur. Renouamini ergo spiritu mentis vestrae, & intelligite quae sit voluntas dei, quod bonum & beneplacitum & perfectum est, ut in charitate radicati & fundati, possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit longitudo, latitudo, altitudo & profundum, cognoscere etiam supereminentem scientiam charitatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Iste enim modo vos docebit spiritus sanctus omnem veritatem, cum magis magisque diffundet in cordibus vestris charitatem.

De eadem lectione. Tractatus XCVII.

**S**piritus sanctus quem promisit dominus se discipulis suis esse missurum, qui eos doceret omnem veritatem, quam tunc quando cum eis loquebatur portare non poterant, de quo spiritus sanctus, sicut dicit Apostolus, nunc pignus accepimus, quo verbo intelligeremus eius plenitudinem nobis in vita alia re-feruari. Ipse ergo spiritus sanctus & nunc docet fideles, quanta quisque potest capere, & spiritalia eorum peccata desiderio maiore succendit, si quisque in ea charitate proficiat, qua & diligit cognita, & cognoscenda desideret, ita ut ea quoque ipsa, quae nunc quomodocumque cognoscit, nondum se scire sciat, sicut scienda sunt in ea vita, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Quo sciendi modo, si nunc ea vellet interior magister dicere, id est, nostrae menti aperire atque monstrare, humana infirmitas portare non posset. Unde me vestra dilectio meminit iam locutum, cum sancti Evangelij verba tractarem, ubi dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Non ut in his domini verbis nescio quae secreta nimis abdita suspicentur, quae cum dici a docente possint, portari a discente non possint: sed eais quae doctrina religionis in quorumlibet hominum notitia legimus & scribimus, audimus & dicimus, si vellet eo modo nobis Christus dicere, sicut ea dicit angelis sanctis in seipso vniuerso verbo, patri coaeterno, quoniam portare homines possent, etiam si iam essent spirituales, quales adhuc Apostoli non fuerunt, quando ista eis dominus dixit, qualesque postea veniente sancto spiritu facti sunt: Nam utique quicquid de creatura sciri potest, minus est ipso creatore, qui summus & verus & immutabilis est deus. Et quis eum tacet, ubi non a legentibus, disputantibus,

Sapient. 9. 1. Cor. 13. 2. Cor. 1. & 5. 2. Cor. 13.

Ephes. 5.

L. Roma. 11.

Ephes. 3.

2. Cor. 1. & 5.

M. 1. Cor. 2.

**A** quarentibus, respondentibus, laudantibus, cantantibus, quoquo modo sermocinantibus, postremo ab ipsis etiam blasphemantibus nominantur: Et cum eum nemo taceat, quis est qui eum sicut intelligendus est capiat, cum de oribus & auribus hominum non recedat, quis est cuius acies ad eum mentis accedat? Quis est qui eum trinitatem esse scisset, nisi ipse sic innocescere voluisset? Et quis hominum iam istam sciat trinitatem, & tamen quis hominum sicut angeli sapiat trinitatem? Eais ergo quae de dei aeternitate, veritate, sanctitate in promptu & palam sine cessatione dicuntur, ab aliis bene, ab aliis male intelliguntur, imò ab aliis intelliguntur, ab aliis non intelliguntur: qui enim male intelligit, non intelligit. Ab eipsis autem a quibus bene intelliguntur, ab aliis minus, ab aliis amplius mentis viuacitate cernuntur, & a nullo hominum sicut ab angelis capiuntur. In ipsa ergo mente, hoc est, in interiore homine quodammodo crescitur, non solum ut ad cibum a lacte transeat, verum etiam ut amplius atque amplius eum ipse sumatur. Non autem crescitur spaciola mole, sed intelligentia luminosa, quia & ipse cibus intelligibilis lux est. Ut ergo crescat, dumque capiatis, & quanto magis crescit, tanto magis magisque capiatis, non ab eo dolore, qui vestris auribus sonat, hoc est, forinsecus operando plantat & rigat, sed ab eo qui dat incrementum, petere ac sperare debetis. Proinde sicut praefero sermone comonui, caue, maxime qui paruuli estis, & adhuc alimētis lacteis indigetis, ne hominibus sub hac occasione deceptis ac deceptoribus, quia dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare, modo, aurem curiosam praebatis ad incognita scienda, cum mentes inualidas habeatis ad vera & falsa diiudicanda, maxime propter obscenissimas turpitudines, quas docuit vanitas & animas instabiles atque carnales, ad hoc deo sinente ut eius ubique sint tremenda iudicia, & in comparatione impurae nequitiæ dulcescat purissima disciplina, atque illi deo honorem, timorem autem vel pudorem sibi, qui in illa mala vel illo regente non cecidit, vel illo inde leuante surrexit. Caue, timedeo & orado, ne irratis in illud enigma Salomonis, ubi mulier insipientis & audax, inops panis effecta, conuocata praeuertentes dicens, Panes occultos libenter attingite, & aquae furtivae dulcedinem. Hae enim mulier vanitas est impiorum, cum sint insipientissimi, aliquid se scire opinantur, sicut de ista muliere dictum est, inops panis efficitur. Quae cum sit inops panis, promittit panes, id est, cum sit ignara veritatis, promittit scientiam veritatis, occultos tamen panes promittit, quos tamen dicit libenter attingi, & aquae furtivae dulcedinem, ut ea scilicet libentius & dulcius audiantur & agantur, quae palam in Ecclesia dici credique prohibentur. Ipsa quippe occultatione codiunt quodammodo nefarii doctores sua venena curiosis, ut ideo se existimet aliquid discere magnum, quia merentur habere secretum, & suauius hauriant insipientiam, quam putant scientiam, cuius prohibitam quodammodo furatur audaciam. \*† Hinc & nefarios ritus suis hominibus, sacrilega curiositate deceptis vel decipiendis, magiarum artium doctrina commedat. Hinc illae illicitae diuinationes insipientis pecudum visceribus occisorum, aut vocibus & volatibus animi, aut signis multiformibus demoniorum, insulurrant auribus hominum periturosum per colloquia perditorum. Propter haec illicita atque puniendae secreta, mulier illa non solum insipientis, verum audax etiam nuncupatur. Sed haec non solum a re ipsa, verum & a nomine nostrae religionis alie-

1. Cor. 3.

† aliis, fatuas.

Prouerb. 9.

\* † audientiam.

† aliis, im- peritorum.

na sunt. Quid quod mulier haec insipientis & audax sub Christiano vocabulo tot scelestas haereses condidit, tot nefandas fabulas finxit: utinam tales quales in theatris siue cantantur, siue saltantur, siue mimica scurrilitate ridentur, & non quaedam tales quales aduersus deum fingere potuisset, sic illam doleamus insipientiam, ut miremur audaciam. Omnes autem insipientissimi haeretici, qui se Christianos vocari volunt, audacias figmentorum suorum, quas maxime exhorret sensus humanus, hac occasione euangelicae sententiae colorare conantur, ubi dominus ait, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo: quasi haec ipsa sint quae tunc discipuli portare non poterant, & ea docuerit spiritus sanctus, quae palam docere atque predicare, quantalibet feratur audacia, spiritus erubescit immundus. Hoc Apostolus in spiritu sancto praeuidens ait: Erit enim tempus quo sananda doctrinam non sustinebunt, sed secundum desideria sua magistros sibi coaceruabunt prurientes auribus, & a veritate quidem auditum suum auertentes, ad fabulas autem conuertentur: illa enim secreti furtivae commemoratio qua dicitur, Panes occultos libenter attingite, & aquae furtivae dulcedinem: prurimum facit audientibus in auribus spiritaliter fornicantibus, sicut pruritu quodam libidinis etiam in carne corrumpitur integritas castitatis. Audite itaque Apostolum talia praevidente, & ea vitanda salubriter admonentem. Prophanas, inquit, verborum nouitates deuota: multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum sicut cancer serpit. Et non ait verborum nouitates: sed addit, prophanas: sunt enim & doctrinae religionis congruentes verborum nouitates, sicut ipsum nomen Christianorum quando dici ceperit, scriptum est, In Antiochia enim primum post ascensionem domini appellati sunt discipuli Christiani sicut legitur in Actibus Apostolorum: & xenodochia & monasteria postea sunt appellata nouis nominibus: res tamen ipsae & ante nomina sua erant, & religionis veritate firmantur, quae etiam contra improbos defenduntur. Aduersus impietatem quoque Arrianorum haeticorum nouum nomen patres Homouision condiderunt, sed non rem nouam tali nomine signauerunt: hoc enim vocatur Homouision, quod est, ego & pater vnum sumus, vnus videlicet eiusdemque substantiae. Nam si omnis nouitas prophana esset, nec a domino diceretur, Mandatum nouum do vobis: nec testamentum appellaretur nouum: nec cantaretur in vniuersa terra canticum nouum: Sed prophanae sunt verborum nouitates, ubi dicit mulier insipientis & audax, Panes occultos libenter attingite, & aquae furtivae dulcedinem. Ab hac sollicitatione falsa scientiae prohibet etiam illo loco Apostolus ubi dicit, O Timothee, depoliui custodi, deuotans prophanas vocum nouitates, & contradictiones falsi nominis scientiae, quam quidam promittentes circa fide exciderunt: nihil enim sic amant isti quam scientiam promittere, & fidem rerum verarum quas credere paruuli praecipitur, velut imperitiam deridere. Dicit aliquis, Nihil ne spirituales viri habent in doctrina, quod carnalibus taceant, & spiritalibus eloquatur? Si respondero, non habent, continuo mihi dicitur ex epistola ad Corinthios Apostoli Pauli, Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, sed quasi paruulis in Christo lac vobis potui dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis: adhuc enim estis carnales: & illud, Sapientiam loquimur inter perfectos: & illud, Spiritalibus spiritalia coparantes: animalis autem homo non percipit quae sunt spiritus dei, stultitia enim est illi. Hoc totum quale sit, ne rursus propter haec verba Apostoli

1. Timo. 4.

E. 1. Timo. 2.

1. Timo. 2.

Act. 11.

Ioan. 10.

Ioan. 13.

Prouerb. 9.

1. Timo. 6.

\* aliis, veterum.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

G Apostoli prophanis vocum nouitatibus secreta querantur, & ea quae debet castorum spiritus corpusque vitare, dicatur carnalis sustinere non posse, sermone alio si dominus donauerit disputandum est, vt iam istum aliquando claudamus.

De eadem lectione. Tractatus XCVIII.

**L**X verbis domini nostri vbi dicit, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Exortam difficilem questionem me recolo distulisse, vt inde ociofus tractaretur, quia illum modus competes compellebat finire sermonem, nunc ergo quoniam tempus est promissa reddedi, pertractetur vt dominus ipse donauerit, qui cordi nostro vt proponeretur ingessit. Hac est autem questio, vtrum spirituales homines habeant aliquid in doctrina, quod carnalibus taceant, & spiritualibus dicant. Quia si dixerimus, non habent: respondebitur nobis, Quid est ergo quod dicebat Apostolus scribens ad Corinthios, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo lac vobis potum dedi non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis, adhuc enim estis carnales: Si autem dixerimus, habent, timendum & cauendum est, ne sub hac occasione in occultis nefaria doceantur, & spiritualium nomine velut ea quae carnales capere non possunt, non solum exultatione dealbanda, verumetiam praedicatione laudanda videantur. Primum ergo scire debet charitas vestra, quod ipse Christus crucifixus, quo velut lacte paruulos aluisse se dicit Apostolus, ipsa vera caro eius, in qua facta est vera mors eius & vulnera vera confixi sanguinisque excussi, non eo modo a carnalibus quo ab spiritualibus cogitatur, & illis est lac, istis cibus est, quia etsi non audiunt amplius, intelligunt amplius. Non enim aequaliter mente percipitur, etiam quod in fide pariter ab vtriusque recipitur, ita fit vt praedicatus ab Apostolis Christus crucifixus, & iudaeis esset scandalum, & Gentibus stultitia, & ipsis vocatis iudaeis & Graecis dei virtus & dei sapientia: sed carnalibus paruulis id tantum credendo tenentibus: spiritualibus autem capacioribus id etiam intelligendo cernentibus. Illis ergo tanquam lacteus potus, istis tanquam solidus cibus, non quia hoc illi aliter in populis, isti aliter in cubiculis cognouerit, sed quod eodem modo vtrique cum palam diceretur audiebant, pro suo modo quique capiebant. Cum enim Christus propterea sit crucifixus, vt in remissione peccatorum sanguinem funderet, qua eius vnigeniti passione diuina gratia commendatur, vt nemo in homine gloriatur, quomodo intelligebant Christum crucifixum qui adhuc dicebant, Ego sum Pauli, Nunquid quomodo ipse Paulus qui dicebat, Mihi autem abest gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: De ipso itaque Christo crucifixo, & ipse cibus pro sua capacitate sumebat, & illos lacte pro eorum infirmitate nutrebat. Denique illa quae scripsit ad Corinthios, aliter vtrique ab ipsis paruulis, aliter a capacioribus posse intelligi sciens, ait, Si quis est inter vos Propheta aut spiritualis, agnoscat quae scribo vobis, quia domini est mandatum: si quis autem ignorat ignorabitur, solidam profecto voluit esse scientiam spiritualium, vbi non sola fides accommodaretur, sed certa cognitio teneretur: ac per hoc illi ea ipsa credebant, quae spirituales insuper agnoscebant. Ignorabitur autem, ait, qui ignorat: quia nondum ei reuelatum est, vt quod credit sciat. Quod cum sit in hominis mente, ipse dicitur cognosci a deo, quia deus illum cognoscentem facit, sicut alibi ait, Nunc autem cognoscentes deum, imo co-

gniti a deo: neque enim tunc cognouerat eos deus, praecognitos & electos ante mundi constitutionem, sed tunc eos seipsum cognoscere fecerat. Hoc igitur primitus cognito, quod ea ipsa quae simul audiunt spirituales atque carnales, pro suo modulo quique capiunt, illi vt paruuli, isti vt maiores, illi vt lactis alimentum, isti vt cibi solidamentum, nulla videtur esse necessitas, vt aliqua secreta doctrinae taceantur, & abscondatur fidelibus paruulis, seorsum dicenda maioribus, hoc est, intelligentioribus, & hoc ideo faciendum putetur, quia dixit Apostolus, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Hoc ipsum enim quod non iudicauit se scire in eis nisi Iesum Christum & hunc crucifixum, ipsis non potuit loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus, quia id sicut spirituales capere non valebant. Quicunque autem spirituales inter eos erant, id est, quod illi tanquam carnales audiebant, spirituali ipsi intellectu capiebant, vt sic intelligatur quod ait, Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus: ac si diceret, non potuistis quasi spirituales, sed quasi carnales capere quod loquebar. Anima enim homo, id est, qui secundum hominem sapit, animalis dicitur ab anima, carnalis a carne, quia ex anima & carne constat totus homo, non percipit quae sunt spiritus dei, id est, quid gratiae credentibus crux conferat Christi, & putat hoc illa cruce actum esse tantummodo, vt nobis vsque ad mortem per actum certatibus imitandum praeretur exemplum: nam si scirent huiusmodi homines, qui nolunt esse nisi homines, quemadmodum Christus crucifixus factus sit nobis sapientia a deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in domino gloriatur: proculdubio non gloriarentur in homine, nec carnaliter dicerent, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollonis, ego vero Cephae: sed spiritualiter, ego sum Christi. Verum illud adhuc quaestionem facit, quod in epistola ad Hebraeos legitur, Cum iam deberetis tempore ipso esse doctores, iterum doctrina indigetis, quae sint elementa sermonum dei, & facti estis opus habentes lacte, non solido cibo. Omnis enim qui lactet inexpertus est verborum iustitiae, infans est enim. Perfectorum est autem solidus cibus, eorum qui per habitum exercitatos habent sensus ad separandum bonum a malo. Hic enim videmus tanquam definitum esse quem perfectorum dicit solidum cibum: & hoc esse illud quod ad Corinthios scriptum est, Sapientiam loquimur inter perfectos. Quos autem perfectos voluerit hoc loco intelligi, subiicit atque ait, qui per habitum exercitatos habent sensus, ad separandum bonum a malo. Hoc vero qui inualida & inexercitata mente non possunt, profecto nisi fidei quodam lacte teneantur, & inuisibilia quae non vident, & intelligibilia quae nondum intelligunt, credant, facile ad vanas & sacrilegas fabulas promissione scientiae ducuntur, vt & bonum & malum non nisi corporalibus imaginibus cogitent, & ipsum deum non nisi aliquid esse corpus existiment, & malum non nisi substantiam putare non possunt, cum sit potius ab immutabili substantia mutabilium substantiarum quidam defectus, quas fecit ex nihilo ipsa immutabilis & summa substantia qui est deus. Quod profecto quisquis non solum credit, verumetiam exercitatis interioribus animi sensibus intelligit, percipit, nouit: non est iam metuendum ne seducatur ab eis qui malum putando esse substantiam quam non fecit deus, mutabilem substantiam faciunt ipsum deum, sicut Manichaei, vel si quae aliae pestes ita desipiunt, sed mente adhuc paruulos, quos dicit Apostolus carnales lacte nutriendos. Omnis de hac re sermo, quo agitur vt non

K Epher. 1.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

1. Cor. 3.

1. Cor. 2.

L

1. Cor. 1.

Hiere. 9.

1. Cor. 1.

Hebr. 5.

1. Cor. 2.

M

Colos. 2.

1. Thessa. 3.

1. Thessa. 3.

1. Cor. 2.

1. Cor. 1.

Hiere. 9.

1. Cor. 1.

Hebr. 5.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

M

**A** vt non solum credatur, verumetiam intelligatur, sciaturque quod dicitur, percipere talia non valentibus onerosus est, faciliusque illos premit quam pascit. Ex quo fit vt spirituales ista carnalibus non omnino taceant propter catholicam fidem quae omnibus praedicanda est, nec tamen sic differant, vt volentes ea perducere ad intelligentiam non capacem, facilius fastidiri faciant in veritate sermonem quam in sermone percipi veritatem. Propterea dicit scribens ad Colossenses, Et si corpore absens sum, spiritu vobiscum sum, gaudens & videns ordinationem vestram, & id quod deest fidei vestrae in Christo. Et ad Thessalonicenses, Nocte ac die, inquit, abundantius orantes, vt videamus faciem vestram, & suppleamus quae desunt fidei vestrae. Intelligenti sunt vtrique ita primum catechizati, vt lacte aleretur, non solido cibo, cuius lactis ad Hebraeos commemoratur vbertas eis, quos volebat cibi soliditate iam pascere: propter quod ait, ideoque remittentes initium Christi verbum, in consummationem respiciamus, non iterum iacientes fundamentum poenitentiae ab operibus mortuis, & fidei in deum, lauari doctrinae, impositionis manuum, resurrectionis etiam mortuorum, & iudicii aeterni. Haec est lactis vbertas, sine quo non viuunt, qui iam quidem ratione vtuntur vt possint credere: sed bonum a malo non credendo tantum, verumetiam intelligendo quod pertinet ad solidum cibum, separare non possunt. Quod autem in lactis commemoratioe posuit & doctrinam, ipsa est quae per symbolum traditur & orationem dominicam. Sed huic lacti abest vt sit contrarius cibus rerum spiritualium firma intelligentia capiendus, qui Colossensibus & Thessalonicensibus desuit, & suppletus fuit. Quando enim suppletur quod desuit, non improbat quod fuit: nam & in ipsis quae sumimus alimur, vsque adeo non est lacti contrarius solidus cibus, vt ipse lactescat, quo possit esse aptus infantibus, ad quos per matris vel nutricis peruenit carne: sicut fecit etiam mater ipsa sapientia, quae cum sit in excelsis angelorum solidus cibus, dignata est quodammodo lactescere paruulos, cum verbu carum factu est, & habitauit in nobis. Sed ipse homo Christus, qui vera carne, vera cruce, vera morte, vera resurrectione, syncerum lac dicitur paruulorum, cum bene ab spiritualibus capitur, inuenitur dominus angelorum. Proinde nec sic paruuli sunt lactandi, vt semper non intelligant deum Christum: nec sic ab lactandi, vt deserant hominem Christum. Quod alio modo id ipsum ita dici potest, nec sic lactandi sunt, vt creatorem nunquam intelligant Christum: nec sic ab lactandi, vt mediatorem vnquam deserant Christum. In hoc quippe non conuenit huic rei similitudo materni lactis & solidi cibi: sed potius fundamenti, quia & puer quando ab lactatur: vt ab alimentis infantiae iam recedat, inter solidos cibos non repetit vbera quae sugerat: Christus autem crucifixus, & lac sugentibus, & cibus est proficientibus. Fundamenti vero ideo est aptior similitudo, quia vt perficiatur quod struitur, additur aedificium, non subtrahitur fundamentum. Quae cum ita sint, & quicunque estis, qui sine dubio multi estis paruuli in Christo, proficite ad solidum cibum mentis, non ventris, proficite ad separandum bonum a malo, & magis magisque inharete mediatori, per quem liberamini a malo, quod non est a vobis loco separandum, sed in vobis potius est sanandum. Quisquis autem vobis dixerit, nolite credere verum hominem Christum, aut non a vero deo corpus cuiuslibet hominis vel cuiuslibet animantis creatu, aut non a vero deo vetus testamentum datum, & si quid huiusmodi: haec enim vobis prius ideo non dicebantur, quando lacte nutrebamini, quoniam ad vera ca

pienda cor nondum habebatis idoneum, non vobis iste cibum praeparat sed venenu. Propter quod beatus Apostolus eos alloquens qui sibi iam videbantur esse perfecti, cum se imperfectu ipse dixisset, Quicunque ergo, inquit, perfecti sumus, hoc sapiamus, & si quid aliter lapitis, hoc quoque vobis deus reuelabit. Et ne forte incurerent in seductores, qui eos vellent a fide auertere promittendo scientiam veritatis, & hoc putarent esse quod dixit Apostolus, id quoque vobis deus reuelabit: continuo subiunxit, Verumtamen in id quod peruenimus, in eo ambulamus. Si quid ergo intellexeris quod non sit contra regulam catholice fidei, ad quam velut viam, quae te ducat ad patriam peruenisti, & sic intellexeris, vt inde dubitare omnino non debeas, adde aedificiu, noli tamen relinquere fundamentu. Sic debent maiores docere aliquid paruulos, vt omnium dominum Christum, & seipsis lege maiores Prophetas & Apostolos non dicat aliquid fuisse mentis. Non autem solum vaniloquos & mentis seductores fabulosa & falsa garientes, & in eis vanitatis velut altam scientiam promittentes contra regulam fidei, quam catholicam susceperatis, cauere debetis, verumetiam ipsos qui de ipsa diuina immutabilitate nature vel incorporea creatura siue creatore veraciter disputant, & quod dicunt omnino documentis atque rationibus certissimis probant, & tamen ab vno dei & hominum mediatore conantur auertere, tanquam pestem insidiosore ceteris fugientes: tales enim sunt de quibus dicit Apostolus, Quia cognoscentes deum, non sicut deum glorificauerunt. Quid enim prodest habere intelligentiam veram de immutabili bono, ei qui non tenet per quem liberetur a malo? Propterea admonitio beatissimi Apostoli de vestris cordibus non recedat, Si quis vobis euangelizauerit praeter quam quod accepistis, anathema sit. Non ait plus quam accepistis: sed, praeter quam quod accepistis. Nam si illud diceret, sibi ipsi praedicaret, qui cupiebat venire ad Thessalonicenses, vt suppleret quae illorum fidei defuerunt. Sed qui supplet, quodammodo lactescere paruulos, cum verbu carum factu est, & habitauit in nobis. Sed ipse homo Christus, qui vera carne, vera cruce, vera morte, vera resurrectione, syncerum lac dicitur paruulorum, cum bene ab spiritualibus capitur, inuenitur dominus angelorum. Proinde nec sic paruuli sunt lactandi, vt semper non intelligant deum Christum: nec sic ab lactandi, vt deserant hominem Christum. Quod alio modo id ipsum ita dici potest, nec sic lactandi sunt, vt creatorem nunquam intelligant Christum: nec sic ab lactandi, vt mediatorem vnquam deserant Christum. In hoc quippe non conuenit huic rei similitudo materni lactis & solidi cibi: sed potius fundamenti, quia & puer quando ab lactatur: vt ab alimentis infantiae iam recedat, inter solidos cibos non repetit vbera quae sugerat: Christus autem crucifixus, & lac sugentibus, & cibus est proficientibus. Fundamenti vero ideo est aptior similitudo, quia vt perficiatur quod struitur, additur aedificium, non subtrahitur fundamentum. Quae cum ita sint, & quicunque estis, qui sine dubio multi estis paruuli in Christo, proficite ad solidum cibum mentis, non ventris, proficite ad separandum bonum a malo, & magis magisque inharete mediatori, per quem liberamini a malo, quod non est a vobis loco separandum, sed in vobis potius est sanandum. Quisquis autem vobis dixerit, nolite credere verum hominem Christum, aut non a vero deo corpus cuiuslibet hominis vel cuiuslibet animantis creatu, aut non a vero deo vetus testamentum datum, & si quid huiusmodi: haec enim vobis prius ideo non dicebantur, quando lacte nutrebamini, quoniam ad vera ca

D Philip. 3.

E

Roma. 1.

Galat. 1.

F

2. Corin. 12.

falsis simpliciter autem malo.

De eo quod dicit. Non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur: Tractatus XCIX.

o Quid

Tomus nonus



**G** Vid est quod dominus ait de spiritu sancto, cum eum venturum esse promitteret: & docturum discipulos eius omnem veritatem, vel eos deduciturum in omni veritate. Non enim loquitur a semetipso, sed quacunq; audiet loquetur. Simile est hoc ei quod de semetipso dixit, Non possum a meipso facere quicquam, sicut audio iudico. Sed illud cum exponeremus, secundum hominem posse accipi diximus, ut obedientiam suam, qua factus est obediens usque ad mortem crucis, pronuntiasset filius videretur, & iudicium futurum, quo vivos & mortuos iudicabit, quia hoc per id facturus est quod filius hominis est, propter quod dixit, Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, quia in iudicio non forma dei qua equalis est patri, nec ab impiis videri potest, sed forma hominis apparebit, qua minoratus est etiam modico minus ab angelis, quamvis iam in claritate, non in pristina sit humilitate venturus, conspicuus tamen futurus & bonis & malis: hinc ait & illud, Et potestatem dedit ei iudicium facere, quoniam filius hominis est. In quibus verbis eius manifestatur non eam

**H** formam presentandam esse iudicio, in qua cum esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo, sed illam quam semetipsum exinanisset, accepit. Semetipsum enim exinanivit formam servi accipiens, in qua videtur etiam ad faciendum iudicium obedientiam suam commendasse, cum dixit, Non possum facere a meipso quicquam, sicut audio iudico. Adam naque per cuius vnus hominis inobedientiam peccatores constituti sunt multi, non sicut audiuit iudicavit, quia quod audiuit prevaricatus est, & a semetipso fecit malum quod fecit, quia non dei voluntatem, sed suam fecit. Iste autem per cuius vnus hominis obedientiam iusti constituentur multi, non solum obediens fuit usque ad mortem crucis, in qua est vivus iudicatus a mortuis: sed obedientem se futurum promittens in ipso quoque iudicio, quo est de vivis iudicaturus & mortuis, Non possum, inquit, a meipso facere quicquam, sicut audio iudico: sed nunquid de spiritu sancto quod dictum est, Non enim loquetur a semetipso, sed quacunq; audiet loquetur, secundum hominem vel secundum assumptionem cuiusquam creaturae dictum esse audebimus opinari: Solus quippe in trinitate filius formam servi accepit, qua forma illi ad unitatem personae coaptata est, id est, ut filius dei & filius hominis vnus sit Iesus Christus, ne non trinitas, sed quaternitas praediceretur, quod ablit a nobis. Propter quam personam profecto vnam ex duabus substantiis diuina humanaq; constantem, aliquando secundum id quod dominus est loquitur, ut est illud quod ait, Ego & pater vnus sumus: aliquando secundum id quod homo est, sicut est illud, Quoniam pater maior me est, secundum quod accepimus esse ab eo dictum, & hoc vnde nunc disputo, Non possum a meipso facere quicquam, sicut audio iudico. In persona vero spiritus sancti quomodo id accipiamus quod ait, Non enim loquetur a semetipso, sed quacunq; audiet loquetur, cum in ea non sit alia diuinitatis, alia humanitatis, vel alterius creaturae cuiuscunq; substantia magna exoritur difficultas. Illud enim quod sicut colimba spiritus sanctus apparuit specie corporali, visio fuit ad horam facta atq; transacta: sicut etiam quando super discipulos venit, visio sunt illis linguae diuisae velut ignis, qui & infudit super vnumquemque eorum. Qui ergo dicit colimbam ad unitatem personae spiritus sancto fuisse coniunctam, ut ex illa & Leo, quia spiritus sanctus deus est, vna spiritus sancti persona consistat, & hoc etiam de illo igne compellitur dicere, vt intelligat nihil horum debere se dicere: ista

enim quae de substantia dei quoquo modo ut opus erat significanda corporeis hominum sensibus se intulerunt atq; transferunt, ad horam diuinitus facta sunt de creatura seruiente, non de ipsa dominante natura, quae in se manens quod vult mouet, & quod vult immutabilis mutat. Sicut etiam vox illa de nube aures utique attingit corporales, eumq; sensum corporis, qui vocatur auditus, nec tamen villo modo credendum est verbum dei, quod est vnigenitus filius, quoniam verbum dicitur, syllabis sonisq; finiri, quia nec omnes simul sonare possunt cum seruo fit, sed tanquam nascentes morientibus ordine suo soni quicunq; succedunt, ut totum quod loquimur nouissima syllaba compleatur. Absit ut sic loquatur pater ad filium, hoc est, deus ad verbum suum deum. Sed hoc eorum est capere, quantum ab homine capi potest, ad quos non lac pertinet, sed solidus cibus. Cum igitur spiritus sanctus nulla susceptione hominis sit homo factus, nulla susceptione angeli sit angelus factus, nulla susceptione cuiusquam creaturae creatura sit factus, quomodo de illo intelligendum est quod dominus ait, Non enim loquetur a semetipso, sed quacunq; audiet loquetur? Ardua questio, nimis ardua, ipse assit spiritus, ut saltim sicut eam cogitare possumus, sic eloqui possumus, ac sic ad intelligentiam vestram pro mei moduli facultate perueniat. Prius itaq; nosse debetis & intelligere potestis, credere autem, qui intelligere nondum potestis, in ea substantia quae deus est, non quali per corporis mole sensus locis propriis distributos, sicut in carne mortali quorumque animalium alibi est visus, alibi auditus, alibi gustus, alibi olfactus, per totum autem tactus. Absit hoc credere in illa incorporea immutabilisq; natura: audire ergo ibi & videre, id ipsum est. Dicitur & olfactus in deo, vnde dicit Apostolus, Sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odore suauitatis. Et gustus intelligi potest, secundum quem deus & odit amaritates, & nec frigidus nec calidos, sed tepidos euomit ex ore suo: & Iesus Christus dicit, Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui me misit: est etiam tactus ille diuinus, vnde dicit sponsa de sponso, Sinistra eius sub capite meo, & dextera eius complectitur me: non sunt haec in deo per diuersa corporis loca, cum enim dicitur scire, ibi sunt omnia, & videre, & audire, & olfacere, & gustare, & tangere, sine vlla eius mutatione substantiae, sine vlla mole, quae in alia parte maior, in alia minor, etiam in sensibus \* puerili pectore cogitatur, quando deus sic cogitatur. Nec mireris quod ineffabilis dei scientia, quia nouit omnia, per varios humanae locutionis modos, omnium istorum corporalium sensuum nominibus nuncupatur, cum & ipsa mens nostra, hoc est, homo interior, cui vniformiter scienti per hos quinque veluti nuncios corporis diuersa nunciatur, quando immutabilem veritatem intelligit, eligit, diligit, & lumen videt de quo dicitur, Erat lumen verum: & verbum audit de quo dicitur, In principio erat verbum: & odorem caput de quo dicitur, Post odorem vnguentorum tuorum currimus: & fontem bibit, de quo dicitur, Apud te est fons vitae: & tactu fruitur, de quo dicitur, Mihi autem adherere deo bonum est: nec aliud atque aliud, sed vna intelligentia tot sensuum nominibus nuncupatur. Cum ergo de spiritu sancto dicitur, Non enim loquetur a semetipso, sed quacunq; audiet loquetur: multo magis ibi simplex natura, vbi verissime simplex est, vel intelligenda vel credenda, quae longe lateq; naturam nostram metis excedit. Mutabilis quippe est mens nostra, quae percipit discendo quod nesciebat, & amittit discendo quod sciebat: & verisimilitudine fallit, ut per vero approbet falsum, & obscuritate sua quasi quibusdam tenebris impedit, ne perueniat

L

Eph. 5. Galat. 2.

Apoc. 3. Ioan. 4.

Cant. 2.

M

\* alia sensibus.

Ioan. 1.

Cant. 1.

Psal. 35. Psal. 72.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Math. 3.

Acto. 2.

Ioan. 5. Supra tracta. 40.

Philip. 2.

Ioan. 5.

Philip. 2.

Ioan. 5.

Roma. 5.

Ioan. 5.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Math. 3.

Acto. 2.

Ioan. 5.

Exod. 3.

Math. 10.

Gala. 4.

Eph. 4.

**A** ne perueniat ad verum. Et ideo non est ista substantia verissime simplex, cui non hoc est esse quod nosse: potest enim esse nec nosse. At qui illa diuina non potest, quia id quod habet est, ac per hoc non sic habet scientiam, ut aliud illi sit scientia qua scit, aliud essentia qua est, sed vtrunque vnum est: nec vtrunque dicendum est, quod simpliciter vnum est: sicut habet pater vitam in semetipso: nec aliud est ipse quam vita qua in ipso est, & dedit filio habere vitam in semetipso, hoc est, genuit filium, qui & ipse vita esset. Sic itaque debemus accipere quod de spiritu sancto dictum est, Non enim loquetur a semetipso, sed quacunq; audiet loquetur, ut intelligamus non eum esse a semetipso. Pater quippe solus de alio non est, nam & filius de patre natus est, & spiritus sanctus de patre procedit. Pater autem nec natus est de alio, nec procedit. Nec ideo sane aliqua disparitas in summa illa trinitate cogitationi occurrat humana: nam & filius ei, de quo natus est & spiritus sanctus ei de quo procedit aequalis est. Quid autem illic inter sit inter procedere & nasci, & logum est querendo disserere, & temerarium cum disserueris definire, quia hoc & menti vtrunque comprehendere, & si quid forte mens inde comprehenderit, linguae difficillimum est explicare quantumlibet sit doctor, quantumlibet ad sit auditor: Non ergo loquetur a semetipso, quia non est a semetipso, sed quacunq; audiet loquetur, ab illo audiet a quo procedit. Audire illi seire est: scire vero esse, sicut superius disputatum est. Quia ergo non est a semetipso, sed ab illo a quo procedit, a quo illi est essentia, ab illo scientia, ab illo igitur audiet, a quo nihil est aliud quam scientia: nec moueat, quod verbum futuri temporis positum est, non enim dictum est, quacunq; audiet, aut quacunq; audit, sed quacunq; audiet loquetur: illa quippe audientia sempiterna est, quia sempiterna est scientia. In eo autem quod sempiternum est, sine initio & sine fine, cuiuslibet temporis verbum ponatur, sine praeteriti, sine presentis, sine futuri, non mendaciter ponitur. Quamuis enim natura illa immutabilis & ineffabilis non recipiat, fuit & erit, sed tantum est: ipsa enim veraciter est, quia mutari non potest, & ideo illi tantum conueniat dicere, Ego sum qui sum: & dices filius Israel, qui est, misit me ad vos: tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus versatur nostra mortalitas & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus, & fuit & erit & est.

**B** Fuit in praeteritis seculis, est in presentibus, erit in futuris, fuit, quia nunquam defuit: erit, quia nunquam deerit: est, quia semper est. Neque enim velut qui iam non sit cum praeteritis occidit, aut cum presentibus velut qui non maneat labitur, aut cum futuris velut qui non fuerat oriatur. Proinde cum secundum volumina temporum locutio humana variatur, qui per nulla deesse potuit, aut potest, aut poterit tempora, vera de illo dicuntur cuiuslibet temporis verba. Semper itaque audiet spiritus sanctus, quia semper scit. Ergo & sciuit, & scit, & sciet, ac per hoc & audiuit, & audit, & audiet, quia sicut iam diximus, hoc est illi audire quod scire, & scire illi hoc est quod esse. Ab illo igitur audiuit, audit, & audiet a quo est, ab illo est, a quo procedit. Hic aliquis forsitan quaerat, vtrum & a filio procedat spiritus sanctus, filius enim solius patris est filius, & pater solius filii est pater, spiritus autem sanctus non est vnus eorum spiritus, sed amborum. Habes ipsum dominum dicere, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: habes & Apostolum, Misit deus, inquit, spiritum filii sui in corda vestra, nunquid duo sunt, alius patris, alius filii? Absit: Vnum enim corpus, ait, cum significaret Ecclesiam, moxq; addidit, & vnus spiritus.

**C** Et vide quomodo illic impleat trinitatem. Sicut vocati estis, inquit, in vna spe vocationis vestrae, vnus dominus, hic vtiq; Christum intelligi voluit. Restat ut etiam patrem nominet: sequitur ergo, Vna fides, vnus baptisma, vnus deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Cum ergo sicut vnus pater, & vnus dominus, id est, filius, ita sit & vnus spiritus, profecto amborum est, sicut ipse Christus Iesus dixit, Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis: & dicit Apostolus, Misit deus spiritum filii sui in corda nostra: habes & alio loco eundem Apostolum dicentem, Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum a mortuis, habitat in vobis. Hic vtiq; spiritum patris intelligi voluit, de quo tamen alio loco dicit, Quisquis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Et multa alia sunt testimonia, quibus hoc euidenter ostenditur: & patris & filii ipsam esse spiritum, qui in trinitate dicitur spiritus sanctus. Nec ob aliud existimo ipsum vocari proprie spiritum, cum etiam si de singulari interrogemur, non possumus nisi patrem & filium spiritum dicere, quoniam spiritus est deus, id est, non corpus est deus, sed spiritus: quod ergo communiter vocantur & singuli, hoc proprie vocari oportuit eum qui non est vnus eorum, sed in quo communitas apparet amborum. Cur ergo non credamus quod etiam de filio procedat spiritus sanctus, cum filii quoq; ipse sit spiritus? Si enim non ab eo procederet, non post resurrectionem se representans discipulis suis insufflans diceret, Accipite spiritum sanctum: quid enim aliud significauit illa insufflatio, nisi quod procedat spiritus sanctus & de ipso: Ad hoc pertinet etiam illud quod de muliere quae fluxum sanguinis patiebatur, ait, Tetigit me aliquis, ego enim sensi de me virtutem exiisse: nam virtutis nomine appellari etiam spiritum sanctum, & eo loco clarum est, vbi angelus dicitur Mariae, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco: respondit, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obrumbrabit tibi. Et ipse dominus promittens eum discipulis, ait, Vos sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto: & iterum, Accipietis, inquit, virtutem spiritus sancti superuenientem in vos, & eritis mihi testes, de hac virtute credendus est dicere Euangelista, Virtus de illo exibat, & sanabat oes. Si ergo & de patre & filio procedit spiritus sanctus, cur filius dixit, de patre procedit? cur putas nisi quae admodum ad eum solet referre & quod ipsius est, de quo & ipse est? vnde illud est quod ait, Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me. Si igitur intelligatur hic eius doctrina, quam tamen dixit non suam, sed patris, quanto magis illic intelligendus est & de ipso procedere spiritus sanctus, vbi sic ait, de patre procedit, ut non diceret, de me non procedit: a quo autem habet filius ut sit deus, est enim de deo deus, ab illo habet vtiq; ut etiam de illo procedat spiritus sanctus, ac per hoc spiritus sanctus, ut etiam de filio procedat, sicut procedit de patre, ab ipso habet patre. Hic vtiq; etiam illud intelligitur, quantum a talibus, quales nos sumus intelligi potest, cur non dicatur natus esse, sed potius procedere spiritus sanctus, quoniam si & ipse filius diceretur, amborum vtiq; filius diceretur, quod absurdissimum est: filius quippe nullus est duorum, nisi patris & matris, amborum vtiq; filius diceretur. Absit autem ut inter deum patrem & deum filium tale aliquid suspicemus, quia nec filius hominis simul & ex patre & ex matre procedit: sed cum in matre procedit ex patre, non tunc procedit & ex matre: & cum in hanc lucem procedit ex matre, non tunc procedit ex patre. Spiritus autem sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad

G sanctificandam creaturam, sed simul de vtroque procedit, quantum hoc filio pater dederit, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat: neque enim possumus dicere quod non sit vita spiritus sanctus, cum vita sit pater, vita sit filius, ac per hoc sicut pater cum habeat vitam in semetipso, dedit & filio habere vitam in semetipso, sic ei dedit vitam procedere de illo, sicut procedit & de se ipso. Sequuntur autem verba domini dicentis, Et quae ventura sunt annuntiabit vobis, ille me clarificabit, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Omnia quaecumque habet pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Sed quia ista iam prolata sunt, in alium sunt differenda sermonem.

De eadem lectione. Tractatus C.



Vm promitteret dominus veterum spiritum sanctum, docebit vos, inquit, omnem veritatem: vel quod in nonnullis codicibus legitur, deducet vos in omnem veritatem: non enim loquetur a semetipso, sed quaecumque audiet loquetur. De quibus Evangelicis verbis iam quod donavit dominus disputavimus:

H nunc ea quae sequuntur attendite, Et quae vetera sunt, inquit, annuntiabit vobis. Neque enim hic, quoniam planum est, immorandum: nihil enim habet quaestionis, cuius a nobis expositio flagitetur: sed quod adiungit, ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. non negligenter est transeundum, quod enim ait, ille me clarificabit, potest intelligi, quia diffundendo in cordibus credentium charitatem, spiritalisque faciendo, declaravit eis quomodo filius patri esset aequalis, quem secundum carnem prius tantummodo noverat, & hominem sicut homines cogitabat. Vel certe quia per ipsam charitatem fiducia repleti, & timore depulso annunciauerunt hominibus Christum, ac sic fama eius diffusa est in toto orbe terrarum, ut sic dixerit, ille me clarificabit, tanquam diceret, ille vobis auferet timorem, & dabit amorem, quo me ardentius praedicantes, gloria mea per totum mundum dabitis odorem, commendabit honorum. Quod enim facturi fuerant in spiritu sancto, hoc eundem spiritum dixit esse facturum: quale est etiam illud, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Verbum quippe Graecum quod est *λογος*, alius clarificabit, alius glorificabit: Latini interpretes in sua quisque translatione posuerunt, quoniam ipsa quae Graece dicitur *λογος* vnde dictum est verbum *λογος* & claritas interpretatur & gloria. Gloria namque fit quisque clarus, & claritate gloriosus, ac per hoc quod vtroque verbo significatur, id ipsum est. Sicut autem definitur antiqui. Latinae linguae clarissimi auctores, Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. Quae cum est in hoc mundo facta de Christo, non Christo credenda est magnam aliquid contulisse, sed mundo. Bonum enim laudare, non laudato sed laudantibus prodest. Est autem etiam falsa gloria quando laudantes errore falluntur, siue in rebus, siue in hominibus, siue in vtriusque. Nam in rebus falluntur, quando putant id bonum esse quod malum est: in hominibus autem, quando putant eum bonum esse, qui malus est. In vtriusque vero, quando & id quod est vitium, virtus putatur, & ipse qui propter hoc laudatur, non habet quod putatur, siue sit bonus, siue sit malus. Donare quippe res suas histrionibus, vitium est immane non virtus. Et scitis de talibus quam sit frequens fama cum laude, quia sicut scriptum est, Laudatur peccator in desiderii anime suae, & qui iniqua gerit benedicitur. Hi laudatores non falluntur in hominibus, sed in rebus: malum est enim, quod bonum esse creditur. Illi autem qui hoc malo largitionis vitiosi sunt, tales

Matth. 10.

Psal. 9.

vtique sunt, quales eos hi qui laudant, non suspicantur esse, sed cernunt. Porro si se quisquam iustum fingat & non sit, sed totum quicquid coram hominibus laudabiliter agere videtur, non agat propter deum, hoc est propter veram iustitiam, sed solum quareat & diligat ab hominibus gloriam: illi autem apud quos frequens est eius fama cum laude, non eum putent nisi propter deum laudabiliter vivere, non falluntur in re, sed falluntur in homine: quod enim bonum esse credunt, est bonum: sed quem bonum esse credunt, non est bonus. Quod si putetur, verbi gratia, bonum artium peritia magicarum, & dum quisque patriam liberales eisdem quas omnino nescit artibus creditur, ac frequentem cum laude famam quae gloria definita est apud homines impios, consequatur, errant in vtroque qui laudant, & in re scilicet, quia id quod malum est bonum putant, & in homine, quia non est quod putant, quapropter falsa est in his tribus generibus gloria. Cum autem de aliquo per deum & propter deum iusto, hoc est, veraciter iusto causa ipsius iustitiae frequens est fama cum laude, vera quidem gloria est, non tamen ea credendum est beatificari iustum, sed laudantibus gratulandum est, quia recte iudicant, & diligunt iustum. Quanto magis ergo dominus Christus, non sibi sed eis profuit gloria sua, quibus profuit morte sua: sed non est vera eius apud haereticos gloria, apud quos tamen frequentem famam videtur habere cum laude. Non est haec vera gloria, quia in vtroque falluntur: nam & bonum putant esse quod bonum non est, & Christum putant esse quod Christus non est. Vnigenitum enim filium aequalem non esse genitori, non est bonum: vnigenitum dei filium hominem tantum esse non deum, non est bonum: veritatis carnem non esse veram carnem, non est bonum. Horum trium quae dixi, primum sentiunt Arriani, secundum Photiniani, tertium Manichaei: sed quia & eorum nihil est bonum, & Christus nihil est eorum, in vtroque falluntur, nec dant veram gloriam Christo, quantum apud eos esse videtur cum laude frequens fama de Christo, & omnes prorsus haeretici, quos commemorare nimis longum est, qui de Christo non recte sentiunt, ideo errant, quia & de bonis rebus ac malis non verum sentiunt. Pagani etiam quoniam sunt Christi plurimi laudatores, & ipsi in vtroque falluntur, qui non secundum veritatem dei, sed potius secundum suam suspicionem dicunt eum fuisse hominem magum. Christianos quippe velut imperitos vituperant, Christum autem velut magum laudant, ac sic produnt quod amant: Christum vero non amant, quoniam quod non erat Christus, hoc amant. Ideo in vtroque falluntur, quia & magum esse malum est, & magus non fuit Christus, quia bonus est. Quapropter de his nihil hoc loco dicendum est, qui Christum vituperant atque blasphemant, quia de gloria eius loquimur, quae est glorificatus in mundo, non enim glorificavit spiritus sanctus vera gloria, nisi in Ecclesia sancta catholica, alibi enim, id est, vel apud haereticos, vel apud quosdam paganos, vera eius in terris gloria non potest esse, & ubi videtur esse frequens de illo fama cum laude. Vera ergo eius gloria in Ecclesia catholica, sic a Propheta cantatur: Exaltare super caelos deus, & super omnem terram gloria tua. Quia itaque post eius exaltationem venturus erat spiritus sanctus & eius glorificaturus, hoc sacer Psalms, hoc ipse vnigenitus promissit futurum, quod videmus impletum: quod autem ait: De meo accipiet, & annuntiabit vobis: catholicis audite auribus, catholicis percipite mentibus: non enim propterea sicut quidam haeretici putauerunt, minor est filio spiritus sanctus, quia filius accipiat a patre, & spiritus sanctus a filio, quibusdam gradibus

Psal. 107.

A gradibus naturarum. Absit hoc credere, absit hoc dicere, absit a Christianis cordibus cogitare: denique continuo soluit ipse quaestionem, & cur hoc dixerit, explanavit.

Omnia, inquit, quaecumque habet pater mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis. Quid vultis amplius? Ergo a patre accipit spiritus sanctus, vnde accipit filius, quia in hac trinitate de patre natus est filius, de patre procedit spiritus sanctus: qui autem de nullo natus sit, de nullo procedit, pater solus est: quomodo autem dixerit vnigenitus filius, omnia quaecumque habet pater mea sunt: quia utique non sic quoadmodum dictum est illi filio non vnigenito, sed ex duobus maior, Tu mecum es semper, & omnia mea tua sunt: eo loco si dominus voluerit, diligenti consideratione tractabitur, ubi dicit vnigenitus patri, & mea omnia tua sunt, & tua mea sunt, ut hic iste sermo claudatur, quoniam quae sequuntur aliud poscunt, quo discernatur exordium.

Luc. 15.

De eo quod dicit, Modicum & iam non videbitis me: & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem: usque ad id, Et in illo die me non interrogabitis. quicquam: Tractatus CI.

B Acc domini verba ubi ait: Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem: ita obscura erat discipulis antequam id quod dicit impletum esset, ut quaerentes inter se quid esset quod diceret, omnino se fatebantur nescire: sequitur enim Euangelium: Dixerunt ergo ex discipulis eius ad invicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me, quia vado ad patrem? Dicebant ergo: quid est hoc quod dicit modicum? Nescimus quid loquitur. Hoc enim est quod eos mouebat, quia dixit, modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Nam in praecedentibus quia non dixerat, modicum, sed dixerat, ad patrem vado, & iam non videbitis me: raquam aperte illis visus est locutus, nec inter se de hoc aliquid quaesierunt: nunc ergo quod illis tunc obscurum fuit, & mox manifestum est, iam nobis utique manifestatum est: post paululum enim passus est, & non viderunt eum, rursus post paululum resurrexit, & viderunt eum: illud autem quod ait, iam non videbitis me, quia isto verbo, id est iam, intelligi voluit, quod eum ulterius non viderit, ibi exposuimus quomodo accipiendum sit ubi dixit: de iustitia arguet mundum spiritus sanctus, quia ad patrem vado, & iam non videbitis me, quia scilicet mortalem Christum ulterius non viderunt. Cognovit autem Iesus, sicut in sequenti Evangelista dicit, quia volebant eum interrogare, & dixit eis: de hoc quaeritis inter vos, quia dixi modicum & non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Et hoc sic accipi potest, quia contristati sunt discipuli de morte domini, & confestim de resurrectione letati: mundus autem quo nomine significati sunt inimici, a quibus Christus occisus est, tunc utique letati sunt occiso Christo, quando sunt discipuli contristati: mundi quippe nomine, malitia potest mundi huius intelligi, id est, hominum mundi huius amicorum: vnde Iacobus Apostolus in Epistola sua dicit: Quicumque voluerit amicus esse huius seculi, inimicus dei constituitur: quibus inimicitias dei factum est, ut nec eius vnigenito parceretur: deinde subiungit & dicit: Mulier cum parturit, tristitia habet, quia venit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressurae propter gaudium, quia na-

Supra tract. 29.

Iacob. 4.

Jal. 1. parit.

Tomus nonus

tus est homo in mundum. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem venio ad vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Nec ista similitudo ad intelligendum videtur esse difficilis, quoniam comparatio eius in promptu est, eodem ipso exponente cur dicta sit. Parturicio quippe tristitia, partus autem gaudio comparatur, quod tunc maius esse consuevit, quando non puella, sed puer nascitur: quod vero ait, gaudium vestrum nemo tollet a vobis: quia gaudium ipsorum ipse Iesus significatus est, quod & ait Apostolus: Christus resurgens a mortuis iam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Hucusque in isto Evangelij capitulo vnde hodie disputavimus, velut facili intellectu omnia cucurrerunt, acrior necessario est in his, quae sequuntur intentio: quid est enim quod ait, Et in illo die me non rogabitis quicquam? Hoc verbum quod est rogare non solum petere, verum etiam interrogare significat & Graecum Evangelium, vnde hoc translatum est, tale habet verbum quod vtriusque possit intelligi, ut haec ambiguitas nec inde solvatur, quanquam etiam solueretur, non ideo nulla quaestio remaneret. Dominum etenim Christum postquam resurrexit, & interrogatum legimus & rogatum: nam interrogatus est a discipulis ascensus in caelum, quando praesentaretur, & quando regnum esset Israel: cum vero iam esset in caelo, rogatus est a sancto Stephano, ut spiritum eius acciperet: & quis audeat vel cogitare vel dicere, in caelo sedentem Christum rogandum non esse, & in terra manentem rogatum fuisse: rogandum non esse immortale, rogari debuisse mortale? Immo charissimi rogemus eum, ut nodum quaestionis huius ipse dissolvat, lucendo in cordibus nostris ad videnda quae dicit: puto enim quod ait: Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis: non ad illud tempus esse referendum quo resurrexit, eiusque suam carnem cernenda tangendamque monstravit, sed potius ad illud iam vnde dixerat: Qui diligit me, diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo me ipsum illi. Iam quippe resurrexerat, iam se illis in carne monstrauerat, iam sedebat ad dexteram patris, quando dicebat: idem ipse Apostolus Iohannes, cuius est hoc Evangelium, in Epistola sua: Dilectissimi, nunc filij dei sumus, & nondum manifestum est quid erimus: scimus quia cum manifestum fuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Ista visio non vitae huius est, sed futurae, non temporalis, sed aeternae. Haec est autem vita aeterna, dicente ipsa vita, ut cognoscant te, inquit, vnum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. De hac visione & cognitione dicit Apostolus: Videmus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem: nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum: nunc totius laboris sui fructum Ecclesia parturit gemendo, tunc paritura letando: nunc parturit desiderando, tunc paritura cernendo: nunc parturit orando, tunc paritura laudando, & ideo masculinum, quoniam ad istum fructum contemplationis cuncta officia referuntur actionis: solus est enim liber, quoniam propter se appetitur, & non refertur ad aliud, huic servit actio: ad hunc enim refertur quicquid bene agitur, quia propter hunc agitur, ipse autem non propter aliud, sed propter semetipsum tenetur & habetur. Ibi enim finis qui sufficit nobis, aeternus igitur erit, neque enim nobis sufficit finis, nisi cuius nullus est finis. Hoc inspiratum erat Philippo quando dicebat: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. In qua ostensione se promissit & filius dicens: non credis quia ego in patre, & pater in me est? De hoc itaque quod sufficit nobis, rectissime audimus, gaudium vestrum nemo tollet

Roma. 6.

Act. 1. Act. 7.

Luc. 2. 4.

Ioan. 14.

Ioan. 3.

F Ioan. 17.

1. Corin. 13.

Ioan. 14.

o iij mo tollet

G mo tollet à vobis: de his etiam quæ superius dicta sunt, melius existimo intelligi, Modicum & iam non videbitis me, & iterum modicum & videbitis me. Modicum est enim hoc totum spatium quod præsens peruolat. seculum: unde dicit idem ipse Euangelista in Epistola sua, nouissima hora est: ideo nanque addidit, quia vado ad patrem: quod ad priorem sententiam referendum est, vbi ait, modicum & iam non videbitis me: non ad posteriore vbi ait, & iterum modicum & videbitis me. Eundo quippe ad patrem, facturus erat ut eum non videret: ac per hoc non ideo dictum est, quia fuerat moriturus, & donec resurgeret, ab eorum conspectibus recessurus, sed quod esset iturus ad patrem: quod fecit postquam resurrexit, & cum eis per quadraginta dies conuersatus ascendit in cælum: illis ergo ait: Modicum & iam non videbitis me, qui eum corporaliter tunc videbant quando iturus erat ad patrem, & eum deinceps mortalem visuri non erant, quale cum ista loqueretur videbatur: quod vero addidit, & iterum modicum & videbitis me, vniuersæ promissæ Ecclesiæ, sicut vniuersæ promissæ, Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem seculi. Non tardat dominus promissum, modicum & videbitis eum, vbi iam nihil rogemus, nihil interrogemus, quia nihil desiderandum remanebit: nihil querendum latebit. Hoc modicum loquimur vobis videtur, quoniam adhuc agitur, cum finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fuerit: non ergo sit gaudium nostrum quale habet mundus, de quo dictum est, mundus autem gaudebit: nec tamen in huius desiderij parturitione sine gaudio tristes simus, sed sicut ait Apostolus, Spe gaudetes, in tribulatione patientes: quia & ipsa parturiens cui comparati sumus, plus gaudet de mox futura prole, quam tristis est de præsentis labore. Sed huius sermonis iste sit finis: habent enim quæstionem molestissimam, quæ sequuntur, nec breuitate coarctanda sunt, vt possint commodius, si dominus voluerit, explicari.

De eo quod dicit, Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis: usque ad id quod ait, Exiit à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem:

## Tractatus CII.

**I** Omnia verba nunc ista tractanda sunt: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Nam dictum est in superioribus huius dominici sermonis partibus, propter eos qui nonnulla petunt à patre in Christi nomine nec accipiunt, non peti in nomine saluatoris quicquid petitur contra rationem salutis: non enim sonum literarum, ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, & quod e sono recte ac veraciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere cum dicit, in nomine meo: unde qui hoc sentit de Christo quod non est de vnico dei filio sentiendum, non peti in eius nomine, etiam si non taceat in eo literis ac syllabis Christum, quoniam in eius nomine peti, quem cogitat cum petit: qui vero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit, & accipit quod petit, si non contra suam salutem sempiternam petit: accipit autem quando debet accipere: quædam enim non negantur, sed vt congruo dentur tempore differuntur. Ita sane intelligendum est quod ait, dabit vobis vt ea beneficia significata sciatur his verbis, quæ ad eos qui petunt proprie pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro seipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur vel amicis vel inimicis suis, vel quibuslibet aliis, quia non vtrunque dictum est, dabit, sed dabit vobis. Vsque modo, inquit, non peti-

tis quicquam in nomine meo: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum. Hoc quod dicit gaudium plenum, profecto non carnale, sed spiritale gaudium est, & quando tantum erit, vt aliquid ei iam non sit addendum, proculdubio tunc erit plenum. Quicquid ergo petitur in nomine Christi petendum, si diuinam intelligimus gratiam, si vere beatam poscimus vitam: quicquid autem aliud petitur, nihil petitur, non quia nulla omnino res est, sed quia in tantæ rei comparatione quicquid aliud concupiscitur, nihil est: neque enim prius nulla res est homo, de quo ait Apostolus: Qui se putat aliquid esse cum nihil sit. In comparatione quippe spiritualis hominis, qui seit gratia dei se esse quod est, quilibet vana præsumit, nihil est. Si ergo etiã recte intelligi potest: Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis vt hoc quod ait, si quid, non quodlibet intelligatur, sed aliquid quod in beatæ vitæ comparatione non nihil sit, & quod sequitur, vsque modo non petistis quicquam in nomine meo, duobus modis intelligi potest, vel quia non in nomine meo petistis, quod nomen non sicut cognoscendum est cognouistis, vel non petistis quicquam, quoniam in comparatione rei quam petere debuistis, pro nihilo habendum est quod petistis. Vt igitur in eius nomine non nihil, sed gaudium plenum petant, quoniam si aliquid aliud petitur, idem aliquid nihil est, exhortatur dicens: Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum, & accipietis. Isto enim bono in petendo perseverantes, sanctos suos nequaquam misericordia diuina fraudabit. Hac, inquit, in prouerbis locutus sum vobis, venit hora, cum iam non in prouerbis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis. Possent dicere hanc de qua loquitur horam, futurum oportere seculum intelligi, vbi videbimus palam quod beatus Paulus dicit, facie ad faciem, vt quod ait: Hac in prouerbis locutus sum vobis, hoc sit, quod ab eodem Apostolo dictum est, videmus nunc per speculum in ænigmate. Annuntiabo autem vobis quia per filium pater videbitur, iuxta illud quod alibi ait, Neque patrem quis cognoscit nisi filius, & cui voluerit filius reuelare: sed istum sensum videtur impedire quod sequitur: Illo die in nomine meo petetis. In futuro enim seculo cum peruenimus ad regnum, vbi similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est, quid petitari sumus, quando satiabitur in bonis desiderium nostrum: Unde & alio Psalmo legitur, Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Petitio namque alicuius est indigentia, quæ ibi nulla erit, vbi hæc satietas erit. Relinquitur itaque quantum sapere valeo, vt intelligatur Iesus discipulos suos de carnalibus vel animalibus se spiritales promississe facturum, quoniam nonnulli tales quales erimus, quando spiritale etiam corpus habebimus, sed qualis erat qui dicebat, Sapientiam loquimur inter perfectos: & non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Et, non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, non in sapientiæ humanæ doctis verbis, sed docti spiritu spiritualibus spiritualia comparantes: animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus dei. Non itaque percipiens quæ sunt spiritus dei homo animalis sic audit quæcumque audit de dei natura, vt aliud quam corpus cogitare non possit, quilibet amplissimum vel immensum, quamlibet lucidum ac speciosum, corpus tamen, ideo prouerbia illi sunt quæcumque dicta sapientiæ de incorporea immutabilique substantia,

substantia, non quod ea tanquam prouerbia deputat, sed quia sic cogitat, quomodo qui prouerbia solent audire neque intelligere. Cum vero spiritualis cœperit omnia diiudicare, ipse autem à nemine diiudicari, etiam si in hac vita adhuc velut per speculum ex parte perspicit, tamen non villo corporis sensu, non vlla imaginaria cogitatione, quæ capit aut fingit qualiumcumque similitudines corporum, sed mentis certissima intelligentia deum intelligit non corpus esse, sed spiritum. Ita palam de patre annunciat filio, vt eiusdem substantiæ cōspiciatur & ipse, qui annunciat, tunc in eius nomine petunt qui petunt, quando in sono eius nominis non aliud quam res ipsa est, quæ hoc nomine vocatur, intelligit, nec animi vanitate, vel infirmitate confingunt tanquam in alio loco patrem, in alio filium ante patrem stantem, & pro nobis rogantem, spatia sua quæque amborum occupantibus molibus, & verbis ad eum, cuius est verbum, facere verba pro nobis, interuallo interposito inter os loquentis & auriculas audientis, & alia talia quæ sibi animales, iidemque carnales, in cordibus fabricant. Quicquid enim tale spiritualibus de deo cogitantibus ex corporum consuetudine occurrit, negando atque respiciendo tanquam importunas muscas, ab interioribus oculis abigunt, & sinceritati eius lucis acquiescunt, quia teste ac iudice hæc ipsas imagines corporum suis interioribus aspectibus intuentes, falsas omnino esse conuincunt. Hi possunt vtrūque cogitare dominum nostrum Iesum Christum in quantum homo est, pro nobis interpellare patrem: in quantum autem deus est, & nos exaudire cum patre, quod eum significasse arbitror vbi ait,

Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ad hoc quippe intendum quomodo non rogat patrem filius, sed simul exaudiunt rogantes pater & filius, non nisi spiritualis oculus mentis ascendit. Ipse enim pater, inquit, amat vos, quia vos me amastis. Ideo amat ille quia nos amamus, an potius quia ille amat, ideo nos amamus? Ex Epistola sua Euangelista idem ipse respondeat: Nos diligimus, inquit, quia prior ipse dilexit nos: hinc ergo factum est vt diligere deum, quoniam ipse vt diligere tur dedit, qui non dilectus dilexit. Displicetes amati sumus, vt esset in nobis vnde placeremus: non enim amaremus filium, nisi amaremus & patrem. Amat nos pater, quia nos amamus filium, cum à patre & filio acceperimus, vt & patrem & filium amemus: diffundit enim charitatem in cordibus nostris amborum spiritus, per quem spiritum & patrem amamus & filium, & quem spiritum amamus cum patre & filio. Amorem itaque nostrum pium quo colimus deum, fecit deus, & vidit quia bonum est: ideo quippe amauit ipse quod fecit, sed in nobis non faceret quod amaret, nisi antequam id faceret nos amaret. Et credidistis, inquit, quia à deo exiit, exiit à patre & veni in mundum: iterum relinquo mundum & vado ad patrem. Plane credidimus, neque enim propterea debet incredibile videri: quia sic ad mundum veniens, exiit à patre vt non desereret patrem: & sic vadit ad patrem relicto mundo, vt non deserat mundum. Exiit enim à patre, quia de patre est: & in mundum venit, quia mundo suum corpus ostendit, quod de virgine assumptum. Reliquit mundum corporali discessione, perrexit ad patrem hominis ascensione, nec mundum deseruit præsentis gubernatione.

De eo quod dicit, Dicunt ei discipuli eius, Ecce palam loqueris, & prouerbum nullum dicis: usque ad id quod ait, sed confidite, ego uici mundum:

## Tractatus CIII.

Tomus nonus

1. Corin. 13.

Gala. 4.

L

† aliis intrinsecis.

1. Corin. 13.

1. Ioan. 4.

1. Ioan. 7.

Psal. 6.

1. Corin. 13.



Vales erant discipuli Christi quando cum eis ante passionem loquebatur magna cum paruis, sed sic oportebat vt magna dicerentur & paruis, quia nondum accepto spiritu sancto quemadmodum eum post eius resurrectionem vel ipso insufficiente, vel de super veniente acceperunt, humana magis quam diuina sapiebant, multis iudiciis per totum Euangelium declaratur: unde & hoc est quod in ista lectione dixerunt: ait enim Euangelista, Dicunt ei discipuli eius: ecce nunc palam loqueris, & prouerbiū nullum dicis: nunc scimus quia nostri omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget: in hoc credimus quia à deo existi. Ipse dominus paulo ante dixerat: hæc in prouerbis locutus sum vobis, venit hora cum iam non in prouerbis loquar vobis: quomodo ergo isti dicunt, ecce nunc palam loqueris, & prouerbiū nullum dicis? Nunquid hora iam venerat, quæ non iam in prouerbis se promiserat locuturus? Prorsus quod nondum illa hora venisset, continuatio verborum eius ostendit, quæ ita sese habet: hæc, inquit, in prouerbis locutus sum vobis, venit hora cum iam non in prouerbis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis, illo die in nomine meo petetis. Et non dico vobis, quia ego rogabo patrem de vobis. Ipse pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia à deo exiit. Exiit à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad patrem. Cum per hæc omnia verba adhuc illam promittat horam, quæ non iam in prouerbis loquebatur, sed palam de patre annuntiabit eis, in qua hora dicit eos in suo nomine petituros, nec se patrem de illis rogaturum, eo quod ipse pater amat eos, quia & ipsi amauerunt Christum, & crediderunt quod à patre exiit & venerit in mundum, iterum relicto mundum, & iturus ad patrem: Cum ergo adhuc promittatur hora illa, in qua sine prouerbis loquiturus est, cur isti dicunt, Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiū nullum dicis, nisi quia illa quæ scit ipse non intelligitibus esse prouerbia, illi vsque adeo non intelligit, vt nec saltem non se intelligere intelligat? Paruuli enim erant & nodum spiritualiter diiudicabant, quæ de rebus non ad corpus, sed ad spiritum pertinentibus audiebant: denique de ipsa eorum atate, adhuc secundum anteriorem hominem parua & infirma eos admonens, Respondit eis Iesus, Modo creditis, Ecce venit hora, & iam venit vt dispergamini vniuersisque in propria, & me solo relinquantis. Et non sum solus, quia pater mecum est. Paulo ante dixerat, relinquo mundum & vado ad patrem, nunc dicit, pater mecum est. Quis vadit ad eum, qui cum illo est? Sed hoc intelligenti est verbum, non intelligenti prouerbiū, sic tamen quomodo à paruulis non intelligitur, & vtrunque sugitur, & eis etiam si non præbet, quia nodum eum capiunt, solidum cibum, saltè lacteum non denegat alimentum. Ex hoc alimento est, quod sciebant eum nosse omnia, nec opus ei esse vt eum quis interroget: quod quidem cur dixerint, quæri potest. Videtur enim potius fuisse dicendum, non opus est tibi vt quenquam interroges: non, vt quis te interroget: dixerunt quippe, scimus quia nostri omnia, & vtrique qui nouit omnia, magis à nescientibus interrogari solet, vt interrogantes audiant quod volunt ab eo qui nouit omnia, non ipse interroget tanquam volens aliquid scire qui nouit omnia. Quid sibi ergo vult quod ei quem sciebant nosse omnia, cum dicere debuisset videatur, non opus est tibi vt quenquam interroges: dicendum potius putauerunt, non opus est tibi, vt quis te interroget: Quid quod vtrūque legitur factum, & interrogasse scilicet dominum, & interrogatum fuisse: Sed hoc cito soluitur, quia hoc non ei, sed illis potius opus

Supra tra. Ga. 102.

E

F

Supra tra. Ga. 102.

1. Ioan. 2.

1. Cor. 1.

Matth. 26.

Roma. 12.

Supra tra. Ga. 102.



**G** erat quos interrogabat, vel à quibus interrogabatur. Neque enim aliquos ille interrogabat, vt ab eis aliquid disceret, sed eos potius vt doceret. Qui interrogabant eum, volentes ab eo aliquid discere, illis profecto id opus erat, vt scirent aliqua ab illo, qui nouerat omnia. Nimirum ergo propterea ei opus non erat, vt eum quis interrogaret, quemadmodum nos quando interrogamur ab eis qui volunt aliquid à nobis scire, ex ipsis interrogationibus eorum cognoscimus quid velint discere. Opus est, ergo nobis ab eis interrogari, quos docere aliquid volumus, vt inquisitiones eorum, quibus respondendum est nouerimus. Illi autem ne id quidem opus erat, qui omnia nouerat, nec opus habebat quod ab eo quisque scire vellet, per eius interrogationem cognoscere, quia priusquam interrogaretur, interrogatoris nouerat voluntatem: sed ideo se patiebatur interrogari, vt vel eis qui tunc aderant, vel qui hæc siue dicta fuerant audituri, siue scripta lecturi, quales essent à quibus interrogabatur ostenderet, eoque modo nossemus, vel quibus non circumueneretur fraudibus, vel quibus apud eum proficeretur accessibus.

**H** Prauidere autem cogitationes hominum, & ideo non opus habere, vt eum quis interrogaret, magnum deo non erat, sed magnum paruulis erat, qui ei dicebant: in hoc credimus quia à deo existi. Multo autem maius erat ad quod intelligendum eos volebat excedi & crescere, quod cum illi dixissent verumque dixissent, à deo existi, ait ille, pater meum est, ne sic à patre filium cogitareret exiisse, vt putaret etiam recessisse: deinde sermone istum magnum prolixumque concludens: Hæc, inquit, locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Illud initium fuerat habitura ista pressura, de quo superius vt eos ostenderet paruulos, quibus adhuc non intelligentibus, & aliud pro alio sentientibus, prouerbia quodammodo essent, quæ cum magna & diuina dixisset, ait: modo creditis: Ecce venit hora & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria. Ecce initium pressuræ, sed non eo modo perseveraturæ. Quod enim adiunxit, & me solum relinquatis: non vult eos tales esse in consequenti pressura, quam post eius ascensionem in mundo fuerant habituri, vt relinquatur eum, sed vt in illo pacem habeant permanentes in eo. Non enim quando comprehensus est tantummodo carne sua eius carnem, verum etiam mente reliquerunt fidem. Ad hoc pertinet quod ait, modo creditis: ecce venit hora vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquatis: tanquam diceret, tunc ita perturbamini, vt etiam quod modo creditis relinquatis. Venerunt enim ad tantam desperationem, & suæ pristinae fidei, vt ita dixerim, mortem quanta apparuit in illo Cleopha, qui post eius resurrectionem cum illo se loqui nesciens, & quid ei contigerit narras: Nos, inquit, sperabamus, quod ipse fuerat redempturus Israël. Ecce quomodo eum reliquerant deserendo etiam ipsam fidem, qua in eum antea crediderant. In ea vero pressura, quam post eius glorificationem accepto spiritu sancto pertulerunt, non eum reliquerunt, & quantum fugerent de ciuitate in ciuitatem, ab ipso non refugerunt, vt habentes pressuram in mundo in illo pacem tenerent, non ab ipso refugerunt, sed ipsum potius refugium habuerunt, dato quippe illis spiritu sancto, factum est in eis quod nunc dictum est eis: Confidite, quia ego vici mundum. Confiderunt & vicerunt: in quo nisi in illo? Non enim vicerit ille mundum, si eius membra vinceret mundus: vnde ait Apostolus: Gratias deo, qui dat nobis victoriam: continuoque subiicit, per dominum nostrum Iesum Christum, qui dixerat suis: confidite, ego vici mundum.

Luc. 24.

Roma. 1.

De eo quod sequitur, Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in caelum dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut & filius tuus clarificet te:

Tractatus CIII.

**A**nte ista quæ nunc sumus adiuuante domino tractaturi, dixerat Iesus: Hæc locutus sum vobis, vt in me pacem habeatis: quæ non recentiora paulo superius ab eo dicta, sed omnia debemus accipere, siue quæcumque illis locutus est, ex quo eos cepit habere discipulos, siue certe ex quo post cenam exorsus est hunc admirabilem prolixumque sermonem. Tale quippe commemorauit causam, cur eis sit locutus: vt ad eum finem rectissime referantur vel omnia quæ locutus est eis, vel ea maxime quæ dixit iam pro eis moriturus, tanquam verba nouissima, postquam de conuiuio sancto ille qui eum fuerat traditurus, egressus est. Hanc ergo commendauit causam sermonis sui, vt in illo pacem haberent, propter quod totum agit quod Christiani sumus. Hæc enim pax finem temporis non habebit, sed omnis piæ nostræ intentionis actionisque finis ipsa erit. Propter hanc sacramentis eius inuimur, propter hanc mirabilibus eius operibus & sermonibus erudimur, propter hanc spiritus eius pignus accepimus, propter hanc credimus in eum & speramus, & eius amore quantum donat accendimur. Hæc pace in pressuris omnibus consolamur, hæc à pressuris omnibus liberamur, propter hanc omnem tribulationem fortiter sustinemus, vt in hac feliciter sine vlla tribulatione regnemus. Merito ad eam clausit verba, quæ parum intelligentibus discipulis erant prouerbia, intellecturis ea quando eis dedisset promissum spiritum sanctum, de quo superius ait: Hæc locutus sum vobis, apud vos manens. Paracletus autem spiritus sanctus quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcumque dixerit vobis. Hæc nimirum futura fuerat illa hora, qua se promiserat non iam in prouerbis locuturum, sed palam de patre annunciaturum. Eadem quippe ipsius verba reuelante spiritu sancto, intelligentibus iam non erant futura prouerbia. Neque enim loquente in eorum cordibus spiritu sancto, taciturnus erat vnigenitus filius, qui dixit in ea hora palam se illis annunciaturum esse de patre, quod eis vti que iam intelligentibus non esset prouerbum: sed hoc quoque ipsum quomodo simul loquatur in suorum spiritualium cordibus & dei filius & spiritus sanctus, immo ipsa trinitas, quæ inseparabiliter operatur, intelligentibus est verbum, non intelligentibus autem prouerbum. Cum ergo dixisset propter quod omnia sit locutus, vt in illo scilicet pacem haberent, in mundo habentes pressuram, exhortatusque fuisset, vt considerent, quia ipse vicit mundum, eo qui erat ad illos sermone finito, deinde ad patrem verba direxit, & orare iam cepit: sic enim Euangelista sequitur dicens: Hæc locutus est Iesus, & subleuatis oculis in caelum dixit: Pater, venit hora, clarifica filium tuum. Poterat dominus noster vnigenitus & coæternus patri, in forma serui, & ex forma serui si hoc opus esset, orare silentio: sed ita se patri exhibere voluit precatorum, vt meminisset nostrum se esse doctorem. Proinde eam quam fecit orationem pro nobis, notam fecit & nobis, quoniam tanti magistrum non solum apud ipsos sermocinatio, sed etiam ipse pro ipsis ad patrem oratio, discipulorum est edificatio, & si illorum qui hæc dicta aderant audituri, profecto & nostra qui fueraimus conscripta lecturi. Quapropter hoc quod ait, Pater venit hora, clarifica filium tuum: ostendit omne tempus, & quid & quando faceret vel fieri sineret, ab illo esse dispositum

K

Cap. XVII.

L

Ioan. 14. supra tra. ca. 77.

M

**A** positum, qui tempori subditus non est, quoniam quæ futura erant per singula tempora in dei sapientia causas efficientes habent, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur hæc hora fato virgente venisse, sed deo potius ordinante, nec sydereā necessitas Christi conexuit passionem, absit enim vt sydera mori cogere syderum conditorem. Non itaque Christum tempus vt moreretur impedit, sed tempus Christus quo moreretur elegit, qui etiam tempus quo de virgine natus est cum patre constituit, de quo sine tempore natus est, secundum quam veram sanamque doctrinam etiam Paulus Apostolus: Cum autem venit, inquit, plenitudo temporis, misit deus filium suum: & deus per Prophetam: Tempore, ait, accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te: & rursus Apostolus, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Dicit ergo Pater venit hora: qui cum patre disposuit omnes horas, tanquam dicens: pater, quam propter homines & apud homines ad me clarificandum simul constituimus, venit hora, clarifica filium tuum, vt & filius tuus clarificet te. Clarificatum à patre filium nonnulli accipiunt in hoc quod ei non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: sed si passione clarificatus dicitur, quanto magis resurrectione: nam in passione magis eius humilitas quam claritas commendatur, Apostolo attestante qui dicit: Humiliauit semetipsum, factus obediens usque ad mortem mortem autem crucis: deinde sequitur, & de eius clarificatione iam dicit: Propter quod & deus illum exaltauit, & donauit ei nomen quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris. Hæc est glorificatio domini nostri Iesu Christi, quæ ab eius resurrectione sumptit exordium. Humilitas ergo eius incipit in sermone Apostoli, ab eo loco ubi ait: Semetipsum exinanivit formam serui accipiens, & peruenit usque ad mortem crucis: claritas vero eius incipit ab eo loco ubi ait, Propter quod & deus exaltauit eum, & peruenit quod in gloria est, dei patris: nam & ipsum nomen, si inspiciantur codices Graeci, ex qua lingua Epistola Apostolica translata sunt in Latinam, quod hic legitur gloria, ibi legitur δόξα. Vnde verbum deriuatum est in Graeco vt diceretur δόξα quod interpres Latinus ait clarifica, cum posset etiam gloria dicere, quod tantumdem valet. Et ideo posset etiam in apostoli Epistola, ubi est gloria, claritas poni, quod si fieret, tantumdem valeret. Vt autem non recedatur à verborum sonis, quemadmodum à claritate clarificatio, sic à gloria glorificatio deriuatur. Vt ergo mediator dei & hominum homo Christus Iesus resurrectione clarificaretur vel glorificaretur, prius humiliatus est passione: non enim à mortuis resurrexisset, si mortuus non fuisset. Humilitas claritatis est meritum, claritas humilitatis est primum, sed hoc factum est in forma serui. In forma vero dei semper fuit, semper erit: claritas enim non fuit quasi iam non sit, nec erit quasi nondum sit, sed sine initio, sine fine semper est claritas. Quod ergo ait, Pater, venit hora, clarifica filium tuum: sic intelligendum est tanquam dixerit, venit hora seminandæ humilitatis, fructum non differas claritatis: sed quid sibi vult quod sequitur, Vt filius tuus clarificet te? Nūquid etiam deus pater pertulit humilitatem carnis siue passionem, ex qua illum clarificari oporteret? Quomodo igitur eum clarificaturus erat filius, cuius claritas sempiterna, nec ex forma serui potuit videri minor, nec in diuina persona potuit esse aliorum? Sed ista quaestione in hunc sermonem nolo coartare, aut hinc eum facere longiorē.

Galat. 4.

Esa. 49.

2. Cor. 6.

Roma. 8.

Philip. 2.

De eo quod dicit, Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis: usque ad id, claritate quam habui priusquam mundus fieret apud te:

Tractatus CV.

**G**lorificatum à patre filium secundum formam serui, quæ pater suscitauit à mortuis, & ad suam dexteram collocavit, res ipsa indicat, & nullus ambigit Christianus: sed quoniam non tantum dixit, Pater clarifica filium tuum: sed addidit etiam, Vt filius tuus clarificet te: merito quaeritur quomodo patrem clarificauerit filius, cum sempiterna claritas patris nec diminuta fuerit in forma humana, nec augeri potuerit in sua perfectione diuina, sed in seipsa claritas patris nec minui nec augeri potest. Apud homines autem proculdubio minor erat, quando in Iudæa tantummodo deus notus erat: nondum à solis ortu usque ad occasum laudabant pueri nomen domini. Hoc autem quia per Euangelium Christi factum est, vt per filium pater innotesceret gentibus, profecto patrem clarificauit & filius: si autem tantummodo mortuus fuisset filius, nec resurrexisset, proculdubio nec à patre clarificatus esset, nec patrem clarificasset: nunc autem resurrectione clarificatus à patre, resurrectionis suæ prædicatione clarificat patrem. Hoc quippe aperit ordo ipse verborum: Clarifica, inquit, filium tuum, vt filius tuus clarificet te: tanquam diceret, resuscita me vt innotescas. toti orbi per me: deinde magis magisque pandens quomodo clarificet patrem filius: Sicut dedisti, inquit, ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam, vt omnem carnem dixit omnem hominem, à parte totum significans, quemadmodum rursus à parte superiore significatus est homo totus: ubi ait Apostolus. Omnis anima potestatis Christi à patre data est omnis carnis, secundum hominem intelligendum est: nam secundum deum omnia per ipsum facta sunt, & in ipso condita sunt omnia in caelo & in terra, visibilia & inuisibilia: sicut ergo dedisti ei potestatem, inquit, omnis carnis, ita te glorificet filius tuus, id est, notum te faciat omni carni quam dedisti ei: sic enim dedisti vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem, inquit, vita æterna vt cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Ordo verborum est, vt te & quem misisti Iesum Christum cognoscant solum verum deum: consequenter enim & spiritus sanctus intelligitur, quia spiritus est patris & filij, tanquam charitas substantialis & consubstantialis amborum, quoniam non duo dii pater & filius, nec tres dii pater & filius & spiritus sanctus, sed ipsa trinitas vnus solus verus deus: nec idem tamen pater qui filius, nec idem filius qui pater, nec idem spiritus sanctus qui pater & filius, quoniam tres sunt pater & filius & spiritus sanctus, sed ipsa trinitas vnus est deus: sic ergo eo modo te glorificat filius sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, & sic dedisti ei, vt omne quod dedisti ei det eis vitam æternam, & hæc est vita æterna, vt cognoscant te: sic te igitur filius glorificat, vt omnibus quos dedisti ei te cognitum faciat. Porro si cognitio dei est vita æterna, tanto magis viuere credimus, quanto magis in hac cognitione proficimus. Non autem moriemur, in vita æterna, tunc ergo dei cognitio perfecta erit, quando nulla mors erit. Summa dei tunc clarificatio: quia summa gloria, quæ Grace dicitur δόξα. Vnde dictum δόξα, quod Latini quidam interpretati sunt clarifica, quidam glorifica. A veteribus autem gloria, qua gloriosi homines dicuntur,

D

Psal. 75. Psal. 49.

E

Roma. 13.

Ioan. 1.

F

G dicuntur, ita est definita: Gloria est frequens de aliquo fama cum laude. At si homo laudatur, cum fama creditur, quomodo deus laudabitur, quando ipse videbitur? Propter quod scriptum est, Beati qui habitant in domo tua, in secula seculorum laudabunt te. Ibi erit dei sine fine laudatio, ubi erit dei plena cognitio, & quia plena cognitio ideo summa clarificatio vel glorificatio: sed prius hic clarificatur deus, dum annunciatu hominibus innotescit, & per fidem credentium predicatur: Propter quod dicit, Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam. Non ait, iussisti, sed dedisti, ubi commendatur eius gratia: quid enim habet, quod non accepit etiam in vniuerso humana natura? An non accepit, ut nihil mali, sed bona faceret omnia, quando in vnitatem personae suscepta est a verbo, per quod facta sunt omnia: Sed quomodo consummavit opus quod accepit ut faciat, cum restet adhuc passionis experimētum, ubi martyribus suis maxime praeiuit quod sequerentur exemplum: vnde Apostolus Petrus, Christus passus est pro nobis, relinquit nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius: nisi quia consummasse se dicit, quod se consummaturum esse certissime nouit. Sicut longe ante in prophetia praeteriti temporis visus est verbis, quando post annos plurimos futurum erat quod dicebat, Foderunt, inquit, manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: non ait, fodient & dinumerabunt. Et in hoc ipso Euangelio: Omnia, inquit, quae audiui a patre meo nota feci vobis: quibus ait postea, Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Qui enim certis & immutabilibus causis omnia futura praedestinavit, quod facturum est fecit: nam & per Prophetam dictum de illo est, qui fecit quae futura sunt. Secundum hoc etiam quod sequitur dicit, Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Nam & supra dixerat, Pater venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. In quo verborum ordine ostēderat prius a patre clarificandum filium, ut patrem clarificaret & filius: modo autem dicit, Ego te clarificavi super terram opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam, & nunc clarifica me, tanquam prior ipse patrem clarificauerit, a quo deinde ut clarificetur exposcit. Ergo intelligendum est utroque verbo superius usum, secundum id quod futurum erat, eoque ordine quod futurum erat: clarifica filium, ut te clarificet filius: modo vero usum fuisse verbo praeteriti temporis de re futura, ubi ait, Ego te clarificavi super terram, opus consummavi quod dedisti mihi ut faciam: deinde dicendo, & nunc clarifica me tu pater apud te ipsum, quasi posterius esset clarificandus a patre, quem prius ipse clarificauerat, quid ostendit nisi superius ubi ait, Ego te clarificavi super terram, ita locutum se fuisse, tanquam fecisset quod facturum esset: hic autem poposcisse ut pater faceret, per quod illud filius facturus esset, id est, ut pater clarificaret filium, per quam filij clarificationem etiam filius clarificaturus esset patrem. Denique si de re quae futura erat ponamus etiam futuri temporis verbum, ubi pro tempore futuro posuit ipse praeteritum, nulla sententiae remanebit obscuritas, veluti si dixisset, Ego te clarificabo super terram, opus consummabo quod dedisti mihi ut faciam, & nunc clarifica me tu pater apud te ipsum. Nempe ita planum est, sicut illud ubi ait, Clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te, & ipsa est omnino sententia, nisi quia & hic dictus est eiusdem clarificationis modus, ubi autem tacitum, tanquam illud isto exponeretur eis, quos poterat permouere, quomodo pater filium, & maxime quomodo patrem clarificet & filius. Dicendo enim clarificari a se patrem super terram, se autem a patre apud eundem patrem, modum profecto utriusque clarificationis ostēdit. Ipse quippe patrem clarificauit super terram, eum genibus praedicando: pater vero ipsum apud semetipsum ad suam dexteram collocando: sed ideo profeta de clarificando patre ubi ait, Ego te clarificavi, verbum praeteriti temporis ponere maluit, ut monstraret in praedestinatione iam factum, & pro iam facto habendum, quod certissime fuerat futurum, id est, ut a patre apud patrem glorificatus, patrem super terram glorificaret & filius: sed hanc praedestinationem in sua clarificatione manifestius aperuit, quia eum clarificauit pater, in eo quod adiunxit. Claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Ordo verborum est, quam habui apud te priusquam mundus esset. Ad hoc valet quod ait: & nunc clarifica me, hoc est, sicut tunc ita & nunc: sicut tunc praedestinatione, ita & nunc perfectione, fac in mundo quod apud te iam fuerat ante mundum, fac in suo tempore quod ante omnia tempora statuisti. Hoc quidam sic intelligendum putarunt, tanquam natura humana, quae suscepta est a verbo, conuerteretur in verbum, & homo mutaretur in deum, immo si diligentius quod opinati sunt cogitemus, homo periret in deo: non enim quisquam ex ista mutatione hominis vel duplicari dei verbum dicitur est, vel augeri, ut aut duo sint quod unum fuit, aut amplius sit quod minus fuit. Porro si natura humana in verbum mutata atque conuersa, verbum dei quantum erat & quod erat hoc erit, ubi est homo si non perit? Sed ad hanc opinionem, quam veritati prorsus non video conuenire, nihil nos vrget, si filio dicente: Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te: intelligamus praedestinationem claritatis humanae, quae in illo est, natura, ex mortali immortalis apud patrem futura, & hoc iam praedestinando factum fuisse, antequam mundus esset, quod in mundo etiam suo tempore fieret. Si enim de nobis dixit Apostolus: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, cur abhorreere putatur a vero, si tunc pater caput nostrum glorificauit, quando nos in ipso ut membra eius essemus elegit? Sic enim nos electi quomodo ipse clarificatus, quia priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Sed ille, qui per ipsum in quantum verbum eius est, etiam quae futura sunt fecit, & vocat ea quae non sunt tanquam sint, profecto secundum id quod mediator dei & hominum homo est ante mundi constitutionem, pro nobis deus pater glorificauit ipsum, si tunc elegit etiam nos in ipso: quid enim dicit Apostolus? scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti: quos enim praesciuit & praedestinavit conformes fieri imaginis filij eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem praedestinavit, illos & vocauit: nisi forte ipsum praedestinatum dicere formidabimus, quia de nobis tantum ut efficiamur conformes imaginis eius, hoc dixisse videtur Apostolus: Quasi vero quisque regulam fidei fideliter intuetur, filium dei negaturus est praedestinatum, qui eum negare hominem non potest. Recte quippe dicitur non praedestinatus secundum id quod est verbum dei, deus apud deum: ut quid enim praedestinetur, cum iam esset quod erat sine initio, sine termino sempiternus? Illud enim praedestinatum erat quod nodum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora praedestinatum erat ut fieret. Quis-

quomodo pater filium, & maxime quomodo patrem clarificet & filius. Dicendo enim clarificari a se patrem super terram, se autem a patre apud eundem patrem, modum profecto utriusque clarificationis ostēdit. Ipse quippe patrem clarificauit super terram, eum genibus praedicando: pater vero ipsum apud semetipsum ad suam dexteram collocando: sed ideo profeta de clarificando patre ubi ait, Ego te clarificavi, verbum praeteriti temporis ponere maluit, ut monstraret in praedestinatione iam factum, & pro iam facto habendum, quod certissime fuerat futurum, id est, ut a patre apud patrem glorificatus, patrem super terram glorificaret & filius: sed hanc praedestinationem in sua clarificatione manifestius aperuit, quia eum clarificauit pater, in eo quod adiunxit. Claritate quam habui priusquam mundus esset apud te. Ordo verborum est, quam habui apud te priusquam mundus esset. Ad hoc valet quod ait: & nunc clarifica me, hoc est, sicut tunc ita & nunc: sicut tunc praedestinatione, ita & nunc perfectione, fac in mundo quod apud te iam fuerat ante mundum, fac in suo tempore quod ante omnia tempora statuisti. Hoc quidam sic intelligendum putarunt, tanquam natura humana, quae suscepta est a verbo, conuerteretur in verbum, & homo mutaretur in deum, immo si diligentius quod opinati sunt cogitemus, homo periret in deo: non enim quisquam ex ista mutatione hominis vel duplicari dei verbum dicitur est, vel augeri, ut aut duo sint quod unum fuit, aut amplius sit quod minus fuit. Porro si natura humana in verbum mutata atque conuersa, verbum dei quantum erat & quod erat hoc erit, ubi est homo si non perit? Sed ad hanc opinionem, quam veritati prorsus non video conuenire, nihil nos vrget, si filio dicente: Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te: intelligamus praedestinationem claritatis humanae, quae in illo est, natura, ex mortali immortalis apud patrem futura, & hoc iam praedestinando factum fuisse, antequam mundus esset, quod in mundo etiam suo tempore fieret. Si enim de nobis dixit Apostolus: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, cur abhorreere putatur a vero, si tunc pater caput nostrum glorificauit, quando nos in ipso ut membra eius essemus elegit? Sic enim nos electi quomodo ipse clarificatus, quia priusquam mundus esset, nec nos eramus, nec ipse mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Sed ille, qui per ipsum in quantum verbum eius est, etiam quae futura sunt fecit, & vocat ea quae non sunt tanquam sint, profecto secundum id quod mediator dei & hominum homo est ante mundi constitutionem, pro nobis deus pater glorificauit ipsum, si tunc elegit etiam nos in ipso: quid enim dicit Apostolus? scimus autem quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti: quos enim praesciuit & praedestinavit conformes fieri imaginis filij eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem praedestinavit, illos & vocauit: nisi forte ipsum praedestinatum dicere formidabimus, quia de nobis tantum ut efficiamur conformes imaginis eius, hoc dixisse videtur Apostolus: Quasi vero quisque regulam fidei fideliter intuetur, filium dei negaturus est praedestinatum, qui eum negare hominem non potest. Recte quippe dicitur non praedestinatus secundum id quod est verbum dei, deus apud deum: ut quid enim praedestinetur, cum iam esset quod erat sine initio, sine termino sempiternus? Illud enim praedestinatum erat quod nodum erat, ut sic suo tempore fieret, quemadmodum ante omnia tempora praedestinatum erat ut fieret. Quis-

A quis igitur dei filium praedestinatum negat, hunc eundem filium hominis negat. Sed propter contentiosos etiam hinc audiamus Apostolum in suarum exordio litterarum: nam & in prima Epistolarum eius quae est ad Romanos, & ipsius Epistolae principium est, ubi legitur: Paulus seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui praedestinatus est filius dei in virtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum: secundum hanc ergo praedestinationem etiam clarificatus est antequam mundus esset, ut esset claritas eius ex resurrectione mortuorum apud patrem, ad cuius dexteram seder. Cum ergo videret illius praedestinatae suae clarificationis venisse iam tempus, ut & nunc fieret in redditione quod fuerat in praedestinatione iam factum, orauit dicens: & nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te: tanquam diceret, claritatem quam habui apud te, id est, illam claritatem quam habui apud te in praedestinatione tua, iam tempus est ut apud te habeam etiam viuens in dextera tua: sed quoniam nos diu tenuit huius discussionis quaestionis, alio quae sequuntur sermone tractanda sunt.

De eo quod dicit, Manifestaui nomen tuum hominibus: usque ad id, Et crediderunt quia tu me misisti.

Tractatus CVI.

**D**E his verbis domini, sicut ipse donauerit, sermone isto disputaturi sumus quae ita se habent: Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. Quod si de his tantum dicit discipulis cum quibus coenauit, & ad quos antequam orare inciperet tam multa locutus est, non pertinet hoc ad illam clarificationem, siue ut alij interpretati sunt, glorificationem, de qua superius loquebatur, qua filius clarificat vel glorificat patrem: quanta est enim vel qualis gloria, duodecim vel undecim potius innotuisse mortalibus? Si autem quod ait, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: omnes hic intelligi voluit, etiam qui in eum fuerat credituri, ad eius magnam quae futura erat ex omnibus gentibus Ecclesiam pertinentibus, de qua in Psalmo canitur, In Ecclesia magna confitebor tibi: est plane ista clarificatio qua filius clarificat patrem, cum eius nomen notum facit omnibus gentibus, & tam multis generationibus hominum: & tale est hoc quod ait, manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo: quale illud quod paulo ante dixerat, Ego te clarificavi super terram: pro tempore futuro & illic & hic praeteritum ponens, sicut qui sciret praedestinatum esse ut id fieret, & ideo fecisse dices se, quod erat sine vlla dubitatione facturum: sed de illis qui iam erant discipuli eius, non de omnibus qui in illum fuerant credituri eum dixisse quod dixit: manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo, ea quae sequuntur credibilis esse demonstrant: cum enim hoc dixisset, adiunxit: Tui erant, & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt: nunc cognouerunt, quia omnia quae dedisti mihi abs te sunt, quia verba quae dedisti mihi, dedi eis, & ipsi acceperunt & cognouerunt vere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Quoniam & haec omnia de futuris omnibus fidelibus dici potuerunt specie perfecta, cum adhuc essent futura, sed ut de his solis quos tunc habebat discipulis haec loqui intelligatur, illud magis vrget quod paulo

post ait: Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex his perit nisi filio perditionis, ut scriptura adimpleatur, Iudam significans qui tradidit eum. Ex isto quippe duodecim numero Apostolorum solus perit: deinde subiungit, nunc autem ad te venio, vnde manifestum est eum de corporali sua dixisse praesentia: cum essem cum eis ego seruabam eos, veluti iam cum eis ea praesentia non esset. Eo modo enim significare voluit ascensionem suam mox futuram, de qua dixit: Nunc autem ad te venio, iturus utique ad dexteram patris, vnde venturus est ad viuos & mortuos iudicandos praesentia itidem corporali, secundum fidei regulam sanamque doctrinam: nam praesentia spiritali cum eis erat utique venturus: post ascensionem suam, & cum tota Ecclesia sua in hoc mundo usque in consummatione seculi. Non itaque recte intelliguntur de quibus dixerit, cum essem cum eis, ego seruabam illos: nisi hi quos in se credentes seruare iam coeperat praesentia corporali, & quos relicurus fuerat absentia corporali, ut eos cum patre seruaret praesentia spiritali: post vero adiungit & ceteros suos, ubi dicit: non pro his autem rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me. Vbi manifestum ostēdit, quod non de omnibus ad eum pertinentibus superius loqueretur, ab eo loco ubi ait: Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi, sed de his tantum qui eum cum illa diceret audiebant. Ab ipso itaque orationis eius exordio ubi subleuatis oculis in caelum dixit, Pater, venit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te: usque ad illud quod paulo post ait, Et nunc clarifica me tu pater apud te ipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te, omnes suos volebat intelligi, quibus tantum faciendo patrem clarificat eum. Cum enim dixisset, ut filius tuus clarificet te, mox quemadmodum id fieret, demonstraui dicens: Sicut dedisti ei potestatem omnium carnis, ut omne quod dedisti ei, det eis vitam aeternam: haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Non enim potest cognitione hominum clarificari pater, nisi & ille cognoscatur per quem glorificatur, id est, per quem populus innotescit. Haec est glorificatio patris, quae non circa solos illos apostolos facta est, sed circa omnes homines fit, quibus in suis membris caput est Christus: neque enim de solis Apostolis potest intelligi: Sicut dedisti ei potestatem omnium carnis, ut omne quod dedisti ei det eis vitam aeternam: sed utique de omnibus quibus in eum creditibus vita aeterna datur. Jam nunc ergo videamus quid de illis a quibus tunc audiebatur, discipulis suis dicat: Manifestaui, inquit, nomen tuum hominibus quos dedisti mihi. Non ergo nouerant dei nomen cum essent Iudaei? Et ubi est quod legitur, Notus in Iudaea deus, in Israel magnum nomen eius? Ergo manifestaui nomen tuum hominibus istis, quos dedisti mihi de mundo, qui me audiunt hoc dicentem, non illud nomen tuum quod vocaris deus, sed illud quo vocaris pater meus, quod nomen manifestari sine ipsius filij manifestatione non posset: nam quod deus dicitur, vniuersae creaturae & omnibus gentibus antequam in Christum crederent, non omni modo esse potuit hoc nomen ignotum. Haec est enim vis verae diuinitatis, ut creaturae rationali iam ratione utenti, non omnino ac penitus possit abscondi. Exceptis enim paucis, in quibus natura nimium deprauata est, vniuersum genus humanum deum mundi huius fatetur authorem. In hoc ergo quod fecit hunc mundum caelo terraque conspicuum, & antequam imbuerentur in fide

Gloria quid sit Psal. 83.

1. Pet. 2.

Psal. 24.

Ephes. 1.

1. Timo. 2.

Roma. 8.

Roma. 1.

Psal. 21.

Su. Tractatus. 104.

1. Cor. 11.

Psal. 75.

**G** in fide Christi, notus omnibus gentibus deus. In hoc autem quod non est in iniuriis suis, & cum diis falsis colendus, notus in ludæa deus: in hoc vero, quod pater est huius Christi, per quem tollit peccata mundi, hoc nomen eius prius occultum omnibus, nunc manifestavit eis quos dedit ei pater ipse de mundo: sed quomodo manifestavit si nondum venit hora, de qua superius dixerat, quod veniret hora cum iam non in proverbiis, inquit, loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis: An vero annuntiatio manifesta putabitur in proverbiis? Cur ergo dictum est, palam annuntiabo vobis, nisi quia in proverbiis non est palam? Quod autem non in proverbiis occultatur, sed verbis manifestatur proculdubio palam dicitur: quomodo ergo manifestavit quod nodum palam dixit? Proinde sic intelligendum est, pro tempore futuro præteritum positum, quemadmodum illud: Omnia quæ auditi à patre meo nota feci vobis: quod nodum fecerat, sed loquebatur quasi fecisset, quod immobiliter esse præfixum sciebat, vt faceret: quid est autem, Quos dedisti mihi de mundo. Dicitur enim de illis, quod non essent de mundo, sed hoc illis regeneratio præstitit, non generatio: quid est etiam quod sequitur, Tui erant, & mihi eos dedisti? An aliquando erant patris, quando non erant unigeniti filij eius, & habuit aliquando pater aliquid sine filio: Absit. Veruntamen habuit aliquid aliquando deus filius, quod nondum habuit idem ipse homo filius, quia nondum erat homo factus ex matre, quando tamen habebat univèrsa cum patre. Quapropter quod dixit tui erant, non inde se separavit deus filius, sine quo nihil unquam pater habuit, sed solet ei tribuere omne quod potest, à quo est ipse qui potest: à quo enim habet vt sit, ab illo habet vt possit, & simul vtrunque semper habuit, quia nunquam fuit, & non potuit: quocirca quicquid potuit pater, semper cum illo filius potuit, quoniam ille qui nunquam fuit & non potuit, nunquam sine patre fuit, nunquam sine illo pater fuit, ac per hoc sicut pater æternus omnipotens, ita filius cœternus omnipotens, & si omnipotens vtiq; omnitenens, id enim potius verbū è verbo interpretatur, si proprie volumus dicere, quod à Græcis dicitur *πρωτογενέτης*, quod nostri non sic interpretantur, vt omnipotens dicerent, cum sit *πρωτογενέτης* omnitenens, nisi tantumdem valere sentirent. Quid ergo unquam habere potuit æternus omnitenens, quod non simul habuerit cœternus omnitenens: quod itaque ait, Et mihi eos dedisti: hominem se accepisse hanc potestatem vt eos haberet ostendit: quoniam qui semper omnipotens fuit, non semper homo fuit. Quamobrem cum patri potius tribuisse videatur, vt ab eo illos acceperit, quoniam ex ipso est quicquid est de quo est, etiam ipse sibi eos dedit, hoc est, cum patre deus Christus homini Christo, quod cum patre non est, homines dedit: denique qui hoc loco dicit, Tui erant, & mihi eos dedisti: iam superius eisdem discipulis dixerat, Ego vos de mundo elegi: cœternatur hic cogitatio carnalis atque dispereat: de mundo sibi à patre dicit filios datos homines, quibus alio loco dicit, ego vos elegi de mundo. Quos deus filius de mundo elegit cum patre, idem ipse homo filius de mundo eos accepit à patre: non enim pater illos filio dedisset, nisi elegisset: ac per hoc filius, sicut non inde separavit patrem, quando dixit, ego vos de mundo elegi, quoniam simul eos elegit & pater: sic non inde separavit & se, quando dixit, tui erant, quia & ipsius filij pariter erant: nunc autem homo idem ipse filius accepit eos qui non erant ipsius, quia & formā serui accepit deus idem quæ non erat

Su. tract. 102

Ioan. 15.

Su. tract. 87. Ioan. 15.

ipsum: sequitur ac dicit, Et sermonem tuum servauerunt, nunc cognoverunt quia omnia quæ dedisti mihi abs te sunt. Id est, cognoverunt quia abs te sum: simul enim pater dedit omnia cum genuit qui haberet omnia. Quia verba, inquit, quæ dedisti mihi dedi eis: & ipsi acceperunt. Id est, intellexerunt atque tenuerunt: tunc enim verbum accipitur, quando mente percipitur. Et cognoverunt, inquit, vere quia à te exiit, & crediderunt quia tu me misisti. Et hic subaudiendum est, vere: quod tunc dixit, cognoverunt vere, exponere voluit adiungendo, & crediderunt: hoc itaque crediderunt vere, quod cognoverunt vere, id est enim à te exiit, quod est tu me misisti. Cum ergo dixisset, cognoverunt vere, ne quisquā putaret istam cognitionem tanquam per speciem factā non per fidem, exponendo addidit, & crediderunt, vt subaudiamus vere, & intelligamus hoc dictum esse, cognoverunt vere, quod est crediderunt vere, non eo modo quem significavit paulo ante, cum dixit, modo credidit. Venit hora & iam venit, vt dispergamini vnusquisque in propria, & me solum relinquant. Sed crediderunt vere, id est quomodo credendum est, inconcusse, firme, stabiliter, fortiter, non iam in propria redituri, & Christi relicturni. Adhuc ergo discipuli non erant tales quales eos dicit verbis præteriti temporis, quasi iam non essent, prænunciāns quales futuri essent, accepto scilicet spiritu sancto, qui eos sicut promissum est, doceret omnia, quem priusquam acciperent quomodo servauerunt eius sermonem, quod de illis quasi fecerint dixit quando primus eorum ter eum negavit, cum ex ore eius audisset quid futurum esset homini, qui eum corā hominibus negavisset? Dedit ergo eis verba sicut dixit, quæ dedit ei pater: sed quando illa non foris in auribus, sed intus in cordibus spiritualiter acceperunt, tunc vere acceperunt, quia tunc vere cognoverunt, vere autem cognoverunt, quia vere crediderunt: ipsi autem filio quomodo pater ea verba dederit, quibus servus homo poterit explicare? Facilius sanè quæstio videtur, si secundū id quod filius est hominis, accepisse à patre illa verba credatur, quanquam natus ex virgine quando & quomodo ea didicerit, quis enarrabit, quando etiam ipsam quæ de virgine facta est, generationem eius quis enarrabit? Si vero secundum id quod est de patre genitus patriq; cœternus, accepisse à patre ista verba cogitatur, nihil ibi temporis cogitatur, quasi prius fuerit qui ea non habuerit, atque vt haberet, quæ non habebat acceperit, quoniam quicquid deus pater deo filio dedit, gignendo dedit, ita enim dedit filio pater, sine quibus filius esse non posset, sicut ei dedit vt esset: nam quomodo aliter verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia? Sed iam quæ sequuntur, alio sunt expectanda sermone.

**D**e eo quod dicit, Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo: usque ad id, Et hæc loquor in mundo ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis:

Tractatus CVII.

**U**m de his quos iam discipulos habebat dominus loqueretur ad patrem, inter alia etiam dixit hoc, Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi. Mundum vult modo intelligi, qui vivunt secundum concupiscentiam mundi, & non sunt in ea forte gratia vt ab illo eligantur ex mundo: non itaque pro mundo, sed pro his quos ei pater dedit, rogare se dicit. Per hoc enim quod eos illi pater iam dedit, factum est vt non pertineant ad eum mundū pro quo non rogat: deinde subiungit, Quia tui sunt. Neque enim quia pater eos filio dedit, amittit ipse quos dedit, cum

K.

Su. tract. 113.

Mat. 26.

Ago. 8.

M.

**U**m de his quos iam discipulos habebat dominus loqueretur ad patrem, inter alia etiam dixit hoc, Ego pro eis rogo, non pro mundo, sed pro his quos dedisti mihi. Mundum vult modo intelligi, qui vivunt secundum concupiscentiam mundi, & non sunt in ea forte gratia vt ab illo eligantur ex mundo: non itaque pro mundo, sed pro his quos ei pater dedit, rogare se dicit. Per hoc enim quod eos illi pater iam dedit, factum est vt non pertineant ad eum mundū pro quo non rogat: deinde subiungit, Quia tui sunt. Neque enim quia pater eos filio dedit, amittit ipse quos dedit, cum

**A** cum adhuc filius sequatur & dicat, Et mea omnia tua sunt, & tua mea sunt. Vbi satis apparet quomodo unigeniti filij sint omnia quæ sunt patris, per hoc vtiq; quod etiam ipse deus est, & de patre patri est natus æqualis, non quomodo dictum est vni ex duobus filiis, maiori scilicet, Tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. Illud enim dictum est de his omnibus creaturis, quæ infra creaturam rationalem sunt, quæ vtiq; subduntur Ecclesie, in qua univèrsa Ecclesia & illi duo intelliguntur filij maior & minor, cum omnibus angelis sanctis, quibus erimus æquales in regno Christi & dei: hoc autem ita dictum est, Et mea omnia tua sunt, & tua mea, vt hic sit etiam ipsa creatura rationalis, quæ non nisi deo subditur, vt ei quæ infra illam sunt cuncta subdantur. Hæc ergo cum sit dei patris, non simul esset & filij, nisi patri esset æqualis: de ipsa quippe aiebat, cum diceret, Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi quia tui sunt, & mea omnia tua sunt, & tua mea: nec fas est vt sancti de quibus hæc locutus est cuiusquæ sint, nisi eius à te creati & sanctificati sint: ac per hoc & omnia quæ ipsorum sunt, necesse est vt eius sint cuius & ipsi sunt: ergo cum & patris & filij sint, æquales eos esse demonstrat, quorum æqualiter sunt: illud autem quod ait, cum de spiritu sancto loqueretur, Omnia quæ habet pater, mea sunt: propterea dixi, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis: de his dixit quæ ad ipsam patris pertinent divinitatem, in quibus illi est æqualis, omnia quæ habet habedo: neque enim spiritus sanctus de creatura quæ patri est subdita & filio, fuerat acceptus quod ait, de meo accipiet, sed vtiq; de patre, de quo procedit spiritus, de quo est natus & filius: Et clarificatus sum, inquit, in eis. Nunc suā clarificationem tanquam facta sit dicit, cum adhuc esset futura, superius autē à patre poscebat vt fieret. Sed vtrū ipsa sit clarificatio: de qua dixerat, & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum claritate quam habui priusquam mundus esset apud te, vtiq; requirendum est: si enim apud te, quomodo in eis? An cum hoc ipsum innotescit eis, ac per ipsos omnibus qui credunt eis testibus suis: Possimus planè intelligere sic dixisse dominū de apostolis quod clarificatus sit in eis: dicēdo enim esse iam factum, ostendit iam fuisse prædestinatum, & certū haberi vult quod esset futurum: Et iam, inquit, non sum in mundo, & hi in mundo sunt. Si horam profus illam qua loquebatur attendas, vtrique adhuc in mundo erant, & ipse scilicet, & illi de quibus hæc dicebat: non enim secundum profectum cordis & vitæ id accipere possumus vel debemus, vt illi propterea adhuc esse dicantur in hoc mundo quod mundana adhuc sapiant, ille autem iam non esse in mundo sapendo diuina. Possitum est hic enim verbū vnum, quod nos ita intelligere omnino non sinat, quia non ait, & non sum in mundo: sed, iam non sum in mundo: per hoc ostendens fuisse se in mundo, iam non esse. Nunquid ergo fas est vt eū credamus aliquando mundana sapuisse, & ab hoc errore liberatum iam illa non sapere? Quis tam impio sensu induerit? Restat igitur vt secundum id quod ipse etiam in mundo prius erat, in mundo se dixerit iam non esse: profecto præsentia corporali mundo scilicet absentiam suam iam cito futuram, illorum autem tardius, per hoc ostendens, quod se iam non hic esse, illos autem hic esse dixit, cum & ipse hic & illi adhuc essent. Sic enim locutus est homo congruens hominibus, vt mos loquendi sese habet & humanus vsus. An non quidam dicitur, iam non est hic, de aliquo quantoties abiturus? Et maxime hoc de morituris solet dici, quanquam & ipse dominus

Luc. 15.

Luc. 20.

Su. tract. 100

Su. tract. 105

falsas, pro- uedum.

tanquam prauidens, quid lecturos mouere posset: adiecit, Et ego ad te venio: sic exponens quodammodo cur dixerit, iam non sum in mundo: commendat ergo eos patri, quos corporali absentia relicturus est, dicens, Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi. Nempe sicut homo deū rogat pro discipulis suis quos accepit à deo: sed attende quod sequitur, Vt sint, inquit, vnum sicut & nos. Non ait, vt nobiscum sint vnum, aut simus vnum ipsi & nos, sicut vnum sumus nos: sed ait, vt sint vnum sicut & nos: ipsi vtiq; in natura sua sint vnum, sicut & nos in nostra vnum sumus: quod proculdubio verum non diceret, nisi secundum hoc diceret, quod eiusdem naturæ deus est cuius & pater: secundum quod alibi dixit, ego & pater vnum sumus, non secundum id quod etiam homo est: nam secundum hoc, pater maior me est, dixit. Sed quoniam vna eademque persona est deus & homo, intelligim⁹ hominem in eo quod rogat: intelligimus autem deum in eo quod vnum sunt, & ipse & ille quem rogat: sed est adhuc in consequētib⁹ locis de hac re diligentius disputandum: hic autem sequitur, Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Me, inquit, veniente ad te, serua eos in nomine tuo, in quo eos quando cum eis eram, & ipse seruabam. In nomine patris seruabat discipulos suos filius homo, cum eis humana præsentia constitutus, sed etiam pater in nomine filij seruabat, quos in nomine filij petentes exaudiebat: his quippe idem filius dixerat, Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Neque hoc tam carnaliter debemus accipere, velut vicissim nos seruare pater & filius, amborū in nobis custodiendis alter nante custodia, quasi succedat alio quando discesserit alius: simul enim nos custodiunt pater & filius & spiritus sanctus, qui est vnus verus & beatus deus. Sed scriptura nos non leuat nisi descendat ad nos, sicut verbum caro factum descendit vt leuaret, non cecidit vt iaceret. Si descendente cognouimus, cū leuante surgamus, & intelligamus cum ita loquitur, personas eum distinguere, non separare naturas. Quando ergo seruabat discipulos suos filius præsentia corporali, non expectabat pater ad custodiendum succedere filio discedente, sed eos ambo seruabant potentia spiritali: & quādo ab eis abstulit filius præsentiam corporalem, tenuit cum patre custodiam spiritalē, quia & custodiendos quando filius homo accepit, custodiā paternā non eos abstulit, & cum pater filio custodiendos dedit, non dedit sine ipso cui dedit, sed dedit homini filio, non sine deo eodem ipso vtiq; filio: sequitur ergo filius & dicit, Quos dedisti mihi custodiui, & nemo ex his perit nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Filius perditionis dictus est traditor Christi perditioni prædestinatus, secundum scripturam quæ de illo in psalmo centesimo octauo maxime prophetatur, Nunc autem, inquit, ad te venio, & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletū in semetipsis. Ecce in mundo se loqui dicit, qui paulo ante dixerat, iam non sum in mundo, quod cur dixerit ibi exposuimus, imò ipsum id expo fuisse docuimus: ergo & quia nodum abierat, hic adhuc erat: & quia mox fuerat abiturus, hic quodammodo iam non erat. Quod sit autem hoc gaudium de quo ait, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis, iam superius expressum est, vbi ait, vt sint vnum sicut & nos: hoc gaudium suum, id est, à se in eos collatum, in eis dicit implendum, propter quod locutum se dixit in mundo. Hæc est pax illa & beatitudo in futuro seculo, propter quam consequendam temperanter & iuste & piè viuendum

Infra tract. 110.

Ioan. 14. Ioan. 10.

Su. tract. 106

Ioan. 17.



G viuendum est in hoc seculo.

De eo quod dicit, Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit: usque ad id, vt sint & ipsi sanctificati in veritate: Tractatus C VIII.



Moquens adhuc dominus ad patrem, & orans pro discipulis suis, dicit, Ego dedi eis sermonem tuum, & mundus eos odio habuit. Nondum id experti fuerant passionibus suis quae illos postea sunt secuta: sed more suo dicit ista, verbis praeteriti temporis futura praenuncians: deinde causam subiiciens, cur eos oderit mundus, Quia non sunt, inquit, de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Hoc eis regeneratione collatum est, nam generatione de mundo erant: propter quod iam eis dixerat, Ego vos de mundo elegi. Donatum est ergo eis, vt sicut ipse, nec ipsi essent de mundo, eos ipse liberante de mundo. Ipse autem de mundo nunquam fuit, quia etiam secundum formam serui de spiritu sancto ipse natus est, de quo illi renati: nam si propterea illi iam non de mundo, quia renati sunt de spiritu sancto: propterea ille nunquam de mundo, quia natus est de spiritu sancto: Non rogo, inquit, vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos a malo. Adhuc enim necessarium habebant quantum iam non essent de mundo, esse tamen in mundo: repetit eandem sententiam, De mundo, inquit, non sunt, sicut & ego non sum de mundo, sanctifica eos in veritate. Sic enim seruantur ex malo, quod superius orauit vt fieret. Queri autem potest quomodo de mundo iam non erant, si sanctificati in veritate nondum erant: aut si iam erant, cur poscat vt sint? An quia & in veritate sanctificati, in eadem proficiunt sanctitate, suntque sanctiores? Neque hoc sine adiutorio gratiae dei, sed illo eorum sanctificante profectu, qui sanctificauit inceptum: vnde & Apostolus dicit, Qui in vobis opus bonum coepit, perficiet usque in die Christi Iesu. Sanctificantur itaque in veritate haereditas testamenti, & cum sanctificantur in veritate, vtique sanctificantur in Christo, qui veraciter dixit, Ego sum via, veritas, & vita: item quando ait, Veritas liberabit vos: paulo post exponens quid dixerit, Si vos, inquit, filius liberauerit, tunc vere liberi eritis: vt ostenderet hoc se prius dixisse veritatem quod postmodum filium: quid ergo aliud ex hoc loco dixit, Sanctifica eos in veritate, nisi sanctifica eos in me? Denique sequitur, & hoc apertius insinuare non desinit, Sermo, inquit, tuus veritas est. Quid aliud dixit, quam ego veritas sum? Graecum quippe Euangelium λογος habet, quod etiam ibi legitur, vbi dictum est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et vtique verbum ipsum nouimus vnigenitum dei filium, quod caro factum est, & habitauit in nobis: vnde & hic poni potuit, & in quibusdam codicibus positum est, Verbum tuum veritas est: sicut in quibusdam codicibus etiam ibi scriptum est, In principio erat sermo: in Graeco autem sine varietate & ibi & hic λογος est. Sanctificat itaque pater in veritate, id est, in verbo suo, in vnigenito suo suos heredes eiusque coheredes: sed nunc adhuc de Apostolis loquitur, nam secutus adiungit, Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum. Quos misit Apostolos suos? Nam & ipsum nomen Apostolorum, quoniam Graecum est, nihil nisi millos significat in Latino. Misit ergo deus filium suum non in carne peccati, sed in similitudinem carnis peccati: & misit filius eius eos quos natos in carne peccati, sanctificauit a lege peccati: sed quoniam per

Ioan. 15.

Philip. 1.

Ioan. 14.

Ioan. 8.

Ioan. 1.

Roma. 8.

Gal. 3.

hoc quod mediator dei & hominum homo Christus Iesus factus est caput Ecclesiae, illi membra sunt eius: ideo ait quod sequitur, Et pro eis ergo sanctifico meipsum. Quid est enim, & pro eis ergo sanctifico meipsum, nisi eos in meipso sanctifico, cum & ipsi sint ego? Quoniam de quibus hoc ait, vt dixi, membra sunt eius, & vnus est Christus caput & corpus: docente Apostolo atque dicente de semine Abrahae, Si autem vos Christi, ergo semine Abrahae estis. Cum dixisset superius, non dicit in seminibus tanquam in multis, sed tanquam in vno, & semini tuo quod est Christus. Si ergo semen Abrahae, hoc est Christus, quid aliud dictum est quibus dictum est, ergo semine Abrahae estis: nisi, ergo Christi estis? Inde est quod alio loco idem ipse Apostolus ait, Nunc gaudeo in passionibus pro vobis, & adimplebo ea quae desunt pressurarum Christi in carne mea: non dixit, pressurarum mearum, sed Christi, quia membra erant Christi, & in persecutionibus suis quales Christum in suo toto corpore pati oportebat, etiam ipse pressuras eius pro sua portione adimplebat: quod vt etiam hoc loco certum sit, attende sequentia: cum enim dixisset, & pro eis ergo sanctifico meipsum, vt intelligeremus hoc eum dixisse, quod eos sanctificaret in seipso mox addidit, Vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quod quid est aliud, quam in me secundum id quod veritas est verbum illud in principio deus, in quo & ipse filius hominis sanctificatus est ab initio creationis suae, quando verbum factum est caro, quia vna persona facta est verbum & homo: tunc ergo sanctificauit se in se, hoc est, se hominem in se verbo: sed quia vnus est Christus verbum & homo sanctificans hominem in verbo, propter sua vero membra pro eis, inquit ego, id est, quod proficit etiam ipsis, quia & ipsi sunt ego, sicut mihi profuit in me, quia homo sum sine ipsis, & ego sanctifico meipsum, hoc est, ipsos in me, tanquam meipsum sanctifico ego, quoniam in me etiam ipsi sunt ego vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Quid est & ipse quemadmodum ego in veritate, quod ipse sum ego? Deinde iam non solum de Apostolis, sed etiam de suis ceteris membris incipit dicere quod donante ipso alio sermone tractandum est.

1. Timo. 2.

Gal. 3.

Col. 1.

L. 1.

De eo quod dicit, Non pro his autem, rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: Tractatus C IX.

Dominus Iesus iam sua propinquantem passione, cum orasset pro discipulis suis, quos & Apostolos nominauit, cum quibus conauerat vltimam cenam, de qua traditor eius per buccellam manifestatus exierat, & cum quibus post eius egressum antequam pro eis oraret, multa iam fuerat locutus, adiunxit & ceteros qui in eum fuerat credituri, & ait ad patrem, Non pro his autem rogo tantum. Id est pro discipulis qui cum illo tunc erant, sed pro eis, inquit, qui credituri sunt per verbum eorum in me. Vbi omnes suos intelligi voluit, non solum qui tunc erant in carne, sed etiam qui futuri erant. Quotquot enim postea crediderunt in eum, per verbum Apostolorum sine dubio crediderunt, & donec veniat credituri sunt: ipsis enim dixerat, Et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis: & per eos Euangelium manifestatum est, & antequam scriberetur: & vtique quisquis in Christum credit, Euangelio credit. Non itaque hi tantum intelligendi sunt, quos ait in se credituros per verbum eorum, qui ipsos cum in carne viuerent Apostolos audierunt, sed post obitum eorum & nos longe post nati, per verbum eorum credidimus in Christum, quoniam ipsi qui cum illo tunc fuerunt, quod

Ioan. 15.

Gal. 3.

A quod ab illo audierunt, ceteris praedicauerunt, atque ita per verbum eorum vt etiam nos crederemus, ad nos usque peruenit, vbiunque est eius in Ecclesia, & pertineturum est ad posteros quicumque vbiunque postea in eum credituri sunt. Potest itaque videri Iesus in hac oratione non orasse pro quibusdam suis, nisi diligenter scrutemur in eadem oratione verba eius. Si enim pro eis prius orauit, sicut iam ostendimus, qui cum illo tunc erant, postea vero etiam pro eis qui per verbum eorum in illum fuerant credituri, potest dici non orasse pro illis qui neque tunc erant cum illo, quando ista dicebat, neque per verbum eorum postea, sed in eum siue per ipsos, siue quomodolibet, tamen ante crediderant. Nunquid enim cum illo tunc erat Nathanael? Nunquid Ioseph ille ab Arimathia, qui corpus eius a Pilato petiit, quem iam discipulum eius fuisse iste ipse Ioannes euangelista testatur? Nunquid Maria mater eius & aliae feminae, quas eius discipulas in Euangelio iam tunc fuisse didicimus? Nunquid cum illo tunc erant, de quibus sepe dicit idem Ioannes euangelista, multi crediderunt in eum? Nam vnde erat multitudo illa eorum qui cum ramis partim praecedebant, partim sequebantur insiditum iumento, dicentes, Benedictus qui venit in nomine domini: & cum eis pueri de quibus ipse ait fuisse praedictum, Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem: Vnde quingenti fratres quibus simul post resurrectionem non apparuisset, nisi in eum ante credidissent? Vnde illi centum & nouem, qui cum istis vndecim centum & viginti erant, quando simul congregati post eius ascensum expectauerunt & acceperunt promissum spiritum sanctum? Vnde erant isti omnes, nisi ex illis, de quibus dictum est, multi crediderunt in eum? Non ergo pro eis tunc saluator orauit, quando pro eis orauit qui cum illo tunc erant, & pro aliis qui per verbum eorum in eum non iam crediderant, sed fuerant credituri. Isti autem nec cum illo tunc erant, & in eum iam ante crediderant. Omitto dicere de Symeone sene, qui in infantulum credidit, de Anna prophetissa, de Zacharia & Elizabeth, qui eum prophetauerunt antequam de virgine nasceretur, de filio eorum Ioanne praecursore eius amico sponsi, qui eum & spiritu sancto agnouit, & absetem praedicauit, & aliis agnoscendum cum praesens esset ostendit: Hos omitto, quoniam responderi potest orandum pro talibus mortuis non fuisse, qui cum magnis suis meritis hinc abierant, & recepti quiescebant: hoc enim de antiquis iustis similiter respondetur: Quis enim eorum a damnatione totius massa perditionis, quae per vnum hominem facta est, saluus esse potuisset: nisi in vnum mediator dei & hominum in carne venturum reuelate spiritu sancto credidisset? Sed nunquid ei pro Apostolis orandum fuit, & pro tam multis qui in hac vita adhuc erant, nec cum illo tunc erant, & iam ante crediderant, orandum non fuit? Quis hoc dixerit? Intelligendum est igitur, quod nondum in eum sic crediderant, quomodo in se ipse credi volebat, quandoquidem ipse Petrus, cui consenti & dicenti, Tu es Christus filius dei viui, tam magnum testimonium perhibuerat: magis eum mori nolebat, quam mortuum resurrecturum esse credebat, vnde mox ab eo appellatus est satanas. Fideiorem itaque iam reperiuntur qui defuncti iam fuerant, & resurrecturum Christum reuelante spiritu non vtique dubitabant, quam illi qui cum credidissent ipsum redempturum Israel, visa eius morte spem totam quam de illo habuerant perdiderunt. Nihil itaque melius credimus, quam post eius resurrectionem impertito spiritu sancto edoceri & confirmati A-

Ioan. 19.

Ioan. 11.

Mat. 21.

Psal. 8.

Acto. 1.

Luc. 2.

Luc. 11.

1. Timo. 2.

Mat. 16.

postolis, eisque in Ecclesia primitus doctoribus constitutis, per eorum verbum sic alios credidisse, quemadmodum in Christum credi oportebat, id est, vt fide resurrectionis eius tenerent, ac per hoc & illos omnes, qui iam in eum credidisse videbantur, ad eorum numerum pertinuisse, pro quibus orauit, dicens, Non pro his autem rogo tantum, sed pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me. Sed restat nobis ad istam quaestione adhuc soluendam beatus Apostolus Paulus, & latro ille crudelis in scelere fidelis in cruce, Paulus quippe Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christum se dicit factum Apostolum, & de ipso suo Euangelio loquens ait, Neque enim ab homine accepi illud neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi: quomodo igitur erat in eis de quibus dictum est, credituri sunt per verbum eorum in me? Latro vero ille tunc credidit, quando in ipsis doctoribus fides quae fuerat qualiscunque defecit: nec ipse itaque per eorum verbum credidit in Christum Iesum, sed tamen sic credidit, vt quem viderat crucifixum, confiteretur non solum resurrecturum, verum etiam regnaturum dicendo, Memento mei cum veneris in regnum tuum. Proinde relinquatur, vt si dominus Iesus hac oratione pro suis omnibus quicumque in hac vita, quae tentatio est super terram, vel tunc erant, vel futuri erant, orasse credendus est: sic intelligamus quod dictum est, per verbum eorum, vt ipsum verbum eorum, verbum fidei quod praedicauerunt in mundo hoc significatum esse credamus. Dictum autem esse verbum eorum, quoniam ab ipsis est primitus ac praecipue praedicatum: iam enim ab ipsis praedicabatur in terra, quando per reuelationem Iesu Christi ipsis verbum eorum Paulus accepit: vnde & contulit cum eis Euangelium, ne forte inuacuum cucurrisset aut curreret, & dexteram ei dederunt, quia & in illo quantum non per eos illi datum, tamen verbum suum quod iam praedicabat, & in quo fundati fuerant, intulerunt. De quo verbo resurrectionis Christi idem dicit Apostolus, Siue ego siue illi, sic praedicamus, & sic credidistis: & iterum, Hoc est, inquit, verbum fidei quod praedicamus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris: & in actibus Apostolorum hoc legitur, quod in Christo deus definitur fidem omnibus, suscitans eum a mortuis. Hoc verbum fidei quia principaliter ac primitus per Apostolos qui ei cohaerant praedicatum est, ideo verbum eorum dictum est: neque enim propterea non est verbum dei, quia dictum est verbum eorum, cum dicat idem Apostolus Thessalonicenses excepisse a se, non vt verbum hominum, sed sicut est, iquit, vere verbum dei: ideo ergo dei, quia deus id donauit: eorum vero verbum dictum est, quia hoc praedicandum illis deus primitus ac praecipue commendauit, ac per hoc etiam ille latro in sua fide erat, quoniam praedicandum ad eorum officium primitus ac praecipue pertinebat. Denique cum murmur factum esset de ministerio mensarum a viduis Graecorum antequam Paulus credidisset in Christum, responderunt Apostoli qui domino ante cohaerant, Non est bonum nos relinquere verbum dei, & ministrare mensis. Tunc ordinandos diacones prouiderunt, ne ipsi a praedicandi verbi auocarentur officio: vnde merito dictum est verbum eorum quod est verbum fidei, per quod omnes in Christum vndecunque id audierint crediderunt, vel audituri & credituri sunt: ergo illa oratione pro omnibus quos redemit, siue tunc in carne viuentes, siue postea futuros

Luc. 23.

Gal. 1.

E. 1.

Gal. 2.

1. Cor. 15.

Roma. 10.

Acto. 13.

F. 1.

Act. 6.

G tuos redemptor noster oravit, cum rogans pro Apostolis qui cum illo tunc erant, adiunxit etiam illos qui per eorum verbum in eum fuerant credituri. Quid autem adiūctis illis deinde dicat, alia est disputatione tractandum.

De eo quod dicit, Ut omnes unū sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, & sic dicitur: Et dilexisti eos sicut & me dilexisti.

Tractatus C X.

Ubi dominus Iesus orasset pro discipulis suis, quos tūc secum habebat, atque adiunxisset suos, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, velut quereremus, quid vel quare pro illis rogaret, continuo subiūctus dicens, Ut omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vni sint. Et superius cū adhuc pro solis discipulis, quos secū habebat, oraret, Pater sancte, inquit, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint vnum sicut & nos: hoc ergo nunc etiam & pro nobis rogavit, quod tunc pro illis, ut omnes, hoc est, & nos & illi vnum simus. Vbi diligenter advertendum est, non dixisse dominum ut omnes vnum simus: sed, ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, subintelligitur, vnum sumus: quod apertius dicitur postea, & id prius dixerat de discipulis, qui cum illo erant, ut sint vnum sicut & nos. Quamobrem ita est pater in filio & filius in patre, ut vnum sint, quia vnius substantiæ sunt. Nos vero esse quidem in eis possumus, vnum tamen cum eis esse non possumus, quia vnius substantiæ nos & ipsi non sumus, in quantum filius cum patre deus est: nam in quantum homo est, eiusdem substantiæ est, cuius & nos sumus: sed nunc illud potius voluit commendare, quod alio loco ait, Ego & pater vnum sumus: ubi eandem patris & suam significavit esse naturam: ac per hoc & cum in nobis sunt pater & filius, vel etiam Spiritus sanctus, non debemus eos putare naturæ vnius esse nobiscum. Sic itaque sunt in nobis, vel in nos illis, ut illi vni sint in natura sua, nos vnum in nostra: sunt quippe ipsi in nobis, tanquam deus in templo suo: sumus autem nos in illo, tanquam creatura in creatore suo. Deinde cum dixisset, ut & ipsi in nobis vnum sint, adiunxit, Ut mundus credat quia tu me misisti.

Quid est hoc? Nunquid nam tunc crediturus est mundus, quando in patre & filio vnum omnes erimus? Nōne ista est pax illa perpetua, & potius fidei merces quam fides: vnum enim erimus, nō ut credamus, sed quia credidimus. Sed etsi in hac vita propter ipsam communem fidem, omnes qui vni credimus vnum sumus: iuxta illud Apostoli, Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu, etiam sic nō ut credamus, sed quia credidimus vnum sumus: quid est ergo, omnes vnum sint, ut mundus credat? Ipsi quippe omnes mundus est credens. Neque enim alij sunt qui vnum erunt, & alius est mundus propterea creditur, quia illi vnum erunt, cum proculdubio de his dicat, ut omnes vnum sint, de quibus dixerat, nō pro his tantum rogo, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: continuo subiūctus, ut omnes vnum sint. Isti autem omnes quid est mundus, non hostilis vti que sed fidelis: nam ecce quid dixerat, Non pro mundo rogo: pro mundo rogo ut credat, quoniam est mundus de quo scriptum est, Ne cum hoc mundo dānemur: pro isto mundo non rogo, neque enim quod sit predestinatus ignorat: & est mundus de quo scriptum est, Non enim venit filius hominis ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum: vnde & Apostolus,

Deus inquit, erat in Christo, mundum reconcilians sibi: pro isto mundo rogo, dicens, Ut mundus credat quia tu me misisti. Per hanc enim fidem mundus reconciliatur deo, cum credit in Christum qui est missus a deo. Quomodo ergo intellecturi sumus, quod ait, Ut & ipsi in nobis vnum sint, ut credat mundus quia tu me misisti, nisi quia non in eo causam posuit ut credat mundus quia illi vnum sunt, tanquam ideo credat mundus, quod eos esse vnum videt, cum ipse mundus sint omnes qui credendo vnum sunt: sed orando dixit, ut mundus credat, sicut orando dixit, ut omnes vnum sint. Orando dixit, ut & ipsi in nobis vnum sint: hoc est enim omnes vnum sint, quod est mundus credat, quoniam credendo vnum sūt, perfecte vnum, qui cum natura essent vnum, dissentiendo ab vno non erant vnum. Denique si verbum quod ait rogo, tertio subaudiamus, vel potius quod planius fiat ubique ponamus, erit huius expositio sententiæ manifestior, rogo ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, rogo ut & ipsi in nobis vni sint, rogo ut mundus credat quia tu me misisti. Ideo quippe addidit quod dixit in nobis, ut quod vnum efficiamur fidelissima charitate, gratiæ dei nouerimus tribuendum esse, non nobis, sicut Apostolus cum dixisset, Fuitis aliquando tenebræ, nūc autem lux, inquit, & ne sibi hoc tribuerent, adiecit, in domino. Deinde saluator noster rogando patrem, se hominem demonstrabat, nunc demonstrans & seipsum, quoniam cū patre deus est facere quod rogat: Et ego, inquit, claritatem quam dedisti mihi dedi illis. Quam claritatem, nisi immortalitatem, quæ natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acceperat eam, sed more suo propter immobilitatem predestinationis, præteriti temporis verbis futura significat, quod nunc clarificandus, hoc est, suscitandus a patre, & ipse sit nos ad eam claritatem suscitaturus in fine: simile est hoc ei, quod alibi dicit, Sicut pater suscitavit mortuos & viuificavit, sic & filius quos vult viuificavit. Et quos nisi eosdem quos pater: quæcumque enim pater facit, non alia sed hæc & filius facit: nec aliter, sed similiter facit: ac per hoc suscitavit & seipsum etiam ipse, nam vnde est, soluite templum hoc inquit, & in triduo resuscitabo illud: Proinde immortalitatis claritatem, quam sibi a patre datam dicit, etiam se sibi dedisse intelligendus est, etsi non dicit: ideo quippe sapius solum patrem facere dicit quod & ipse facit cum patre, ut quicquid est, ei tribuat de quo est: sed & aliquando etiam tacito patre se dicit facere quod ipse facit cum patre, ut intelligamus ita filium non esse a patris opere separandum, quando se tacito patre dicit aliquid operari, quæ admodum nec pater ab opere filij separatur, quando ipso tacito filius operari dicitur, quod nihilominus pariter operantur. Cum ergo tacet filius in opere patris operationem suam, humilitatem commendat ut sit nobis salubrior: cum vero vicissim in opere suo tacet operationem patris, paritatem suam commendat, ne credatur inferior: isto modo igitur & hoc loco nec se fecit alienum a patris opere, quoniam dixerit claritatem quæ dedisti mihi, quia & ipse dedit eam sibi: nec patrem facit alienum ab opere suo, quoniam dixerit, dedi eis, quia & pater illam dedit eis. Inseparabilia namque sunt opera, non solum patris & filij, verum etiam Spiritus sancti: sicut autem ex eo quod patrem pro suis omnibus rogavit, hoc fieri voluit ut omnes vnum sint, ita ex hoc etiā suo beneficio quod ait, claritatem quæ dedisti mihi dedi eis, id fieri nihilominus voluit: nam continuo subiūxit, Ut sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Deinde addidit,

Ephes. 5.

Ioan. 5.

Ioan. 2.

M

A addidit, Ego in eis & tu in me, ut sint consummati in vnum. Vbi se mediatorem inter deum & hominē breuiter intimaui: neque enim hoc ita dictum est, tanquam pater non sit in nobis, aut nos in patre non simus, cum & alio loco dixerit, Veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus: & hic pauloante nō dixerit, ego in eis & tu in me, quod dixit modo, aut ipsi in me & ego in te, sed tu in me & ego in te, & ipsi in nobis: quod ergo nunc ait, ego in eis & tu in me, ita dictum est ex persona mediatoris: sicut illud quod Apostolus ait, Vos Christi, Christus vero dei: quod vero addidit, ut sint consummati in vnum, ostendit eō per duci reconciliationem, quæ fit per mediatorem, ut perfecta beatitudine; cui iam nihil possit adici, persuamur: vnde id quod sequitur,

Ut cognoscat mundus quia tu me misisti, Nō sic accipiendum puto, tanquam dixerit, ut credat mundus: aliquid enim & cognoscere pro eo quod est credere ponitur, ut est quod ait aliquando superius, Et cognouerunt vere quia a te exiui, & crediderunt quia tu me misisti: hoc dixit posterior, crediderunt, quod prius dixerat cognouerunt. Sed hic quandoquidem de consummatione loquitur, talis est intelligenda cognitio, qualis erit per speciem, non qualis nunc est per fidem: nam videtur ordo esse seruatus in eo quod pauloante dixit, ut credat mundus: hic autem, ut cognoscat mundus. Ibi enim quāuis dixerit, ut omnes vnum sint, & in nobis vnum sint, nō ait tamen, sint consummati in vnum, atque ita subuenit, ut credat mundus quia tu me misisti: hic vero, ut sint, inquit, consummati in vnum, ac deinde non addidit, ut credat mundus, sed ut cognoscat mundus quia tu me misisti. Quādiu enim credimus quod non videmus, nōdum sumus ita consummati, quemadmodum erimus cū meruerimus videre quod credimus. Rectissime igitur ibi ait, ut credat mundus: hic ut cognoscat mundus, tamē & ibi & hic, quia tu me misisti, ut nouerimus quātum pertinet ad patris & filij inseparabilem charitatem, hoc nos modo credere, quod tendimus credēdo cognoscere: iam autem diceret, ut cognoscat quia tu me misisti, tantumdem valeret quantum hoc quod ait, ut cognoscat mundus: ipsi sunt enim mundus, non permanens inimicus, qualis est mundus damnationi predestinatus, sed ex inimico amicus effectus, propter quem deus erat in Christo mundū reconcilians sibi: ideo dixit, ego in eis & tu in me: tanquam diceret, ego in eis ad quos misisti me, & tu in me, mundum reconcilians tibi per me: propterea sequitur etiam illud quod ait, Et dilexisti eos sicut & me tu dilexisti. In filio quippe nos pater diligit, quia in ipso nos elegit ante constitutionem mundi: qui enim diligit vnigenitum, profecto diligit & membra eius, quæ adoptauit in eum & per eum: nec ideo pares sumus vnigenito filio, per quem creati & reconciliati sumus, quia dictum est, Dilexisti eos sicut & me, neque enim semper æqualitatem significat, qui dicit, sicut illud ita & illud, sed aliquando tantum, quia est illud, est & illud: aut quia est illud, ut sit & illud, Quis enim dixerit eo prorsus modo in mundum a Christo Apostolos missos, quomodo est ipse missus a patre? Ut enim alias taceam differentias, quas commemorare longum est, missi sunt certe illi cum iam homines essent, missus est autē ipse ut homo esset, & tamen superius ait, Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum: tanquam diceret, quia misisti me, misi eos: ita & hoc loco, dilexisti eos, inquit, sicut & me dilexisti: quod nihil aliud est, quā dilexisti eos, quia & me dilexisti. Non enim membra filij non diligeret, qui diligit filium, aut alia causa

Ioan. 14.

1. Corin. 3.

Supra tract. 106.

B

C

2. Cor. 5.

Ephes. 1.

Su. tract. 108.

Tomus nonus

est diligendi membra eius, nisi quia diligit eum, sed diligit filium secundum diuinitatem, quia genuit illum æqualem sibi: diligit eum etiam secundum id quod homo est, quia ipsum vnigenitum verbum caro factū est, & propter verbum est ei chara verbi caro. Nos autem diligit, quoniam sumus eius membra quem diligit, & hoc ut essemus, propter hoc nos dilexit antequam essemus. Quapropter incomprehensibilis est dilectio, qua diligit deus, neque mutabilis: non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij eius nos cepit diligere, sed ante mundi constitutionem dilexit nos, ut cū eius vnigenito etiam nos filij eius essemus, priusquam omnino aliquid essemus. Quod ergo reconciliati sumus deo per mortem filij eius, non sic audiatur, non sic accipiatur quasi ideo nos reconciliauerit ei filius, ut iam inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, ut deinde sint amici, & inimicem diligant qui oderant inimicem, sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus: quod vtrum verum dicam attestet Apostolus, Commendat, inquit, dilectionem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Habebat itaque ille erga nos charitatem, etiam cum inimicitias aduersum eum exercentes operaremur iniquitatem, & tamen ei verissime dictum est, Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro & diuino modo, & quando nos oderat, diligebat: oderat enim nos, quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumpserat, nouerat simul in vnoquoque nostrum & odisse quod feceramus, & amare quod fecerat, & hoc quidē in omnibus intelligi potest de illo cui veraciter dicitur, Nihil odisti eorum quæ fecisti: non enim quodcūque odisset esse voluisset, aut omnino esset quod omnipotens esse noluisse, nisi & in eo quod odit, esset etiam quod amaret. Merito quippe odit, & velut a regula suæ artis alienum improbat vitium: amat tamen suum etiam in vitiosis vel sanationis beneficium, vel damnationis iudicium: ita & deus nihil odit eorum quæ fecit, naturarum enim nō vitiorum conditor mala quæ odit ipse non fecit, & de malis eisdem vel sanando ea per misericordiam, vel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quæ fecit. Cum igitur eorum quæ fecit nihil oderit, quis digne possit quantum diligit membra vnigeniti sui, & quanto amplius ipsum vnigenitum, in quo condita sunt omnia visibilia & inuisibilia, quæ in suis generibus ordinata ordinatissime diligit? Membra quippe vnigeniti, ad angelorum sanctorum æqualitatem gratiæ suæ largitate perducit, vnigenitus autem cum sit dominus omnium proculdubio est dominus angelorum: natura qua deus est, non angelis, sed patri potius æqualis: gratia vero qua homo est, quomodo non excedit excellentiam cuiuslibet angeli, cum sit vna persona carnis & verbi. Quāquam non desunt qui etiam nos angelis præferant, quia pro nobis inquirunt, nō pro angelis mortuus est Christus, id quid est aliud quā de impietate velle gloriari? Etenim Christus, sicut ait Apostolus, iuxta tempus pro impiis mortuus est. Hic ergo non meritum nostrum, sed dei misericordia commendatur: nam quale est ideo se velle laudari, quia vitio suo tam detestabiliter egrotauit, ut non possit aliter quā medici morte sanari? Nō est hæc nostrorū gloria meritō, sed medicina morborū. An ideo nos præferimus angelis, quia cū & angeli peccauerint, nihil eis tale vnde sanaretur impetum est, quasi aliquid eis vel paruū fuerit

Ephes. 1.

Roma. 5.

Psal. 5.

Sapie. 11.

F

p

Su. tract. 107.

Ioan. 10.

Gal. 3.

1. Cor. 11.

Ioan. 3.

Gturos redemptor noster oravit, cum rogans pro Apostolis qui cum illo tunc erant, adiunxit etiam illos qui per eorum verbum in eum fuerant credituri. Quid autem aduersus illis deinde dicat, alia est disputatione tractandum.

De eo quod dicit, Vt omnes vni sint, sicut & tu pater in me, & ego in te: usque ad id, Et dilexisti eos sicut & me dilexisti.

Tractatus CX.

Quoniam dominus Iesus orasset pro discipulis suis, quos tunc secum habebat, atque adiunxisset suos alios, dicens, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, velut quæreremus, quid vel quare pro illis rogaret, continuo subiungit, dicens, Vt omnes vnum sint, sicut & tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vni sint. Et superius cum adhuc pro solis discipulis, quos secum habebat, oraret, Pater sancte, inquit, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos: hoc ergo nunc etiam & pro nobis rogauit, quod tunc pro illis, vt omnes, hoc est, & nos & illi vnum sumus. Vbi diligenter aduertendum est, non dixisse dominum vt omnes vnum sumus: sed, vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me & ego in te, subintelligitur, vnum sumus: quod apertius dicitur postea, & id prius dixerat de discipulis, qui cum illo erant, vt sint vnum sicut & nos. Quamobrem ita est pater in filio & filius in patre, vt vnum sint, quia vnius substantiæ sunt. Nos vero esse quidem in eis possumus, vnum tamen cum eis esse non possumus, quia vnius substantiæ nos & ipsi non sumus, in quantum filius cum patre deus est: nam in quantum homo est, eiusdem substantiæ est, cuius & nos sumus: sed nunc illud potius voluit commendare, quod alio loco ait, Ego & pater vnum sumus: vbi eandem patris & suam significauit esse naturam: ac per hoc & cum in nobis sint pater & filius, vel etiam spiritus sanctus, non debemus eos putare nature vnius esse nobiscum. Sic itaque sunt in nobis, vel in nos illis, vt illi vni sint in natura sua, nos vnum in nostris: sunt quippe ipsi in nobis, tanquam deus in templo suo: sumus autem nos in illo, tanquam creatura in creatore suo. Deinde cum dixisset, vt & ipsi in nobis vnum sint, adiunxit, Vt mundus credat quia tu me misisti.)

Su. tract. 107

Quid est hoc? Nunquid nam tunc crediturus est mundus, quando in patre & filio vnum omnes erimus? Nonne ista est pax illa perpetua, & potius fidei merces quam fides: Vnum enim erimus, non vt credamus, sed quia credidimus. Sed et si in hac vita propter ipsam communem fidem, omnes qui vni credimus vnum sumus: iuxta illud Apostoli, Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu, etiam sic non vt credamus, sed quia credidimus vnum sumus: quid est ergo, omnes vnum sint, vt mundus credat? ipsi quippe omnes mundus est credens. Neque enim alij sunt qui vnum erunt, & alius est mundus propterea crediturus, quia illi vnum erunt, cum proculdubio de his dicat, vt omnes vnum sint, de quibus dixerat, non pro his tantum rogo, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: continuo subiungit, vt omnes vnum sint. Isti autem omnes quid est mundus, non hostilis vtique sed fidelis: nam ecce quid dixerat, Non pro mundo rogo: pro mundo rogat vt credat, quoniam est mundus de quo scriptum est, Ne cum hoc mundo dānētur: pro isto mundo non rogat, neque enim quod sit prædestinatus ignorat: & est mundus de quo scriptum est, Non enim venit filius hominis vt iudicet mundum, sed vt saluet mundum per ipsum: vnde & Apostolus,

Ioan. 10.

Gal. 3.

1. Cor. 11.

Ioan. 3.

Deus inquit, erat in Christo, mundum reconcilians sibi: pro isto mundo rogat, dicens, Vt mundus credat quia tu me misisti. Per hanc enim fidem mundus reconciliatur deo, cum credit in Christum qui est missus à deo. Quomodo ergo intellegendum sumus, quod ait, Vt & ipsi in nobis vnum sint, vt credat mundus quia tu me misisti, nisi quia non in eo causam posuit vt credat mundus quia illi vnum sunt, tanquam ideo credat mundus, quod eos esse vnum videt, cum ipse mundus sint omnes qui credendo vnum sunt: sed orando dixit, vt mundus credat, sicut orando dixit, vt omnes vnum sint. Orando dixit, vt & ipsi in nobis vnum sint: hoc est enim omnes vnum sint, quod est mundus credat, quoniam credendo vnum sunt, perfecte vnum, qui cum natura essent vnum, dissentiendo ab vno non erant vnum. Denique si verbum quod ait rogo, tertio subaudiamus, vel potius quod planius fiat vbi que ponamus, erit huius expositio sententiæ manifestior, rogo vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, rogo vt & ipsi in nobis vni sint, rogo vt mundus credat quia tu me misisti. Ideo quippe addidit quod dixit in nobis, vt quod vnum efficiamur fidelissima charitate, gratiæ dei nouerimus tribuendum esse, non nobis, sicut Apostolus cum dixisset, Fuitis aliquando tenebræ, nunc autem lux, inquit, & ne sibi hoc tribuerent, adiecit, in domino. Deinde saluator noster rogando patrem, se hominem demonstrabat, nunc demonstrans & seipsum, quoniam cum patre deus est facere quod rogat: Et ego, inquit, claritatem quam dedisti mihi dedi illis. Quam claritatem, nisi immortalitatem, quam natura humana in illo fuerat acceptura? Nam nec ipse adhuc acceperat eam, sed more suo propter immobilitatem prædestinationis, præteriti temporis verbis futura significat, quod nunc clarificandus, hoc est, suscitandus à patre, & ipse sit nos ad eam claritatem suscitandus in fine: simile est hoc ei, quod alibi dicit, Sicut pater suscitauit mortuos & viuificauit, sic & filius quos vult viuificat. Et quos nisi eosdem quos pater: quæcunque enim pater facit, non alia sed hæc & filius facit: nec aliter, sed similiter facit: ac per hoc suscitauit & seipsum etiam ipse, nam vnde est, soluite templum hoc inquit, & in triduo resuscitabo illud: Proinde immortalitatis claritatem, quam sibi à patre datam dicit, etiam se sibi dedisse intelligendus est, etsi non dicit: ideo quippe sapiens solum patrem facere dicit quod & ipse facit cum patre, vt quicquid est, ei tribuat de quo est: sed & aliquando etiam tacito patre se dicit facere quod ipse facit cum patre, vt intelligamus ita filium non esse à patris opere separandum, quando se tacito patre dicit aliquid operari, quæ admodum nec pater ab opere filij separatur, quando ipso tacito filius operari dicitur, quod nihilominus pariter operantur. Cum ergo tacet filius in opere patris operationem suam, humilitatem commendat vt sit nobis salubrior: cum vero vicissim in opere suo tacet operationem patris, paritatem suam commendat, ne credatur inferior: isto modo igitur & hoc loco nec se fecit alienum à patris opere, quauis dixerit claritatem quam dedisti mihi, quia & ipse dedit eam sibi: nec patrem facit alienum ab opere suo, quauis dixerit, dedi eis, quia & pater illam dedit eis. Inseparabilia namque sunt opera, non solum patris & filij, verum etiam spiritus sancti: sicut autem ex eo quod patrem pro suis omnibus rogauit, hoc fieri voluit vt omnes vnum sint, ita ex hoc etiam suo beneficio quod ait, claritatem quam dedisti mihi dedi eis, id fieri nihilominus voluit: nam continuo subiungit, Vt sint vnum, sicut & nos vnum sumus. Deinde addidit,

K

2. Cor. 5.

L

Ephes. 5.

Ioan. 5.

Ioan. 2.

M

A addidit, Ego in eis & tu in me, vt sint consummati in vnum. Vbi se mediatorem inter deum & hominem breuiter intimauit: neque enim hoc ita dictum est, tanquam pater non sit in nobis, aut nos in patre non sumus, cum & alio loco dixerit, Veniemus ad eum & mansionem apud eum faciemus: & hic paulo ante non dixerit, ego in eis & tu in me, quod dixit modo, aut ipsi in me & ego in te, sed tu in me & ego in te, & ipsi in nobis: quod ergo nunc ait, ego in eis & tu in me, ita dictum est ex persona mediatoris: sicut illud quod Apostolus ait, Vos Christi, Christus vero dei: quod vero addidit, vt sint consummati in vnum, ostendit eò perducere reconciliationem, quæ fit per mediatorem, vt perfecta beatitudine; cui iam nihil possit adici, persuamur: vnde id quod sequitur, Vt cognoscat mundus quia tu me misisti. Non sic accipiendum puto, tanquam dixerit, vt credat mundus: aliquid enim & cognoscere pro eo quod est credere ponitur, vt est quod ait aliquando superius, Et cognouerunt vere quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti: hoc dixit posterius, crediderunt, quod prius dixerat cognouerunt. Sed hic quandoquidem de consummatione loquitur, talis est intelligenda cognitio, qualis erit per speciem, non qualis nunc est per fidem: nam videtur ordo esse seruatus in eo quod paulo ante dixit, vt credat mundus: hic autem, vt cognoscat mundus. Ibi enim quauis dixerit, vt omnes vnum sint, & in nobis vnum sint, non ait tamen, sint consummati in vnum, atque ita subnexuit, vt credat mundus quia tu me misisti: hic vero, vt sint, inquit, consummati in vnum, ac deinde non addidit, vt credat mundus, sed vt cognoscat mundus quia tu me misisti. Quamdiu enim credimus quod non videmus, non dum sumus ita consummati, quemadmodum erimus cum meruerimus videre quod credimus. Rectissime igitur ibi ait, vt credat mundus: hic vt cognoscat mundus, tamé & ibi & hic, quia tu me misisti, vt nouerimus quantum pertinet ad patris & filij inseparabilem charitatem, hoc nos modo credere, quod tendimus credendo cognoscere: si autem diceret, vt cognoscat quia tu me misisti, tantumdem valeret quantum hoc quod ait, vt cognoscat mundus: ipsi sunt enim mundus, non permanens inimicus, qualis est mundus damnationi prædestinatus, sed ex inimico amicus effectus, propter quem deus erat in Christo mundum reconcilians sibi: ideo dixit, ego in eis & tu in me: tanquam diceret, ego in eis ad quos misisti me, & tu in me, mundum reconcilians tibi per me: propterea sequitur etiam illud quod ait, Et dilexisti eos sicut & me tu dilexisti. In filio quippe nos pater diligit, quia in ipso nos elegit ante constitutionem mundi: qui enim diligit vnigenitum, profecto diligit & membra eius, quæ adoptauit in eum & per eum: nec ideo pares sumus vnigenito filio, per quem creati & reconciliati sumus, quia dictum est, Dilexisti eos sicut & me, neque enim semper æqualitatem significat, qui dicit, sicut illud ita & illud, sed aliquando tantum, quia est illud, est & illud: aut quia est illud, vt sit & illud, Quis enim dixerit eo prorsus modo in mundum à Christo Apostolos missos, quomodo est ipse missus à patre? Vt enim alias taceam differentias, quas commemorare longum est, missi sunt certe illi cum iam homines essent, missus est autem ipse vt homo esset, & tamen superius ait, Sicut me misisti in mundum, & ego misi eos in mundum: tanquam diceret, quia misisti me, misi eos: ita & hoc loco, dilexisti eos, inquit, sicut & me dilexisti: quod nihil aliud est, quam dilexisti eos, quia & me dilexisti. Non enim membra filij non diligeret, qui diligit filium, aut alia causa

Ioan. 14.

1. Corin. 3.

Supra tract. 106.

B

2. Cor. 5.

Ephes. 1.

Su. tract. 108

est diligendi membra eius, nisi quia diligit eum, sed diligit filium secundum diuinitatem, quia genuit illum æqualem sibi: diligit eum etiam secundum id quod homo est, quia ipsum vnigenitum verbum caro factum est, & propter verbum est ei chara verbi caro. Nos autem diligit, quoniam sumus eius membra quem diligit, & hoc vt essemus, propter hoc nos dilexit antequam essemus. Quapropter incomprehensibilis est dilectio, qua diligit deus, neque mutabilis: non enim ex quo ei reconciliati sumus per sanguinem filij eius nos cepit diligere, sed ante mundi constitutionem dilexit nos, vt cum eius vnigenito etiam nos filij eius essemus, priusquam omnino aliquid essemus. Quod ergo reconciliati sumus deo per mortem filij eius, non sic audiatur, non sic accipiatur quasi ideo nos reconciliauerit ei filius, vt iam inciperet amare quos oderat, sicut reconciliatur inimicus inimico, vt deinde sint amici, & inuicem diligant qui oderant inuicem, sed iam nos diligenti reconciliati sumus ei, cum quo propter peccatum inimicitias habebamus: quod vtrum verum dicam attestetur Apostolus, Commendat, inquit, dilectionem suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Habebat itaque ille erga nos charitatem, etiam cum inimicitias aduersum eum exerceremus operaremur iniquitatem, & tamen ei verissime dictum est, Odisti domine omnes qui operantur iniquitatem. Proinde miro & diuino modo, & quando nos oderat, diligebat: oderat enim nos, quales ipse non fecerat, & quia iniquitas nostra opus eius non omni ex parte consumperat, nouerat simul in vnoquoque nostrum & odibile quod feceramus, & amare quod fecerat, & hoc quidem in omnibus intelligi potest de illo cui veraciter dicitur, Nihil odisti eorum quæ fecisti: non enim quod eum odisset esse voluisset, aut omnino esset quod omnipotens esse noluisse, nisi & in eo quod odit, esset etiam quod amaret. Merito quippe odit, & velut à regula suæ artis alienum improbat vitium: amat tamen suum etiam in vitiosis vel sanationis beneficium, vel damnationis iudicium: ita & deus nihil odit eorum quæ fecit, naturarum enim non vitiorum conditor mala quæ odit ipse non fecit, & de malis eiusdem vel sanando ea per misericordiam, vel ordinando per iudicium, bona sunt ipsa quæ fecit. Cum igitur eorum quæ fecit nihil oderit, quis digne possit quantum diligit membra vnigeniti sui, & quanto amplius ipsum vnigenitum, in quo condita sunt omnia visibilia & inuisibilia, quæ in suis generibus ordinata ordinatissime diligit? Membra quippe vnigeniti, ad angelorum sanctorum æqualitatem gratiæ suæ largitate perducit, vnigenitus autem cum sit dominus omnium proculdubio est dominus angelorum: natura qua deus est, non angelis, sed patri potius æqualis: gratia vero qua homo est, quomodo non excedit excellentiam cuiuslibet angeli, cum sit vna persona carnis & verbi. Quanquam non desint qui etiam nos angelis præferant, quia pro nobis inquit, non pro angelis mortuus est Christus, id quid est aliud quam de impietate velle gloriari? Etenim Christus, sicut ait Apostolus, iuxta tempus pro impiis mortuus est. Hic ergo non meritum nostrum, sed dei misericordia commendatur: nam quale est ideo se velle laudari, quia vitio suo tam detestabiliter egrotauit, vt non possit aliter quam medici morte sanari? Non est hæc nostrorum gloria meritum, sed medicina morborum. An ideo nos præferimus angelis, quia cum & angeli peccauerint, nihil eis tale vnde sanarentur impetum est, quasi aliquid eis vel parum fuerit

D

Ephes. 1.

Roma. 5.

E

Psal. 5.

Sapient. 11.

F

Tomus nonus

p impensum



**G**impesum & nobis amplius? Quod etsi factum esset, ad huc quæri posset, utrum ideo fuisset factum quod steteramus excellentius, an quod desperatius iacebamus? cū vero nouerimus bonorum omnium creatorem reparandis angelis malis nihil gratiæ contulisse, cur non potius intelligimus, quod tanto damnabilior eorum iudicata sit culpa, quanto erat natura sublimior? Tāto enim minus, quam nos peccare debuerunt, quanto meliores nobis fuerunt. Nunc autem in offendendo creatorē tāto execrabilius beneficio eius ingrati extiterunt, quanto beneficentius sunt creati: nec eis satis fuit desertores esse illius, nisi & nostri fierent deceptores. Hoc itaque nobis magnum bonum confert, qui dilexit nos sicut dilexit Christum, ut propter ipsum cuius membra nos esse uoluit æquales angelis sanctis sumus, qui & natura inferiores conditi sumus, & peccato indigniores facti, qui eorum fieri qualescunque socij deberemus.

De eo quod dicit, Pater quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum & illi sint mecum: usque ad id, ut dilectio qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis: Tractatus C X I.

**H** magnam spem dominus Iesus suos erigit, qua maior omnino esse non possit. Audite & estote in spe gaudentes, propter quod uita ista non amanda sed toleranda sit, ut esse possitis in eius tribulatione patientes, Audite, inquam, & quod spes uestra leuetur atcedit. Christus Iesus dicit filius dei unigenitus, qui patri coæternus & æqualis est dicit, qui propter nos homo factus est, sed sicut omnis homo mendax non factus est, dicit, uia, uita, ueritas dicit, qui mundum uicit, de his quibus uicit dicit. Audite, credite, sperate, desiderate quod dicit, Pater, inquit, quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum & illi sint mecum. Qui sunt isti quos ait a patre datos sibi nonne illi de quibus alio loco dicit, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum? lam quomodo ea quæ fieri dicit a patre, faciat & ipse cum patre, si quid in hoc Euangelio proficimus, nouimus. Ipsi sunt ergo quos a patre accepit, quos & ipse elegit de mundo, atque elegit, ut iam non sint de mundo, sicut non est & ipse de mundo, & sint tamen etiam ipsi mundus credens & cognoscens, quod Christus a deo patre sit missus, ut mundus ex mundo liberaretur, ne mūdus deo reconciliandus cum mūdo inimicissimo dānaretur: sic enim ait in huius orationis exordio, Dedit ei potestatem omnis carnis, id est, omnis hominis, ut omne quod dedit ei, det eis uitam æternam, ubi ostendit potestatem se quidem omnis hominis accepisse, ut liberet quos uoluerit, damnet quos uoluerit, qui uiuos & mortuos iudicabit, sed eos sibi esse datos, quibus omnibus det uitam æternam: sic enim ait, Ut omne quod dedit ei, det eis uitam æternam. Proinde non ei dati sunt, quibus uitam non dabit æternā, quanuis & ipsorum potestas data sit, cui potestas data est omnis carnis, id est, omnis hominis: ita mundus reconciliatus ex inimico liberabitur mundo, cum in illo exerit potestatem suam, ut eum in mortem mittat æternā: hūc autem facit suum, cui uitam donat æternam. Quapropter omnibus prorsus omnibus suis bonus pastor, omnibus membris suis magnum caput promissit hoc præmium, ut ubi ipse est & nos cum illo sumus: nec poterit nisi fieri quod omnipotenti patri se uelle dixit omnipotens filius: ubi enim & spiritus sanctus pariter æternus, pariter deus, spiritus unus duorum & substantia uoluntatis amborum: nam illud quod dixit legitur pro-

pinquante passione, Verum non quod ego uolo, sed quod tu vis pater: quasi alia patris, alia filij sit uolūtas aut fuerit, sonus est nostræ infirmitatis, quanuis fidelis quanuis in se caput nostrum transfigurauit, quando etiā peccata nostra portauit: unam uero esse patris & filij uolūtatē, quorum etiam spiritus unus est, quo adiūcto cognoscimus trinitatem: etsi intelligere nondum permittit infirmitas, credat pietas. Sed quoniam quibus promiserit, & quā firma sit ipsa promissio, pro sermone breuitate iam diximus, hoc ipsum quantum ualemus, quid sit quod dignatus est promittere uideamus: Quos dedisti mihi, inquit, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum: quantum attinet ad creaturam in qua factus est ex semine David secundum carnem, nec ipse adhuc erat ubi futurus erat: sed eo modo dicere potuit, ubi ego sum, quo intelligeremus quod cito fuerat ascensus in cælum, ut iam ibi esse se diceret, ubi fuerat mox futurus: potuit & illo modo quo ante iam dixerat loquens ad Nicodemum, Nemo ascendit ad cælum nisi qui descendit ad cælum filius hominis qui est in cælo: nam & ibi non dixit, erit, sed est, propter unitatē personæ, in qua & deus homo est, & homo deus: in cælo ergo nos futuros esse promissit: illa enim forma serui leuata est quam sumpsit ex uirgine, & ad patris dexteram collocata, propter spem tanti huius boni & Apostolus ait, Deus autem qui diues est in misericordia propter multam charitatem qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, cōiunxit nos in Christo, cuius gratia sumus facti, & simul excitauit & simul sedere fecit in cælestibus in Christo Iesu: hoc ergo potest intelligi dixisse dominum, ut ubi ego sum & illi sint mecum: & ipse quidem de se dixit, quod ubi iam esset: de nobis autem uelle se dixit, ut essemus ibi cū illo, non quod iam essemus offēdit: Apostolus autem quod dominus uelle se dixit ut fieret, tanquam factum fuerit locutus: non enim ait, excitaturus est nos, & in cælestibus sedere facturus: sed, excitauit, & sedere in cælestibus fecit: quia non inaniter sed fideliter iam deputat factum, quod futurum esse non dubitat. Quod uero attinet ad formam dei, in qua æqualis est patri, si secundum eam uelimus intelligere quod dictum est, uolo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, abscedat ab animo omnis imaginū eorporalium cogitatio, quicquid menti occurrerit longum, latum, crassum, qualibet luce corporea coloratum, per qualibet locorum spacia uel finita uel infinita diffusum. Ab his omnibus quantum potest aciem suā cōtēplationis uel intentionis auertat, & non inquiratur æqualis patri filius ubi sit, quoniam nemo inuenit ubi non sit, sed qui uult quærere, quærat potius ut cum illo sit, non ubique: sicut ille, sed ubique: esse potuerit: qui enim homini penaliter pendenti, & salubriter cōfidenti ait, Hodie mecum eris in paradiso, secundum id quod homo erat, anima eius ipso die futura fuerat in inferno, caro in sepulchro: secundum autē id quod deus erat, utique & in paradiso erat, & ideo latronis anima a pristinis facinoribus absoluta, & illius munere iam beata, quanuis ubique: sicut ille esse non poterat, tamen etiā ipso die cū illo in paradiso poterat, unde ille qui ubique semper est non recesserat: propterea nimirum non ei satis fuit dicere, uolo ut ubi ego sum & illi sint: sed addidit, mecum: esse enim cum illo magnum bonum est, nam & miseri esse possunt ubi est ille: quoniam quicumque ubique fuerint, est & ille, sed beati soli sunt cū illo, quia beati esse non poterunt nisi ex illo. An non deo ueraciter dictum est, Si ascendero in cælum, tu ibi es: & si descendero ad infernū, ades? Aut uero Christus non est dei sapientia, quæ attingit ubique pro-

Mat. 26. K  
Roma. 1.  
Ioan. 3.  
Eph. 2.  
Luc. 23.  
Gal. 1. 8.  
Sap. 7.

**A**pter suam mundiciam? Sed lux licet in tenebris, nec eā tenebræ cōprehendunt: ac per hoc ut de re uisibili quāuis longe dissimili qualescunque sumamus exemplum, sicut cæcus etiam si ibi sit ubi lux est, non est tamen ipse cum luce, sed abscens est a presentia: ita infidelis atque impius, aut etiam si fidelis & pius, nondum tamen ad inueniendum lumen sapientiæ idoneus, si etiam nūquam possit ubi non sit Christus, non est tamen ipse cū Christo dumtaxat per speciem: nam hominem pie fidelem, non est dubitandum cum Christo esse per fidem propter quod dicit, Qui non est mecum aduersum me est: sed cum patri deo dicebat, Quos dedisti mihi, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum: de specie illa omnino dicebat, in qua uidebimus eum sicuti est. Nemo serenissimum sensum nubifosa contradictione perturbet, cōsequencia perhibeat testimonium præcedentibus uerbis: nempe cum dixisset, uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum: continuo secutus adiunxit, Ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionē mundi. Ut uideant dixit: non, ut credat: fidei merces est ista non fides: si enim ad Hæbræos in epistola recte definita est, coniunctio rerum quæ non uidentur, cur non merces fidei definitur uisio rerum quæ creditæ sperabantur? Cum uiderimus enim claritatem quam dedit pater filio, etiam si eam dici hoc loco intelligamus, non quam pater æquali filio gignens eum dedit, sed quam factio homini filio dedit ei post mortem crucis, quando ergo uidebimus illam filij claritatē, profecto tunc fiet iudicium uiuorum atque mortuorum: tunc tolletur impius ut non uideat claritatem dei, quam nisi illam qua deus est: Beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt: nec mundo corde sunt impij, propterea non uidebunt, tunc ibunt ipsi in supplicium æternum: sic enim tolletur impius, ne uideat claritatem dei, iusti autem ibunt in uitam æternam. Et quæ est uita æterna? Ut cognoscant, inquit, te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum: non utique sicut eum cognouerunt, qui licet non mundi corde, tamen in forma serui clarificati iudicantem uideri potuerunt: sed sicut cognoscendus est a mundis corde solus uerus deus, cum patre & spiritu sancto filius, quia ipsa trinitas est solus uerus deus: si ergo secundum id quod filius dei deus est patri cōæqualis atque cōæternus, accipiamus hoc dictum, uolo ut ubi ego sum & ipsi sint mecum, in patre cum Christo erimus, sed ille sicut ille, nos sicut nos, ubique corpore fuerimus: si enim loca dicenda sunt, & quibus non corpora continentur, & locus est cuique rei ubi est, locus Christi æternus est, ubi semper ipse pater est, & locus patris filius est, quia ego, inquit, in patre, & pater in me est: & in hac oratione, sicut tu pater, inquit, in me & ego in te, & locus interea noster ipsi sunt, quia sequitur, ut & ipsi in nobis unum sint: & nos locus dei sumus, quoniam templum eius sumus, sicut orat pro nobis qui mortuus est pro nobis, uiuitque pro nobis, ut in ipsis unum simus, quia factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion, quæ nos sumus. Sed quis idoneus loca ista, uel quæ sunt in locis istis sine spaciōsis capacitibus, & sine corporeis molibus cogitare? Non parum tamen proficitur, si saltem quicquid tale oculo cordis occurrerit, negatur, respuitur, improbat. Et lux quædam in qua ista neganda, respuenda, improbanda cernuntur, sicut potuerit cogitari, & quā sit certa cognoscitur & amatur, ut inde surgatur, atque ad interiora tendatur. Quæ cum penetrare mens inualida, & minus quā illa sunt pura nequiuertit, non sine amoris gemitu & deside-

rij lachrymis inde pellatur, & patienter ferat quamdiu d fide mundetur, atque ut illic habitare ualeat, sanctis moribus præparetur. Quomodo ergo non erimus cū Christo ubi est, quando in patre cum illo erimus in quo est? Neque hinc Apostolus nobis quanuis nondum rem tenentibus, sed tamen spem gerentibus tacuit: ait enim, Si surrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram, Mortui enim estis, inquit, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo: ecce interim fide ac spe uita uestra ubi Christus est, cum illo est, quia cum Christo in deo est: ecce uelut iam factum est quod orauit ut fieret, dicens, uolo ut ubi ego sum & ipsi sint mecum: sed nunc per fidem, quando autem fiet per speciem? Cum Christus, inquit, apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria. Tunc apparebimus quod tunc erimus, quia tunc apparebit non inaniter nos id credidisse ac sperasse quod antequā essemus fecit cui filius, cum dixisset, ut uideant claritatem meam, quam dedisti mihi: continuo subiunxit, Quia dilexisti me ante constitutionem mundi. In illo enim dilexit & nos ante constitutionem mundi, & tunc prædestinauit quod in fine facturus est mundi. Pater, inquit, iuste mundus te non cognouit: Quia iustus es, ideo te non cognouit. Mundus quippe ille damnationi prædestinatus merito non cognouit: mundus uero que per Christum reconciliauit sibi, non merito sed gratia cognouit. Quid est enim eū cognoscere, nisi uita æterna? quā mundo damnato utique non dedit, reconciliato dedit. Propterea itaque mundus te non cognouit qui iustus es, nec & meritis eius ut te cognosceret tribuisti: & propterea mundus reconciliatus cognouit quia misericors es, & ut cognosceret non eius merito, sed gratia subuenisti: denique sequitur, Ego autē te cognoui. Ipse fons gratiæ est deus natura, homo autem de spiritu sancto & uirgine ineffabili gratia: denique propter ipsum, quia gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Et hi cognouerunt, inquit, quia tu me misisti. Ipse est mundus reconciliatus: sed quia tu me misisti, ideo cognouerunt, ergo gratia cognouerunt. Et notum feci eis, inquit, nomen tuum, & notum faciam. Notum feci per fidem, notum faciam per speciem: notum feci cum sine peregrinantibus, notum faciam sine fine regnantibus. Ut dilectio, inquit, quam dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis. Non est uisitata locutio, dilectio quam dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis: uisitate quippe diceretur, dilectio qua dilexisti me: de Græco quidem ista translata est, sed sunt similes & Latine, sicut dicimus, fidelem seruitutem seruiuit, strenuam militiam militauit, cum dici debuisset uideatur, fidelem seruitutem seruiuit, strenua militiam militauit. Qualis autem ista locutio est, dilectio quam dilexisti me, tali & Apostolus usus est, Bonum certamen certavi: non ait, bono certamine, quod uisitatius etiam rectiusque diceretur. Quomodo autem dilectio qua dilexit pater filium, est & in nobis, nisi quia membra eius sumus, & in illo diligimur cum ipse diligitur totus, id est, caput & corpus? Ideo subiunxit, & ego in ipsis: tanquam diceret, quoniam ego sum in ipsis. Aliter enim est in nobis tanquam in templo suo, aliter autem quia & nos ipse sumus, cum secundum id quod ut caput nostrum esset, homo factus est, corpus eius sumus. Finita est saluatoris oratio, incipit passio: ergo & iste sermo finiatur, ut de passione quod ipse donauerit, alijs sermonibus disputetur.

Ioan. 1.  
Matt. 12.  
1. Ioan. 3.  
Habr. 11.  
Eph. 2. 6.  
Matt. 5.  
Mat. 2. 5.  
Ioan. 17.  
Ioan. 14.  
Gal. 7. 5.

Psal. 115.  
Ioan. 14.  
Ioan. 6.  
Ioan. 15.

2. Timo. 4.

G De eo quod dicit, Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus: usque ad id. Et ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: Tractatus CXII.

Cap. XVIII. Erminato magno prolixoque sermone, quæ post coenam dominus fundendo pro nobis proximus sanguini ad discipulos habuit, qui cum illo tunc erant, adiuncta oratione, quam dixit ad patrem, deinceps eius passionem Ioannes euangelista sic exorsus est. Hæc cum dixisset Iesus egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse, & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas, qui tradebat eum locum, quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Hoc quod narrat ingressum domini cum discipulis suis in hortum, non continuo factum est, cum eius illa finita esset oratio, de cuius verbis ait, Hæc cum dixisset Iesus, sed alia quædam sunt interposita, quæ ab isto prætermissa apud alios euangelistas leguntur, sicut apud hunc inueniuntur multa, quæ illi similiter in sua narratione tacuerunt. Quomodo autem inter se omnes conueniant, ne veritati, quæ per alium promittitur, ab alio repugnetur, quisquis nosse desiderat, non in his sermonibus, sed in aliis laboriosis literis querat, nec stando & audiendo, sed potius sedendo & legendo, vel legenti autem mentemque intentissimam præbendo illa condiscat. Credat tamen antequam sciat, siue id etiam scire in hac vita possit, siue per aliqua impedimenta non possit, nihil ab aliquo euangelista esse cõscriptum, quantum ad hos attinet, quos in auctoritatem canonicam recepit Ecclesia, quod vel ipsius vel alterius non minus veraci narrationi possit esse contrarium. Nunc itaque huius beati Ioannis narrationem, quam suscepimus tractandam, sine aliorum comparatione videamus in eis quæ manifesta sunt non immorantes, ut hoc ubi opus est, causa poscente faciamus. Non ergo sic accipiamus quod ait, Hæc cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, ubi erat hortus, in quem introiit ipse & discipuli eius: tanquam continuo post illa verba in illorum hortu fuerit ingressus, sed ad hoc valeat, quod dictum est, hæc cum dixisset Iesus, ut non eum ante opinemur ingressum, quam illa verba finiret. Sciebat autem, inquit, & Iudas qui tradebat eum locum. Ordo verborum est, sciebat locum qui tradebat eum, quia frequenter, inquit, Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Ibi ergo lupus ouina pelle contectus, & inter oues alto patrifamilias consilio toleratus didicit, ubi ad tempus exiguum dispergeret gregem, insidiis appetendo pastorem. Iudas ergo, inquit, cum accepisset cohortem, & a principibus & Phariseis ministros venit illuc cum laternis & facibus & armis. Cohors non Iudeorum, sed militum fuit, a præfide itaque intelligatur accepta, tanquam ad tenendum reum, seruato ordine legitima potestatis, ut nullus temeribus auerteret obistere, quanquam & manus tanta fuerit congregata, & sic armata veniebat, ut vel terreret vel etiam repugnaret, si quisquam Christum defendere auderet. Ita quippe eius abscondebatur potestas & ostendebatur infirmitas, ut hæc inimicis necessaria videretur aduersus eum, in quem nihil valuit, nisi quod ipse voluisset, bene uteretur malis, & faciens bona de malis, ad faciendos bonos ex malis, & discernendos bonos a malis. Iesus itaque, sicut euangelista secutus adiungit, sciens omnia que ventura erant super eum, processit & dicit eis, Quid quer-

ritis? Responderunt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradidit eum cum ipsis. Ut ergo dicit eis ego sum, abierunt retrorsum & ceciderunt in terram. Vbi nunc militum cohors, & ministri principum & Phariseorum: ubi terror & munimen armorum? Nempe vna vox dicentis, ego sum, tantam turbam odiis ferocem, armisque terribile sine telo villo percussit, repulit, strauit. Deus enim latebat in carne, & sempiternus dies ita membris occultabatur humanis, ut lateris & facibus quæretur occidendus a tenebris, Ego sum dicit, & impios deiecit. Quid iudicaturus faciet, qui iudicandus hoc fecit? Quid regnaturus poterit, qui moriturus hoc potuit? Et nunc ubique per euangelium, ego sum dicit Christus, & a Iudæis expectatur Antichristus, ut retro redeant, & in terram cadant, quomam deserentes cœlestia, terrena desiderant. Certe ad comprehendendum Iesum persecutores cum traditore venerunt, quem querebant inueniunt. Audierunt, ego sum, quare non comprehenderunt, sed abierunt retro & ceciderunt, nisi quia hoc voluit, qui potuit, quicquid voluit. Verum si nunquam se ab eis permitteret apprehendi, non quidem illi facerent, propter quod venerat, sed nec ipse faceret propter quod venerat. Eum quippe illi occidendum quærebant sciendo, sed quærebant nos & ipse moriendo. Proinde quia tenere volentibus, nec valentibus, ostendit potestatem suam, iam teneant eum, ut faciat de nescientibus voluntatem suam. Iterum ergo eos interrogauit, Quid queritis? Illi autem dixerunt Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis, quia ego sum, si ergo me queritis, finite hos abire, ut adimpleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam. Si me, inquit, queritis, finite hos abire. Inimicos videt, & hoc faciunt quod iubet, sinunt eos abire, quos non vult perire. Nunquid autem non erat postea moriturus? Cur ergo si tunc morentur perderet eos, nisi quia nondum sic in eum credebant, quomodo credunt quicumque non pereunt. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, & percussit seruum principis sacerdotum, & abscidit eius auriculam dextram. Erat autem nomen serui Malchus. Solus hic euangelista etiam nomen huius serui expressit, sicut Lucas solus, quod eius auriculam dominus tetigerit & sanauerit eam, Malchus autem interpretatur regnaturus. Quid ergo auris pro domino amputata & a domino sanata significat, nisi auditum amputata vetustate renouatum, ut sit in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ? Quod cui præstitum fuerit a Christo, quis dubitet regnaturum esse cum Christo? Quod autem seruus dictus est, & hoc ad illam pertinet vetustatem, quæ in seruitutem generat, quod est Agar. Sed cum accessit sanitas, figurata est & libertas. Factum tamen Petri dominus improbavit, & progredi ultra prohibuit dicens: Mitte gladium tuum in vaginam, Calicem quem dedit mihi pater, non vis ut bibam illum? In suo quippe facto ille discipulus magistrum defendere voluit, non quod significatum est cogitauit. Et ille igitur ad patientiam commouendus fuit, & hoc ad intelligentiam conscribendum. Quod autem a patre sibi dicit datum calicem passionis, profecto illud est quod ait Apostolus, Si deus pro nobis, quis contra nos? qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum? Verum author calicis huius est etiam ipse qui bibit: unde idem Apostolus iterum dicit, Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Cohors autem & tribunus & ministri Iudeorum, compre-

A comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum. Comprenderunt autem quem non accesserunt, quoniam dies ille, illi vero tenebræ permanserunt, nec audierunt, Accedite ad eum & illuminabimini. Si enim sic accederent, non enim manibus occidendum, sed recipiendum corde comprehenderent. Nunc autem quando eum illo modo comprehenderunt, tunc ab illo longius recesserunt, & ligauerunt eum a quo solui potius velle debuerunt, & erant fortassis in eis qui tunc impoierunt Christo vincula sua, atque ab eo postea liberati dixerunt, Dirupisti vincula mea. Hæc hodie satis sunt, tractabuntur deo volente sermone alio quæ sequuntur.

De eo quod dicit, Et adduxerunt eum ad Annam primam usque ad id. Iterum ergo negauit eum Petrus, & statim gallus cantauit: Tractatus CXIII.

R. Osteaquam persecutores tradente Iuda comprehensum dominum ligauerunt, qui dilexit nos & tradidit semetipsum pro nobis, & cui pater non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, ut intelligatur Iudas non laudabilis utilitate traditionis huius, sed sceleris voluntate damnabilis. Adduxerunt eum, sicut Ioannes euangelista narrat, ad Annam primam, nec tacet causam, cur ita factum sit. Erat enim, inquit, focer Caiaphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem, inquit, Caiaphas, qui consilium dedit Iudæis, quia expediret vnum hominem mori pro populo. merito & Matthæus cum id breuius narrare voluisset, eum ad Caiapham ductum fuisse commemorat: quia & ad Annam prius ideo ductus est, quod focer eius fuerit, ubi intelligendum est hoc eundem Caiapham fieri voluisse, Sequatur autem, inquit, Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Quisnam iste sit discipulus, non temere affirmandum est, quia tacetur: solet autem se idem Ioannes significare ita & addere, quem diligebat Iesus: fortassis ergo & hic ipse est, quisquis tamen sit, sequentia videamus. Discipulus autem ille, inquit, erat notus pontifici, & introiit cum Iesu in atrium pontificis, Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiit ergo alius discipulus qui erat notus pontifici, & dixit ostiariæ, & introduxit Petrum: dicit ergo Petro ancilla hostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit iste, Non sum. Ecce columna firmissima ad vnus auræ impulsam tota cõtremit: ubi est illa promittentis audacia, & de se plurimum præfumentis, ubi sunt verba illa, quando ait, Quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam. Hoc cine est sequi magistrum, se negare discipulum? Sic cine pro domino anima ponitur, ut hoc ne fiat, vox ancillulæ formidetur? Sed quid mirum si deus vera prædixit, homo autem falsa præsumpsit? Sanè in ista qua iam cepta est negatione apostoli Petri, debemus aduertere, non solum ab eo negari Christum, qui dicit eum non esse Christum, sed ab illo etiam qui cum sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait Petro, discipulum meum te negabis, sed me negabis: negauit ergo ipsum, cum se negauit esse discipulum. Quid autem aliud isto modo quam se negauit esse Christianum? Quauis enim discipuli Christi nondum appellarentur hoc nomine, post ascensionem quippe eius in Antiochia primum ceperunt appellari discipuli Christiani, iam tamen erat res ipsa illo postea vocabulo nuncupanda, iam erant discipuli, qui postea appellati sunt Christiani, & hoc commune nomen sicut communem etiam fidem ad posteros transmiserunt. Qui ergo se Christi negauit esse discipulum, ipsam rem negauit, cuius nomen est vocari

Christianum. Quam multi postea, non dico senes & anus, in quibus huius vitæ societas facilius potuit mortis pro Christi confessione continere, nec solum iuuentus vtriusque sexus, de qua ætate conuenienter videtur exigi fortitudo, sed etiam pueri puellæque potuerunt, & innumerabilis societas sanctorum martyrum in regnum cœlorum fortiter & violenter intrauit, quod tunc iste non potuit, qui clauus regni eius accepit: ecce vnde dictum est, Sinite hos abire, quando se pro nobis tradidit, qui suo sanguine nos redemit, ut impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi, non perdidisti ex eis quemquam. Vtiq; enim Petrus si negato Christo hinc iret, quid aliud quam periret? Stabant autem serui & ministri ad prunas, Ego frigus erat, & calefaciebant se, non hyems erat, & tamen frigus erat, quale solet etiam æquinoctio verno aliquando contingere. Erat autem cum eis & Petrus stans & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis eius & de doctrina eius: Respondit ei Iesus, Ego palam locutus sum mundo, ego semper docui in synagoga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt, & in occulto locutus sum nihil: Quid me interrogas? Interroga eos qui audierunt quid locutus sim ipsis, ecce hi sciunt quæ dixi. Nō præteritū nascitur quæstio, quomodo dixerit dominus Iesum, ego palam locutus sum mundo: & maxime illud quod ait, in occulto locutus sum nihil. Nōne in hoc ipso recitatore sermone, quæ post coenam discipulis est locutus, ait illis, Hæc in proterbiis locutus sum vobis: venit hora cum tiam non in proterbiis loquar vobis, sed palam de patre meo annuntiabo vobis: Si ergo ipsis conuincioribus discipulis suis non loquebatur palam, sed horam promittebat, quando palam erat locuturus, quomodo palam locutus est mundo? Deinde illis ipsis sicut aliorum quoque euangelistarum testatur auctoritas, in eorum cõparatione quid discipuli eius non erant, multo vtiq; manifestius loquebatur, quando cum solis erat remotus a turbis, tunc enim eis & parabolas aperiebat, quas clausas proferebat ad alios. Quid est ergo, in occulto locutus sum nihil? Sed intelligendum est ita eum dixisse, palam locutus sum mundo: ac si dixisset, multi me audierunt. Ipsum autem palam modo quodam erat palam, modo autem quodam non erat palam: Palam quippe erat, quia multi audiebant: & rursum non erat palam, quia non intelligebant: & quod seorsum discipulis loquebatur, non in occulto vtiq; loquebatur. Quis namque in occulto loquitur, qui coram tot hominibus loquitur, cum scriptum sit, In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum: præfertim si hoc loquitur paucis, quod per eos vult innotescere & multis: sicut ipse dominus ait illis quos adhuc paucos habebat, Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Ergo & hoc ipsum quod ab ipso dici videbatur occulte: quod dāmodo non dicebatur in occulto, quia non ita dicebatur, ut ab eis quibus dictum fuerat taceretur, sed ita potius, ut vsquequaque prædicaretur. Sic ergo dici potest aliquid & palam simul & non palam, vel in occulto simul & non in occulto, quomodo dictum est, ut videntes videant, & non videant. Quomodo enim videant, nisi quia palam, non in occulto? Et quomodo idem ipsi rursus non videant, nisi quia non palam, sed in occulto? Ea tamen ipsa quæ audierant & non intellexerant, talia erant ut non possent iuste ac veraciter criminari: & quotienscūq; interrogado tentarunt, ut inuenirent unde & accusarent eum, sic eis respondit, ut omnes eorum retunderentur doli, & calumnia frustrarentur: ideo dicebat, quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sim

\*aliis obte- debatur.

Luc. 22.

Roma. 7.

Gala. 4.

\*aliis, facie- dum.

Roma. 8.

Eph. 5.

Psal. 33.

Psal. 115.

Eph. 5.

Ioan. 11.

Matt. 26.

Ioan. 19.

Ioan. 13.

11. q. 2. ca. nō sibi abnegat

Acto. 13.

Matt. 16.

Su. tract. 112.

Ioan. 16.

Matt. 10.

**G** ipsi, ecce hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cū dixisset, vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu dicens, Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Quid ista responsione verius, mansuetius, iustius? Eius est enim de quo prophetica vox præcesserat, Intende prospere, procede & regna, propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam. Si cogitemus quis acceperit alapam, nõne vellemus eum qui percussit, aut cœlesti igne consumi, aut terra dehiscente sorberi, aut corruptum dæmonio volutari, aut aliqua huiusmodi qualibet pœna, vel etiam grauiore puniri? Quid enim horum per potentiam iubere nõ potuisset, per quem factus est mundus, nisi patientiam nos docere maluisset qua vincitur mundus? Forte hic dicit aliquis, cur non fecit quod ipse præcepit? Percussit enim non sic respondere, sed maxillam debuit alteram præbere. Quid quod & veraciter, mansuete iustæque respondit, & non solum alteram maxillam iterum percussuro, sed totum corpus figendum præparauit in ligno: & hinc potius demonstrat, quod demonstrandum fuit, sua scilicet magna illa præcepta patientiæ nõ ostentatione corporis, sed cordis præparatione faciendæ: fieri enim potest vt alteram maxillam visibiliter præbeat homo & iratus. Quanto ergo melius & respondet vera placatus, & ad vera perferenda grauiora tranquillo animo fuit paratus? Beatus est enim qui in omnibus quæ iniuste pro iustitia patitur, potest veraciter dicere, Paratum cor meum deus, paratum cor meum. Hinc fit quippe quod sequitur, cantabo & psalmum dicam domino. Quod Paulus & Barnabas etiam in vinculis durissimis facere potuerunt. Sed ad narrationis euangelicæ sequentia redeamus: Et misit eum Annas ligatū ad Caiphā pontificem. Ad illum enim sicut Matthæus dicit ab initio ducebatur, quoniam ipse erat illius anni princeps sacerdotum: alternos quippe intelligendi sunt agere solere annos ambo pontifices, id est, principes sacerdotum, qui erāt illo tempore Annas & Caiphā, quos & Lucas euangelista commemorat, narrans quo tempore cœperit domini præcursor Ioannes prædicare regnum cœlorum & congregare discipulos: sic enim dicit, Sub principibus sacerdotum Anna & Caiphā factum est verbum domini super Ioannem Zachariæ filium in deserto, & cætera. Proinde isti ambo pontifices vicissim suos annos agebant. Et erat tunc annus Caiphæ quando passus est Christus. Ideo secundū Matthæum cum comprehensus esset, ad eum ductus est, sed prius ad Annam secundum Ioannem venerunt cum illo, non quia collega, sed quia focer eius erat. Et credendum est secundum voluntatem Caiphæ id esse factum, vel etiam domus eorum ita fuisse positas, vt non deberet Annas à transeuntibus præteriri. Sed cum dixisset Euangelista quod eum ligatum miserit Annas ad Caiphā, reuersus est ad locum narrationis vbi reliquerat Petrus, vt explicaret quod in domo Annæ de trina eius negatione contigerat. Erat autem, inquit, Simon Petrus stans & calefaciens se. Hoc recapitulat quod antè iam dixerat: deinde quæ secuta sunt iungit. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit, Non sum. Iam semel negauerat ad ancillæ vocem, & ecce iterum eodem timore perterritus negauit. Deinde vt tertia negatio perficeretur, & verbū domini prædicentis impleteretur: Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscedit Petrus auriculam, Nonne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo ne-

Psal. 44.

Matt. 5.

Psal. 56.

Matt. 26.

Luc. 1.

Matt. 26.

gavit Petrus, & statim gallus cantauit. Ecce medici completa est prædictio, ægroti conuicta præsumptio: non enim factum est quod iste dixerat, à suo deo seductoribus prote ponam: sed factum est quod ille prædixerat, Ter me negabis. Sed trina Petri negatione completa, iam & iste sermo compleatur, vt deinceps quæ de domino apud Pontium Pilatum præsidem gesta sunt, ab alio consideremus exordio.

Ab eo quod dicit, Adducunt ergo Iesum à Caiphā in prætorium, Erat autē mane: usque ad id quod ait, Vt sermo Iesu impleteretur quem dixit, significās qua morte esset moriturus:

Tractatus CXIII.

**V**æ cum domino vel de domino nostro Iesu Christo apud Pontium Pilatum præsidem gesta sunt, quantum Ioannes euangelista indicat, deinde videamus. Redit enim ad locum narrationis suæ vbi eā reliquerat, vt explicaret Petri negationem. Iam quippe dixerat, Et misit eum Annas ligatum ad Caiphā pontificem, atque inde regressus euangelista vbi dimiserat Petrum calefacientem se ad ignem in atrio, posteaquam totam eius negationem qua ter facta est terminauit, iterum percurrat ad ordinem historiarum. Adducunt ergo Iesum, inquit, à Caiphā in prætorium. Ad Caiphā quippe ab Anna collega & focero eius dixerat missum: sed si ad Caiphā, cur in prætorium? Quod nihil aliud vult intelligi, quam vbi præses Pilatus habitabat. Aut igitur aliqua vrget causa de domo Annæ, quod ad audiendum Iesum ambo conuenerāt, Caiphā perrexit ad prætorium præsidis, & focero suo Iesum reliquerat audiendum: aut in domo Caiphæ prætorium Pilatus acceperat, & tanta domus erat, vt seorsum habitantem dominum suum, seorsum iudicem ferret:

Erat autem mane, & ipsi, id est qui ducebant Iesum, non introierunt in prætorium, hoc est in eam partē domus, quam Pilatus tenebat, si ipsa erat domus Caiphæ. Cur autem non introierunt in prætorium, exponens causam, Vt non contaminarentur, inquit, sed vt manducarent pascha. Dies enim agi cœperant azy-morum, quibus diebus contaminatio illis erat in alienigenæ habitaculum intrare. O impia & stulta cæcitas, habitaculo videlicet contaminarentur alieno, & non contaminarentur scelere proprio? Alienigenæ iudicis prætorio contaminari timebant, & fratris innocentis sanguinem fundere non timebant, vt hoc solum interrim dicam, vbi rea malorum conscientia tenebantur. Nam quod etiam dominus erat, qui eorum impietate ducebatur ad mortem, & vitæ dator occidebatur, non eorum conscientia, sed ignorantia deputetur. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras & dixit, Quam accusationem assertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor, non tibi tradidisset eum. Interrogatur atque respondeat ab immundis spiritibus liberati, sanati languidi, leprosi mundati, surdi audientes, muti loquentes, cæci videntes, mortui resurgentes, & quod omnia superat, stulti sapientes, vt rum sit malefactor Iesus. Sed ista dicebant, de quibus per Prophetam iam ipse prædixerat, Retribuebant mihi mala pro bonis. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam. Quid est quod loquitur insana crudelitas? An non interficiebant quem interficiendum offererāt, an forte crux non interficit? Sic desipiunt qui non sectantur, sed insectantur sapienciam. Quid est autē, nobis non

K

Ioan. 13.

L

M

Psal. 34.

De pecc. dist. 1. ca. Periculois.

**A** non licet interficere quenquam? Si malefactor est, cur nõ licet nõne lex eis præcepit, ne malefactoribus, præfertim qualem istum putabant, à suo deo seductoribus parcant? Sed intelligendum est eos dixisse, nõ sibi licere interficere quenquam: propter diei festi sanctitatem, quem celebrare iam cœperat, propter quem de ingressu etiam prætorij contaminari metuebant. Itā ne obduruistis salū Israëlita? itā ne omnem sensum nimia malitia perdidistis, vt ideo vos à sanguine innocentis impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri tradidistis? Nūquid & Pilatus illum, qui potestati eius à vobis ingeritur occidendus, suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi, si non infidati estis ei, si non vobis tradendum pecunia comparastis, si non comprehendistis, vinxistis, adduxistis, odistis: si non occidendū manibus obtulistis, vocibus poposcistis, non eum à vobis interfectum esse iactate. Si autem illis omnibus vestris præcedentibus factis, etiam crucifige crucifige clamastis, audite quid cōtra vos Prophetæ clamat, Filij hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Ecce quibus armis, quibus sagittis, qua machæra iustum interfecistis, quando vobis interficere quenquam non licere dixistis. Hinc est quod ad comprehendendum Iesum, cum sacerdotum non venissent principes, sed misissent: Lucas tamen euangelista in eodem narrationis suæ loco ait, Dixit autem, inquit, Iesus ad eos qui venerant ad se principes sacerdotum, & magistratus templi, & seniores, Quasi ad latronem existis: & cætera. Sicut ergo principes sacerdotum non per se ipsos, sed per eos, quos miserant ad comprehendendum Iesum, quid aliud quam ipsi in suæ iustionis potestate venerunt: sic omnes qui crucifigedum Iesum impiis vocibus clamauerunt, non quidem per se ipsos eum, sed tamē ipsi per illum, qui eorum clamore ad hoc nefas impulsus est, occiderunt: quod vero Ioannes euangelista subiungit, Vt sermo Iesu impleteretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Si mortem crucis hic velimus accipere, tanquam ideo dixerint Iudæi, Nobis non licet interficere quenquam: quia interficere aliud est, aliud crucifigi, non video quomodo id possit consequenter intelligi, cum hoc ad Pilati verba responderint, quibus eis dixerat, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum: nunquid ergo eum non poterant accipere, & ipsi eum crucifigere, si per tale genus supplicij interfectionem cuiusquam vitare cupiebant? Quis autem non videat quā sit absurdum eis licere quenquam crucifigere, quibus non licet quæquam interficere? Quid quod ipse dominus eandem mortem suam, id est, mortem crucis, etiam interfectionem vocat: sicut legimus apud Marcum vbi ait, Ecce ascendimus Hierosolymam, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & scribis, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget? Nimirum ergo ista dicendo significauit dominus, quæ esset morte moriturus, non quod hic mortē crucis vellet intelligi, sed quod eum Iudæi fuissent gentibus tradituri, hoc est, Romanis: nam Pilatus Romanus erat, eumque in Iudæam Romani præsidem miserāt. Vt ergo iste sermo Iesu impleteretur, id est, vt eum sibi traditū gentes interficerent, quod Iesus futurum esse prædixerat: ideo Pilatus qui iudex Romanus erat, cum vellet eum reddere Iudæis vt secundum legem suam iudicarent eum, noluerunt eum accipere dicentes, Nobis nõ licet interficere quenquam. Ac sic impletus est sermo Iesu, quem

Ioan. 19.

Psal. 56.

Luc. 22.

Marc. 10.

Tornus notus. p. iiii. Regnum,

de sua morte prædixit, vt eum à Iudæis traditum interficerent gentes, minore scelere quàm Iudæi, qui se isto modo ab eius interfectione velut alienos facere voluerunt, non vt eorum innocentia, sed vt clementia monstraretur.

De eo quod dicit, Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, et vocauit Iesum: usque ad id quod ait, Erat autem Barrabæ latro: Tractatus CXV.

**V**id Pilatus dixerit Christo, quid ve Pilato ille responderit, isto sermone considerandum atque tractandum est: cum enim dictum esset Iudæis, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum: atque illi respondissent, nobis non licet occidere quenquam. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus, & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Et respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Sciebat vtique dominus, & quod ipse interrogauit, & quid ille responsurus fuit: sed tamē dici voluit, non vt ipse sciret, sed vt scriberetur, quod nos voluit vt sciremus. Respondit ei Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtique decertarent, vt non traderer Iudæis, nunc autem regnum meum non est hinc. Hoc est quod bonus magister scire nos voluit: sed prius nobis demonstranda fuerat vana hominum de regno eius opinio siue gentium, siue Iudæorum, à quibus id Pilatus audierat, quasi propterea morte fuisset plebædus, quod illicitum affectauerit regnum, vel quoniam solent regnaturis inuidere regnantes, & videlicet cauendum erat, ne eius regnum siue Romanis, siue Iudæis esset aduersum. Poterat autem dominus quod ait, Regnum meum non est de hoc mundo &c. ad primam interrogationem præsidis respondere vbi ei dixit, Tu es rex Iudæorum? sed eum vicissim interrogans, vt rum hoc à semetipso diceret, an audisset ab alijs, illo respondente ostendere voluit hoc sibi apud illum fuisse à Iudæis velut crimen obiectum, patefaciēs nobis cogitationes hominum quas ipse nouerat, quoniam vana sunt, & que post responsionem Pilati, etiam Iudæis & gentibus opportunius aptiusque respondens, Regnum meum non est de hoc mundo. Quod si interroganti Pilato cōtinuo respondisset, non etiam Iudæis, sed solis gentibus hoc de se opinantibus respondisse videretur. Nunc vero quoniam respondit Pilatus, nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices tradiderunt te mihi, quid fecisti? abstulit à se suspensionem qua possit putari à semetipso dixisse, quod Iesum regem dixerat esse Iudæorum, id se à Iudæis audisse demonstrans. Deinde dicendo, quid fecisti? satis ostendit illud ei pro crimine obiectum: tanquam diceret, si regem te negas, quid fecisti vt tradereris mihi? Quasi mirum non esset, si puniendus iudici traderetur, qui se diceret regem. Si autem hoc non diceret, querendum ab illo esset, quid aliud forte fecisset, vnde tradi iudici dignus esset. Audite ergo Iudæi & gentes, audi circuncisio, audi præputium, audite omnia regna terrena, non impedio dominationem vestram in hoc mundo, regnum meum non est de hoc mundo, Nolite metuere metu vanissimo, quo Herodes ille maior cum Cleopatra natus nunciaretur, expant, & tunc infantes, vt ad eum mors perueniret, occidit, tamen magis quàm irascendo crudelior,

Matt. 21.

p. iiii. Regnum,



**G** Regnum, inquit, meum non est de hoc mundo. Quid vultis amplius? Venite ad regnum quod non est de hoc mundo: venite credendo, & nolite sequere me. Dicit quidem prophetia de deo patre, Ego autem constitutus sum rex ab eo, super Sion montem sanctum eius: sed Sion illa & mons ille non est de hoc mundo: quod est enim eius regnum nisi credentes in eum, quibus dicit, De mundo non estis, sicut & ego non sum de mundo: quantumvis eos esse vellet in mundo, propter quod de illis dixit ad patrem, Non rogo ut tollas eos de mundo, sed ut serues eos a malo. Vnde & hic non ait, regnum meum non est in hoc mundo: sed, non est de hoc mundo: & cum hoc probaret dicens, si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei utique decertarent, ut non traderet Iudæis: non ait, nunc autem regnum meum non est hic, sed, non est hinc. Hic est enim regnum eius usque in finem seculi, habens inter se commixta zizania usque ad messem, messis enim finis est seculi, quando messores venient, id est angeli, & colligent de regno eius omnia scandala, quod utique non fieret, si regnum eius non esset hic, sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo. Regno suo quippe dicit, De mundo non estis, sed ego vos elegi de mundo. Erant ergo de mundo, quando regnum eius non erant, sed ad mundi principem pertinebant. De mundo est ergo quicquid hominum a vero quidem deo creatum, sed ex Adam vitiosa atque damnata stirpe generatum est. Factum est autem regnum non iam de mundo, quicquid inde in Christo regeneratum est. Sic enim nos deus eruit de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij claritatis sue: de quo regno dicit, Regnum meum non est de hoc mundo: vel, regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis, quia rex sum ego. Non quia regem se timuit confiteri, sed tu dicis, ita libratum est, ut neque se regem neget: rex est enim cuius regnum non est de hoc mundo: neque regem talem se esse fateatur, cuius regnum putetur esse de hoc mundo: tale quippe ille sentiebat qui dixerat, Ergo rex es tu? Cui responsum est, tu dicis, quia rex sum ego: dictum est enim, tu dicis, ac si dictum esset, carnalis carnaliter dicis. Deinde ait, Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum, ut testimonium perhibeam veritati. Non est producenda huius pronominis syllaba quod ait, in hoc natus sum, tanquam dixerit, in hac re natus sum: sed corripienda, tanquam dixerit, ad hanc rem natus sum, vel ad hoc natus sum, sicut ait, ad hoc veni in mundum. In Græco namque Evangelio nihil est huius locutionis ambiguum, vnde manifestum est eum temporalem natiuitatem suam hic commemorasse, qua incarnatus venit in mundum, non illam sine initio qua deus erat, per quem pater condidit mundum. In hoc ergo se dixit natum, id est, propter hoc natum, & ad hoc venisse in mundum, utique nascendo de virgine, ut testimonium perhibeat veritati. Sed quia non omnium est fides, adiunxit atque ait, Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem. Audit utique interioribus auribus, id est, obaudit meam vocem, quod tantumdem valeret si diceret, credit mihi. Cum itaque Christus testimonium perhibeat veritati, profecto testimonium perhibet sibi: eius quippe vox est, Ego sum veritas: & dixit alio quoque loco, Ego testimonium perhibeo de me: quod vero ait, Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam, gratiam commendavit quæ secundum propositum vocat: de quo proposito dicit Apostolus, Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum dei

vocati sunt, propositum scilicet vocantis, non vocatorum: quod alibi aperius ita positum est, Conlabora Evangelio secundum virtutem dei saluos nos facientis & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam: nam si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes veritas creauerit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt quibus ut audiant veritatem, hoc est, ut obediant veritati & credant in veritatem, ex ipsa veritate praestatur, nullis proculdubio precedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset, Omnis qui audit meam vocem ex veritate est, ideo dictus ex veritate putaretur, quia obtemperat veritati: non autem hoc ait, sed ait, Omnis qui est ex veritate, audit meam vocem: ac per hoc non ideo est ex veritate, quia eius audit vocem: sed ideo audit, quia ex veritate est, id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est. Quod quid est aliud quam donante Christo credit in Christum? Dixit ei Pilatus, Quid est veritas? Nec expectavit audire responsum. Sed cum hoc dixisset, iterum exiit ad Iudæos, & dixit eis, Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis, ut vnum dimittam vobis in pascha, vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Credo cum dixisset Pilatus, quid est veritas, in mentem illi venisse continuo consuetudinem Iudæorum qua solebat eis dimitti vnum in pascha, & ideo non expectavit ut responderet ei Iesus quid esset veritas, ne mora fieret cum recolisset more quo posset eis per pascha dimitti, quod eum valde voluisse manifestum est, Auelli tamen ex eius corde non potuit Iesum regem esse Iudæorum, tanquam hoc sibi sicut in titulo ipsa veritas fixerit, de qua quid esset interrogauit. Sed hoc audito, Clamauerunt rursus omnes dicentes, Non hunc, sed Barrabam: Erat autem Barrabas Iatro. Non reprehendimus, o Iudæi quod per pascha liberastis nocentem, sed quod occidistis innocentem: quod tamen nisi fieret, verum pascha non fieret: sed umbra veritatis a Iudæis errantibus tenebatur, & mirabili dispensatione diuinæ sapientiae per homines fallaces eiusdem umbræ veritas implebatur, quia ut verum pascha fieret, Christus velut ovis immolabatur. Hinc ea sequuntur quæ iniuriosa Christo Pilatus & cohors eius ingessit, sed alia disputatione tractanda sunt.

De eo quod dicit, Tunc ergo apprehendit Pilatus Iesum & flagellauit: usque ad id quod ait, Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt eum: Tractatus CXVI.

**U**m Iudæi clamassent, non Iesum sibi a Pilato dimitti velle per pascha, sed Barrabam Iatrom, non saluatorem, sed interfectorem: non datorem vitæ, sed ademptorem. Tunc apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Hoc Pilatus non ob aliud fecisse credendus est, nisi ut eius iniuriis Iudæi satiati sufficere sibi existimarent, & usque ad eius mortem Iudæi sentire desisterent. Ad hoc pertinet quod idem præses cohortem suam etiam permisit facere quæ sequuntur, aut fortassis & iussit, quantumvis hoc Euangelista tacuerit: dixit enim quid deinde fecerint milites, Pilatum tamen id iussisse non dixit. Et milites, inquit, plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant, Ave rex Iudæorum: Et dabant ei alapas. Sic implebatur quæ de se prædixerat Christus: sic martyres informabantur ad omnia quæ persecutores libenter facere perferenda: sic paulisper occultata tremēda potentia, commenda-

**A** commendabatur prius imitanda patientia: sic regnum quod de hoc mundo non erat, superbum mundum non atrocitate pugnandi, sed patiendi humilitate vincebat: sic illud granum multiplicandum seminabatur horribili contumelia, ut mirabili pullularet in gloria. Exiit iterum Pilatus foras & dicit eis, Ecce adduco eum foras, ut cognoscatis, quia in eo nullam causam inuenio. Exiit ergo Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum, & dicit eis, Ecce homo. Hic apparet non ignorante Pilato hæc a militibus facta, siue iusserit ea siue permiserit, illa scilicet causa quæ supra diximus, ut hæc eius ludibria inimici libentissime biberent, & ulterius sanguinem non sstirent. Egreditur ad eos Iesus portans spineam coronam & purpureum vestimentum, non clarus imperio, sed plenus opprobrio: & dicitur eis, Ecce homo. Si regi inuidetis, iam parcite quia deiectione videtis. Flagellatus est, spinis coronatus est, ludibriosa veste amictus est, amarum conuictis illusus est, alapis cæsus est, feruet ignominia, frigescat inuidia, sed non frigescat, inardescit potius & increpuit. Cum ergo vidissent eum pontifices & ministri clamabant dicentes, Crucifige crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos & crucifigite: ego enim non inuenio in eo causam. Responderunt ei Iudæi, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filius dei se fecit. Ecce altera maior inuidia. Parua quippe illa videbatur, velut affectata illicito ausu regis potestatis, & tamen neutrum sibi Iesus mendaciter vsurpauit, sed verum est, & vngentus dei filius est, & rex ab eo constitutus super Sion montem sanctum eius, & vtrunque nunc demonstraret, nisi quanto erat potentior, tanto mallet esse patientior. Cum ergo audisset Pilatus hoc verbum, magis timuit, & ingressus est pratorium iterum, & dicit ad Iesum, Vnde es tu? Iesus autem responsum non dedit ei. Hoc silentium domini nostri Iesu non semel factum, collatis omnium euangelistarum narrationibus reperitur, & apud principes sacerdotum, & apud Herodem, quod eum sicut Lucas indicat, miserat Pilatus audiendum, & apud ipsum Pilatum, ut non frustra de illo propheta præcellerit: Sicut agnus coram tondeute se sine voce, sic non aperuit os suum, tunc utique quando interrogantibus non respondit. Quamuis enim quibusdam interrogationibus sæpe responderit, tamen propter illa, in quibus noluit respondere, ad hoc data est de agno similitudo, ut in suo silentio non reus sed innocens haberetur. Cum ergo iudicaretur vbi cumque non aperuit os suum: sicut agnus non aperuit, id est, non sicut male sibi conscius, qui de peccatis conuincitur suis, sed sicut mansuetus, qui pro peccatis immolabatur alienis. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittere te? Respondit Iesus, Non haberes aduersum me potestatem ullam, nisi tibi datum esset desuper: propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Ecce respondit, & tamen vbi cumque non respondit, non sicut reus sine dolosus, sed sicut agnus, hoc est, sicut simplex atque innocens non aperuit os suum. Proinde vbi non respondebat, sicut ovis silebat: vbi respondebat, sicut pastor docebat. Discamus ergo quod dixit, quod & per Apostolum docuit, quia non est potestas nisi a deo, Et quia plus peccat qui potestati innocentem occidendum liuore tradit, quam potestas ipsa si eum timore alterius maioris potestatis occidit. Talem quippe Pilato deus dederat potestatem, ut etiam esset sub Cæsaris potestate. Quapropter non haberes, inquit, aduersum me potestatem ullam, id est, quantumcumque habes, nisi hoc ipsum quic-

quid est tibi esset datum desuper. Sed quoniam scio quantum dicit, non enim tantum est, ut tibi omnimodum liberum sit: propterea qui tradidit me tibi, maius peccatum habet. Ille quippe me tuæ potestati tradidit inuidendo, tu vero eandem potestatem in me exerciturus es metuendo. Nec timendo quidem, præsertim innocentem homo hominem debet occidere, & inuidus homicida malus est, & sed tamen id zelando facere multo magis malum est, quam timendo, Et ideo non ait verax magister, qui me tradidit tibi, ipse habet peccatum, tanquam ille non haberet: sed ait, maius habet peccatum, ut etiam se habere intelligeret: neque enim propterea illud nullum est, quia hoc maius est. Exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Quid est hoc quod dictum est, exinde? Quali antea non quærebat? Lege superiora, & inuenies iam dudum eum quæ-rere dimittere Iesum. Exinde itaque intelligendum est propter hoc, id est, ex hac causa, ne haberet peccatum occidendo innocentem sibi traditum, quantumvis minus peccans quam Iudæi qui eum illi tradiderant occidendum. Exinde ergo, id est, ideo ne hoc peccatum faceret, non nunc primum, sed ab initio quærebat eum dimittere. Iudæi autem clamabant dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: Omnis enim qui se regem facit, con-tradicit Cæsari. Maiorem timorem se ingerere putauerunt Pilato terrendo de Cæsare ut occideret Christum, quam superius vbi dixerunt, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filius dei se fecit. Eorum legem quippe ille non timuit ut occideret: sed magis filium dei timuit ne occideret. Nunc vero non sic potuit continere Cæsarem authorem potestatis suæ, quemadmodum legem gentis alienæ. Adhuc tamen Euangelista sequitur & dicit, Pilatus autem cum audisset hos sermones, adduxit foras Iesum, & sedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithostrotos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem pasche hora quasi sexta. Qua hora sit dominus crucifixus, propter euangelistæ alterius testimonium, qui dixit, Erat autem hora tertia, & crucifixerunt eum, quoniam magna disceptatio solet oboriri, cum ad ipsum locum vbi crucifixus narratur ventum fuerit, ut potuerimus, si dominus voluerit, disseremus. Cum ergo pro tribunali sedit Pilatus, Dicit Iudæis, Ecce rex vester. Illi autem clamabant, Tolle, tolle, crucifige eum, Dixit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Adhuc terrorem quem de Cæsare ingesserant, superare conatur, de ignominia eorum volens eos frangere dicendo, Regem vestrum crucifigam, quos de ignominia Christi mitigare non potuit, sed timore mox vincitur. Responderunt enim Pontifices, Non habemus regem nisi Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur. Apertissime quippe contra Cæsarem venire videretur, si regem se non habere nisi Cæsarem profiterentibus alium regem vellet ingerere dimittendo impunitum, quem propter hos ausus ei tradiderant occidendum. Tradidit ergo eis illum ut crucifigeretur: sed nunquid aliud & ante cupiebat quando dicebat, Accipite eum vos, & crucifigite: vel etiam superius, accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum? Cur autem illi tantopere noluerunt, dicentes, Nobis non licet interficere quemquam: & omni modo instantes, ut non ab eis, sed a præside occideretur, & ideo eum occidendum accipere recusantes, si nunc eum accipiunt occidendum? Aut si hoc non fit, cur dictum est, tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur? An aliquid interest? plane interest, non est enim dictum, Tunc ergo tradidit eis illum ut crucifigeretur eum, sed ut crucifigeretur, id est, ut iudicio ac potestatem

Ioan. 8.  
Ioan. 8.

Roma. 8.

2. Timo. 1.

Luc. 23.

Esaie. 53

Marci. 15.  
Infra tra-  
cta. 117.

Cap. XIX.

Roma. 13.

G testate praesidis crucifigeretur: sed ideo illis traditū dicit Euangelista, ut eos crimine implicatos à quo alieni esse conabantur, ostenderet. Non enim faceret hoc Pilatus, nisi ut id quod eos cupere cernebat, impleteret: quod autē sequitur, Susceperunt autem Iesum & eduxerunt. Post ad milites iam referri apparitores praesidis: nam postea evidentiū dicitur, Milites ergo cū crucifixissent eum: quāuis Euangelista etiāsi totum Iudaeis tribuit, merito facit. Ipsi enim susceperunt quod avidissime flagitauerunt, & ipsi fecerūt quicquid ut fieret extorserunt. Sed hac sequentia alio sermone tractanda sunt.

De eo quod dicit, Et baiulans sibi crucē, exiit in eum qui dicitur Caluarie locum: usque ad id quod ait, Respondit Pilatus, Quod scripsi scripsi.

Tractatus CXVII.

**I**udicante atque damnate Pilato pro tribunali dominum Iesum Christum hora quasi sexta, Susceperunt & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem exiit in eum qui dicitur Caluarie locum, Hebraice autem Golgotha, vbi crucifixerunt eum. Quid est ergo quod Marcus euangelista dicit, Erat autē hora tertia, & crucifixerunt eum: nisi quia hora tertia crucifixus est dominus linguis Iudeorum, hora sexta manibus militū: ut intelligamus horam quintam iam fuisse transactam, & aliquid de sexta coeptū, quādo sedit pro tribunali Pilatus, quā dicta est à Ioanne hora quasi sexta. Et cum duceretur ut in ligno cum duobus latronibus confingeretur, & iuxta eius crucē gererentur, quae gesta narratur, hora sexta integra completeretur, ex qua hora usque ad nonam sole obscurato, tenebras factas trium Euangelistarū, Matthaei, Marci, & Lucae cōtestatur auctoritas. Sed quoniam Iudaei facinus interfecti Christi à se in Romanos, id est, in Pilatū & eius milites transferre conati sunt, propterea Marcus suppressa ea hora qua Christus à militibus crucifixus est, quae agi sexta iam coeperat, tertiam potius horā esse recordatus expressit, quia hora intelliguntur apud Pilatū clamare potuisse, Crucifige, crucifige, ut non illi tantum reperiantur crucifixisse Iesum, id est, milites qui eum ligno sexta hora suspenderunt, verū etiā Iudaei, qui ut crucifigeretur hora tertia clamauerunt. Est & alia huius solutio quaestionis, ut non hic accipiatur hora sexta diei, quia nec Ioannes ait, Erat autē hora diei quasi sexta: laus, hora quasi sexta: sed ait, Erat autē parasceue paschae hora quasi sexta. Parasceue autē Latine praeparatio est: sed isto verbo Graeco libetius utitur Iudaei i huiusmodi obseruationib⁹, etiā qui magis Latine quā Graece loquuntur. Erat autē praeparatio paschae, pascha vero nostrū sicut dicit Apostol⁹, immolatus est Christus. Cui⁹ paschae praeparationē si ab hora noctis nona coepimus, tūc enim videtur principes sacerdotū pronūciasse immolationem domini dicentes, Reus est mortis, cum adhuc in domo pontificis audiretur, vnde congruenter accipitur inde coepisse praeparationem veri paschae, cuius umbra erat pascha Iudaeorum, id est, immolationis Christi, ex quo à sacerdotibus pronūciatus est immolandus, profecto ab ea noctis hora, quae tunc nona fuisse conicitur, usque ad horam diei tertiam qua crucifixum esse Christum Marcus euangelista testatur, sex horae sunt, tres nocturnae & tres diurnae. Vnde in hac parasceue paschae, id est, praeparatione immolationis Christi, quae ab hora noctis nona coeperat, quasi sexta agebatur hora, id est, peracta quinta iam sexta currere coeperat, quādo Pilatus tribunal ascendit: adhuc enim erat ipsa praeparatio quae ab hora noctis nona coeperat, donec fieret quae praeparabat Christi immolatio: quae facta est hora tertia

Marci. 15.

Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23.

1. Corin. 5.

Matth. 26.

secūdam Marcum, non praeparationis, sed diei eademque sexta non diei, sed praeparationis, sex utique horis à noctis nona usque ad diei tertiam coeputatis. Harum duarum solutionū istius difficilis quaestionis eligat quisque quam volet. Melius autem quid eligat iudicabit, qui de consensu Euangelistarū, quae operosissime disputata sunt legerit. Quod & si aliae solutiones eius potuerint inueniri, cumulatius euangelicae veritatis constantia defendetur aduersus calumnias infidelis atque impię vanitatis. Nūc ad narrationē Ioannis euangelistae post ista breuiter tractata redeamus. Susceperunt autem, inquit, Iesum & eduxerunt, & baiulans sibi crucē exiit in eum qui dicitur Caluarie locū, Hebraice Golgotha vbi crucifixerunt eum. Ibat ergo ad locum vbi fuerat crucifigendus, portans crucem suam Iesus. Grāde spectaculum, sed si spectat impietas, grande ludibrium: si pietas, grande mysterium. Si spectet impietas, grande ignominia documentum: si pietas, grande fidei munimentum. Si spectet impietas, ridet regem pro virga regni lignum sui portare supplicij: si pietas, videt regē baiulātē lignum ad semetipsum figendū, quod fixurus fuerat etiā in frōtib⁹ regū i eo spernedus oculis impiorū, in quo erat gloria tua corda sanctorū: dicturo enim Paulo, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi: ipsam crucem suam suo gestans humero commēdabat, & lucernae arsurae, quae sub modio ponēda nō erat, cādelabrum ferebat. Baiulans ergo sibi crucem, exiit in eū qui dicitur Caluarie locum, Hebraice Golgotha, vbi eū crucifixerunt. Et cum eo alios duos hinc & hinc, mediū autem Iesum. Isti duo latrones erant, sicut aliorum euangelistarum narratione didicimus, cum quibus crucifix⁹ & inter quos crucifixus est Christus: de quo praemissa dixerat prophetia, Et inter iniquos deputat⁹ est. Scripsit autem & titulum Pilatus, & posuit super crucem: erat autem scriptum, Iesus nazarenus rex Iudaeorum. Hūc ergo titulum multi legerunt Iudaeorum, quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifix⁹ est Iesus. Et erat scriptū Hebraice, Graece, & Latine. Rex Iudeorum. Haec quippe tres linguae ibi praeter ceteris eminebāt. Hebraea propter Iudaeos in dei lege gloriantes, Graeca propter gentiū sapientes, Latina propter Romanos, multis ac penē omnibus iam tunc gentibus imperantes. Dicebant ergo Pilato Pontifices Iudaeorum, Noli scribere rex Iudaeorū, sed quia ipse dixit, rex sum Iudaeorum, Respondit Pilatus. Quod scripsi scripsi. O ineffabile vim diuinā operationis, etiam in cordibus ignorantium. Nonne occulta vox quaedam Pilato intus quodam, si dici potest, clamoso silentio personabat, quod tanto ante in Psalmorū literis prophetatum est? Ne corrūpas tituli inscriptionem: ecce tituli inscriptionem non corrūpit, quod scripsit, scripsit. Sed etiam Pontifices qui hoc corrūpi volebant, quid dicebant? Noli scribere, inquit, rex Iudaeorum, sed quia ipse dixit, rex sum Iudaeorum. Quid loquimini insani? quid fieri contradicitis, quod mutare nullo pacto potestis? Nunquid enim propterea non erit verum, quia Iesus ait, rex sum Iudaeorum? Si corrūpi non potest quod Pilatus scripsit, corrūpi potest quod veritas dixit: sed Iudaeorū tātū rex est Christus, an & gentiū imo & gentiū: tū enim dixisset in prophetia, Ego autē cōstitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctū eius, praedicans praerēptum eius: ne propter montem Sion solis Iudaeis eam regem quisquam diceret constitutum: cōtinuo subiunxit, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: possessio tua a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuā terminos ter-

Li. 3. de cōf. sū euangeli. cap. 13.

L

Gala. 6.

Matth. 5.

Matth. 27. Marci. 15. Luc. 23.

Esai. 55.

M

Psal. 59.

Psal. 2.

ra

**A**ra. Vnde & ipse iam per os propriū loquens apud Iudaeos, Habeo, inquit, alias oues, quae nō sunt de hoc ouili, oportet me & ipsas adducere, & vocem meam audierit, & fiet vnus grex, & vnus pastor. Cur ergo magnum volumus intelligi in hoc titulo sacramentum, in quo scriptum erat, rex Iudaeorum, si rex est Christus & gentiū? Quia scilicet oleaster factus est particeps pinguedinis oleae, non olea particeps facta est amaritudinis oleastrī: nam in eo quod de Christo veraciter scriptum est in titulo rex Iudaeorum, qui sunt intelligendi Iudaei nisi semen Abrahāe filij promissionis, qui sunt etiam filij dei quoniam non qui filij carnis, ait Apostolus, hi filij dei, sed qui filij promissionis deputantur in semine. Et gentes erant quibus dicebat, Si autem vos Christi, ergo Abrahāe semen estis secundum promissionem haeredes. Rex ergo Iudaeorum Christus, sed Iudaeorum circuncisione cordis, spiritu non litera. Quorum laus non ex hominibus sed ex deo est, pertinentium ad Hierusalem liberam matrem nostram aeternam in caelis, Saram spiritalem, ancillam & filium eius de domo libertatis eiicientem. **B** Ideo enim Pilatus quod scripsit scripsit, quia dominus quod dixit dixit.

110.

Roma. 11.

Roma. 9.

Gala. 3.

Gala. 4.

B

De eo quod dicit, Milites ergo cū crucifixissent eū, acceperunt vestimenta eius: usque ad id quod ait, Et in vestem meam miserunt sortem.

Tractatus CXVIII.

**A**que gesta sunt iuxta crucem domini, cū iam crucifixus esset, isto quātum dominus adiuuat sermone tractemus. Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica inconsutilis desuper contexta per totum. Dixerunt ergo ad inuicem, Non scindamus eā, sed sortiamur de illa cuius sit: ut scriptura impleatur dicens, Partiti sunt vestimēta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Factum est quod voluerunt Iudaei, non ipsi sed milites qui parebant Pilato, iudicante ipso crucifixerunt Iesum: & tamen si voluntates, si infidias, si operant, si traditionem, postremo si extorquētes clamores eorum cogitemus, magis utique Iudaei crucifixerunt Iesum. Sed de partitione & sortitione vestimentorū eius nō est praeterentur loquendum. Quāuis enim omnes euangelistae quatuor huius rei meminerint, ceteri tamē breuius quā Ioannes, sed clausē illi, iste vero apertissime: nam Matthaeus ait, Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes. Marcus, Et crucifigentes eū diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Lucas, diuidētes vero vestimenta eius, miserunt sortes. Ioānes autem & quot partes de vestimentis eius fecerint dixit, id est quatuor, ut singulas tollerēt. Vnde apparet quatuor fuisse milites, qui in eo crucifigendo praesidi paruerunt: manifeste quippe ait, Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partem, & tunicam: subaudiendum est, acceperunt, ut iste sit sensus, acceperūt vestimēta eius & fecerunt quatuor partes, vnicuique militi partē, acceperūt & tunicam. Et sic locutus est, ut de ceteris vestimentis nullam sortem missam esse videamus, sed de tunica quā simul cum ceteris acceperunt, sed non similiter diuiserunt: de hac enim sequitur exponens. Erat autem tunica inconsutilis, desuper contexta per totum. Cur autem de illa sorte miserunt narrans. Dixerunt, inquit, ergo ad inuicem, Non scindamus eam, sed sortiamur de

Psal. 21.

Mat. 27. Marci. 15.

Luc. 23.

Mat. 27.

1. Corin. 13. Epl. 3.

illa cuius sit. Apparet itaq; in aliis vestibus aequales eos **D** habuisse partes, ut sortiri necesse non fuerit: in illa vera vna nō eos habere potuisse singulas partes nisi sciderēt, ut pānos eius inutiliter tollerēt, quod ne facerēt ad vniū eam peruenire sortitione maluerunt. Huius Euangelistae narrationi cōsonat etiam propheticum testimoniū, quod & ipse continuo subiungens, Ut scriptura, inquit, impleteretur dicens, Partiti sunt vestimenta mea sibi, & in vestem meam miserunt sortem. Non enim ait, sortiti, sed partiti sunt: nec ait, sortientes partiti sunt, sed in ceteris vestimentis sortem omnino non nominans, postea dixit, & in vestem meam miserunt sortem, propter illam reliquam tunicam. De qua re dicam, quod ipse donauerit, cum prius eam quae oboriri potest tanquam Euangelistae inter se discrepent, calumniam propulsauero, demonstrans nullius ceterorum verba narrationi Ioannis esse contraria: Matthaeus enim dicens, Diuiserunt vestimenta eius sortem mittentes, ad totam diuisionem vestimentorum voluit intelligi etiam illam tunicam pertinere, de qua sortem miserunt, quia utique omnes vestes diuidendo in quibus & illa fuit, de ipsa sortiti sunt. Tale est etiam quod ait Lucas: Diuidētes vestimenta eius miserunt sortes, diuidentes enim venterunt ad tunicam, de qua facta est sortitio, ut in eos vniversa vestimentorum eius diuisio completeretur. Quid autem interest vtrum dicatur, diuidentes miserunt sorte s, quod ait Lucas: an diuiserunt sortem mittentes, quod ait Matthaeus, nisi quod Lucas dicendo sortes, pluralem pro singulari numero posuit, quae locutio in scripturis sanctis insolita non est, quāuis nonnulli codices sortem reperiantur habere, non sortes? Marcus itaque solus videtur aliquam intulisse quaestionem: dicendo enim, Mittētes sortem super eis quis quid tolleret tanquam super omnibus vestimentis, non super sola tunica fors missa sit, locutus videtur: sed hic etiam breuitas obscuritatem facit: sic enim dictum est, mittentes sortem super eis: ac si diceretur, mittentes sortem cū diuiderent: quod & factum est. Omnium quippe vestimentorum eius diuisio completa nō esset, nisi forte claruisset, quis etiam illam tunicam tolleret, ut sic cōtentio diuidentium finiretur, vel nulla potius oriretur. Quod ergo ait: quis quid tolleret, quandoquidem hoc sortitio deputatur, non ad omnia quae diuisa sunt vestimenta referendum est: fors enim missa est quis illam tunicam tolleret, de qua quoniam narrare praetermisit qualis fuerit, & quemadmodum equalibus factis partibus sola remanserit, quae ne conscinderetur, veniret in sortem, pro eo positum est, quod ait, quis quid tolleret, id est, quis eā tolleret, tanquam si totum ita diceretur, diuiserunt vestimenta eius mittentes sortem super eis, quis tunicam quae partibus aequalib⁹ super fuerat tolleret. Quae erat sorte aliquis, quid significet in tot partes vestimentorum facta diuisio, & de tunica illa sortitio. Quadripartita vestis domini Iesu Christi, quadripartitam figurauit eius Ecclesiam, toto scilicet, qui quatuor partibus cōstat, terrarum orbe diffusam, & omnibus eiusdem partibus aequaliter, id est, concorditer distributam. Propter quod alibi dicit missurum se angelos suos, ut colligant electos eius à quatuor ventis: quod quid est, nisi à quatuor partibus mundi, Oriente, Occidente, Aquilone & Meridie: Tunica vero illa sortita, omnium partium significat vnitatem, quae charitatis vinculo continetur. De charitate autem locuturus Apostolus, Supereminētiorem, inquit, viam vobis demonstrabo: & alio loco ait: Cognoscere etiam supereminentem scientiae charitatē Christi

Psal. 21.

Mat. 27.

E Luc. 23.

Mat. 13.

F

Mat. 27.

1. Corin. 13. Epl. 3.

**G** Christi. Itemq; alibi, Super omnia autē hęc habetē charitatem quę est vinculum perfectionis. Si ergo charitas & supereminētiorem habet viam, & supereminet sciētię, & super omnia p̄cepta est, merito vestis qua significatur, desuper contexta perhibetur. Inconsutilis autem ne aliquando dissiliatur, & ad vnum peruenit, quia in vnum omnes colligit, sicut in Apostolis cum eslet etiā ipse numerus duodenarius, id est, quadripartitus in ternos, & omnes essent interrogati: solus Petrus respondit, Tu es Christus filius dei viui: & ei dicitur, Tibi dabo claves regni cęlorum, tanquam ligandi & solvendi solus: acceperit potestatem, cum & illud vnius pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus tanquam personam gerens ipsius vnitatis acceperit. Ideo vnius pro omnibus, quia vnitatis est in omnibus. Vnde & hic cum dixisset, desuper contexta, addidit, per totum: quod si referamus ad id quod significat, nemo eius est expers, qui pertinere ad totum inueniatur, a quo toto sicut Gręca indicat lingua, catholica vocatur Ecclesia. In forte autem quid nisi dei gratia commendata est? Sic quippe in vno ad omnes peruenit, cum fors quoque omnibus placuit, quia & dei gratia in vnitatis ad omnes peruenit, & cū fors mittitur, non personę vel cuiuscunq; meritis, sed occulto iudicio dei ceditur. Nec ideo ista non aliquid boni significasse quis dixerit, quia per malos facta sunt, non scilicet per eos qui Christum secuti, sed qui sunt persecuti. Quid enim de ipsa cruce dicturi sumus, quę certe similiter ab inimicis atque impiis Christo facta & impacta est? Et tamen ea significari recte intelligitur quod ait Apostolus, Quę sit latitudo, longitudo & altitudo, & profundum. Lata est quippe in transverso ligno, quod extenduntur pendentes manus, & significat opera bona in latitudine charitatis: longa est a transverso ligno vsque ad terrā, vbi dorsum pedesq; figurantur, & significat perseverantiam in longitudine temporis vsque in finem. Alta est in cacumine, quod per transversum lignū sursum versus excedit, & significat supernum finem quod cuncta opera referuntur, quoniam cuncta quę latitudinis ac longitudine bene ac perseveranter fiunt, propter altitudinem diuinorum faciendā sunt p̄miorum. Profunda est in ea parte, qua in terram figitur: ibi quippe & occulta est, nec videri potest, sed cuncta eius apparentia & eminentia inde conflunt, sicut bona nostra de profunditate gratię dei, quę comprehendere ac diiudicare nō potest, vniuersa procedunt. Sed et si crux Christi hoc solum significet quod ait Apostolus, Qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus & concupiscentiis, quātm magnum bonum est: Nec tamen facit hoc nisi concupiscens aduersus carnem spiritus bonus, cum illam crucem Christi fecerit inimicus, id est, spiritus malus: Postremo quid est quod omnes nouerūt signum Christi, nisi crux Christi? Quod signū nisi adhibeatur, siue frontibus credentium, siue ipsi aquę qua regenerantur, siue oleo quo chrismate vnguntur, siue sacrificio quo aluntur, nihil eorum rite perficitur. Quomodo ergo per id quod mali faciunt, nihil boni significatur, quando per crucem Christi quam fecerunt mali, in celebratione sacramentorum eius bonum nobis omne signatur? Sed hęc hactenus: quę autem sequuntur, alijs, vt deus opitulabitur, differenda videbimus.

De eo quod dicit, Et milites quidē hęc fecerūt: usque ad id quod ait, Et inclinato capite tradidit spiritum.

Tractatus CXXIX.



**K**rucifixo domino posteaquam diuisio vestimetorum eius etiam forte missa completa est, quę deinde narrat Ioannes Euāgelista. Videamus: Et milites quidem, inquit, hęc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Iesu, mater eius, & foror matris eius, Maria Cleopha, & Maria Magdalene. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem quem diligebat, dicit matri suę: Mulier, ecce filius tuus: deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua. Hęc nimirum est illa hora, de qua Iesus aquam conuersurus in vinum, dixerat matri, Quid mihi & tibi est mulier: nondum venit hora mea. Hanc itaque horam prędixerat, quę tunc nondum venerat, in qua deberet agnoscere matrem moriturus, de qua fuerat mortaliter natus. Tunc ergo diuina facturus, non diuinitatis, sed infirmitatis matrem velut incognitā repellat: nunc autem humana iam patiens ex qua fuerat factus homo, affectu commendabat humano: tūc enim qui Mariam creauerat, innotescerebat in virtute: nunc vero quem Maria pepererat, pendebat in cruce. Moralis igitur insinuatur locus, facit quod faciendum admonet, & exemplo suo suos ministros instruit: pręceptor bonus, vt a filiis pijs impendatur cura parentibus, tāquam lignum illud vbi erant fixa membra morientis, etiam cathedra fuerit magistri docentis. Ex hac sana doctrina didicerat Paulus Apostolus quod docebat quando dicebat. Si quis autem suis & maximē domesticis non prouidet, fidem negauit, & est infidelis deterior. Quid autem tam cuique domesticum quātm parentes filijs, aut parentibus filijs? Huius itaque saluberrimi p̄cepti ipse magister sanctorum de seipso constituēbat exemplum, quando nō vt famulę deus quam creauerat & regebat, sed vt matri homo de qua creatus fuerat, & quam relinquebat, alterum pro se quodammodo filiū prouidebat: nam cur hoc fecerit, quod sequitur indicat: ait enim Euāgelista, Ex illa hora accepit eam discipulus in sua. De seipso dicens. Sic quippe commemorare solet, quod cum diligebat Iesus, qui vtique omnes, sed ipsum p̄ caeteris & familiarius diligebat, ita vt in conuiuiis super petus suum discumbere faceret: credo vt istius Euāgelij quod per eū fuerat p̄dicaturus, diuinā excellentiā hoc modo altius commendaret. Sed in quę sua Ioannes matrem domini accepit: Neq; enim non ex eis erat qui dixerunt ei, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te: sed ibi quoque audierat, Quicunq; ista dimiserit propter me, accipiet in hoc seculo centies tantum. Habebat ergo discipulus centupliciter plura quātm dimiserat in quę suscipere eius matrem, qui hęc illi donauerat: Sed in ea societate beatus Ioannes receperat centuplum, vbi nemo dicebat aliquid suum, sed erant illis omnia communia, sicut in Apostolorum Actibus scriptum est. Sic enim Apostoli erant quasi nihil habentes, & omnia possidentes. Quomodo ergo matrem magistri & domini sui discipulus & famulus accepit in sua, vbi aliquid suū nemo dicebat? An quia paulo post in eodem libro legitur: Quotquot enim possessores p̄diorum, vel domorum erant, vendentes asterebāt precia eorū, & ponebāt ad pedes Apostolorum, distribuebatur autem vnicuique prout cuique opus erat: intelligendum est sic distributū fuisse huic discipulo quod opus erat, vt illic etiam beatę Marię tanquam matris eius portio poneretur: Magisq; sic debemus accipere quod dictum est, Ex illa hora suscepit eam discipulus in sua: vt ad eius curam quicquid ei esset necessariū pertinere. Suscepit ergo eam in sua, non p̄cidia quę nulla propria possidebat, sed officia quę

Ioan. 2. supra tra. ca. 3.

L

1. Timo. 5.

Ioan. 13.

M

Math. 19.

Acto. 4.

2. Cor. 6.

Acto. 4.

1. Timo. 2.

Psal. 62.

Psal. 50. Philip. 2.

Mat. 27. Marc. 15.

Ioan. 10.

**A** propria dispensatione exequenda curabat: deinde subiungit. Postea sciens Iesus quia omnia consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit: Sitio. Vas ergo politum erat aceto plenum: illi autem spongiam plenā aceto hyssopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cū ergo accepisset Iesus acetum, dixit: Consummatum est, & inclinato capite emisit spiritum. Quis potest quę facit ita disponere, quomodo disposuit homo iste quę passus est? Sed homo mediator dei & hominum, homo de quo p̄dictum legitur: Et homo est, & quis cognosceret eum? Quomodo homines per quos hęc fiebant, videbāt hominem, sed non agnoscebant deum. Homo nanque apparebat qui deus latebat: patiebatur hęc omnia qui apparebat, & idem ipse disponebat hęc omnia qui latebat. Vidit ergo quia consummata sunt omnia quę oportebat vt fierent antequam acciperet acetum & traderet spiritum, atque vt hoc etiam consummaretur quod scriptura p̄dixerat, Et in siti mea potauerūt me aceto: Sitio, inquit, tāquam diceret, hoc minus fecistis, date quod estis. Iudæi quippe ipsi erant acetum degenerantes a vino patriarcharum & prophetarum, & tanquam de pleno vase, de iniquitate mundi huius impleti, cor habentes velut spongiam, cauernosis quodammodo atq; tortuosis latibulis fraudulentum. Hyssopum autem cui circumposuerūt spongiam aceto plenam, quoniā herba est humilis, & pectus purgat, ipsius Christi humilitatē congruenter accipimus, quam circūdederunt, & se circūuenisse putauerunt. Vnde est illud in Psalmo: Asperges me hyssopo, & mundabor. Christi nanque humilitate mundamur, quia nisi humiliasset semetipsum, factus obediēs vsque ad mortem crucis, non vtique sanguis eius in peccatorum remissionem, hoc est, in nostram mundationem fuisset effusus. Nec moueat quomodo spōgia ori eius potuit admoueri, qui in cruce fuerat exaltatus a terra: sicut enim apud alios Euāgelistas legitur, quod hic p̄termissit, in arundine est factum, vt in spongia talis potus ad crucis sublimia leuaretur. Per arundinem vero scriptura significabatur, quę implebatur hoc facto: sicut enim lingua dicitur vel Gręca, vel Latina, vel alia quęlibet sonum significans, qui lingua promittitur: sic arundo dici potest litera quę arundine scribitur, sed sonos significantis vocis humanę v̄sitatissime dicimus linguas: scripturas vero arundinem dici, quo minus est v̄sitarum, eo magis est mystice figuratum. Faciebat ista populus impius, patiebatur ista misericos Christi. Qui faciebat, quid faceret nesciebat: qui patiebatur autem non solum quid fieret, sed & cur fieret sciebat, verum etiam de malefacientibus bene ipse faciebat. Cum ergo accepisset Iesus acetum dixit: Consummatum est. Quid nisi quod propheta tāto ante tempore p̄dixerat: Deinde quia nihil remanserat, quod antequam moreretur fieri adhuc oporteret, tanquam ille qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum sumendi eā, peractis omnibus quę vt peragerentur expectabat, inclinato capite tradidit spiritum. Quis ita dormit quando voluerit, sicut Iesus mortuus est quando voluit? Quis ita vestē deponit quando voluerit, sicut se carne exiit quādo voluit? Quis ita cum voluerit abire, quomodo cum voluerit obire? Quanta speranda vel timenda potestas est iudicantis, si apparuit tanta morientis?

De eo quod dicit, Iudæi ergo quoniā parasceue erat ut non remaneret in cruce corpora sabbato: usque ad id quod ait, Nondum enim sciebant scripturam, quia oportuit eum a mortuis resurgere:

Tractatus CXX.



**D**osteaquam dominus Iesus peractis omnibus quę ante suam mortem peragi oportere p̄dixerat, quando voluit tradidit spiritum, quę deinde secuta sunt, Euāgelista narrante videamus. Iudæi ergo, inquit, quoniā parasceue erat, vt nō remaneret in cruce corpora sabbato: erat enim magnus dies ille sabbati, rogauerunt Pilatū vt frangeretur eorū crura & tollerentur. Non crura tolleretur, sed hi quibus ideo frangebantur vt morerentur, & auferretur de ligno, ne pendentes in crucibus, magnum diem festum sui diurni cruciatus horrore fœdarent. Venerunt ergo milites, & primi quidem frangerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderent eum iam mortuum, non frangerunt eius crura, sed vnius militum lancea latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua. Vigilanti verbo Euāgelista vsu est, vt non diceret, latus eius percussit, aut vulnerauit, aut quid aliud, sed aperuit, vt illic quodammodo vitę ostiū panderetur, vnde sacramenta Ecclesię manauerūt, sine quibus ad vitam quę vera vita est non intratur. Ille sanguis in remissionem fusus est peccatorum: aqua illa salutare temperat poculum, hęc & lauacrū p̄stat & potum. Hoc p̄nunciabat quod Noë in latere arcę ostiū facere iussus est, quia intrarent animalia quę non erant diluuii peritura, quibus p̄figurabatur Ecclesia. Propter hoc prima mulier facta est de latere viri dormientis, & appellata est vita materq; viuorum. Magnum quippe significauit bonum ante magnum p̄uaricationis malū. In habitu iacentis & dormientis hic secundus Adā inclinato capite in cruce dormiuit, & vnde ei formaretur cōiunx, quod de latere dormientis effluxit. O mors vnde mortui reuiscunt: quid isto sanguine mundius? Quid vulnere isto salubrius? Et qui vidit, inquit, testimoniū perhibuit, & verum est testimoniū eius, & ille scit quia vera dicit, vt & vos credatis. Non dixit, vt & vos sciat: sed, vt credatis: scit enim qui vidit, cuius credat testimonio qui non vidit: magis autem ad fidē credere pertinet quātm videre: nam quid est aliud credere, quātm fidem accomodare? Facta sunt enim hęc, inquit, vt scriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo: & iterum alia scriptura dicit, Videbūt in quem confixerūt. Duo testimonia de scripturis reddidit singulis rebus, quas factas fuisse narravit: nam quia dixerat, Ad Iesum autem cum venissent, vt viderent eum iam mortuum, non frangerunt eius crura: ad hoc pertinet testimoniū, Os non comminuetis ex eo, quod p̄ceptum est eis qui celebrare pascha iussi sunt ouis immolatione in veteri lege, quę dominicę passionis vmbra p̄cesserat, vnde pascha nostrum immolatus est Christus, de quo & Esaiās propheta p̄dixerat: Sicut ouis ad immolandū ductus est. Item quia subiūxerat dicens: Sed vnius militū lancea latus eius aperuit: ad hoc pertinet alterum testimoniū, Videbunt in quem confixerunt: vbi promissus est Christus, in ea qua crucifixus est carne venturus. Post hęc autem rogauit Pilatum Ioseph ab Arimathia, eo quod esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum, vt tolleret corpus Iesu. Et permisit Pilatus. Venit ergo & tulit corpus Iesu. Venit autē & Nicodemus qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhę, & aloës, quātm libras centum. Non ita distinguendum est vt dicamus primū ferens mixturam myrrhę, sed vt quod dictum est primū ad superiorem sensum pertineat: Venerat enim Nicodemus ad Iesum nocte primum, quod idem Ioannes in prioribus Euāgelij sui partibus manifestat. Hic ergo intelli-

Gene. 6.

E

Gene. 2.

Exod. 12. Zacha. 12. Apoca. 1.

1. Corin. 5. Esai. 53.

Ioan. 3.

telli-



G telligendum est ad Iesum, non tunc solum, sed tunc primum venisse Nicodemum, venisse autem postea ut fieret audiendus discipulus, quod certe modo in reuelatione corporis beatissimi Stephani ferè omnibus gentibus declaratur. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Non mihi videt Euangelista frustra dicere voluisse, sicut mos est Iudæis sepelire: ita quippe, nisi fallor, admouit in huiusmodi officiis quæ mortuis exhibentur, morem cuiusque gentis esse seruandum. Erat autem in loco ubi crucifixus est hortus, & in horto monumentum nouum, in quo nondum quisquam positus erat: Sicut in Maria virginis vtero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est: ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est. Ibi ergo propter parasceue Iudæorum, quia iuxta erat monumentum posuerunt Iesum. Acceleratam vult intelligi sepulturam, ne aduerseretur, quando iam propter parasceuen, quam cœnam puram Iudæi Latine uisitati apud nos vocat, facere tale aliquid non licebat. Vna autem sabbati Maria Magdalene venit mane cum adhuc tenebræ essent ad monumentum, & vidit lapidem sublatum à monumento.)

Cap. XX.

Vna sabbati est, quem iam diem dominicum propter domini resurrectionem nos Christianus appellat, quem Mattheus solus in Euangelistis primam sabbati nominavit. Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum & ad alium discipulum quem diligebat Iesus, & dicit eis: Tulerunt dominum de monumento, & nescio ubi posuerunt eum. Nonnulli codices etiam Græci habent, tulerunt dominum meum, quod videri dictum potest propentiore charitatis vel famulatus affectu, sed hoc in pluribus codicibus quos in promptu habuimus, non inuenimus. Exiit ergo Petrus & ille alius discipulus & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo simul, & ille alius discipulus præcurrit citi? Petro, & venit primus ad monumentum. Aduertenda hic & commedanda est recapitulatio, quomodo reditum est ad id quod fuerat prætermittendum, & tanquam si hoc sequeretur adiunctum est. Cum enim iam dixisset, venerunt ad monumentum, regressus est ut narraret quomodo venerit atque ait, Currebant autem duo simul, &c. Vbi ostendit quod præcurrrens ad monumentum prior venerit alius ille discipulus, quem seipsum significat, sed tanquam de alio, more sanctæ scripturæ cuncta narrat. Et cum se inclinasset, inquit, vidit posita linteamina, non tamè introiit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiit in monumentum, & vidit linteamina posita & sudarium, quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus positum, sed separatim inuolutum in vnum locum.)

Mat. 28.

Putamus ne nihil ista significant? Nequaquam hoc putauerim: sed ad alia festinamus, in quibus inmorari questionis vel obscuritatis alicuius necessitate compellimur: nam ista quæ per se ipsa manifesta sunt, quid singula etiam significant, quæ re sanctæ quidè delicta sunt, sed ocioforum, quod non sumus nos. Tunc ergo introiit & ille discipulus qui venit primus ad monumentum. Prior venit, & posterior intrauit. Neque hoc utique vacat, sed mihi ad ista non vacat. Et vidit, inquit, & credidit. Hic nonnulli parum attendentes, putant hoc Ioannem credidisse, quod Iesus resurrexerit, sed quod sequitur, hoc non indicat. Quid sibi enim vult quod statim adiunxit: Nondum enim sciebant scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere. Non ergo eum credidit resurrexisse, quæ nesciebat oportere resurgere. Quid ergo vidit, quid credidit? Vidit scilicet inane monumentum, & credidit

quod dixerat mulier eum de monumento esse sublatum. Nondum enim sciebant scripturam, quia oportebat eum à mortuis resurgere: & ideo quando id ab ipso domino audiebant, quantum apertissime diceretur consuetudine audiendi ab illo parabolas, non intelligebant, & aliquid aliud eum significare credebant. Sed ea quæ sequuntur, in sermonem alium differamus.

De eo quod dicit, Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli: usque ad id, Beati qui non uiderunt & crediderunt.



Tractatus CXXI.

Ublatum esse dominum de monumento, discipulis eius Petro & Ioanni nunciauerat Maria Magdalene. Quò illi venientes, inuenierunt sola linteamina, quibus corpus fuerat inuolutum. Et quid aliud credere potuerunt, nisi quod illa dixerat, & quod etià ipsa crediderat? Abierunt ergo iterum ad semetipsos discipuli: Id est, ubi habitabant, & vnde ad monumentum cucurrerant. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Viris enim recedentibus, infirmiore sexum in eodè loco fortior fiebat affectus, & oculi qui dominum quaesierant & non inuenierant, lachrymis iam varabant, amplius dolentes quod fuerat de monumento sublatum, quam quod fuerat in ligno occisus, quoniam magistri tanti, cuius eis vita subtrahata fuerat, nec memoria remanebat. Tenebat itaque ad monumentum iam dolor iste mulierem. Cum ergo fletet, inclinavit se & prospexit in monumentum. Cur hoc fecerit nescio, non enim nesciebat non ibi esse iam quem quaerebat, quandoquidè inde sublatum discipulis ipsa nunciauerat, & illi ad monumentum venerant, & non solum intuendo, sed etià intrando corpus domini quaesierat, nec inuenierant. Quid sibi ergo vult quod ista cum fletet, rursum in monumentum inclinata prospexit? Vtriusque nimum dolebat, nec suis nec illorum oculis facile putabat esse credendum: an potius diuino instinctu in animo eius effectus est ut prospiceret? Prospexit enim, Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Iesu. Quid est quod vnum ad caput, & ad pedes alter sedebat? An quoniam qui Græce angeli dicuntur, Latine sunt nuncij, isto modo Christi Euangelium velut à capite vsque ad pedes, ab initio vsque in finem significabant esse nunciandum? Dicunt ei illi, Mulier quid ploras? Dicit eis: quia tulerunt dominum meum, & nescio ubi posuerunt eum. Angeli lachrymas prohibebant, ubi quid aliud quam futurum quodammodo gaudium nunciabant? Ita enim dixerunt, quid ploras? Ac si dicerent, noli plorare. At illa eos putans interrogasse nescientes, causas prodidit lachrymarum. Quia tulerunt, inquit, dominum meum. Dominum suum vocans corpus exanime domini sui, à toto parte significans, sicut omnes cõstentur Iesum Christum filium dei vnicum dominum nostrum, quod utique simul est & verbum & anima & caro: crucifixum tamè & sepultum, cum sola eius sepulta sit caro. Et nescio, inquit, ubi posuerunt eum. Hæc erat causa maior doloris, quia nesciebat quò iret ad consolandum dolorem. Sed hora iam venerat, ut id quod nunciatum quodammodo fuerat ab angelis flere prohibentibus, gaudium succederet fletibus.

Denique cum hæc dixisset, conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & non sciebat quia Iesus est: Dicit ei Iesus: Mulier quid ploras? Quæ queris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi ubi posuisti eum, & ego eum tollam: Dicit ei Iesus, Maria. Conuersa illa dicit ei: Rabboni, quod dicitur magister. Nemo calumniatur mulieri quod hortulanum

A tulanum dixerit dominum, & Iesum magistrum. Ibi enim rogabat, hic agnoscebat. Ibi honorabat hominè à quo beneficium postulabat, hic recolebat doctorem à quo discernere humana & diuina dicebat. Appellabat dominum, cuius ancilla non erat, ut per eum perueniret ad dominum, cuius ancilla erat. Aliter ergo dominum dixit, sustulerunt dominum meum: aliter autem, domine si tu sustulisti eum: nam & Prophetæ appellauerunt dominos eos, qui homines erant, sed aliter illum de quo scriptum est, Dominus nomen ei. Sed ista mulier quæ iam fuerat conuersa retrorsum, ut videret Iesum, quando eum putauit esse hortulanum, & cum illo utique loquebatur, quomodo rursum conuersa dicitur, ut ei diceret, rabboni, nisi quia tunc conuersa corpore, quod non erat putauit: nunc corde conuersa, quod erat agnouit? Dicit ei Iesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum: vade autem ad fratres meos & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrem vestrum, deum meum, & deum vestrum. Est in his verbis quod breuiter quidè, sed tamen attentius pertractare debemus. Iesus quippe mulierem, quæ illum magistrum agnouit & appellauit, cum hæc ei responderet, fidè docebat, & hortulanus ille in eius corde, tanquam in hortulo suo granum synapsis seminabat. Quid est ergo: noli me tangere? Et tanquam huius prohibitionis causa quereretur adiunxit: nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid est hoc? si stans in terra non tangitur, sed ès in celo quomodo ab hominibus tangitur? Qui certe antequam ascenderet, discipulum se tangendum obtulit dicens, sicut Lucas Euangelista testatur: Palpate & videte, quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis habere: vel quando dixit discipulo Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum. Quis autem tam sit absurdus, ut dicat eum à discipulis quidè antequam ad patrem ascendisset, voluisse se tangi, à mulieribus autem noluisset, nisi cum ascendisset ad patrem? Sed nec sic qui vellet, desipere sineretur. Legitur enim etià femina post resurrectionem antequam ad patrem ascenderet, tetigisse Iesum, in quibus erat etià ipsa Maria Magdalene narrante Mattheo, quod occurrerit illis Iesus dicens: Aue. Illæ autem accesserunt, inquit, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Hoc à Ioanne prætermittendum est, sed à Mattheo verum dictum est: Restat ergo ut aliquod in his verbis lateat sacramentum, quod siue inueniamus, siue inuenire minime valeamus, inesse tamè nullo modo dubitare debemus. Aut ergo sic dictum est, noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum, ut in illa femina figuraretur Ecclesia de gentibus, quæ in Christum non credidit, nisi cum ascendit ad patrem: aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est, sic se spiritualiter tangi, quod ipse & pater vnum sint. Eius quippe intimis sensibus quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, ut patri agnoscat equalem: aliter non rectè tangitur, id est, aliter non rectè in eum creditur. Poterat autem sic credere Maria, ut eum putaret imparem patri, quod utique prohibetur cum ei dicitur, Noli me tangere: id est, noli in me sic credere quæ admodum adhuc sapias. Noli tuum sensum hucusque perpendere, quod pro te factus sum, nec transire illud per quod facta es. Quomodo enim non carnaliter adhuc in eum credebatur, quem sicut hominem flebat? Nondum enim ascendit, inquit, ad patrem meum. Ibi me tanges, quando me credideris patri non imparem deum. Vade autem ad fratres meos & dic eis: ascendo ad patrem meum & patrem vestrum: non ait patrem nostrum: aliter ergo meum, aliter vestrum: naturam meam, gratiam vestrum. Et deum meum

Phil. 3.

Luc. 24.

Mat. 28.

Ioan. 10.

† talis factus sum, ne pertingere ad illum non possis per quæ facta es.

& deum vestrum: neque hic dixit, deum nostrum, ergo & hic aliter meum, aliter vestrum: deum meum sub quo & ego homo sum: deum vestrum, inter quos & ipsum mediator sum.

Venit Maria Magdalene annuncians discipulis, quia vidi dominum, & hæc dixit mihi. Cum esset ergo sero die illa vna sabbatorum, & fores essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter metum Iudæorum, venit Iesus & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis, & cum hoc dixisset, ostendit eis manus & latus. Clauis enim manus fixerant, lancea latus eius aperuerat, ubi ad dubitantium corda sananda, vulnerum sunt seruata vestigia. Moli autem corporis ubi diuinitas erat, ostia clausa non obliterunt. Ille quippe non eis apertis intrare potuit, quoniam nascente virginitas matris inuiolata permansit. Quasi sunt ergo discipuli viso domino. Dixit ergo eis iterum: Pax vobis. Iteratio cõfirmatio est, ipse quippe dat per Prophetam promissam pacem super pacem. Sicut misit me pater, inquit, & ego mitto vos. Aequalem patri filium nouimus, sed hic verba mediatoris agnoscimus. Medium quippe se ostendit dicendo: ille me, & ego vos. Hæc autem cum dixisset: insufflauit & dixit eis, Accipite spiritum sanctum. Insufflatio significauit spiritum sanctum non patris solius esse spiritum, sed & suum. Quorum remissionis, inquit, peccata remittitur eis, & quorum retinueritis retenta sunt. Ecclesiæ charitas, quæ per spiritum sanctum diffunditur in cordibus nostris, participum suorum peccata dimittit: eorum autem qui non sunt eius participes tenet, ideo posteaquam dixit, Accipite spiritum sanctum: hoc continuo de peccatorum remissione ac detentione subiecit: Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli: Vidimus dominum. Ille autè dixit eis: Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius, non credam. Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit eis, Pax vobis: deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas & dixit: Dominus meus & deus meus. Videbat tanquam hominem, & cõfitebatur deum, quem non videbat, neque tangebatur. Sed per hoc quod videbat atque tangebatur, illud iam remota dubitatione credebatur. Dicit ei Iesus, quia vidisti me credidisti. Non ait tetigisti me, sed, vidisti me: quoniam generalis quodammodo sensus est visus: nam & per alios quatuor sensus nominari solet: velut cum dicimus, audi & vide quàm bene sonet, olfactus & vide quàm bene oleat, gusta & vide quàm bene sapiat, tange & vide quàm bene caleat. Vbiq; sonuit videt, cum visus proprie non negetur ad oculos pertinere. Vnde & hic ipse dominus: Infer, inquit, digitum tuum huc, & vide manus meas: quid aliud ait, quàm tange & vide? Nec tamen oculos ille habebat in digito. Ergo siue intuendo, siue etiam tangendo, quia vidisti me, inquit, credidisti, quantum dici possit non ausum fuisse discipulum tangere, cum se offerret ille tangendum, non enim scriptum est, & tetigit Thomas: sed siue aspiciendo tantum, siue etiam tangendo viderit & crediderit, illud quod sequitur, magis gentium fidem prædicat atque commendat.

4. sent. dist. 18. cap. Nec ideo.

F

Beati qui non viderunt & crediderunt. Præteriti temporis vnus est verbis, tanquam ille qui quod erat futurum, in sua nouerat prædestinatione iam factum. Sed iam sermo iste à prolixitate cohibendus est. Donabit dominus, ut de his quæ restant, aliàs disputemus.

G De eo quod dicit, Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum: usque ad id quod ait, Ascendit Simon Petrus, traxit rete in terra plenum magnis piscibus centum quinquagintatribus, & cum tanti essent, non est scissum rete:

Tractatus CXXII.

**D**ost narratione rei gesta, in qua Thomas oblati sibi tangedis in Christi carne vulnerum locis, vidit quod credere nolebat, & credidit, interponit hac Evangelista Ioannes & dicit: Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quae non sunt scripta in libro hoc. Hac autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est Christus filius dei, & credentes vitam habeatis in nomine eius. Hoc capitulum velut libri huius indicat finem: sed narratur hic deinde quemadmodum se manifestauerit dominus ad mare Tyberiadis, & in captura piscium commendauerit Ecclesiae sacramentum, qualis futura est vltima resurrectio mortuorum. Ad hoc itaque comedandum valere, arbitror, quod tamquam finis interpositus est libri, quod esset etiam securae narrationis quasi proemium, quod ei quodammodo faceret eminentiorem locum, quae narratio incipit ita: Postea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis, manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas, qui dicitur Didymus, & Nathanael, qui erat a Chana Galilee, & filij Zebedaei, & alij ex discipulis eius duo. Dicit eis Simon Petrus: Vado piscari: dicit ei, Venimus & nos tecum. Quae solet de hac piscatione discipulorum, cur redierint Petrus & filij Zebedaei ad id quod fuerunt priusquam a domino vocarentur, erant enim piscatores quando eis dixit, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Tunc cum quippe illi secuti sunt, ut magisterio eius relicto omnibus adhererent, intantum ut cum ab eo diues ille tristis abscederet, cui ipse dixerat: Vade, vede quae habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in caelo, & veni sequere mediceret ei Petrus, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Quid est ergo quod nunc quasi apostolatu relicto sunt quod fuerunt, & quod dimiserat repetunt, tanquam obliti quod audierant: Nemo mittens manum super aratrum, & respiciens retro, aptus est regno caelorum: Quod si fecissent desuncto Iesu priusquam resurrexisset a mortuis, quod quidem non poterat, quoniam dies quo crucifixus est, totos eos tenebat attonitos, usque ad eius sepulturam, quae ante vesperam facta est. Sequens autem dies erat sabbati, quando eis morem patrii seruantibus, operari utique non licebat. Tertio vero die dominus resurrexit, eosque reuocauit ad spem, quae de illo non habere iam ceperant: tamen si tunc fecissent, putaremus eos illa, quae animos eorum occupauerat desperatione fecisse: nunc vero post eum sibi de sepulchro redditum viuum, post oblatam suis oculis & manibus, non solum videndam, verum etiam tangendam atque palpandam rediit: ueritatem euidentissimam veritatem, post inspecta vulnerum loca, usque ad Apostoli Thomae confessionem, qui se aliter creditum non esse praedixerat, post acceptum eius insufflatione spiritum sanctum, post verba in suas aures eius ore prolata, Sicut misit me pater, & ego mitto vos, quorum remisistis peccata remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt: subito sunt sicut fuerat, non hominum, sed piscium piscatores. His ergo, quos hoc mouet respondendum est, non eos fuisse prohibitos arte sua licita scilicet atque concessa victum necessarium quaerere, sui apostolatus integritate seruata, si quando viderent aliquid non haberent: nisi forte quisquam putare audebit, aut dicere, Apostolum Paulum non pertinuisse ad eorum perfectionem, qui relicto omnibus Christum secuti sunt, quoniam ne quenquam eorum grauarer, quibus Euangelium praedicabat, sumum victum suis manibus transigebat, vbi magis impletum est quod ait, Plus omnibus illis laboravi: & adiunxit: Non autem ego, sed gratia dei mecum: ut hoc quoque appareat dei gratiae deputandae, quod & animo & corpore poterat usque adeo plus illis omnibus laborare, ut neque cessaret ab Euangelio praedicando, neque tamen ex Euangelio sicut illi sustentaret hanc vitam, cum id per tot getes, in quibus Christi nomen non fuerat prophetatum, multo latius atque fertilius seminaret. Vbi ostendit ex Euangelio viuendi, hoc est, victum habendi, non necessitatem Apostolis impositam, sed potestatem datam. Quam potestatem commemorat idem Apostolus dicens: Si nos vobis spiritualia seminauimus, magnum est si vestra carnalia metamus: Si alij potestatis vestrae participes sunt, non magis nos: Sed non sumus, inquit, vbi hac potestate. Et paulo post: Qui altario seruiunt, inquit, altario copartuntur: sic & dominus ordinauit his, qui Euangelium annunciant de Euangelio viuere: ego autem nullo horum usus sum. Satis igitur apertum est, non imperatum, sed in potestate Apostolis positum, ut aliunde non viuerent, nisi ex Euangelio, & ab eis quibus Euangelium praedicando spiritualia seminabant, carnalia meterent, hoc est, carnis huius sustentaculum sumerent, & tanquam milites Christi, stipendium debitum acciperent, sicut a prouincialibus Christi: vnde idem ipse miles egregius paulo superius de hac re dixerat: Quis militat suis stipendiis vnquam? Quod tamen ipse faciebat, quia plus illis omnibus laborauit. Si ergo beatus Paulus ut ea potestate quam profecto cum ceteris Euangelij praedicatoribus habebat, non cum ceteris vteretur, sed suo stipendio militaret, ne getes a nomine Christi penitus alienas doctrina eius quasi venalis offenderet, aliter educatus, artem quam nouerat didicit, ut dum suis manibus transigitur doctor, nullus grauarer auditor: quanto magis beatus Petrus, qui iam piscator fuerat, quod nouerat fecit, si ad praesens illud tempus aliud vnde viueret non inuenit? Sed respondit debet quispiam: Et cur non inuenit, cum dominus promiserit dicens: Quarite primum regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia apponentur vobis. Prorsus etiam sic dominus quod promisit impleuit: nam quis alius piscet, qui caperentur apposuit, qui non ob aliud credendus est eis ingessisse penuriam, quae compellerent ire piscatum, nisi dispositum volens exhibere miraculum, ut simul & praedicatoris Euangelij sui palceret, & ipsum Euangelium tanto sacramento, quod erat de numero piscium, commendaturus auerteret? De qua re etiam nos quod ipse apposuerit, dicere iam debemus, Dicit ergo Simon Petrus: Vado piscari. Dicunt ei, qui cum illo erant: venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim, & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam factum stetit Iesus in littore, non tamen cognouerunt discipuli quia Iesus est. Dicit ergo eis Iesus: Pueri, nunquid palmentarium habetis? Responderunt, non. Dicit eis: Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Miserunt ergo, & iam non valebant illud trahere a multitudine piscium. Dicit ergo discipulus ille, quem diligebat Iesus, Petro: dominus est. Simon Petrus cum audisset quia dominus est, tunica succinxit se, erat enim nudus, & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt. Non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem

K. Matth. 19. 2. Theff. 4. 1. Corin. 15.

1. Corin. 9. 1. Corin. 15.

1. Corin. 9. 1. Corin. 15.

1. Corin. 9. 1. Corin. 15.

1. Corin. 9. 1. Corin. 15.

1. Corin. 9. 1. Corin. 15.

1. Corin. 9. 1. Corin. 15.

1. Corin. 9. 1. Corin. 15.

A & piscem superpositum, & panem. Dicit eis Iesus: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram plenum magnis piscibus, centum quinquaginta tribus. Et cum tanti essent, non est scissum rete. Hoc est magnum sacramentum in magno Ioannis Euangelio, & vt vehementius commendaretur, loco vltimo scriptum. Quod ergo septem discipuli fuerunt in ista piscatione, Petrus & Thomas, & Nathanael, & duo filij Zebedaei, & alij discipuli eius duo, quorum nomina tacentur, isti suo septenario numero finem significant temporis: vniuersum quippe septem diebus voluitur tempus. Ad hoc pertinet quod mane factum Iesus stetit in littore, quia etiam littus finis est maris, & ideo finem significat seculi. Eundem finem seculi ostendit, & quod Petrus rete traxit in terra, hoc est in littus. Quod ipse dominus aperuit, vbi alio quodam loco de sagena in mare missa similitudinem dedit, & eam trahunt, inquit, ad littus. Quod littus quid esset, exponens ait: Sic erit in consummatione seculi. Sed illa verbi est, non rei gesta parabola. Re autem gesta sicut hoc loco qualiter in seculi fine futura sit, ita dominus alia piscatione significauit Ecclesiam qualiter nunc sit. Quod autem illud fecit in initio praedicationis suae, hoc vero post resurrectionem suam, hic ostendit illam capturam piscium, bonos & malos significare, quos nunc habet Ecclesia: istam vero tantummodo bonos, quos habebit in aeternum, completa in fine huius seculi resurrectione mortuorum: denique ibi Iesus non sicut hic in littore stabat, quando inisset pisces capi: sed ascendens in vnam nauim, quae erat Simonis, rogauit eum vt a terra reduceret passillum, & in ea sedens docebat turbas. Vt cessauit autem loqui, dixit ad Simonem: Duc in altum, & laxate retia vestra in capturam. Et illic quod captum est piscium in nauiculis fuit, non sicut hic rete extraxerunt in terram. His signis & si qua alia poterunt reperiri, ibi Ecclesia in hoc seculo, hic vero in fine seculi figurata est: ideo illud ante, hoc autem post resurrectionem domini factum est, quia ibi nos Christus significauit vocatos, hic resuscitatos. Ibi retia non mittuntur in dexteram, ne solos significant bonos, nec in sinistram, ne solos malos, sed indifferenter, laxate, inquit, retia vestra in capturam, vt permixtos intelligamus bonos & malos: hic autem, inquit, mittite in dexteram nauigij rete, vt significaret eos qui stabant ad dexteram solos bonos. Ibi rete propter significanda schismata rumpebatur: hic vero quoniam tunc in illa summa pace sanctorum nulla erunt schismata, pertinuit ad Euangelistam dicere, & cum tanti essent, id est, tam magni, non est scissum rete, tanquam illud respiceret vbi scissum est, & in illius mali comparatione commendaret hoc bonum. Ibi capta est multitudo piscium tanta, vt impleta duo nauigia mergerentur, id est, in submersionem premerentur: non enim merfa sunt, sed tantum periclitata. Vnde enim existit in Ecclesia tanta quae gemimus, nisi cum tanta multitudi obfisti non potest, quae ad submergendam propemodum disciplinam intrat, cum moribus suis a sanctorum itinere penitus alienis? Hic autem miserunt rete in dexteram partem, & iam non valebant illud trahere pro multitudine piscium. Quid est, iam non valebant illud trahere, nisi quia illi qui pertinent ad resurrectionem vitae, id est, ad dexteram, & intra Christiani nominis retia defunguntur, non nisi in littore, id est, in fine seculi cum resurrexerint, apparebunt: ideo non valuerunt sic trahere retia, vt in nauem refundent quos ceperant pisces, sicut de illis omnibus factum est, quibus rete disruptum, & nauiculae pressae sunt. Habet autem istos

dextros Ecclesia post finem vitae huius in somno pacis, velut in profundo latentes, donec ad littus rete perueniat quod trahebatur, quasi a cubitis ducentis. Quod autem illic duabus nauiculis propter circuncisionem & preputium, hoc isto loco ducentis cubitis existimo figuratum, propter vtriusque generis electos, & circuncisionis & praeputij, tanquam centum ad centum, quia in summa centenarij numerus ad dexteram transit. Postremo in illa piscatione numerus piscium non exprimitur, tanquam illud ibi fiat quod praedictum est per Prophetam: Annunciatui & locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Hic vero non sunt aliqui super numerum, sed certus est numerus centum quinquagintatres: cuius numeri ratio domino adiuvante reddenda est: si enim numerum constituamus qui legem significet, quid erunt nisi decem? Decalogum quippe legis, id est, decem notissima illa praepcepta digito dei duabus lapideis tabulis primum fuisse conscripta, certissimum nobis est. Sed lex quando non adiuuat gratia prauiaricatores facit, & tantummodo in litera est. Propter hoc enim maxime ait Apostolus: Litera occidit, spiritus autem viuificat. Accedat ergo ad literam spiritus, ne occidat litera quem non viuificat spiritus, sed vt operemur praepcepta legis, non viribus nostris, sed munere saluatoris. Cum autem accedit ad legem gratia, id est, ad literam spiritus, quodammodo denario numero additur septenarius. Isto quippe numero, id est, septenario, significari spiritum sanctum aduertenda literarum sacrarum documenta testantur. Nempe enim sanctitas vel sanctificatio ad sanctum proprie pertinet spiritum: vnde cum & pater spiritus sit, & filius spiritus sit, quoniam deus spiritus est, & pater sanctus, & filius sanctus sit, proprio tamen nomine amborum spiritus vocatur spiritus sanctus. Vbi ergo primum in lege sonuit sanctificatio, nisi in die septimo? Non enim sanctificauit deus diem primum in quo fecit lucem, aut secundum in quo firmamentum, aut tertium in quo discreuit mare a terra, & terra herbarum lignumque produxit, aut quartum in quo sidera sunt creata, aut quintum in quo animalia quae in aquis viuunt & in aere volitant, aut sextum, in quo terrestres anima viua & ipse homo: sed sanctificauit diem septimum, in quo requieuit ab operibus suis. Conuenienter igitur septenario numero significatur spiritus sanctus. Esaias etiam Propheta: Requiescet, inquit, in eo spiritus dei, eumque deinceps commedans opere vel numero septenario: Spiritus, inquit, sapientiae & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiae & pietatis, impleuit illum spiritus timoris dei. Quid in Apocalypsi? Nonne septem spiritus dei dicuntur, cum sit vnus atque idem spiritus, diuidens propria vnicuique: prout vult? Sed operatio septenaria vnus spiritus sic appellata est ab eodem spiritu, qui scribenti affuit, vt septem spiritus dicerentur. Cum itaque legis denario spiritus sanctus per septenarium numerum accedit, sunt decem & septem, qui numerus ab vno usque ad seipsum computatis omnibus crescens, ad centum quinquagintatres peruenit. Ad vnum enim si adicias duo, sunt vtique tres, his si adicias tres & quatuor, sunt decem: deinde si adicias omnes numeros qui sequuntur usque ad decem & septem, ad praedictum numerum summa perducitur, id est, si ad decem, quod ab vno usque ad quatuor peruenias, addas quinque: sunt quindecim. His addas sex, & sunt vigintivnum: his addas septem, & sunt vigintiocto: his addas octo & nondecem, & sunt quinquagintaquinque: his addas vndecim & duodecim, & sunt nonaginta vnus: his rursum quatuordecim & quindecim & sedecim, & sunt

Psalm. 99.

Deuter. 9.

1. Cor. 13.

Ioan. 4.

Gen. 2.

Esai. 11.

Apoca. 5.

1. Cor. 12.

Cap. XXI.

Matth. 4.

Matth. 19.

Luce. 9.

I

Matt. 6.

M

Matth. 13.

Luce. 5.

**G** centum triginta sex: huic numero adde illum qui restat de quo agitur, id est, decem & septē, & piscium numerus ille complebitur. Non ergo tantummodo centum quinquagintates sancti ad vitam resurrecturi significantur æternam, sed milia sanctorum ad gratiam spiritus pertinentium, qua gratia cum lege dei tanquam cum adversario concordatur, ut vivificante spiritu litera non occidat: sed quod per literam iubetur, spiritu adiuante compleatur, & si quid minus sit, remittatur. Omnes ergo ad istam gratiam pertinentes, hoc numero figurantur, hoc est, figurati significantur. Qui numerus ter habet etiam quinquagenarium numerum & insuper ipsa tria propter mysterium trinitatis. Quinquagenarius autē multiplicatis septem per septem, & vnius adiectione completur: nam septies septem sunt quadraginta novem. Vnus autē additur, ut eo significetur vnus esse, qui per septem propter operationem septenariam demonstratur: & novimus spiritum sanctum post ascensionem domini quinquagesimo die missum, quē discipuli iussu sunt expectare promissum. Non igitur frustra dicti sunt hi pisces, & tot & tanti, id est, & centum quinquagintates, & magnifici enim scriptū est: Et traxit rete in terram plenū magnis piscibus centū quinquagintatribus. Cum enim dixisset dominus: Non veni solvere legem sed implere, daturus vtiq; spiritum, per quem lex potest impleri, tanquam septem additurus ad decem, paucissimis verbis interpositis ait: Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno cœlorum: qui autem fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum: iste ergo poterit pertinere ad numerum piscium magnorum. Minimus autem ille qui soluit factis quod docet verbis, in tali Ecclesia potest esse, qualem significat piscium prima illa captura, habentem bonos & malos, quia & ipsa dicitur regnum cœlorum, propter quod ait: Simile est regnum cœlorum saginæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congregati. Vbi vult intelligi etiam bonos & malos, quos dicit in littore, id est, sine seculi separandos: deniq; ut ostenderet istos minimos reprobos esse qui docent bona loquēdo, quæ solvant male vivēdo, nec quasi minimos in vita æterna futuros, sed omnino ibi nō futuros, cū dixisset minimus vocabitur in regno cœlorum, continuo subiicit: Dico enim vobis, quia nisi abundaverit iustitia vestra plus quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Ipsi sunt certe scribæ & pharisæi, qui cathedram Moysi sedēt, & de quibus ait: Quæ dicit facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim & nō faciunt, docēt sermonibus quod solvant moribus. Consequens est ergo, ut qui minimus est in regno cœlorum, qualis nunc est Ecclesia, non intret in regnum cœlorum, qualis tunc erit Ecclesia: quoniam docendo quod soluit, ad eorū societatem qui faciunt quod docent nō pertinebit. Et ideo nō erit in numero piscium magnorum, quoniam qui fecerit & docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum. Et quia hic magnus erit, ideo ibi erit vbi minimus ille non erit, vsque adeo quippe ibi magni erunt, ut qui minor ibi est, maior sit eo quo hic nemo maior est: sed tamen qui hic magni sunt, id est, qui in regno cœlorum vbi sagena congregat bonos & malos, faciunt bona quæ docent, ipsi erunt in illa regni cœlorum æternitate maiores, quos isti ad dexteram & ad resurrectionē vitæ pertinentes indicant pisces. Sequitur de prandio domini cū istis septē discipulis, & de his quæ post pradium locutus est, ac de ipsius Euāgelij termino, ut deus quod donaverit differamus: sed hoc nō est isto sermone coarctandū.

Acto. 2.

Matth. 5.

Matth. 13.

Matth. 23.

De eo quod dicit eis Iesus, Venite prandete: usque ad id quod ait, Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset deum.

Tractatus CXXIII.

**N** eo quod tertio dominus post resurrectionē manifestavit se discipulis suis, beati Ioannis Apostoli Euāgelium terminatur: in quo iam pertractavimus ut valuimus partem priorem, vsque ad eum locum vbi narratum est captos fuisse pisces centum quinquagintates à discipulis, quibus se demonstravit, & cum magni essent, retia non esse rupta: deinde quæ sequuntur consideranda sunt, & quantum adiuvat dominus sicut res postulare videbitur differenda. Peracta quippe illa piscatione, Dicit eis Iesus: Venite prandete. Et nemo audebat discumbētium interrogare eum, tu quis es, scientes quia dominus est. Si ergo sciebant, quid opus erat ut interrogarent? Si autem non opus erat, quare dictum est, non audebant, quasi opus esset, sed timore aliquo non auderent? Sensus ergo hic est, tanta erat evidentia veritatis, qua Iesus illis discipulis apparebat, ut eorum non solum negare, sed nec dubitare quidē vllus auderet: quoniam si quisquam dubitaret, vtiq; interrogare deberet: sic ergo dictū est, nemo audebat eū interrogare, tu quis es, ac si diceret, nemo audebat dubitare quod ipse esset.

Et venit Iesus & accepit panē, & dat eis, & piscem similiter. Ecce dictum est etiam quid pranderent, de quo prædico aliquid suave ac salubre dicemus & nos, si pascat & nos. Superius narratum est quod isti discipuli quādo descenderunt in terrā, viderūt prunas positas, & piscem superpositum, & panem. Vbi non est intelligendum etiā superpositum panē fuisse prunis, sed tantum subaudiendum, viderunt. Quod verbum si repetamus eo loco vbi subaudiendum est, ita totum dici potest: viderūt prunas positas, & piscem superpositum, & viderunt panem. Vel ita potius, viderunt prunas positas, & piscem superpositum, viderunt & panem. Iubente etiam domino attulerunt & de piscibus, quos ipsi ceperant, quod eos fecisse, quantum à narrante Ioanne non esset expressum, tamen dominum fuisse nō tacitum est: ait enim, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Et vtiq; iubente illo eos non fecisse quis credat? Hinc ergo fecit prandium dominus illis septem discipulis suis, de pisce scilicet, quem prunis superpositum viderant, huic adiungens ex illis quos ceperant, & de pane quem nihilominus eos vidisse narratum est. Piscis asinus, Christus esse passus. Ipse est & panis vivus, qui de cœlo descendit: huic incorporatur Ecclesia ad participandam beatitudinem sempiternam, propter quod dictum est: Afferte de piscibus quos prendidistis nunc, ut omnes qui hanc spem gerimus, per illum septenarium numerum discipulorum, per quem potest hoc loco nostra vniuersitas intelligi figurata, tanto sacramento nos communicare nossemus, & eidem beatitudini sociari. Hoc domini prandium est cum discipulis suis, ad quod Ioannes Euāgelium summum cum haberet de Christo alia multa quæ diceret magna, ut existimo, ex rerum magnarum contemplatione concludit. Hic enim Ecclesia qualis in solis bonis futura est, significatur per capturam centū quinquagintatrium piscium, & eis qui hac credunt, sperant, diligunt, participatio tantæ beatitudinis per hoc prandium demonstratur. Hoc iam tertio, inquit, manifestatus est Iesus discipulis suis cum surrexisset à mortuis. Quod nō ad ipsas demonstrationes, sed ad dies referre debemus, id est, primo die cum surrexit, & post dies octo quando discipulus Thomas vidit & credidit, & hodie quando hoc

K

L

M

Ioan. 6.

Supra Tractatu. 122.

**A** de piscibus fecit. Post quot autem dies id fecerit, dictum non est: nam ipso primo die non est visus semel, sicut Euāgelistarum omnium testimonia collata demonstrant: sed sicut dictum est, secundum dies numeranda sunt manifestationes eius, ut ista sit tertia. Prima quippe habenda est, eademque vna propter vnum diem, quotienscunque se & quibuscunque die illo quo surrexerit ostendit: secunda post dies octo, & hæc tertia, & deinde quotiens voluit vsq; ad diem quadragesimum quo ascendit in cœlum, quantum non scripta sunt omnia.

Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Simon Ioannis diligit me plus his? Dicit ei, Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simon Ioannis diligit me? Ait illi, Etiam domine, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simon Ioannis amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio, amas me, & dicit ei, Domine tu omnia scis, tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oves meas. Amen amen dico tibi, cum esses iunior, cingebas te & ambulabas vbi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quod tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus

**B** esset deum. Hunc inuenit exitum ille negator & amator, presumendo elatus, negando prostratus, flendo purgatus, cōsistendo probatus, patiēdo coronatus, hunc inuenit exitū, ut pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo se moriturum peruersa festinatione promiserat, faciat eius resurrectione firmatus, quod immature pollicebatur infirmus. Hoc enim oportebat ut prius Christus pro Petri salute, deinde Petrus pro Christi predicatione moreretur. Præposterum fuit quod audere cœperat humana temeritas, cum istum disposuisset ordinem veritas: Animam suam se positurum pro Christo Petrus putabat, pro liberatore liberandus, cum Christus venisset animam suam positurus pro suis omnibus, in quibus erat & Petrus. Quod ecce iam factum est: nūc iam firmitas cordis ad suscipiendam mortem pro nomine domini vera ipso donante sumatur, non fallā nobis errantibus præsumatur. Nunc est ut vitæ huius non metuamus interitum, quia resurgente domino vitæ alterius præcessit exemplum: nunc est Petre ut mortem non timeas, quia viuat quem mortuum dolebas, & quem pro nobis mori carnali amore prohibebas. Anulus es præuenire doctorem, formidasti eius persecutorem, iam precio pro te fuso, nunc est ut sequaris redemptorem, & sequaris omnino vsq; ad mortē crucis. Verba eius audisti, quem iam veracem probasti: passurū te ipse prædixit, qui te prædixerat negaturum. Sed prius dominus quod sciebat interrogat, nec semel sed iterum ac tertio, vtrum Petrus eum diligit, nec aliud toties audit à Petro, quàm se diligi: nec aliud toties commendat Petro, quàm suas oves pasci. Redditur negationi trina trina confessio, ne minus amori lingua seruiat quàm timori, & plus vocis eliciuisse videatur mors imminens quàm vita præsens. Sit amoris officium, pascere dominicum gregem, si fuit timoris indicium, negare pastorem. Qui hoc animo pascunt oves Christi, ut suas velint esse, nō Christi, se conuincuntur amare, non Christum, vel gloriandi, vel dominandi, vel acquirendi cupiditate, non obediendi & subueniendi & deo placendi charitate. Contra hos ergo vigilat toties inculcata ista vox Christi, quos Apostolus gemit sua querere, non quæ Iesu Christi. Nam quid est aliud, si diligit me, pasce oves meas, quàm si diceretur, si me diligit, nō te pascere cogita, sed oves meas: sicut meas pasce, non sicut tuas: gloriam meam in eis querere, non

Philip. 2.

Tomus nonus.

tuam: dominium meum, non tuum: lucra mea, non tua: ne sis in eorum societate, qui pertinet ad tempora periculosa seipfos amantes, & cetera quæ huic malorū initio connectuntur: cum enim dixisset Apostolus, Erunt enim homines seipfos amantes: secutus adiunxit, Amatores pecuniæ, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediētes, ingrati, scelesti, irreligiosi, sine affectione, detractores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, procaces, cæcati, voluptatum amatores magis quàm dei, habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Hæc omnia mala ab eo velut fonte manantia, quod primū posuit seipfos amantes. Merito dicitur Petro, diligit me, & respondet amo te, eique refertur, pasce agnos meos, & hoc iterum, hoc tertio: vbi etiam demonstratur vnum atque idem esse amorem & dilectionem: nam etiam dominus nouissime non ait, diligit me, sed, amas me. Non ergo nos, sed ipsum amemus, & in pascedis ouibus eius ea quæ sunt eius, non ea quæ sunt nostra queramus. Nescio enī quo inexplicabili modo quisquis seipsum, nō deum amat, non se amat: & quisquis deum non seipsum amat, ipse se amat: qui enim nō potest viuere de se, moritur vtiq; amando se: non ergo se amat, qui ne viuat se amat. Cum vero ille diligitur de quo viuatur, nō se diligendo magis diligit, qui propterea se nō diligit, ut eum diligit de quo viuat. Nō sunt ergo seipfos amantes qui pascūt oves Christi: nec tantum suas, sed tanquā ipsius eas pascant: & velint ex illis sua lucra conquirere, sicut amatores pecuniæ: vel eis dominari, sicut elati: vel gloriari de honoribus quos ab eis sumunt, sicut superbi: vel intantum progredi ut etiam hæreses faciāt, sicut blasphemii: nec cedant sanctis patribus, sicut parentibus nō obediētes, & eis qui illos corrigere volunt, quia perire nolunt: mala pro bonis reddant, sicut ingrati: interficiant animas & suas & alienas, sicut scelesti: materiam Ecclesiæ viscera dissipent, sicut irreligiosi: non cōpantantur infirmis, sicut sine affectione: famam sanctorum maculare conentur, sicut detractores: cupiditates pessimas non refrenent, sicut incontinentes: exerceant lites, sicut immites: nesciant subuenire, sicut sine benignitate: indicent inimicis piorum quæ occultanda cognouerint, sicut proditores: humanam verecundiam inuerecunda exagitatione perturbent, sicut procaces: non intelligant neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmāt, sicut cæcati: letitias carnales spiritualibus gaudiis anteponant, sicut voluptatum amatores magis quàm dei. Hæc enim atq; huiusmodi vitia, siue vni homini accidant omnia, siue his alia, illis alia dominantur, ex illa radice quodammodo pullulant, cū sunt homines seipfos amantes. Quod vitium maxime cauendū est eis qui pascunt oves Christi, ne sua querāt, sed quæ Iesu Christi, & in vsus cupiditatum suarum conferant, pro quibus sanguis fusus est Christi. Cuius amor in eo qui pascit oves eius, in tam magnū debet spiritalem crescere ardorem, ut vincat etiam mortis naturalem timorem quo mori nolumus, & quando cum Christo viuere volumus. Nam & Apostolus Paulus dicit se habere concupiscentiam dissolui, & esse cum Christo, ingemiscit tamen grauatus, & non vult spoliari sed superuestiri, ut absorbeat mortale à vita. Et huic dominus dilectori suo. Cum senueris, inquit, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet te quod tu nō vis. Hoc autem ei dixit, significans qua morte clarificaturus esset deum. Extedes, inquit, manus tuas, hoc est, crucifigeris. Ad hoc autem ut venias, alius te cinget, & ducet nō quod vis, sed quod non vis: prius dixit quod fieret, & deinde quomodo fieret. Non enim crucifixus, sed vtiq; crucifixus

2. Timo. 2.

E

F

Philip. 2.

2. Cor. 5.

q ij gendus



**G**endus quò nollet est ductus: nam crucifixus non quò nolebat abiri, sed potius quo volebat: solutus quippe à corpore volebat esse cum Christo, sed si fieri posset præter mortis molestiam vitam concupiscebat aeternam: ad quam molestiam nolens ductus est, sed ab ea volens e ductus est: nolens ad eam venit, sed volens eam vicit, & reliquit hunc infirmitatis affectum quo nemo vult mori, vique adeo naturalem, vt eum beato Petro nec sene-  
**Math. 26.** **E**us auferre poterit, cui dictum est, Cum senueris, du-  
 ceris quò non vis. Propter nos consolandos hunc etiam  
 in se figuravit ipse saluator, dicens, Pater si fieri potest,  
 transeat à me calix iste: qui vtiq; mori venerat, nec ha-  
 bebat mortis necessitatem sed voluntatem, potestate po-  
 siturus animam suam, & rursus eam potestate sumptu-  
 rus. Sed molestia quantacunque sit mortis, debet eam  
 vincere vis amoris, quo amatur ille qui cum sit vita no-  
 stra, etià mortem voluit perferre pro nobis: nam si nul-  
 la esset mortis vel parua molestia, non esset tam magna  
 martyrum gloria. Sed si pastor bonus qui posuit ani-  
**Ioan. 10.** mam suam pro ouibus suis, ex ipsis ouibus tam multos  
 sibi martyres fecit: quanto magis debent vsque ad mor-  
 tem pro veritate certare, & vsque ad sanguinem aduer-  
**H**us peccatum, quibus oues ipsas pascendas, hoc est, do-  
 cendas regendasq; committit? Ac per hoc præcedente  
 passionis eius exemplo, quis non videat magis debere  
 imitando pastori hæreere pastores, si eum multæ etiam  
 imitatæ sunt oues, sub quo pastore vno in grege vno &  
 pastores ipsi sunt oues. Omnes quippe fecit suas oues,  
 pro quibus est omnibus passus, quia & ipse vt pro om-  
 nibus pateretur, ouis est factus.

De eo quod dicit, Et cum hoc dixisset, dicit ei sequere me  
 usque in finem. Tractatus CXVIII.



**N**on parua quæstio est, cur Apostolo Petro  
 quando se tertio manifestauit discipulis, di-  
 xerit Iesus, Sequere me: de Apostolo autem  
 Ioanne, Sic eum volo manere donec veniam,  
 quid ad te? Huic quæstioni quantum dominus ipse do-  
 nauerit, siue pertractanda, siue soluenda, sermonem no-  
 uissimum huius operis impedimus. Cum ergo prænun-  
 ciallet dominus Petro, qua morte clarificaturus esset  
 deum, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus vidit il-  
 lum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui &  
**Ioan. 13.** recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine,  
 quis est qui tradet te? Hunc ergo cū vidisset Petrus, dicit  
**I**esu, Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus, Sic eum vo-  
 lo manere donec veniā, quid ad te? Tu me sequere. Exit  
 ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille nò mo-  
 ritur: & non dixit ei Iesus, non moritur, sed sic eum volo  
 manere donec veniam, quid ad te? Ecce quousq; in hoc  
 Euangelio extenditur quæstio, quæ sua profunditate nò  
 mediocriter mentem scrutatis exercet. Cur enim dicitur  
 Petro, sequere me, nec dicitur cæteris qui simul ade-  
 rant, & profecto eum sicut magistrum discipuli seque-  
 bantur. Sed si ad passionem intelligendum est, nunquid  
 solus pro Christiana veritate passus est Petrus? Nonne  
 ibi erat in illis septem alius filius Zebedæi frater Ioan-  
 nis, qui post eius ascensionem ab Herode manifestatur  
 occisus? Verum aliquis dixerit, quoniam Iacobus non est  
**Acto. 12.** crucifixus, merito dictum est Petro, sequere me, qui non  
 solum mortem, sed etiam mortem crucis sicut Christus  
 expertus est. Sit hoc, si nihil aliud quod sit cōuenientius  
 potuerit inueniri. Cur ergo de Ioanne dictū est, sic eum  
 volo manere donec veniam, quid ad te? & repetitum est,  
 tu me sequere? Tanquam ille ideo non sequeretur, quo-  
 niam eū manere voluit donec veniat. Quis facile aliud

dictum esse credat quàm quod fratres crediderant qui  
 tunc aderant, eo quòd scilicet nò esset discipulus ille mo-  
 riturus, sed donec Iesus veniret, iste maneret in vita? Sed  
 hanc opinionem Ioannes ipse abstulit, non hoc dixisse  
 dominum aperta contradicitione declarans. Cur enim  
 subiungeret, non dixit Iesus, nò moritur, nisi ne homi-  
 num cordibus quod falsum fuerat inhareret? Sed cui  
 placet, adhuc resistat & dicat verū esse quod ait Ioannes,  
 non dixisse dominum quod discipulus ille nò moritur,  
 sed hoc tamen significatū esse talibus verbis qualia eum  
 dixisse narravit, & asserat Apostolum Ioannem viuere,  
 atq; in illo sepulchro eius quod est apud Ephesum, dor-  
 mire eum potius q̄ mortuum iacere cōtendat. Assumat  
 in argumentum, quòd illic terra sensim scatere, & quasi  
 ebullire perhibetur, atq; hoc eius anhelitu fieri, siue con-  
 stanter, siue pertinaciter asseueret. Nò enim possunt de-  
 esse qui credant, si non desunt qui etià Moysen asserant  
 viuere, quia scriptum est: eius sepulchrum non inueniri,  
 & apparuit cum domino in monte vbi & Helias fuit,  
 quem mortuum legimus non esse sed raptū: quasi Moysi  
 corpus non potuerit alicubi sic abscondi, vt profusus ho-  
 mines lateret vbi esset, atque inde ad horam diuinitus  
 excitari, quando cū Christo Helias & ipse sunt visificati  
 ad horam multa sanctorū corpora surrexerunt, quando  
 passus est Christus, & post eius resurrectione appa-  
 runt multis in sancta, sicut scriptū est, ciuitate. Sed tamē  
 vt dicere cæperam, si quidā Moysen mortuum negant,  
 quem scriptura ipsa, licet sepulchrum eius nusquam in-  
 ueniri legimus, mortuum tamen esse sine vlla ambigui-  
 tate testatur: quāto magis Ioannes ex istorum occasione  
 verborum vbi dominus ait, sic eum volo manere donec  
 venio, creditur viuus dormire sub terra? Quem tradunt  
 etiam, quod in quibusdam scripturis quāuis apocryphis  
 reperitur, quando sibi fieri iussit sepulchrum, incolūmē  
 fuisse præsentē, eoq; effosso & diligentissime preparato,  
 ibi eum se tanquā in lectulo collocasse, statimq; eum esse  
 defunctum. Vt autem isti putant qui hæc verba domini  
 sic intelligunt, nò defunctum, sed defuncto similem cu-  
 basse, & cū mortuus putaretur, sepultum fuisse dormien-  
 tem, & donec Christus veniat sic manere, suamq; vitam  
 scaturigine pulueris indicare, qui puluis creditur vt ab  
 imo ad superficiē tumuli ascendat, statu quiescentis im-  
 pelli, huic opinioni superuacaneum existimo reluctari.  
 Viderint enim qui locū sciunt vtrum hoc ibi faciat vel  
 patiat terra quod dicitur, quia & reuera non à leuibus  
 hominib; id audiuimus. Interim cedamus opinionī, quā  
 certis documentis refellere nò valemus, ne rursus aliud  
 quod à nobis quærat exurgat: cur super humatū mor-  
 tuum ipsa humus quodāmodo viuere ac spirare videat-  
 ur? Sed nunquid hinc tanta soluitur quæstio, si magno  
 miraculo, qualia potest facere omnipotens, tādū viuum  
 corpus in sopore sub terra est, donec veniat terminus,  
 seculi? Quinimò sit amplior & difficilior, cur discipulo  
 Iesu quē diligebat præ cæteris, intantū vt super pectus  
 eius discubere mereretur, pro magno munere longū in  
 corpore donauerit somnū cum beato Petrū per ingen-  
 tem martyrij gloriam, ab onere ipsius corporis soluerit,  
 eiq; concesserit quod Apostolus Paulus se concupisse di-  
 xit & scripsit dissolui & esse cū Christo: Si autem quod  
 magis creditur, ideo sanctus Ioannes ait, nò dixisse do-  
 minū, nò moritur, ne illis verbis quæ dixit, hoc voluisse  
 intelligi putaretur, corpusq; eius in sepulchro eius exa-  
 nime, sicut aliorū mortuorū iacet, restat vt si vere ibi sit  
 quod sparsit fama de terra, quæ subinde ablata succre-  
 scit, aut ideo fiat vt ea modo cōmendetur preciosa mors  
 eius,

**A** eius, quam nequaquam cōmendat martyrium, nò enim  
 eum pro fide Christi persecutor occidit, aut propter ali-  
 quid aliud quod nos latet, manet tamen quæstio, cur di-  
 xerit dominus de homine morituro, sic eum volo ma-  
 nere donec veniam. Illud enim in his duobus Apostolis  
 Petro & Ioanne quem non moueat ad quarendum, cur  
 Ioannem plus dilexerit dominus, cum ipsum dominū  
 plus dilexerit Petrus? Vbiunque enim se commemorat  
 Ioannes, vt nomine suo tacito ipse posset intelligi, hoc  
 addit quòd eum diligebat Iesus, quasi solum diligeret, vt  
 hoc signo discernetur à cæteris, quos vtiq; omnes di-  
 ligebat. Quid ergo nisi amplius se dilectum cum hoc di-  
 ceret, volebat intelligi, quod absit vt mendaciter dice-  
 ret? Quod autem maius dare potuit Iesus maioris eiga  
 eum suæ dilectionis indicium, quàm vt homo cum cæ-  
 teris condiscipulis suis socius tantæ salutis, solus tamen  
 discubuerit super pectus ipsius saluatoris? Porro quòd  
 Apostolus Petrus plus aliis dilexit Christum, possunt  
 quidem documenta multa proferri, sed vt longe in alia  
 nò eamus, in ipsius tertiæ manifestationis domini pau-  
 lo superiore lectione quæ istam præcedit, satis euidenter  
 apparet, vbi interrogans eum, dixit, diligis me plus his?  
**B** Quod vtiq; sciebat, & tamen interrogabat, vt etiam  
 nos qui legimus Euangelij, amorem Petri erga domi-  
 num, & illo interrogante & isto respondente nosse-  
 mus. Quòd autem in eo quod respondit Petrus, amo te,  
 nò addidit, plus his, hoc respondit quod de seipso scie-  
 bat. Non enim quantū ab alio quolibet diligeretur scire  
 poterat, qui cor alterius videre non poterat. Sed tamen  
 superioribus verbis dicendo, Etiam domine, tu scis quia  
 amo te, satis & ipse declarauit scientem dominum in-  
 terrogasse quod interrogauit. Sciebat igitur dominus  
 non solum quòd diligeret, verumetiam quòd plus illis  
 eum diligeret Petrus, & tamen si proponamus quæren-  
 tes, quis duorum sit melior, vtrum qui plus, an qui mi-  
 nus diligit Christum, quis dubitabit respondere, eum qui  
 plus diligit esse meliorem? Item si proponamus quis duo-  
 rum sit melior, vtrū quem minus, aut quem plus diligit  
 Christus? Eum qui plus diligitur à Christo, meliorem  
 proculdubio respōdebimus. In illa ergo comparatione,  
 quam prius posui, Petrus Ioanni: in hac vero altera, Io-  
 annes anteponitur Petro: proinde tertiam sic propo-  
 nimus, Quis est duorum discipulorum melior, qui mi-  
 nus quàm condiscipulus eius diligit Christum, & plus  
 quàm condiscipulus eius diligitur à Christo, an ille quem  
 minus quàm condiscipulum eius diligit Christus, cum  
 plus ipse quàm suus condiscipulus diligit Christum? Hic  
 planè cunctatur responsio, & augetur quæstio. Quantum  
 autem ipse sapio, meliorem qui plus diligit Christum,  
 feliciorē vero quem plus diligit Christus, facile res-  
 pōdere, si iustitiam liberatoris nostri minus eum di-  
 ligentis à quo plus diligitur, & eum plus à quò minus di-  
 ligitur, quemadmodū defenderem, præviderem. Aggre-  
 diar igitur in eius manifesta misericordia, cuius est oc-  
 culta iustitia, de soluēda quæstione tam ingenti pro vi-  
 ribus quas ipse donauerit disputare: hucusq; enim pro-  
 posita est, nò exposita. Exponendæ vero eius hoc sit ex-  
 ordium, vt meminerimus in hoc corruptibili corpore  
 quod aggrauat animā, vita nos misera viuere. Sed quia  
 iam redempti per mediatorē sumus, & spiritum san-  
 ctum pignus accepimus, beatam vitam in spe habemus,  
 etsi re ipsa nondum tenemus: spes autē quæ videtur non  
 est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si autē quod  
 non videmus speramus, per patientiam expectamus. In  
 malis autem quæ quique patitur, non in bonis quibus  
 Tomus nonus.

fruitur, opus est patientia: hanc itaq; vitam de qua scri-  
 ptum est, Nunquid non tentatio est vita humana super  
 terram? in qua quotidie clamamus ad dominum, Libe-  
 rra nos à malis: cogitur homo tolerare etià remissis pec-  
 catis, quāuis vt in eam veniret miseriam, primū fuerit  
 causa peccatum: productior est enim pœna quàm culpa,  
 ne parua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœna:  
 ac per hoc vel ad demonstrationem debitæ miserix, vel  
 ad emendationem labilis vitæ, vel ad exercitationem  
 necessariæ patientiæ, temporaliter hominem detinet  
 pœna, etiam quem iam ad damnationem sempiternam  
 reum non detinet culpa. Hæc est istorum dierum, quos  
 in hac mortalitate agimus malos, quāuis in ea diliga-  
 mus videre dies bonos, stenda quidē sed non reprehē-  
 denda conditio: venit enim de ira dei iusta, de qua scri-  
 ptura loquens, Homo, inquit, natus ex muliere, breuis  
 vitæ, & plenus iræ, cum ira dei nò sit vt hominis, id est,  
 perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti suppli-  
 cij constitutio. In hac ira sua deus non continens, sicut  
 scriptum est, miserationes suas, præter alia solatia mise-  
 rorum quæ generi humano præbere non cessat, in plen-  
 tudinem temporis, quo ipse sciebat hoc esse faciendū,  
 misit filium suum vnigenitū per quem creauit vnuer-  
 sa, vt manens deus fieret homo, & esset mediator dei &  
 hominum homo Christus Iesus, in quem credentes per  
 lauacrum regenerationis soluto reatu omnium pecca-  
 torū, & originalis videlicet quod generatio trahit, con-  
 tra quam maxime regeneratio est instituta, & cætorū  
 quæ male agendo contracta sunt, liberarentur à dam-  
 natione perpetua, & viuerent in fide & spe & charitate,  
 peregrinantes in hoc seculo, atque in eius temptationibus  
 laboriosis & periculosis, consolationibus autem dei &  
 corporalibus & spiritalibus ambularent ad conspectum  
 eius, viam tenentes quod eis factus est Christus. Et quia  
 in ipsa quoq; via ambulantes non sunt sine peccatis, quæ  
 de huius vitæ infirmitate surrepunt, dedit eleemosyna-  
 rum remedia salutaria, quibus eorū adiuuaretur oratio,  
 vbi eos dicere docuit, Dimitte nobis nostra, sicut  
 & nos dimittimus debitorib; nostris. Hoc agit Ecclesia  
 spe beata in hac vita erumosa, cuius Ecclesiæ Petrus A-  
 postolus propter apostolatus sui primatū gerebat figu-  
 rata generalitate personam. Quod enim ad ipsum sum-  
 ptiuè pertinet, natura vnus homo erat, gratia vnus Chri-  
 stianus, abundantiore gratia vnus idemq; primus Apo-  
 stolus: sed quando ei dictum est, Tibi dabo clauēs regni  
 cœlorum: & quodcunq; ligaueris super terram, erit li-  
 gatum & in cœlis: & quodcunq; solueris super terram, erit  
 solutum & in cœlis: vnuerſam significabat Ecclesiā, quæ  
 in hoc seculo diuersis temptationibus velut imbribus, flu-  
 minibus, tempestatibusq; quatitur, & nò cadit, quoniam  
 fundata est super petram, vnde & Petrus nomen acce-  
 pit: non enim à Petro petra: sed, Petrus à petra, sicut non  
 Christus à Christiano: sed Christianus à Christo voca-  
 tur: ideo quippe ait dominus, Super hanc petram ædifi-  
 cabo Ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, Tu es Chri-  
 stus filius dei viui. Super hæc ergo, inquit, petram quam  
 cōfessus es, ædificabo Ecclesiam meam. Petra enim erat  
 Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædifica-  
 tus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest  
 ponere præter id quod positum est, quod est Christus  
 Iesus. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, clauēs ab  
 eo regni cœlorum accepit in Petro, id est, potestatem li-  
 gandi soluēdiq; peccata: quod enim est per proprietatē  
 in Christo Ecclesia, hoc est, per significationem Petrus  
 in petra: qua significatione intelligitur Christus petra,  
 q iij Petrus

Math. 26.

Ioan. 10.

Ioan. 13.

Acto. 12.

Deute. 34.

Math. 17.

4. Reg. 2.

Math. 27.

L.

M.

Philip. 1.

Sapient. 9.

Roma. 8.

Iob. 14.

Psal. 76.

E.

1. Timot. 2.

Math. 6.

F.

Math. 16.

1. Cor. 10.

1. Cor. 3.

Math. 16.

**G** Petrus Ecclesia. Hæc igitur Ecclesia quam significabat Petrus, quando degit in malis, amando & sequendo Christum liberatur à malis. Magis autem sequitur in eis qui certant pro veritate vsque ad mortem: sed vniuersitati dicitur, sequere me, pro qua vniuersitate passus est Christus: de quo dicit idem Petrus, Christus pro nobis passus est, relinquens nobis exemplum, vt sequamur vestigia eius: ecce propter quod ei dictum est, Sequere me. Est autem alia vita immortalis, quæ non est in malis, ibi facie ad faciem videbimus, quod hic per speculum & in ænigmate videtur, quando multum in cõspicienda veritate proficitur. Duas itaque vitas sibi diuinitus prædicatas & commendatas nouit Ecclesia, quarum est vna in fide, altera in specie: vna in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis: vna in labore, altera in requie: vna in via, altera in patria: vna in opere actionis, altera in mercede contemplationis: vna declinat à malo & facit bonum, altera nullum habet à quo declinet malum, & magnum habet quo perfruatur bono: vna cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat: vna fortis est in aduersis, altera nihil sentit aduersi: vna carnales libidines frenat, altera spiritalibus delectationibus vacat: vna est vincendi cura sollicita, altera victoriæ pace secura: vna in tentationibus adiuuatur, altera sine vlla tentatione in ipso adiutore latatur: vna subuenit indigenti, altera ibi est vbi nullum inuenit indigentem: vna aliena peccata vt sua sibi ignoscatur ignoscit, altera nec patitur quod ignoscat, nec facit quod sibi poscat ignosci: vna flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera tãta plenitudine gratiæ caret omni malo, vt sine vlla tentatione superbiæ cohæreat summo honore: vna bona & mala discernit, altera quæ sola bona sunt cernit: ergo vna bona est, sed adhuc misera, altera melior & beata: ista significata est per Apostolum Petrum, illa per Ioannem: tota hic agitur ista vsque in huius seculi finem, & illic inuenit finem, differtur illa completa post huius seculi finem, sed in futuro seculo non habet finem: ideo dicitur huic, Sequere me: de illo autem, Sic eum volo manere donec veniam, quid ad te? tu me sequere: quid enim est hoc? Quantum sapio, quantum capio, quid est hoc, nisi tu me sequere, per imitationem perferendo temporalia mala: ille maneat, donec sempiterna venio redditurus bona: quod apertius ita dici potest, Perfecta me sequatur actio, informata meæ passionis exemplo: inchoata vero contemplatio maneat donec veniam, perficienda cum venio. Sequitur enim Christum perueniens vsque ad mortem pia plenitudo patientiæ, manet autem donec veniat Christus, tunc manifestanda plenitudo scientiæ. Hic quippe tolerantur mala huius mundi in terra morientium, ibi videbuntur bona domini in terra viuentium: quod eni in ait, Sic eum volo manere donec veniam: non sic intelligendum est quasi dixerit, remanere vel permanere, sed expectare, quoniam quod per eum significatur, non vtiq; nunc, sed cum venerit Christus implebitur. Quid autem per hunc significatur, cui dictum est, Tu me sequere: nisi nunc agatur, non peruenietur ad illud quod expectatur. In hac autem actiua vita quanto magis Christum diligimus, tanto facilius liberamur à malo. At ipse nos minus diligit quales nunc sumus, & hinc ideo liberat, ne semper tales simus. Ibi vero amplius nos diligit, quoniam quod ei displiceat, & quod à nobis auferat non habebimus: nec ob aliud nos hic diligit, nisi vt sanet & transferat ab his quæ non diligit. Hic ergo minus vbi non vult remaneamus, ibi amplius quod vult transeamus, & vnde non vult pereamus. Amet ergo eum Petrus, vt ab

ista mortalitate liberemur: ametur ab eo Ioannes, vt in illa immortalitate seruemur. Sed ista ratione illud ostenditur, cur amplius Ioannem quàm Petrum amauerit Christus, non cur amplius Petrus quàm Ioannes amauerit Christum. Neque enim si plus nos diligit Christus in futuro seculo, vbi cum illo sine fine viuemus, quàm in isto vnde eruiamur, vt illic semper simus, propterea nos tunc eum minus dilecturi sumus, quando meliores erimus, cum meliores vtiq; nisi amplius eum diligendo nullo modo esse possimus. Cur ergo Ioannes minus eum diligebat quàm Petrus, si eam vitam significabat, in qua est multo amplius diligendus, nisi quia propterea dictum est, volo eum manere, id est, expectare donec veniam: quoniam & ipsum amorem qui tunc multo amplior erit nondum habemus, sed futurum expectamus, vt cum ipse venerit habeamus: nam sicut in Epistola sua idem dicit Ioannes Apostolus, Nondum apparuit quod erimus, scimus quoniam cum apparuerit similes erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Tunc ergo amplius quod videamus, diligemus. Ipse autem dominus illam quæ futura est vitam nostram, qualis in nobis futura sit sciens, prædestinatione plus amat, vt ad eam nos amando perducatur. Quocirca quoniam vniuersa viæ domini misericordia & veritas, misericordiam nostram præsentem nouimus quia sentimus: & ideo misericordiam domini quam nobis de miseria liberandis exhiberi volumus, plus amamus, eamq; quotidie maxime pro peccatorum remissione poscimus & habemus. Hoc per Petrum significatum est, plus amantem, sed minus amatum, quia minus nos amat Christus miseris quàm beatis. Veritatis autem contemplationem qualis tunc futura est, minus amamus quia nondum nouimus nec habemus: hæc ergo per Ioannem significata est minus amantem, atq; ideo & ad ipsam & ad eius in nobis amorem qualis ei debetur implendum, donec veniat dominus & expectantem: sed plus amatum, quia id quod per illum figuratum est, hoc efficit beatum. Nemo tamen istos insignes Apostolos separet, & in eo quod significabat Petrus ambo erant, & in eo quod significabat Ioannes, ambo futuri erant: significando sequebatur iste, manebat ille: crededo autem ambo mala præsentia huius miseriæ tolerabant: ambo futura bona illius beatitudinis expectabant, nec ipsi soli, sed vniuersa hoc facit sancta Ecclesia sponsa Christi ab istis tentationibus eruenta, in illa felicitate seruanda. Quas duas vitas Petrus & Ioannes figurauerunt singuli singulas: verum & in hac temporaliter ambulauerunt ambo per fidem, & illa in æternum fruuntur ambo per speciem. Omnibus igitur sanctis ad Christi corpus inseparabiliter pertinentibus, propter huius vitæ procelliosissimam gubernaculum, ad liganda & soluenda peccata clauis regni cælorum primus Apostolorum Petrus accepit, eisdemque omnibus sanctis propter vitæ illius secretissimam quietissimum sinum, super pectus Christi Ioannes Euangelista discubuit, quoniam nec iste solus, sed vniuersa Ecclesia ligat soluitque peccata: nec ille in principio verbum deum apud deum, & cætera de Christi diuinitate, & de totius diuinitatis trinitate atque vnitatem sublimia, quæ in illo regno facie ad faciem cõtemplanda, nunc autem donec veniat dominus in speculo atq; in ænigmate cõtuedenda sunt, quæ prædicando ructaret, de fonte dominici pectoris solus bibit, sed ipse dominus ipsum Euangelium pro sua cuiusque capacitate omnibus suis bibendum toto terrarum orbe diffudit. Sunt qui senserint, & hi quidem non contemptibiles sacri eloquij tractatores, à Christo Ioannem Apostolum propterea plus amatum, quod

**A** quod neque vxorem duxerit, & ab incunte pueritia castissimus vixerit. Hoc quidem in scripturis canonicis non euidenter apparet, veruntamen id quoque multum adiuuat cõgruentiam huiusce sententiæ, quod illa vita per eum significata est, vbi non erunt nuptiæ. Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc, & scimus quia verum est testimonium eius. Sunt autem, inquit, & alia multa quæ fecit Iesus, quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere eos qui scribendi sunt libros. Non spatio locorum, credendum est mundum capere non posse, quæ in eo scribi quomodo possent, si scripta non ferret? Sed capacitate legentium comprehendi fortasse non possent, quauis salua rerum fide, plerumq; verba excedere videantur fidem, quod non fit quando aliquid quod erat obscurum vel dubium, causa & ratione reddita exponitur: sed quando id quod apertum est vel augetur vel extenuatur, nec tamen à tramite significandæ veritatis erratur, quoniam sic verba rem quæ indicatur excedunt, vt voluntas loquentis nec fallentis apparet, qui nouit quousque credatur, à quo vltra quàm credendum est, vel minuitur loquendo aliquid vel augetur. Hunc loquendi modum Græco sermone, non solum Græcarum, verumetiam Latinarum literarum magistri Hyperbolen vocant: qui modus, sicut hoc loco, ita in nonnullis aliis diuinis literis inuenitur, vt est, Posuerunt in cœlum os suum: & Verticem capilli perambulantium in delictis suis: & multa huiusmodi, quæ scripturis sanctis non desunt, sicut alij tropi, hoc est locutionum modi, de quibus operosius disputarem, nisi Euangelista terminante Euangelium suum etiam ipse compellerer meum terminare sermonem.

Enarrationum in Ioannem finis.

**DIVI AVRE**  
LII AVGVSTINI HIPPO-  
nensis Episcopi, Expositio in Epistola beati Ioannis.



**M**EMINIT sanctitas vestra Euangelium secundum Ioannem ex ordine lectionum nos solere tractare. Sed quia nunc interposita est sollemnitas sanctorum dierum, quibus certas ex Euangelio lectiones oportet in Ecclesia recitari, quæ ita sunt annuæ, vt aliq; esse non possint, ordo ille quem susceperamus, necessitate paululum intermissus est, non omisus. Cum autem cogitarem quid secundum hilaritatem presentium dierum per hanc hebdomadam vobiscum de scripturis agerem, quantum dominus donare dignatur, quod posset in istis septem vel octo diebus finire, occurrit mihi Epistola beati Ioannis, vt cuius Euangelium paululum intermisimus, eius Epistolam tractando ab eo non recedamus: præsertim quia in ipsa Epistola satis dulci omnibus quibus sanum est palatum cordis, vbi sapiat panis dei, & satis memorabili in sancta Ecclesia dei, maxime charitas commendatur. Locuturus est enim multa, & prope omnia de charitate. Qui habet in se vnde audiat, necesse est gaudeat ad quod audit: sic enim illi erit lectio ista, tanquam oleum in flamma. Si est ibi quod nutritur, nutritur & crescit & permanet. Item quibusdam

Tomus nonus.

sic esse debet tanquam flamma ad fomitem, vt si non ardebat, accedente sermone accendatur. In quibusdam enim nutritur quod est: in quibusdam accenditur si deest, vt omnes in vna charitate gaudeamus. Vbi autem charitas, ibi pax: & vbi humilitas, ibi charitas. Iam ipsum audiamus, & ad eius verbum, quæ dominus suggerit, etiam vobis vt bene intelligatis, loquamur.

De eo quod Ioannes dicit, Quod erat ab initio, quod vidimus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ: usque ad id, Qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quoniam tenebræ excæcauerunt oculos eius.

Tractatus I.



**V**od erat ab initio, quod audiuiimus, & quod vidimus, & manus nostræ tractauerunt de verbo vitæ: Quis est qui manibus tractet verbum, nisi quia verbum caro factum est & habitauit in nobis? Hoc autem verbum quod caro factum est, vt manibus tractaretur, cœpit esse caro ex virgine Maria, sed non tunc cœpit verbum, quia quod erat ab initio dixit. Videte si non attestatur Epistola sua Euangelio suo, vbi modo audistis, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum: Forte de verbo vitæ sic quisque accipiat, quasi locutionem quandam de Christo, non ipsum corpus Christi quod manibus tractatum est, vide quid sequatur.

Et ipsa vita manifestata est. Christus vero verbum vitæ: & vnde ergo manifestata est? Erat enim ab initio, sed non erat manifestata hominibus: manifestata autem erat angelis videtibus, & tanquam pane suo cibantibus: sed quid ait Scriptura? Panem angelorum manducauit homo: ergo manifestata est ipsa vita in carne, quia in manifestatione posita est, vt res quæ solo corde videri potest, videretur & oculis, vt corda sanaret. Solo enim corde videtur verbum, caro autem & oculis corporalibus videtur: erat vnde videremus carnem, sed non erat vnde videremus verbum: factum est verbum caro quam videre possemus, vt sanaretur in nobis vnde verbum videremus. Et vidimus, inquit, & testes sumus. Forte aliqui fratrum nesciunt, qui Græce non norunt quid sint testes Græce & vsitatum nomē est omnibus & religiosum: quos enim testes Latine dicimus, Græce martyres sunt. Quis autem non audiuit martyres? Aut in cuius ore Christiani non quotidie habitat nomen martyr? Atq; vti nam sic habitat & in corde, vt passionem martyrum imitemur, non eos calcibus persequamur: ergo hoc dixit, vidimus & testes sumus, audiuiimus & martyres sumus. Testimonium enim dicendo ex eo quod viderunt, & testimonium dicendo ex eo quod audierunt ab his, qui viderunt cum displiceret ipsum testimonium hominibus aduersus quos dicebatur, passi sunt omnia quæ passi sunt martyres. Testes dei passi sunt, deus testes habere voluit homines, vt & homines habeant testem deum: Vidimus, inquit, & testes sumus. Vbi viderunt? In manifestatione. Quid est in manifestatione? In sole, id est, in hac luce. Vnde autem potuit videri in sole, qui fecit solem: nisi, Quia in sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exultauit vt gigas ad currendam viam: ille ante solē qui fecit solem, ille ante luciferum, ante omnia sidera, ante omnes angelos, verus creator: quia omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil, vt videretur oculis carnis qui solem vident, ipsum tabernaculum suum in sole posuit, id est, carnem suam in manifestatione huius lucis ostendit: & illius sponsi thalamus fuit uterus virginis, quia in illo vtero virginali coniuncti sunt duo, sponsus & sponsa.

q. iij. Sponsus

**G** Sponsus verbum, & sponsa caro: quia sic scriptum est, Et erunt duo in carne vna: & dominus in Euangelio, Igitur iam non duo, sed vna caro: & Esaias optime meminit, vnum esse ipsos duos: loquitur enim ex persona Christi, & dicit, Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento: vnus videtur loqui, & sponsum se fecit & sponsam se fecit, quia nō duo sed vna caro. Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis, illi carni adiungitur Ecclesia, & fit Christus totus, caput & corpus. Et testes, inquit sumus, & annunciamus vobis vitam aeternam, quae erat apud patrem, & manifestata est in nobis. hoc est, manifestata est inter nos. Quid apertius diceretur, quam manifestata est in nobis? Quae ergo vidimus & audiuius, nunciamus vobis: intendat charitas vestra. Quae ergo vidimus & audiuius nunciamus vobis. Illi viderunt ipsum dominum praesentem in carne, & audierunt verba ex ore domini, & annunciauerunt nobis. Et nos ergo audiuius, sed non vidimus: minus ergo sumus felices, quam illi qui audierunt & viderunt: & quomodo adiungit, Vt & vos societatem habeatis nobiscum. Illi viderunt, nos non vidimus, & tamen socii sumus, quia fidem communem tenemus: nam quidam videndo non credidit, & palpare voluit: & sic credere, & ait, Nō credam, nisi digitos meos misero in locum clauorum, & cicatrices eius tetigero. Et praebuit se ex tempore palpandum manibus hominum, qui semper se praebet videndum aspectibus angelorum: & palpauit ille discipulus & exclamauit, Dominus meus & deus meus: quia tetigit hominem, confessus est deum. Et dominus consolans nos qui ipsum iam in caelo sedentē manu contrectare non possumus, sed fide contingere, ait illi, Quia vidisti & credidisti, beati qui non viderunt & credunt, nos descripti sumus, nos designati sumus: fiat ergo in nobis beatitudo, quam dominus praedixit futuram: firme teneamus quod non videmus, quia illi nunciant qui viderunt: vt & vos, inquit, societatem habeatis nobiscum. Et quid magnum est societatem habere cum hominibus? Noli contemnere, vide quid addat. Et societas nostra sit cum deo patre & Iesu Christo filio eius: haec, inquit, scribimus vobis, vt gaudium vestrum sit plenum. Plenum gaudium dicit in ipsa societate, in ipsa charitate, in ipsa vnitate. Et haec, inquit, est annūciatio quam audiuius ab eo, & annunciamus vobis. Quid est hoc? ipsi viderunt, contrectauerunt manibus verbum vitae, ab initio erat, ad tempus visibilis & palpabilis factus est vnicus filius dei. Ad quam rem venit, vel quid nobis nouum nunciauit? quid docere voluit, quare fecit hoc quod fecit, vt verbum caro fieret, vt deus super omnia indigna ab hominibus pateretur, vt alas eorum sustineret de manibus quas ipse formauit? Quid voluit docere, Quid voluit ostendere, Quid voluit annunciare? Audiamus, nam sine fructu praeccepti auditio rei gestae, quia natus est Christus, & quia passus est Christus, auocamentum mentis est & non firmiter. Quid magnum audis, quo fructu audias? Vide, quid voluit docere, quid annunciare? audi. Quia deus lux est, inquit, & tenebrae in eo non sunt vlla. Adhuc lucem quidem nominauit, sed obscura sunt verba. Bonum est nobis, vt ipsa lux quam nominauit, illustret corda nostra, & videamus quid dixit, hoc est quod annunciamus, quia deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vllae. Quis enim auderet dicere, quia in deo sunt tenebrae? aut quid est ipsa lux, aut quid sunt tenebrae? Ne forte talia dicat, quae ad oculos istos nostros pertineant: deus lux est. Ait nescio quid sit, & sol lux est,

& luna lux est, & lucerna lux est, aliquid debet esse longe his maius, longeq; praestantius, longe supereminenti: quantum deus a creatura, quantum conditor a conditione, quantum sapientia ab eo quod factum est per sapientiam, longe vltra omnia debet esse ista: & forte vicini ei erimus, si quae sit lux ista cognouerimus, & ad eam nos applicauerimus, vt ex ipsa illuminemur, quia in nobis tenebrae sumus, & ab illa illuminati possumus esse lux, & non confundi de illa, quia de nobis confundimur. Quis est qui de se confunditur? qui se cognoscit peccatorem. Quis de illa non confunditur? qui ab illa illuminatur. Quid est ab illa illuminari? qui iam videt se peccatis tenebrari, & cupit ab illa illuminari, accedit ad illam: vnde & dicit psalmus, Accedite ad eum & illuminamini, & vultus vestri non erubescet. Sed non erubescet de illa, si quando tibi te foedum ostenderit, displiceat tibi foeditas tua, vt percipias pulchritudinem illius: hoc est, quod vult docere, & fortasse praepere illud nos dicimus, ipse hoc manifestat in consequentibus. Memento in principio sermonis nostri, quia epistola ista charitatem commendat. Deus lux est, inquit, & tenebrae in eo non sunt vllae: & quid superius dixerat vt societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum patre & filio eius Iesu Christo. Porro si deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vllae, & societatem cum illo habere debemus, & a nobis pellendae sunt tenebrae, vt fiat in nobis lux, nam tenebrae cum luce societatem habere non possunt: ideo vide quid sequatur, Quod si dixerimus, quod societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur. habes & Apostolus Paulum dicentem, Aut quae societas luci ad tenebras? Dicis te societatem habere cum deo, & in tenebris ambulas, & deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vllae, quomodo ergo est societas luci ad tenebras? lam ergo dicat sibi homo. Quid faciam? Vnde ero lux? In peccatis & in iniquitatibus vivo, quasi subreptit quaedam desperatio & tristitia. Salus nulla est, nisi in societate dei. Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vllae. Peccata autē tenebrae sunt, sicut dicit Apostolus diabolus & angelos eius rectores tenebrarum harum esse: non diceret rectores tenebrarum, nisi diceret, rectores peccatorū, dominatores iniquorum. Quid ergo faciemus fratres mei? Societas cum deo habenda est, alia spes vitae aeternae nulla est: deus autem lux est, & tenebrae in eo sunt vllae: iniquitates autem tenebrae sunt, iniquitatibus premimur, ne societatem cum deo habere possimus. Quae ergo spes? Nonne promiseram me aliquid locuturum istis diebus, quod gaudium faciat? Quod si nō exhibeo, tristitia est ista, Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vllae: peccata tenebrae sunt, quid erit nobis? Audiamus ne forte consoletur, erigat, det spem, ne deficiamus in via. Currimus enim, & ad patriam currimus, & si nos peruenturos desperamus, ipsa desperatione deficiamus: ille autē qui nos vult peruenire, vt conseruet in patria, pascet in via: audiamus ergo, Quod si dixerimus quia societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus, mentimur, & non facimus veritatem. Non dicamus quia societatem cum illo habemus, si in tenebris ambulamus. Quod si in lumine ambulamus, sicut & ipse est in lumine, societatem cum eo habemus, cum inuicem in lumine ambulamus, sicut & ipse est in lumine, vt possumus societatem habere cum illo. Quid facimus de peccatis? audi quid sequitur, Et sanguis Iesu Christi filij eius purgabit nos ab omni delicto. Magna securitate dedit deus, merito pascha celebramus, vbi fusus est sanguis domini, quo purgamur ab omni delicto.

Simus

**A** Simus securi, cautionem contra nos diabolus seruitutis tenebat, sed sanguine Christi delata est: sanguis, inquit, filij eius purgabit nos ab omni delicto, quid est ab omni delicto? attendite, ecce iam in nomine Christi per sanguinem crucis domini, quem nunc confessi sunt isti, qui appellantur infantes, mundata sunt omnia peccata ipsorum: veteres intrauerunt, & noui exierunt. Quid est, veteres intrauerunt, noui exierunt? Senes intrauerunt, infantes exierunt. Senectus enim veteriosa, vetusta vita: infantia autem, regenerationis noua vita. Sed quid facimus? Praeterita peccata donata sunt, non tantum ipsis, sed & nobis. Et post donationem & abolitionem omnium peccatorum viuēdo in hoc seculo inter tentationes, quaedam forte contracta sunt, ideo quod potest homo faciat: ipse confiteatur quod est, vt ab illo curetur qui semper est quod est: ipse enim semper erat & est, nos nō eramus & sumus: vide enim quid dicat, Quod si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Ergo si te confessus fueris peccatorem, est in te veritas, nam ipsa veritas lux est. Nondum perfecte splenduit vita tua, quia insunt peccata tua, sed tamen iam illuminari coepisti, quia inest confessio peccatorum: vide enim quid sequatur, Quod si confessi fuerimus delicta nostra fidelis est & iustus vt dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni iniquitate. Non tantum praeterita, sed & si qua forte contraximus ex hac vita, quia non potest homo quando carnem portat nō habere vel leuia peccata: sed ista leuia quae dicimus, noli contemnere: si contemnis, quando appendis? Expauesce quando numeras: leuia multa faciunt vnum grande. Multa guttae implent flumen: multa grana faciunt massam. Et quae spes est? Ante omnia confessio: nec quisquam se dicat iustum, & ante oculos dei videt quod est, erigat ceruicem suam homo qui non erat & est: ante omnia ergo confessio, deinde dilectio: quia de charitate quidem dictum est, Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Iam videamus si ipsam charitatem commendat propter surrepentia delicta, quia sola delicta extinguit charitas, superbia extinguit charitatem, Humilitas ergo roborat charitatem, charitas extinguit delicta: humilitas pertinet ad confessionem, qua confitemur nos peccatores: ipsa est humilitas, nō vt dicamus illud lingua, quasi propter arrogantiam, ne displiceamus hominibus si nos iustos dixerimus: Faciunt hoc impij & infani, scio quidem quia iustus sum, sed quid diciturus sum ante homines? Si me iustum dixerō, quis ferat, quis toleret? Apud deum nota sit iustitia mea, ego tamē dicam me peccatorem, non quia sum, sed ne arrogantiam odiosam inueniar. Dic hominibus quid es, dic deo quis es: quia si non dixeris deo quod es, damnat deus quod in te inueniet: nō vis vt ille damnet, tu damna: vis vt ille ignoscat, tu agnosce, vt possis deo dicere, Auerte faciem tuam a peccatis meis: dic illi etiam illa verba in ipso psalmo, Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. Quod si confessi fuerimus delicta nostra, fidelis est & iustus, qui dimittat nobis delicta nostra, & purget nos ex omni iniquitate. Quod si dixerimus quia nō peccauimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non erit in nobis. Si dixeris, non peccauit, illum facis mendacem, cum te vis facere veracem. Vnde fieri potest vt deus mendax sit, & homo verax, cum contradicat scriptura, Omnis homo mendax, & deus solus verax: ergo deus per seipsum verax, tu per deum verax, nam per te mendax. Et ne forte impunitatem videretur dedisse peccatis, quia dixit, Fidelis est & iustus qui

mundet nos ab omni iniquitate, & dicerent iam sibi homines, Peccemus etiam securi faciamus quod volumus, purgat nos Christus, fidelis est & iustus, purgat nos ab omni iniquitate: tollit tibi malam securitatem, & inserit vt leui timorem. Male vis esse securus, sollicitus esto, fidelis enim est & iustus, vt dimittat nobis delicta nostra, si semper tibi displiceas, & muteris donec perficiaris: ideo quid sequitur? Filioi mei haec scribo vobis vt non peccetis. Sed forte surripit de vita humana peccatum, quid ergo fiet? lam desperatio erit: audi, Si quis, inquit, peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, Ille est ergo aduocatus, da operam tu nō pecces: si de infirmitate vitae surreperit peccatum, continuo vide, continuo displiceat, continuo damna: & cum dannaueris, securus ad iudicem venies: ibi habes aduocatum, noli timere, ne perdas causam confessionis tuae. Si enim aliquando in hac vita committit se homo disertae linguae & non perit, committit te verbo & periturus es: Clamam aduocatum habemus apud patrem. Videte ipsum Ioan-nem seruantem humilitatem, certe vt iustus erat & magnus, qui de pectore domini mysteriorum secreta bibebat: ille ille qui bibendo de pectore domini diuinitatem rutauit. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum: ille talis vir non dixit, aduocatum habetis apud patrem: sed si quis peccauerit, aduocatum, inquit, habemus: non dixit, habetis, nec me habetis dixit, nec ipsum Christum habetis dixit, sed & Christum posuit, non se: & habemus dixit, non habetis. Maluit se ponere in numero peccatorum vt haberet aduocatum Christum, quam ponere se pro Christo aduocatum, & inueniri inter dannandos superbos. Fratres, Iesum Christum iustum ipsum habemus aduocatum ad patrem, ipse propitiatio est peccatorum nostrorum. hoc qui tenuit, haeresim non fecit: hoc qui tenuit, schisma non fecit: vnde enim facta sunt schismata? Cum dicunt homines, nos iusti sumus: cum dicunt homines, nos sanctificamus immundos, nos iustificamus impios, nos petimus, nos impetramus: Ioannes autem quid dixit? Et si quis peccauerit, aduocatum habetis apud patrem Iesum Christum iustum: sed dicit aliquis, Ergo sancti non petunt pro nobis: ergo Episcopi vel praepositi non petunt pro populo: sed attendite scripturas & videte, quia & praepositi commendant se populo: nam Apostolus dicit plebi, Orantes simul & pro nobis: orat Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apostolo: oramus pro vobis fratres, sed & vos orate pro nobis: inuicem pro se omnia membra orent, caput pro omnibus interpellat. Propterea non mirum quia sequitur & hic, & claudit ora diuinitatibus Ecclesiam dei: quia dixit, Iesum Christum iustum habemus aduocatum, & ipse propitiatio est peccatorum nostrorum, propter illos qui se diuisuri erant & dicituri, Ecce hic est Christus, ecce illic, & vellent ostendere eum in parte qui emit totum & possedit totum: continuo secutus adiunxit, Non tantum nostrorum, sed & totius mundi. Quid est hoc fratres? Certe inuenimus eam in capis saltuum, inuenimus Ecclesiam in omnibus gentibus. Ecce Christus propitiatio est peccatorum nostrorum: non tantum nostrorum, sed & totius mundi. Ecce habes Ecclesiam per totum mundum, noli sequi falsos iustificatores & veros precipitatores, in illo monte esto qui impleuit orbem terrarum, quia Christus propitiatio est peccatorum nostrorum, non tantum nostrorum, sed & totius mundi, quem suo sanguine coparauit. Et in hoc, inquit, cognoscimus eum, si mandata eius seruauerimus. Quae mandata? Qui dicit quia cogitavit

Gene. 2.  
Math. 19.  
Esai. 61.  
Ioan. 1.  
Ioan. 20.

Psal. 33.

1. Cor. 6

Ephes. 6.

1. Petri. 4.

Psal. 50.

Psal. 115.

Cap. II.

Ioan. 15.

Ioan. 1.

Coloss. 4.

Matth. 2. 4.

Marci. 13.

Psal. 135.



Gnoui eum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc veritas non est. Sed adhuc queris, quare mandata?

Qui autem, inquit, seruauerit verbum eius, vere in hoc perfecta est dilectio dei. Videamus ne ipsum mandatum dilectio dei vocetur. Querimus enim, quare mandata: & ait, qui seruauerit verbum eius, vere in hoc perfecta est dilectio dei: attende Euangelium, si non est hoc mandatum, Mandatum, inquit, nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. In hoc cognoscimus quia in ipso sumus, si in illo perfecti fuerimus. Perfectos in dilectione vocat: quare est perfectio dilectionis? Et inimicos diligere, & ad hoc diligere, vt sint fratres: non enim dilectio nostra carnalis esse debet: optare alicui salutem temporalem, bonum est: sed & si deit, anima tuta sit: si optas alicui amico tuo vitam, bene facis: gaudes de morte inimici, male facis: Sed forte & amico tuo vita illa quam optas inutilis est, & inimico tuo mors de qua gaudes utilis fuit: Incertum est vtrum alicui sit utilis vita ista an inutilis: vita vero quare est apud deum, sine dubio utilis est. Sic dilige inimicos tuos vt fratres optes, sic dilige inimicos vt in societatem tuam vocentur: sic enim dilexit ille qui in cruce pendens, ait, Pater ignosce illis, H quia nesciunt quid faciunt: neque enim dixit pater, viuant isti multo tempore, me quidem occidunt, sed ipsi viuant: sed quid ait: ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: mortem sempiternam ab eis expellebat prece misericordissima, & potentia praestantissima: multi ex eis crediderunt, & dimissus est eis sanguis Christi: primo fuderunt cum scirent, nunc biberunt cum crediderunt: in hoc cognoscimus quia in ipso sumus, si in ipso perfecti fuerimus. De ipsa perfectione diligendorum inimicorum dominus admonens ait, Estote ergo perfecti, sicut & pater vester coelestis perfectus est. Qui ergo dicit se in ipso manere, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare. Quomodo fratres? Quid nos monet? Qui dicit se in ipso manere, id est in Christo, debet sicut ipse ambulauit & ipse ambulare: forte hoc nos monet, vt ambulemus in mari? Absit: hoc ergo, vt ambulemus in via iustitiae. In qua via? Iam commemoravi: Fixus in cruce erat, & in ipsa via ambulabat, ipsa via charitatis, pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Si ergo didiceris orare pro inimicis tuis, ambulas viam domini. Dilectissimi, non mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habebatis ab initio. Quod mandatum vetus dixit: Quod habebatis, inquit, ab initio: ideo ergo vetus, quia iam illud audistis: alioquin cotrarius erit domino, vbi ait, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis: sed mandatum vetus quare non quia ad veterem hominem pertinet: sed quare: quod habebatis ab initio. Mandatum vetus est verbum quod audistis: ideo ergo vetus, quia iam audistis: & id ipsum nouum ostendit, dicens, Iterum mandatum nouum scribo vobis. Non alterum, sed id ipsum quod dixi vetus, idem est & nouum. Quare? Quod est verum in ipso & in vobis: Nam quare vetus audistis? quia iam illud noueratis. Quare autem nouum? Quia tenebrae transierunt, & lux vera iam luget. Ecce vnde nouum: quia tenebrae ad veterem hominem, lux vero ad nouum hominem pertinet: quid dixit Apostolus Paulus? Exiite vos veterem hominem, & induite nouum: & iterum quid dicit? Fuiſtis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Qui dicit se esse in lumine: modo manifestat totum quod dixi. Qui dicit se esse in lumine, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc. Eia fratres mei, quandiu dicemus vobis, diligite

inimicos: Videte quod peius est, ne adhuc fratres oderitis: si fratres solum amaretis, nondum essetis perfecti: si autem fratres auditis, quid estis? Vbi estis? Respiciat vnusquisque cor suum, non teneat odium contra fratrem pro aliquo verbo duro, pro contentione terrae, ne fiat terra: quisquis enim odit fratrem suum, non dicat quia in lumine ambulat: quid dixi? non dicat quia in Christo ambulat: qui dicit se esse in luce, & odit fratrem suum, in tenebris est vsque adhuc. Nescio quis enim ex Paganis factus est Christianus, intendite, ecce tenebrae erant quando Paganus erat, modo iam Christianus factus est: deo gratias, omnes gratulantur: recitatur Apostolus gratulans, Fuiſtis enim aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino. Adorabat idola, adoratur deum: adorabat quem fecit, adoratur qui eum fecit. Muratus est, deo gratias, omnes gratulantur Christiani. Quare? quia iam adorator patris & filij & spiritus sancti, etiam detestator demoniorum & idolorum est: adhuc iste Ioannes sollicitus est, multis gratulantibus adhuc suspectus est, Fratres, mater nam sollicitudinem libenter amplectamur: non sine causa mater sollicita est de vobis, cum alij gaudent: matrem dico charitatem, ipsa enim habitabat in corde Ioannis, cum ista diceret, quare, nisi quia aliquid timet in vobis? Et cum iam nobis homines gratulentur, quid est quod timetur? Qui dicit se esse in lumine: quid est hoc? iam dicit se esse Christianum, & fratrem suum odit, in tenebris est vsque adhuc: quod exponere non est, sed quod gaudere si non fiat, aut quod plangere si fiat. Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Obsecro per Christum, pascit nos Christus, refecturi sumus corpora in nomine Christi, & aliquantum refecta sunt, & reficienda sunt, mens nostra pascatur, non quia diu dicturus sum dico, nam ecce iam finitur lectio: sed ne forte ex tediis minus attente audiat quod maxime necessarium est, qui diligit fratrem suum in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui sunt qui patiuntur scandalum aut faciunt? Qui scandalizantur in Christo & in Ecclesia: qui in Christo scandalizantur, tanquam a sole vruntur: qui in Ecclesia, tanquam a luna. Dicit autem psalmus, Per diem sol non vret te, neque luna per noctem: id est, si tenueris charitatem, nec in Christo scandalum patieris, nec in Ecclesia, nec Christum relinques, nec Ecclesiam: qui enim Ecclesiam relinquit, quomodo est in Christo, qui in membris Christi non est? quomodo est in Christo, qui in corpore Christi non est? Illi ergo patiuntur scandalum, qui relinquunt aut Christum, aut Ecclesiam. Vnde intelligimus quia inde dixit psalmus, Per diem sol non vret te, neque luna per noctem: quia ipsam vitionem scandalum vult intelligi. Primo ipsam similitudinem attende, quomodo qui vritur dicit, non tolero, non fero, & subducit se: sic qui quaedam non ferunt in Ecclesia, & subtrahunt se vel nominis Christi vel Ecclesiae, scandalum patiuntur. Videte quomodo passi sunt scandalum tanquam a sole illi carnales, quibus praedicabat carnem suam Christus & dicebat, Qui non manducauerit carnem filij hominis & biberit eius sanguinem, non habebit in se vitam. Septuaginta ferme homines dixerunt, Durus est hic sermo, & recesserunt ab eo, & remanserunt duodecim. Omnes illos vilit sol & recesserunt, non valentes ferre vim verbi: remanserunt ergo duodecim. Et ne forte putarent homines, quia ipsi praestant deo credendo in Christum, & non ab ipso illis praestatur beneficium, cum duodecim remanserunt, ait illis dominus, Nunquid & vos vultis ire? Vt noueritis, quia vobis necessarius ego sum, non vos mihi.

A mihi. Illi autem quos non viderat sol, responderunt voce Petri, Domine, verbum vitae aeternae habes, quod ibimus? Quos autem vrit Ecclesia tanquam luna per noctem, qui schismata fecerunt, audi ipsam verbum positum in Apostolo, Quis infirmatur & ego non infirmor? quis scandalizatur & ego non vror? Quomodo ergo non est scandalum in eo qui diligit fratrem? Quia qui diligit fratrem, tolerat omnia propter vnitatem, quia in vnitatem charitatis est fraternitas dilectio. Offendit te nescio quis, siue malus, siue vt tu putas malus, siue vt tu fingis malus, & deseris tot bonos, qualis dilectio est fraternitas? Qualis apparuit in istis Donatistis, cum accusant Aphros, deseruerit orbem terrarum: nunquid in orbe terrarum sancti non erant? Aut inauditi a vobis damnari poterunt? Sed si diligeretis fratres, scandalum in vobis non esset: audi psalmum quid dicat, Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum. Pacem multam dixit eis qui diligunt legem dei, & ideo non eis esse scandalum. Illi ergo qui scandalum patiuntur, pacem perdunt. Et quos dixit non pati scandalum, aut non facere? Diligentes legem dei: ergo in charitate positi sunt: sed dicit aliquis, Legem dei dixit diligentibus: non fratres, audi quid dominus dicat, Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Quid est lex nisi mandatum? quomodo autem non patiuntur scandalum, nisi dum sufferunt inuicem? sicut Paulus dicit, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis. Et quia ipsa est lex Christi, eundem audi Apostolum commendantem ipsam legem, Inuicem, inquit, onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Nam qui odit fratrem suum, in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat. Magna res fratres, attendite rogamus vos. Qui odit fratrem suum in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quoniam tenebrae excacauerunt oculos eius. Quid tam caecum, quam isti qui oderunt fratres? Nam vt noueritis quia caeci sunt, in motum offenderunt: eadem dico, ne vobis excidant. Nonne lapis iste, qui praecisus est de monte sine manibus, Christus est de regno Iudaeorum sine opere maritali? Nonne ille lapis confregit omnia regna terrarum, id est, omnes dominationes idolorum & demoniorum? Nonne ille lapis creuit, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersum orbem terrarum? Nunquid digito ostendimus istum montem, quomodo ostenditur hominibus noua luna? Verbi gratia, quando voluit homines videre lunam nouam, dicit, Ecce luna, ecce vbi est. Et si sunt ibi qui non valeant intendere aciem, & dicant, vbi? Intenditur illis digito vt videant: aliquando dum erubescunt ne caeci putentur, dicunt se vidisse quod non viderunt. Nunquid sic ostendimus Ecclesiam fratres mei? nonne aperta est? nonne obtinuit omnes gentes? nonne impletur quod ante tot annos promissum est Abraham, in semine eius benedici omnes gentes? Vni fidei promissum est, in milibus fidelium mundus impletus est. Ecce mons implens vniuersam faciem terrae: ecce ciuitas, de qua dictum est, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Illi offendunt in montem: & cum eis dicitur, Ascendite, non est mons dicunt, & facilius illuc faciem impingunt, quam illic habitaculum quaerunt. Esaias hesternam die lectus est, quisquis vestrum vigilabat, non oculis tantum, nec aere corporis, sed aere cordis aduertit, Erit in nouissimis diebus manifestus mons domus domini, paratus in cacumine montium. Quid tam manifestum quam mons? Sed sunt & montes ignoti, quia in vna parte terrarum positi sunt. Quis vestrum

nouit Olympum montem? quomodo ibi qui habitant, D Giddabam nostrum non nouerunt. In partibus sunt isti montes: ille autem mons non sic, quia impleuit vniuersam faciem terrae: & de illo dicit, Paratus in cacumine montium. Mons est super cacumina omnium montium. Et congregabuntur, inquit, ad eum omnes gentes. Quis errat in hoc monte? qui frangit faciem offendendo in illum, qui ignorat ciuitatem super montem constitutam. Sed nolite mirari, quia ignoratur ab istis, qui oderunt fratres, quia in tenebris ambulat, & nesciunt quod eunt, quia tenebrae excacauerunt oculos eorum: montem non vident, nolo mireris, oculos non habent. Vnde oculos non habent: quia tenebrae excacauerunt eos. Vnde probamus? quia fratres oderunt, quia cum offenduntur in Aphris, separant se ab orbe terrarum, quia non tolerant pro pace Christi quos infamant, & tolerant pro parte Donati quos damnant.

De eo quod Ioannes dicit, Scribo vobis filioli: quia remittuntur vobis peccata per nomen eius: usque ad id, Et mundus transiet & desideria eius. Qui autem fecerit voluntatem dei manet in aeternum, sicut & ipse manet in aeternum.

Tractatus II.



Mnia quae leguntur in scripturis sanctis, ad instructionem & salutem nostram intente oportet audire. Maxime tamen memoriae commendanda sunt, quae aduersus haereticos valent plurimum, quorum insidia infirmiores quosque & negligentiores circumuenire non cessant. Mementote dominum nostrum & saluatorem Iesum Christum, & mortuum esse pro nobis & resurrexisse: mortuum scilicet propter delicta nostra, resurrexisse propter iustificationem nostram. Sicut modo audistis, quia discipulorum duorum quos inuenit in via, tenebantur oculi ne eum agnoscerent, inuenit eos desperantes de redemptione, quae erat in Christo, & existimantes iam illum passum, & mortuum fuisse sicut hominem, nec tanquam filium dei putantes semper viuere, & in carne ita mortuum vt non renouisset, sed tanquam vnum ex Prophetis, sicut verba eorum paulo ante qui intente eratis, audistis. Tunc aperuit illis scripturas, incipiens a Moyses, per omnes Prophetas ostendens eis omnia quae passus erat praedicta fuisse, ne illi magis mouerentur, si resurrexisset dominus, & magis ei non crederent, si de illo ista ante dicta non essent. Firmas enim fides in eo est, qui omnia quae euenerunt in Christo, praedicta sunt. Discipuli ergo eum non agnouerunt, nisi in fractione panis. Et vere qui non sibi iudicium manducat & bibit, in fractione panis Christum agnoscit. Postea & illi vnde putabant se spiritum videre, praebuit se palpandum, qui se praebuit crucifigendum: crucifigendum inimicis, palpandum amicis: medicus tamen omnium, & illorum impietatis, & istorum incredulitatis. Nam quod audistis cum Actus Apostolorum legerentur, quot milia crediderunt ex intersectoribus Christi, si crediderit postea qui occiderunt, non erant credituri qui paululum dubitabant? Et ipsos tamen, quod maxime debetis animaduertere, & memoriae vestrae mandare, quia contra insidiosos errores deus voluit ponere firmamentum in scripturis, contra quas nullus audet loqui, qui quoquo modo se vult videri Christianum. Cum se palpandum praebuisset, non illis suffecit, nisi de scripturis confirmaret cor credentium, prospiciebat enim nos futuros. In quo palpemus nos non habemus, & quod legamus habemus. Si enim propterea illi crediderunt, quia tenuerunt & palpaerunt, nos quid facimus?

Ioan. 13.

Luc. 23.

Math. 5.

Ioan. 13.

Corin. 3.

Eph. 5.

Math. 5.

Eph. 5.

2. Cor. 11.

Psalm. 118.

Ioan. 13.

Eph. 4.

Galat. 6.

Psalm. 110.

Danic. 2.

Gal. 3. 23.

Gen. 22.

Math. 5.

Esaie. 2.

Ioan. 6.

**G** facimus: iam Christus ascendit in cœlum, non est venturus nisi in fine, vt iudicet de viuus & mortuis. Vnde credituri sumus, nisi vnde & ipsos palpantes voluit confirmare: Aperuit enim illis scripturas, & ostendit eis quia oportebat pati Christum, & impleri omnia quę de illo scripta sunt in lege Moyſi & Prophetis & psalmis, omnem scripturam circumplexus est. Quicquid illarũ scripturarum est, Christum sonat, sed si aures inueniat: & aperuit eis sensum, vt intelligerent scripturas. Vnde & nobis hoc orandum est, vt ipse sensum nostrum aperiat. Quid autem ostendit dominus scriptum de se in lege Moyſi & Prophetis & psalmis: quid ostendit? Ipse dicat. Breuiter hoc Euangelista posuit, vt nos noscamus, quid in tanta latitudine scripturarum credere & intelligere debemus. Certè multa sunt paginae & multi libri, hoc habent omnes quod dixit dominus breuiter discipulis suis. Quid est hoc? Quia oportebat pati Christum, & resurgere tertia die. Habes iam de sponſo, quia oportebat Christum pati & resurgere: cominẽdatus est nobis sponſus, de sponſa videamus quid dicat, vt tu cum cognoueris sponſum & sponſam, non sine causa ad nuptias venias. Celebratio enim nuptiarum omnis celebratio: Ecclesie enim nuptie celebrantur. Ducturus est vxorẽ filius regis, & ipse filius regis rex, & qui frequentant, ipsi sunt sponſa. Non quomodo in nuptiis carnalibus alij frequentant nuptias, & alia nubunt in Ecclesia qui frequentant, si bene frequentant, sponſa sunt: omnis enim Ecclesia sponſa Christi est, cuius principium & primitia caro Christi est, ibi iuncta est sponſa sponſo in carne. Merito carnem ipsam cum cominẽdaret, panem fregit, & merito in fractione panis aperti sunt oculi discipulorum, & agnouerunt eum. Quid ergo dixit dominus scriptum esse de se in lege & Prophetis & psalmis: quia oportebat pati Christum: si nõ adderet, & resurgere, recte illi plangerent, quorum oculi tenebantur: sed & resurgere prædictũ est. Et vt quid hoc? quare hoc oportebat pati Christum & resurgere? Propter illum psalmum quem vobis maxime commendauimus quarta sabbati statione prima nouissime hebdomadis. Quare oportebat Christum pati & resurgere? propter psalmum, Memorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrę, & adorabũt in conspectu eius vniuersę patrię gentium. Nam vt noueritis, quia oportebat pati Christum & resurgere, & hic quid addidit, vt post commendationem sponſi commendaret & sponſam: Et prædicari, inquit, in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorũ per omnes gentes, incipientes ab Hierusalem. Audistis fratres, tenete: nemo dubitat de Ecclesia, quia per omnes gentes est: nemo dubitat, quia ab Hierusalem cepit, & omnes gentes impleuit. Agnosceamus agrum vbi vitis plantata est, cum autẽ creuerit, non agnosceamus quia totum occupauit. Vnde cepit ab Hierusalem. Quò peruenit? ad omnes gentes: pauca remanserunt, omnes tenebit. Interea cum omnes tenet, aliqua sarmenta inutilia visa sunt agricolę præcidenda, & fecerunt hæreses & schismata. Non vos inducant præcisã vt præcidamini, hortamini magis quę præcisã sunt, vt iterum inserantur. Manifestum est enim Christum passum resurrexisse, ascendisse in cœlum: manifestum est & Ecclesia, quia prædicatur in nomine eius penitentia & remissio peccatorum in omnes gentes. Vnde cepit ab Hierusalem. Audit stultus, vanus, & quid amplius diciturus sum? quã cecos qui tam magnum montem non vident, qui contra lucernam in candela bro positam oculos claudunt: Cum eis dicimus si Chri-

stiani catholici estis, communicate illis Ecclesiis, vnde Euangelium toto orbe diffunditur. Illi Hierusalem communicate quando dicimus, Respondent nobis, nõ communicamus illi ciuitati vbi occisus est rex noster, vbi occisus est dominus noster, quasi oderint ciuitatem, vbi occisus est dominus noster. Occiderunt Iudei, quẽ inuenērũt in terra, exufflant illi qui sedet in cœlo. Qui sunt peiores, qui contempserunt quia hominem putabant, an qui sacramenta eius exufflant, quem iam dominum confitentur? Sed oderũt videlicet ciuitatem, in qua dominus ipsorum occisus est. Pij homines & misericordes, multum dolent occisum esse Christum, & occidunt in hominibus Christum. Et ille dilexit illam ciuitatem, & misertus est eius. Inde dixit incipere prædicationem suam, incipiens ab Hierusalem. Ille ibi principium fecit prædicationis nominis sui, & tu exhorrescis communicationem illius ciuitatis? Non est mirum si præcisus odisti radicem. Quid ait ille discipulis suis? Estote sedentes in ciuitate, quia ego mitto promissionem meam in vos. Ecce quam ciuitatem oderunt, forte amarent, si Iudei interfectores Christi in illa habitaret. Manifestum est enim omnes interfectores Christi, id est, Iudeos expulsos esse de illa ciuitate. Quã habebat fauientes in Christum, habet adorantes Christum, propterea illam isti oderunt, quia Christiani in illa sunt. Ibi voluit sedere discipulos suos, & ibi illis mittere spiritum sanctum. Vbi inchoat Ecclesia, nisi vbi venit de cœlo spiritus sanctus, & impleuit vno loco sedentes centũ viginti duodenarius ille numerus decuplatus erat. Sedebat centum viginti homines, & venit spiritus sanctus, & impleuit totum locum, & factus est sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & linguę diuise sunt velut ignis. Audistis Actus Apostolorum hodie, ibi lecta est ipsa lectio, cœperunt linguas loqui quomodo spiritus sanctus dabat eis pronunciare. Et omnes qui aderant illic, de diuersis gentibus venientes Iudei, agnoscebant vnusquisque linguam suam, & mirabantur illos idiotas & imperitos subito didicisse, non vnã aut linguas duas, sed omnium omnino gentium. Vbi ergo iam omnes linguę sonabant, omnes linguę crediturẽ ostendebantur. Isti autem qui multum amant Christum, & ideo nolunt communicare ciuitati quę interfecit Christum: sic honorant Christum, vt dicant illum remansisse ad duas linguas, Latinam & Punicam, id est Aphram. Solas duas linguas tenet Christus? Iste enim duę linguę solę sunt in parte Donati, plus non habent. Euigilemus fratres, videamus potius donum spiritus sancti, & credamus antedictis de illo, & videamus impleta esse, quę antẽ dicta sunt in Psalmo, Non sunt loquelę neq; sermones, quorum non audiantur voces eorum. Et ne forte & ipsę linguę venerint ad vnum locum, & non potius donum Christi venerit ad omnes linguas, audi quid sequitur, In omnẽ terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terrę verba eorum. Quare hoc? Quia in sole posuit tabernaculum suum: id est, in manifesto tabernaculum eius, caro eius, tabernaculum eius, Ecclesia eius in sole reposita est: non est in nocte, sed in die. Sed quare illi non agnoscent? Redite ad lectionem, qua heri finis factus est, & videte quare non agnoscent. Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quoniam tenebrę excæcauerunt oculos eius. Nos ergo sequentia videamus, & non simus in tenebris. Vnde non erimus in tenebris? Si amemus fratres. Vnde probatur? Quia amamus fraternitatem, quia non scindimus vnitatem, quia tenemus charitatẽ. Scribo vobis filiioli, quia remittuntur vobis peccata

**A** peccata per nomen eius.) Ideo filiioli, quia dimissis peccatis nascimini. Sed per cuius nomen remittuntur peccata? nunquid Augustini? ergo nec per nomen Donati. Videtis quis Augustinus, aut quis Donatus? Nec per nomen Pauli, nec per nomen Petri. Nam diuidentibus sibi Ecclesiam, & partes facere de vnitatem cupientibus, parturiens partulos mater charitas, in Apostolo exponit viscera sua, confcindit quodammodo verbis vbera sua, plorat filios quos videt efferrı, reuocat ad vnum nomen eos qui multa nomina sibi facere volebant, repellit ab amore suo vt Christus ametur, & dicit, Nunquid Paulus pro vobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quid dicit, nolo mei sitis, sed vt mecum sitis mecum estote: omnes illius sumus qui pro nobis mortuus est, qui pro nobis crucifixus est: vnde & hic, dimittuntur vobis peccata per nomen eius, non per hominis alicuius. Et scribo vobis patres.) Quare primo filij? Quia remittuntur vobis peccata per nomen eius, & regeneramini in nouam vitam ideo filij. Patres quare? Quia cognouistis eum qui a principio est.) Principium enim ad paternitatem pertinet. Nouus Christus in carne, sed antiquus in diuinitate. Quã antiquum putamus? quot annorum? Putamus ne maior quã mater sua? Maior planẽ quã mater sua: omnia enim per ipsum facta sunt. Si omnia, & ipsam matrem antiquus fecit, de qua nasceretur nouus: Putamus ne ante matrem solam? & ante auos matris antiquus. Auis matris ipsius Abraham: & dominus dicit, Ante Abraham ego sum. Ante Abraham dicimus. Cœlum & terra antequã esset homo facta sunt, ante ipsa fuit dominus, imò est: optime enim non ait, ante Abraham ego fui: sed, ante Abraham ego sum. Quod enim dicitur quia fuit, non est: & quod dicitur quia erit, nondum est: ille non nouit nisi esse. Secundum quod deus est, esse nouit: fuisse & futurus esse non nouit. Dies est ibi vnus, sed sempiternus: non ponunt illum diem in medio hesternus & crastinus, hesterno enim die finito, incipiens hodiernus venturo crastino finitur. Ille vnus dies ibi est, sine tenebris, sine nocte, sine spatiis, sine mensura, sine horis. Quod vis illum dic: si vis dies est, si vis annus est, si vis anni sunt. Dicitur est de ipso, Et anni tui non deficient. Quomodo autem dicitur est dies, quando dicitur est domino, Ego hodie genui te? Ab æterno patre genitus, ex æternitate genitus: nullo initio, nullo fine, nullo spatio latitudinis, quia est quod est, quia ipse est qui est. Et nomen suum dixit Moyſi, dicens eis, Qui est, misit me ad vos. Quid ergo ante Abraham? quid ante Noẽ? quid ante Adam? Audi scripturam, Ante luciferum genui te. Postremo ante cœlum & terram. Quare? Quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil: ideo patres agnoscite, patres enim sunt agnoscendo quod est ab initio. Scribo vobis iuuenes.) Filij sunt, patres sunt, iuuenes sunt: Filij, quia nascuntur: patres, quia principium agnoscent. Iuuenes quare? Quia vicistis malignum.) In filiis natiuitas, in patribus antiquitas, in iuuenibus fortitudo. Si malignus a iuuenibus vincitur, pugnat nobiscum: pugnat, sed non expugnat. Quare? quia nos sumus fortes. An quia ille est fortis in nobis, qui inter manus persequentium infirmus inuenitur? Ille nos fortes fecit, qui persequentibus non relinquit: crucifixus est enim ex infirmitate, sed viuit ex virtute dei. Scribo vobis pueri.) Vnde pueri quia cognouistis patrem. Scribo vobis patres.) Commendat & repetit. Quia cognouistis eum qui a principio est.) Mementote vos patres esse. Si obliuiscimini

eum qui a principio est, perdidistis paternitatẽ. Scribo vobis iuuenes.) Etiam atque etiam considerate, quia iuuenes estis. Pugnatẽ vt vincatis: vincite vt coronemini: humiles estote ne cadatis in pugna. Scribo vobis iuuenes, quia fortes estis, & verbum dei in vobis manet, quia vicistis malignum.) Hęc omnia fratres, quia cognouimus id quod a principio est, quia fortes sumus, quia cognouimus patrem: omnia ista quasi cognitionẽ commendant, charitatem (non) commendant. Si cognouimus, amemus: nam cognitio sine charitate non saluos facit. Scientia inflat, charitas ardicat. Si confiteri vultis & non amare, incipitis dæmonibus similes esse. Confitebantur dæmones filium dei, & dicebant, Quid nobis & tibi? & repellabantur. Confitemini & amplectimini: illi enim timebant de iniquitatibus suis, vos amate dimissores iniquitatum vestrarum. Sed quomodo poterimus amare deum, si amamus mundũ? Si amamus mundum, separat nos a charitate dei. Parat nos ergo inhabitare charitatem. Duo sunt amores, mundi & dei. Si mundi amor habitat, non est quã intret amor dei: recedat amor mundi, & habitat dei, melior accipiat locum. Amabas mundum, noli amare mundum. Cum exhauseris cor tuum amore terreno, hauries amorem diuinum, & incipiet habitare iam charitas, de qua nihil mali potest procedere: audite ergo verba purgantis modo. Quasi agrum inuenit corda hominum: sed quomodo inuenit? Si syluam inuenit, extirpat: si agrum purgatum inuenit, plantat: plantare ibi vult arborem charitatem. Et quam syluam vult extirpare? amorem mundi. Audi extirpationem syluę. Nolite diligere mūdum.) hoc enim sequitur, Neque ea quę sunt in mundo. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in eo. Ne quis dicat in corde suo falsum esse hoc. Audistis, quia si quis dilexerit mundum, dilectio patris nõ est in eo. Ne quis dicat in corde suo falsum esse hoc. Fratres, deus dicit per Apostolũ: spiritus sanctus locutus est, nihil verius. Si quis dilexerit mundum, dilectio patris non est in ipso. Vis habere dilectionem patris vt sis coheres filij, noli diligere mundum, exclude malum amorem mūdĩ, vt implearis amore dei. Vas es, sed adhuc plenum es: funde quod habes, vt accipias quod non habes. Certe iam renati sunt ex aqua & spiritu sancto fratres nostri: & nos ante aliquot annos renati sumus ex aqua & spiritu sancto. Bonũ est nobis, nõ diligere mundum, ne remaneant in nobis sarmenta ad damnationẽ, non firmamenta ad salutem. Firmamentum salutis est habere radicem charitatis, habere virtutem pietatis, non formam solam. Bona forma, sancta forma: sed quid valet forma, si non habeat radicem? Sarmentum præcisum, nõne in ignem mittitur? Habe formam, sed in radice. Quomodo autem radicamini, vt non eradicemini? Tenendo charitatem, sicut dicit Apostolus in charitate radicati & fundati. Quomodo ibi radicatur charitas inter tanta syluosa amoris mundi? Extirpate syluas, magnum semen posaturi estis: non sit in agro quod suffocet semen. Hęc sunt verba extirpantia quę dixi, Nolite diligere mundum, neque ea quę in mundo sunt: si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in eo: Quia omne quod in mūdo est, desiderium est carnis, & desiderium oculorum, & ambitio seculi.) Tria dixit, Quę nõ sunt a patre, sed ex mundo. Et mundus transibit & desideria eius. Qui autem fecerit voluntatem dei, manet in æternũ, sicut & ipse manet in æternũ.) Quare non amem quod fecit deus? Quid vis? Vtrum amare temporalia, & transire cum tempore, an mūdũ non amare, & in æternũ viuere? Rerum temporalium fluxus trahit,

Luc. 2.4.

H

Psal. 11.

Luc. 2.4.

Act. 2.

L

Act. 2.

Psal. 8.

1. Cor. 13.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Psal. 101.

Psal. 1.

Exod. 3.

Psal. 109.

Ioan. 1.

1. Cor. 13.

1. Cor. 8.

Math. 5.

E

F

Eph. 3.

G trahit, sed tanquam circa fluvium arbor nata est, dominus noster Iesus Christus assumpsit carnem & resurrexit, ascendit in caelum. Voluit se quodammodo circa fluvium temporalem plantare: raperis in praecipit, tene lignum: voluit te amor mundi, tene Christum. Propter te factus est temporalis, ut tu fias aeternus: quia & ille sic factus est temporalis, ut maneret aeternus. Accessit illi aliquid ex tempore, non decessit ex aeternitate. Tu autem temporalis natus es, & per peccatum temporalis factus es, tu factus temporalis per peccatum: ille factus temporalis per misericordiam dimittendi peccata. Quantum interest cum duo sunt in carcere inter reum & visitatorem eius? homo enim aliquando venit ad amicum suum, & intrat visitare eum, & ambo in carcere videntur: sed multum distant & distincti sunt. Illum causa premit, illum humanitas adduxit: sic in ista mortalitate nos reatu tenebamur, ille misericordia descendit. Intrauit ad captivum redemptor, non oppressor. Dominus pro nobis sanguinem fudit, redemit nos, mutavit spem nostram. Adhuc portamus mortalitatem carnis, & de futura immortalitate praesumimus: & in mari fluctuamus, sed ancoram spei in terra iam fiximus: sed non diligamus mundum, neque ea quae in mundo sunt: quae enim in mundo sunt, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & ambitio seculi: tria sunt ista, ne quis forte dicat, Quae in mundo sunt, deus fecit, id est, caelum & terram, mare, solem, lunam, stellas, omnia ornamenta caelorum. Quae sunt ornamenta maris? omnia repentia. Quae terrae? Animalia, arbores, volatilia: ista sunt in mundo, deus illa fecit. Quare ergo non amem quod deus fecit? Spiritus dei sit in te ut videas quia haec omnia bona sunt. Sed vae tibi si amaveris condita, & deserueris conditorem. Pulchra tibi sunt, sed quanto est pulchrior qui ista formavit? Intendat charitas vestra: similitudinibus enim potestis instrui, ne subrepat vobis satanas dicens, quod solet dicere, Bene sit vobis in creatura dei: quare illa fecit, nisi ut bene vobis esset? Et inebriantur & pereunt, & obliuiscuntur creatorem suum, dum non temperanter, sed cupidè vtuntur creatis, creator contemnitur: de talibus dicit Apostolus, Colnerunt & seruerunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Non te prohibet deus amare ista, sed non diligere ad beatitudinem, sed approbare & laudare ut ames creatorem. Quemadmodum fratres si sponsus fecerit sponsae suae anulum, & illa acceptum anulum plus diligeret quam sponsum qui illi fecit anulum: nonne in ipso dono sponsi adultera anima deprehenderetur, quantum hoc amaret quod dedit sponsus? Certe hoc amaret, quod dedit sponsus: tamen si diceret, Sufficit mihi annulus iste, iam illius faciem nolo videre, qualis esset: quis non detestaretur hanc amentiam? quis non adulterum animum conuinceret: amas aurum pro viro, amas anulum pro sponso. Si hoc est in te, ut ames anulum pro sponso, & nolis videre sponsum tuum, ad hoc tibi arram dedit, ut non te oppignoraret, sed auerteret: ad hoc vtique arram dat sponsus, ut in arra sua ipse ametur: ergo dedit tibi deus omnia ista, ama illum qui fecit ista. Plus est quod tibi vult dare, id est, seipsum qui ista fecit. Si autem amaveris haec, quantum illa deus fecerit, & neglexeris creatorem & amaveris mundum, amittis creatorem, qui fecit mundum. Mundus enim appellatur non solum ista fabrica quam fecit deus, caelum & terra, mare, visibilia & invisibi-

lia, sed habitatores mundi mundus vocatur, quomodo domus vocatur & parietes & inhabitantes. Et aliquando laudamus domum, & vituperamus inhabitantes: dicimus enim, Bona domus, quia marmorata est & pulchre laqueata: & aliter dicimus, Bona domus: nemo ibi patitur iniuriam, nulla rapina, nulla oppressio ibi sunt, modo non parietes laudamus, sed inhabitatores: domus tamen vocatur, siue illa, siue ista. Omnes enim dilectores mundi, quia dilectione inhabitant mundum, sicut caelum inhabitant quorum sursum est cor, & ambulant carne in terra. Omnes ergo dilectores mundi, mundus vocatur. Ipsi non habent nisi ista tria, desiderium carnis, desiderium oculorum, & ambitionem seculi. Desiderant enim manducare, bibere, concumbere, uti voluptatibus istis. Nunquid non est in his modus? Aut quando dicitur, nolite ista diligere: hoc dicitur, ut non manducetis, non bibatis, aut filios non procreetis? Non hoc dicitur: sed si modus propter creatorem, ut non vos illigent ista dilectione, ne ad fruendum hoc ametis, quod ad vtendum habere debetis. Non autem probamini, nisi quando vobis proponuntur duo, hoc aut illud. Iustitiam vis, an lucra? Non habeo vnde viuam, non habeo vnde manducem, non habeo vnde bibam. Sed quid si non potes habere ista nisi per iniquitatem? Nonne melius amas quod non amittis, quam quod iniquitatem committis? Lucrum auri vides, damnum fidei non vides? Hoc ergo ait dominus, Desiderium carnis est: id est, desiderium earum rerum quae pertinent ad carnem, sicut cibus & concubitus, & cetera huiusmodi. Et desiderium oculorum, desiderium oculorum dicit omnem curiositatem. Iam quam late patet curiositas ipsa in spectaculis, in theatris, in sacramentis diaboli, in magicis artibus, in maleficiis, ipsa est curiositas. Aliquando tentat etiam seruos dei, ut velint quasi miraculum facere, tentare vtrum exaudiat illos deus. In miraculis curiositas est, hoc est, desiderium oculorum, non est a patre. Si dedit deus fac. Obtulit enim ut facias: non enim qui non fecerunt, ad regnum dei non pertinebunt. Cum gauderent apostoli quia demonia eis subiecta erant, quid eis dixit dominus? Nolite in hoc gaudere, sed gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in caelo. Inde voluit gaudere apostolos, vnde gaudes & tu. Vae tibi enim, si nomen tuum non est scriptum in caelo. Nunquid vae tibi, si non ambulaueris in mari? Nunquid vae tibi, si non excluseris daemonia? Si accepisti haec vnde facias, vtare humiliter, non superbe. Nam & de quibusdam pseudopphetis dicit dominus, quia facturi sunt signa & prodigia. Ergo non sit ambitio seculi: ambitio seculi superbia est, iactare se vult in honoribus: magnus tibi videtur homo, siue de diuitiis, siue de aliqua potentia. Tria sunt ista, & nihil inuenies vnde tenetur cupiditas humana, nisi aut desiderio carnis, aut desiderio oculorum, aut ambitione seculi. Per ista tria tentatus est dominus a diabolo. Desiderio carnis tentatus est quando dictum est ei, Si filius dei es, dic lapidibus istis ut panes fiant, quando esuriuit post ieiunium. Sed quomodo repulit tentationem, & docuit pugnare militem? Attendite quid illi ait, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo dei. Tentatus est & desiderio oculorum de miraculo, quando ei dixit, Mitte te deorsum: quia scriptum est, Angelis suis mandauit de te ut suscipiant te, ne quando offendas ad lapidem pedem tuum. Ille restitit tentatori: si enim faceret miraculum, non videretur nisi aut celsisse aut curiositate

A curiositate fecisse: fecit enim quando voluit tanquam deus, sed tanquam infirmos curans: nam si tunc faceret, quasi tantummodo miraculum velle facere putaret. Sed ne hoc homines sentirent, attende quid respondit: & quando tibi talis tentatio euenerit, dic illud & tu, Redi post me satanas: scriptum est enim, Non tentabis dominum deum tuum: id est, si hoc fecero, tentabo deum. Hoc dixit, quod te voluit dicere, quando tibi suggerit inimicus: qualis homo, qualis Christianus? Modo vel vnum miraculum fecisti, aut orationibus tuis mortui surrexerunt, aut febricitantes sanasti? Si vere esses alicuius momenti, faceres aliquid miraculum: responde & dic, scriptum est, Non tentabis dominum deum tuum: non ergo tentabo deum, quasi tunc pertineam ad deum si fecero miraculum, & non pertineam si non fecero. Et vbi sunt verba eius, Gaudete quia nomina vestra scripta sunt in caelo? De ambitione seculi quomodo tentatus est dominus, quando eleuauit eum in excelsum & dixit ei, Haec omnia tibi dabo, si prostratus adoraueris me? De elatione regni terreni voluit tentare regem seculorum: sed dominus qui fecit caelum & terram, diabolus calcabat. Quid magnum a domino diabolus vincit? Quid ergo respondit diabolo, nisi quod te docuit ut respondeas, Scriptum est, dominum deum tuum adorabis, & illi soli serues? Tenentes ista, non habebitis concupiscentiam mundi. Non habendo concupiscentiam mundi, non vos subiugabit nec desiderium carnis, nec desiderium oculorum, nec ambitio seculi, & facitis locum charitati venienti ut diligatis deum: quia si fieri ibi dilectio mundi, non ibi erit dilectio dei. Tenete potius dilectionem dei, ut quomodo deus est aeternus, sic & vos maneat in aeternum: quia talis est quisque, qualis eius dilectio est. Terram diligis, terra eris. Deum diligis: quid dicam, deus eris? Non audeo dicere ex me, scripturas audiamus, Ego dixi dii estis, & filij altissimi omnes. Si ergo vultis esse dii & filij altissimi, nolite diligere mundum, nec ea quae sunt in mundo. Si quis dilexerit mundum, non est charitas patris in illo, quia omnia quae sunt in mundo, desiderium carnis est, & desiderium oculorum, & ambitio seculi, quae non est ex patre, sed ex mundo, id est, ab hominibus & dilectoribus mundi. Et mundus transiet, & desideria eius transiunt. Qui autem facit voluntatem dei, manet in aeternum, sicut & deus manet in aeternum.

De eo quod Ioannes dicit, Pueri nouissima hora est: usque ad id, Et non habetis necessitatem, ut aliquis uos doceat, quia unctio ipsius docet uos de omnibus.

Tractatus III.

**Q**UOD VERI nouissima hora est. In hac lectione pueros alloquitur vt festinat crescere, quia nouissima hora est. Aetas corporis non est in voluntate. Ita nullus secundum carnem creascit quando vult, sicut nullus quando vult nascitur: Vbi natiuitas in voluntate est, & incrementum in voluntate est, nemo ex aqua & spiritu nascitur nisi volens, ergo si vult crescere: si non vult decrescit. Quid est crescere? proficere. Quid est decrescere? deficere. Quisquis nouit natum esse se, ut audiat quia puer est & infans, anide inhiet vberibus matris, & cito creascit. Est autem mater, Ecclesia: & vbera eius duo testamenta scripturarum diuinarum, hinc sugatur lac omnium sacramentorum temporaliter pro aeterna salute nostra gestorum, vt nutritus atque roboratus perueniat ad manducandum cibum, quod est, In principio erat verbum, & ver-

bum erat apud deum, & deus erat verbum. Lac nostrum Dominus Iesus humilis est, cibus noster est, idem ipse Christus aequalis patri. Lacte te nutrit vt pane pascat: nam corde contingere Iesum spiritaliter, hoc est cognoscere, quia aequalis est patri. Propterea & Mariam prohibebat se tangere, & dicebat ei, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum. Quid est hoc? Discipulis se palpandum praebuit, & Mariae contactum vitauit? nonne ipse est qui dubitanti discipulo dixit, Mitte digitos tuos & palpa cicatrices? nunquid iam ad patrem ascenderat. Quare ergo Mariam prohibet & dicit, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum? An hoc dictum est quod a viris se tangi non timuit, & a mulieribus se tangi timuit? Contactus illius omnem carnem mundat. Quibus primo voluit manifestari, ab his se timuit contractari? Nonne viris resurrectio eius per foeminas nunciata est, vt contraria arte serpens vineeretur? quia enim ille mortem primo homini per foeminam nunciavit, & viris vita per foeminam nunciata est: quare ergo se tangi noluit, nisi quia contactum illum spiritalem intelligi voluit? Contactus spiritalis de corde mundo. Ille contingit de corde mundo Christum, qui eum intelligit patri coaequalem & coaeternum: qui autem nondum intelligit diuinitatem Christi, vsque ad carnem venit, vsque ad diuinitatem non venit. Quid autem magnum est vsque illuc attingere, vsquequo persecutores qui crucifixerunt: illud est magnum intelligere, verbum deum apud deum in principio, per quod facta sunt omnia, qualem se cognosci volebat quando ait Philippo, Tanto tempore vobiscum sum, & non cognouistis me, Philippo qui videt me, videt & patrem. Sed ne quis piger sit ad proficiendum, audiat, Pueri, nouissima hora est. Proficite, currite, crescite, nouissima hora est. Ipsa nouissima hora diuturna est, tamen nouissima hora est: horam enim pro tempore posuit nouissimo, quia in nouissimis temporibus venit dominus noster Iesus Christus: sed dicturi sunt aliqui, Quomodo nouissimum tempus, quomodo nouissima hora, certe prius venit Antichristus, & tunc venit dies iudicii. Vidit Ioannes cogitationes istas, ne quasi securi fierent, & ideo non esse horam nouissimam putarent, quod venturus esset Antichristus, ait illis, Et sicut audistis quod Antichristus sit venturus, nunc Antichristi multi facti sunt. Nunquid posset habere multos Antichristos, quam hora nouissima? Quos dixit antichristos, sequitur & exponit. Vnde cognouimus quod nouissima sit hora? Vnde? Quia antichristi multi facti sunt. Ex nobis exierunt. Videte antichristos, ex nobis exierunt: ergo plangimus damnum? Audi consolationem. Sed non erant ex nobis. Omnes haeretici, omnes schismatici ex nobis exierunt, id est, ex Ecclesia exeunt: sed non exirent si ex nobis essent: antequam exirent ergo non erant ex nobis: Si antequam exirent non erant ex nobis, multi intus sunt, non exierunt, & tamen Antichristi sunt: audemus hoc dicere: vt quid? Nisi vnusquisque cum intus est non sit Antichristus. Descripturus enim Antichristos & designaturus est, & videbimus eos. Nunc interrogare debet vnusquisque conscientiam suam, an sit Antichristus: Latine enim Antichristus contrarius est Christo. Non quomodo nonnulli intelligunt Antichristum ideo dictum, quod ante Christum venturus sit, id est, post eum venturus sit Christus. Non sic dicitur, non sic scribitur, sed Antichristus, id est contrarius Christo. Iam

Roma.1.

Luc. 10.

Math. 4.

Math. 4.

Vbi supra.

Ioan. 4.

Ioan. 2.6.

Ioan. 14.

F



G iam quis sit cōtrarius Christo, nunc aduertetis ipso exponente, & intelligetis non posse exire foras nisi Antichristos. Eos autem qui non sunt Christo contrarij, foras exire nullo modo posse: qui enim non est Christo contrarius, in corpore ipsius haret, & membrum computatur. Nunquam sibi sunt membra contraria, corporis integritas vniuersis membris constat: & quid de cōcordia membrorū dicit Apostolus: Si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: & si glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Si ergo in glorificatione membri cetera membra congaudent, & in passione omnia mēbra patiuntur, cōcordia membrorum non habet Antichristum. Et qui sunt intus, certe sunt in corpore domini nostri Iesu Christi, quando quidem adhuc curatur corpus ipsius, & sanitas perfecta non erit, nisi in resurrectione mortuorum. Sic sunt in corpore Christi, quomodo humores mali, quando euomuntur, tunc releuatur corpus: sic & mali quando exeunt, tunc Ecclesia releuatur. Et dicit quando eos euomit atque proicit corpus: ex me exierunt humores isti, sed non erant ex me. Quid est, non erant ex me? Non de carne mea præcisi sunt, sed peccus mihi premebantur. H cum inessent, ex nobis exierunt, sed nolite tristes esse, non erant ex nobis. Vnde probat? Quod si fuissent ex nobis? permanissent utique nobiscum. Hinc ergo videat charitas vestra, quia multi qui non sunt ex nobis, accipiunt nobiscum sacramenta, accipiunt nobiscum baptismum, accipiunt nobiscum quod norunt fideles se accipere, benedictionem, eucharistiam, & quicquid in sacramentis sanctis est. Ipsius altaris communicationem accipiunt nobiscum, & non sunt ex nobis: tentatio probat, quia non sunt ex nobis. Quando illis tentatio venerit, velut occasione venti volat foras, quia grana non erant. Omnes autem tunc volabunt, quod saepe dicendum est, cum area dominica cōperit ventilari in die iudicij. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quod si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum. Nam vultis nosse charissimi, quam certissime dicatur hoc, ut qui forte exierunt & redeunt non sint Antichristi, non sint contrarij Christo? Qui non sunt Antichristi, non potest fieri ut remaneant foris: sed de voluntate sua vnusquisque aut Antichristus, aut in Christo est: aut in membris sumus, aut in humoribus malis. Qui se in melius commutat, in corpore membrum est: qui autem in malitia permanet, humor malus est: & quando exierunt, reuelabuntur qui premebantur. Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: quod si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum. Sed vt manifestarentur, quod non omnes erant ex nobis. Ideo addidit vt manifestarentur, quia & intus cum sunt, non ex nobis sunt: non tamen manifesti sunt, exeundo manifestantur. Et vos vnctionem habetis à sancto, vt ipsi vobis manifesti sitis. Vnctio spiritalis ipse spiritus sanctus est, cuius sacramentum est in vnctione visibili. Hanc vnctionem Christi qui habent, dicit omnes cognoscere malos & bonos, nec opus esse vt doceantur, quia ipsa vnctio docet. Scribo vobis, non quod nescitis veritatem, sed quia nostis eam, & quia omne mendacium non est ex veritate. Ecce admoniti sumus quomodo cognoscamus Antichristum. Quid est Christus? veritas: ipse dixit, Ego sum veritas. Omne autem mendacium non est ex veritate, omnes igitur qui mentiuntur, non sunt ex Christo. Non dixit quoddam mendacium ex veritate, & quoddam mendacium non ex veritate. Sententiam attendite, ne vos palpetis, ne vo-

bis adulemini, ne vos decipiatis, ne vos illudatis, omne mendacium non est ex veritate. Videamus ergo quomodo Antichristi mentiuntur, quia non est vnum genus mendacij. Quis est mendax, nisi is qui negat quod Iesus non sit Christus? Aliam significationem habet Iesus, aliam habet Christus. Cum sit vnum, Iesus Christus saluator noster, Iesus tamen proprium nomen illi: quomodo Moyses proprio nomine appellatus est, quomodo Helias, quomodo Abraham: sic tanquam proprium nomē habet dominus noster Iesus. Christus autem sacramenti nomen est, quomodo si dicatur propheta, quomodo si dicatur sacerdos: sic Christus commendatur vnctus, in quo est redemptio totius populi Israël. Iste Christus sperabat venturus à populo Iudæorum, & quia humilis venit, non est agnitus, quia lapis paruus erat, offenderunt in illum & fracti sunt. Sed creuit lapis, & factus est mons magnus: & quid ait scriptura: Quicumque offenderit in lapidem istum conuallabitur, & super quem venerit lapis iste, conteret eum. Discernenda sunt verba, offendentem dixit conuallari: super quem autem venerit, conteret. Primo quia humilis venit, offenderunt in illum homines: quia excelsus venturus est ad iudicium, super quem venerit conteret eum. Sed illum non conteret venturus, quem non conuallauit cum venit. Qui in humilem non offendit, non formidabit excelsum. Breuiter audistis, qui in humilem non offendit, non formidabit excelsum: omnibus enim malis lapis offensionis est Christus: quicquid dicit Christus, amarum est illis. Etenim audite & videte, omnes certe qui exeunt de Ecclesia, & ab vnitate Ecclesie præciduntur, Antichristi sunt: nemo dubitat, imple enim designauit, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum. Quicumque ergo nō manent nobiscum, sed exeunt ex nobis, manifestum est quod Antichristi sunt. Et quomodo probantur Antichristi? ex mendacio. Et quis est mendax, nisi qui negat quoniam Iesus est Christus? Interrogemus hæreticos. Quem inuenis hæreticum, qui negat, quia Iesus non est Christus? Videat charitas vestra magnum sacramentum, attendite quid inspirauerit nobis deus, & quid insinuare nobis velit. Ecce exierunt à nobis, & facti sunt Donatistæ. Interrogemus eos vtrum Iesus sit Christus, statim confitentur, quia Iesus Christus est. Si ergo ille est Antichristus, qui negat Iesum esse Christum, nec nos possumus illi dicere Antichristos, nec nos illos, quia & nos confitemur & illi. Si ergo nec illi nos dicunt, nec nos illos, ergo nec illi à nobis exierunt, nec nos ab ipsis. Si ergo non à nobis exiimus, in vnitate sumus. Si in vnitate sumus, quid faciunt in hac ciuitate duo altaria? quid faciunt diuisa domus, diuisa coniugia? Quid facit communis lectus, & diuisus Christus, Admonet nos, vult nos fateri quod verum est. An ipsi à nobis exierunt, aut nos ab ipsis? sed absit vt nos ab ipsis habemus enim testamentum dominicæ hereditatis, recitamus, & ibi nos inuenimus, Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Tenemus hereditatem Christi, illi eam non tenent, non communicant orbi terrarum, non communicant vniuersitati redemptæ sanguine domini. Habemus ipsum dominum resurgentem à mortuis, qui se dubitantibus manibus discipulorum præbuit palpandum. Et cum adhuc illi dubitarent, ait illis, oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum. Vbi: quæ: quibus: Per omnes

Daniel. 2.  
Lucæ. 20.

L

M

Psal. 2.

Lucæ. 24.

A gentes, incipientes ab Hierusalem: securi sumus de vnitate hereditatis: Quisquis huic hereditati nō communit, foras exiit. Sed non contristemur, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanissent utique nobiscum. Si ergo ex nobis exierunt, Antichristi sunt: si Antichristi sunt, mendaces sunt: si mendaces sunt, negant Iesum esse Christum. Iterum redimus ad difficultatem questionis: singulos interroga, confitentur Iesum esse Christum. Coarctat nos angustus intellectus in hac epistola: videtis certe questionem. Hac quæstio & nos & ipsos turbat, si non intelligatur. Aut nos sumus Antichristi, aut illi sunt Antichristi. Illi nos Antichristos vocat & dicunt quod exiimus ab eis: nos illos similiter: sed designauit hæc epistola Antichristos, Quicumque negat quod Iesus non sit Christus, ipse est Antichristus. Iam ergo quæramus, quis neget, & non attendamus ad linguam, sed ad facta: si enim omnes interrogentur, omnes vno ore confitentur Iesum esse Christum. Quiescat paululum lingua, vitam interroga. Si inueneritis hoc, si ipsa scriptura nobis dixerit, quia negatio eorum non tantum lingua sit, sed & factis. Certe inuenimus multos Antichristos, qui ore cōfitentur Christum, & moribus dissentiunt à Christo. Vbi inuenimus hoc in scriptura: Paulum audi Apostolum de talibus cum loqueretur, ait, Confitentur enim se nosse deum, factis autē negant. Inuenimus & ipsos Antichristos, quisquis factis negat Christum, Antichristus est. Non audio quid sonet, sed video quid viuat: opera loquantur, & verba requirimus: Quis enim malus nō bene vult loqui? sed quid dicit de talibus dominus: Hypocritæ, quomodo potestis bona loqui cū sitis mali? Voces vestras ad aures meas assertis, ego cogitationes vestras inspicio, voluntatem ibi malam video, & falsos fructus ostenditis. Noui quid inde colligam, non colligo de tribulis ficus, non colligo de spinis vvas. Vnaqueque enim arbor à fructu cognoscitur. Magis mendax est Antichristus qui ore profitetur Iesum esse Christum, & factis negat, ideo mendax quia aliud loquitur, aliud agit. Iam ergo fratres, si facta interroganda sunt, non solum multos inuenimus Antichristos foras exiisse, sed multos nōdum manifestos quod foras exierint. Quotquot enim habet Ecclesia periuros, fraudatores, adulteros, ebriosos, fræneratores, mangones, & omnia quæ numerare non possumus: si contraria sunt doctrinæ Christi, contraria sunt verbo dei. Verbum autē dei Christus est: quicquid contrarium est verbo dei, in Antichristo est. Antichristus enim contrarius est Christo. Et vultis nosse quam aperte resistent isti Christo, aliquando eueniat vt aliquid mali faciant, & incipiant corripri, quia Christum nō audent blasphemare, ministros eius blasphemant, à quibus corripuntur. Si autem ostenderis illis, quia Christi verba dicis, non verba tua conantur quantum possunt vt te conuincant verba tua dicere non verba Christi. Si autē manifestum fuerit, quia verba Christi dicis, eunt & in Christum, incipiunt reprehendere Christum. Quomodo, inquit, & quare tales non fecite? Nonne dicunt hoc quotidie homines conuicti de factis suis? Prava voluntate peruersi artificem accusant. Clamat ille artifex de cælo, quia ipse nos fecit, qui nos refecit: quid te feci? Ego hominem feci, non auaritia: ego hominem feci, non latrocinium: ego hominem feci, non adulterium. Audistis quia laudant me opera mea. Ex ore trium puerorum ipse hymnus erat, qui ab ignibus defendebat: laudant opera domini dominum, laudant cæli, terra, mare: laudat omnia quæ sunt in cælo. Laudat angeli, laudat stel-

Daniel. 3.

Tomus nonus.

la, laudant luminaria, laudant quicquid natat, quicquid volat, quicquid ambulat, quicquid repit: laudant ista omnia dominum. Nunquid audistis quia laudat dominum auaritia: nunquid audistis, quia laudat dominum ebriositas? quia laudat luxuria, laudat nugacitas? Quicquid ibi non audis laudē dare domino, non fecit dominus. Corrige quod tu fecisti, vt saluetur quod in te deus fecit. Si autē nō vis, & amas, & amplecteris peccata tuā, cōtrarius es Christo. Intus sis, foris sis, Antichristus es: intus sis, foris sis, palea es. Sed quare foris non es? Quia occasione venti non inuenisti. Iam ista manifesta sunt fratres, ne quis dicat, Christum non colo, sed deum colo patrē ipsius. Omnis qui negat filium, nec filium, nec patrē habet: & qui confitetur filium, & filium, & patrem habet. Vos grana alloquitur, & qui palea erant, audiant, vt grana fiant. Vnusquisque considerans cōscientiam suam: si mundi amator est, mutetur: fiat amator Christi, ne sit Antichristus. Si quis ei dixerit quod Antichristus sit, irascitur, iniuriam sibi factā putat, fortassis inscriptionē minatur. Si audiat à litigante quod Antichristus sit, dicit ei Christus, Patiens esto, si fallum audisti, gaude mecum, quia & ego falsa ab Antichristis audio. Si autē verum audisti, conueni cōscientiam tuam: & si audire times, esse plus time: Ergo vos quod ab initio audistis, in vobis maneat. Quod si in vobis manserit quod ab initio audistis, & vos in filio & patre manebitis. Hæc est illa pollicitatio quam ipse pollicitus est nobis. Fortē enim mercedem quæreres & diceres, Ecce in me quod ab initio audiui custodio, obtempero, pericula, labores, tentationes pro ista mansione sustineo, quo fructu, qua mercede? Quid mihi postea dabit, quia in hoc seculo me video laborare inter tentationes? Non video hic requiem esse aliquam, mortalitas ipsa aggrauat animam, & corpus quod corrumpitur premit ad inferiora, sed tolero omnia, vt illud quod ab initio audiui, maneat in me: & dicam deo meo, Propter verba labiorū tuorum ego custodiui vias duras. Ad quam ergo mercedē? Audi & noli deficere. Si deficiebas in laboribus, promissa mercede fortis esto. Quis est qui operetur in vinea, & recedat illi de corde quod accepturus est? Fac illum oblitum mercedem suam, deficiunt manus. Memoria promissæ mercedis perseverantem facit in opere: & homo promissit, qui te potest fallere. Quanto fortior esse debes in agro dei, quando promissit veritas, cui nec succedi potest, nec mori, nec fallere potest eum cui promissum est? Et quid est promissum? videamus quid promissit. Aurum est, quod hic multum amant homines, an argentum? An possessiones, ad quās fundunt homines aurum, quantum multum amant aurum? An amœna prædia, amplæ domus, multa mancipia, animalia numerosa? Non est hæc merces quædam ad quam nos hortatur, vt in labore durenus. Quid dicitur merces ista? Vita æterna: audistis, & gauisi exclaimastis, amate quod audistis, & liberabimini à laboribus vestris in requiem vitæ æternæ. Ecce quid promittit deus? Vitā æternā. Ecce quid minatur deus? Ignē æternū. Quid illis ad dexterā constitutis? Venite benedicti patris mei, percipite regnū, quod vobis paratū est ab origine mundi. Ad sinistrā quid? Ite in ignē æternum, qui paratus est diabolo, & angelis eius. Illud nondum amas, vel hoc time: memetote ergo fratres mei, quia vitam æternā nobis promissit. Hæc est, inquit, pollicitatio, quam ipse pollicitus est nobis vita æterna. Hæc scribo vobis, de his qui vos seducunt. Nemo vos seducat ad mortem, promissionem vitæ æternæ desiderate. Quid potest mundus promittere? Quicquid

Psal. 16.

F

Matth. 24.

r libet

1. Cor. 12.

Ioan. 14.

G libet promittat, fortassis in crastino morituro promittit. Et qua fronte ad illum qui manet in eternum exiturus es? Sed quid minatur mihi potens homo ut aliquid mali faciam? quid minatur carceres, catenas, ignes, tormenta, bestias, nunquid ignem eternum? Exhorresce quod minatur omnipotens, ania quod pollicetur omnipotens, & vilesit omnia mundus, siue promittens, siue terrens. Hac scribo vobis de his qui vos seducunt, Vt sciatis quia vnctionem habetis: & vnctio quam accepimus ab eo permaneat in vobis. Vnctionis sacramentum est, virtus ipsa inuisibilis, vnctio inuisibilis spiritus sanctus, vnctio inuisibilis, charitas illa est, qua in quocumque fuerit tanquam radix illi erit, quanuis ardente sole arefcere non potest. Omne quod radicatum est nutritur calore solis, non arefcit: Et non habetis necessitatem ut aliquis vos doceat, quia vnctio ipsius docet vos de omnibus. Quid ergo nos facimus fratres, quia docemus vos? Si vnctio eius docet nos de omnibus, quasi nos sine causa laboramus. Et ut quid tantum clamamus? Dimittamus vos vnctioni illius, ut doceat vos vnctio ipsius. Sed modo mihi facio quaestionem, & illi ipsi Apostolo H facio: dignetur audire paruulum quarentem a se, ipsi Ioanni dico, Vnctionem habebant, quibus loquebaris? Tu dixisti, quia vnctio ipsius docet vos de omnibus, ut quid talem epistolam fecisti? quid illos tu docebas? quid instruebas, quid edificabas? Iam hic videte magnum sacramentum fratres, sonus verborum nostrorum aures percutit, magister intus est. Nolite putare quenquam hominem aliquid discere ab homine. Admonere possumus per strepitum vocis nostrae, si non sit intus qui doceat, inanis sit strepitus noster. Adeo fratres vultis nosse, nunquid non sermonem istum omnes audistis? Quam multi hinc indocti exituri sunt: quantum ad me pertinet, omnibus locutus sum, sed quibus vnctio illa intus non loquitur, quos spiritus sanctus intus non docet, indocti redeunt. Magisteria forinsecus adiutoria, quaedam sunt & admonitiones, cathedra in caelo habet, qui corda docet: propterea ait & ipse in Euangelio, Nolite vobis dicere magistrum in terra: vnus est magister vester Christus. Ipse vobis ergo intus loquitur, quando nemo hominum illic est. Quia etsi aliquis est a latere tuo, nullus est in corde tuo: & non sit nullus in corde tuo. Christus sit in corde tuo, vnctio ipsius sit in corde, ne sit in solitudine cor sitiens, & non habens fontes, quibus irrigetur. Interior ergo magister est qui docet, Christus docet, inspiratio ipsius docet. Vbi illius inspiratio & illius vnctio non est, forinsecus inaniter perstreperunt verba. Sic sunt ista verba, quae forinsecus dicimus: quomodo est agricola ad arborem, forinsecus operatur, adhibet aquam & diligentiam culturae. Quilibet forinsecus adhibeat, nunquid poma format? Nunquid nuditatem lignorum vestit vmbra foliorum? nunquid tale aliquid intrinsecus agit? sed quis agit hoc? Audite agricolam Apostolum, & videte quid sumus, & audite magistrum interiorum, Ego plantavi, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Hoc ergo vobis dicimus, siue plantemus, siue rigemus, loquendo non sumus aliquid, sed ille qui incrementum dat deus, id est, vnctio illius docet vos de omnibus.

De eo quod Ioannes dicit, Et uerax est, & non est mendax: sicut docuit uos permanere in ipsa. Et nunc filio, permanete in eo, ut cum manifestatus fuerit, habeamus fiduciam in conspectu

eius, ut non confundamur ab eo in aduentu eius: usque ad id, In hoc manifestatus est filius dei, ut soluat opera diaboli.

Tractatus IIII.

**M**eministis fratres hesternam lectionem ad hoc terminatam, quia non habetis necessitatem, ut quis doceat vos, sed ipsa vnctio docet vos de omnibus. Hoc autem sicut vos recordari certus sum, sic exposuimus vobis, quia nos qui forinsecus loquimur ad aures vestras, ita sumus quasi operarij, adhibentes culturam forinsecus ad arborem: sed incrementum dare non possumus, nec fructus formare: ille autem qui vos creauit, & redemit, & vocauit per fidem, & spiritum suum habitans in vobis, nisi loquatur vobis intus, sine causa nos perstreperimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiant, non omnibus persuadetur quod dicitur, sed illis solis, quibus intus loquitur deus. Illis autem intus loquitur, qui ei locum praebet: illi autem deo locum praebet, qui diabolo locum non praebet. Habitare enim vult diabolus corda hominum, & loqui ibi omnia, quae valent ad seductionem: sed quid ait dominus? Iesus: Princeps huius mundi missus est foras: vnde missus est foras? Nunquid extra caelum & terram? nunquid extra fabricam mundi? Non: sed extra corda credentium foras missus fore, habitat redemptor, quia ipse redemit qui creauit: & diabolus iam forinsecus oppugnat, non vincit illum, qui intus possidet. Forinsecus autem oppugnat, immittendo varias tentationes: sed ille non consentit cui deus intus loquitur, & vnctio quam audit, docet: Et verax est, inquit, eade vnctio: id est, ipse spiritus domini, qui docet homines, metiri non potest: Et non est mendax, sicut docuit vos permanere in ipsa. Et nunc filio, permanete in eo, ut cum manifestatus fuerit, habeamus fiduciam in conspectu eius, ut non confundamur ab eo in aduentu eius. Videte fratres, credimus in Iesum quem non vidimus, annunciarunt eum qui viderunt, qui contretauerunt, qui verbum ex ore ipsius audierunt, & ut hac persuaderent generi humano: ab illo missi sunt, non a seipsis ire ausi sunt. Et quod missi sunt? Audistis cum Euangelium legeretur, Ite predicare Euangelium vniuersae creaturae quae sub caelo est. Vbiq; ergo discipuli missi sunt attestantibus signis & prodigijs, ut crederetur illis, quia ea dicebant, quae viderant. Credimus in eum quem non vidimus, & venturum eum expectamus. Quicumque illum fide expectant, cum venerit gaudebunt: qui sine fide sunt cum venerit, quod nunc non vident, erubescunt. Et confusio illa non erit vnus diei & transiet, quomodo solent confundi, qui inueniuntur in aliqua culpa, & eis insultatur ab hominibus. Confusio illa traducet confusos ad sinistram, ut audiant, Ite in ignem eternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Maneamus ergo in verbis eius, ne confundamur cum venerit: ipse enim dicit in Euangelio eis qui in eum crediderant, Si permaneritis in verbo meo, vere discipuli mei estis. Et quasi dicerent, quo fructu? Et cognoscetis, inquit, veritatem, & veritas liberabit vos: Modo enim salus nostra in spe, nondum in re: nondum tenemus iam quod promissum est, sed veterum speramus: fidelis autem est qui promissit, non te fallit, tantum noli deficere, sed expecta promissorem: non enim nouit fallere veritas, tu noli esse mendax, ut aliud profitearis, aliud agas. Tu serua fidem, & seruat ille pollicitationem: si autem non tu seruaeris fidem, tu te fraudasti, non ille qui promissit.

Si scitis quia iustus est, scitote quia omnis qui facit iustitiam

K

Ioan. 12. L

Marci. 16. M

Math. 25.

Ioan. 8.

Psal. 146.

Gene. 3.

Iob. 2.

Vbi supra.

Cap. III.

A iustitiam, ex ipso est natus.) Iustitia modo nostra ex fide, iustitia perfecta non est nisi in angelis: & vix in angelis si deo comparentur: tamen si qua perfecta iustitia animarum & spirituum est, quos deus creauit, in angelis sanctis, iustis, bonis, nullo lapsu auersis, nulla superbia cadentibus, sed manentibus semper in contemplatione verbi dei, & nihil aliud dulce habentibus, nisi a quo creati sunt, in ipsis perfecta iustitia est, in nobis autem ex fide coepit esse secundum spiritum. Audistis cum Psalmus legeretur, Incipite domino in confessione. Incipite, inquit, Initium iustitiae nostrae confessio peccatorum. Coepisti non defendere peccatum tuum, iam inchoasti iustitiam, perficietur autem in te quando nihil aliud facere delectabit, quando absorbebitur mors in victoria, quando nulla concupiscentia titillabit, quando non erit lucta cum carne & sanguine, quando erit corona victoriae & triumphus de inimico, tunc erit perfecta iustitia. Modo adhuc pugnamus, si pugnamus, in stadio sumus. Ferimus & ferimur, sed qui vincat, expectatur. Ille autem vincit, qui & quod ferit, de viribus suis non praesumit, sed de protectore suo. Solus diabolus aduersum nos pugnat, nos cum deo sumus, & diabolum vincimus: nam si tu solus cum diabolo pugnaeris, vinceris, Exercita est hostis: quot palmarum? Considerate quod deiecerit ut mortales nasceremur primo, ipsam originem nostram de paradiso deiecit. Quid ergo faciendum est, quia ipse exercitatus est? Inuocetur omnipotens aduersus exercitatum diabolum. Habitat in te qui non potest vinci, & securus vincens eum qui vincere solet: sed quos, nisi in quibus non habitat deus? Nam ut noueritis fratres, contempnit Adam in paradiso positus praecipitum dei, & erexit crucem, veluti in potestate sua esse cupiens & nolens subdi voluntati dei, & lapsus est ab illa immortalitate, ab illa beatitudine. Homo autem quidam iam exercitatus natus mortalibus, cum sederet in stercore putris vermibus diabolus vicit: ipse Adam, & in Iob ipse, quia de genere ipsius Iob. Ergo Adam victus in paradiso, vicit in stercore: in paradiso cum esset, audiuit persuasionem mulieris, quam illi imminerat diabolus, in stercore autem cum esset, ait Eua: tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es. Ibi autem apposuit, hic responsum dedit: cum esset latus, audiuit: cum esset flagellatus, vicit. Ideo videte quid sequitur fratres in epistola ista: quia hoc nobis commendat, ut diabolus quidem vincamus, sed non ex nobis: si scitis quia iustus est, ait scitote quia omnis qui facit iustitiam, ex ipso est natus, ex deo, ex Christo. Et quia dixit, ex ipso est natus, hortatur nos. Iam ergo quia nati ex illo sumus perfecti sumus, audite, Ecce qualem dilectionem dedit nobis pater, ut filij dei vocemur & simus. Propter hoc mundus non cognoscit nos, quia non cognouit eum, & nos non cognoscit mundus. Totus mundus Christianus est, & totus mundus impius. Per totum enim mundum impij, & per totum mundum pij, illi nos non cognoscunt. Quomodo putamus quia non cognoscunt? Insultant bene videntibus, attendite & videte, quia forte sunt & inter vos. Vnusquisque vestrum qui iam pie vivit, qui contemnit secularia, qui non vult ire ad specta-

Tomus nonus.

cula, qui non vult se inebriare quasi solemiter, & quod est grauius, accedente patrocinio sanctorum dierum fieri immundus, qui ista facere noluert, quomodo ei insultatur ab his qui faciunt? Nunquid insultaretur ei si agnosceretur? Quare autem non agnosceretur? Mundus eum non agnoscit. Quid est mundus? Illi habitatores mundi, quomodo dicitur domus habitatores eius. Iam ista saepe dicta sunt, & non ea vobiscum hodie repetimus. Iam cum auditis mundum in mala significatione, non intelligatis nisi dilectores mundi, quia per dilectionem inhabitant: & per quod inhabitant, nomen habere meruerunt. Propter hoc mundus non cognouit nos, quia non cognouit eum. Ambulabat & ipse dominus Iesus Christus in carne: erat deus, latebat in infirmitate. Et vnde non est cognitus? Quia omnia peccata arguebat in hominibus. Illi amando delectationes peccatorum non agnoscebant deum: amando quod febris suadebat, iniuriam medico faciebant. Quid ergo, nos iam nati sumus ex ipso? Sed quia in spe sumus. Dilectissimi, inquit, nunc filij dei sumus. Iam nunc? Quid est ergo quod expectamus, si iam filij dei sumus? Et nondum, inquit, manifestum est quod erimus. Quid autem erimus aliquid quam filij dei? Audi quid sequitur: Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Intellegat charitas vestra. Magna res: scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est: iam illud attendite, quid vocatur, est. Nostis quid vocatur, est? Quid vocatur, & non solum vocatur, sed vere est, incommutabilis est, semper manet, mutari nescit, nulla ex parte corrumpitur, nec proficit, quia perfectum est: nec deficit, quia aeternum est: & quid est hoc? In principio erat verbum &c. Et quid est hoc? Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem deo. Hoc modo Christum in forma dei, verbum dei, vnicum patri, aequalem patri, non possunt videre mali. Secundum id vero quod verbum caro factum est, potuerunt & mali, quia in die iudicij videbunt & mali, quia sic veniet iudicaturus quomodo venit iudicandus. In ipsa forma homo, sed deus: nam maledictus omnis qui spem suam ponit in homine: Homo venit, ut iudicaretur, homo veniet, ut iudicet. Et si non videbitur, quid est quod scriptum est, Videbunt in quem transierunt: De impijs enim dictum est, quia videbunt & confundentur. Quomodo non videbunt impij, quando alios ponet ad dexteram, alios ad sinistram? Ad dexteram positus dicit, Venite benedicti patris mei, percipite regnum. Ad sinistram positus dicit, Ite in ignem aeternum: Videbunt, sed formam serui: formam dei non videbunt. Quare? Quia impij sunt: & ipse dominus dicit, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Ergo visuri sumus quandam visionem fratres, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Visionem quandam, visionem praecellentem omnes pulchritudines terrenas, auri, argenti, nemorum atque camporum, pulchritudinem maris & aeris, pulchritudinem solis & lunae, stellarum, angelorum, omnia superantem, quia ex ipso pulchra sunt omnia. Quid ergo erimus, quando videbimus quod nobis promissum est? Similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Quomodo potuit, lingua sonuit, caetera corde cogitentur: quid enim & ipse Ioannes dixit ad comparisonem rei, quae est, vel a nobis dici potest, hominibus longe imparibus meritis ipsius? Redeamus ergo ad illam vnctionem quae intus docet, quod loqui non possumus: & quia mor-

r ij do

De per. dist. 2. Vnctio.

Math. 23.

1. Corin. 3.

Ioan. 1. Philip. 2.

Hiere. 17.

Ioan. 19.

Math. 25.

Math. 5.

1. Corin. 2.

**G**do videre non potestis, officium vestrum in desiderio sit. Tota vita Christiani boni sanctum desiderium est. Quod autem desideras, nondum vides, sed desiderando capax efficiaris, ut cum venerit quod videas implearis. Sicut enim si velles implere aliquem sinum, & nosti quam magnum est quod dabitur, extēdis sinum vel sacci, vel vtris, vel alicuius rei, nosti quantum misurus es, & vides quia angustus est sinus, extendendo facis capaciorem: sic deus differēdo extendit desiderium, desiderando extendit animum, extendēdo facit capaciorem. Desideramus ergo fratres, quia implendi sumus. Videte Paulum extendentem sinum, ut possit capere quod venturum est: ait, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sum fratres, ego me non arbitror comprehēdisse. Quid ergo agis in hac vita, si nondum apprehendisti? Vnum autem, quae retro oblitus, in ea quae antē sunt extensus, secundum intētionē sequor ad palmam supernae vocationis. Extentum se dixit, & secundum intētionem sequi se dixit: minorem se sentiebat ad capiēdum quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Hae est vita nostra, ut desiderādo exerceamur. Tantum autem nos exercet sanctum desiderium, quantum desideria nostra amputauerimus ab amore seculi. **H**am diximus, aliquando exinani, quod implendum est: bono implendus es, funde malum, puto quia melle te vult implere deus, si aceto plenus es, ubi mel pones? Fūdendum est quod portat vas, mundādum est ipsum vas. Mutandum est, est cum labore, cum tritura, ut fiat aptū cuidam rei. Mel dicamus, aurum dicamus, vinum dicamus: quicquid dicamus quod dici non potest, quicquid volumus dicere, deus vocatur. Et quid diximus deus, quid diximus? Dicitur ista syllaba sunt totum quod expectamus. Quicquid ergo dicere valuimus, infra est: extendamus nos in eum, ut cum venerit, impleat. Similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet spem hanc in ipso est. Videte quia in spe nos posuit. Videtis quemadmodum nos congruit Apostolo Paulo, coapostolo suo, Spe salui facti sumus. Spes autem quae videtur non est spes: quod enim videt quis, quid sperat? Si enim quod non videmus speramus, per patientiam expectamus. Ipsa patientia exercet desiderium: mane tu, nam manet ille, & persevera in ambulando, ut peruenias quia quod tendis, non migrabit, videte. Et omnis qui habet spem hanc in ipso, castificat semetipsum sicut & ipse castus est. Videte quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, ut diceret castificat semetipsum. Quis nos castificat nisi deus? Sed deus te nolentem non castificat. Ergo quod adiungis voluntatem tuā deo, castificas te ipsum. Castificas te, non de te, sed de illo qui venit ut habitet in te, Tamen quia agis ibi aliquid voluntate, ideo & tibi aliquid tributum est: ideo autem tibi tributū est, ut dicas sicut in Psalmo: Adiuutor meus esto, ne derelinquas me. Si dicis, adiuutor meus esto, aliquid agis: nam si nihil agis, quomodo ille adiuuat? Omnis enim qui facit peccatum, & iniquitatem facit. Nemo, dicat, aliud est peccatum, aliud iniquitas: nemo dicat, ego peccator homo sum, sed iniquus non sum: omnis enim qui facit peccatum, & iniquitatem facit. Peccatū iniquitas est. Quid ergo facim⁹ de peccatis nostris & iniquitatibus? Audi quid dicit: Esceitis quia ille manifestatus est, ut peccatum auferat, & peccatum in ipso non est. In quo non est peccatum, ipse venit auferre peccatū: nam si esset in illo peccatum, auferendum esset illi, non ipse auferret. Omnis qui in ipso manet, non peccat. In quantum in ipso manet, intantum non peccat. Om-

nis qui peccat, non vidit eum, neque cognouit eum. Non est mirum: non eum vidimus, sed visuri sumus. Non eum cognouimus, sed cognituri sumus. Credidim⁹ in eum quae non cognouimus: An forte ex fide cognouimus & specie non cognouimus? Magna est ista questio: Omnis qui peccat non vidit eum, nec cognouit eum. Nondum cognouimus, sed in fide & videmus & cognoscimus: si enim nondum videt fides, quare dicimur illuminati? Est illuminatio per fidem, est illuminatio per speciem. Modo cum peregrinamur, per fidem ambulamus, nōdum per speciem. Ergo & iustitia nostra per fidem est, & non per speciem. Erit perfecta nostra iustitia cum videbimus per speciem, modo non relinquamus eam iustitiam, quae est ex fide, quoniam iustus ex fide vivit, sicut ait Apostolus: Omnis qui manet in ipso non peccat: nam omnis qui peccat non vidit eum, neque cognouit eum. Non credit iste qui peccat: Si autem credidit, quantum ad fidem eius pertinet non peccat. Filioli, nemo vos seducat, qui facit iustitiam iustus est, sicut ille iustus est. Nūquid quando audiuius, quia iusti sumus, sicut aequales nos debemus putare deo? Debetis scire quid est, sicut. Iam dādum enim dixit: Castificat semetipsum, sicut ipse castus est. Iam ergo patet, aequalis est castitas nostra castitati dei, & iustitia nostra iustitiae dei? Quis hoc dicat? Sed, sicut, nō semper ad aequalitatem dici solet: quomodo, verbi gratia: Vasa basilica ista ampla, si velit facere aliquis minorem, sed tamen proportione ad mensuras eius, ut verbi gratia, si lata est simplum, & longa duplū, faciat & ille lata simplum, & longam duplum, videtur sic fecisse sicut est ista: sed ista habet, verbi gratia, cētum cubitos, illa triginta, & sicut est, & impar est. Videtis quia non semper, sicut, ad paritatem & aequalitatem refertur, verbi gratia: videte quantum sit inter faciem hominis & imaginem de speculo. Facies in imagine, facies in corpore, imago in imitatione, corpus in veritate: & quid dicimus? Nam sicut hic oculi, ita & ibi: sicut hic aures, ita & ibi. Dispar est res, sed, sicut ad similitudinem dicitur. Habemus ergo & nos imaginem dei, sed non illam quam habet filius aequalis patri: tamen & nos pro modulo nostra si non sicut ille essemus, ex nulla parte similes diceremur. Ergo castificat nos sicut & ipse castus est: sed ille castus aeternitate, nos casti fide. Iusti sumus sicut & ipse iustus est, sed ipse in ipsa incomutabili perpetuitate, nos iusti credendo in quem non videmus, ut aliquando videamus. Et cum perfecta fuerit iustitia nostra, cum facti aequales angelis fuerimus, nec tunc illi aequabimur: quanto ergo modo ab illo longe est, quando nec tunc par erit? Qui facit peccatum, de diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. De diabolo est, nostis quid dicat: Imitando diabolum: nam neminem fecit diabolus, neminem genuit, neminem creauit. Sed quicumque fuerit imitatus diabolum, quasi de illo natus sit filius diaboli imitādo, non proprie nascendo. Quomodo es filius Abraham? Nunquid Abraham te genuit? Quomodo Iudaei filij Abraham? Non imitantes fidem Abraham, facti sunt filij diaboli. De carne Abraham nati sunt, & fidem Abraham non sunt imitati. Si ergo qui inde nati sunt, exheredati sunt, quia non sunt imitati: tu qui nō de illo natus es, efficeris filius, & sic eris filius imitando, & si diabolum fueris imitatus, quia ille superbus extitit & impius aduersus deum, eris filius diaboli, diaboli imitatio, non quia ipse creauit te, aut genuit te. In hoc manifestatus est filius dei. Eia fratres, omnes peccatores ex diabolo nati sunt, in quantum peccatores. Adam à deo factus est, sed quando cōsensit diabolo, ex diabolo natus

2. Corin. 5.

Roma. 7.

L

M

**A**natus est. Et tales omnes genuit qualis erat, cum ipsa concupiscentia nati sumus. Et antequam nos debita nostra addamus, de illa damnatione nascimur: nam si cum illo peccato non nascimur, quid est quod cum infantibus ad baptismum curritur ut soluantur? Ergo duas natiuitates attendite fratres, Adam & Christū. Duo sunt homines, sed vnus ipsorum homo homo, alter homo deus. Per hominem deū iustificamur. Natiuitas illa deiecit ad mortem, ista natiuitas erexit ad vitam: natiuitas illa trahit secum peccatum, natiuitas ista liberat à peccato: ideo enim venit Christus homo, ut solueret peccata hominū. In hoc manifestatus est filius dei, ut soluat opera diaboli. Cetera commendo charitati vestrae, ne vos grauem: ipsa enim questio est, in qua soluenda laboramus, quia peccatores nos dicimus: inquit enim quis dixerit se esse sine peccato, mendax est. Et in ipsius epistola Ioānis inuenimus: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus. Meminisse enim debetis priorum, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Et rursum in consequentibus audis: qui natus est ex deo, non peccat, quia qui facit peccatum non videt eum, neque cognouit eum: omnis qui facit peccatum de diabolo est, ex deo non est peccatū. Iterum terret nos, quomodo nati sumus ex deo, & quomodo nos fatemur peccatores? An dicitur sumus, quia de deo nati non sumus? Et quid faciunt ista sacramenta in infantibus? Quid dixit Ioannes qui natus est ex deo, non peccat: ipse Ioannes iterum dixit, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est? Magna questio & angusta: & ad hanc soluendam vtinam intentam fecerim charitatem vestram, in nomine domini cras quod inde dederit disseremus.

*De eo quod Ioānes dicit, Omnis qui natus est ex deo, non facit peccatum, quia semen eius in ipso manet, & non potest peccare, quia ex deo natus est: usque ad id, Filioli non diligamus uerbo tantum & lingua, sed opere & ueritate:*

Tractatus V.

**C**ontente audite obsecro vos, quia res non minima versatur in medio: & non dubito qui hesterno die intenti affuistis, quod & hodie intentius conuenistis: est enim nō parua questio, quomodo dicat in ista epistola. Qui natus est ex deo, non peccat: & quomodo in eadem epistola superius dixit, Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis nō est. Quid facturus est quem vterq; sermo ex eadem epistola in medio coarctauit? Si se confessus fuerit peccatorem, timeat ne dicatur illi, non ergo ex deo natus es: quia scriptum est: qui natus est ex deo, non peccat: si autem dixerit se iustum, & non habere peccatum, accipiet ex alia parte plagam ex ipsa epistola: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Positus ergo in medio, quid dicat, & quid confiteatur, aut quid profiteatur nō inuenit. Profiteri se esse sine peccato periculosū est, & non solū periculosum, sed etiā mēdosum: Nos ipsos, inquit, seducimus, & veritas in nobis nō est, si dixerimus quia peccatum non habemus: sed vtinam nō haberes & diceres, verū enim diceres, nec in veritate promenda, vllum iniquitatis vel vestigium formidares: sed ideo malefacis si dicis, quia mendacium dicis: Veritas, inquit, in nobis non est, si dixerimus quia peccatum nō habemus: non ait, non habuimus, ne forte de praeterita

Tomus nonus.

vita dictum videretur. Habuit peccatum homo iste, sed **D**ex quo natus est ex deo, cepit nō habere, si ita esset, nulla nos angustaret questio: diceremus enim, fuimus peccatores, sed modo iustificati sumus: habuimus peccatū, sed modo non habemus: non hoc ait, sed quid ait? Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Post aliquantum rursus: qui natus est ex deo, inquit, non peccat. Nūquid Ioānes ipse non erat natus ex deo? Si Ioannes nō erat natus ex deo: de quo audistis, Quia supra pectus domini recubuit: alius sibi audet promittere regenerationem factam in se, quam ille habere non meruit, qui super pectus domini recumbere meruit, quem dominus plus quam ceteros diligebat, ipsum solum de spiritu non genuerat: Attendite nunc verba ista. Adhuc angustias nostras commendo, ut per intensionem vestram, quae oratio est, & pro nobis & pro vobis dilatet deus, & det exitum ne alicuius in verbo eius inueniat occasionē perditionis suae, quod verbum non est praedicatū & conscriptum, nisi ad medicinam & salutem. Omnis, inquit, qui facit peccatū, & iniquitatem facit: ne forte dixeris, peccatū iniquitas est: ne dicas, peccator sum, sed iniquus non sum: peccatum iniquitas est. Et scitis quia in hoc ille manifestatus est, ut peccata auferat, & peccatum in illo non est, & quid prodest nobis quia venit sine peccato? Omnis qui non peccat, in ipso manet: & omnis qui peccat, nō videt eum, neque cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat: qui facit iustitiam, iustus est, sicut & ille iustus est. Iam ista diximus, quia secundum quandā similitudinem, nō secundum aequalitatem dici solet, qui facit peccatum, de diabolo est, quia ab initio diabolus peccat. Et hoc diximus, quia neminem creauit diabolus, neque genuit, sed imitatores eius tanquam ex illo nascuntur. In hoc manifestatus est filius dei, ut soluat opera diaboli. Ergo ut soluat peccata, venit ille qui nō habet peccatū: deinde sequitur, Omnis qui natus est ex deo, non facit peccatū, quia semen eius in ipso manet: & non potest peccare, quia ex deo natus est. Fortiter intrinxit: fortassis secundum quoddam peccatum dixit, non peccat, non secundum omne peccatum. Ut quid ait, Qui natus est ex deo, nō peccat? Certum quoddam peccatum intelligas, quod non potest admittere homo qui ex deo natus est. Et tale peccatum est illud: ut si quisquam illud admiserit, confirmet cetera, si quis autem hoc non admiserit, soluat cetera. Quod est hoc peccatum? Facere contra mandatum, quod est mandatum? Mandatum nouum de vobis, ut vos inuicem diligatis. Intendite, hoc mandatum Christi, dilectio vocatur. Per hanc dilectionem peccata soluntur. Haec si non teneatur, & graue peccatum est, & radix omnium peccatorum. Intendite fratres, promissimus aliquid, in quo bene intelligētibus soluta est questio. Sed nunquid cum celerioribus tantum ambulamus viam? Et qui tardius ambulant, non sunt relinquendi. Versemus hoc quibus possumus verbis, ut ad omnes perueniat. Puto enim fratres, quia omnis homo sollicitus est pro anima sua, qui non sine causa intrat Ecclesiam, qui non temporalia quaerit in Ecclesia, qui non propterea intrat ut transigat negocia secularia: sed ideo intrat, ut aliquid sibi aeternum promissum teneat quod perueniat. Nece est ergo cogiter, quemadmodum ambulet in via, ne remaneat, ne retro eat, ne aberrer, ne claudicando non perueniat. Qui ergo sollicitus est, tardus non sit, velox sit, non recedat de via. Hoc ergo dixi, quia qui natus est ex deo, non peccat. Fortassis secundum quoddam peccatum voluit intelligi: nam erit

Ioan. 13.

E

F

Ioan. 13.

r iij aliter

Philip. 3.

Roma. 5.

Psal. 26.



**G** aliter contrarium illi loco, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sic ergo forte potest solui quaestio. Est quoddam peccatum quod non potest admitti ille qui natus est ex deo, & quo non admisso soluitur caetera, quo admisso confirmantur caetera. Quod est hoc peccatum? Facere contra mandatum Christi, contra testamentum nouum. Quod est mandatum nouum? Mandatum nouum do-  
bis, vt vos inuicem diligatis: qui facit contra charitatem & contra dilectionem fraternam, non audet gloriari & dicere natum se esse ex deo: qui autem in dilectione fraterna constitutus est, certa sunt peccata, quae non potest admitti, & hoc maxime ne oderit fratrem. Et quid de caeteris peccatis facit, vnde dicitur est, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est? Audiat securitatem de alio loco scripturae, Charitas cooperit multitudinem peccatorum. Charitatem ergo commendamus, charitatem commendat haec epistola. Post resurrectionem dominus quid aliud interrogauit Petrum nisi, Amas me? Et parum fuit semel interrogare, & iterum nihil aliud, & tertio nihil aliud. **H** Cum iam tertio ille tædio afficeretur, quasi non sibi crederet, quomodo qui nesciret quid in illo ageretur, tamen & primo & secundo & tertio hoc interrogauit. Ter negauit timor, ter confessus est amor. Et ecce amat Petrus dominum. Quid praestaturus domino? Non enim & ipse non turbatus est in ipso Psalmo, Quid retribuam domino pro omnibus quae retribuit mihi? Qui enim dicebat haec in Psalmo, attendebat quanta sibi essent praestita a domino, & quaerebat quid retribuere domino, & non inueniebat: quicquid enim retribuere volueris, ab ipso accepisti quod reddas. Et quid inuenit quod retribuatur? Quod, vt diximus, ab ipso acceperat, hoc inuenit quod retribuere. Calicem salutaris accipiam, & nomen domini inuocabo: Quis enim illi dederat calicem salutarem, nisi ille cui volebat retribuere? Accipere autem calicem salutarem, & inuocare nomen domini, hoc est satiari charitate, & ita satiari, vt non solum non oderis fratrem, sed paratus sis mori pro fratre. Perfecta ista charitas est, vt paratus sis mori pro fratre. Hanc ipse dominus in se exhibuit, mortuus pro omnibus, oras pro eis a quibus crucifigebatur, & dicens: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: sed si solus hoc fecit, non erat magister, si discipulos non habebat. Secuti discipuli hoc fecerunt: lapidabatur Stephanus, & genuflexo ait: Domine, ne statuas illis hoc delictum. Amabat a quibus occidebatur, quia pro ipsis moriebatur. Audis Apostolum Paulum: Et ipse, inquit, impendat pro animabus vestris. Inter illos enim erat pro quibus Stephanus deprecabatur, quando eorum manibus moriebatur. Perfecta ergo charitas haec est: si quis tantam habuerit charitatem, vt paratus sit pro fratribus etiam mori, perfecta est in illo charitas. Sed nunquid mox vt nascitur, iam prorsus perfecta est? Vt perficiatur, nascitur: cum fuerit nata, nutritur: cum fuerit nutrita, roboratur: cum fuerit roborata, perficitur: cum ad perfectionem venerit, quid dicit? Mihi viuere Christus est, & mori lucrū. Optabam dissolui & esse cum Christo, multo magis optimū manere in carne necessarium propter vos. Propter eos volebat viuere, pro quibus paratus erat mori. Et vt noueritis quia ipsa est perfecta charitas, quam non violat, & in quam non peccat, qui natus est ex deo, hoc dominus dicit Petro: Petre amas me? Et ille, Amo. Non dixit, si amas me, obsequere mihi. Quando enim erat dominus in carne mortali, esuriuit, sitiuit. Eo tempore quo esuriebat & sitiebat, susce-

ptus est hospitio, ministrarunt illi qui habuerunt de substantia sua: sicut legimus in Euangelio. Suscepit enim hospitio Zachaeus, saluus factus est a morbo, suscepto mendico. Quo morbo: Auaritiae: erat enim ditissimus & princeps publicanorum. Attendite sanatum a morbo avaritiae: Dimidium, inquit, bonorum meorum do pauperibus, & si cui aliquid tuli, quadruplum reddam. Ideo seruauit alterum dimidium, non quo frueretur, sed vnde debita solueret. Suscepit ergo tunc medicum hospitio, quia erat infirmitas carnis in domino, cui hoc obsequium preberent homines: & hoc, quia voluit praestare, obsequentibus, obsequiis enim proderat, non illi. Cui enim angeli ministrabant, horum obsequium requireret? Nec Helias seruus illius hoc necessarium habebat aliquando, cui panem & carnem per coruum mittebat, & tamen vt vidua religiosa benediceretur, mittitur seruus dei, pascitur a vidua, quae deus in secreto pascebat. Veruntamen quantum de his seruus dei sibi praestent, qui eorum indigentiam considerant, propter illam mercedem a domino in Euangelio postquam manifestissime, Qui suscipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet: qui suscipit Prophetam in nomine Prophetae, mercedem Prophetae accipiet: & qui dederit calicem aquae frigidae vni ex his minimis tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam. Quibus ergo sibi praestent, qui haec faciunt, tamen nec hoc poterat praestari ascensuro in caelum. Quid illi poterat retribuere Petrus qui amabat illum? Audi, Pasce oues meas, id est, fac pro fratribus quod pro te feci. Oes sanguine meo redemi, nolite dubitare mori pro veritatis confessione, vt caeteri vos imitentur: sed haec vt diximus fratres, perfecta charitas est, qui natus est ex deo habet illam. Intendat charitas vestra, videte quid dicam. Ecce accepit sacramentum natiuitatis homo. Baptizatus sacramentum habet, & magnum sacramentum, diuinum, sanctum, ineffabile. Considera quale, vt nouum hominem faciat, dimissionem omnium peccatorum. Attendat tamen in cor, si perfectum est tibi, quod factum est in corpore videat si habeat charitatem, & tunc dicat, natus sum ex deo. Si autem non habet, characterem quidem impositum habet, sed desertor vagatur: habeat charitatem aliter non se dicat natum ex deo. Sed habeo, inquit, sacramentum, audi Apostolum: Si sciam omnia sacramenta, & habeam omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam nihil sum. Hoc si meministis, commendauimus, cum istam epistolam legere inciperemus, nihil in ea nobis sic commendari, quomodo charitatem. Et si videtur alia & alia dicere, illud facit reditum, & ad ipsam charitatem omnia vult referre quaecumque dixerit. Videamus si & hic hoc facit: attēdit. Omnis qui natus est ex deo, non facit peccatum. Querimus quod peccatum, quia si omne intellexeris, contrarium eris illi loco: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Ergo dicat quod peccatum, doceat nos, ne forte ego temere dixi peccatum hoc esse violationem charitatis. Quia supra dixit, qui odit fratrem suum in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quod eat, quia tenebrae excacauerunt oculos eius. Sed forte aliquid dixit in posterioribus, & non nominauit charitatem, videte quia circuitus ille verborum hunc habet finem, hunc habet exitum. Omnis qui natus est ex deo, non peccat, quia semen eius in ipso manet. Semen dei, id est, verbum dei: vnde dicit Apostolus, Per Euangelium ego vos genui. Et non potest peccare, quia ex deo natus est. Dic adhuc. Videamus in quo non potest peccare. In hoc manifestati

i. Petri. 4.  
Ioan. 27.  
H  
Psal. 115.  
I  
Luc. 23.  
A. 20. 7.  
2. Corin. 12.  
Philip. 1.  
Ioan. 27.

K  
Luc. 19.  
3. Reg. 17.  
Matt. 10.  
L  
1. Corin. 13.  
M  
1. Corin. 4.

**A** manifestati sunt filij dei & filij diaboli: Omnis qui non est iustus, non est a deo, & qui non diligit fratrem suum. Certe iam manifestatum est vnde dicat, & qui non diligit, inquit, fratrem suum. Dilectio ergo sola discernit inter filios dei & filios diaboli. Signent se omnes signo crucis Christi: Respondeant omnes, Amen. Cantet omnes halleluia: Baptizentur omnes, intrēt omnes Ecclesias, faciant parietes basilicarum, non discernuntur filij dei a filiis diaboli nisi charitate. Qui habet charitatem, nati sunt ex deo: qui non, non sunt nati ex deo. Magnum iudicium, magna discretio. Quicquid vis habe, hoc solus non habeas, nihil tibi prodest alia si non habeas, hoc habet, & impleti legem. Qui enim diligit alterum, legem impleuit, ait Apostolus: & plenitudo legis charitas. Puto istam margaritam esse illam. Homo negociator describitur in Euangelio, qui inuenit vnam margaritam, & vendidit omnia quae habebat & emit eam: haec est margarita preciosa charitas, sine qua nihil tibi prodest quodcumque habueris. Quam si solam habeas, sufficit tibi. Modo cum fide vides, tunc cum specie videbis: si enim amamus cum non videmus, quomodo amplectemur cum viderimus? Sed vbi nos debemus exercere? In amore fraterno: potes mihi dicere, non vidi deum, nunquid potes mihi dicere, non vidi hominem? Dilige fratrem. Si enim fratrem quem vides dilexeris, simul videbis & deum, quia vides ipsam charitatem, & factus inhabitat deus. Qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suum. Quia haec est annuntiatio. Vide quomodo confirmat. Quia haec est annuntiatio quam audiimus ab initio vt diligamus inuicem. Manifestauit nobis inde se dicere, contra hoc mandatum quisquis facit, in peccato illo est scelerato, in quod incidant, qui non nascuntur ex deo. Non sicut Cain qui ex maligno erat, occidit fratrem suum: & cuius rei gratia occidit? Quia opera eius maligna fuerunt, fratris vero eius iusta. Ergo vbi est invidia, amor fraternus esse non potest. Intendat charitas vestra, qui inuidet non amat: peccatum diaboli est in illo, quia & diabolus inuidet deicit: cecidit enim, & inuidit stanti, non ideo voluit dicere vt ipse staret, sed ne solus caderet. Tenete in animo ex hoc quod subiecit, inuidiam non posse esse in charitate. Habes aperte cum laudaretur ipsa charitas: Charitas non emulatur. Non fuit charitas in Cain, & nisi esset charitas in Abel, non acciperet deus sacrificium eius. Cum enim ambo obtulissent, ille de fructibus terrae, ille de foetibus ouium: quid putatis fratres, quia deus fructus terrae neglexit, & foetus ouium dilexit? Non intendit deus ad munus, sed in corde vidit: & quem vidit cum charitate offerre, ipsius sacrificium respexit: quem vidit cum inuidia offerre ab ipsius sacrificio oculos auertit. Opera ergo bona Abel, non dicit nisi charitatem: opera vero mala Cain, non dicit nisi odium fratrum. Parum est, quia odit fratrem suum & inuidit operibus bonis, quia imitari noluit, necare voluit. Et hinc apparuit quia filius erat diaboli, & ille hinc apparuit iustus dei. Hinc ergo discernuntur homines fratres mei: nemo attendat linguas, sed facta & cor. Si non bene faciat pro fratribus suis, ostendit quid in se habeat: tentationibus probantur homines. Nolite mirari fratres si mundus vos odit. Nunquid saepe vobis dicendum est, quid est mundus? Non caelum, non terra, nec ista opera quae deus fecit, sed dilectores mundi. Ista saepe dicendo quibusdam onerosus sum: sed vsque adeo non frustra dico, vt aliqui interrogentur an dixerim, & non respondeant. Ergo vel inculcandum haeret aliquid in cordibus audientium. Quid est mundus? mundus est, quando in malo

ponitur, dilectores mundi: mundus quando in laude ponitur, caelum & terra est, & quae in his continentur opera dei: vnde dicitur, & mundus per eum factus est. Item mundus est plenitudo terrae, sicut dixit ipse Ioannes: Non solum autem nostrorum propitiatio peccatorum est, sed & totius mundi. Mundi dicit omnium fidelium per orbem sparsorum: mundus autem in malo, amatores mundi sunt: qui amant mundum, fratres amare non possunt. Si odit nos mundus: Nos scimus. Quid nos scimus? Quia transiuimus de morte ad vitam. Vnde scitis? Quia diligimus fratres. Nemo interroget hominem: redeat vnusquisque ad cor suum, si ibi inuenit charitatem fraternam, securus sit, quia transit a morte ad vitam, iam in dextera est. Non attendat quia modo gloria eius occulta est, cum venerit dominus, tunc apparebit gloria eius: viget enim, sed adhuc in hyeme: viget radix, sed quasi aridi sunt rami. Intus est medulla quae viget, intus sunt folia arborum, intus fructus, sed aetatem expectat. Ergo nos scimus quia transiuimus de morte ad vitam, quia diligimus fratres. Qui non diligit, manet in morte. Ne putetis fratres leue esse odisse. Odisse, an diligere? Audi quid sequitur. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Iam ergo si contemnebat quisquam odium fratrum, nunquid & homicidium in corde suo contemneret? Non mouit manum ad occidendum hominem, homicida iam tenetur a domino. Viuit ille, & iste iam interfector iudicatur. Omnis qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis quia omnis homicida non habet vitam aeternam in semetipso manentem. In hoc cognoscimus dilectionem. Perfectionem dilectionis dicit, perfectionem illam, quam commendauimus. In hoc cognoscimus dilectionem: Quia ille pro nobis animam suam posuit, & nos debemus animam pro fratribus ponere. Ecce vnde veniebat, Petre amas me, pasce oues meas: nam vt noueritis fratres, quia sic ab eo pasci volebat oues suas, vt animam suam pro ouibus poneret, hoc illi continuo dixit: Cum iuuenis esses, praecingebas te, & ibas quod volebas: cum autem fueris senior, alius te praecinget, & tollet te, quod tu non vis. Hoc autem dixit, ait Euangelista, significans qua morte clarificaturus esset deum. Et cui dixerat, pasce oues meas, doceret eum ponere animam pro ouibus suis. Vnde incipit charitas fratres? Modicum attendite quo perficiatur. Audistis ipsum finem & modum: ipsum & dominus in Euangelio commendauit, Maiorem charitatem nemo habet, ait, quam vt animam suam ponat quis pro amicis suis. Perfectionem ergo eius ostendit in Euangelio, & hic commendata est eius perfectio: sed interrogatis vos, & dicitis nobis, quando possum habere istam charitatem? Noli cito de te desperare, forte nata est, sed nondum perfecta est, nutri eam ne offocetur: sed dicitur es mihi, & vnde noui? Quo enim perficiatur audiimus, vnde incipiat audiamus: sequitur & dicit, Qui autem habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suum esurientem, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo poterit dilectio dei manere in eo? Ecce vnde incipit charitas: si nondum es idoneus mori pro fratre, iam idoneus esto dare de tuis facultatibus fratri. Iam percutiat viscera tua charitas, vt non de iactantia facias, sed de intimo adipe misericordiae vt consideres illum in egestate positum. Si enim superflua non potes dare fratri tuo, animam tuam potes dare pro fratre: lacet pecunia in sinu tuo, quae tibi fures possunt auferre: & si illam non auferent fures, moriendo illam desereres, etiam si te illa viuentem non deserat. Quid inde facturus es? Esurit frater tuus, in necessitate positus

D  
Mōdi signi-  
ficata.  
Ioan. 1.  
E  
Ioan. 21.  
F  
Ioan. 15.  
r iiii est

**G** est, fortassis suspenditur, à creditore angustatur. Non habet ipse, habes tu, frater est, simul empti estis, vnum est precium vestrum, ambo sanguine Christi redempti estis: vide si misereris, si habes facultates mundi. Quid ad me pertinet, forte dicis? Ego daturus sum pecuniam meam, ne ille molestiam patiatur? Si hoc tibi responderit cor tuum, dilectio patris non in te manet. Si dilectio patris non in te manet, non es natus ex deo, quomodo ergo te gloriaris esse Christianum? Nomen habes, & factum non habes: si autem nomen secutum fuerit opus, dicat te quisquam Paganum, tu factis ostende te Christianum: nam si factis non ostendis te Christianum, omnes te Christianum vocent, quid tibi prodest nomen, ubi res non inuenitur? Qui autem habuerit facultates mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauerit viscera sua ab eo, quomodo potest dilectio dei manere in eo? Et sequitur.

Filioli, non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere & veritate. Puto manifestatum esse vobis magnam & necessarium secretum & sacramentum, fratres mei: quid valet charitas? Omnis scriptura commendat. Sed nescio si alicubi amplius quam in ista Epistola commendetur. Rogamus vos & obsecramus in domino, ut & illa quae audistis, memoria teneatis, & ad ea quae adhuc dicenda sunt donec finiatur ipsa Epistola, intenti veniatis, intenti audiat. Aperite autem corda ad semina bona: extirpate spinas, ne offocetur in vobis, quod seminatur, sed potius crescat feget, & gaudeat agricola, & horreum vobis praeparat tanquam frumentis, non ignem tanquam paleis.

*De eo quod Ioannes dicit, Et in hoc cognoscimus quia ex veritate sumus, & coram ipso persuademus cordi nostro, quia si male senserit cor nostrum, maior est deus corde nostro, & nouit omnia: usque ad id, In hoc cognoscitur spiritus dei, Omnis spiritus, qui constituit Iesum: Christus in carne uenisse, ex deo est, Et omnis spiritus qui non constituit Iesum Christum in carne uenisse, non est ex deo: & hic est Antichristus de quo audistis, quod uenturus sit, & nunc in ipso mundo est.* Tractatus VI.

**I** meministis fratres hesternum nos clausisse sermonem ad istam sententiam, quae sine dubio manere debuit & debet in corde vestro, quia ipsam nouissimam audistis: Filioli, non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere & veritate: deinde sequitur: Et in hoc cognoscimus, quia ex veritate sumus, & coram ipso persuademus cordi nostro, quia si male senserit cor nostrum, maior est deus corde nostro & nouit omnia. Dixerat: non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere & veritate. Queritur à nobis, in quo opere & in qua veritate agnoscitur qui diligit deum, vel qui diligit fratrem suum. Iam superius dixerat quousque charitas perficiatur, quod & dominus in Euangelio ait, Maiorem hac nemo habet charitatem, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis. Et iste hoc dixerat: sicut ille animam suam pro nobis posuit, debemus & nos animam pro fratribus ponere. Haec est perfectio charitatis, & maior omnino non poterit inueniri: sed quia non in omnibus perfecta est, & desperare non debet, & in quo perfecta non est, si iam nata est, qua perficiatur, & vti que si nata est, nutrienda est, & quibusdam suis nutrimentis ad perfectionem propriam producenda. Quasi uimus inchoationem charitatis unde incipiat, & ibi continuo inuenimus: si quis habet facultatem mundi, & viderit fratrem suum egentem, & clauerit viscera sua aduersus eum, quomodo dilectio patris manet in eo? Ergo hic incipit

**I**sta charitas fratres, ut de suis superfluis tribuat egentem in angustiis aliquibus constituto: ex eo quod sibi abundat secundum tempus à tribulatione temporaliter liberat fratrem. Hinc exordium est charitatis, hanc ita coeptam si verbo dei & spe futurae vitae nutrieris, peruenies ad illam perfectionem, ut paratus sis animam tuam ponere pro fratribus tuis: sed quia multa talia fiunt ab his qui alia quaerunt, & qui fratres non amant, reuocemur ad testimonium conscientiae. Unde probamus, quia talia fiunt ab his qui fratres non amant: Quam multi se in haeresibus & schismatibus martyres dicunt: Videntur sibi animam ponere pro fratribus suis: si pro fratribus animam ponerent, non se ab vniuersa fraternitate separarent. Itaque quam multi sunt qui iactantiae causa multa tribuunt, multa donant, & non ibi quaerunt nisi laudem humanam & gloriam popularem, plenam ventis, nulla stabilitate solidatam, Quia ergo sunt tales, ubi probanda erit charitas fraterna: Quia voluit illam probari, ait admonens: Filioli, non diligamus verbo tantum & lingua, sed opere, & veritate. Querimus in quo opere, in qua veritate? Potest esse manifestus opus quam tribuere pauperibus? Multi hoc iactantia faciunt, non dilectione. Potest esse maius opus quam mori pro fratribus? Et hoc multi volunt putari facere iactantia nominis comparandi, non visceribus dilectionis. Restat ut ille diligat fratrem, qui ante deum ubi solus videt, cordi suo persuadet, & interrogat cor suum an vere propter fratrum dilectionem hoc faciat, & perhibet illi testimonium oculus qui penetrat cor, quod homo attendere non potest. Ideo Paulus Apostolus quia paratus erat mori pro fratribus, dicebat: Ipse impedat pro animabus vestris: tamen quia deus videbat in corde ipsius, non homines quibus loquebatur, ait illis: Mihi autem minimum est, ut à vobis iudicer, aut ab humano die. Et ostendit etiam ipse quodam loco, quia solent ista fieri inani iactantia, non firmamento charitatis: ait enim cum de ipsius charitatis commendatione loqueretur, Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Potest enim quisquam hoc facere sine charitate? Potest: nam qui non habet charitatem, diuiserunt unitatem. Querite ibi, & videbitis multos multa tribuere pauperibus: videbitis alios paratos ad suscipiendam mortem, ita ut desisteret persecutore, se ipsos precipitent. Isti sine dubio sine charitate hoc faciunt. Reuocemur ergo ad conscientiam, de qua dicit Apostolus: Nam gloria nostra haec est, testimonium conscientiae nostrae, Reuocemur ergo ad conscientiam, de qua item dicit: Opus autem suum probet vnusquisque, & tunc in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Opus ergo suum probet vnusquisque nostrum, vtrum de vena charitatis emaneat, vtrum de radice dilectionis rami bonorum operum pullulent. Opus autem suum probet vnusquisque ait, & tunc in semetipso gloriam habebit, & non in altero: non quando illi perhibet testimonium lingua aliena, sed quando perhibet conscientia propria. Hoc ergo hic commendat. In hoc cognouimus quia ex veritate sumus, quando opere & veritate, non verbis tantum, & lingua diligimus: & coram ipso persuademus cordi nostro. Quid est coram ipso? Vbi ipse videt: unde ipse dominus in Euangelio: Caute, inquit, facere iustitiam vestram coram hominibus, ut videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in caelis est: & quid est, Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua: nisi quia dextera tua pura conscientia est, sinistra mundi cupiditas? Multi per cupiditatem multa

**A** di multa mira faciunt, sinistra operatur, non dextera. Dextera debet operari, & nesciente sinistra, ut nec misceat se cupiditas seculi, quando aliquid boni de dilectione operamur. Et ubi hoc cognoscimus? Ante deum es, interroga cor tuum, vide quid fecisti, & quid ibi appetisti, salutem tuam an laudem humanam ventosam: intus vide, nam homo iudicare non potest, quem videre non potest. Si persuademus cordi nostro, coram illo persuadeamus: quia si male sentiat cor nostrum, id est, accuset nos intus, quia non eo animo facimus quo faciendum sit, maior est deus corde nostro, & nouit omnia. Cor tuum abscondis ab homine, à deo absconde si potes. Quomodo abscondis ab eo, cui dictum est à peccatore quodam timente & confitente: Quod ibo à spiritu tuo, & à facie tua quod fugiam? Quererebat quae fugeret & euaderet iudicium dei, & non inueniebat. Vbi enim non est deus? Si ascendero, inquit, in caelum ibi es: si descendero ad infernum, ades. Quod iturus est? Quod fugiet? Vis audire consilium, si vis ab illo fugere, ad ipsum fuge. Ad ipsum fuge confitendo, non ab ipso latendo: latere enim non potes, sed confiteri potes. Dic illi: Refugium meum es tu, & nutriatur in te dilectio, quae sola perducit ad vitam: Perhibeat tibi testimonium conscientia tua, quia ex deo est. Si ex deo est, noli illam velle ante homines ponere, quia nec laudes hominum te leuant in caelum, nec vituperationes inde te deponunt. Ille videat qui coronat, ille sit testis quo videte coronari: maior est deus corde tuo, & nouit omnia. Dilectissimi, & si cor male non senserit, fiduciam habemus ad deum. Quid est, si cor non male senserit? Verum nobis responderit, quia diligimus, & germana dilectio est in nobis, non ficta, sed sincera, salutem fraternam quaerens, nullum emolumentum expectans à fratre, nisi salutem ipsius. Fiduciam habemus ad deum, & quicquid postulauerimus, accipiemus ab eo, quia mandata eius seruamus. Ideo non in conspectu hominum, sed ubi ipse deus videt in corde. Fiduciam ergo habemus ad deum, & quicquid postulauerimus ab eo, accipiemus. Sed qui? Qui mandata eius seruamus. Quae sunt mandata eius? Nihil semper repetendum est: Mandatum nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis. Ipsam charitatem loquitur, ipsam commendat. Quisquis ergo habuerit charitatem fraternam, & coram deo habuerit, ubi deus videt, corque eius interrogat. Quisquis ergo habuerit charitatem fraternam, & coram deo habuerit, ubi deus videt, corque eius interrogat. Quisquis ergo habuerit charitatem fraternam, & coram deo habuerit, ubi deus videt, corque eius interrogat.

Psal. 138.

Psal. 31.

**B** Perhibeat tibi testimonium conscientia tua, quia ex deo est. Si ex deo est, noli illam velle ante homines ponere, quia nec laudes hominum te leuant in caelum, nec vituperationes inde te deponunt. Ille videat qui coronat, ille sit testis quo videte coronari: maior est deus corde tuo, & nouit omnia. Dilectissimi, & si cor male non senserit, fiduciam habemus ad deum. Quid est, si cor non male senserit? Verum nobis responderit, quia diligimus, & germana dilectio est in nobis, non ficta, sed sincera, salutem fraternam quaerens, nullum emolumentum expectans à fratre, nisi salutem ipsius. Fiduciam habemus ad deum, & quicquid postulauerimus, accipiemus ab eo, quia mandata eius seruamus. Ideo non in conspectu hominum, sed ubi ipse deus videt in corde. Fiduciam ergo habemus ad deum, & quicquid postulauerimus ab eo, accipiemus. Sed qui? Qui mandata eius seruamus. Quae sunt mandata eius? Nihil semper repetendum est: Mandatum nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis. Ipsam charitatem loquitur, ipsam commendat. Quisquis ergo habuerit charitatem fraternam, & coram deo habuerit, ubi deus videt, corque eius interrogat. Quisquis ergo habuerit charitatem fraternam, & coram deo habuerit, ubi deus videt, corque eius interrogat. Quisquis ergo habuerit charitatem fraternam, & coram deo habuerit, ubi deus videt, corque eius interrogat.

2. Corin. 12.

1. Corin. 4.

1. Corin. 13.

Ioan. 13.

2. Cor. 6.

1. Cor. 12.

Mat. 6.

herit, si enim verba attendis, planum videtur: si exempla, D obscure est. Verbis his nihil est planius: & quicquid postulauerimus accipiemus ab eo, quia mandata eius seruamus. Et quae placent illi in conspectu eius facimus. Quicquid postulauerimus ait, accipiemus ab eo. Angustauit vehementer, quia & ibi angustaret si diceret omnem peccatum: sed ideo inuenimus locum exponendi quia de tertio peccato dixit, non de omni, sed de quodam peccato, quod omnis qui ex deo natus est non facit. Et inuenimus ipsum quoddam peccatum violationem esse charitatis. Et habemus exemplum de Euangelio manifestum quando ait dominus: Si non venissem, peccatum non haberent. Quid ergo? Ad innocentes Iudaeos venerat quia sic loquitur? Ergo si ipse non venisset, peccatum non haberent? Praesentia ergo medici fecit egrum, febre non abstulit: Quis hoc vel demens dicat? Ille non venit nisi curare & sanare aegros: Quare ergo dixit, si non venissem peccatum non haberent: nisi quia certum quoddam peccatum voluit intelligi: Quoddam enim peccatum non haberent Iudaei. Quod peccatum? Quod in eis non crederent, quod praesentem contempserunt. Sicut ergo ibi peccatum dixit, non est consequens ut omne peccatum intelligamus, sed certum peccatum: sic & hic non omne peccatum, ne contrarius sit illi loco ubi ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmet ipsos seducimus, & veritas in nobis non est: sed certum quoddam peccatum, id est, violationem charitatis. Hic autem plus nos constrinxit. Si petierimus dixit, si nos non accusauerit cor nostrum & renunciauerit in conspectu dei, quia vera dilectio est in nobis, quicquid postulauerimus ab eo accipiemus. Iam ergo dixi charitati vestrae fratres, nemo attendat ad nos. Quid enim sumus? Aut quid estis vos? Quid nisi Ecclesia dei, quae nota est omnibus: Et si illi placet, in illa sumus: & qui dilectione in illa manemus, ibi perseueremus, si volumus ostendere dilectionem quam habemus. Veruntamen de Apostolo Paulo quid mali sensuri sumus? Ipse non diligebat fratres? Apud ipsum non erat testimonium conscientiae eius in conspectu dei? Non erat in Paulo radix illa charitatis, unde omnes boni fructus procedebat? Quis hoc nisi demens dixerit? Vbi ergo inuenimus petisse Apostolum & non accepisse? Ait ipse: In magnitudine reuelationum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis angelus satanae qui me colaphizet, propter quod ter dominum rogavi ut auferretur à me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Ecce non est exauditus ut auferretur ab illo angelus satanae: sed quare? Quia non ei proderat. Ergo exauditus est ad salutem, qui non est exauditus ad voluntatem. Nouerit magnum sacramentum charitas vestra, quod ideo commendauimus vobis, ne excidat vobis in tentationibus vestris. Sancti ad salutem per omnia exaudiuntur: semper exaudiuntur ad salutem aeternam: ipsam desiderant, quia secundum hanc semper exaudiuntur: sed discernamus exauditiones dei. Inuenimus enim quosdam non exauditos ad voluntatem, exauditos ad salutem: & rursus quosdam inuenimus exauditos ad voluntatem, & non exauditos ad salutem. Hoc discernite, hoc tenete exemplum eius qui non est exauditus ad voluntatem, sed exauditus ad salutem: audi Apostolum Paulum, nam ipsam exauditionem ad salutem ostendit illi deus, Sufficit tibi, inquit, gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Rogasti, clamasti, ter clamasti, ipsum semel quod clamasti audiui, non auerti aures meas à te, noui quid faciam: tu vis auferre medicamentum quo vreris, ego noui infirmitatem

Ioan. 13.

B

2. Cor. 12.

F

2. Cor. 12.

Ioan. 15.

G firmitatem qua grauaris: ergo iste ad salutem exauditus est, ad voluntatem non est exauditus. Quos inuenimus exauditos ad voluntatem, non exauditos ad salutem: Inuenimus putamus aliquem, nequam aliquem impium exauditum a deo ad voluntatem, non exauditum ad salutem: Si alicuius hominis exemplum posuero, forte dicetur es mihi, Tu illum dicis iniquum, nam iustus erat: si iustus non esset, a deo non exaudiretur: Talem propositurus sum, de cuius iniquitate & impietate nemo dubitaret: diabolus ipse petiit Iob & accepit: nonne & hic de diabolo audistis, Quia qui facit peccatum ex diabolo est? Non quia ille creauit, sed quia iste imitatur. Nonne de illo dictum est, In veritate non stetit: Nonne ipse est antiquus ille serpens, qui per feminam venenum peccati homini propinauit? Qui & ipsi Iob feminam propter ea seruauit, per quam maritus non consolaretur, sed taretur. Ipse diabolus petiit sanctum virum tentandum, & accepit, Petiit Apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non accepit: sed Apostolus magis exauditus est quam diabolus. Apostolus enim exauditus est ad salutem, & si non ad voluntatem. Diabolus exauditus est ad voluntatem, sed ad damnationem: ideo enim concessus est iste tentandus, vt eo probato esset ille cruciandus. Sed haec fratres non tantum in veteribus libris inuenimus, sed & in Euangelio inuenimus. Petierunt daemones a domino cum eos excluderet ab homine, vt ire permitteretur in porcos. Nonne his posset dicere dominus, vt nec illic accederent? Non enim si nollet, rebellaturi erant contra regem caeli & terrae, certi tamen mysterij gratia & certa dispensatione dimisit daemones ire in porcos, vt ostenderet diabolus in eis dominari qui vitam porcorum gerit. Daemones ergo exauditi sunt, Apostolus non exauditur. An potius quod verius est dicamus, imo Apostolus exauditus est: daemones non sunt exauditi. Illorum voluntas facta est, huius sanitas perfecta est. Secundum hoc intelligere debemus, quia deus etiam voluntati nostrae non dat, salutem dat. Quid si enim hoc petieris quod tibi obest, & medicus nouit quia obest tibi, non enim te exaudiuit medicus, quando forte tu frigidam aquam petis: & si prodest, statim dat, si non prodest, non dat: non exaudiuit, an posuit ad sanitatem exaudiuit, quia voluntati contradixit: Sit ergo in vobis charitas fratres, sit in vobis, & securi estote: & quando non vobis datur quod petitis, exaudimini, sed non scitis. Multi dati sunt in manus suas malo suo, de quibus dicit Apostolus, Tradidit eos deus in desideria cordis eorum. Petit aliquis magnam pecuniam, accipit malo suo: quando illam non habebat, parum timebat: habere illam cepit, praeda factus est potentiori. Nonne malo suo exauditus est, qui voluit habere unde a latrone quaereretur, quem pauperem nemo quaerebat: Discite rogare deum, vt medico committatis, quod ipse nouit faciat. Tu morbum confitearis, ille medicamentum adhibeat. Tu tantum charitatem tene: nam si ille fecare te vult, vrere te vult: tu si clamas & non exaudiris in sectione, in visione Ecclesiae toto terrarum orbe diffusa. Non attendat eum solum diligere fratrem quem attendit ante se: multos enim non videmus fratres nostros, & in vnitatem spiritus illis copulamur. Quid mirum quia nobiscum non sunt: In vno corpore sumus, vnum caput habemus in caelo. Fratres, oculi nostri non se vident, quasi non se norunt, an in charitate compaginis corporalis non norunt se? Nam, vt noueritis, quia in coniunctione charitatis se nouerunt, quando ambo patient, non licet vt aliquid attendat dexter, quod non attendat sinister. Dirige radium dextrum sine altero si potes, si-

ad salutem exauditus est, ad voluntatem non est exauditus. Quos inuenimus exauditos ad voluntatem, non exauditos ad salutem: Inuenimus putamus aliquem, nequam aliquem impium exauditum a deo ad voluntatem, non exauditum ad salutem: Si alicuius hominis exemplum posuero, forte dicetur es mihi, Tu illum dicis iniquum, nam iustus erat: si iustus non esset, a deo non exaudiretur: Talem propositurus sum, de cuius iniquitate & impietate nemo dubitaret: diabolus ipse petiit Iob & accepit: nonne & hic de diabolo audistis, Quia qui facit peccatum ex diabolo est? Non quia ille creauit, sed quia iste imitatur. Nonne de illo dictum est, In veritate non stetit: Nonne ipse est antiquus ille serpens, qui per feminam venenum peccati homini propinauit? Qui & ipsi Iob feminam propter ea seruauit, per quam maritus non consolaretur, sed taretur. Ipse diabolus petiit sanctum virum tentandum, & accepit, Petiit Apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non accepit: sed Apostolus magis exauditus est quam diabolus. Apostolus enim exauditus est ad salutem, & si non ad voluntatem. Diabolus exauditus est ad voluntatem, sed ad damnationem: ideo enim concessus est iste tentandus, vt eo probato esset ille cruciandus. Sed haec fratres non tantum in veteribus libris inuenimus, sed & in Euangelio inuenimus. Petierunt daemones a domino cum eos excluderet ab homine, vt ire permitteretur in porcos. Nonne his posset dicere dominus, vt nec illic accederent? Non enim si nollet, rebellaturi erant contra regem caeli & terrae, certi tamen mysterij gratia & certa dispensatione dimisit daemones ire in porcos, vt ostenderet diabolus in eis dominari qui vitam porcorum gerit. Daemones ergo exauditi sunt, Apostolus non exauditur. An potius quod verius est dicamus, imo Apostolus exauditus est: daemones non sunt exauditi. Illorum voluntas facta est, huius sanitas perfecta est. Secundum hoc intelligere debemus, quia deus etiam voluntati nostrae non dat, salutem dat. Quid si enim hoc petieris quod tibi obest, & medicus nouit quia obest tibi, non enim te exaudiuit medicus, quando forte tu frigidam aquam petis: & si prodest, statim dat, si non prodest, non dat: non exaudiuit, an posuit ad sanitatem exaudiuit, quia voluntati contradixit: Sit ergo in vobis charitas fratres, sit in vobis, & securi estote: & quando non vobis datur quod petitis, exaudimini, sed non scitis. Multi dati sunt in manus suas malo suo, de quibus dicit Apostolus, Tradidit eos deus in desideria cordis eorum. Petit aliquis magnam pecuniam, accipit malo suo: quando illam non habebat, parum timebat: habere illam cepit, praeda factus est potentiori. Nonne malo suo exauditus est, qui voluit habere unde a latrone quaereretur, quem pauperem nemo quaerebat: Discite rogare deum, vt medico committatis, quod ipse nouit faciat. Tu morbum confitearis, ille medicamentum adhibeat. Tu tantum charitatem tene: nam si ille fecare te vult, vrere te vult: tu si clamas & non exaudiris in sectione, in visione Ecclesiae toto terrarum orbe diffusa. Non attendat eum solum diligere fratrem quem attendit ante se: multos enim non videmus fratres nostros, & in vnitatem spiritus illis copulamur. Quid mirum quia nobiscum non sunt: In vno corpore sumus, vnum caput habemus in caelo. Fratres, oculi nostri non se vident, quasi non se norunt, an in charitate compaginis corporalis non norunt se? Nam, vt noueritis, quia in coniunctione charitatis se nouerunt, quando ambo patient, non licet vt aliquid attendat dexter, quod non attendat sinister. Dirige radium dextrum sine altero si potes, si-

ad salutem exauditus est, ad voluntatem non est exauditus. Quos inuenimus exauditos ad voluntatem, non exauditos ad salutem: Inuenimus putamus aliquem, nequam aliquem impium exauditum a deo ad voluntatem, non exauditum ad salutem: Si alicuius hominis exemplum posuero, forte dicetur es mihi, Tu illum dicis iniquum, nam iustus erat: si iustus non esset, a deo non exaudiretur: Talem propositurus sum, de cuius iniquitate & impietate nemo dubitaret: diabolus ipse petiit Iob & accepit: nonne & hic de diabolo audistis, Quia qui facit peccatum ex diabolo est? Non quia ille creauit, sed quia iste imitatur. Nonne de illo dictum est, In veritate non stetit: Nonne ipse est antiquus ille serpens, qui per feminam venenum peccati homini propinauit? Qui & ipsi Iob feminam propter ea seruauit, per quam maritus non consolaretur, sed taretur. Ipse diabolus petiit sanctum virum tentandum, & accepit, Petiit Apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non accepit: sed Apostolus magis exauditus est quam diabolus. Apostolus enim exauditus est ad salutem, & si non ad voluntatem. Diabolus exauditus est ad voluntatem, sed ad damnationem: ideo enim concessus est iste tentandus, vt eo probato esset ille cruciandus. Sed haec fratres non tantum in veteribus libris inuenimus, sed & in Euangelio inuenimus. Petierunt daemones a domino cum eos excluderet ab homine, vt ire permitteretur in porcos. Nonne his posset dicere dominus, vt nec illic accederent? Non enim si nollet, rebellaturi erant contra regem caeli & terrae, certi tamen mysterij gratia & certa dispensatione dimisit daemones ire in porcos, vt ostenderet diabolus in eis dominari qui vitam porcorum gerit. Daemones ergo exauditi sunt, Apostolus non exauditur. An potius quod verius est dicamus, imo Apostolus exauditus est: daemones non sunt exauditi. Illorum voluntas facta est, huius sanitas perfecta est. Secundum hoc intelligere debemus, quia deus etiam voluntati nostrae non dat, salutem dat. Quid si enim hoc petieris quod tibi obest, & medicus nouit quia obest tibi, non enim te exaudiuit medicus, quando forte tu frigidam aquam petis: & si prodest, statim dat, si non prodest, non dat: non exaudiuit, an posuit ad sanitatem exaudiuit, quia voluntati contradixit: Sit ergo in vobis charitas fratres, sit in vobis, & securi estote: & quando non vobis datur quod petitis, exaudimini, sed non scitis. Multi dati sunt in manus suas malo suo, de quibus dicit Apostolus, Tradidit eos deus in desideria cordis eorum. Petit aliquis magnam pecuniam, accipit malo suo: quando illam non habebat, parum timebat: habere illam cepit, praeda factus est potentiori. Nonne malo suo exauditus est, qui voluit habere unde a latrone quaereretur, quem pauperem nemo quaerebat: Discite rogare deum, vt medico committatis, quod ipse nouit faciat. Tu morbum confitearis, ille medicamentum adhibeat. Tu tantum charitatem tene: nam si ille fecare te vult, vrere te vult: tu si clamas & non exaudiris in sectione, in visione Ecclesiae toto terrarum orbe diffusa. Non attendat eum solum diligere fratrem quem attendit ante se: multos enim non videmus fratres nostros, & in vnitatem spiritus illis copulamur. Quid mirum quia nobiscum non sunt: In vno corpore sumus, vnum caput habemus in caelo. Fratres, oculi nostri non se vident, quasi non se norunt, an in charitate compaginis corporalis non norunt se? Nam, vt noueritis, quia in coniunctione charitatis se nouerunt, quando ambo patient, non licet vt aliquid attendat dexter, quod non attendat sinister. Dirige radium dextrum sine altero si potes, si-

ad salutem exauditus est, ad voluntatem non est exauditus. Quos inuenimus exauditos ad voluntatem, non exauditos ad salutem: Inuenimus putamus aliquem, nequam aliquem impium exauditum a deo ad voluntatem, non exauditum ad salutem: Si alicuius hominis exemplum posuero, forte dicetur es mihi, Tu illum dicis iniquum, nam iustus erat: si iustus non esset, a deo non exaudiretur: Talem propositurus sum, de cuius iniquitate & impietate nemo dubitaret: diabolus ipse petiit Iob & accepit: nonne & hic de diabolo audistis, Quia qui facit peccatum ex diabolo est? Non quia ille creauit, sed quia iste imitatur. Nonne de illo dictum est, In veritate non stetit: Nonne ipse est antiquus ille serpens, qui per feminam venenum peccati homini propinauit? Qui & ipsi Iob feminam propter ea seruauit, per quam maritus non consolaretur, sed taretur. Ipse diabolus petiit sanctum virum tentandum, & accepit, Petiit Apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non accepit: sed Apostolus magis exauditus est quam diabolus. Apostolus enim exauditus est ad salutem, & si non ad voluntatem. Diabolus exauditus est ad voluntatem, sed ad damnationem: ideo enim concessus est iste tentandus, vt eo probato esset ille cruciandus. Sed haec fratres non tantum in veteribus libris inuenimus, sed & in Euangelio inuenimus. Petierunt daemones a domino cum eos excluderet ab homine, vt ire permitteretur in porcos. Nonne his posset dicere dominus, vt nec illic accederent? Non enim si nollet, rebellaturi erant contra regem caeli & terrae, certi tamen mysterij gratia & certa dispensatione dimisit daemones ire in porcos, vt ostenderet diabolus in eis dominari qui vitam porcorum gerit. Daemones ergo exauditi sunt, Apostolus non exauditur. An potius quod verius est dicamus, imo Apostolus exauditus est: daemones non sunt exauditi. Illorum voluntas facta est, huius sanitas perfecta est. Secundum hoc intelligere debemus, quia deus etiam voluntati nostrae non dat, salutem dat. Quid si enim hoc petieris quod tibi obest, & medicus nouit quia obest tibi, non enim te exaudiuit medicus, quando forte tu frigidam aquam petis: & si prodest, statim dat, si non prodest, non dat: non exaudiuit, an posuit ad sanitatem exaudiuit, quia voluntati contradixit: Sit ergo in vobis charitas fratres, sit in vobis, & securi estote: & quando non vobis datur quod petitis, exaudimini, sed non scitis. Multi dati sunt in manus suas malo suo, de quibus dicit Apostolus, Tradidit eos deus in desideria cordis eorum. Petit aliquis magnam pecuniam, accipit malo suo: quando illam non habebat, parum timebat: habere illam cepit, praeda factus est potentiori. Nonne malo suo exauditus est, qui voluit habere unde a latrone quaereretur, quem pauperem nemo quaerebat: Discite rogare deum, vt medico committatis, quod ipse nouit faciat. Tu morbum confitearis, ille medicamentum adhibeat. Tu tantum charitatem tene: nam si ille fecare te vult, vrere te vult: tu si clamas & non exaudiris in sectione, in visione Ecclesiae toto terrarum orbe diffusa. Non attendat eum solum diligere fratrem quem attendit ante se: multos enim non videmus fratres nostros, & in vnitatem spiritus illis copulamur. Quid mirum quia nobiscum non sunt: In vno corpore sumus, vnum caput habemus in caelo. Fratres, oculi nostri non se vident, quasi non se norunt, an in charitate compaginis corporalis non norunt se? Nam, vt noueritis, quia in coniunctione charitatis se nouerunt, quando ambo patient, non licet vt aliquid attendat dexter, quod non attendat sinister. Dirige radium dextrum sine altero si potes, si-

Iob. 1.  
Iob. 8.  
Genes.

Roma. 1.

Roma. 3.

Roma. 5.

A tes, simul coeunt, simul dirigunt, intentio vna est, loca diuersa sunt. Si ergo omnis qui tecum diligit deum, vnam intentionem tecum habet, noli attendere quia corpore & loco separatus est, aciem cordis simul fixistis in lumine veritatis. Ergo si vis nosse quia accepisti spiritum sanctum, interroga cor tuum, ne forte cum sacramentum habes, virtutem sacramenti non habebas, Interroga cor tuum, si est tibi dilectio fratris securus esto. Non potest esse dilectio sine spiritu dei, quia Paulus clamat, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Dilectissimi, nolite omni spiritui credere. Quia dixerat, in hoc cognoscimus quia manet in nobis, de spiritu quem dedit nobis: unde autem cognoscitur ipse spiritus, attendite. Dilectissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Quis est qui probat spiritus? Difficilem rem nobis proposuit fratres mei: bonum est nobis vt dicat ipse unde discernamus, dicitur est ne formidetis, sed primo videte, attendite. Videte hinc exprimi illud, unde vani heretici calumniantur: attendite, videte quid ait, Dilectissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt. Spiritus sanctus nomine aquae appellatus est in Evangelio, domino clamante & dicente, Si quis sitit, veniat ad me & bibat, qui credit in me, flumina aquae viuae fluent de ventre eius. Evangelista autem expoliuit unde diceret, securus enim ait, Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant qui in eum erant credituri: quare non multos baptizabat dominus. Sed quod sequitur attendite, Spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Quia ergo ille baptismum habebant, & spiritum sanctum nondum acceperant, quem die pentecostes misit dominus de caelo, vt daretur spiritus, expectabatur glorificatio domini. Et antequam clarificaretur, & antequam mitteret eum, inuitabat tamen homines, vt se praepararet ad accipiendam aquam, de qua dixit, qui sitit, veniat & bibat, & qui credit in me, flumina aquae viuae fluent de ventre eius. Quid est illa aqua? Nemo me interroget, Euangelium interroga, hoc autem dicebat, ait, de spiritu quem accepturi erant hi qui in eum erant credituri. Aliud est ergo aqua sacramenti, aliud aqua quae significat spiritum dei: Aqua sacramenti visibilis est, aqua spiritus inuisibilis est: ista abluit corpus, & significat quod fit in anima, per illum spiritum ipsa anima mundatur & saginatur. Ipse est spiritus dei, quem non possunt habere heretici, & quicunque se ab Ecclesia praecidunt. Et quicunque non aperte praeciduntur, sed per iniquitatem praecisi sunt, & intus tanquam palea voluntur, & grana non sunt, non habent istum spiritum. Ille spiritus nomine aquae a domino significatus est, & audiuitur ab hac epistola, Nolite omni spiritui credere: attestatur illa verba Salomonis, Ab aqua aliena abstinete. Quid est aqua? Spiritus. Nunquid semper aqua spiritum significat? non semper. Quibusdam locis spiritum significat, quibusdam locis baptismum significat, quibusdam locis populos significat, quibusdam locis consilium significat. Habes quodam loco dictum. Fons vitae consilium possidentibus eum: ergo per diuersa loca scripturarum nomen aquae diuersa significat. Nunc tamen in nomine aquae spiritum sanctum audistis, non ex interpretatione nostra, sed ex euangelica, vbi ait, Hoc autem dicebat de spiritu quem erant accepturi hi qui in eum erant credituri. Si ergo aquae nomine significatur spiritus sanctus, & dicit nobis epistola sua, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex deo sunt, intelligamus inde dictum esse, ab aqua aliena

abstine te, & de fonte alieno ne biberis. Quid est de fonte alieno ne biberis? Spiritui alieno ne credideris. Restat ergo examen unde probetur quia spiritus dei est. Posuit quidem signum, & hoc fortasse difficile. Videamus tamen, ad illam charitatem redituri sumus. Ipsa est quae nos docet, quia ipsa est vinctio: tamen hic quid ait? Probate spiritus si ex deo sunt. Quia multi pseudoprophetae exierunt in istum mundum. Iam ibi sunt omnes heretici & omnes schismatici. Quomodo ergo probabo spiritum? sequitur, In hoc cognoscitur spiritus dei. Erigite aures cordis: laborabamus & dicebamus, Quis nouit quis discernit? ecce dicitur est signum. In hoc cognoscitur spiritus dei, omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse ex deo est. Et omnis spiritus qui non confitetur Iesum Christum in carne venisse, non est ex deo. Et hic est antichristus, de quo audistis quod venturus sit, & nunc in isto mundo est. Quasi eriguntur aures ad discernendos spiritus, & tale quiddam audiuitur unde nihilominus non discernamus: quid enim ait, Omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex deo est: Ergo spiritus qui est apud hereticos ex deo est, I quia confitentur Iesum Christum in carne venisse. Iam hic erigunt se forte aduersum nos & dicunt, vos non habetis spiritum ex deo: sed & nos qui confitemur Iesum Christum in carne venisse: iste autem illos negauit spiritum dei habere, qui non confitentur Iesum Christum in carne venisse. Quare ab Arrianis, confitentur Iesum Christum in carne venisse, Quare ab Eunomianis, confitentur Iesum Christum in carne venisse. Quare a Macedonianis, confitentur Iesum Christum in carne venisse. Interroga Cataphrygas, confitentur Iesum Christum in carne venisse. Interroga Nouatianos, confitentur Iesum Christum in carne venisse: omnes ergo iste haereses spiritum dei habebunt, non ergo pseudoprophetae sunt: nulla est ergo ibi deceptio, nulla seductio: Certe Antichristi sunt, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Quid ergo facimus, unde discernimus? Intendite, eamus simul corde, & pulsemus. Vigilat ipsa charitas, quia ipsa pulsatura est, ipsa apertura, modo intelligetis in nomine domini nostri Iesu Christi: si superius audistis, quia dictum est, Qui negat Iesum Christum in carne venisse, hic est antichristus. Et ibi quaesiuimus, quis neget, quia nec nos negamus, nec illi negant. Et inuenimus quosdam factis negare, & adhibuimus testimonium de Apostolo, qui ait, Confitentur enim se nosse deum, factis autem negant. Sic ergo & modo quaeramus in factis, non lingua, quis est spiritus qui non est ex deo, qui negat Iesum Christum in carne venisse: & quis est spiritus qui est ex deo, qui confitentur Iesum Christum in carne venisse: Eia fratres, opera attendamus, non strepitum linguarum. Quaramus quare venerit in carne Christus, & inuenimus qui cum negant in carne venisse. Nam si linguas attendas, multas haereses audirurus es confitentes Christum in carne venisse: sed conuincit illos veritas. Quare venit Christus in carne? Nonne deus erat? Nonne de illo dictum est, In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum? Nonne ipse pascebat angelos, & ipse pascebat angelos? Nonne sic huc venit vt inde non discederet? Nonne sic ascendit vt nos non dimitteret? Quare venit ergo in carne? Quia oportebat nobis ostendi spem resurrectionis. Deus erat, & in carne venit: deus enim mori non poterat, caro poterat, ideo ergo venit in carne vt moreretur pro nobis. Quemadmodum autem mortuus est pro nobis? Maior hac charitate nemo habet, quam vt ani-

Roma. 5.  
Cap. III.

Ioan. 7.

Prover. 5.  
Aque significata

Prover. 16.

Ioan. 7.

Prover. 4.

E.

Ad Titum.

Ioan. 1.

Ioan. 15.

vt ani-



**G** vt animam suam ponat pro amicis suis. Charitas ergo illum duxit ad carnem. Quisquis ergo non habet charitatem, negat Christum in carne venisse. Nunc iam interroga oēs hereticos, Christus venit in carne? Venit, hoc credo, hoc p̄fiteor. Imò hoc negas. Vnde nego? Audis quia hoc dico, imò ego conuincio quia negas. Dicis voce, negas corde, dicis verbo, negas factis. Quomodo, inquis, nego factis? Quia ideo venit in carne Christus vt moreretur pro nobis. Ideo mortuus est p̄ nobis, quia charitatem multam docuit: Maiorem hac charitatem nemo habet, quam vt animam suam ponat pro amicis suis. Tu non habes charitatem, quia pro honore tuo diuidis vnitatem. Ergo hunc intelligite spiritum ex deo, pullate, tangite vasa fictilia, ne forte crepauerint & male resonent. Videte si integre sonant, videte si ibi est charitas. Tollis te ab vnitatem orbis terrarum, diuidis Ecclesiam per schismata, dilanias corpus Christi. Ille venit in carne vt colligat, tu ideo clamas vt spargas. Ergo ipse est spiritus dei qui dicit Iesum in carne venisse: qui dicit non lingua, sed factis, qui dicit non sonando, sed amando. Ille autem non est spiritus dei qui negat Iesum in carne venisse: negat & ipse non lingua, sed vita, non verbis, sed factis. Manifestatum ergo vnde agnoscam⁹ fratres. Multi intus quasi intus, nemo autem foris, nisi vere foris, adeo vt noueritis quia ad facta reuertit. Et omnis spiritus ait, qui soluit Christum non est ex deo. Soluere factis intelligitur. Quid tibi ostendit qui negat quia dixit, soluit? Ille venit colligere, tu venis soluere. Distingere vis membra Christi. Quomodo nō negas Christum in carne venisse, qui dirumpis Ecclesiam, quā ille congregauit? Contra Christum ergo venis, antichristus es. Intus sis, foris sis, antichristus es. Sed quando intus es, lates: quando foris es, manifestaris. Soluis Iesum, & negas eum in carne venisse, non es ex deo: ideo dicit in Euangelio, Qui soluerit vnum de mādatis istis minimis, & docuerit sic, minimus vocabitur in regno cœlorum. Quid est soluitur? Quid est docetur? Soluitur factis, & docetur quasi verbis. Qui prædicas non furandū, furaris? Soluit ergo in facto qui furatur, & quasi docet sic, minimus vocabitur in regno cœlorum, id est, in Ecclesia huius temporis: de illo dictum est, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite. Qui autem fecerit, & sic docuerit, magnus vocabitur in regno cœlorum: ex eo quod dixit hic, fecerit: contra hoc ibi dixit, soluerit, id est, non fecerit, & docuerit sic ille ergo soluit, qui non facit. Quid nos docet, nisi vt facta interrogemus, non verba credamus? Obscuritas rerum multa nos cogit dicere, maxime vt illud quod dominus reuelare dignatur, etiam ad tardiores fratres perueniat, quia omnes Christi sanguine comparati sunt. Et vereor ne ipsa epistola istis diebus sicut promiseram non finiatur: sed quod domino placet, melius est seruare reliquias quam onerare corda nimio cibo.

*De eo quod Ioannes dicit, Iam vos ex deo estis filii eius & vicistis eum, quia maior est qui est in vobis, quam qui in hoc mundo: usque ad iā, Ita deus dilexit nos, debemus & nos inuicem diligere:*

Tractatus VII.

**M**undus iste omnibus fidelibus quærentibus patriam sic est, quomodo fuit eremus populo Israël. Errabant quidem adhuc, & patriam quærebant, sed duce domino errare non poterant, via illis fuit visio domini. Nam vbi per quadraginta annos circumcuerunt, paucissimis mansionibus conficitur iter ipsum, & notum est omnibus. Tardabantur, quia exerce-

bantur, non quia deferebantur. Quod ergo nobis promittit deus, ineffabilis dulcedo est, & bonum sicut scriptura dicit, & sæpe nobis commemorantibus audistis, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Laboribus autem temporalibus exercemur, & tentationibus vitæ presentis erudimur. Sed si non vultis in ista eremo siti mori, bibite charitatē, fons est quem voluit dominus hic ponere, ne deficiamus in via, & abundantius eum bibemus cum ad patriam venerimus. Modo Euangelium lectum est, vt de ipsis verbis quibus lectio terminata est dicam, quid aliud nisi de charitate audistis? Quandoquidem pactum fecimus cū domino nostro in oratione, vt si volumus dimittat nobis peccata nostra, dimittamus & nos peccata quæ in nobis fuerint commissa. Nō autem dimittit nisi charitas: tolle charitatem de corde, odium tenet, ignoscere non nouit. Sit ibi charitas, securus ignoscit quæ non angustatur. Epistola autem ista tota quam suscepimus tractandam vobiscum, videte si aliud aliquid comendat quam ipsam vnam charitatem. Nec timendum est, ne sæpe dicendo in odium veniat: quid enim amatur, si charitas in odium venit? Quia charitate fit, vt cetera bene amentur, ipsa quomodo amanda est? Res ergo quæ nunquam debet de corde discedere, nec ab ore discedat. Iā vos, inquit, ex deo estis filii eius, & vicistis eum. Quem, nisi antichristum? superius enim dixerat, Omnis qui soluit Iesum Christum, & negat eum in carne venisse, non est ex deo. Exposuimus autē si meministis, quia omnes negant Iesum Christum in carne venisse qui violant charitatem. Iesus enim nō opus erat vt veniret, nisi propter charitatem. Charitas enim nobis illa commēdatur, quā & ipse in Euangelio commendat, Maiorem hac dilectionem nemo habet, quā vt animā suam ponat quis pro amicis suis. Quomodo poterat filius dei animā suā ponere p̄ nobis, nisi carne indueretur vbi mori posset. Quisquis ergo violat charitatē quodlibet dicat de lingua, vita ipsius negat Christum in carne venisse, & iste est antichristus vbique fuerit, quocumque intrauerit. Sed quid dicit eis qui cines sunt illius patriæ qui suspiramus? Vicistis eum. Et vnde vicerunt? Quia maior est qui est in vobis, quā qui in hoc mundo. Ne victoriā suis viribus tribuerent, & arrogancia superbiæ vincerentur: quencumque enim diabolus superbum fecerit, vincit, volens eos seruare humilitatem, quid ait? Vicistis eum. Iam omnis homo qui audit, vicistis, erigit caput, erigit cervicem, laudari se vult. Noli te extollere, vide quis in te vicit. Quare vicisti? Quia maior est qui est in nobis, quā qui in hoc mūdo. Ergo humilis porta domini tui, esto iumētum selloris tui. Bonum tibi est vt ipse regat, & ipse ducat: nam si ipsum sellorem nō habueris, cervicem erigere potes, calces potes mittere, sed vā tibi sine rectore, quia libertas ista in bestias te mittet comedendum. Hi de mūdo sunt. Qui? Antichristi. Iam audistis qui sint. Et si non estis, cognoscitis eos. Quisquis autem hoc est, non cognoscit. Hi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Qui sunt qui de mundo loquuntur? Attendite contra charitatem: ecce audistis dominum dicentem, Si dimiseritis peccata hominib⁹, dimittet vobis & pater vester cœlestis peccata vestra: si autem nō dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis peccata vestra. Sententia est veritatis, aut si non veritas loquitur, contradic. Si Christianus es & in Christum credis, ipse dixit, Ego sum veritas: sententia est ista, vera est, firma est. Iam audi homines de mundo loquentes, Et non te vindicaturus es? & di-

**A** & dicturus est ille, quia fecit tibi imò sentiat quia cum viro rem habet. Quotidie dicuntur ista, de mundo loquuntur qui ista dicunt, & mundus eos audit, nec dicit ista qui diligunt mundum, neque audiuntur ista nisi ab his qui diligunt mundum. Et qui diligit mūdum, & negligit charitatē, audistis quia negat Iesum in carne venisse. Aut si fecit illud in carne ipse dominus? Si cū expalmaretur, voluit se vindicari? Si cum in cruce penderet, non dixit, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt? Si autem ista qui potestatem habebat, tu quid minaris, quid sufflas in potestate aliena cōstitutus? Ille quia voluit mortuus est, & non minabatur, tu nescis quando moriaris & minaris? Nos ex deo sumus. Videamus quare? Videte si propter aliud quā propter charitatē. Nos ex deo sumus. Qui nouit deum, audit nos: qui nō est ex deo, non nos audit. Ex hoc cognoscimus spiritum veritatis & erroris. Quia qui audit nos, spiritum habet veritatis: qui non audit nos, spiritum habet erroris. Videamus quid monet, & audiamus eum potius in spiritu veritatis monentem, non antichristos, non amatores mundi, non mundum. Si ex deo nati sumus: sequitur, Iū pra videte quid, nos ex deo sumus. Qui nouit deum audit nos, qui non est ex deo, nō nos audit: ex hoc cognoscitur spiritus veritatis & erroris. Iam ergo intētos nos fecit, quia qui nouit deum ipse nos audit: qui autem nō nouit, nō audit. Et hæc discretio est spiritus veritatis & erroris. Videamus quid moniturus est, in quo illum audire debeamus. Dilectissimi diligamus inuicē. Quare? Quia homo monet. Et dilectio ex deo est. Multū commendauit dilectionem, quia dixit ex deo est. Plus dicturus est, intente audiamus: modo dixit, Dilectio ex deo est, & omnis qui diligit, ex deo natus est, & cognouit deum: qui non diligit, non nouit deum. Quare? Quia deus dilectio est. Quid amplius dici potuit fratres? Si nihil de laude dilectionis diceretur per omnes istas paginas huius epistolæ, si nihil omnino per cæteras paginas scripturarum, & hoc solum vnum audiremus de voce spiritus dei, quia de⁹ dilectio est: iam videte, quia facere contra dilectionem, facere contra deū est. Nemo dicat, in hominem pecco, quod nō diligo fratrem meum. Intendite, & facile est peccatum in hominem, in deum solum non peccem. Quomodo non peccas in deum, quando in dilectionem peccas? Deus dilectio est. Nunquid nos dicimus? Si nos diceremus, deus dilectio est, forte scandalizaretur aliquis ex vobis & diceret, quid dixit, quid voluit dicere, quia deus dilectio est? Dedit dilectionem deus, donauit dilectionem deus. Ex deo est dilectio, deus dilectio est: ecce habetis fratres scripturas dei, canonica est ista epistola: per omnes gentes recitatur, orbis terrę autoritate tenetur, orbem terrarum ipsa edificauit. Audis hic ab spiritu dei, deus dilectio est. Iam si audes, fac contra deum, & noli diligere fratrem tuum. Quomodo ergo iam dudum dilectio ex deo est, & modo ergo dilectio deus est? Etenim deus pater & filius, & spiritus sanctus. Filius deus ex deo, spiritus sanctus deus ex deo: & hi tres vnus deus, non tres dii. Si filius deus, & spiritus sanctus de⁹, & ille diligit in quo habitat spiritus sanctus, ergo dilectio deus est: sed deus, quia ex deo, vtrūque enim habes in epistola: & dilectio ex deo est, & dilectio deus est. De solo patre scriptura non nouit dicere, quia ex deo: cum autem audis ex deo, aut filius intelligitur, aut spiritus sanctus: quia vero dicit Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, intelligamus in dilectione spiritum sanctum esse. Ipse est enim spiri-

tus sanctus quem non possunt accipere mali, ipse est ille fons, de quo dicit scriptura, Fons aquæ uitæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi, Omnes enim qui non diligunt deum, alieni sunt, Antichristi sunt. Et quantum intrent basilicas, non possunt numerari inter filios dei: non ad illos pertinet fons ille vitæ. Et habere baptismū, & malus esse potest: habere prophetiā, & malus esse potest. Inuenimus Saulem regem habuisse prophetiam, persequatur sanctum David, & impletus est spiritu prophetiæ, & prophetare cœpit. Accipere sacramentum corporis & sanguinis domini, & malus esse potest: nam de talibus dictum est, Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi māducat & bibit. Habere nomen Christi, & malus esse potest, id est, Christianus vocari, & malus esse non potest: de quibus dictum est, Pollebant nomen dei sui: ergo habere sacramenta ista omnia, & malus esse potest: habere autem charitatem, & malus esse non potest: hoc est ergo proprium donum, ipse est singularis fons, ad hunc bibendum nos hortatur spiritus dei, ad se bibendum nos hortatur spiritus dei.

In hoc manifestata est dilectio dei in nobis. Ecce vt diligamus deum, hortationem habemus. Possemus illū diligere, nisi prior ille diligeret? Si pigri eramus ad amandum, non sumus pigri ad redamandum: prior amauit nos, nec sic nos amamus: iniquos amauit, sed iniquitates soluit: iniquos amauit, sed non ad iniquitates congregauit: agrotos amauit, sed sanandos viuitauit. Deus ergo dilectio est, in hoc manifestata est dilectio dei in nobis: Quia filium suum vnigenitum misit in hunc mundum, vt viuamus per ipsum. Quomodo ipse dominus ait, Maiorem dilectionem nemo potest habere, quā vt animā suam ponat pro amicis suis. Et ibi probata est dilectio Christi in nos, quia mortuus est pro nobis. Dilectio patris vnde probata est in nobis? Quia filium suum vnicum misit mori pro nobis: sic & Paulus apostolus dicit, Qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum: quomodo non & cū illo omnia nobis donauit? Ecce Christum tradidit pater, & tradidit Iudas: nunquid non quasi simile factum videtur? Traditor Iudas, ergo traditor est & deus pater? Absit, inquis. Non dico, sed Apostolus dicit, qui filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eū. Et pater illum tradidit, & ipse se tradidit: ait idem Apostolus, Qui me dilexit, & tradidit semetipsum pro me. Si pater tradidit filium, & tradidit seipsum filius, Iudas quid fecit? Facta est traditio a patre, facta est traditio a filio, facta est traditio a Iuda. Vna res facta est. Sed quæ res discernit patrem tradentem filium, seipsum filium tradentem, & Iudam discipulum tradentem magistrū suū? Quia hoc fecit pater & filius in charitate, fecit autem hoc Iudas in prodicione. Videtis quia non quid faciat homo considerandum est, sed quo animo & voluntate faciat. In eodem facto inuenimus deum patrem, in quo inuenim⁹ Iudam, patrem benedicimus, Iudam detestamur. Quare patrem benedicimus, Iudam detestamur? Benedicimus charitatem, detestamur iniquitatem. Quantum enim præstitum est generi humano de tradito Christo, nunquid hoc cogitauit Iudas vt traderet? Deus cogitauit salutem nostram qua redempti sumus, Iudas cogitauit precium quo veditit domini: filius ipse cogitauit precium quod dedit pro nobis, Iudas cogitauit precium quod accepit vt venderet. Diuersa ergo intentio diuersa facta fecit: cum sit vna res, ex diuersis eam intentionibus si metiamur, vnum amandum, alterum danandum, vnum glorificandum, alterum detestandū inuenimus.

Mat. 5.

Roma. 2.

Mat. 23.

1. Cor. 2.

Mat. 6.

Ioan. 15.

M

Mat. 6.

Ioan. 14.

Luce. 23.

Roma. 5.

D

Prover. 5.

1. Corin. 11.

E

Ioan. 15.

Roma. 2.

Gala. 2.

F

G inuenimus. Tantum valet charitas, videte quia sola discernit videte quia facta hominum sola distinguit: hoc diximus in similibus factis. In diuersis factis, inuenim? scientem hominem factum de charitate, & blandum factum de iniquitate. Puerum cædit pater, & mango blâditur. Si duas res proponas, plagas & blandimenta, quis nō eligat blandimenta, & fugiat plagas? Si personas attendas, charitas cædit, blanditur iniquitas. Videte quid commendamus, quia non discernuntur facta hominū, nisi de radice charitatis: nā multa fieri possunt quæ speciem habent bonam, & non procedunt de radice charitatis, habent enim & spinæ flores: quædā vero videntur aspera, videntur truculenta, sed sunt ad disciplinam distante charitate. Semel ergo breue præceptū tibi præcipitur, Dilige, & quod vis fac: siue taceas, dilectione taceas: siue clames, dilectione clames: siue emendes, dilectione emendes: siue parcas, dilectione parcas. Radix sit intus dilectionis, non potest de ista radice nisi bonū exister. In hoc est dilectio, in hoc manifestata est dilectio dei in nobis, quia deus filium suum misit vnigenitum in hunc mundum, vt viuamus per ipsum. In hoc est dilectio, non quia nos dileximus, sed quia ipse dilexit nos. Non illum dileximus prius, nam ad hoc nos dilexit, vt diligamus eum. Et misit filium suum litatorem pro peccatis nostris. Litatorem, sacrificatorem. Sa crificauit pro peccatis nostris. Vbi inuenit hostiam? Vbi inuenit victimam, quam puram volebat offerre? Aliud non inuenit, seipsum obtulit. Ita deus dilexit nos, debemus & nos inuicem diligere. Petre amas me? Et ille dixit, Amo. Pasce oues meas. Deum nemo vidit vnquā, res est inuisibilis, non oculo, sed corde quædā est. Sed quemadmodum si solem istum videre vellemus, oculū corporis purgaremus vnde videri lux potest: volentes videre deum, oculum quo deus videri potest purgemus. Et vbi est iste oculus? Audi Euangelium, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbūt. Sed nemo sibi pro concupiscentia oculorum cogitet deum. Facit enim sibi aut ingetem formam, aut magnitudinem aliquam inæstimabilem, distedit per loca velut lucem istam, quam videt his oculis, auget per campos quantum potest, aut facit sibi aliquem quasi venerabilis formæ senem. Nihil horum cogites, Est quod cogites, si vis videre deum, deus dilectio est. Qualem faciem habet dilectio? Qualem formā habet? Qualem staturam habet? Quales pedes habet? Quales manus habet? Nemo potest dicere. Habet tamen pedes, nam ipsi ducunt ad Ecclesiam: habet manus, nam ipsæ pauperi porrigunt: habet oculos, nam inde intelligitur ille qui eget: Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Habet aures, de quibus dicit dominus, Qui habet aures audiendi audiat. Nō sunt enim membra distincta per loca, sed intellectu totum simul videt. Qui habes charitatem, habita & inhabita beris, mane & manebitur in te. Quid enim fratres mei? Quis amat quod non videt? Quare autem quando laudatur charitas, erigimini, acclamatis, laudatis: Quid vobis ostendit? Aliquos colores protulit? Aurum & argentū proposuit? Gemmas de thesauris effudit? Quid tale ostēdi oculis vestris? Nūquid facies mea mutata est cum loquor? Carnem gero, in ipsa forma sum in qua præcessi. In ipsa forma estis in qua venistis, laudatur charitas & clamatis, certe nihil videtis. Sed quomodo vobis placet quando laudatis, sic vobis placeat vt in corde seruetis. Intende enim quid dicam fratres, exhortor vos quantum dat dominus, ad magnum thesaurum. Sic vobis ostenderetur aliquod vasculum anaglyptum, inauratum,

operose factum, & illiceret oculos vestros, & duceret in se intentionem cordis vestri, & placeret vobis manus artificis, & pondus argenti, & splendor metalli: nōne vnusquisque vestrum diceret, & si haberē vasculū istud? Et sine causa diceretis, in potestate enim vestra nō erat: aut si quisquam vellet habere, cogitaret illud de domo aliena furari. Laudatur charitas vobis, si placet habere, possidete, non opus est vt furtum alicui faciatis, non opus est vt emere cogitetis, gratis constat, tenete eā, amplectimini eam, dulcius illa nihil est. Si cum commemoratur talis est, cū habetur qualis est? Si qui forte vultis seruare charitatem fratres, ante omnia ne putetis abiectam & desidiolam, nec quadam mansuetudine, imō non mansuetudine, sed remissione & negligentia seruare charitatem. Non sic seruatur. Non putes tunc te amare seruum tuum, quando eum non corripis: aut tunc te amare vicinum tuum, quando eum non corripis: non est ista charitas, sed languor. Ferueat charitas ad corripiendum, ad emendandum: si sunt boni mores, delectent: si sunt mali, emendentur, corrigantur. Noli in homine amare errorem, sed hominem: hominē enim deus fecit, errorem ipsum homo fecit. Ama illud quod deus fecit, noli amare quod ipse homo fecit. Cum illud amas, illud tollis: cum illud diligis, illud emendas. Sed & si scias aliquādo propter correctionem dilectionis, propterea de columba demonstrata est charitas, quæ venit super dominum. Species illa columba, in qua venit spiritus sanctus, in quo nobis charitas infunderetur. Quare hoc? Fel columba non habet, tamen rostro & pennis pro nido pugnat, sine amaritudine scuit. Hoc facit & pater quando filium castigat, sed ad disciplinam castigat, sicut dixi. Seductor vt vendat cum amaritudine blanditur: pater vt corrigat, sine felle castigat. Tales estote ad omnes. Videte fratres, magnum documentum, magna regula, vnusquisque habet filios aut habere vult, aut si omnino decreuit filios non habere carnaliter, vel spiritaliter cupit habere. Quis est pater qui non corrigit filium suum? Quis est cui non det disciplinam pater? Et tamen scire videtur. Amor scuit, charitas scuit. Scuit, quomodo? Sine felle more colūbino, non coruino. Vnde venit in mentem fratres mei dicere vobis, quia illi violatores charitatis schisma fecerunt: quomodo oderunt ipsam charitatem, sic oderunt & columbam: sed conuincit illos columba, procedit de cælo, aperiuntur cæli, & manet super caput domini. Vt quid hoc? vt audiatur, Hic est qui baptizat. Recedite prædones, recedite inuasores possessionis Christi. In possessionibus vestris, vbi dominari vultis, titulos potentis ausi estis infringere: Cognoscat ille titulos suos, vendicat sibi possessionem suam. Non delet titulos, sed intrat & possidet: sic ad catholicam venienti, non deletur baptisimus, ne titulus imperatoris deleatur. Sed quid fit in catholica? Agnoscutur titulus, intrat possessor sub titulis suis, quō intrabat prædo sub titulis alienis.

De eo quod Ioannes dicit, Deum nemo vidit vnquā. Videte dilectissimi, si diligamus inuicem, deus in nobis manebit, & dilectio eius erit perfecta in nobis: usque ad id, Deus dilectio est, & qui manet in dilectione, in deo manet, & deus in eo: Tractatus VIII.

Dilectio dulce verbum est, sed dulcius factum: semper de illa loqui non possumus. Multa enim agimus, & diuersæ actiones distendunt nos, vt non vacet linguæ nostræ semper de dilectione loqui, nā nihil melius ageret lingua nostra. Sed de qua semper

A semper loqui non licet, semper eam custodire licet, sic nunc quod cantauimus, hallelu ia: nunquid semper hoc facimus? Vix vnus horæ nō toto spatio, sed parua particula cantamus hallelu ia, & vacamus ad aliud. Est autē hallelu ia, sicut iam nobis, laudate dominum. Qui deū laudat lingua, non semper potest: qui moribus deū laudat, semper potest. Opera misericordiæ, affectus charitatis, sanctitas pietatis, incorruptio castitatis, modestia sobrietatis, semper hæc tenenda sunt, siue cum in publico sumus, siue cum in domo, siue ante homines, siue in cubiculo, siue loquentes, siue tacentes, siue aliquid agentes, siue vacantes, semper hæc tenenda sunt, quia intus sunt omnes istæ virtutes quas nominavi. Quis autem sufficit omnes nominare? Quasi exercitus est imperatoris, qui sedet intus in mēte tua. Quomodo enim imperator per exercitum suum agit quod ei placet, sic dominus Iesus Christus incipiēs habitate in interiore homine nostro, id est, in mēte per fidem, vitur istis virtutibus quasi ministris suis. Et per has virtutes quæ videri oculis non possunt, & tamen quod nominatur, laudantur: non autem laudantur nisi amarentur: non amarentur nisi viderentur: & si vtique non amarentur nisi viderentur, alio oculo viderentur, id est, in interiore cordis aspectu. Per has virtutes inuisibiles mouentur membra visibilia. Pedes ad ambulandum. Sed quod? Quod mouerit bona voluntas, quæ militat bono imperatori. Manus ad operandum. Sed quid? Quod iusserit charitas, quæ inspirata est intus a spiritu sancto. Membra ergo videntur cum mouentur, qui iubet intus, non videtur, & quis intus iubeat, propē ipse solus nouit qui iubet, & ille intus cui iubetur. Nāque fratres mei audistis cum Euangelium legeretur, certe si aurem ibi non tantum corporis, sed & cordis habuistis. Quid ait? Caue te facere iustitiam vestram coram hominibus vt videamini ab eis. Nunquid hoc voluit dicere, vt quæcunque bona facimus, abscondamus ab oculis hominum, & timeamus videri? Si times spectatores, nō habebis imitatores. Debes ergo videri, sed non ad hoc debes facere vt videaris, non ibi debet esse finis gaudij tui, non ibi terminus lætitiæ tuæ, vt putes te totum fructum consecutum esse boni operis tui, cū visus fueris atque laudatus. Nihil est hoc, cōtemne te cum laudaris: ille in te laudatur, qui per te operatur. Noli ergo ad laudem tuam operari quod bonum agis, sed ad laudem illius a quo habes vt bonum agas. Abs te habes male agere, a deo habes bene agere. Contrā peruersi homines videte quam præposteri sint, quod faciunt bene, volunt sibi tribuere: si male faciant, deum nolunt accusare. Conuerte hoc distortū nescio quid & præpostera, fac illud quodammodo capite deorsum, quod sursum, facias iustum, quod deorsum facias sursum. Iustum vis facere deum, & te sursum præcipitaris, nō eleuaris: ille enim semper sursum est. Quid ergo? Tu bene, & deus male? Imō hoc dic si vis verius dicere, Ego male, ille bene. Et quod ego bene, ab illo bene. Nam a me quicquid ago male. Ista confessio firmat cor, & facit dilectionis fundamētā. Nam si opera nostra abscondere debemus bona, ne videantur ab hominibus, vbi est illa sentētia domini in eo sermone, quem habuit in monte, vbi hoc dixit, ibi & illud paulo ante dixit, Luceant opera vestra bona coram hominibus: Et non ibi cessauit, non ibi finem fecit: sed addidit, Et glorificet patrem vestrum qui in cælis est: & Paulus quid ait? Eram autem ignotus facie Ecclesiis Iudææ, quæ in Christo sunt. Tantum autem audientes erāt, quia qui nos aliquando persequeretur, nunc euangelizat fidem

quā aliquando vastabat, & in me magnificabant deum. Videte quemadmodum & ipse quia sic innotuit, finem non posuerit in laudem suam, sed in laudē dei. At quantum ad ipsum pertinet, vastator Ecclesie, persecutor inuidus, malignus, ipse confitetur, non nos conuinciamur. Amat Paulus dici a nobis peccata sua, vt glorificetur ille qui talem morbum sanauit. Magnitudinem enim vulneris manus medici seuit & sanauit. Vox illa de cælo prostravit persecutorem, & erexit prædicatorem: occidit Saulum, & viuificauit Paulum. Saul enim persecutor erat sancti viri, inde nomen habebat iste quando persequeretur Christianos: postea de Saulo factus est Paulus. Quid est Paulus? Modicus: ergo quando Saulus, superbus, elatus: quando Paulus, humilis, modicus: ideo sic loquimur, paulo post videbo te, id est, post modicū. Audi quia modicus factus est, Ego enim sum minimo Apostolorum. Et mihi minimo omnium sanctorum, dicit alio loco. Sic erat inter Apostolos tanquam sūbria vestimenti: sed tetigit Ecclesia gentium tanquam fluxum patiens, & sanata est. Ergo fratres hoc dixerim, hoc dico, hoc si possem non tacerem: opera illa modo illa sint in nobis, modo illa pro tempore, pro horis, pro diebus. Nunquid semper loqui? Nunquid semper tacere? Nunquid semper reficere corpus? Nunquid semper ieiunare? Nunquid semper panem dare egentibus? Nunquid semper nudū vestire? Nunquid semper agrotū visitare? Nunquid semper discordantes concordare? Nunquid semper mortuos sepelire? modo illud, modo illud. Inchoantur ista & cessant, ille autem imperator nec inchoat, nec cessare debet: charitas intus non intermittatur, officia charitatis pro tempore exhibeantur: charitas ergo sicut scriptum est, fraterna permaneat. Fortassis autē mouerit aliquos vestrum, ex quo istam Epistolam beati Ioannis tractamus vobis, quare nō commendauerit maxime nisi fraternam charitatem? Qui diligit fratrem dicit, & præceptum nobis est datum, vt diligamus inuicem. Assidue nominauit charitatem fraternam, dei autem charitatem, id est, qua debemus diligere deum, non tam assidue nominauit, sed tamen non omnino tacuit. De inimici vero dilectione prorsus tacuit propē per totam ipsam Epistolam. Cum vehementer nobis prædicet, commendatque charitatem, non nobis dicit vt diligamus inimicos, sed dicit nobis vt fratres diligamus: modo verō cū Euangelium legeretur, audiuiimus, Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis? Nōne & publicani hoc faciunt? Quid est igitur quod pro magno nobis ad perfectionem quandam fraternam dilectionem commendat Ioannes Apostolus, dominus autem dicit, non nobis sufficere vt fratres diligamus, sed debere nos extendere ipsam dilectionem vt perueniamus ad inimicos: Qui vsque ad inimicos peruenit, nō transiit fratres. Necesse est, sicut ignis, prius occupet proxima, & sic se in longinquiora distēdat. Propinquior est tibi frater quam nescio quis homo. Rursum tibi magis adheret ille quem non noueras, qui tibi tamen non aduersatur, quam inimicus qui etiam aduersatur. Extende dilectionem in proximos, nec voces illam extensionem. Prope enim te diligis, qui eos diligis qui tibi adherent. Extēde ad incognitos, qui tibi nihil mali fecerunt. Transcēde & ipsos, perueni, vt diligas inimicos: hoc certe dominus iubet. Quare iste tacuit de dilectione inimicū? Omnis dilectio siue quæ carnalis dicitur, quæ non dilectio, sed magis amor dici solet: dilectionis enim nomen magis solet in melioribus rebus dici, in melioribus rebus accipi, tamen omnis dilectio fratres charissimi vtique beneuolen-

Deut. 6.

Ioan. 21.

Mat. 5.

Psal. 40.

Lucæ. 8.

23. q. 5. ca. 15 putes.

Mat. 3.

Eph. 3.

Mat. 6.

Ioan. 11.

\*vniū & aliās iustum pro deorsū.

Matth. 5.

Gala. 1.

Acto. 9.

1. Corin. 15. Eph. 3.

E

Hebræ. 13.

F

Matth. 5.

**G** benevolentiam quandam habet erga eos qui diliguntur. Non enim sic debemus diligere homines, aut sic possumus diligere vel amare: hoc enim etiā verbo vsus est dominus, cum diceret, Petre amas me? Nō sic debemus amare homines, quomodo audimus gulosos dicere, amo turbos. Quāris quare? Ut occidat & consumat, & amare se dicit, ad hoc illos amat ut non sint, ad hoc amat ut perimat, & quicquid ad cibandum amamus, ad hoc amamus, ut illud cōsumatur & nos reficiamur. Nūquid sic amandi sunt homines tanquam consumendi? Sed amicitia quadam benevolentia, ut aliquando praeferemus eis quos amamus. Quid si non sit quod praestemus? Sola benevolentia sufficit amanti. Nō enim optare debemus esse miseros, ut possumus exercere opera misericordiae. Das panem esurienti, sed melius nemo esuriet & nulli daret. Vestis nudum, utinam omnes vestiti essent, & non esset ista necessitas. Sepelis mortuū, utinam veniat aliquando illa hora ubi nemo moriatur. Concordas litigantes, utinam aliquando sit pax illa æterna Hierusalem, ubi nemo discordat: hæc enim omnia officia necessitata sunt. Tolle miseros, cessabit opera misericordiae. Opera misericordiae cessabunt, nunquid ardor charitatis extinguetur? Germanius amabis felicem hominem, cui non habes quod praestes, purior ille amor erit, multoq; syncerior. Nā si praestiteris miser, fortassis extollere te cupis aduersus eum, & eum tibi vis esse subiectū, quia author est tui beneficii: ille indignus, tu impertitus es, quasi maior videris quia tu praestitisti, quam ille cui praestitum est: opta equalē, ut ambo sub vno sitis cui nihil praestari potest. Nam in hoc excessit modū superba anima, & quodāmodo auara fuit: quia radix omnium malorum auaritia est: & item dictū est, Initium omnis peccati superbia. Et quarimus aliquando quomodo sibi concordent istæ duæ sententiæ, Radix omnium malorum est auaritia: & Initium omnis peccati superbia: si initium omnis peccati superbia, radix omnium malorum superbia est: certe si radix omnium malorum auaritia est, inuenimus & in superbia auaritiam esse: excessit enim modum homo. Quid est auarum esse? Progredi vltra quā sufficit. Adam superbia cecidit: initium omnis peccati superbia, inquit: Nūquid auaritia? Quid auarius illo cui deus sufficere non potuit? ergo fratres legimus quemadmodum factus sit homo ad imaginem & similitudinem dei: & quid de illo dixit deus? Et habeat potestatem piscium maris, & volatiliū cæli, & omnium pecorum quæ repunt super terram: nunquid dixit, habeat potestatem hominum? Habeat potestatem, ait, dedit potestatem naturalem. Quorum habeat potestatem? Piscium maris, volatiliū cæli, & omnium repuntium quæ repunt super terrā. Quare hæc est naturalis potestas hominis in ista? Quia homo ex deo habet potestatem, ex quo factus est ad imaginē dei. Vbi autem factus est ad imaginem dei? In intellectu, in mente, in interiore homine, in eo quod intelligit veritatem, diiudicat iustitiam & iniustitiam, nouit a quo factus est, potest intelligere creatorem suum, laudare creatorem suum. Habet hanc intelligentiam, qui habet prudentiam: ideo multi cum per cupiditates malas deterrent in se imaginem dei, & ipsam quodāmodo flammam intelligentiæ peruersitate morum extinguunt, clamant illis scriptura, Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: hoc est dicere, praeposui te equo & mulo, te ad imaginem meam feci, potestatem tibi super ista dedi. Quare? Quia non habent feræ rationalem mentem, tu autem rationali mēte ca-

pis veritatem, intelligis quod supra te est, subdere ei qui supra te est, & infra te erunt illa quibus praeposuit es. Quia vero per peccatum homo deseruit eum, sub quo esse debuit, subditus est eis supra quæ esse debuit. Intendite quid dicam, deus, homo, pecora: verbi gratia, supra te deus, infra te pecora. Agnosce eum qui supra te est, ut agnoscat te quæ infra te sunt: ideoq; cum Daniēl agnouisset supra se deum, agnouerunt illum supra se leones. Si autem non agnoscis illum qui supra te est, superiorē contemnis, subderis inferiori, propterea superbia Aegyptiorum vnde domata est: de ranis & muscis. Poterat deus & leones mittere, sed aliquis magnus leone terredus est. Quanto illi erant superiores, tanto de rebus cōtemptibilibus & abiectis fracta est eorum ceruix mala. Sed Daniēlem agnouerunt leones, quia ille subditus deo erat. Quid martyres qui ad bestias pugnaverunt, & ferarum morsibus laniati sunt, nōne erāt sub deo? Serui dei tres viri, & serui dei Macchabæi. Agnouit ignis seruos dei tres viros quos non vssit, quorum nec vestimenta corrupta: non agnouit Macchabæos? Agnouit & Macchabæos fratres, agnouit & istos. Sed op<sup>o</sup> erat quodam flagello permittente domino, qui dixit in scriptura, Flagellat omnem filium quem recipit. Putatis enim fratres, quia ferrum trāserberaret viscera domini, nisi ipse pmitteret: aut hæreret in ligno, nisi ipse voluisset? Non eum agnouit creatura? An exemplum patientiæ proposuit fidelibus suis? Ideo deus quodā liberavit visibiliter, quosdam non liberavit visibiliter, omnes tamē spiritaliter liberavit, spiritaliter neminem deseruit. Visibiliter quosdam visus est deseruisse, quosdam visus est eripuisse: ideo quosdam eripuit, ne putes illum non potuisse eripere, testimonium dedit quia potest: & ubi nō facit, secretiorem intelligas voluntatem, ne suspicaris difficultatem. Sed quid fratres? Cum euaserimus omnes istos mortalitatis laqueos, cum transierint tempora tēstationis, cum seculum hoc decurrerit, & receperimus illam stolam primam, immortalitatem illam quā peccando perdidimus, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, id est, cū caro ista induerit immortalitatem, tūc esse perfectos filios dei, ubi non est opus tentari nec flagellari, agnoscat etiam omnis creatura, subdita nobis erūt omnia, si nos sic subditi sumus deo. Sic ergo deberet esse Christianus, ut non gloriaretur super alios homines. Dedit enim tibi deus esse super bestias, id est, meliorem esse quā bestias: hoc natura habes, semper melior eris quā bestia. Si vis melior esse quā alius homo, inuidebis ei quando tibi esse videbis aequalem. Debes velle omnes homines aequales tibi: & si viceris aliquem per prudentiam, optare debes ut sit & ipse prudens. Quādiu tardus es, discit a te: quādiu indoctus es, indiget te, & tu videris doctor, ille autem discens: tu ergo superior quia doctor es, ille inferior quia discens, nisi illum optes aequalem, semper vis habere discitem: si autem vis semper habere discitem, inuidus eris doctor: si inuidus doctor, quomodo eris doctor? Rogo te noli docere ipsam inuidiam tuam: audi Apostolum dicentem de visceribus charitatis, Vellem omnes homines esse sicut me ipsum: quomodo volebat omnes aequales, ideo erat omnibus superior, quia charitate optabat omnes aequales. Excelsit ergo modum homo, dum auarior voluit ut supra homines esset, qui supra pecora fact<sup>o</sup> est, & ipsa est superbia: & videte quanta opera facit superbia. Ponite in corde quā similia faciat, & quasi paria charitati. Pascit esurientem charitas, pascit & superbia: charitas

**A** charitas ut deus laudetur, superbia ut ipsa laudetur: vestit nudum charitas, vestit & superbia: ieiunat charitas, ieiunat & superbia: sepelit mortuum charitas, sepelit & superbia. Omnia opera bona quæ vult facere charitas & facit, agit contra superbia, & quasi ducit equos suos. Sed interior charitas tollit locū male agitatae superbiae, non male agitati, sed male agitatae. Væ homini cuius auriga superbia est: necesse est enim ut praepes eat. Ut autem non sit superbia quæ agit facta bona, quis nouit, quis videt, ubi est hoc? Opera videmus, pascit misericordia, pascit & superbia: hospitem suscipit misericordia, hospitem suscipit & superbia: intercedit pro paupere misericordia, intercedit & superbia. Quid est hoc? In operibus non discernimus: audeo aliquid dicere, sed nō ego, Paulus dixit, Moritur charitas, id est, homo habens charitatem, confitetur nomen Christi, ducit ad martyrium: confitetur & superbia, ducit ad martyrium: ille habet charitatem, ille non habet charitatem: sed audiat ab Apostolo ille qui non habet charitatem, Si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autē non habuero, nihil mihi prodest. Ergo scriptura diuina intrō nos renocat a iactatione huius faciei forinsec<sup>o</sup>, & ab ista superficie quæ iactatur ante homines, reuocat nos intrō. Redi ad conscientiam tuam, ipsam interroga: noli attendere quod floret foris, sed quæ radix est interna. Radicata est cupiditas, species potest esse bonorum factorum, vere opera bona esse non possunt: radicata est charitas, securus esto, nihil mali procedere potest. Blanditur superbia, sicut amor: illa vestit, iste cedit: illa enim vestit ut placeat hominibus, iste cedit ut corrigat disciplina. Accipitur magis plaga charitatis, quā eleemosyna superbiae. Redite ergo intrō fratres, & in omnibus quæcunque facitis, inueniuntur testem deum. Videte si ille videt, quo animo faciatis. Si cor vestrum non vos accusat, quia non iactatiæ causa faciatis bene, securi estote. Nolite autem timere quando faciatis bene, ne videat alter: time ne propterea facias ut tu lauderis: nam videat alter ut deus laudetur, si enim abscondis ab oculis hominis, abscondis ab imitatione hominis. Duo sunt, eleemosynam facis: duo esuriunt, vnus panem, alter iustitiam: inter duos istos famelicos, quia dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Inter duos istos famelicos, bonus operator constitutus est: si charitas de illo operatur, ambos miseratur, ambos vult subuenire: ille enim querit quod manducet, ille querit quod imitetur: pascis istum, praebes te isti, ambos dedisti eleemosynam: illum fecisti gratulatore de fame interfecta, hūc fecisti imitatore de exemplo proposito. Miseramini ergo tanquam misericordes, quia in eo etiam quod diligitis inimicos, fratres diligitis. Ne puteris Ioannē nihil de dilectione inimici praecipisse, quia de fraterna charitate nō tacuit, fratres diligitis. Quomodo, inquis, fratres diligimus: quæro quare diligas inimicū? Quare illum diligis? Ut sanus sit in hac vita. Quid si nō illi expedit? Ut diues sit. Quid si ipsis diuitiis exacerbitur? Ut vxorē ducat. Quid si amara erūt incerta sunt ergo ista quæ videris optare inimico tuo, quia diligis eū, incerta sunt. Opta illi ut habeat tecum vitam æternam, opta illi ut sit frater tuus: si ergo hoc optas, diligendo inimicum ut sit frater tuus, & cum diligis, fratrem diligis: non enim amas in illo quod est, sed quod vis ut sit. Dixeram aliquando charitati vestræ, ni fallor, robur est ligni positum ante oculos. Faber optimus videt lignum non do-

latum, de sylua præcisum adamauit, nescio quid inde D-vult facere: non enim ad hoc amauit ut semper sic maneat. In arte vidit quod futurum est, nō in amore quod est, & amauit quod inde facturus est, non illud, quod est: sic nōs & deus amauit peccatores. Nam dicimus, quia deus amauit peccatores: ait enim, Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Nunquid ad hoc amauit peccatores, ut peccatores remaneremus? Quasi lignum de sylua vidit nos faber, & cogitauit adificium quod inde facturus est, non syluam quod erat: sic & tu respicis inimicum tuum aduersantem, sicutem, mordentem verbis, exasperantem contumeliis, insectantem odiis: attendis ibi quia homo est, vides ista omnia quæ aduersa sunt, ab homine facta, & vides in illo quod a deo factus est. Quod autem homo factus est, a deo factus est: quod autem te odit, ipse fecit: quod inuidet, ipse fecit: & quid dicis in animo tuo? domine propitius illi esto, dimitte illi peccata, incute illi terrorem, muta illum: non amas in illo quod est, sed quod vis ut sit. Ergo cum inimicum amas, fratrem amas. Quapropter perfecta dilectio est in dilectione inimici, quia perfecta dilectio est in dilectione fraterna: & nemo dicat quia aliquid minus nos monuit Ioannes Apostolus, & plus nos monuit dominus Christus. Ioannes nos monuit ut fratres diligamus, Christus nos admonuit ut etiam inimicos diligamus. Attende quare te monuit Christus ut diligas inimicos, nunquid ut semper remaneant inimici? Si ad hoc te monuit ut inimici remaneant, odisti, non diligis. Attende quomodo ipse dilexit, id est, quia nolebat ut sic remaneret sui persecutores, ait, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quibus voluit ignosce, mutari illos voluit: quos voluit mutari, ex inimicis fratres facere dignatus est, & vere sic fecit. Occisus est, sepultus est, resurrexit, in cœlum ascendit, spiritum sanctum misit discipulis, cepit in fiducia prædicari nomen ipsius, miracula faciebant in nomine crucifixi & occisi. Viderunt illi interfectores domini, & qui sanguinē eius sœuendo suderant, credendo biberunt. Hæc dixi fratres & longiuscule, quia vehementius commendanda fuit charitati vestræ ipsa charitas, id est, commendanda sibi erat. Si enim charitas nulla est in vobis, nihil diximus: si autem est in vobis, tanquam oleum flammæ adiecimus, & in quo non erat, forte verbis accessum est. In alio creuit quod erat, in alio creuit esse quod nō erat. Ad hoc ergo ista diximus, ne pigri sitis diligere inimicos. Sicut in te homo, ille sicut, tu deprecare: ille odit, tu miserere. Febres animæ ipsius te odit, san<sup>o</sup> erit, & gratias tibi agit. Quomodo medici diligunt ægrotos: nunquid ægrotos diligunt? Si ægrotos diligunt, volūt ut semper ægrotent? Ad hoc diligunt ægrotos, ne ægroti permanceant, sed ut ex ægrotis sani fiant: & quanta plerunque patiuntur a phreneticis, quales contumelias verborum, plerunq; & percutiuntur: persequitur ille febrem, ignoscit homini. Et quid dicā fratres? Amat inimicum suū, immo odit inimicum suum: morbum ipsum enim odit, & amat hominē a quo percutitur, odit febrē. A quo enī percutitur? A morbo, ab ægrotatiōe, a febre. Illud tollit qd illi aueratur, ut remaneat illud vnde grauetur. Sic & tu, si odit te inimicus tu<sup>o</sup>, & iniuste te odit, noueris quia cupiditas seculi in illo regnat propterea te odit. Si odisti illū & tu, cōtrā reddis malū pro malo. Quid facis reddere malū pro malo? Vnū ægrotū sedam qui te oderat: iam duos plango, si & tu odisti. Hæc persequitur re tuā, tollit tibi nescio quæ habes in terra. Ideo illū odisti, quia angustias tibi facit in terra: noli pati angustias, f migra



G migra in cœlū, sursum cor ibi habebis ubi latitudo est, vt nullus angustias patiaris in spe vitæ æternæ. Attende quæ tibi tollit, nec ipsa tibi tolleret nisi ille permitteret, qui flagellat omnē filium quē recipit. Quodammodo feramentū dei est quo saneris, ipse in inimicū tuū. Si nouit deus vtile tibi esse vt expoliet te, permittit illum: si nouit tibi vtile esse vt vapulet, punit ille vt cadaris. De illo te curat, opta vt ille sanetur. Deū nemo vidit vnquam. Videte dilectissimi. Si diligamus inuicē, deus in nobis manebit, & dilectio eius erit pfecta in nobis.) Incipe diligere, perficieris. Cœpisti diligere, cœpit in te deus habitare: ama eū qui in te cœpit habitare, vt perfectus inhabitando faciat te perfectum. In hoc cognoscimus quia in ipso manebimus & ipse in nobis, quia de spiritu suo dedit nobis. Bene, deo gratias. Cognoscim⁹, quia habitat in nobis. Et hoc vnde cognoscim⁹, quia cognoscimus quia habitat in nobis? Quia hoc ipse Ioānes dixit, quia de spiritu suo dedit nobis. Vnde scimus, quia de spiritu suo dedit nobis: hoc ipsum, quia de spiritu suo dedit tibi, vnde cognoscis: Interroga viscera tua: si plena sunt charitate, habes spiritum dei. Vnde cognoscimus, quia inde cognoscis habitare in te spiritum dei? Paulū interroga Apostolum. Quoniā charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctū qui datus est nobis. Et nos vidimus, & testes sumus, quia pater misit filium suum saluatōrē mundi. Securi estote qui ægrotatis, talis medicus venit: desperabatis, magni erāt morbi, insanabilia erant vulnera, desperata erat ægrotudo, magnitudinem mali tui attendis, omnipotentiam medici non attendis? Tu desperatus es: sed ille omnipotēs est, cuius testes isti sunt qui primō sanati, & annūciantes medicum, & ipsi tamen plus spe sanati quā re: nā sicut dicit Apostolus, Spe enim salui facti sumus. Cœpimus ergo sanari in fide, perficietur autē salus nostra cū corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Hæc spes est, nondū res: sed qui gaudet in spe, tenebit & rem: qui autē spem non habet, ad rem non poterit peruenire. Quicumque cōfessus fuerit quod Iesus sit filius dei, deus in ipso manet & ipse in deo. Iam multi confessi fuerunt, non dicamus verbo, sed factō: non lingua, sed vita: nā multi confitentur verbis, sed factis negat. Et cognoscimus & credimus, quia dilectionem habet deus in nobis.) Et iterum vnde cognouisti? Deus dilectio est. Iā dixit superius, ecce iterū dicit. Amplius tibi non potuit dilectio cōmēdari, q̄ vt diceretur deus: forte munus dei contēpturus eras. Et deum contēnis: Deus dilectio est. Et qui manet in dilectione, in deo manet, & deus in eo. Vicissim se habitant, qui cōtinet & qui cōtinetur. Habitas in deo, sed vt continearis: habitat in te deus, sed vt te cōtineat ne cadas, ne forte sic te putes domū dei fieri, quomodo domus tua portat carnem tuā. Si subtrahat se domus in qua es, cadis: si autē tu te subtrahas, non cadet. Deus integer est, cum eū deseris: integer, cum ad illum redieris. Tu sanaris, non illi aliquid præstabis, tu mūdaris, tu reficieris, tu corrigieris. Ille medicamentū est non sano, regula est prauo, lux est tenebrato, habitatio est deserto: omnia ergo tibi cōferuntur. Vnde ne putes deo aliquid conferre quando venis ad eū, nec mancipium saltē. Ergo nō habebit deus seruos, si tu volueris, & omnes noluerint: Deus nō indiget seruis, sed serui deo: ideo dicit psalmus, Dixi domino deus meus es tu. Ipse est ver⁹ dominus: & quid ait? Quoniā bonorum meorū non eges. Tu eges bono serui tui, eget seruus bono tuo vt pascas illum: eges & tu bono serui tui vt adiuuet te. Non tibi po-

tes aquā implere, non tibi potes coquere, non tibi potes ante equum currere, iumentū tuū non potes curare, Vides, quia indiges bono serui tui: obsequio illius indiges. Non es ergo verus dominus, quando indiges inferiore. Ille est verus dominus, qui nihil a nobis querit, & vobis si eum nō queramus. Nihil a nobis querit, & quæsiuit nos, cū eum nō quereremus. Ouis vna errauerat, inuenit eā, gaudens in humeris suis reportauit. Et nūquid ouis erat pastorī necessaria, & nō ouī potius pastor necessarius erat? Quanto libentius de charitate loquor, tātō minus volo finiri epistolā suā: nulla est ardentior ad cōmendandā charitatē. Nihil vobis dulcius prædicatur, nihil salubrius bibitur, sed si bene viuēdo cōfirmetur in vobis munus dei. Ne sitis ingrati tantæ gratiæ illius, qui cū haberet vnicū, noluit illū esse vnū: sed vt fratres haberet, adoptauit illi, qui cū illo possideret vitam æternā.

De eo quod Ioānes dicit, In hoc perfecta est dilectio in nobis, ut fiduciam habeamus in die iudicii, quia sicut ille est et nos sumus in hoc mūdo: usq; ad id, Et hoc mandatum habemus ab ipso, ut qui diligit deum, diligit et fratrem suum.

Tractatus IX.

**M**eminit charitas vestra, ex epistola Ioānis Apostoli vltimā partem restitisse nobis tractandam & exponendam vobis quantum deus donat: huius ergo debiti nos memores sumus: exactiois autem vos memores esse debetis. Eadē quippe charitas quæ in ipsa epistola maxime & propē sola cōmēdatur, & nos facit fidelissimos debitores, & vos dulcissimos exactores. Ideo dixi dulcissimos exactores, quia vbi charitas non est, amarus exactor est: vbi autē charitas est, & qui exigit dulcis est, & a quo exigitur: & si aliquē laborē suscipit, facit eundem laborem propē nullum & leuem ipsa charitas. Nōne videmus etiā in mutis animantibus & irrationalib⁹, vbi non spiritalis charitas, sed carnalis & naturalis est, exigi tamē magno affectu de vberibus matris lac a paruulis. Et quāuis sugens impetum faciat in vbera, melius est tamen matri, quā si non sugat, nec exigit quod charitati debetur. Sepe videmus vbera vaccarum etiā a grandiusculis vitulis capite percussis, & propē ipso impetu leuari matrum corpora, nec eas tamen calce repellere, sed si desit filius qui sugat, mugitu prouocari ad vbera. Si ergo est in nobis illa charitas spiritalis, de qua Apostolus dicit, Factus sum paruul⁹ in medio vestrum tanquam nutrix fouens filios, tunc vos diligimus quando exigitis: pigros nō amamus, quia languentibus formidamus. Intercesserunt autem vt intermitteremus textum huius Epistolæ quædā pro diebus festis solennia lectioinum, quæ non potuerunt nisi legi, & ipsa tractari. Nunc ergo ad prætermissum ordinem redeamus, & quæ restant, intente accipiat charitas vestra. Nescio vtrum magnificentius nobis charitas cōmēdari possit, quā vt diceretur, Deus charitas est. Breuis laus, magna laus: breuis in sermone, & magna intellectu: quā cito dicitur, Deus dilectio est, & hoc breue est: si numeres, vnum est: si appendas, quātum est, Deus dilectio est: Et qui manet, inquit, in dilectioe, in deo manet, & deus in illo manet. Sit tibi domus deus, esto domus dei: mane in deo, & maneat in te deus. Manet in te de⁹ vt te cōtineat: manes in deo, ne cadas: quia sic de charitate dicit Apostolus, Charitas nunquā cadit. Quomodo cadit quē continet deus? In hoc perfecta est dilectio in nobis, vt fiduciā habeamus in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Dicit quō se probet vnusquisq; quantum in illo profecerit charitas, vel potius

Roma. 5.  
Roma. 8.  
1. Cor. 15.  
Psalm. 15.

**A** potius quantum ipse in charitate profecerit. Nā si deus charitas est, nec proficit nec deficit deus: sic dicitur proficere in te charitas, quia tu in eā proficis. Interroga ergo quantum in charitate profeceris, & quid tibi respōdeat cor tuum, & noueris mensuram profectus tui: promissit enim ostendere nobis, in quo cognoscamus eum, & ait, In hoc perfecta est in nobis dilectio: quare in quo? Vt fiduciā habeamus in die iudicii. Quisquis fiduciā habet in die iudicii, perfecta est in illo charitas. Quid est habere fiduciā in die iudicii? non timere ne veniat dies iudicii. Sunt homines qui non credunt diem iudicii, isti fiduciā non possunt habere in die, quem vterum esse non credunt: prætermittamus istos, excitet illos deus vt viuant. De mortuis vt quid loquimur? Non credunt futurum diem iudicii, nec timent nec desiderant quod nō credūt. Cœpit aliquis credere diem iudicii: si cœpit credere, cœpit & timere: sed quia timet, adhuc nōdum habet fiduciā in die iudicii, nondum est in illo perfecta charitas. Nūquid tamen desperandum est? In quo videt initium, cur desperas finem? quod initium video iniquis: ipsum timorem: audi scripturam, Initium sapientiæ timor domini. Cœpit ergo timere diem iudicii, timendo corrigit se, vigilat aduersus hostes suos, id est peccata sua, incipit reuincere interius, & mortificare membra sua quæ sunt super terram, sicut Apostolus dicit, Mortificate membra vestra quæ sunt super terram: spiritalia nequitie dicit membra super terram: nam sequitur & exponit, Auaritiam, immunditiam, & cætera quæ illic exequitur. Quantum autem mortificat iste qui timere cœpit diem iudicii, membra sua super terram, tantū surgunt & corroborantur membra cœlestia. Membra autē cœlestia, omnia opera bona. Surgētibus cœlestibus mēbris, incipit desiderare quod timebat: timebat enim ne veniret Christus, & inueniret impium quem dānaret: desiderat vt veniat, quia inueniretur est pium quē coronet. Iam cum cœperit desiderare venientem Christum casta anima, quæ desiderat amplexus sponsi, renunciat adultero, fit virgo interius ipsa fide, spe & charitate. Habet iam fiduciā in die iudicii, nō contra se pugnat quādo orat & dicit, Adueniat regnū tuum. Qui enim timet ne veniat regnum dei, timet ne exaudiatur. Qui autem orat, quomodo orat qui timet ne exaudiatur? Qui autē orat cum fiduciā, charitas optat iam vt veniat. De ipso desiderio dicebat quidā in Psalmo, Et tu domine vsquequo cōuertere domine & erue animam meā. Gemitabat se differri. Sunt enim homines qui cum patientia moriuntur: sunt autem quidam perfecti qui cum patientia viuunt: quid dicit? Qui adhuc desiderat istā vitam, quādo illi venerit dies mortis, patienter tolerat mortem, luētatur aduersum se vt sequatur voluntatem dei, & hoc potius agit animo quod elegit deus, non quod elegit voluntas humana, & ex desiderio vitæ presentis fit lucta cū morte, & adhibet patientiā & fortitudinem vt æquo animo moriatur, iste patienter moritur. Qui autē desiderat, sicut dicit Apostolus, dissolui & esse cū Christo, non patienter moritur, sed patienter viuunt, delectabiliter moritur. Vide Apostolum patienter viuētē, id est, cum patientia hic non amare vitam, sed tolerare. Dissolui, inquit, & esse cum Christo multo magis optimū, manere autem in carne necessarium propter vos. Ergo fratres date operam intus agere vobiscum, vt desideretis diem iudicii, aliter non probatur perfecta charitas, nisi cū cœperit ille dies desiderari. Ille autem eum desiderat, qui fiduciā habet in illo: ille autē fiduciā habet in illo, cuius conscientia non trepidat in charitate per-

fecta atq; sincera. In hoc perfecta est dilectio eius in nobis, vt fiduciā habeamus in die iudicii. Quare habebimus fiduciā: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mūdo. Audisti causam fiduciæ tuæ, quia sicut ille est, inquit, & nos sumus in hoc mūdo. Nōne videtur aliquid impossibile dixisse, nāquid enim potest esse homo sicut deus? Iam vobis exposui, quia non semper ad æqualitatem dicitur, sicut, sed dicitur ad quandā similitudinē. Quomodo enim dicit, sicut aures habeo, ita habet & imago: nūquid omnino sic sed tamen dicit, sicut. Si ergo facti sumus ad imaginē dei, quare nō sicut deus sumus? non ad æqualitatem, sed pro modo nostro. Vnde ergo nobis datur fiduciā in die iudicii? Quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mūdo. Debemus ergo hoc referre ad ipsam charitatem, & intelligere quid dictum sit. Dominus in Euangelio dicit, Si diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedē habebitis? nōne & publicani hoc faciūt? quid ergo vult nos? Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Si ergo iubet nos diligere inimicos nostros, vnde nobis dat exemplum? De ipso deo, ait enim: Vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Quomodo illud facit deus? Diligit inimicos suos, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Si ergo ad hanc perfectionē nos inuitat deus, vt diligamus inimicos nostros sicut & ipse dilexit suos, ea nobis fiduciā est in die iudicii: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo: quia sicut ille diligit inimicos suos, faciendo solem suum oriri super bonos & malos, & pluendo super iustos & iniustos, nos quia inimicis nostris non possumus prestare temporalem solē & pluuiā, prestemus lachrymas cū pro illis oramus. Iam ergo de ipsa fiduciā videte quid dicat. Vnde intelligitur, perfecta charitas, Timor non est in charitate. Quid ergo dicimus de illo qui cœpit timere diem iudicii? Si perfecta in illo esset charitas, non timeret: perfecta enim charitas faceret perfectam iustitiam, & non haberet quare timeret, imō haberet quare desideraret vt trāseat iniquitas, & veniat regnum dei: ergo timor non est in charitate. Sed in qua charitate? non in inchoata. In qua ergo? Sed perfecta, inquit, charitas foras mittit timorem. Ergo incipiat timor, quia initium sapientiæ timor domini. Timor quāsi locū præparat charitati. Cū autē cœperit charitas habitare, pellitur timor qui ei præparauit locū: quātū enim illa crescit, ille decrescit: & quātū illa fit interior, timor pellitur foras. Maior charitas, minor timor: minor charitas, maior timor. Si autē nullus timor, non est quā iniret charitas. Sicut videmus per setā introduci linum, quando aliquid sinitur: seta prius intrat, sed nisi exeat, nō succedit linū: sic timor primo occupat mentem, nō autē ibi remanet timor, quia ideo intrauit, vt introduceret charitatē. Iam facta securitate in animo, quale gaudium nobis est, vel in hoc vel in futuro seculo: Et in hoc seculo quis nobis nocebit plenis charitate? Videte quomodo exultat Apostolus de ipsa charitate. Quis nos, inquit, separebit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an persecutio, an nuditas, an periculum, an gladius? Et Petrus dicit, Et quis vobis nocere poterit, si boni amulatores fueritis? Timor nō est in dilectione, sed perfecta dilectio foras mittit timorē, quia timor tormentū habet. Torquet cor conscientia peccatorū, nondū facta est iustificatio. Est ibi quod titillet qd̄ pungat. Ideo in Psalmo de ipsa pfectioe iustitiæ quid dicit: Cōuertisti luctū meū in gaudiū mihi, cōcidisti saccū meū, & cinxisti me lætitiā, vt cāter tibi gloria mea, & nō cōpungar. Quid est, nō

3. Ien. d. 34. ca. d. 6. his.  
Eccle. 1.  
Coloss. 3.  
Math. 6.  
Psalm. 6.  
Philip. 1.

Gene. 1.  
Matt. 5.  
E.  
Eccle. 1.  
F.  
Concor. de pœ. dist. 2. sic aut seta.  
Roma. 9.  
1. Petri. 3.  
Psalm. 29.

**G** cōpungar: Non sit quod stimulet conscientiam meam. Stimulat timor, sed noli timere, intrat charitas quæ fanat quod vulnerat timor. Timor dei sic vulnerat, quomodo medicus fervamentum putredinem tollit, & quasi videtur vultus augere. Ecce putredo quādo erat in corpore, min⁹ erat vultus, sed periculosum. Accedit ferramentum medici, minus dolebat illud vultus, quā dolet modo cum secatur: plus dolet cum curatur, quā si non curaretur: sed ideo plus dolet accedente medicina, vt nunquam doleat succedente salute. Occupet ergo cor tuum timor, & inducta charitate succedat cicatrix feramenti medici. Talis est medicus, vt nec cicatrices appareant, tu tantum subde te dexterā ipsius. Nam si sine timore es, non poteris iustificari. Sententia dicta est de scripturis: nā qui sine timore est, non poterit iustificari. Opus est ergo vt intret timor primo, per quem veniat charitas: timor medicamentum, charitas sanitas. Qui autem timet, non est perfectus in dilectione. Quare? Quia timor tormentum habet, quomodo sectio medici tormentum habet. Est autem alia sententia quæ videtur huic esse contraria, si non habeat intellectorem: dicitur enim quodā loco in Psalmo, Timor domini castus, permanens in seculum seculi. Aeternum quendam timorē nobis offēdit, sed castum. Quod ille aeternum nobis timorem offēdit, nunquid contradicit illi forte ista Epistola, quæ dicit, Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem? Interrogemus ambo eloquia dei. Spiritus vnus est, etī codices duo, etī ora duo, etī lingua duæ. Hoc enim dictum est per Ioannē, illud dictum est per Dauid: sed nolite putare alium esse spiritum. Si vnus status inflat duas tibias, nō potest vnus spiritus implere duo corda, agitare duas linguas? Sed si spiritu vno, id est, vno flatu impleta duæ tibie cōsonāt, impleta duæ linguæ spiritu dei dissonare possūt: Est ergo ibi quadam concordia, sed auditorem desiderat. Ecce inspiravit & implevit duo corda, duo ora, mouit duas linguas spiritus dei. Et audim⁹ ex vna lingua, Timor nō est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem: audim⁹ ex alia, Timor domini castus permanens in seculum seculi. Quid est hoc: quasi dissonāt. Non. Excute aures tuas, intēde melodiam. Non sine causa hic addidit, castus: illic nō addidit, nisi quia est timor alius qui dicitur castus: est autem alius qui non dicitur castus. Discernamus ergo istos duos timores, & intelligentes cōsonantiam tibiarum. Quomodo intelligimus, vel quomodo discernimus: attendat charitas vestra. Sūt homines qui propterea timent deū, ne mittātur in gehennam, ne forte ardeant cum diabolo in igne aeterno. Ipse est timor ille qui introducit charitatem, sed sic venit vt exeat: si enim adhuc propter pēnā times deum, nondum amas, quem sic times. Non bona desideras, sed mala caues: sed ex eo quia mala caues corrigis te, & incipis bona desiderare. Cū bona desiderare cōperis, erit in te timor castus. Quis timor castus? ne amittas ipsa bona. Intendite, aliud est timere deū, ne mittat te in gehennam cum diabolo: aliud est timere deū, ne recedat a te. Ille timor quo times ne in ignē aeternum mittaris cum diabolo, nondū est castus: nō enim venit ex amore dei, sed ex timore pēnæ. Cum autē times deū, ne deserat te præsentia eius, amplecteris eū, ipso frui desideras. Non potest melius explanari quid inersit inter duos istos timores, vnum quē foras mittit charitas, alterū castū qui permanet in seculū seculi, nisi ponas duas mulieres maritatas, quarū vnā ita cōstituas volentem facere adulterium, delectari nequitia, sed timere ne dānetur a ma-

rito. Timet maritū, sed quia adhuc amat nequitia, ideo K timet maritum, huic non grata, sed onerosa est mariti præsentia. Et si forte viuit nequiter, timet maritum ne veniat. Tales sunt qui timent ne veniat dies iudicij. Fac alterā amare virum, debere illi castos amplexus, & nulla se adulterij immunditia maculare, optat præsentiam viri. Et quomodo discernuntur duo isti timores? Timet illa, timet & illa. Interroga, quasi vnum tibi respōdent. Interrogetur illa, Times virum: timeo. Interroga & illā si timeat virum: respondet, timeo. Vna vox est, sed diuersus animus: iam ergo interrogentur quare: illa dicit, Timeo virū ne veniat. Illa dicit, timeo virum ne discedat. Illa dicit, timeo ne dāner: Illa dicit, timeo ne deserat. Pone hoc in animo Christianorū, & inuenisti timorem quē foras mittit charitas: & alium timorem castū permanentem in seculū seculi. Loquamur ergo huic primo qui sic timet deum, quomodo illa mulier quā delectat nequitia, timet enim virū ne damnet illam. Talibus enim primo loquimur, O anima quæ sic times deū ne dānet te deus, quomodo timet mulier quā delectat nequitia, timet virum ne dānetur a viro, quomodo tibi displicet illa mulier, displice & tu tibi. Si forte habes vxorem, nunquid vis vt sic timeat te vxor tua, ne dānetur abs te, vt delectet illā nequitia, sed pondere timoris tui reprimatur, nō dānetur iniquitatis? Castā eā vis vt te diligat nō vt te timeat. Exhibete talē deo, qualem vis habere vxorē. Et si nōdū habes, & habere vis, talē vis habere. Et quid dicimus fratres? Illa mulier quē ideo timet virū ne dānetur a viro, forte non facit adulterij, ne aliquo modo perueniat ad virū, & tollat illi lucē istā temporalem. Potest autē vir ille & falli: homo est enim, sicut & illa quæ potest fallere. Timet illa eū extra cuius oculos potest esse: tu non times semper faciem supra te viri tui? Vultus autē domini super faciētes mala. Captat illa absentia viri sui, & incitatur forte delectatione adulterij, & dicit sibi tamen, non faciā: absens est quidem ille, sed difficile est vt non ad illū quoquo modo perueniat. Temperat se ne perueniat ad hominē, qui potest & nescire, qui potest & falli, qui potest bonā suspicari etiam malam, qui potest & castā suspicari quæ adultera est. Tu non times oculos eius quē fallere nemo potest? Tu non times eius præsentia, qui auerti a te nō potest? Roga deū vt intueatur te, & auertat faciem suā a peccatis tuis, Auerte faciem tuā a peccatis meis. Sed vnde mereris vt ille faciem suā auertat a peccatis tuis, si tu nō inde auertas faciē tuā a peccatis tuis? Ipsa enim vox dicit in Psalmo, Quoniam iniquitatem meā ego cognosco, & peccatum meum coram me est semper. Tu agnosce, & ille ignoscit. Allocuti sumus eam quæ habet adhuc timorē non permanentem in seculū seculi, sed quem charitas excludit & foras mittit. Alloquamur & illam quæ habet iam timorem castū permanentem in seculum seculi. Putamus inuenimus illā, vt alloquamur illam: putas est in hoc populo? putas est in ista exedra? putas est in hac terra? Non potest nisi esse, sed latet: hyems est, intus est viriditas in radice, forte inuenimus & aures illius. Sed vbi cūq; est illa anima, vt inā illam inuenirē, & non aures suas præberet mihi, sed ego meas aures illi. Illa me doceret aliquid potius q̄ a me disceret. Anima quadam sancta, ignea & desiderans regnum dei, hanc non ego alloquor, sed deus ipse & patietur videntem in hac terra ita consolatur, lam vis veniā, & ego noui quoniam vis vt veniam: noui qualis es, vt secreta expectes aduentum meū. Noui quia molestia est tibi, sed magis expecta, tolera: venio & cito venio. Sed amanti tardū est, audi eam cantantem,

**A** cantantem, tanquam lilium de medio spinarū: audi suspirantem & dicentem, Psallam & intelligā in via immaculata, quando venies ad me. Merito non timet, quia perfecta charitas foras mittit timorem, & cum venerit ad eum amplexum timet. Sed securiter qui timet, cauet, & obseruabit se ab iniquitate sua, ne iterum peccet, non ne mittatur in ignem, sed ne ab illo deseratur. Et erit in illa, quid? Timor castus permanens in seculū seculi. Audiuimus duas tibias consonantes. Ille de timore dicit, & ille de timore dicit: ille de timore quo timet anima ne damnetur, ille de timore quo timet anima ne deseratur. Ille est timor quē charitas excludit, ille est timor permanens in seculum seculi. Nos diligimus quia ipse prior nos dilexit. Nā vnde diligere? nisi ille prior dilexisset nos? Diligendo amici facti sumus: sed inimicos ille dilexit, vt amici efficeremur. Prior dilexit nos, & donauit nobis vt diligere eum, nondum diligebamus: diligendo pulchri efficitur. Quid facit homo deformis & distorta facie, si amet pulchram? Aut quid facit femina deformis & distorta & nigra si amet pulchrum: nunquid amando poterit esse pulchra? & nunquid & ille amado poterit esse formosus? Amat pulchrā, & quando se in speculo videt, erubescit faciem suam leuare ad illam formosam quam amat. Quid facit vt pulcher sit? Expectet vt veniat pulchritudo: imō expectando senectus additur, & turpiorē facit. Non est ergo quid agere, non est quomodo illi des consilium, nisi vt compeecat se, & non audeat amare impar imparē: aut si forte amat, & ducere vxorem optat, optet vt illa castitate amet, non carnis facie. Anima vero nostra, fratres mei, foeda est per iniquitatem, amando deum pulchra efficitur. Qualis amor est qui reddit pulchram amantem? Deus autē semper pulcher est, nunquam deformis, nunquam commutabilis. Amauit nos prior qui semper est pulcher: & quales amauit, nisi foedos & deformes? Non ideo tamen vt foedos dimitteret, sed vt mutaret, & ex deformi pulchrū faceret. Quomodo erimus pulchri: amando eum qui semper est pulcher. Quantum in te crescit amor, tātum crescit pulchritudo, quia ipsa charitas est anima pulchritudo: nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos: audi Apostolum Paulum, Offēdit autem deus dilectionem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, iustus pro iniustus, pulcher pro foedis. Quomodo inuenimus pulchrū Iesum? Speciosus forma præ filiis hominū, diffusa est gratia in labiis tuis: vnde itē videte, vnde sit pulcher. Speciosus forma præ filiis hominū, quia deus, quia in principio erat verbū, & verbum erat apud deū, & deus erat verbū. Quia vero carnē suscepit, quasi foeditatem tuā suscepit, id est, mortalitatem tuam, vt aptaret se tibi, & congrueret tibi, & excitaret te ad amandā intus pulchritudinē. Vnde ergo inuenimus quia foedus & deformis Iesus, sicut inuenimus quia pulcher & speciosus forma præ filiis hominū? Vnde inuenimus quia & deformis? Esaiā interrogat, Et vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem. Illæ sunt duæ tibie diuersæ sonantes, sed vnus spiritus ambas inflat: hac dicitur, Speciosus forma præ filiis hominū: hac dicitur in Esaiā, Vidimus eum, & nō habebat speciem neque decorem. Vno spiritu implentur ambæ tibie, non dissonant. Noli aures auertere, adhibe intellectum. Interrogemus Paulum Apostolum, & exponat nobis cōsonantia duarum tibiarū: sonet nobis. Speciosus forma præ filiis hominū. Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo. Ecce speciosus forma præ Tomus nonus.

filiis hominū: sonet nobis etiam, Vidimus eum, & non D habebat speciem neque decorem. Semetipsum exinanuit formam serui accipiens, in similitudinem hominū factus, & habitu inuentus vt homo. Non habebat speciem neque decorem, vt tibi daret speciem & decorem. Quam speciem quem decorem? dilectionē charitatis. Vt ames, curras; curris, amas. Pulcher es iā, sed noli te attendere, ne perdas quod accepisti, illum attēde a quo factus es pulcher. Ideo sis pulcher vt ille te amet. Tu autem totam intentionem tuam in illum dirige, ad illum dirige, ad illum amplexus pete, ab illo time discedere, vt sit in te timor castus permanens in seculū seculi. Nos diligimus, quia ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit, quoniam diligo deū, Quem deum? quare diligimus? Quia ipse prior dilexit nos, & donauit nobis diligere. Dilixit impios vt faceret pios, dilexit iniustos vt faceret iustos, dilexit agrotos vt faceret sanos. Ergo & nos diligimus, quia prior dilexit nos. Interroga vnumquēque, dicat tibi si diligat deum, Clamat, cōstetur, diligo. Ipse scit. Est aliud vnde interrogetur. Si quis dixerit, quoniam diligo deū, & fratrem suum oderit, mendax est. Vnde probas, quia mendax est? Audi. Qui enim non diligit fratrem suū quē videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Quid ergo, qui diligit fratrem, diligit deū? Necessē est vt diligat deum, necesse est vt diligat ipsam dilectionem. Nunquid potest diligere fratrem, & non diligere ipsam dilectionem? Necessē est vt diligat dilectionem. Quid ergo? Quia diligit dilectionē, ideo diligit deum? Vtique ideo diligendo dilectionē deum diligit. An oblitus es quod pauloante dixisti, Deus dilectio est: Si deus dilectio, quisquis diligit dilectionem, deū diligit. Dilige ergo fratrem, & securus esto, Nō potes dicere, diligo deum, sed non diligo fratrem. Quomodo mentiris si dicas, diligo deū, quando non diligis fratrem? Sic falleris si quādo dicis, diligo fratrem, putas quia non diligis deum? Necessē est ergo qui diligis fratrem, diligas ipsam dilectionem: dilectio autē deus est. Necessē est ergo vt deū diligat, quisquis diligit fratrem. Si autem non diligis fratrem quem vides, deum quem non vides quomodo potes diligere? quare non videt deum? quia non habet ipsam dilectionem. Ideo non videt deū, quia non habet dilectionē: Ideo non habet dilectionē, quia nō diligit fratrem. Propterea ergo non videt deū, quia nō habet dilectionem: nā si habeat dilectionem, deū videt, quia de⁹ dilectio est. Et purgatur ille oculus magisq; dilectione, vt videat illā incommutabilem substantiam, cuius præsentia semper gaudeat, qua perfruatur in aeternum cōiunctus angelis. Sed currat modo, vt aliquando in patria latetur. Non amet peregrinationem, non amet viā. Totum amarū sit, præter illum qui vocat, quousque inhareamus illi, & dicamus quod dictum est in Psalmo, Perdidi omnes qui fornicantur abs te. Et qui sunt qui fornicantur? Qui discedunt & amant mundum. Tu autem quid sequitur & dicit, Mihi autē inharere deo bonum est. Totū bonum meū est deo inharere gratis. Nā si interrogas & dicas, quare inharere deo, & dicat, vt donet mihi. Quid tibi donet? Cælū ipse fecit, terrā ipse fecit. Quid tibi donaturus est, iā habes illi? Inueni melius & donat tibi. Qui enim nō diligit fratrem suum quē videt, deū quē non videt quomodo poterit diligere? Et hoc mandatum habemus ab ipso, vt qui diligit deum, diligat & fratrem suum. Magnifice dicebas, diligo deum, & odis fratrem. O homicida quomodo diligis deum? Nō audisti superius in ipsa Epistola, Qui odit fratrem suum, homicida est: Sed profusus diligo deū, quan-

1. sen. dist. 14. ca. est. autem. Psal. 18.

Math. 25.

3. sen. dist. 32. a. non potest.

Psal. 33.

Psal. 50.

M

Psal. 100.

B

Roma. 5.

Psal. 44.

Ioan. 1.

Esai. 55.

Psal. 44. Esai. 55.

Philip. 2.

Psal. 18.

E

F

Psal. 72.

**G**uis oderim fratrem meum. Prorsus non diligis deum, si odisti fratrem. Et modo proba alio documento: ipse dixit, Dedit nobis praeceptum ut diligamus inuicem: quomodo diligis eum cuius odisti praeceptum? Quis est qui dicat, diligo imperatorem, sed odi leges eius? In hoc intelligit imperator si diligit eum, si obseruetur leges eius per provincias. Lex imperatoris quae est: Mandatum nouum do vobis ut vos inuicem diligatis. Dicis ergo te diligere Christum, serua mandatum eius, & fratrem diligere. Si autem fratrem non diligis, quomodo eum diligis cuius mandatum contemnis? Fratres ergo non satior loquendo de charitate in nomine Christi. Quantum autem vos habetis huius rei auaritiam, tantum speramus quia crescit in vobis ipsa, & foras mittit timorem, ut remaneat ille timor castus permanens in seculum seculi. Tolereamus mundum, tolereamus tribulationes ipsius, tolereamus scandala tetationu. No recedamus a via, teneamus vnitatem Ecclesiae, teneamus Christu, teneamus charitatem. Non diuellamur a membris spose ipsius, no diuellamur a fide, ut gloriemur in praesentia ipsius, & securi manebimus in eo. Modo per fidem, tunc per speciem, cuius tantas arras habemus donum spiritus sancti.

**H** De eo quod Ioanes dicit, Omnis qui credit quod Iesus sit Christus, ex deo natus est: usque ad id, Haec est enim dilectio dei, ut praecepta eius seruemus: Tractatus X.

**M**eminitis vos credo qui affuistis hesternodie, ad quem locu in progressu huius Epistole peruenit nostra tractatio, id est, Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere? Et hoc mandatum habemus ex ipso, ut qui diligit deum, diligit & fratrem suu. Hucusque disputatum erat. Quae sequuntur ergo ex ordine videamus. Omnis qui credit quod Iesus sit Christus, ex deo natus est. Quis est qui no credit quod Iesus sit Christus? qui non sic vniit quomodo praecepit Christus: multi enim dicunt, Credo, sed fides sine operibus non saluat. Opus autem fidei ipsa dilectio est, dicente Paulo Apostolo, Et fides quae per dilectionem operatur. Opera quidem tua praeterita antequam crederes, vel nulla erant, vel si bona videbantur, inania erant. Si enim nulla erant sic eras quasi homo sine pedibus, aut vexatis pedibus ambulare non valens. Si autem bona videbantur antequam crederes: currebas quidem, sed praeter viam currendo errabas potius quam peruenirebas. Est ergo nobis & currendum, & in via currendum. Qui praeter viam currit, inaniter currit, imo ad laborem currit. Taro plus errat, quanto praeter viam currit. Quae est via, per quam currimus? Christus dixit, Ego sum via. Quae patria, quod currimus? Christus dixit, Ego sum veritas. Per illu curris, ad illum curris, in ipso requiescis. Sed ut curramus per illum, extedit se vsque ad nos, longe enim eramus, & longe peregrinabamur. Parum est, qui longe peregrinabamur, & languidi nos mouere non poteramus. Medicus venit ad aegrotos, via porrecta est ad peregrinos. Saluemur ab ipso, ambulemus per ipsum. Hoc est credere quod Iesus Christus est, quomodo credunt Christiani, qui non solum nomine Christiani sunt, sed factis & vitam quomodo credunt deumones: nam & demones credunt & contremiscunt: sic dixit scriptura, Quid poterunt demones plus credere quam ut dicerent, Scimus, qui tu es filius dei: Quod dixerunt demones, hoc dixit & Petrus, cum dominus quaereret, quis es ille, quem illum dicerent homines: responderunt illi discipuli. Alij dicunt Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij Hieremia,

aut vnum ex Prophetis: & ille, Vos autem quem me esse dicitis? Respondit Petrus & ait, Tu es Christus filius dei viui: & audiuit a domino, Beatus es Simon bar Ionas, quia no reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui est in caelis. Videte quae laudes prosequuntur hanc fidem, Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam. Quid est, super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam? Super hanc fidem, super id quod dictum est, Tu es Christus filius dei viui. Super hanc petram, inquit, fundabo Ecclesiam meam. Magna laus: ergo dicit Petrus, Tu es Christus filius dei viui: dicunt & demones, Scimus qui sis, tu es filius dei viui, sanctus dei: hoc Petrus, hoc & demones: eadem verba, non ide animus. Et vnde constat, quia hoc Petrus cum dilectione dicebat? Quia fides Christiani cum dilectione est, demones autem sine dilectione. Quomodo sine dilectione? Hoc dicebat Petrus ut Christum amplecteretur, hoc dicebant demones ut Christus ab eis recederet: nam antequam dicerent, Scimus qui sis, tu es filius dei, quid nobis & tibi est: dixerunt, qui venisti ante tempus perdere nos? Aliud est ergo confiteri Christu ut teneas Christum: aliud confiteri Christum ut repellas a te Christu: ergo videtis, quia quomodo hic dicit, Qui credit, propria quadam fides est, non quomodo cum multis. Itaque fratres, nemo haereticorum dicat vobis, Et nos credimus. Ideo enim de demonibus exemplum proposui, ne gaudeatis ad verba credentium, sed exploretis facta viuentiu. Videamus ergo quid est credere in Christo, quid credere quia Iesus ipse est Christus. Sequitur, Omnis qui credit quod Iesus sit Christus, ex deo natus est. Sed quid est credere illud? Et omnis qui diligit qui genuit eum, diligit eum qui genitus est ab ipso. Statim fidei coniunxit dilectionem, quia sine dilectione fides inanis est. Cu dilectione fides Christiani, sine dilectione fides demonis. Qui autem non credit, peiores sunt quam demones, & tardiores quam demones. Nescio quis non vult credere in Christum, adhuc ne demones imitatur. Ia credit aliquis in Christo, sed odit Christu, habet confessionem fidei in timore poenae, non in amore coronae: na & illi puniri timebant. Adde huic fidei dilectione, ut fiat fides quale dicit Apostolus Paulus, Fides quae per dilectione operatur. Inuenisti Christianu, inuenisti ciue Hierusalem, inuenisti ciuem angeloru, inuenisti in via suspiratem peregrinu, adiunge te illi, comes tuus est, curre cum illo, si tamen & tu hoc es. Omnis qui diligit qui genuit eu, diligit eu, qui genitus est ab ipso. Quis genuit? Pater. Quis est genitus? Filius. Quid ergo ait? Omnis qui diligit patre, diligit filiu. In hoc cognoscimus quia diligimus filios dei. Quid est hoc fratres? Paulo ante de filio dei dicebat, no de filiis dei. Ecce vnus positus est Christus contempandus nobis, & dictu est nobis, Omnis qui credit quod Iesus sit Christus, est ex deo natus: & omnis qui diligit qui genuit eu, id est, patre, diligit eum qui genitus est ex ipso, id est, filium dominum nostrum Iesum Christum: & sequitur, In hoc cognoscimus quia diligimus filios dei, quasi dictu est, in hoc cognoscimus quia diligimus filiu dei. Filios dei dixit, qui filiu dei paulo ante dicebat, quia filij dei corpus sunt vnici filij dei, & cu ille caput, nos membra, vnus est filius dei. Ergo qui diligit filios dei, filiu dei diligit: & qui diligit filium dei, patrem diligit. Nec potest quisquam diligit patrem, nisi diligit filium: & qui diligit filium, diligit filios dei, membra filij dei, & diligendo fit & ipse membrum, & fit per dilectionem in copage corporis Christi, & erit vnus Christus amans seipsum: cum se enim

Marcia. L

Galat. 5

M

**A** enim inuicem amant membra, corpus se amat. Et si patitur vnum membrum, compatitur omnia membra: & si glorificatur vnum membrum, congaudet omnia membra. Et quid fecutus ait? Vos autem estis corpus Christi & membra. Dicebat paulo ante de dilectione fratrum, & ait, Qui non diligit fratrem quem videt, deum quem non videt quomodo poterit diligere? Si autem diligit fratrem, forte fratrem diligit, & Christum non diligit: quomodo quando membra Christi diligit? Cum ergo membra Christi diligit, Christum diligit: cum Christu diligit, filium dei diligit: cum filium dei diligit, & patre diligit: no potest ergo separari dilectio. Elige tibi quid diligas, sequuntur te caetera. Dicas, deum solum diligo, deum patrem, mentiris. Deum si diligit, non solum deum diligit: sed si diligit patre, diligit & filium. Ecce, inquit, diligo patrem, & diligo filium: sed hoc solum, patrem deum & filium deum dominum nostrum Iesum Christum, qui ascedit in caelos, & sedet ad dexteram patris. Illud verbum per quod facta sunt omnia, & verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hoc solum diligo, mentiris: si enim diligit caput, diligit & membra: si autem membra non diligit, nec caput diligit. Non ex parte vocem capitis de caelo clamantem pro membris suis, Saule Saule quid me persequeris? Persecutorem suu vocauit persecutorem membrorum suorum: dilectore suum vocauit dilectorem membrorum suoru. Iam quae sunt membra eius nobis fratres, ipsa est Ecclesia dei. In hoc cognoscimus quia diligimus filios dei, quia deum diligit. Et quomodo no aliud sunt filij dei, aliud deus: sed qui deum diligit, praecepta eius diligit. Et quae sunt praecepta dei? Mandatum nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis. Nemo se excuset per aliam dilectionem, ad aliam dilectione. Omnino sic te tenet ista dilectio, quomodo ipsa compaginata est in vnum, sic omnes qui ex illa pendent, vnum facit, & quasi conflant illos ignis. Aurum est, conflatur massa, & fit vnum aliquid: sed nisi feruor charitatis accendat, ex multis in vnum conflare non potest. Quia deum diligimus, inde cognoscimus quia diligimus filios dei. Et vnde cognoscimus, quia diligit filios dei? Quia deum diligimus, & praecepta eius facimus. Suspiram? hic ex difficultate faciendi praeceptum dei: audi quid sequatur, Homo, qui laborabas amando auaritiam, cum labore amatur quod amas: sine labore amatur deus. Auaritia iustura est labores, pericula, tribulationes, & obtemperaturus es. Quo fine? Ut habeas vnde impleas arcam, perdas securitatem. Securior forte eras antequam haberes, quam cu habere coepisti. Ecce quid tibi iussit auaritia. Implesti domum, timetur latrones: acquisisti aurum, perdidisti somnu. Ecce quid tibi iussit auaritia, fac, & fecisti. Quid tibi iubet deus? dilige me. Aurum diligit, quaesiturus es aurum, & forte no inuenturus: quisquis me quaerit, cum illo sum. Amaturus es honorem, & forte non peruenturus. Quis me amauit, & no ad me peruenit: dicit tibi deus, Patronum vis facere, aut amicum potentem, ambis per alium inferiorem. Me ama dicit tibi deus, non ad me ambitur per alium: ipse amor praesentem me tibi fecit. Quid dulci dilectione ista fratres? non sine causa modo audistis in Psalmo fratres, Narrauerunt mihi iniusti dilectiones suas, sed non sicut lex tua domine. Quae est lex dei? mandatum dei. Quod est mandatum dei? nouum dicitur: quod ideo nouum dicitur, quia innouat, Mandatum nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis: audi quae est lex dei, Apostolus dicit, Inuicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Ipsa est con-

1. Cor. 12.

1. Tim. 1.

Roma. 3.

1. Tim. 1.

Roma. 16.

1. Tim. 1.

1. Tim. 1.

1. Tim. 1.

1. Tim. 1.

1. Tim. 1.

summatio omnium operum nostrorum dilectio. Ibi est deus finis, propter hoc currimus: ad illum currimus, cum venerimus, requiescemus: audistis in Psalmo, Omnis consummationis vidi finem. Dixit, Omnis consummationis vidi finem. Quid viderat iste putamus. Ascenderat in verticem alicuius altissimi montis acutissimi, & prospexerat & viderat ambitum terrae & circulos orbis vniuersi: & ideo dixit, Omnis consummationis vidi finem: Si hoc laudabile, oculos carnis quaeramus a domino tam acutos, ut aliquem excelsum montem qui est in terra requiramus, de cuius cacumine videamus: omnis consummationis vidi finem? Noli ire longe: ecce dico tibi, Ascende in montem, & vide finem. Christus mons est. Veni ad Christum, vides inde finem omnium consummationis. Quis est iste finis? Paulum interroga, Finis autem praecepti est charitas, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta: alio loco, Plenitudo autem legis charitas. Quid tam finitum & terminatum quam plenitudo? Etenim fratres, sine posui laudabiliter, nolite putare consumptionem, sed consummationem: aliter enim dicitur, Finiui panem, aliter finiui tunicam: finiui panem manducando, finiui tunicam

**E** texendo: & ibi finis sonat, & illic finis sonat: sed tamen panis finitur ut consumatur, tunica finitur ut consummetur: panis finitur ut non sit, tunica finitur ut perfecta sit: ergo sic audite finem, & quando legitur Psalmus, & auditis, In finem Psalmus Dauid, Assidue auditis hoc in Psalms, & debetis nosse quod audistis. Quid est in finem? Finis enim legis est Christus ad iustitiam omnium credenti. Et quid est finis? Christus, quia Christus deus, & finis praecepti charitas, & deus charitas, quia pater & filius & spiritus sanctus vnum sunt. Ibi tibi finis est, & a libi via est, noli haerere in via, & non peruenire ad finem. Ad quicquid aliud veneris, transi vsquequo peruenias ad finem. Quid est finis? Mihi autem adherere deo bonum est. Adhaesisti deo, finisti viam, permanebis in patria. Intendite, pecuniam aliquis quaerit, no sit ibi finis, transit tanquam peregrinus. Quare vbi transeat, non ibi remaneat: si autem amas, per auaritiam implicatus es. Erit tibi auaritia catena pedum, vltra progredi non potes: transi ergo & hoc, quare finem. Salutem corporis quaeris, adhuc noli ibi remanere. Quae est enim ista salus corporis, quae morte premitur, quae aegritudine debilitatur, friuola, mortalis, fluxa? Quare illam, ne impediatur forte morbida valetudo opera tua bona: ergo no est ibi finis, quia propter aliud quaeritur. Quicquid propter aliud quaeritur, no est ibi finis: quicquid propter se & gratis quaeritur, ibi est finis. Quare honores, forte ad aliquid agendu quaeris, ut peragas aliquid, ut placeas deo, noli ipsum honore amare, ne ibi remaneas. Quare laudem? Si dei quaeris, bene facis: si tua quaeris, male facis, remanes in via. Sed amaris & tu laudaris, & tu: noli gratulari quando in te laudaris, laudare in domino ut cates, In domino laudabitur anima mea. Sermonem aliquem bonum dicis, & laudatur sermo tuus, non laudatur quasi tuus, non est ibi finis: si ibi ponis finem, finiris: sed non finiris quasi perficiaris, sed finiris ut consumaris: ergo non laudetur sermo tuus quasi abs te, quasi tuus. Sed quomodo laudetur? quomodo dicit Psalmus, In deo laudabo sermonem, in deo laudabo verbum. Ex hoc fit ut fiat in te quod sequitur, In deo sperabo, no timebo quid faciat mihi homo: quando enim omnia tua in deo laudantur, non timetur ne pereat laus tua, quia non deficit deus: ergo transi & ipsa. Videte fratres quanta transimus, in quibus non est finis. His vtimur quasi in via, quasi

1. Tim. 1.

Roma. 3.

Roma. 16.

1. Tim. 1.

1. Tim. 1.

1. Tim. 1.



**G** in mansionibus stabulorum reficimur & transimus. Vbi ergo finis? Dilectissimi, filij dei sumus, & nodum apparuit quod erimus. Hoc dictum est in hac epistola: adhuc ergo in via sumus, adhuc quocumque venerimus transire debemus, usquequo perueniamus ad aliquem finem. Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Iste finis, ibi perpetua laudatio, ibi semper halleluia sine defectu: ergo ipsum finem dixit in psalmo, Omnis consummationis vidi finem: & quasi diceretur illi, Quis est finis quem vidisti? Latum mandatum tuum valde. Ipse est finis, latitudo mandati charitas est, quia ubi est charitas, non sunt angustiae. In ipsa latitudine erat Apostolus cum diceret, Os nostrum patet ad vos o Corinthij, cor nostrum dilatatum est, non angustamini in nobis. Ideo ergo latum mandatum valde. Quod est latum mandatum? Mandatum nouum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Charitas ergo non angustatur. Vis non angustari in terra, in lato habita. Quicquid enim tibi fecerit homo, non te angustet, quia illud diligis quod non nocet. Homo deum diligis, fraternitatem diligis, legem dei diligis, Ecclesiam dei diligis, sempiterna erit laboras in terra, sed peruenis ad fructum promissum, quis tibi tollit quod diligis? Si nemo tollit tibi quid diligis, securus dormis, immo securus vigilas, ne dormiendo perdas quod diligis. Non enim frustra dictum est, Illumina oculos meos, ne quando obdormiam in morte. Qui claudunt oculos contra charitatem, obdormiscunt in concupiscentiis delectationum carnalium. Euigila ergo, delectationes enim sunt, mādūcare, bibere, luxuriari, ludere, venari: pompas istas vanas omnia mala sequuntur. Nūquid nescimus quia delectationes sunt? quis neget quia delectant? sed plus diligatur lex dei. Clama contra tales suosores, Narrauerunt mihi iniusti delectationes, sed nō sicut lex tua domine. Ista delectatio manet, nō solum manet quod venias, sed etiam reuocat fugientem. Hæc est enim dilectio dei, vt præcepta eius seruemus. Iam audistis, in his duobus præceptis tora lex pendet & Propheta. Quomodo noluit te diuidere per multas paginas? In his duobus præceptis tota lex pedit & propheta. In quibus duobus præceptis? Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & diliges proximum tuum sicut teipsum: in his duobus præceptis tota lex pedit & Propheta. Ecce de quibus præceptis narrat tota ista epistola. Tenete ergo dilectionem, & securi estote. Quid times ne male facias alicui? Quis male facit ei quem diligis? Dilige, nō potest fieri nisi bene facias. Sed forte corrumpis? Amor hoc facit, non sanctia: sed forte cedis? Ad disciplinam facis, quia amor ipsius dilectionis non te permittit negligere indisciplinatum, & fit quodammodo quasi diuersus fructus & contrarius, vt aliquando odium blandiatur, & charitas sanctiat. Nescio quis odit inimicum suum, & fingit illi amicitiam, videt illum facere aliquid mali, laudat: vult eum esse præcipit, vult cæcum ire per abrupta cupiditatum suarum, vnde forte non redeat, laudat: quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ: adhibet illi vnctionem adulationis suæ. Ecce odit & laudat. Alter videt amicum suum tale aliquid facere, reuocat: si illum non audiat, profert verba etiam castigationis, obiurgat, litigat, aliquando venitur ad hanc necessitatem vt litiget. Ecce odium blanditur, & charitas litigat. Noli attendere verba blandientis, & quasi sanctiam obiurgantis: venam inspice, radicem vnde procedat quare. Ille blanditur vt decipiat, iste litigat vt corrigat: ergo non opus est fratres, vt per nos di-

stendatur cor vestrum, impetrate a deo vt diligatis inuicem. Omnes homines etiam inimicos vestros diligatis, non quia sunt fratres, sed vt fratres sint. Vt semper fraterno amore flagretis, siue in fratrem factum, siue in inimicum vt frater fiat diligendo, vbiunque fratrem diligitis, amicum diligitis: iam tecum est, iam in vnitate etiam catholica tibi coniunctus est. Si bene viuus, fratrem diligis factam ex inimico: si diligis aliquem qui nodum credit in Christo, aut si credidit Christo vt demones credidit, reprehendis vanitatem ipsius, tu diligis, fraterno amore diligis: nondum est frater, sed ideo diligis vt sit frater. Ergo tota dilectio nostra fraterna est erga Christianos, erga omnia membra eius. Disciplina charitatis fratres mei, robur, flores, fructus, pulchritudo, amoenitas, pascuis, potus, cibis, amplexus sine fatietate est: si sic nos delectat peregrinos, in patria quomodo gaudebimus? Curramus ergo fratres mei, curramus & diligamus Christum. Quem Christum? Iesum Christum. Quis est iste verbum dei. Et quomodo venit ad argutos? Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Completum est ergo quod scriptura prædixit, Oportebat Christum pati, & resurgere tertia die a mortuis. Corpus ipsius vbi iacet, membra ipsius vbi laborant: vbi esse debes vt sub capite sis? Et prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientes ab Hierusalem: ibi diffundatur charitas tua. Dicit Christus & psalmus, id est, spiritus dei, Latum mandatum tuum valde. Et nescio quis ponit in Africa fines charitatis. Extende charitatem per totum orbem, si vis Christum amare, quia membra Christi per orbem iacent. Si amas partem, diuisus es: si diuisus es, in corpore non es, si in corpore non es, sub capite non es. Quid prodest quia credis, & blasphemias? Adoras illum in capite, blasphemias in corpore: amat ille corpus suum. Si tu te præcidisti a corpore ipsius, caput nō se præcidet a corpore suo. Sine causa me honoras, clamat tibi caput desuper, sine causa me honoras. Tāquam si velit tibi aliquis osculari caput, & calcare tibi pedes, forte caligis clauatis conteret pedes tuos, volens tibi tenere caput & osculari, nonne inter verba honorantis clamares & diceres, quid facis homo? Calcas me, non diceres, calcas caput meum, quia caput honorabat: sed plus clamaret caput pro membris calcatis, quam pro se quia honorabatur. Nonne clamat ipsum caput, Nolo honorem tuum, calcare me noli: si tu dic si potes quare te calcavi, dic huic capiti, te osculari volui, amplecti volui. Sed non vides o stulte, quia quod vis amplecti, per quandam compagem vnitatis peruenit ad id quod calcas? Solum me honoras, iustum me calcas. Plus dolet quod calcas, quam gaudet quod honoras: quia quod honoras, dolet per eis quos calcas. Quomodo clamat lingua? Dolet mihi: nō dicit, dolet pedi meo, sed dolet mihi dicit. O lingua, quis te tetigit? quis percussit? quis stimulauit? quis pupugit? Nemo, sed cōiuncta sum eis quæ calcantur. Quomodo vis non doleā, quando nō sum separata? Dominus ergo noster Iesus Christus ideo ascendit in cœlum die quadagesima, cōmēdauit corpus suum quia habebat iacere, quia vidit multos honoraturos se, quia ascendit in cœlum, & vidit quia honor ipsorum inutilis est, si cōcalcant membra ipsius in terra. Et ne quis erraret, & cū adoraret caput in cœlo, calcaret pedes in terra, dixit vbi essent membra ipsius. Ascensus enim dixit verba nouissima, post ipsa verba non est locutus in terra. Ascensurum caput in cœlum, commendauit membra in terra & descendit. Iam nō inuenis loqui Christum in terra. Inuenis illum loqui, sed in cœlo, &

**A** cœlo, & de ipso cœlo. Quare? Quia membra calcabantur in terra: persecutori enim Saulo dixit desuper, Saul Saul quid me persequeris? Ascendi in cœlum, sed adhuc in terra iaceo. Hic ad dexteram patris sedeo, ibi adhuc esurio, sitio, peregrinus sum. Quomodo ergo corpus commendauit in terra ascensus? cum interrogarent illum discipuli, Domine si hoc in tempore præsentaberis, & quando regnum Israël? Respondit iturus, Non est vestrum scire tempus quod pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem spiritus sancti superuenientem in vos, & eritis mihi testes in Hierusalem. Videte quæ diffundat corpus suum, videte vbi se calcari non vult. Eritis mihi testes in Hierusalem, & totam Iudæam, & Samariam, usque in totam terram. Ecce quæ iaceo qui ascendo. Ascendo enim, quia caput sum. Iacet adhuc corpus meum. Quia iacet? Per totam terram. Caue ne percutias, caue ne violes, caue ne calcas: nouissima verba Christi sunt ista ituri in cœlum. Considerate languentem in lecto hominem in domo sua iacentem, & maceratum aegritudine, proximum morti, anhelantem, iam animam quodammodo inter dentes habentem, qui forte sollicitus de aliqua re chara sibi quam multum diligit, veniat illi in mentem, & vocet hæredes suos & dicat, Rogo vos facite hoc. Teneat quodammodo violentam animam, ne ante exeat quam illa verba firmentur. Cum illa verba nouissima dictæ erit, efflat animam, tollitur cadaver in sepulchrum. Hæredes ipsius quomodo meminerunt nouissima verba morientis? Quomodo si quis exisset, qui dicat eis, Nolite facere: quid ergo illi dicant? Ergo nō facio quod mihi pater meus efflās animā nouissime mādauit, quod vltimū sonuit in aures meas proficiscēte hinc patre meo? Quæuis alia verba ipsius aliter possum habere, nouissima verba me plus tenent. Non eum vidi amplius, non audiui loquentē. Fratres cogitate visceribus Christianis, si hæredibus sunt tam dulcia, tam grata, tam magni ponderis verba patris ituri in sepulchrum, hæredibus Christi, qualia debent esse verba nouissima, non redituri in sepulchrum, sed ascensuri in cœlum? Nanque ille, qui vixit & mortuus est, rapitur ad alia loca anima ipsius, corpus ipsius ponitur in terra, an fiant, illa verba, an non fiant, non ad eum pertinet, tamen aliud agit, aliud patitur. Aut in sinu Abraham gaudet, aut in igne eterno aque modicum desiderans: in sepulchro autem ipsius iacet cadaver sine sensu, & custodiuntur verba nouissima morientis. Quid sperant illi, qui verba nouissima sedent in cœlo non custodiunt, vident desuper an contemnatur, an non contemnatur: illius qui dixit, Saul Saul quid me persequeris? Qui seruat ad iudicium, quod videt pati membra sua, & quid nos fecimus, inquit? Nos sumus passi, persecutionem non fecimus. Vos fecistis o miseri primo, quia diuifistis Ecclesiam. Maior est machera lingua quam ferri. Superba fuit ancilla Saræ Agar, & afflictā est a domina sua propter superbiam. Disciplina erat illa, non pœna: ideo cum recessisset a domina sua, quid ei dixit angelus? Reuertere ad dominam tuam. Sic ergo carnalis anima tanquam ancilla superba, si forte aliquos molestias passā es propter disciplinā, quid insanis? Redi ad dominam tuam, tene dominicam pacem. Ecce profecerunt Euangelia, legimus quæ diffunditur Ecclesia. Disputatur contra, & dicitur nobis, traditores. Cuius rei traditores? Christus commendat Ecclesiam suam, & nō credis, ego tibi credimus sum maledicenti parentibus meis, vis vt credam tibi de traditoribus? Credetū prius Christo. Quid est dignum? Christus deus est, tu homo. Cui prius debet credi? Christus Ecclesiam suā toto orbe

diffudit. Ego dico, contemne. Euāgelium loquitur, caue. Quid dicit Euāgelium? Oportebat pati Christum, & resurgere a mortuis die tertia, & prædicari in nomine eius penitentiam, & remissionem peccatorum. Vbi remissio peccatorum, Ecclesia est. Quomodo Ecclesia? Illi enim dictum est, Tibi dabo clauas regni cœlorum, & quæ solueris in terra, soluta erunt & in cœlis: & quæ ligaueris in terra, ligata erunt & in cœlis. Quæ diffunditur ista remissio peccatorum? Per omnes gentes, incipientes ab Hierusalem. Ecce crede Christo. Sed quia intelligis si credideris Christo, non te habere quod dicas de traditoribus, tibi vis vt credam parentibus meis maledicenti, quam tu credas Christo præstanti.†

Videtur deesse finis.

AD LECTOREM.

**N**on videtur Augustini, quanquam opus lectu dignū. Sunt quædam humillora, que non annotasset Augustinus, & interdum in eadem pagina repetitur iisdem verbis eadem sententia. Postremo qui conuenit, ut de rebus tam obscuris tanta breuitate loqueretur apud populum? Videtur annotatiuncule & studio quopiam collectæ, quas aliquis uertit in homilias, a suis in initio ac sine verbis aliquot frigidis. In medio nulla concionis appellatio.

† Aduerte lector, deprehendes sæpe clausulas præcedentiū capitulum mixtas sequentibus, & sequentiū antecedentibus nullo ordine.

EXPOSITIO  
NIS IN APOCALYPSIM  
beati Ioannis homilia prima.

**I**n lectionem reuelationis beati Ioannis Apostoli fratres charissimi animaduertimus, & secundum anagogen hoc domino largiente explanare curauimus, quia reuelatio Iesu Christi nostris auribus panditur, vt arcanæ celestia nostris cordibus manifestentur. Apocalypsis Iesu Christi, quam dedit illi deus patrem facere seruis suis, id est, manifestare: Quæ oportet fieri cito, significans, hoc est, ostendens, seruo suo Ioanni. Ioannes dei gratia interpretatur. Scribens septem Ecclesiis, quæ sunt in Asia. Asia elatio interpretatur, & genus humanum figuratur. Iste septem Ecclesie & septem candelabra: hoc solenter intuentum est, quia septiformis gratia est, quæ data est a deo per Iesum Christum dominum nostrum nobis generi humano, qui cre didimus, quia & ipse pollicitus est nobis mittere spiritum paraclætum de cœlis, quæ & Apostolis misit, qui in Asia esse videbantur, hoc est, in elato mundo, vbi & septiformem gratiam septem Ecclesiis nobis per seruum suum Ioannem donauit. Gratia vobis & pax multiplicetur a deo patre, & a filio hominis: id est, Christo. Siue autem filius hominis, siue septem candelabra, siue septem stellæ, Ecclesia intelligitur cum capite suo Christo: quod autem ait, Inter mammillas zona aurea erat ille præcinctus, Christum dominum præfigurabat. Duas mammillas, duo testamenta intellige, quæ de pectore domini

Psalm. 118.

1. Cor. 6.

Ioan. 13.

H

Psalm. 112.

Psalm. 118.

Matth. 22.

Psalm. 9.

Ioan. 1.

Luc. 24.

L

Psalm. 118.

M

Luc. 16.

Act. 9.

Gen. 16.

Luc. 24.

Matth. 16.

Luc. 24.

Psalm. 118.

B

F

**G**ni saluatoris tanquam de perenni fonte accipiunt, vnde Christianum populum nutriat ad vitam aeternam. Zona vero aurea, chorus est, siue multitudo sanctorum. Sicut enim de cingulo pectus stringitur, ita sanctorum multitudo Christo adheret, & velut duas mammillas duo testamenta complectitur, vt ex ipsis velut de sanctis vberibus nutriantur. Caput, inquit, eius & capilli sicut lana alba & nix. Capillos albos multitudinem alborum, id est, neophytorum ex baptismo procedunt dicit. Lannam dixit, quia oues Christi sunt. Niuem dixit, quia sicut nix de caelo vitro descendit, ita & gratia baptismi nullis praecedentibus meritis venit. Ipsi enim qui baptizantur Hierusalem sunt, quae quotidie ad instar niuis de caelo descendit. Hierusalem, id est, Ecclesia, ideo de caelo descendere dicitur, quia de caelo est gratia, per quam & a peccatis liberatur, & Christo, id est, aeterno capiti spouso caelesti coniungitur. Sicut e contrario bestia de abyssu ascendere dicitur, id est, populus malus, qui ex populo malo nascitur: nam sicut Hierusalem humiliter descendendo exaltatur, ita bestia, id est, populus superbus arroganter ascendendo praecipitatur. Oculi eius velut flamma ignis. In oculis praepcepta dei dicit, sicut scriptum est, Lucerna pedibus meis verbum tuum. Et pedes eius similes aurichalco clibanum igniti velut in fornace ignis. In pedibus ignitis Ecclesia intelligitur, quae imminente die iudicii, nimietate pressurarum probanda, & igne examinanda est. Et quia pes nouissima pars est corporis, & pedes ignitos dixit esse, ideo in pedibus Ecclesia nouissimi temporis intelligitur multis tribulationibus velut aurum in fornace probanda. Quam rem qui bene considerat, iam nunc ex multitudine iniquitatum fieri videt. Ideo aurichalco similit, quod ex aere & igne multo, ac medicamine perducitur ad auri colorem: sic Ecclesia per tribulationes & passiones purior redditur. In zona aurea accincta pectori, potest etiam scientia spiritalis ac purus sensus datus Ecclesiae intelligi. Gladium vero bis acutum de ore ipsius procedentem: Iesum Christum esse significat, qui & nunc Euangelium bonum, & prius per Moysen legis notitiam vniuerso orbi protulit: & de quo Dauid similiter ait, Semel locutus est deus, duo haec audiui.

**I** Haec ergo sunt duo testamenta, quae pro captu temporis aut noua, aut vetera, aut gladius bis acutus dicuntur. Vox eius tanquam vox aquarum multarum. Aquae multae populi intelliguntur esse: in voce, praedicatio Apostolorum. Quod autem supra dixit, pedes eius similes aurichalco, tanquam in fornace conflati possunt etiam Apostoli intelligi, qui post passionem praedicauerunt verbum eius. Per quos enim ambulat praedicatio, merito pedes euangelizantium pacem: & illud, Adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius: quod autem dixit, Habebat in dextera sua stellas septem: Ecclesiam intelligi voluit. In dextera enim Christi est spiritalis Ecclesia, cui ad dexteram positae dicit, Venite benedicti patris mei. Septem ergo stellae Ecclesia est. Diximus enim quia spiritus septiformis virtutis est ei datus a patre, sicut Petrus ad ludaeos de Christo ait, Dextera igitur dei exaltatus, acceptum a patre spiritum effudit. Septem autem Ecclesias, quas vocat vocabulis suis, non ideo dicit, quia illae solae sunt Ecclesiae, sed quod dicit vni, omnibus hoc dicit. Denique siue in Asia, siue in toto orbe, septem Ecclesias omnes esse, & vnam esse catholicam: sicut ad Timotheum ait, Quomodo oportet te in domo dei conuersari, quae est Ecclesia dei viuus: & in Esaiam, septem mulieres, quae apprehendent virum vnum, septem Ecclesias significari in-

telligit, quae & vna est: virum, Christum intelligimus: panem mulierum, spiritum sanctum, qui nutrit in vitam aeternam. Et vt vobis ea quae dicta sunt tenacius inculcentur, breuem recapitulationem fieri volumus. Septem ergo Ecclesiae, quibus sanctus Ioannes scribit, intelligitur vna Ecclesia catholica propter septiformem gratiam. Idem autem testis fidelis Christus est. Septem candelabra, Ecclesia catholica est. In medio candelaborum similis filio hominis Christus est in medio Ecclesiae: quod autem ait, Cinctum super mammillas: per mammillas duo testamenta intelliguntur, quae de pectore Christi lac spiritali accipiunt, vt populum Christianum in vitam aeternam nutriat. Zona vero aurea, chorus est siue multitudo sanctorum, qui iugiter lectioni & orationi insistentes, Christo adherere probantur: iam ista charitati vestrae sufficiant. Quod audistis, sancta inter vos colloquutione meditamina, vt quod reliquum est, donante domino audire possitis. Quod ipse praestare dignetur.

Homilia II.

**R**atres charissimi in candelabro, de quo cum Apocalypsis legeretur audistis, populus intelligitur: Quod autem ait, Mouebo candelabrum tuum, hoc est, dispergam populum pro peccatis: Et pugnabo cum eis gladio oris mei: id est, profetam praepcepta mea, per quae arguatur peccata vel crimina sua. Quod ergo dixit, Facies eius sicut sol lucet in virtute sua: est de aduentu vel praesentia Christi, quia per faciem quisque manifestatur atque cognoscitur. Et de Ecclesia potest hoc accipi, cui istam claritatem Christus promisit, de qua dicit, Tunc fulgebunt iusti sicut sol in regno Christi. Stellam matutinam, primam resurrectionem dicit, quae per gratiam baptismi fit. Stella matutina noctem fugat, & lucem annunciat, id est, peccatum tollit, & gratiam tribuit, si tamen accepta gratia bona opera sequantur. Sicut enim magnam arborē videre, & fructum non reddere nihil prodest, sic nihil prodest Christianum dici, & Christiana opera non habere: & ideo dicit, Consulo tibi a me emere aurum conflatum: id est, contende vt pro nomine Christi aliquid patiaris. Et collyrio vnge oculos tuos: vt quod libenter per scripturas cognoscis, opere impleas. Ostium apertum esse in caelo: noui testamenti praedicator vidit Ioannes, quibus oculis vidit quantum ad figuratam ostensionem, non carnis sed metis. Quando vero & ipsius rei veritatem, quae iam in carne domino apparere manifestata fuerat, non solum oculis carnis vidit, verum etiam manibus contrectauit. Quid vero per ostium designatur in hoc loco nisi mediator dei & hominum Christus Iesus, ipso domino dicente, Ego sum ostium, & reliqua. Iure igitur non clausum sed apertum intuetur, quia nimirum idem mediator noster nascendo moriendo cunctis fidelibus innotuit, quia ipse erat redemptor mundi. Quid per caelum nisi Ecclesia designatur, sicut ipse dicit, Caelum mihi sedes est, vel anima iusti, sicut Salomō testatur, sedes est sapientiae. Paulus quoque occurrit, dicens Christum dei virtutem, & dei sapientiam. Constat proculdubio, quod caelum est electorum Ecclesia, in qua ostium apertum cernitur, quia redemptor noster natus & passus ac resuscitatus ad caelos ascendisse in ea praedicatur & creditur. Quid autem in hac visione positus audierit Ioannes, manifestat dicens, Et vox prima quam audiui tanquam tubae loquentis mecum, dicens, Ascende huc. Quantum apertum modo ostenditur, tantum clausum fuisse ante hominibus manifestum est. Solium positum, est sedes iudicantis, super quem vidit similitudinem iaspidis & sardij.

Psalm. 8.

Psalm. 131.

Psalm. 61.

Esai. 51.

Math. 25.

A. Ro. 2.

1. Timo. 3.

Esai. 4.

L

Math. 13.

M

Esai. 66.

Sap. 7.

1. Cor. 7.

**A** & sardij. Iaspis aquae colorem habet & sardius ignis. In his duobus lapidibus duo iudicia intelliguntur: vnum, quod iam per aquam factum est in diluuiio: aliud, quod erit per ignem in consummatione saeculi. Potest hoc loco & vita seruorum dei intelligi, quia ad similitudinem aquae & ignis interdum in hac vita omnes sancti habent prospera, interdum patiuntur aduersa. [Et iris erat in circuitu sedis similis visioni smaragdini. Iris itaque graeca Latinaque lingua arcus vocatur, qui in die pluuie apparere videtur. Et quid per hanc nisi reconciliatio mundi designatur, quae per incarnati verbi dispensationem facta cognoscitur? Hoc certe si solerter inspicitur, effectus ipsius iridis indicare videtur. Arcus itaque tunc apparet, cum radiis solis imbrifera fuerit nubes illustrata. Sole igitur nubem illustrante, iris, id est, arcus apparuit, quia videlicet cum patris verbum, quod candor est lucis aeternae, ac sol iustitiae, humanam suscipiendo illustrauit naturam, ipsa humanitatis eius susceptio, quae profecto nubes a Propheta vocatur, reconciliatio facta est mundi. Bene autem imbrifera, quia nimirum praedicationum eloquiis plena. Congruenter siquidem ad reconciliatioem humani generis in nouo testamento arcus figuratim apparuisse describitur, qui in veteri quoque ideo in nubibus a domino positus intelligitur, vt post inundationem diluuii per eum terris pax reddita cognosceretur, vt scilicet eius visione pacti sui memor omnipotens deus nequaquam ultra aquarum immensitate deleri terram pateretur. Cui videlicet nomini si vna in fine additur litera & irini dicatur, vtique hoc ipsum interpretatio sonare videtur. Nam Graeco vocabulo *εἰρήνη*, pax appellatur. Et in veteri quidem testamento dominus ad Noe ait, Ecce ego statuiam pactum meum vobiscum. Et notandum quam apta sit figurarum contextio, quia enim fulgura, voces & tonitrua de throno tanquam de nube procedere in subsequentibus narratur, coeniter hic irradiante sole arcus similitudine, id est, thronos reddidisse narratur: qui videlicet arcus cum sit diuersi coloris, resplendatque principaliter duobus, id est, aquae & ignis, ac designetur per eum baptismum aquae & spiritum sancti, vel iudicium praecedens per diluuium, ac subsequens per ignem, hic tamen non immerito visioni smaragdini comparatur, vt per eum sicut diximus repropitiatio mundo diuturnitas ostendatur. Lapis enim smaragdus viridissimi coloris est, qui videlicet color, sicut praecedenti versiculo iam factus sum, non inconuenienter naturae diuinitatis aptatur. Mare vitreum, donum baptismi est, quod ideo ante solium esse dicitur, quia ante aduentum iudicii datur, quod vero post hoc ait, Habeo clauas mortis & inferni, hoc ideo dicit, quia qui credit & baptizatur, a morte & ab inferis liberatur. Et quia ipsa Ecclesia, sicut habet clauas vitae, ita & inferorum: ipsi enim dictum est, Cui dimiseritis peccata, dimittuntur: & cui retinueritis, retenta sunt, vbicumque ponit in Apocalypsi angelum hominis, ipsum hominem significat, sicut & Ecclesiae. Et angeli earum ibidem non debent intelligi, nisi aut Episcopi aut praepositi Ecclesiarum. Intantum angelorum nomine Ecclesias catholicas voluit intelligi, vt iubeat angelos poenitentiam agere. Non enim angeli qui in caelo sunt indigent poenitentia, sed homines, qui sine peccato esse non possunt. Nam quia etiam angelus nuncius interpretatur, quicumque aut Episcopus aut presbyter aut etiam laicus frequenter de deo loquitur, & quomodo ad vitam aeternam perueniatur annunciat, merito angelus dei dicitur. Et tamen quia sine peccato nemo esse potest, dicitur ei, id est, homini, vt poenitentiam agat: quia reuera qui bene considerat se, agnoscit quod non dicat laici,

Gene. 9.

Ioan. 20.

sed etiam sacerdotes vna die esse non debet sine poenitentia: quia quomodo nullus dies est in quo homo possit esse sine peccato, sic nullo die debet esse sine satisfactionis remedio. Septem autem candelabra, & vnus candelabrum: septiformem Ecclesiam possumus intelligere: & ideo quicumque ad septem Ecclesias loqui videtur, ad vnā Ecclesiam loquitur toto orbe diffusam, & quia in septenario numero omnis plenitudo consistit. Angelos ergo Ecclesiam dicit, in quibus duas partes, id est, bonorum & malorum ostendit: & propterea non solum laudat, sed etiam increpat vt laus ad bonos, increpatio ad malos dirigatur: sicut dominus in Euangelio. Omne praepositorum corpus vnus seruus dixit beatus, & nequam quem venies dominus ipse diuidet. Quomodo fieri potest vt vnus seruus diuidatur, cum diuisus viuere non possit? Sed vnus seruus dicit totum populum Christianum, qui populus si totus bonus esset, non diuideretur: sed quia non solum habet bonos, sed etiam malos, diuidendus est: & boni audituri sunt, Venite benedicti patris mei percipite regnum: raptores vero & adulteri, qui misericordiam non fecerunt, audituri sunt. Discedite a me maledicti &c. Quod autem in Apocalypsi singulis dicitur Ecclesiae, fratres charissimi, singulis hominibus coenit in vna Ecclesia constitutis. Haec dicit, qui tenet septem stellas in manu sua: hoc est, qui nos in manu, id est, potestate habet & gubernat. Qui ambulat in medio candelaborum aureorum, id est, in medio nostri, quia candelabra illic populi significant Christianum. Quod autem dicit, Mouebo candelabrum tuum de loco suo si non egeris poenitentiam: Videt quia non dixit, aufer, sed mouet, quia candelabrum significat vnum populum Christianum. Et ipsum candelabrum moueri dicit, non auferri: & per hoc intelligitur quod in vna eademque Ecclesia mouentur mali, confirmantur boni, & quod occulto, sed tamen iusto dei iudicio id quod tollitur malis, bonis augetur, vt adimpleatur illud quod scriptum est, Qui habet dabitur ei, & ei qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Quod autem dicit, Vincenti dabo manducare de ligno vitae, id est, de fructu crucis: Quod est, inquit, in medio paradisi dei mei. Paradisum Ecclesiam dicit: omnia enim in eius figuram facta sunt: nam quod dicit Scio opera tua, & tribulationem & paupertatem, sed diues es. Omnia Ecclesiae dicit, quae spiritu pauper est, & oia possidet: Quod autem dicit, Habebis pressuram dies decem. Dies totum tempus posuit, quia denarius numerus perfectus est, in quo populus Christianus, sicut dicit Apostolus, per multas tribulationes intrat in regnum caelorum: nam quod dicit angelo Pergami Ecclesiae: Scio vbi habitas, vbi est introitus satanae, omni Ecclesiae dicit in vnus vocabulo, & quia vbique habitat satanas per corpus suum. Corpus autem satanae homines sunt superbi & maligni: sicut & corpus Christi humiles & boni. Vincetis dabo manducare de mana abscondito: id est, de pane qui de caelo descendit. Cuius figura fuit mana in eremo, quam, sicut ipse dominus dixit, multi manducantes mortui sunt: sed & nunc quicumque manducat indigne, iudicium sibi manducat: idem panis est etiam lignum vitae. Possumus & manna immortalitatem accipere. Et dabo ei calculum candidum: id est, corpus baptismate candidum. Et super calculum nomen nouum scriptum, id est, notitia filij hominis. Quod nemo scit nisi qui accipit, scilicet per reuelationem: & ideo de ludaeis dicitur. Si enim cognouissent, nunquam dominum gloriae crucifixissent. Quod autem dicit angelo Thiatyrae Ecclesiae, Habeo aduersum te, quia permisti mulieri Iezabel. Dicit praepositis Ecclesiarum, qui luxuriosis & fornicantibus, & aliud quodlibet male ageribus

Math. 24.

Mat. 25.

E

Mat. 13. & 23.

Acto. 17.

Ioan. 6.

1. Cor. 11.

1. Corin. 22.

G severitate disciplinae Ecclesiasticae non imponitur. Et potest hoc etiam de haereticis intelligi. Quae dicit se Propheten, id est, Christianam. Modo enim multae haereses sibi hoc nomine blandiuntur. Nec cognovimus altitudinem sanctorum: id est, non respicimus doctrinam eius sicut haereses.

Non mitto super vos aliud pondus: id est, supra id quod potestis sustinere. Verum quod habebas, tene donec veniam, & qui vincit, & qui servat opera mea usque ad finem, dabo ei gentes & pascet eas in virga ferrea, & ut vas figuli comminuentur, sicut & ego accepi a patre meo. In Christo habet Ecclesia hanc potestatem: sicut dicit Apostolus, Cum illo omnia nobis donavit. Virgam ferream dicit propter iustitiae rigorem, & de ipsa virga corriguntur boni, confringuntur mali.

Homilia.

III.

**M**odo fratres charissimi audivimus beatum Ioannem, peccatorem hominem terribiliter increpantem: & ideo cum ingenti timore consideremus, & cum tremore timeamus quod dictum est, Novi opera tua, quia nomen habes quod vivas, & mortuus es. Non moritur nisi qui mortale crimine commiserit, secundum illud, quod dicitur, Anima quae peccaverit, ipsa morietur. Quod peius est, multi in corporibus vivis animas mortuas portare noscuntur. Esto vigilans & confirmus, quae moritura erant. Haec dicit sanctus & verus, qui habet claves David: id est, regiam potestatem: Qui aperit & nemo claudit. Manifestum est quod Christus pulsanibus aperit, & hypocritis, id est, fictis vitae ianuam claudit. Ecce dedi ante te ostium apertum. Hoc ideo dictum est, ut nullus dicat, quia ostium quod deus aperit Ecclesiae, in toto mundo aliquis posset, vel in parte claudere. Quia modicam habes virtutem. Laus est dei, quod deus modicam fidei Ecclesiae aperit ostium. Et scribam super illud nomen dei mei. Utique a Christo Christiani signamur. Et nomen civitatis dei mei novae Hierusalem quae descendit de caelo. Novam Hierusalem, caelestem Ecclesiam dicit, quae a domino nascitur. Novam autem dixit pro natiuitate nominis Christiani, & quia ex veteribus novi efficitur. Neque frigidus es neque feruens, id est, inutilis es. Potest enim & super diuitum sterilem persona accipi, qui habet facultates, & non inde faciunt misericordias. Pauperes non sunt, qui habent facultates: diuites non sunt, qui ex diuitiis non operantur. Consilium tibi do ut emas aurum tibi ignitum, id est, probatum, ut locuples fias, ut elemosynas faciendum & actibus bonis insisteres, ipse efficiaris aurum, id est, a deo accipias intellectum, & per bonam conversationem merearis martyrium. Et ecce, inquit, ostium apertum est in caelo. Ostium apertum Christum dicit, quia ianua est. Caelum Ecclesiam dicit, ubi caelestia geruntur: sicut dicit Apostolus, Instructare omnia, quae in caelis, & quae in terra sunt: caelum intelligit primitivam Ecclesiam de Iudaeis, terram vero ex gentibus esse. Ascende huc & ostendam tibi. Non in solum Ioannem convenit, sed in Ecclesiam, vel in omnes credentes. Qui enim vidit ostium apertum in caelo, id est, natum & passum, & resurrexisset Christum credidit, ascendit in altitudinem & vidit futura. Quibus gressibus nisi fidei & credulitatis, ac si aperte cuilibet electorum diceretur ad cognoscenda Christi & Ecclesiae sacramenta, Vide, cõscende, credulitate pertinge. Recte enim a voce prima Ioannes inuitatur ut ad ostium caeli caelumque conscendat, quia videlicet unusquisque electorum in ostenso credulitatis pede per Evangelium ad veram fidei sacramenta pertingat, veteris instrumenti doctrina, quae novam praecedit, roborat. Et ecce thronus positus erat in caelo, id est in Ecclesia. Et qui sedebat, similis erat aspectui lapidis iaspidis

Roma. 8.

Ezechiel. 8.

Ephes. 1.

vel sardij. Iste comparationes in Ecclesia conveniunt. Iaspis aquae coloris habet, & sardius ignis: per haec sicut iam dictum est, duo iudicia vult intelligi: unum per aquam, quod iam factum est per diluivium: aliud, quod futurum est per ignem: Quid per iaspide nisi diuinitas mediatoris nostri figuratur. In circuitu throni vidi sedes viginti quatuor, & supra sedes viginti quatuor seniores. Seniores totam Ecclesiam dicit: sicut Esaias dicit, Et in medio senum fuerit glorificatus. Viginti quatuor seniores praepositi & populi sunt. In duodecim, Apostolos praepositos, & in aliis duodecim reliqua Ecclesia intellige. Et de sede procedebant fulgura & voces. De Ecclesia enim procedunt haeretici, quia ex nobis exierunt. Est & alius sensus, ut fulgura & voces praedicatio Ecclesiae intelligatur. In conspectu throni mare vitreum. Mare vitreum, fontem baptismi ante thronum dixit, id est, ante iudicium. Sed & aliquando animam sanctam intellige thronum, sicut scriptum est, Anima iusti sedes est sapientiae: aliquando Ecclesiam significat, in qua sedere debet deus. Et in medio throni quatuor animalia, id est, in medio Ecclesiae Evangelista: Plena oculis in priora & retro, id est, intus & foris. Oculi praecipua sunt dei. In priora & retro, id est, in praeterita & futura conspicietia. In animalis primo simili leoni, fortitudo Ecclesiae ostenditur. In vitulo, passio Christi.

Esa. 2. 4.

Ioan. 2.

In tertio animali, quod est velut homo, humilitas Ecclesiae ostenditur: quia nihil sibi blanditur ut superbum sapiat, quavis adoptione filiorum teneat. Quartum animal, Ecclesiam dixit, simile aquila, id est, volante & liberam, atque a terra suspensam duabus alis, quasi duorum testamentorum siue duorum praepositorum gubernaculis eleuatam: nam & Ioannes Evangelista cum de istis animalibus intro aspexisset, in Christo completum esse quadriforme mysterium intellexit, cum vidisset hominem nascentem, vitulum patientem & leonem regnantem, tunc vidit & aquilam ad caelestia remeantem. Et singula eorum habebant alas senas per circuitum. In animalibus ostenduntur viginti quatuor seniores: nam sena in quatuor animalibus, viginti & quatuor alas sunt. Etenim per circuitum throni vidit animalia, ubi se dixerat seniores vidisse: nam quomodo animal cum sex alis potest simile esse aquila, quae habet duas alas, nisi quia quatuor animalia unum sunt, quae habent viginti & quatuor alas, in quibus viginti & quatuor seniores intelligimus, qui sunt Ecclesia, quae similavit aquila. Et aliter, senae alas testimonia sunt veteris testamenti. Sicut enim animal volare non potest, nisi habeat pennas, sic nec praedicatio novi testamenti fidei habet, nisi habeat veteris testamenti praenunciata testimonia, per quae tollitur a terra & volat. Semper enim quod ante dictum est futurum, & postea factum invenitur, fidei facit indubitabile. Nisi enim quae praedixerat Propheta in Christo essent consummata, inanis esset praedicatio illorum. Hoc tenet Ecclesia catholica, ante praedicta, & postea consummata. Merito volat & tollitur a terra unum animal in caelum. Et requiem non habebat animalia illa. Ecclesia, quae non habet requiem, sed semper laudat deum. Viginti & quatuor seniores postquam etiam intelligere libros veteris testamenti & Patriarchas & Apostolos. Fulgura & tonitrua, quae de solio exire dicuntur, praedicationes & promissiones intelligere debemus novi testamenti. Mittentes coronas suas ante thronum. Hoc ideo, quia quicquid dignitatis habent sancti, totum deo tribuunt: sicut & illi in Evangelio palmas & flores sternerant sub pedibus eius, id est, ipsi tribuentes omne quod vicerat. Quia tu creasti omnia, & ex voluntate tua erunt. Erant secundum deum a quo cuncta antequam

L

M

>>

>>

>>

A tequam fierent possessa sunt. Creata sunt autem ut & a nobis viderentur, sicut dicit Moyses ad Ecclesiam, Nonne est hic ipse pater tuus, qui fecit te & possedit te & creavit te? Possedit in praesentia, & fecit in Adam, & creavit ex Adam.

Homilia.

IIII.

**T** vidi supra dexteram sedentem in throno librum scriptum intus & foris: Vtrumque testamentum intellige. A foris vetus, ab intus novum, quod intra vetus latebat. Signatum, inquit, sigillis septem, id est, omni mysteriorum plenitudine obscuratum, quod usque ad passionem & resurrectionem Christi mansit signatum: nam quomodo testamentum non dicitur, nisi quod faciunt morituri, & signatur usque ad mortem testatoris, & post mortem ipsius aperitur: ita & post Christi mortem omnia mysteria reuelantur. E vidi angelum forte clamantem voce magna, Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula eius? Cum primo signa solvant, deinde liber aperiat, certa ratio est, quia Christus tunc aperuit librum, cui opus paterna voluntatis aggressus, conceptus & natus est: tunc eius signacula soluit, quando pro genere humano occisus est.

Et nemo poterat neque in caelo neque in terra neque sub terra: id est, neque angelus, neque in terris vivens, neque mortuus, Aperire librum neque videre illum, id est, contemplari splendorem gratiae novi testamenti, & ego flebam multum, quia nemo inuentus est dignus aperire librum. Ecclesia flebat, cuius figuram habuit Ioannes, onerata & grauata peccatis implorans sui redemptionem. Et ecce vnus ex senioribus. Vnus ex senioribus totum corpus prophetarum intellige. Propheta enim consolabatur Ecclesiam, annunciates Christum de tribu Iuda radice David, quia ipse in nobis vincit omne peccatum, & si quid boni aliquis habet, ab ipso habet: Et vidi, & ecce throni & quatuor animalia, & in medio seniorum agnus stans qui occisus est. Throni, animalia, seniores, & agnus qui occisus est, Ecclesia est cum capite suo, quae pro Christo moritur, ut cum Christo vivat. Possunt & martyres in Ecclesia agnus quasi occisus accipi. Habent, inquit, cornua septem, & oculos septem, qui sunt spiritus dei missi in omnem terram. Quod nemo possit habere spiritum dei praeter Ecclesiam, hinc manifeste cognoscitur. Et venit & accepit de dextera sedentis in throno librum. Sedete in throno & patre accipimus & filium & spiritum sanctum. Accipit ergo agnus de dextera dei, id est, a filio accipit opus libri perficiendum, ipse dicente, Sicut misit me pater & ego mitto vos, eo quod ipse in illis perficiat quod donat.

Ioan. 20.

Habentes singuli citharas: id est, chordas laudum. Et phialas aureas: Haec sunt vasa in domo domini in quibus thymiama offerri consuevit: ideo orationes sanctorum bene in eis intelligimus. Et cantabant canticum novum. Canentes canticum novum, id est, professionem suam publice proferentes. Et vere novum est, filium dei hominem fieri, & mori & resurgere, & in caelum ascendere, remissionem peccatorum hominibus dare. Cithara enim, id est, chorda in ligno extensa, significat carnem Christi passioni coniunctam. Phiala autem confessionem, & noui sacerdotij propaginem. Referatio sigillorum adaptio est veteris testamenti. Et vidi & audiui vocem multorum angelorum. Angelos homines dicit, quia & filij dei dicimur.

Colos. 2.

Dignus est agnus, qui occisus est, accipere potestatem & diuinitas, & sapientia &c. Non de domino dicit, in quo sunt omnes thesauri sapientiae, ut ipse accipiat, sed de homine assumpto & eius corpore, quod est Ecclesia, vel de martyribus eius, qui pro nomine eius occisi sunt, quia in capite suo tota accipit Ecclesiam: sicut scriptum est, Cui

illo nobis omnia donauit. Ipse enim agnus accipit, qui in Evangelio dicit, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra: secundum humanitatem ergo, non secundum diuinitatem accepit. Omnis, inquit, audiui dicentes sedenti in throno: id est, patri & filio: & agno, id est, Ecclesia cum capite suo: Benedictio, & honor, & claritas in secula: Cui est honor, & gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

D  
Roma. 8.  
Math. 28.

Homilia.

V.

**S**icut modo dum lectio diuina legeretur audistis, ita ait beatus Ioannes, Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiit vincens. Equus albus Ecclesia est, sessor Christus. Iste equus domini cum arcu bellico per Zachariam hoc modo ante promissus est, Visitauit dominus deus gregem suum domum Israel, & disposuit eum sicut equum speciosum in bello, & ex eo dispositus, & ex eo arcus in ira, & ex eo exiit omnis insequens. Equus enim albus intelligimus Prophetas & Apostolos. Equite coronatum habentem arcum, cognoscimus non solum Christum, sed etiam spiritum sanctum. Postquam enim dominus ascendit in caelum, & aperuit vniuersa, misit spiritum sanctum, cuius verbo praedicatorum tanquam sagittae ad cor hominum pertingerent, & vincerent incredulitatem. Coronae super caput, promissa per spiritum sanctum intelligenda sunt. Et cum aperuisset sigillum secundum, audiui secundum animal, dicens, Veni & vide. Et exiit alius equus rufus, & sedenti super eum datum est tollere pacem de terra, & ut inuicem occideret, & datus est ei gladius magnus, contra victricem vincentem Ecclesiam exiit equus rufus, id est, populus sinister & malus, ex sessore suo diabolo sanguinolentus: quis legamus secundum Zachariam equum domini rufum, sed ille suo sanguine erat, hic alieno, Cui datus est gladius magnus ut tolleretur pacem de terra, scilicet suam pacem, hoc est mundanam: nam Ecclesia aeternam pacem, quam sibi Christus reliquit, habet. Sicut ergo supra dictum est, equum album Ecclesiam dicit, sessorum eius Christum per spiritum sanctum. Arcum quem tenebat in manu, praepcepta eius sunt, quae per totum mundum velut sagittae acutae potentis ad interficienda peccata, & excitanda fidelium corda directae sunt. Corona in capite eius, promissio vitae aeternae est. Equus rufus, malum populum, sessorum eius diabolum. Quem ideo dixit rufum, eo quod multorum esset sanguine rubicundus. Quod autem, Datus est ei gladius acutus, & tollere pacem de terra, hoc est, quod diabolo suadente, homines mali iugiter inter se lites & discordias usque ad mortem excitare non cessant. Et in equo nigro, intelligitur populus sinister diabolo consentiens. Quod autem, Stateram habebat in manu, hoc ideo est, quia dum se fingit mali iustitiae libram tenere, sic plerumque decipiunt. Quod dixit, Vinum & oleum ne laferis, in vino sanguis Christi, in oleo vinctio christiatis intelligitur. In tritico vel hordeo, tota Ecclesia siue in magnis siue in minimis, aut certe in praepositis & in populis. Et in equo pallido, homines intelliguntur mali, qui persecutiones excitare non desinant. Ipsi tres equi unum sunt, qui exierunt post album & contra album, & sessorum habent diabolum, qui est mors. Tres ergo equi, fames & bella, & pestis intelliguntur: quod etiam dominus in Evangelio suo praedixit, quae etiam sunt, & imminente die iudicij amplius futura sunt.

Zach. 10.

E

Quod autem dixit se vidisse sub ara animas interfectorum, martyres intelliguntur. Quod autem dicit, Tremotum magnum, persecutio nouissima est. Quod dicit, Solem factum nigrum, & lunam sanguinem, & stellas cecidisse de caelo, Sol & luna & stellas, Ecclesia est in toto orbe diffusa



G diffusa. Quod autē dicit cecidisse, nō tota cecidit, sed à parte totū intelligitur. In omni enim persecutione boni perseuerat, & mali quasi de cælo id est, de Ecclesia cadūt: deniq; sequitur. Sicut ficus mittit grossos suos cū à vēto agitat: sic de Ecclesia cadūt mali, quādo per aliquam tribulationē fuerint cōturbati. Quod autē, Cæli recessit vt liber: Ecclesia est, quæ separat à malis, & velut liber inuolutus cōtinet in se sibi nota diuina mysteria. Quod autem dicit, Reges terræ fugerunt & absconderūt se in speluncis terræ: hoc significat, quod totus mundus in bonis & sanctis refugium habiturus est ad Ecclesiam, vt sub eius protectione constitutus, peruenire possit ad vitam æternam, auxiliante domino nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula.

Homilia. VI.



I vidi alterum angelum descendente ab ortu solis. Alterum angelū eandem Ecclesiam catholicam intelligit, ab ortu solis, à passione & resurrectione domini clamantē quatuor angelis terræ.

H Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus data est potestas ledere terram, & mare: ne laferis terram neq; mare. Accipit autem gladiū generaliter, siue cōtra quos in vitam interficit, siue quos inter se pro rebus tēporalibus vsque ad mortē litigare persuadet. De tertio sigillo dicit, Equum nigrum existerē, & qui sedebat super eum, habebat in manu sua stateram. Libram, inquit, habebat in manu sua, id est, examen equitatis, quia dum fingit se iustitiā tenere, per simulationem lædit. Dū audit, in medio animalū, id est, in medio Ecclesiæ dicitur. In laferis, ostenditur q̄ spirituales nequitia potētiam in seruis dei non habent, nisi à deo acceperint.

Vinum & oleum ne laferis. In vino & oleo vnctionē chrismatis, & sanguinē domini: in tritico autē & hordeo Ecclesiam dicit, siue in magnis siue in paruis Christianis, siue in præpositis, & populis. De quarto sigillo.

Equus pallidus, & qui sedebat super eū, nomen erat ei mors & infernus sequebatur eum: & data est ei potestas super quartam partem terræ, interficere gladio, fame, & morte, bestias terræ. Isti tres equi, vt supra dictū est, vnū sunt, qui exierunt post album, & contra album, & vnum se florem habent diabolum, qui est mors: nā equitē diabolum esse, & socios esse, sexto signo manifestat, cū prælio vltimo equos dicit cōgredi. Tres ergo equi, fames & bella, & pestes intelliguntur, sicut à domino in Euangelio prænuūciatur. Equus albus verbum est prædicationis in orbe terrarum. In equo rufo & se flore eius bella sunt significata, quæ futura sunt, imō sunt cū iam gens surgat contra gentem. Per equum pallidū & se flore eius, pestis magna & mortalitas signatur: Et infernus sequitur illum, id est, expectat deuorationē multarū animarum.

Et cum aperuisset sigillum quintum, vidi sub ara dei animas interfectōrū. Aram dei Ecclesiam dicit, sub cuius oculis martyres effecti sunt. Et licet animæ sanctorū in paradiso sint, tamen quia sanguis sanctorū super terram funditur, sub ara clamare dicuntur: sicut illud est, Sanguis fratris tui clamat ad me de terra. Et cum aperuisset sigillum sextū, terræ motus factus est magnus, id est, persecutio nouissima. Et sol factus est niger sicut faccus cilicinus, & luna facta est tota sicut sanguis, & stellæ ceciderūt in terrā. Quod est sol, est luna & stellæ, id est, Ecclesia, sed à toto pars intelligitur. Non enim tota Ecclesia, sed qui mali sunt in Ecclesia, ipsi cadunt de cælo. Totum autē dicit, quia in toto orbe terrarū erit nouissima persecutio. Et tunc, qui iusti fuerint permanebunt in Ecclesia, nāq; in cælo: cupidi vero, iniusti & adulteri ac-

quiescere habent diabolo & sacrificare idolo. Et tūc, qui se Christianos esse verbis tantūmodo dicunt, tanq̄ stellæ cadūt de cælo, quod est Ecclesia. Sicut ficus magno vēto agitata mittit grossos suos. Agitata arborem Ecclesiæ cōparauit: ventū magnū dicit executionē: grossos hominibus malis cōparauit, qui excutiēdi sunt & recessuri ab Ecclesia. Et cæli recessit vt inuolutus liber. In hoc loco cælum Ecclesiā dicit, quæ à malis recedit, & intra se sibi soli nota mysteria continet sicut liber inuolutus, quē iniqui intelligere, nec volunt omnino, nec possunt.

Et omnis mons & insulæ de locis suis motæ sunt. Quod cælum dicit, hoc montes, hoc insulæ significant, id est, Ecclesiam facta nouissima persecutione, omnē de loco suo recessisse dicunt, siue in bonis fugiendo persecutionē, siue in malis fide cedēdo. Sed potest in vtrāq; partem conuenire, quia & bona pars mouetur de loco suo fugiēs, id est, amittens illud, quod habet, sicut illud, Mouebo candelabrū tuum de loco suo. Et reges terræ & magistratus. Reges potentes homines accipimus. Ex omni enī gradu & conditione cōuertent ad Christū. Caterum, qui tunc reges erunt, præter vnū persecutorē,

Abscōdet se in spelūcis & petris motiū. Cōfugiūt oēs in præsentī seculo ad fidē Ecclesiæ, & in abscondito mysterio scripturarū cōtēguntur. Et dicūt, cadite. id est, tegite nos. Et abscondite nos, id est, vt homo vet̄ à dei oculis abscondatur. Et aliter, Qui cogitat futurum iudiciū, cōuertetur ad montes, id est, ad Ecclesiā, vt abscondatur peccata sua p̄ penitentiā in præsentī tēpore, ne in futuro puniantur. Donec signemus seruos dei nostri in frontibus eorū. Ecclesiā denūciat, & dicit malis hominibus, id est, in sinistra parti lædenti. Ne laferis. Hæc est vox, quæ in medio quatuor animalū dicit lædenti. Vinū & oleum ne laferis. In vino & oleo omnes, qui sunt iusti intelliguntur, quos nec diabolus, nec mali homines ledere poterunt, nisi quotiens ad eorum probationē permiserit deus. Vinum, inquit, & oleū ne laferis. Præcepit dominus omnē terram suā spiritalem nō lædi, quousque omnes signentur. Et audiui numerum signatorum, centum quadragintaquatuor milia signati ex omni tribu filiorū Israël. Centū quadragintaquatuor milia omnino omnis Ecclesia est. Postea vidit, & ecce populus multus, quem dinumerare nemo poterat, ex omnibus populis, gentibus, & linguis. Non dixit, post hæc vidi alium populū, sed vidi populum, id est, eundē, quē viderat in istis centum quadragintaquatuor milibus. Hūc vidit innumerabilē ex omni tribu linguis, quia omnes gentes insertæ sunt radici credendo. Dominus in Euangelio totā Ecclesiam tam de Iudæis quā de Gentibus, in tribubus Israël duodecim demōstrat, dicens, Sedebitis super duodecim thronos, iudicātes duodecim tribus Israël. Amicti stolis albis. Stolas albas donum spiritus sancti intelligit. Et omnes angeli in circuitu eius stabant throni. Angelos Ecclesiā dicit, quia præter ipsam nihil aliud describēbat. Et respondit mihi vnus de senioribus, dicens, Isti, qui amicti sunt stolis albis, qui sunt &c. Vnus de senioribus, qui respōdit, officiū indicat sacerdotū, quia Ecclesiā, id est, populum in Ecclesia docēt, quē sit remuneratio laboris sanctorū dicens, Hi sunt, qui venerunt ex magna tribulatione, quia lauerunt stolas suas in sanguine agni. Non enim vt aliqui putant, martyres soli sunt, sed omnis populus in Ecclesia, quia non in sanguine suo dixit lauisse stolas suas, sed in sanguine agni, id est, in gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū: sicut scriptū est, Et sanguis filij eius mūdauit nos. Et qui sedet in throno habitat super eos.

1. Ioan. 1.

Esai. 25.

A Ipsi enim thronus sunt, super quos habitat deus in secula, id est, in Ecclesia. Neque cadit super eos sol neque æstus. Sicut dicit Esaias de Ecclesia, Erit in vmbra ab æstu, & deducet ad vitæ fontes aquarū. Omnia hæc etiam in præsentī vita spiritualiter Ecclesiæ eueniunt, cum dimissis peccatis resurgimus, & vitæ prioris lugubre veteris hominis expoliati, in baptismo Christū induimur, & gaudio sancti spiritus implemur. Cū aperuisset sigillum septimum, factū est silētiū in cælo, id est, in Ecclesia. Media hora. In semihora ostendit inītiū quietis æternæ. Et vidi septē angelos, qui stant in cōspectu dei. Septem angelos Ecclesiam dicit, Qui acceperunt septem tubas, id est, perfectā prædicationē: sicut scriptū est, Exalta sicut tuba vocem tuā. Et alius angelus venit & stetit ante altare. Alium angelū quem dicit, non post illos septem venit, quia ipse est dominus Iesus Christus. Habens thuribulum aureū, quod est corpus sanctum.

Esai. 58.

Ipse enim dominus factus est thuribulū, ex quo deus odorē suauitatis accepit, & propitius factus est mūdo, quia obtulit se ipsum in odorē suauitatis. Et accepit angelus thuribulū, & impleuit illud ex igne altaris. Accepit Iesus corpus, id est, Ecclesiā, & perficiēdo patris voluntatē, impleuit illam igne spiritu sancti. Et factæ sunt voces & tonitrua, & fulgura, & terræ motus. Omnia hæc spiritualis sunt Ecclesiæ, prædicationes & virtutes. Et septē angeli, qui habebāt septem tubas, præparauerūt se vt tuba canerent, id est, Ecclesia præparauit se ad prædicandū.

Ephes. 4.

Et primus tuba cecinit, & facta est grando & ignis mixtus sanguine. Facta est ira dei, quæ haberet in se multorū necem. Et missa est in terrā, & tertia pars terræ cōbusta est, & tertia pars arborū, & omne fœnū viride cōbustum est. Quod est terra, hoc & arbores, hoc fœnum, id est, homines. Fœnū autem viride carnē intellige sanguineā & luxuriosam: secūdū illud, Omnis caro fœnū, Et secūdus tuba cecinit, & velut mons magnus ardens missus est in mare. Ardens mōs diabolus est. Et quod tertia pars terræ, vel arborū, hoc tertia pars maris. Et arbores habentiū animas dicit, vt ostenderet in carne viuos, sed spiritualiter mortuos. Et etiam tertiā partē animarū corruperunt doctrina sua, hæretici corruperunt eos, qui illis acquirerūt. Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de cælo stella magna ardens velut facula. De Ecclesia dicit cecidisse homines superbos & impios. Magnā vero stellam dicit, quia personæ malorū, & potestatem, vel diuitias habentiū. Et nomen huius stellæ dicit absynthiū. Tertia pars hominum facta est similis stellæ, quæ super illā cecidit. Et multi hominū mortui sunt ab aquis, quoniam amaricauerunt aquæ. Homines mortui sunt ab aquis, hoc in his, qui rebaptizantur manifeste intelligi potest. Et quartus tuba cecinit, & percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ, & stellarū. Sol & luna & stellæ Ecclesia est, cuius tertia pars percussa est. In tertia parte intelliguntur omnes mali. Percussa est autē, id est, suis malis tradita & voluptatibus, vt redundantibus & inoleſcētibus peccatis, suo tempore reuelaretur. Et vidi & audiui vocē vnus aquilæ volantis in medio cæli, & dicentē, Væ væ væ habitātibus in terra. Aquilā Ecclesiā intelligit volantē in medio cæli, id est, in medio sui discurrentē, & plagas nouissimi tēporis magna voce prædicat. Quando enim sacerdos diē iudicij annūciat, aquila in medio cæli volat. Sicut ergo su prædictum est, alium angelum, quē dixit ascēdit ab ortu solis, Ecclesia est ascendens ab ortu solis, id est, à passione vel resurrectione domini. Quod autē dicit, Ne laferis terrā neq; mare. Hoc quotidie prædicandū malis

Esai. 40.

7. Ioh. 1.

C Multi hominū mortui sunt ab aquis, quoniam amaricauerunt aquæ. Hoc in his, qui rebaptizantur intelligi potest. Quod autē canente quarto angelo, solis & lunæ & stellarū tertia pars percussa est: in his Ecclesia intelligitur, in qua quotidie, qui mali vel sc̄ti sunt, persudante diabolo peccatorū vulneribus percutiūt in aia. Quod autē dicit, Aquilā volatē in medio cæli & clamantē, væ væ væ: Ecclesiā intelligi voluit volatē in medio cæli, id est, in medio sui, & per assiduitatē prædicationis plagas nouissimi tēporis annūciat. Quādo enim sacerdos in Ecclesia dei diem iudicij annūciat, aquila in medio cæli volat. Concedat diuina pietas, vt dum & sacerdotes student iugiter prædicare, & populi ea quæ prædicantur fideliter adimplere, simul mereantur ad æterna peruenire: præstante domino Iesu Christo, Qui viuit & regnat.

Homilia. VII.



M Odo fratres charissimi, cum Apocalypsis legeretur audiui, quia Quinto angelo tubæ canente, stellæ de cælo ceciderunt super terram. Vna stella est corpus multorū cadentiū per peccata. Et data est ei clavis putei abyssi. Stella abyssus, puteus homines sunt: ergo stella cecidit de cælo, id est, populus peccator de Ecclesia. Et accepit clauem putei abyssi, id est, potestātē cordis sui, vt aperiat cor suū in quo diabolus

Genes. 4.

**G** diabolus delegatus non cōpescatur, vt faciat voluntatem suam. Et aperuit puteū abyssi, id est, manifestauit cor suum sine vllō timore, vel pudore peccandi. Et ascēdit fumus de puteo: id est, de populo ascendit, quod cōoperit & obscurat Ecclesiā: ita vt dicatur, Et obscuratus est sol, & aer de fumo putei. Obscuratū dixit solē, nō occidisse. Peccata enim malorū & superborū hominum, quæ passim cōmittuntur per orbē, obscurāt solem, id est, Ecclesiā, & sanctis ac iustis interdum faciunt obscuritatem, quia tantus est malorum numerus, vt aliquotiens vix inter eos appareant iusti. Sicut, inquit, fumus fornacis magnæ. Et ex fumo putei exierunt locustæ in terram, & data est eis potestas, sicut habet potestatem scorpionij, id est, veneno lædere. Et præceptū est illis ne læderent forum terræ, neq; omnem arborē, neq; homines: & datum est eis ne occiderent eos. Et quia duæ partes sunt in Ecclesia, bonorum, scilicet & malorum: vna pars sic percutitur vt corrigatur, alia voluptatibus suis relinquitur. Pars bonorū humiliationi traditur ad cognitionem iustitiæ dei, & cōmemorationem penitentia: sicut scriptū est, Bonum mihi, quia humiliasti me, vt cognoscam iustificationes tuas. Datū est illis ne occiderēt, sed vt cruciarent, & cruciatus eorum sicut cruciatus scorpionij cum percutit hominē. Hoc tunc fit, quādo diabolus per vitia, vel per peccata, venena propinat. Et quarent homines mortē, Mortem vero requiē dixit. Quarent vtiq; mortē, sed malis, id est, tribulationibus, vt ipsi requiescant dū mala moriūtur. Super capita, inquit, eorum tanq; coronæ similes auro. Ecclesia superius descripta in vigintiquatuor senioribus, qui habet coronas aureas, isti autem similes auro, hæreses sunt quæ imitātur Ecclesiā. Et habebāt capillos sicut capillos mulierū. In capillis mulierū non solū sexū effeminauūt, sed vtrūq; sexum voluit intelligere & ostendere. Et habebāt caudas similes scorpionis, & aculei in caudis eorū. Caudas, hæreticorū præpositos dicit, sicut scriptū est, Propheta docens mendacium, hic est cauda. Qui sunt pseudoprophetae, & hi crudelia regū iussa implent. Habentes super se regem angelum abyssi. Id est, diabolum vel regem seculi. Abyssi populus est. Cui nomē Hebraice abaddon, Graece apollion, Latine perdens, Væ vnum abiit, & ecce duo vè venient. Post hæc sextus angelus tuba cecinit.

Psal. 108.

**H**inc incipit nouissima prædicatio. Et audiui vnum ex quatuor angelis altaris aurei, quod est in conspectu dei, dicentem sexto angelo, qui habebat tubā, Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate. Altare, quod est in cōspectu dei Ecclesiā vult intelligi, quæ in tempore nouissimæ persecutionis audeat verba crudelissimi regis, aut iussa cōtemnere, & ab obtēperantibus discedere. Solue quatuor angelos in flumine Euphrate. Flumen Euphratem peccatorē populū dixit, in quo satanas & propria voluntas ligata est. Euphrates autē fluius est Babylonis, sicut Hieremias in medio Babylonis submittit librum in Euphratem. Et soluti sunt quatuor angeli, id est, inchoata est persecutio: Parati in horā & diem & mensē & annum, vt occiderēt tertiam partem hominum. Hæc sunt quatuor tēpora triēnij, & pars temporis. Et numerus, inquit, exercitū bestiarū, myriades myriadum, audite numerū eorum: Sed non dixit, quid myriadum, vt occiderent tertiam partē hominum, hoc est, superborū, pars tertia, de qua descendit Ecclesia. Et vidi in visione equos, & qui sedebant super eos habebāt loricas igneas & hiacynthinas ac sulphureas. Equos homines dicit, seffores spiritus nequam armatos igne & sulphure. Et capita eorum erant sicut

Esa. 5.

Hiere. 51.

leonum, Ad sauendum in persecutione. Ex ore eorū K exiuit fumus, ignis & sulphur. Id est, blasphemiarū de ore eorum contra deum egrediuntur. Caudæ eorum similes serpentibus. Caudas, præpositos dicit: capita, principes mundi. Et in his nocet. Diabolus, & sine his nocere non potest. Aut enim sacrilegi reges male iubendo, aut sacrilegi sacerdotēs male docendo nocent. Et vidi, inquit, alium angelum fortē descendentem de cælo, amictum nube, & iris, id est, arcus, In capite eius, & facies eius erat vt sol. Amictus nube dominus intelligitur, amictus Ecclesia. Legimus enim sanctos nubes, sicut Esaias dicit, Qui sūt hi, qui vt nubes volāt. Indutū itaq; nube spiritali & sancto corpore Christum intellige. Et iris super caput eius. Id est, vel iudiciū quod fit & quod futurum est, vel promissio perseverans. Ecclesiam enim describit in domino, dicens, Et facies eius sicut sol, id est, de resurrectione: sicut enim sol apparuit quando a mortuis resurrexit. Et pedes eius sicut columbæ ignis. Pedes, Apostolos dicit, per quos in vniuerso mundo doctrina eius discurrit. Aut certe quia pes nouissima pars corporis est, Ecclesiam dicit post ignem nouissima persecutionis futuram sanctorū claritatem. Et posuit pedē suum dextrū super mare, sinistrum autē super terram. Id est, ad prædicandum trans mare, & in vniuerso orbe terrarū. Et clamauit voce magna, quæadmodū cum leo rugit. Id est, fortiter prædicauit. Et cum clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas. Quæ sunt & septē tubæ. Et audiui vocem de cælo dicentē, Signa quæ locuta sunt septē tonitrua, noli ea scribere. Propter obtundendos, vt non passim omnibus impiis pateant verba dei. Alio deniq; loco propter seruos suos, Ne signaueris, inquit, verba prophetiæ huius: & ostendit, quibus signari iusserat, & quibus non, Qui perseverauerit, inquit, nocere, nocet: & qui in fordidis est, fordescat adhuc, hoc est, propterea in similitudinibus loquor illis, vt qui iustus est, iustiora faciat: & qui sanctus est, sanctiora, hoc est, vestri fideles oculi, quoniā vident, & aures quoniā audiēt. Istis non sunt signata verba libri, malis autem signata sunt. Et iurauit angelus ille, quoniā tempus iam non erit. Sed in diebus septimi angeli, cum cōperit tuba canere. Septima tuba finis est persecutionis & aduentus domini, propterea dixit Apostolus in nouissima tuba fieri resurrectionē. Quod autē sicut supra dictū est, Quinto angelo tuba canente, iterum stellam dixit cecidisse de cælo: Etiam & hæc stella corpus est multarum stellarū de cælo, id est, de Ecclesia cadentium: & significat superbū populū & impiū. Quod autem Data est ei clauis abyssi, Dimissus est ei in potestatem cordis sui, vt aperiat cor suum diabolo, & absque vlla reuerentia exerceat omne malū. Quod autē Ascendit fumus de puteo, id est, de populo malo: Et obscurauit solē & lunā. Obscuratum solem dixit, non occidisse, hoc ideo, quia peccata malorum & superborum hominum obscurare videntur solem, dum sanctis & iustis interdū per multas tribulationes faciunt obscuritatem, sed lumen eorū extinguere non possunt, quia illis ad malum consentire non acquiescunt. Quod autem dixit, Ex fumo putei exiit locustas, & accepisse potestatem ledendi, & datum est eis ne occiderēt eos: Hoc ideo, quia duæ partes sunt in Ecclesia, bonorum, scilicet & malorum. Vna pars sic percutitur vt corrigatur, alia voluptatibus suis relinquitur. Quod autem dicit, Cruciatus eorum sicut cruciatus scorpionij cum percutit hominē, Hoc tunc fiet, quādo diabolus luxuriosis hominibus per vitia & peccata in modum scorpionij venena propinat. Et super capita eorum

Esaie. 60.

L

Apo. 22.

M

1. Cor. 15.

**A** eorum tanquam coronæ similes auro. Vigintiquatuor seniores, in quibus Ecclesia descripta est, coronas habebant aureas. Isti autem similes auro, hæreses scilicet quæ imitantur Ecclesiam. Quod autem capillos habebant mulierum. In capillis non solum sexum effeminauunt, sed etiam vtrūq; sexum ostendit. In caudis earum. Quæ erant tanquam scorpionij, duces vel principes hæreticorum intelliguntur, sicut scriptum est, Propheta docens mendacium, hic est cauda. Habebant super se regem abyssi. Id est, diabolum. In abyssu populus malus intelligitur, cui diabolus dominatur. Altare, quod dixit esse in conspectu dei, Ecclesiam vult intelligi, quæ velut aurum purgatum tempore nouissimæ persecutionis audet crudelissimi regis iussa contemnere, & ab obtēperantibus discedere. Quod autem dicit, Quatuor angelos ligatos in flumine Euphrate. Populū peccatorem significat, in quo satanas & propria voluntas ligata est. Euphrates autem est fluius Babylonis, quæ interpretatur confusio: vnde ad ipsum fluium pertinent quicunq; res confusione dignas exercent. Quod dicit se Vidisse equos, & qui sedebant super ipsos, habebant loricas igneas & hiacynthinas & sulphureas. Equos superbos homines dicit, seffores eorum diabolū & angelos eius. Quod autem dicit, Capita eorum vt leonum, Propter violentiam & perfectionem illorum hominum dictum est. Et ex ore eorum exiit ignis, fumus & sulphur. Id est, blasphemiarū de eorum ore contra deum egrediuntur. In caudis quæ erant similes serpentibus. Sicut iam supra dictum est, principes sunt aut præpositi hæreticorum, per quos lædere consuevit diabolus. Aut enim sacrilegi reges male iubendo, aut sacrilegi sacerdotes male docendo nocent.

Esaie. 9.

Esaie. 60.

Math. 7.

Apo. 22.

Angelum quem dixit amictum nube, Dominus & saluator noster est, amictus nube, id est, Ecclesia: quia de sanctis scriptum est, Qui sunt isti qui vt nubes volant? Quod autem dicit, Facies eius vt sol, propter resurrectionem domini dixit. Sicut sol enim apparuit, quando a mortuis resurrexit. In pedibus eius qui erant sicut columna ignis, Apostoli figurati sunt, per quos in vniuerso mundo doctrina eius discurrit. Quod autem Posuit pedem suum dextrum super mare: hoc significauit, quod prædicatio eius vsque trans mare in vniuerso mundo itura erat. Quod autem Velut leo rugiendo clamauit: hoc ideo, quia ex potestate fortiter prædicauit. Quod autem dicit, Signa quæ locuta sunt septem tonitrua: propter obtundendos dictum est, de quibus in Euangelio, Nolite sanctum dare canibus: id est, vt non passim omnibus impiis pateat verbum dei. Alio denique loco propter seruos suos dixit, Ne signaueris, inquit, verba prophetiæ huius. Et ostendit quibus signari iusserit, & quibus non. Qui pseuerauerit, inquit, nocere nocet: & qui in fordidis est, fordescat adhuc. Ecce quibus signatum est verbum dei. Propterea in similitudinibus loquitur illis, vt qui iustus est, iustiora faciat, similiter & sanctus sanctiora. Ecce quibus non est signatum. Quam ob rem oremus, vt etiam implere dominus per suam pietatem dignetur, Qui cum patre & spiritu sancto viuit & regnat, Amen.

Homilia VIII.

**M**OX de cælo, Imperium est dei, qui Ecclesia cor tangit, & iubet percipere eam quæ Ecclesia aperto libro futuram pacem prædicauit. Et abij ad angelum, vt daret mihi librum. Hoc ex persona Ioannis Ecclesia dicit, desiderans perdoceri. Et tunc dixit mihi, Accipe & comede illum, id est, Tomus nonus.

tuis visceribus pande, & describe in altitudine cordis: Et faciet amaricari ventrem tuum, sed in ore tuo erit tanquam mel dulces: id est, cum perceperis, oblectaberis eloquij diuini dulcedine, sed amaritudinem senties, cum prædicare & operari cōperis quod intellexeris: sicut scriptum est, Propter verba laborum tuorum custodiui vias duras: & aliter, Erit, inquit, in ore tuo dulce vt mel, & in ventre amaritudo. In ore intelligitur boni & spiritales Christiani, in ventre carnales & luxuriosi. Inde est quod cum verbum dei prædicatur, tunc spiritualibus dulce est: carnalibus vero, quorum secundum Apostolum deus venter est, amarum videtur & asperum. Et data est mihi arundo virgæ similis, dicens, Surge & metire templum dei & altare, & adorantes in eo. Ecclesiam iubet recenseri, & præparari ad vltimum, & adorantes in eo. Sed quia non omnes qui videntur adorant: ideo dixit, Atrium quod est foris templum, eice foras, & ne metieris illud. Ipsi atrium sunt qui videntur in Ecclesia esse & foris sunt, siue hæretici, siue male viuentes catholici: Quoniam datum est gentibus, & ciuitatem sanctam calcabunt mensibus duodecim. Qui excluduntur, & quibus dabitur, vtrique calcabunt eam. Et dabo duobus testibus meis: id est, duobus testamentis. Et prophetabunt diebus mille diecentis sexaginta. Duobus testibus meis, id est, Christianis prædicent, dies mille ducentos sexaginta nouissima persecutionis dixit, sed futura pacis & totius temporis a domini passione, quoniam vtrūq; tempus totidem dies habet, quod suo in loco dicitur. Saccis, id est, ciliciis amicti, quod in Εξομολογησιν, id est, ex confessione sint constituti, quia sensu humilitatis dixit facis amictos: deinde ostendit qui sunt hi duo testes, dicens, Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu terræ dei stantes. Hi sunt qui stant, non qui stabunt. Duo candelabra Ecclesia est, sed pro numero testamentorum duo: sicut quatuor angelos dixit Ecclesiam, cum sint septem pro numero angelorum terræ. Ita & septem candelabra, si vnum vel amplius pro locis nominet, tota Ecclesia est: nam Zacharias vnum candelabrum vidit septiforme, & has duas oliuas, id est, testimonia infundere oleum candelabro, hoc est, Ecclesia, sicut sunt ibidem septem oculi, septiformis gratia spiritus sancti, qui sunt in Ecclesia inspicientes totam terram. Et si quis eos vult lædere vel occidere, ignis exiet ex ore eorum, & deuorabit inimicos eorum, id est, si quis Ecclesiam vel lædit vel lædere voluerit, precibus oris eius diuino igne aut in presenti ad correctionem, aut in futuro seculo ad damnationem consumetur. Hi habent potestatem claudere cælum nubibus, ne pluat in diebus prophetiarum eorum. Habent aut, non habebunt. Hoc ideo dicit, quia tempus quod nunc agitur significauit. Sed & spiritaliter cælum clauditur, ne imbrem pluat, id est, ne occulto, sed tamen iusto iudicio dei super sterilem terram de Ecclesia benedictio descendat. Et cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendet de abyssu faciet cum eis pralium. Aperte hæc omnia ostendit ante nouissimam persecutionem fieri, cum dicit, cum finierint testimonium suum: vti que illud quod præbent vsque ad reuelationem Christi. Et vicit eos & occidit. Vincit in eis qui succubuerint: occidit in eis qui confessi deum fuerint. Et corpus eorum proicitur in plateis ciuitatis magna. Duorum dicit vnum corpus, aliquando corpora, vt & numerum testamentorum seruaret, & Ecclesiam vnum corpus ostenderet, quomodo est illud, Proiecasti sermones meos

Psal. 46.

Philip. 4.

E

Zach. 4.

F

Psal. 49.

t meos

**G** meos retro. In plateis ciuitatis magnæ, id est, in medio Ecclesiæ. Et vident de populis tribus & linguæ corpus eorum, per dies tres & dimidium, id est, annos tres & menses sex. Misceat enim tempus nunc præsens, nunc futurum, sicut & dominus dicit, Veniet hora, vt omnis populus qui occiderit vos arbitretur obsequium se præstare deo, & nunc est & veniet. Et corpora eorum non sinet poni in monumento, Votum eorum & impugnationem, non quo valeant facere ne sit Ecclesiæ in memoria, sicut & illud, Nec vos intratis, nec alios finitis intrare, cum multi introierunt etiam illis impugnantibus. Sic ergo non sinunt poni in monumento. Et habitantes in terra gaudent super eos, & epulantur, & munera inuicem mittunt inter eos. Hoc semper factum est, & nunc inuicem mittunt, & nouissime gaudebunt & epulabuntur. Quotiens enim iusti affliguntur, exultant iniusti & epulantur. Quoniam hi duo prophete cruciauerunt eos. Per plagas quæ pro contemptu testamentorum dei humanum genus affligunt. Denique etiam ipse visus iustorum grauat iniustos, sicut ipsi dicunt, Grauis est nobis etiam ad videndum. Gaudebunt autem vbiunque veluti iam nihil habuerunt, quod impatienter ferant, disturbatis & occisis iustis, & eorum hæreditate possessa. Et post dies tres & dimidium spiritus vitæ a deo intrauit in illos. Iam dictum est de diebus hucusque futuris, angelus narrauit, & inducit factum quod futurum audit.

Et steterunt super pedes suos, & timor magnus super illos cecidit, & audiui vocem magnam de cælo dicentem, Ascendite huc, Et ascenderunt in cælum in nube. Hoc est quod Apostolus dixit, Rapiemur in nubibus obuiam Christo. Ante aduentum autem domini nulli hoc posse contingere scriptum est, Initium Christus, deinde hi qui sunt Christi in aduentu eius. Vnde excluditur omnis suspicio quorundam, qui putant hos duos testes duos viros esse, & ante aduentum Christi cælum in nubibus ascendisse. Quomodo autem potuerunt habitantes terram de duorum nece gaudere, cum in vna ciuitate morerentur, & munera inuicem mittere, si tres dies sunt, quo antequam gaudeant de nece contristabuntur: de resurrectione autem quales epulæ aut voluptas esse potest in plateis epulantium cadauera humana, epulis morborum triduanum foetorem reddentium: vnde nos dominus liberare dignetur, Amen.

Homilia IX.

**V**OD audiui fratres in lectione quæ recitata est, quia in illa hora factus est terræ motus magnus. In illo terræmotu persecutio intelligitur, quam diabolus per malos homines exercere consuevit. Et decima, inquit, pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terra nomina virorum septem milium. Et denarius & septenarius perfectus est numerus. Quod si non esset, a parte totum intelligendum erat. Duo sunt enim ædificia in Ecclesiâ, vnum supra petram, aliud supra arenam. Quod supra arenam est, dicitur cecidisse. Et ceteri timuerunt, & dederunt claritatem deo. Qui supra petram ædificati sunt, cum illis qui super arenam erant cadere non potuerunt. Ideo autem dixit, timuerunt, quia videns iustus peccatorum interitum, plus accenditur in obseruatione præceptorum, sicut dicitur, Et lauabit manus in sanguine peccatoris. Et apertum est, inquit, templum dei in cælo. Id est, in Ecclesiâ incarnationis Christi mysteria patefacta sunt: vnde ostenditur Ecclesiâ cælum esse.

Et visa est arca testamenti eius in templo eius. Id est, intellectum Ecclesiâ esse arcam testamenti.

Et facta sunt fulgura & tonitrua & terræmotus. Hæc omnia, virtutes prædicationis & conuersionis & bellorum Ecclesiæ. Et signum magnum est in cælo visum, mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius. Ecclesiâ dicit partem suam, id est, homines factos & malos Christianos sub pedibus habere. Et in capite eius corona stellarum duodecim. Ista duodecim stellæ duodecim Apostoli intelligi possunt. Sole autem amicta spem resurrectionis signat, propter illud quod scriptum est, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Draco magnus rufus, diabolus querens Ecclesiâ natum deuorare, habens, inquit, cornua decem & capita septem. Capita reges sunt, cornua vero regna. In septem enim capitibus omnes reges, in decem cornibus omnia regna mundi dicit. Et cauda eius trahebat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram. Cauda, propheta iniqui sunt, id est, hæretici, qui stellas cæli iteratum baptismum adherentes sibi deiiciunt in terram. Ipsi sunt sub pedibus mulieris. Multi, homines illos esse æstimant, quos sibi consentientes diabolus fecit sodales: multi, angelos qui cum illo quando cecidit præcipitati sunt. Parturiens cruciatur vt pariat. Per omne tempus quotidie perit Ecclesiâ in prosperis & in aduersis. Et draco stetit ante mulierem quæ erat paritura, vt cum peperisset filium eius deuoraret. Semper enim in cruciatibus parit Ecclesiâ Christum per membra, semper & draco querit deuorare nascentem. Et genuit mulier filium masculum, id est Christum. Deinde corpus eius, id est, ecclesiâ, semper generat Christi membra. Masculum autem dixit victorem aduersus diabolum. Et mulier sit git in eremum. Mundum istum non incongrue eremum accipimus, vbi vsque in finem Christus ecclesiâ gubernat & pascit, in qua ipsa ecclesiâ superbos & impios homines tanquam scorpiones & vipers, & omnem virtutem satanæ per Christi adiutorium calcet & conterit. Et factum est bellum in cælo, id est, in Ecclesiâ. Michaël & angeli eius pugnabant cum dracone. Michaëlem Christum intellige, & angelos eius, sanctos homines. Et draco pugnavit & angeli eius. Id est, diabolus & homines voluntati eius obtemperantes: nam abit vt credamus diabolum & angelos eius in cælo ausos esse pugnare, qui in terra vnum Iob ausus non est tentare, nisi cum a domino postulare vt laderet.

Et non valuerunt, neque locus eorum inuentus est amplius in cælo. Non est inuentus locus eorum in hominibus sanctis dixit, qui credentes semel expulsum diabolum eiusque satellites amplius non recipiunt, sicut Zacharias dixit, vt semel exterminata idola amplius non recipiant loca. Et expulsus est draco magnus, anguis antiquus qui dicitur diabolus satanas, & angeli eius cum eo. Diabolus & spiritus immundi omnes cum suo principe de sanctorum cordibus expulsi sunt in terram, id est, in homines qui terrena sapiunt, & totam spem suam in terrâ constituunt. Et audiui vocem magnam de cælo dicentem, Modo facta est salus & virtus & regnum dei nostri. Id est, ecclesiâ: ostendit in quo cælo ista fiant. Apud dominum semper fuit & est virtus & regnum & potestas filij eius. Sed in ecclesiâ dixit per victoriam factam Christi salutem: quam videntes illi, de quibus dominus dixit, Multi iusti & prophete cupierunt videre quæ videtis, dixerunt, Modo facta est salus domini nostri. Quoniam exclusus est accusator fratrum nostrorum, &c. Si autem, vt quidam putant, angelorum vox est in cælo superiore, & non sanctorum in ecclesiâ, non dicerent accusator fratrum nostrorum, sed accusator noster, nec accusat sed accusabat. Quod si iusti in terra positos appellauerunt angeli fratres suos, non erat gaudium mistum esse diabolum in terra, quem molestiorem possunt experiri sancti secum in terris positum, quam si, vt dicitur, adhuc esset in cælo: sic enim terra maledicunt dicentes, Væ tibi terra & mare. Id est, qui cæli non estis, Quia descendit ad vos diabolus, habens iram magnam, sciens quia breue tempus habet. Descendit, inquam, vt allegoriam seruem. Ceterum omnes in cælo sunt, id est, in ecclesiâ, quæ iuste cælum dicitur, vnde deiectus a sanctis diabolus descendit in suos, qui pro amore terreno terra sunt. Deinde autem de cælo non sic dixi, quod in hominibus fieret iam cælum factum, sed quod sunt, non quod fierent: non enim possunt sancti cælum factum fieri, nisi diabolo excluso. Non ergo primo nomine, sed secundo appellauit eos cælum. In quibus vltra diaboli locus inuentus non est. De quo periculum nos dominus sub sua protectione liberare dignetur, Qui viuunt &c.

Homilia X.

**M**ODO fratres charissimi audiui, quia cum vidisset draco quod de sanctis exclusus esset in terram, id est, de cælo in peccatores, persecutus est mulierem quæ peperit masculum. Quanto enim diabolus de sanctis deuicitur, tanto magis eos persequitur. Et data sunt mulieri, id est, ecclesiâ, Duæ alæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum locum, vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis a facie serpentis. Tempus & annus intelligitur, & centum anni. Duæ alæ magnæ, duo sunt testameta ecclesiâ, quæ accipit quibus serpentem euaderet in eremum. In locum suum dixit, id est, in hoc mundo serpentes & scorpiones habitant, quia illic dictum est, sicut dominus dicit, Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum: & Ezechieli dicitur, Fili hominis inter scorpiones habitas. Et misit serpens ex ore suo post mulierem aquam, id est, violentiam persecutorum. Et audiuit terra mulierem, & aperuit os suum & absorbit flumem. Flumen terram sanctam dicit, id est, sanctos. Quoties enim persecutiones ecclesiâ irrogantur, sanctæ terræ precibus, id est, omnium sanctorum orationibus aut amouentur, aut temperantur: nam dominus noster Iesus Christus qui interpellat pro nobis has persecutiones remouet, cum ipsa terra sedet a dextris virtutis dei. Item aliter, mulierem volasse in desertum, ipsam ecclesiâ intelligit, in qua in nouissimo tempore super Heliam cre ditura est synagoga. Alæ duæ aquilæ magnæ, vult intelligi prophetas, scilicet Heliam, & qui cum eo venturus est: aqua emissa de ore draconis, exercitum persecutorum eam significat: absorpta aqua, de persecutoribus facta vindicta. Et iratus est draco in mulierem, & abiit bellum facere cum reliquis de semine eius. Et cum vidisset non posse continuari persecutiones quas per paganos solebat immittere, eo quod de ore eius sanctæ terræ, id est, orationibus sanctis remouerentur, hæretes concitauit. Et stetit super arenam maris, id est, super multitudinem hæreticorum. Et vidi ascendentem bestiam de mari, id est, de populo malo. Ascendentem dixit, hoc est, nascentem, sicut flos in bonam partem de radice Iesse ascendit. Bestiam ascendentem de mari, impios dicit, qui sunt corpus diaboli. Et bestia quam vidi similis erat pardo, & pedes eius sicut vris,

os eius sicut leonis. Pardo, propter varietatem gentium similitudine: vris, propter malitiam & vesaniam: leoni, propter virtutem corporis, & linguæ superbiam. Et quia temporibus Antichristi cum varietate gentium & populorum regnum illius erit commixtum, pedes tanquam vris duces eius, os eius, visio eius: Et dedit ei draco virtutem suam. Sicut videmus modo hæreticos esse in hoc seculo potentes qui habent virtutem diaboli, sicut quondam pagani, ita nunc illi vastant Ecclesiâ. Et vidi vnum ex capitibus eius quasi occisum. Hæretici sunt qui simulant se confiteri Christum, & dum non sic credunt vt fides catholica habet, blasphemant cum eum & occisum prædicent resurrexisse, quia ipse satanas transfiguratur se in angelum lucis. Et aliter occiduntur hæreses per catholicos, cum in scripturarum testimoniis opprimuntur, sed illi nihilominus quasi satanæ plaga rediuiui peragunt opera satanæ, & non cessant blasphemare, & ad dogma suum quos possunt attrahere. Et mirata est omnis terra secuta bestiam, & adorauerunt draconem qui dedit potestatem bestie, vtique habent potestatem hæretici, sed præcipue Arriani: Et adorauerunt bestiam dicentes, Quis similis bestie, aut quis poterit pugnare cum ea. Hoc ideo quia sibi blandiuntur hæretici, quod nullus melius credat illis, & quod nullus vincat populum ipsorum, qui bestie nomine censentur, cui datum est ab ipso diabolo, & a deo permissum est vt loquatur magna & blasphemias, sicut dicit Apostolus, Oportet hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti sint in vobis. Et data est potestas facere menses quadraginta duos. Tempus nouissimæ persecutionis in istis duobus mensibus intelligitur. Deinde aperuit os suum in blasphemiam ad deum. Hic manifestum est illos significari qui de ecclesiâ recesserunt catholica, vt qui ante occulte intra ecclesiâ quasi fidem rectam tenere videbantur, in persecutione aperto ore in deum proferant blasphemiam. Et in tabernaculo eius qui in cælo habitant. Id est, in sanctis qui intra ecclesiâ continentur, quæ cælum est nuncupata, quia & ipsi tabernaculum dei sunt. Et datum est ei bellum facere cum sanctis & vincere eos. A toto partem intelligimus, quæ vinci potest: non enim boni Christiani, sed illi qui mali sunt vincuntur. Et data est ei potestas super omnem tribum & linguam, & adorabunt omnes habitantes terram. Omnes dixit, sed in terra habitantes, non in cælo. Quorum non est scriptum nomen in libro vitæ agni, signati ab origine mundi. De diabolo dixit vel eius populo, non est scriptum nomen eius in libro vitæ signati ab origine mundi, quia in præscientia dei Ecclesiâ ante præordinata est atque signata. Quod ipse præstare &c.

Homilia XI.

**I**N lectione quæ modo recitata est, fratres charissimi, audiui beatum Ioannem dicentem, Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra. Quod est mare, hoc est terra. Et habebat cornua duo similia agni. Id est, duo testameta agni, quod est ecclesiâ. Et loquebatur vt draco. Hæc est illa quæ sub nomine Christiano agnum præfert, vt draconis venena latenter infundat, hæc est hæretica ecclesiâ: agni enim similitudinem non imitaretur, si aperte loqueretur. Nunc Christianitatem fingit quo securus incautos decipiat, propterea dominus dicit, Cauete a pseudopropheta, &c. Et facit terram & eos qui in ea sunt, vt adoret bestiam priorem, cuius curata est plaga mortis

Ioan. 16.

Math. 23.

Sapient. 2.

1. Thess. 4.

1. Cor. 15.

Math. 13.

Math. 10. Ezech. 2.

Math. 13.

Psal. 52.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

F

Math. 7.



**G** eius, & faciet signa magna ut ignem faciat descendere de celo in terra.) Et quia celum ecclesia est, quid est ignem de celo descendere in terram, nisi hæreses de ecclesia cadere: sicut scriptum est, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Ignis enim de celo descendit, quando hæretici, qui de ecclesia velut ignis recedunt, ipsam ecclesiam persequuntur. Bestia ergo cum duobus cornibus facit, vt simulacrum bestiae, id est, vt populus adoret diaboli adinventionem. Vt dent eis notam super manum eorum dexteram, & super frontem eorum.) Mysteriū enim disputat facinoris: sancti enim qui sunt in ecclesia, Christum accipiunt in manu & in fronte: hypocritæ autē bestiam sub Christi nomine. Sed qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, nec acceperunt inscriptionem in fronte aut in manu sua, occidentur.) Non abhorret à fide, vt bestia ipsa impia ciuitas intelligatur, id est, congregatio vel conspiratio hominum impiorum vel superbiorum, quæ Babyloniam dicitur, & interpretatur confusio, & ad ipsam pertinent quicunq; res confusione dignas exercere voluerunt. Ipse est populus infidelium contrarius populo fideli & ciuitati dei. Imago vero eius simulatio est in eis videlicet hominibus, qui velut fidem catholicam profitentur, & infideliter viuunt: fingunt enim se esse quod non sunt, vocanturq; non veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani: de quibus Apostolus dicit, Habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, quorum non parua portio in ecclesia catholica continetur. Iusti autem non adorant bestiam, non consentiunt, non subiiciuntur, neque accipiunt inscriptionem, notam scilicet criminis in fronte propter professionem, in manu propter operationem. Sic ergo facient, Vt nemo possit mercari nisi qui habet nomen aut notam bestiae aut numerum eius. Hic sapientia est, qui habet intellectum, compute numerum bestiae: numerus enim hominis est, id est, filii hominis Christi, cuius nomen in hæreticis sibi fecit bestia. Faciamus ergo numerum quem dixit. Accipiamus in numero, & influentiam nomen vel notam. Numerus, inquit, eius est sexcenti sexaginta sex.) Quem faciamus secundum Græcos, maxime quia ad Asiam scribit. Et ego, inquit, sum alpha & ω. Sexcenti ergo & sexaginta sex Græcis literis sic fiunt vndecim, quæ nota soluta numerus est, redactæ autem in monogramma & notam faciunt & numerum & nomen, hoc signum Christi intelligitur, & ipsius ostenditur similitudo, quam in veritate colit ecclesia. Cui se similem facit hæreticorum aduersitas, qui cum Christum spiritaliter persequantur, tamen de signo crucis Christi gloriari videntur, hoc ideo, quia dictum est, numerus hominis est. Et vidi, & ecce agnus stans in monte Sion, & cum eo centum quadragintaquatuor milia, habentia nomen eius & nomen patris eius scriptum in frontibus eorum.) Aperuit quæ sit imitatio notæ in frontibus, vel dum & dominum & Christum dicit scriptum in frontibus ecclesiae. Et audiui vocem de celo sicut aquarum multarum.) Id est, centum quadragintaquatuor milium. Et sicut tonitruum magni, & vocem quam audiui sicut citharæ eorum citharizantium in citharis suis.) Quod autem dixit, Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati, &c. Virgines hoc loco non solum corpore castos intelligamus, sed maxime omnem ecclesiam, quæ fidem puram tenet, sicut dicit Apostolus, Desponsauit enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo, nulla adulterina hæreticorum cōmixtione pollutam, nec in male blandis & mortiferis huius

mundi voluptatibus vsque ad exitum vitæ suæ absq; remedio penitentiae infœlici perseverantia colligatam. Addit post hoc dicens, Et in ore ipsorum non est inuentum mendacium.) Non dixit no fuit, sed non est inuentum. Qualem enim inuenit dominus cum hinc vocat, talem iudicat: nam aut per baptismum, aut per penitentiam possumus in interiori homine & virgines effici & sine mendacio: nunc iterum recapitulatio. Et vidi, inquit, alium angelum volantem in medio cœli.) id est, prædicationem in medio ecclesiae discurrantem. Habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret habitantibus in terra dicens, Timete deum, &c. Volunt aliqui intelligi angelum volantem in medio cœli Heliam, & alium angelum qui eum sequitur, comitem Heliae, qui eo tempore prædicabit. Et alius angelus secutus est, id est, pacis futuræ prædicationem, dicens, cecidit Babylon.) Babylonem ciuitatem, impiam diaboli congregationem dicit, id est, populum ipsi consentientem, & omnem concupiscentiam & corruptelam, quam in perniciem sui & humani generis exquirunt. Nam sicut ciuitas ecclesia dei est & omnis conuersatio cœlestis: ita contra ciuitas est diaboli Babylon in omni mundo, sicut dicit dominus, Ecce ponam Hierusalem lapidem conculcabilem in omnibus gentibus: ecclesia ergo dicit, Cecidit cecidit Babylon illa magna.) Iam quasi perfectum dicit, quod adhuc futurum erat: sicut illud, Diuiserunt sibi vestimenta mea. Quæ a vino fornicationis suæ potauit omnes gentes.) Omnes gentes ciuitas est mundi, id est, omnes superbi & impij, sicut extra ecclesiam siue in ecclesia constituti. Et vidi, & ecce nubem albam, siue candidam, & super nubem sedentem filium hominis, id est, Christum. Ecclesiam enim describit in claritate sua, præcipue post persecutionem, flammam habentem. Habentem in capite coronam auream.) Ipsi sunt seniores cum coronis aureis. Et in manu habens falcem acutam.) Ista falx separat catholicos ab hæreticis, sanctos a peccatoribus, sicut dicit dominus de messoribus. Si autem putandum est quod ipse specialiter Christus visus est in nube alba, messor qui est vindemiator post eum, idem esse cum suo corpore quod est ecclesia, forte non male sentitur, si istos tres angelos qui exierunt, triforem scripturam intelligamus, iuxta historiam moralem & spiritalem: falcem vero discrepationem. Et misit in torculari iræ dei magnam.) Seipsum misit in torculari iræ dei magnam. Non in torculari magnam, sed ipsum misit in torculari, id est, superbium quæque. Et calcatum est torcular extra ciuitatem.) id est, extra ecclesiam. Facta enim dissensione, foris erit omnis homo peccati. Calcatio autem torcularis, retributio est peccatorum. Et exiit sanguis de torculari vsque ad frenos equorum.) Exiit vltio vsque ad rectores populorum. Vsque enim diabolum & angelos eius nouissimo certamine exiet vltio sanguinis effusi. Per stadia mille sexcenta.) Id est, per omnes quatuor partes mundi. Quaternitas enim est conuoluta, sicut est in quatuor faciebus quadriformibus & rotis: quater enim quadringenti sunt mille ducenti, sub cuius protectione nos dominus liberare dignetur. Qui viuunt, &c.

Homilia XII.

**N** lectioe quæ recitata est fratres charissimi, dicit se sanctus Ioannes vidisse aliud signum in celo magnū & mirabile angelos septem.) id est, Ecclesiam, Habentes plagas septem nouissimas, quoniam in his finita est ira dei.) Nouissimas dixit,

**A** dixit, quia semper percutit ira dei populum contumacem. Septem plagas.) id est, perfecte, sicut ipse deus in Leuitico frequenter repetit, Et percutiam vos septies, propter peccata vestra. Et vidi sicut mare vitreum, fontem baptismi dicit pellucidum, Mixtum igni, id est, spiritui vel tentationi. Et victores bestia super mare vitreum, id est in baptismo, Habentes citharas dei, id est corda laudantium deum. Et cantantes canticum Moysi serui dei, & canticum agni, id est vtrunq; testamentum. Magna & mirabilia opera tua.) Hæc enim sunt in vtroque testamento quod cantant supradicti. Reperit quod proposuerat dicens, Post hæc vidi, Et ecce apertum est tabernaculum testimonij in celo.) Templum ecclesiam iam diximus: sententiam, angelum qui exiit de templo. Et iussit sedenti super nubem imperium esse domini.) Iussio enim eius est, sicut dicit Euangelium, Exiit edictum à Cæsare Augusto. Indutino nouo splendido, & cincti super pectora zona aurea.) Manifeste ostendit in septem angelis Ecclesiam sicut in initio describit in Christo, habentem, inquit, zonam auream super vbera. Et vnum ex quatuor animalibus dedit septem phialas aureas plenas ira dei.) Iste sunt phialæ aureæ, quas cum odore fuerunt seniores & animalia, quæ sunt Ecclesia, qui & septem angeli. Et quod sunt odoramenta, hoc ira dei, hoc & verbum dei. Sed hæc omnia bonis dant vitam, malis inferunt mortem, vt est illud, Aliis odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem. Orationes enim sanctorum, qui est ignis exiens de ore testium, ira sunt mundo & impiis. Hoc ideo, qui superbi & impij non sufficit, quod eos qui sancti sunt non diligunt nec imitantur, verum etiam vbicunq; poterunt eos persequuntur. Omnes istæ plagæ spirituales sunt & in anima fiunt: nam ipso tempore illatus erit omnis populus impius ab omni plaga corporis, quia non meretur in præsentis seculo flagellari, quasi qui acceperit totam sciendi potestatem, sed spiritaliter, id est, voluntaria & mortalia peccata, quæ sunt vlcera in animabus suis, patiuntur omnes impij & superbi. Secundus fudit phialam in mare, & cætera.) Mare, flumina, fontes aquarum, sol, chronus, bestia, fumus, Euphrates, ær, super quem angeli fuderunt phialas, terra sunt & homines, quia omnibus angelis in terram fundere mandatum est, omnes autem plagæ istæ à contrario intelligendæ sunt. Plaga est enim & insanabilis ira magna, accipere potestatem peccandi, maxime in sanctos, nec corripi, adhuc maior ira dei, & errorum fomenta subministrari in iustitia. Hæc plaga ira dei, hæc vulnera transpungunt, gaudere, placere sibi vnumquæque in peccatis: sic prosperitas malorum vlcera sunt animarum, & aduersitas iustorum æternorum sunt præmia gaudiorum. In tertio vero angelo aquarum conuersio in sanguinem.) Omnes angelos populorum intellige, id est, interiores homines in animo viuentes. Quartus angelus effudit phialam suam super solem, & vsti sunt homines visione magna.) Hoc adhuc futurum est in igne gehennæ: nam diabolus in presenti, cum in animo occidat amatores suos, non solum non vrit in corpore, sed quantum permittitur clarificat. Quam claritatem & lætitiā spiritus sanctus plagas definit & dolores. Et blasphemauerunt nomen dei habentis potestatem in his plagis, nec egerunt penitentiam, quia non in corpore, sed in animo percutiuntur plagis istis à deo: ideo deum non recordantur, sed in peius proficiunt, & propterea blasphemauerunt persequentes eos qui sunt sancti dei. Quintus angelus

effudit phialam suam super sedem bestiae, & factum est regnum eius tenebrosum.) Thronus enim bestiae, Ecclesia ipsius est, id est, congregatio superbiorum, qui huiusmodi plagis obcæcantur. Et comedebant linguam suam à doloribus suis.) Id est, sibi nocebunt blasphemantes ex ira deum, quia transpuncti gaudia existimant. Et non egerunt penitentiam, vtique obdurati lætitiā. Et sextus effudit phialam suam super flumen magnum Euphraten, id est super populum, Et exsiccata est aqua eius, vt supra diximus, aruit messis terræ, id est, ad combustionem parata est. Vt præparetur via eorum, qui sunt ab ortu solis, id est Christo. His enim perfectis iusti proficiuntur obuiam solito more prætermissis à septimo angelo.

Homilia XIII.

**S**anctus Ioanes, fratres charissimi, dum de septem angelorum phialis vel plagis loqueretur, prætermissis septimo angelo recapitulat ab origine breuibus dicens, Et vidi ex ore draconis & ex ore bestiae, & ex ore pseudoprophetae spiritus tres immundos in modum ranarum.) Vnum spiritum vidit, sed pro numero & partitione vnus draconis. Draco, id est, diabolus, nam & bestia corpus diaboli. Pseudopropheta, id est, præpositi corporis diaboli vnus spiritus est quasi rana. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa.) Ranae nanque præter horrorem proprium, etiam loco immundo sunt: quæ cum aquarum incolæ & indigenæ videantur, non solum aquarum refugæ & siccitatis impatientes sunt, sed etiam in ipsis aquis, in aquæ sordibus & ceno voluntantur. Sic hypocritæ non in aqua vt putantur degunt, sed in sordibus, quas credentes in aqua deponunt. Ranis etiam similes sunt homines, qui peccata vel crimina, quæ alij per penitentiam, vel per baptismum deponunt, illi sibi volutari non erubescunt, quando aliquis se conuertit ad deum, & poenitet fuisse superbium, adulterum, ebriosum vel cupidum, quod ista peccata, quæ alius confitendo relinquit, imitatur, cogitans apud se dicens, facio quod volo, & postea quomodo agit iste penitentiam, & ego ago, & subito dum ei superuenit vltimus dies, perit confessio, & restat damnatio. Iste qui talis est, dum alios non ad bonum, sed ad malum vult imitari, in luto vnde alius liberatus est, velut rana inuoluitur & volutatur. Ranae ergo significant spiritus dæmoniorum facientes signa, Qui exeunt ad reges totius orbis congregare eos ad bellum diei magni dei.) Diem magnum totum tempus dicit à passione domini, sed pro locis accipiendus est dies. Aliquando diem iudicij dicit, aliquando nouissimam persecutionem, quæ sub Antichristo futura est, aliquando totum tempus, sicut per Amos prophetam dicitur, Vt, inquit, eis qui concupiscunt diem domini.

Et facta sunt fulgura & tonitrua, & terræ motus factus est magnus, qualis non est factus ex quo homines facti sunt. Et fracta est ciuitas magna illa in tres partes.) Hæc ciuitas magna omnis omnino populus intelligitur quisquis est sub celo, qui fiet in tres, & cum Ecclesia diuisa fuerit, cum sint gentiles pars vna, & omnes hæretici & fœsti catholici altera, Ecclesia catholica tertia, sequitur. Et ostendit quæ sint tres partes dicens, Ciuitates gentium ceciderunt, & Babylon illa magna venit in mentem dei dare ei poculum vini iræ suæ. Et omnis insula fugit, & montes inuenti non sunt.) Ciuitas gentium gentes sunt. Babylon abominatio vastationis. Montes & insula Ecclesia est. In ciuitatibus gentium omne munimen & spem gentium dicit cecidisse.

Non enim diuisas habent ciuitates a Christianis, sed ciuitates bonae atque malae in hominibus describuntur. Tunc ergo Babylon cecidit, aut iram dei bibit cum potestatem accepit aduersus Hierusalem, quae est Ecclesia.

Insula inuenta non sunt, id est, non sunt superata. Et grandis magna quasi talentum descendit de caelo super homines. Grandinem iram dei, omnes plagas, istas figuras esse dicit plagarum spiritualium. Et blasphemauerunt homines deum ex plaga grandinis, quoniam magna est plaga eius nimis. Recapitulat iterum dicens, Et venit vnus ex septem angelis, & dixit, veni ostendam tibi damnationem meretricis magna, sedentis super aquas multas, cum qua fornicati sunt reges terrae, id est, omnes terrigenae. Et tulit me in eremo in spiritu, & vidi mulierem sedentem super bestiam. In bestia omnis populus malus intelligitur: in muliere corruptela monstratur: in eremo dicit sedere mulierem, eo quod in impiis in anima mortuis sedeat, & a deo desertis: in spiritu dixit, quia non nisi in spiritu videri potest huiusmodi desertio. Preciosae ornatae. Dixit propter ornamentum luxuriae: nam bestiam super quam sedet, sicut iam dictum est, populum esse dicit, quae sunt & aquae multae, sicut ipse exponit.

Aqua quam vides vbi mulier sedet, populi & turbae sunt, & gentes & linguae. Corrupte iam dicit sedere super populos in eremo. Meretrix, bestia, eremus, vnum sunt. Bestia, vt iam dictum est, corpus est aduersus agnum: in quo corpore nunc diabolus, nunc caput velut occisum, quod significat haereticos, qui velut de morte Christi gloriam videntur, non superbiorum populus accipiendus est. Quod totum Babylonem in tribus spiritibus, qui ex ore draconis velut ranae procedebant. In vno intelligitur diabolus, in alio pseudoprophetae vel repropositi haereticorum: in tertio corpus diaboli, id est, omnes ficti, superbi vel impij Christiani, quorum numerus maximus in Ecclesia continetur. Denique qui tales sunt, ad similitudinem ranarum in omni immunditia & luxuriae sordibus volutantur. Tunc ranis etiam similes sunt homines, qui in peccatis vel criminibus, quae alij per poenitentiam vel baptismum deponunt, volutari non erubescunt, dicentes sibi: Ad praesens impleo voluptates meas, postea quomodo isti conuersi sunt, & ego conuertar ad dominum. Et subito superueniente morte perit confessio, & restat damnatio. Quod dicit, Congregando homines ad diem magnum. Totum tempus dicit a domini passione, vsque ad finem mundi. Iste enim dies quibus suauis est, & qui in eo voluptati & luxuriae seruietes lucra requirunt, in magnam miseriam conuertuntur, quia impletum est in illis illud propheticum: Vae desiderantibus diem domini: per falsam enim & transitoriam dulcedinem preparant sibi aeternam amaritudinem. Potest hoc loco dies magnus intelligi illa desolatio, quando a Tito & Vespasiano obfessa est Hierosolyma, vbi exceptis his qui in captiuitatem ducti sunt, quindecies centena milia mortua referuntur. Quod autem dicit, Congregauit illos Mageddon. Omnes inimicos Ecclesiae voluit intelligi. Denique sequitur, quia dicit, Circumderunt castra sanctorum, & ciuitatem sanctam dilectam, id est, Ecclesiam. Quod autem sequitur, Tonitrua & terrae motus factus est magnus, & fracta est ciuitas magna in tres partes. Ciuitas magna, omnis omnino populus intelligitur, vbi vna pars paganorum, alia haereticorum, tertia Christianorum, in qua sunt etiam hypocritae. Cum enim ex ista tertia parte separati fuerint

boni, tunc illi qui sunt in Ecclesia ficti, illis duabus partibus iuncti, accipiunt iudicium dei, quod etiam in hoc tempore iam ex aliqua parte completur. Tunc enim Babylon cadit, quando potestatem accipiunt mali, vt persequantur bonos qui sunt Ecclesiae. Quod autem Grandis magna sicut talentum descendit de caelo. In grandine ira dei intelligitur, quae etiam antequam veniet dies iudicij, super impios & superbos spiritualiter intus in anima mittitur. Mulierem meretricem quam vidit supra bestiam sedentem in eremo. Ideo dicit in eremo, quia in impiis, id est, in anima mortuis sedeat, & deo desertis. Spiritus dicit, quia non nisi spiritualiter videri potest huiusmodi desertio, quae intus in animo fit. Meretrix, bestia, eremus vnum sunt, quod totum Babylonia intelligitur. Bestia autem, vt iam dictum est, corpus est impiorum aduersus agnum. In quo corpore nunc diabolus, nunc caput velut occisum, quod significat perfidiam haereticorum, qui velut de morte Christi gloriam videntur, cum tamen Christi Ecclesiam iugiter persequantur. Et quia non solum haeretici vel pagani, sed etiam catholici mali, id est, superbi & impij eos, quos in Ecclesia mansuetos & humiles viderint persequuntur, quantum possumus misericordiam dei deprecemur, vt & illos de tam malis actibus ab bonum corrigat, & nobis in bonis operibus felicem perseverantiam pro sua pietate concedat, Qui cum patre, &c.

Homilia XIII.

**M**odo cum diuina lectio legeretur fratres charissimi, audiuimus beatum Iohannem dixisse, Quia viderit mulierem sedentem super bestiam coccineam, id est, peccatricem cruentam, plenam nominibus blasphemiarum. Ostendit multa nomina esse in bestia, id est, in impio. Habentem, vt iam dictum est, capita septem & cornua decem, id est, habentem mundi reges & regna, cum quibus diabolus visus est in caelo. Et mulier, id est, omnis multitudo superbiorum,

Erat circumdata purpura, & ornata auro & lapide precioso. Id est, omnibus illecebris simulatae veritatis. Quid sit denique intra hanc pulchritudinem, sic exponit dicens, Et habens poculum aureum in manu sua, plenum abominatione & immunditia fornicationis eius. Aurum hypocritis est, quia foris quidem apparent hominibus quasi iusti, intus autem pleni sunt omni immunditia: Et in fronte eius nomen scriptum mysterium Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terrae. Nulla est superstitio quae fronti det signum nisi hypocritis. Spiritus autem retulit quid sit scriptum in fronte. Nam quis talem titulum aperte imponeret: mysterium enim dixit esse quod interpretatus est dicens, Et vidi mulierem ebriam de sanguine sanctorum, & sanguine martyrum Iesu. Vnum est enim corpus quod aduersatur Ecclesiae intus ac foris, id est, in Ecclesia ficti Christiani, & extra Ecclesiam haeretici vel pagani. Et licet videatur hoc loco separatum, in persecutione tamen Ecclesiae vnitate spiritus operatur. Impossibile est enim prophetam perire praeter Hierusalem interficientem Prophetas, id est, non potest fieri vt Christiani boni sine Christianis malis aliquam persecutionem patiantur. Sic pro nepote prauorum sensu Zachariam lapidasse accusantur, cum ipsi non fecerint. Et bestia quae fugit, & non est, & futura est, ascensura de abyssu, in perditionem irae dei ibit, id est, ex populo nascetur, vt possit dicere, bestia ex bestia, abyssus de abyssu. Quid est bestia ex bestia, nisi populus malus nascens ex populo malo, hoc fit dum

Math. 23.

Luc. 13.

**A**dum filij mali parentes pessimos imitantur. Et ascendit superstes & in perditionem vadit, sicut & patres sui, ex quibus ascendit etiam non sunt, quia aliis morientibus alij succedunt eis, & sic nunquam desunt, seu in paucis, seu in multis, seu occulte, siue quasi aperte, qui non ab initio semper insidientur Ecclesiae. Quod autem dicit,

Mulierem ascendentem super bestiam coccineam, peccatricem & cruentam, plebe intelligi voluit. Quod autem dicit, Circundatam purpura, & ornata auro & lapide precioso. Ostendit superbiorum & impiorum hominum plebem omnibus illecebris simulatae veritatis repletam. Quod autem Poculum aureum habebat in manu sua plenum abominationum & immunditiarum fornicationis eius. Hypocritae & ficti Christiani intelliguntur: quia foris quidem apparent quasi iusti, intus autem pleni sunt omni immunditia. Quod autem In fronte habebat scriptum, Babylon mater fornicationum. Nulla est superstitio, quae fronti det signum, nisi hypocritis, id est, fingunt se bonos cum sint mali. Quod autem dixit, Ebriam esse mulierem sanguine sanctorum & martyrum Iesu. Vnum corpus malorum intelligere voluit, quod semper aduersatur Ecclesiae intus & foris: quia & in Ecclesia sunt ficti Christiani, & extra Ecclesiam haeretici vel pagani: & licet interdum corpore separentur, vno tamen animo in Ecclesiae persecutione iunguntur. Quod autem dicit,

Bestia fuit & non est, & futura est ascensura de abyssu. Hoc intelligitur quod ex populo malo nascatur populus malus, & possit dicere bestia ex bestia, abyssus de abyssu. Quid est, bestia ex bestia, nisi populus nascens ex populo malo? Hoc fit dum filij mali parentes pessimos imitantur, ac si dum alijs morientibus succedunt alij, nunquam desunt siue in paucis siue in multis, seu occulte siue aperte, qui non ab initio semper insidientur Ecclesiae. De quorum consortio, quia corpore separentur non possumus in hoc seculo, oremus misericordiam omnipotentis dei, vt sic moribus separemur, ne cum illis aeterno supplicio pereamus: sed magis cum illi audierint, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, nos audire mereamur, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, praestante domino nostro Iesu Christo.

Math. 25.

Homilia XV.

**I**n lectione qua recitata est, fratres charissimi, reges illos quos dixit, quod persequuntur Ecclesiam dei, quare quasi reges appellatur, quia velut in somnis regnant. Omnis enim malus qui persequitur bonum, velut in somnis hoc facit, quia malorum persecutio non manebit, sed velut somnium euanescit: sicut Esaias dicit, Erunt, inquit, velut somnians in somno diuitiae omnium gentium. Hi vnam sententiam habent, id est, vno animo persequuntur bonos: ideo dicit, habent, & non, habebunt, quia persecutio malorum non solum adueniente die iudicij non erit, sed etiam iam in praesenti definit. Et virtutem suam & maiestatem suam dabunt. Hoc ideo dicit, quia homines impij videntur dare virtutem, quando diabolo instigante faciunt mala. Hi cum agno pugnant, id est, vsque in finem, donec sancti regnum omne percipiunt, Ecclesiae aduersantur. Et agnus vincet eos: id est, vtiq; non permittit eos deus tentari supra id quod possunt: & ideo dicit, Et agnus vincet eos: Quia dominus dominorum est & rex regum, & qui cum eo vocati sunt & electi: Propterea autem dixit, vocati & electi, quia non omnes vocati sunt & electi: sicut dominus

Esai. 29.

1. Cor. 10.

Tomus nonus.

dicit, Multi sunt vocati, pauci electi. Et dixit mihi angelus, Vides aquas vbi mulier sedet, haec & populus & turbae sunt & gentes & linguae: & decem cornua quae vidiisti, hi odium habent meretricem: id est, mulierem illam. Meretrix enim est vita luxuriosa, quae rapinis & voluptatibus agitur: ideo dicit quod odio habeant meretricem, quia luxuriosi atq; superbi, cupidi & elati non solum persequuntur sanctos, sed etiam seipfos odio habent: in quibus impletur illud quod scriptum est, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam: sequitur, Et desertam eam faciunt & nudam. Ipsi autem per iram dei & iustum iudicium quo deseruntur ab eo, desertum faciunt mundum, dum ei dediti sunt & iniuste vtuntur.

Math. 23.

Psal. 107.

Gal. 5.

1. Pet. 2.

Apo. 2. 2.

Et carnes eius edunt. Hoc ideo, quia secundum Apostolum seiuicem mordent & comedunt: & propterea adiecit causam, dicens, Deus enim dedit in corde ipsorum facere sententiam eius: id est, excitauit plagas, quas in mundo iure merito irrogare decreuit. Et dabunt regnum suum bestiae, vsque dum finiatur dicta dei: id est, homines mali diabolo obtemperant, donec impleantur dei scripturae, & veniat dies iudicij: post hoc sequitur, Mulier quam vidiisti est ciuitas magna, quae habet regnum super gentes & reges terrae: id est, omnes mali & impij: sic & de ecclesia dictum est, Veni ostendam tibi vxorem agni. Et ostendit ciuitatem descendentem de caelo. Postea vidi alium angelum descendentem de caelo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est claritate eius, & clamauit in fortitudine, dicens, Cecidit Babylon illa magna, & facta est habitaculum daemoniorum & custodia omnis immunditiae, & inquinatae auis. Nunquid vnus ciuitatis ruina potest capere omnes immundos, aut omnem aem immundam? Aut eo tempore quo ciuitas magna cecidit, totus mundus desertus est spiritibus & auibus immundis, & in vnus ciuitatis ruina habitabunt: Nulla est ciuitas quae omnem animam immundam capiat, nisi ciuitas diaboli, in qua omnis immundicia in hominibus malis per totum orbem commoratur. Reges quos dixit quod persequantur Hierusalem, homines sunt qui persequuntur deum: Qui viuunt & regnant &c.

Homilia XVI.

**V**otiescunque Babyloniam nominari audistis fratres charissimi, nolite ciuitatem de lapidibus factam intelligere, quia Babylonia consilio interpretatur, sicut saepe dictum est: sed homines superbos, raptos, luxuriosos & impios in malis suis perseverantes, ipsius nomine signari cognoscite: sicut e-conuerso quoties nomen Hierusalem audieritis, quae visio pacis dicitur, homines sanctos ad deum pertinentes intelligite: nam Babylonia malorum hominum imaginem gerit: ideo de eis in sequentibus dicit, Quoniam ex vino irae fornicationis eius biberunt omnes gentes, & reges terrae qui cum ea fornicati sunt, id est, cum inuicem. Non enim cum vna meretrice omnes reges fornicati sunt, sed dum se luxuriose, qui sunt membra meretricis, inuicem corrumpunt cum meretrice, id est, luxuriosa conuersatione fornicari dicuntur: post hoc sequitur dicens, Et omnes mercatores terrae ex virtute luxuriae eius diuites facti sunt. Hoc loco diuites peccatis dicit, nam nimietas luxuriae pauperes potius quam diuites facit. Et audiui, inquit, aliam vocem de caelo dicentem, Exite de ea popule meus, ne communicetis peccatis eorum, & plagis eius ne laedamini. Hoc loco demonstrat Babyloniam in duas diuisam esse partes: quia dum spirante deo conuertuntur mali ad bonum,

Amos 5.

t iij Babylonia

**G** Babylonia diuiditur, & pars illa quæ ab illa discesserit, efficietur Hierusalem: quotidie enim & de Babylonia transferimur ad Hierusalem, & de Hierusalem seducimur ad Babylonia, dum & mali conuertuntur ad bonum: & qui videbantur boni, in hypocrisim vertuntur publice, & sunt mali de bonis: ita etiam scriptura dicit per Esaiam, Exite de medio eorum, & immundum nolite tangere. Exite de medio eorum, & separamini qui fertis vasa domini: huius separationis meminit Apostolus, dicens, Firmum enim fundamentum dei manet: & Cognouit dominus qui sunt eius: & Discedat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Ne comunicetis, inquit, peccatis eius, & plagis eius ne lædamini: sicut scriptum est, Quacunq; morte præoccupatus fuerit iustus, in refrigerio erit. Quomodo participes delicti iustus esse potest, quem cum impio ciuitatis calus abstulerit: Nisi forte quando de ciuitate diaboli, id est, de conuersatione luxuriosa & impia exeunt boni, nisi aliquis ex illa remanere, & delectari voluptatibus Babylonia voluerit, hoc si fecerit, sine dubio participes plagæ eius erit. Quod autem dicit toties, Exire nolite, hoc non corporaliter, sed spiritualiter intelligi debet. De medio Babylonia exitur, quando conuersatio mala deseritur: nã & in vna domo, & in vna Ecclesia, & in vna ciuitate sunt Babylonia cum Hierosolymitanis: & tamẽ quamdiu boni non consentiunt cum malis, nec mali conuertuntur ad bonos, & in bonis Hierusalem, & in malis Babylonia cognoscitur: simul habitant corpore, sed longe diuisi sunt corde, quia malorum conuersatio semper in terris est, quia terram diligunt, & omnem spem suam, & totam intentionem animi sui in terra constituunt: bonorum vero mens secundum Apostolum semper in cœlis est, quia quæ sursum sunt sapiunt. Exite, inquit, de ea popule meus, id est, de Babylonia. Ne comunicetis peccatis eius, & plagis eius ne lædamini, quoniam ascenderunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est deus iniquitatum eius: reddite illi sicut ipsa reddidit, & duplate dupla secundum opera eius, in quo poculo miscuit, miscete ei duplum, quantum se clarificauit & in delictis fuit, tantum tradite ei cruciatum & luctum: populo suo. Hæc enim omnia bonis Christianis, id est, Ecclesiæ dicit dominus, Reddite ei sicut & ipsa reddidit. De Ecclesia enim exeunt in mundo plagæ visibiles & inuisibiles. Quoniam in corde suo dicit Babylonia, id est, plebs omnium malorum & superbiorum in seculo: Sedeo regina & vidua non sum, & luctum non video: Propterea vna die venient plagæ eius, mors & luctus & fames, & igne cremabitur. Si ex vna die morietur & concremabitur, quæ subsistit lugubris mortuum, aut fames quanta potest esse vnus diei? Sed diem dixit breue tempus vitæ presentis, quod & spiritualiter & carnaliter affliguntur: nam super omnes superbos & voluptatibus deditos maiores plagæ in anima veniunt quam in corpore. Tunc enim maiori plaga percutiuntur, quando se suis iniquitatibus colentes, iusto dei iudicio malum agere permittuntur, vt inter dei filios flagellari nõ mereantur, sed impleatur in eis illud quod scriptum est, In laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia eorum. Quoniam fortis dominus deus qui iudicat eam: & flebunt & plangent se super eam omnes gentes terræ, quæ cū ea fornicata sunt. Qui reges plangent eam, si eam reges euerant? Sed quod est ciuitas, hoc reges qui plangent eam. Non luxuriæ malum, quia cum ea peccant, agendo penitentiam plangunt: sed quia

prosperitatem seculi, per quam suis voluptatibus seruebant, perire cognoscunt, vel quare cessare incipiat in eis attritio, per quam luxuriosi inuicem consumuntur, tanquam fumus instantis gehennæ. A longe, inquit, stantes propter metum poenæ eius. Longe stantes non corpore sed anima, cum vnusquisque timet quod alterum per calumnias & superbiorum potentiam videt pati, Dicentes, Væ væ ciuitas magna Babylon ciuitas fortis, quoniam vna hora venit damnatio tua. Spiritus dicit nomen ciuitatis. Verum illi mundum plangunt, exiguo admodum tempore poenæ intercepto, omnemque industriam labefactam celsisse. Equorum & rhedarum & pecorū mercatores qui ditati sunt ab ea, longe stabunt flentes & dicentes, Væ væ ciuitas magna, Vbiunque dixit spiritus ditatos ab ea, peccatorum diuitias significat. Induta bysso, purpura, & coronata coccino, & ornata auro & lapide precioso & margaritis. Nunquid ciuitas induitur bysso, & non homines? Ipsi se plangunt dum supradictis spoliantur. Et omnis gubernator, & omnis qui nauibus nauigat, & quotquot in mari operantur, à longe steterunt & clamauerunt, videntes fumum ignis eius. Nunquid omnis gubernator & nauæ, & quotquot operantur in mari, adesse possunt in incendio ciuitatis vnus? Sed omnes seculi amatores & operarios iniquitatis dicit timere sibi, videntes spei suæ ruinam. Post hæc autem idem Ioannes ait, Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum. In bestia quam vidit, diabolum significat. In regibus terræ exercitum & omnem eius populum congregatum facere bellum cum sedente super equum, & cum exercitu eius, id est, cum Christo Ecclesiæ: Et vidi alium angelum descendentem de cœlo. Dominum Christum dicit in primo aduentu, Habentem clauem abyssi, id est, potestatem populi. Abyssum enim populum malum intellige: Et catena magna in manu sua, hoc est, potestatem dedit deus in manu eius. Et tenuit draconem anguem antiquum qui est diabolus & satanas qui seducit vniuersum orbem &c. Et in cœlo sequebantur eum in equis albis. Id est, ecclesia in corporibus candidis sequuntur eum, sicut supra dictum est. Hi sunt qui sequuntur agnum quocunq; ierit, induiti bysso albo mundo, quo definiuit vestimenta sanctorum. Ex ore eius procedit gladius bis acutus. Ipse est quo defenduntur iusti, puniuntur iniusti, Vt in eo percutiat gentes, & ipse reget eos in virga ferrea. Ipse calcet torcular vini indignationis & iræ dei omnipotentis. Calcet etiam nunc, quando malos permittit facere malū, & dimittit eos in voluptatibus suis, & postea extra ciuitatem, id est, extra ecclesiam calcabit, cum eos qui non egerunt poenitentiam gehennæ ignibus tradet. Hic habet in vestimento & super femur suum scriptum nomen, rex regum & dominus dominantium. Hoc est nomen quod nemo superbiorum cognoscat, quia ecclesia seruiendo, in Christo regnat. Et dominator dominantium, id est, vincit vitia & peccata. Femur autem potestas est, sicut illud, Non deficiet princeps de femoribus Iuda. Et Abraham ne posteritas eius alienigenis miseretur, inter se seruūque suum tertium testimonium femur adhibet. Et vidi, inquit, angelum stantem in sole. Id est, prædicatorem in Ecclesia. Et clamauit voce magna, dicens omnibus auib; quæ volant in medio cœli. Aues illæ bestias pro loco accipimus bonas & malas, sicut est illud: Benedicti sũt bestie agri, & leo de tribu Iuda. Hoc ergo in loco aues volantes in medio cœli, ecclesiam dixit, quas in vnum corpus redigens, dixerat aquilam volantem in medio

**K**  
**L**  
**M**  
**N**  
**O**  
**P**  
**Q**  
**R**  
**S**  
**T**  
**V**  
**X**  
**Y**  
**Z**

**A** medio cœli. Congregamini, venite ad cœnam magnam dei, vt manducetis carnes regum & carnes tribunorum & fortium, & carnes equorum & sedentium super eos, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum. Omnes enim gentes quando in Christo credentes ecclesia incorporantur, spiritaliter ab Ecclesia comeduntur. Et post hoc de diabolo ait, Et signauit super eum ne seducat nationes, vsque dum finiatur mille anni. Isti intelliguntur mille anni, qui ab aduentu domini nostri aguntur. In his ergo dominus diabolo interdixit, ne seducat nationes, sed quæ ad vitam destinatae sunt, quas antea seducebat, ne deo reconciliarentur. Post hæc oportet eum solui modico tempore, Id est, tempore Antichristi cum reuelatus fuerit homo peccati, cum acceperit totam persequendi potestatem, qualem non accepit ab initio. Mille annos dixit, partem à toto. Hic reliquias mille annorum sexti diei, in quo natus est dominus & passus, intelligi voluit. Post hæc ait, Væ væ ciuitas illa magna, in qua ditati sunt illi omnes qui habent naues in mari, quoniam vna hora deserta est. Exulta cœlum super eum, & sancti Apostoli & propheta. Nunquid sola ciuitas Babylonia in omni mundo persequitur aut persecuta est dei seruos, vt ipsa extincta vniuersi vindicentur? In toto enim mundo est Babylonia in malis hominibus, & in toto mundo persequitur bonos. Et tulit vnus angelus lapidem vt molam magnam, & misit in mare dicens, Hoc impetu dei cietur illa ciuitas magna Babylon. Ideo Babylon velut molam dicit proiectam, quia omnes amatores mundi reuolutio temporum sicut mola conteret, & in gyro mittet. De quibus scriptum est, In circuitu impij ambulat. Quorum infelix occupatio semper quasi incipit, Et non inuenietur amplius. Vox citharæ odorum & citharizantium & musicorum & fistularum non audietur in ea amplius. Locunditatem dicit transire impiorum, & non inueniri. Et adiecit causam dicens, Quoniam mercatores tui erant maximi terræ. Id est, quoniam in vita tua percepisti bona. Quoniam in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes, & sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est omnium à te occisorum super terram. Nunquid eadem ciuitas Apostolos & prophetas & omnes reliquos martyres occidit? Sed hæc ciuitas omnium superbiorum est, quam Cain fratris sui sanguine fundauit, & vocauit nomen eius nomine filij sui Enoch, id est, posteritatem: quia omnes mali in quibus est Babylonia, succedentes sibi vsque ad finem mundi persequuntur ecclesiam dei. In ciuitate ergo Cain funditur omnis sanguis iustus, à sanguine Abel iusti vsque ad sanguinem Zachariæ, id est, populi & sacerdotes, inter templum & altare, id est, inter populum & sacerdotes. Hoc ideo dictum est, quia non solum populi, sed & sacerdotes conspirauerunt in mortem Zachariæ, inter templum, inquit, & altare. In altari intelliguntur sacerdotes, in templo populi significati sunt: alia enim causa loci nominandi nõ fuit. Hæc est ciuitas quæ interfecit prophetas, & lapidauit missos ad se. Hæc est ciuitas quæ sanguine struitur, sicut scriptum est, Væ qui ædificat ciuitatem in sanguinibus, & parat ciuitatem in iniustitiis. In equo albo. Sicut supra dictum est, Ecclesiam intellige, In fessore eius. Christum dominum recognoscere debemus. Quod autem dixit, Habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Ipse vtiq; & quæ in illo est omnis ecclesia. In veste sanguine sparsa, Martyres intelligendi sunt. Quod autem Exercitus qui est in cœlo sequebatur eum in equis albis.)

**D** Est ecclesia in corporibus candidis. In gladio bis acuto. Potestas Christi intelligitur, de quo defendentur iusti, puniuntur iniusti. In virga ferrea. Iustitia eius cognoscitur, de qua erudiuntur humiles, superbi tanquam vasa figuli confringuntur. Quod autem dicit, Ipse calcet torcular vini iræ dei omnipotentis. Calcet etiam nunc, quando malos permittit vt persequantur bonos, & dimittit eos in voluptatibus suis: sed postea retribuet quando eos qui non egerint poenitentiam, mittet in gehennam. Angelum stantem in sole. Prædicationem in ecclesia intellige: ideo enim ecclesia soli comparatur, quia de ea scriptum est, Tunc iusti fulgebunt, sicut sol in regno patris eorum. Quod autem Clamauit omnibus auib; quæ volant in medio cœli, Aues illæ ecclesia intelligitur. Quod autem dictum est, Congregamini ad cœnam magnam, vt manducetis carnem regum & tribunorum, Hoc in ecclesia in veritate fieri cognoscimus. Nam quando omnes gentes ecclesiæ incorporantur, spiritaliter comeduntur, & qui deuorantur à diabolo, erant corpus diaboli: suscepti ab ecclesia, membra efficiuntur Christi: quod autem de diabolo dicit, Et clausit & signauit super eum, ne seducat nationes, vsque dum finiatur mille anni. Sicut dictum est, isti mille anni passione domini aguntur, in quibus non permittitur diabolo facere quantum vult, quia non permittitur à deo tentare seruos suos supra id quod possunt sustinere. Quod autem Postea modico tempore soluendus est, Tempus antichristi designatur, in quo maiorem potestatem sæuendi diabolus accepturus est: quod autem dicitur, Væ væ ciuitas magna, Babylonia intelligitur. Sciendum tamen, quod non solum ciuitas Babylonia persequitur sanctos, vt ipsa extincta vniuersi vindicentur: in toto enim mundo est Babylonia, & in malis hominibus persequitur bonos. Quod autem Lapidem grandem velut molam misit angelus in mare dicens, sic mittetur Babylonia. Ideo velut molam dicit Babylonia, quia amatores mundi reuolutio temporum sicut mola conterit, & in gyro mittit. Quod autem dicit, In veneficiis tuis errauerunt omnes gentes, & sanguis prophetarum inuentus est omnium à te occisorum super terram. Non enim in vna ciuitate occisi sunt Apostoli & propheta, aut reliqui martyres. Sed hæc est ciuitas superbiorum quæ in toto mundo persequitur sanctos. Ipsa est ciuitas quam Cain fratris sui sanguine fundauit & vocauit nomine filij sui Enoch, id est, posteritatem, quia omnes mali in quibus Babylonia est, succedentes sibi vsque ad finem mundi persequuntur Ecclesiam dei. De quorum persecutione nos dominus per misericordiam suam liberare dignetur, Qui cum patre & spiritu sancto, &c.

Homilia XVII.

**N** In lectione quæ recitata est, fratres charissimi, beatus Ioannes Euangelista sic ait, Audiui vocem magnam populi multi in cœlo dicentium hallelu ia, Et salus & claritas & virtus deo nostro, quoniam vera & iusta iudicia dei, quoniam iudicauit meretricem illam quæ corripuit terram fornicatione sua, & vindicauit sanguinem seruorum de manu eius. Et iterum dixerunt hallelu ia. Hæc vox ecclesiæ est, cum discussio facta fuerit, & cum ab illa exiuerint omnes mali æterno incendio concremandi. Et fumus, inquit, eorum ascendit in secula seculorum. Audite fratres & cognoscite, & expanescite, quia Babylonia est meretrix. Quorum fumus ascendit in secula seculorum, non intelliguntur nisi homines cupidi, adulteri & superbi, & ideo

Esaiæ. 52.  
2. Timo. 2.  
Sapient. 4.  
Philip. 5.  
Psal. 72.  
Gen. 4.  
Abacuc. 2.  
Math. 23.

Math. 19.  
1. Cor. 10.  
Gen. 4.  
F



**G**ideo si vultis hac mala euadere, nolite tam graua mala committere. Et fumus, inquit, eorum ascendit: nunquid visibilis ciuitatis exstant fumus in secula seculorum ascendet, & non hominum in superbia viuentium? Ascendit autem non descendit: semper enim etiam in presenti seculo in prodicionem vadit. Babylon autem crematur ex parte, sicut Hierusalē in istis sanctis qui de celo migrant, transit in paradisum, domino manifestante in paupere & diuite. Et audiui vocē populi multi, & vocem aquarum multarum, & vt voces tonitruorum fortium, dicentes halleluia, quoniam regnabit dominus deus noster omnipotens. Gaudeamus & exultemus, & glorificemus nomen eius, quoniam venerunt nuptiæ agni & mulier eius parauit se. Mulier agni Ecclesia est.

Et datum est ei vt operiatur se bysso (splendido mundo. Bysinum enim iusta facta sanctorum sunt.) Datum est enim sanctis suis indui, sicut scriptum est, Sacerdotes tui induantur iustitia. Hi, inquit, vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Id est, in presenti seculo. Et recte dixit, Omnes & superstitēs & animarum sanctorum, Id est, quia adhuc in mudo viuunt, & quia iam

**H** de hac vita migrauerunt, regnant cum Christo. Regnauerunt profecto dixit, sicut illud, Diuiserunt sibi vestimenta mea. Nam dicturus erat, regnabunt. Vt ostenderet autem quid in hac vita sint isti mille anni ait,

Hac est itaque prima resurrectio. Ipsa est enim qua resurgimus per baptismum, sicut dicit Apostolus, Si cōsurrexistis cum Christo quæ sursum sunt querite: & iterum, Tanquam ex mortuis viuentes. Peccatum enim mors est, sicut dicit Apostolus, Cum essetis mortui delictis & peccatis vestris. Et sicut prima mors in hac vita est per peccatum, sic & resurrectio prima in hac vita est per remissionem peccatorum. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima, Id est, qui reseruauerit quod in baptismo renatus est. In hoc secunda mors non habet potestatem. Id est, æterna tormenta non sentiet. Sed erunt sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cū eo mille annos. Retulit spiritus dum hac scriberet, regnaturam ecclesiam mille annos in hoc seculo vsque in finem mundi. Manifestum est quod dubitari non debeat de perpetuo regno, cum etiam in presenti seculo sancti regnant. Bene enim regnare dicuntur, quia cum dei adiutorio etiam per ipsas pressuras mundi & se & alios bene regunt. Et cum, inquit, finiti fuerint mille anni, soluetur satanas de custodia sua. Finitus dixit à toto partem: nam sic soluitur vt super sint anni tres & menses sex nouissimi certaminis temporibus Antichristi. Et exiet seducere nationes quæ sunt in quatuor angulis terræ. A parte totum dixit: nam nō omnes seduci possunt: superbi tantummodo seducuntur & impij: nam humiles & veri Christiani non seducuntur. Multi nanque vocati, pauci electi: Et ascendit diabolus & populus eius in latitudinem terræ. Id est, in elationem superbia, Et circumdederunt castra sanctorum & dilectorum ciuitatem. Id est, Ecclesiam. Hoc est quod supra dixit collectos in Armageson: non enim ex quatuor angulis terræ potuerunt in vnam ciuitatē congregari, sed in ipsis quatuor angulis terræ vnaquæque gens congregabitur in obfisione sanctæ ciuitatis, id est, in persecutionem ecclesiæ. Et descendit ignis de celo à deo. Id est, de ecclesia, Et comedit eos. Dupliciter enim hoc loco intelligitur ignis: aut enim per ignem spiritus sancti creditur in Christū, & spiritualiter comeduntur ab ecclesia, id est, incorporantur Ecclesiæ: aut peccatorum suorum igne comeduntur & pereunt. Et dia-

**K**bolus seducens eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & pseudopphetæ & bestia. Pseudopphetæ intelliguntur aut heretici, aut ficti Christiani. Ex quo enim passus est dominus, moritur bestia, id est, ficti Christiani, & in ignem mittitur vsquedum finiantur mille anni ab aduentu domini. Et punientur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt, & alius liber apertus est qui est vitæ. (Libros apertos testamenta dei dicit, secundum enim vtrunq; testamentum iudicabitur Ecclesia.) Librum vitæ vniuscuiusq; memoriam dicit gestorum nostrorum, non quod librum habeat commemoratorium oculorum cognitorum. Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta sunt in libris secundum opera sua. Id est, ex testamentis iudicati sunt, secundum quod dei præcepta fecerunt, aut non fecerunt.

Et dedit mare mortuos suos. Gentes quas hic iudicij dies inueniet viuos, ipsi sunt mortui maris, quia hoc seculū mare est. Mors & infernus dederunt mortuos. Id est, eos qui in sepulchris inueniendi sunt in iudicij die.

**L**Mors & infernus missi sunt in stagnum. Mortem & infernū diabolus dicit & populū eius. Et qui non est inuentus scriptus in libro vitæ. Et qui voluptatibus suis dimissus per temporaneam examinationem in hoc seculo non meruit iudicari à deo, dum viueret, Missus est in stagnum ignis. Et vidi celum nouum & terram nouam. Primum enim nouum cœlum & terra abierunt, & mare iam non est. Et ciuitatem sanctorum Hierusalē nouam vidi descendentem de celo, à deo compositam, sicut sponsam ornata viro suo. Et audiui vocem magnam de celo dicentem, Ecce tabernaculum dei cum hominibus, & habitabit cū eis, & ipsi populus eius erunt & ipse deus, cum eis erit eorum deus. Et absterget deus omnem lacrymam ab oculis eorum, & mors nō erit amplius, & luctus non erit. Hoc totum de gloria Ecclesiæ dixit, qualem habebit post resurrectionem.

Et dicit scriba, quoniam sermones isti fideles & veri sunt. Et dixit mihi, Ego sum alpha & ω, initium & finis. Ego sitientibus dabo ex fonte aquæ viuæ gratis. Id est, cupienti remissionē peccatorum per fontem baptismi.

**M**Qui vincit possidebit hæc, & ero eius deus, & ipse erit meus filius. Timidis autem & incredulis, execrabilibus & homicidis & veneficis, idolorum cultoribus & omnibus mendacibus pars erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secunda. Quod supradictum est: iudicauit meretricem suæ, & vindicauit sanguinem feruorum suorum. Hac vox Ecclesiæ est, cum ab ea in die iudicij exierint omnes mali, æterno incendio concremandi, & fumus eorum ascendet in secula seculorum. Non enim visibilis ciuitatis ascendet fumus in secula seculorum, sed hominum in superbia perdurantium. Quod autem dicit, Quia venerunt nuptiæ agni. De Christo intelligitur & Ecclesia. Quod vero dicit, Eam opertam bysso. In bysso iusta opera sanctorum intelliguntur, quibus iusti vestiuntur: secundum quod dictum est, Sacerdotes tui induantur iustitia. Quod autem dicit, Eos regnasse mille annos, præfens tempus intelligitur, in quo sancti iusti regnare dicuntur, quia se ita cum dei adiutorio regunt, vt à peccatis vinci non possint. Et vt hoc euidenter ostenderet, secutus ait, Hac est prima resurrectio. Prima enim resurrectio qua à morte peccati ad vitam iustitiæ animæ resurgunt, toto nunc tempore agitur: Secunda vero qua de terræ puluere ad vitam corpoream redeunt, in futurum expectatur. Ipsa est enim

**A** est enim qua resurgimus per baptismum, quia sicut prima mors est in hac vita per peccatum, ita & prima resurrectio per remissionem peccatorum, Beatus & sanctus qui habet in resurrectione primam partem. Id est, qui reseruauit quod in baptismo renatus accepit. Quod autem dicit, Regnaturam Ecclesiam mille annos in hoc seculo. Intelligitur vsque ad finē mundi: Vnde manifestum est quod dubitari non debeat de perpetuo regno. Cum enim in presenti seculo sancti regnent, recte enim regnare dicuntur, qui cum dei adiutorio inter ipsas pressuras mundi & se & alios bene regunt. Quod autem de diabolo dicit, quia Seducit nationes quæ sunt in quatuor angulis terræ. A parte totum intelligitur. Nam soli mali seducuntur: secundum illud, Multi vocati, pauci electi. Quod autem dicit, Diabolus & angeli eius circumdederunt castra sanctorum & ciuitatem dilectorum. Non enim ex quatuor angulis terræ potuerunt in vnam ciuitatem cōgregari, sed in ipsis quatuor angulis vnaquæque gens congregatur in persecutione ecclesiæ. Quod autem dicit, Cecidit ignis de celo, & comedit eos. Dupliciter intelligi potest, aut enim per ignem sancti spiritus spiritualiter comeduntur, dum ecclesiæ incorporantur: aut si ad deum conuerti noluerint, peccatorum suorum igne comeduntur & pereunt. Quod autem dicit, Libros apertos. Testamentum dei voluit intelligi: secundum enim vtrunque testamentum iudicabitur Ecclesia: Librum vero vitæ, vniuscuiusq; memoriam dicit gestorum nostrorum, quia in die iudicij nulli licebit, nec vllus poterit abscondere peccata vel crimina sua, Quia mare dedit mortuos. Eos dicit, quos in hoc mundo viuos inuenit aduentus Christi. Ipsi sunt mortui maris, quia hoc seculum mare est. Quod dicit, Mors & infernus dederunt mortuos. Illi intelliguntur, qui sunt in sepulchris inueniendi in die iudicij: Et mors & infernus missi sunt in stagnum ignis. Hoc loco mortem & infernum, diabolum & populum eius intelligi voluit, qui voluptatibus suis dimissis, per temporaneam examinationem nō meruit iudicari. Post hæc exposita Ecclesiæ gloria adiungit & dicit, Ego sitienti dabo ex fonte vitæ aquam gratis, id est, cupienti remissionem peccatorum per fontem baptismi: Qui vincit, possidebit hæc, & ero eius deus, & erit meus filius. Quod præstare dignetur qui viuunt &c.

Homilia XVIII.

**C**icut modo audiuius fratres charissimi, angelus domini locutus est ad beatum Ioannem dicens, Veni ostendam tibi vxorem agni. Et abstulit me in spiritu supra montem magnum & altum. Montem, Christum dicit, Et ostendit mihi ciuitatem sanctam Hierusalē descendentem de celo, hæc est Ecclesia. Ciuitas in monte constituta, est sponsa agni: ipsa enim ciuitas tunc in monte est constituta, quando in humeris pastoris tanquā ovis ad ouile proprium reuocata est, Si enim alia est Ecclesia, alia ciuitas descendens de celo, erunt dux sponsæ, quod omnino fieri non potest: & hanc enim ciuitatem sponsam dixit agni: vnde manifestum est ipsam esse Ecclesiam, quam sic describit dicens, Habentem claritatem dei luminare eius simile lapidi precioso. Lapis preciosissimus Christus est, Habentem murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & super portas angulos duodecim. Ostendit duodecim portas & duodecim angulos apostolos esse & prophetas: quoniam sic scriptum est, Aedificati sumus supra fundamentum apostolorum & prophetarū: sicut dominus dixit Petro, Super

**D** hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Ab Oriente porta tres, ab Aquilone portæ tres, ab Austro portæ tres, ab Occidente portæ tres. Et quia ciuitas ista quæ describitur, Ecclesia est toto orbe diffusa: ideo per quatuor partes ciuitatis ternæ portæ dicuntur esse, quia per totas quatuor partes mundi trinitatis mysterium in Ecclesia prædicatur, Et super eas duodecim nomina apostolorum & agni. Quod sunt portæ, hoc fundamentum: quod ciuitas, hoc murus. Et qui loquebatur mecum, habebat mensuram arundineam auream. In arundinea aurea hominis Ecclesiam ostendit, fragili quidem carne, sed aurea fide fundatam: sicut Apostolus dicit, Habetis thesaurum in valis fictilibus. Et supellex muri & ciuitatis aurum mundum, simile vitro mundo. Ecclesia enim aurea est, quia fides eius velut aurum splendet, sicut septem candelabra, & ara aurea, & phiala aurea, hoc totum Ecclesiam figurauit. Vitrum autem ad puritatem fidei retulit, quia quod foris videtur, hoc est & intus, & nihil est simulatum, & non est perspicuum nisi sanctis Ecclesiæ. Fundamentum primum, lapis: secundum, Saphirus: tertium, Calcedonius: quartum, Smaragdus: quintum, Sardonyx: sextum, Sardius: septimum, Chrysolitus: octauum, Berillus: nonum, Topazius: decimum, Chrifoprasus: vndecimum, Hyacinthus: duodecimum, Amethystus. Ideo diuersitatem gemmarum in fundamentis nominare voluit, vt dona diuersarum gratiarū, quæ apostolis data sunt, demonstraret: sicut de spiritu sancto dictum est, Diuidens singulis prout vult. Et ideo duodecim margaritæ singillatim: Et vnaquæque porta erat ex vna margarita. Et in istis margaritis dictum est quod apostolos designauit, qui ideo portæ dicuntur, quia per doctrinam suam æternæ vitæ ianuam pandūt. In platea quæ erat velut aurum mundum & vitrum, ostendit Ecclesiam. In platea ciuitatis aurum mundum & vitrum perspicuum, & templum non vidi in ea, dominus enim deus omnipotēs templū eius est & agnus. Hoc ideo quia in deo est Ecclesia, & in Ecclesia deus.

Ciuitas nō indiget sole neque luna, vt luceant in ea. Quia non lumine aut elementis regitur Ecclesia, sed Christo æterno sole deducitur per mundi tenebras.

Claritas enī dei illuminauit eam, & lucerna eius agnus est. Ipso dicente, Ego sum lux mundi: & iterum, Ego sum lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Ambulabūt gentes in lumine tuo, & reges terræ offerent gloriam. Reges terræ filios dei dicit, Et portæ eius non clauduntur die. Nox enim ibi non est, vsque in æternum. Et ferent gloriam & honorem gentium, in Christo vtiq; credentium: Et non introibit in eam orane immundum, aut faciēs abominaciones & mendacium, nisi quia scriptus est in libro vitæ & agni. In medio plateæ eius fontem baptismi ostendit, in medio Ecclesiæ venientem à deo & Christo. Nam quale decus ciuitatis potest esse, si flumen per medium plateæ eius ad impedimentū habitantium descendat? Et ex vtraque parte fluminis lignum vitæ faciens fructus duodecim per singulos menses, & reddens fructum suum. Hoc de cruce domini dicit, Nullum est lignum quod omni tempore fructificet nisi crux quam gestant fideles, qui rigantur aqua ecclesiastici fluminis, & reddunt fructum perpetuum omni tempore. Et thronus dei & agni in ea. Et vtiq; nunc in secula. Et serui eius seruient illi, & videbunt faciē eius. Sicut dicit, Qui me videt, videt & patrem: & Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Et nomen eius in frontibus eorum, Et nox non erit amplius,

Lucæ. 16.

Psal. 131.

Psal. 117.

Math. 27.

Coloss. 3.

Ephes. 2.

I

Math. 20.

Psal. 131.

Math. 20.

Lucæ. 15.

Ephes. 2.

Math. 16.

G amplius, & non egebunt lumine lucernæ, & lumine so-  
lis quoniam dominus deus illuminabit super eos & re-  
gnabit super eos in secula seculorum.) Omnia ista à do-  
mini passione cœperunt. Et dixit mihi angelus, Ne  
signaueris verba prophetiæ huius: Tempus enim proxi-  
mum est. Qui iniustus est iniusta faciat adhuc, & qui in  
sordibus sordescat adhuc. Isti sunt propter quos dixe-  
rat, Signa quæ locuta, sunt septem tonitrua. Et iustus  
iustitiam faciat adhuc: & sanctus sanctificetur adhuc.)  
Isti sunt propter quos dixit, Ne signaueris verba pro-  
phetiæ huius libri: ac sic scripturæ diuinæ omnibus su-  
perbis & plus mundum quàm deum amantibus signatæ  
sunt, humilibus autem & deum timentibus apertæ sunt.

Beati qui seruant mandata hæc vt sit potestas eorum  
super lignum vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.)  
Qui enim non seruant mandata, nõ per portas intrant,  
sed alia parte. In istis signatus est liber, de quibus sequi-  
tur & dicit, Foris canes & venefici, fornicarij & ho-  
micidæ &c. Sponsus & sponsa dicunt, veni. Venit  
vtique sponsus & sponsa, Christus & Ecclesia. Qui sitit  
veniat qui vult accipere aquam vitæ gratis.) Id est, ba-  
ptisina. Confessor ergo hominem audientem sermo-  
nes prophetiæ libri huius, Si quis apposuerit &c.) Scri-  
ptum est hoc propter falsatores sanctarum scripturarum,  
non propter eos qui simpliciter quod sentiunt dicunt,

Mons altus in quo sanctus Ioannes ascendisse se di-  
xit, Ecclesia significata est, quod in Euangelio ipse do-  
minus ostendit cum dixit, Non potest ciuitas abscondi  
supra montem posita. Quod autem dicit habere lum-  
men simile lapidi preciosissimo, in illo lapide Christi  
claritas demonstratur. In duodecim partibus, & in  
duodecim angelis Apostoli intelliguntur, & patriarchæ,  
sicut illud, Superædificati super fundamentum Aposto-  
lorum & Prophetarum. Et quia ciuitas quæ describitur  
Ecclesia est toto orbe diffusa, ideo per quatuor partes  
eius propter trinitatis mysterium ternæ portæ esse di-  
cuntur. In arundine aurea homines ecclesiæ ostendit  
fragili quidæ carne, sed aurea fide fundati, propter illud  
Apostoli, Habentes thesaurum istum in vasis fictilibus.  
Quod dicit ciuitatem auream, aram auream, & phialas  
aureas, ecclesia est propter fidem rectam. In vitro au-  
tem puritas ipsius fidei significata est. Quod autem no-  
mina diuersarum gemmarum fundamentis nominare  
vult, dona diuersarum gratiarum, quæ Apostolis data  
sunt, demonstrat. In illis autem margaritis Aposto-  
los significauit, quia ideo portæ dicuntur, quod per do-  
ctrinam suã æternæ vitæ ianuam pandunt. Quod au-  
tem dicit quia templum non vidi in ea, quoniam do-  
minus omnipotens templi eius est, & agnus, Hoc ideo  
quia deus est in ecclesia & ecclesia in deo. Quod vero  
dicit, Quia ciuitas non indiget sole neq; luna, hoc ideo  
quia non visibili ecclesia, sed Christi æterno lumine in-  
ter tenebras mundi istius spiritaliter illuminatur, sicut  
ipse dixit, Ego sum lumẽ mundi. Reges terræ filii dei,  
id est, Christianos intelligi voluit. In lumine aquæ fi-  
cut crystallum fontem baptismi in medio ecclesiæ ve-  
nientem à domino Christo. Quod autem dixit, lignum  
iuxta fluum duodecies per singulos menses dare fru-  
ctum, crux intelligitur quæ per totum mundum non  
solum omnibus mensibus sed etiam omnibus diebus in  
his qui baptizantur exhibet fructum deo. Quod autem  
dicit, Dominus illuminabit & regnabit in secula se-  
culorum: omnia ista à domini passione cœperunt. Quod  
vero in superiore parte libri dixit, Signa quæ locuta,  
sunt septem tonitrua: propter eos dixit, de quibus ait, vt

qui sordidus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, iusta  
faciat adhuc. Illud autẽ quod ait, Ne signaueritis ver-  
ba prophetiæ, propter sanctos & iustos intelligi voluit,  
ac sic scripturæ diuinæ omnibus superbis & plus mun-  
dum quàm deum amantibus signatæ sunt, humilibus au-  
tem & deum timentibus apertæ. Et quia sic concludit  
Apocalypsis Ioannis vt dicat, Ecce venio cito; oremus  
vt deus per suam promissionem & per suam misericor-  
diam de carcere nos mundi huius liberare, & ad suam  
beatitudinem perducere dignetur. Donante Iesu Chri-  
sto domino nostro, Qui viuuit & regnat cum patre &  
spiritu sancto in secula seculorum, Amen.

Expositionis in Apocalypsim finis.

AD LECTOREM.

**H**abes hic eucharistias, doxologias & preces ali-  
quot piæ ac doctas, quarum exceptis postremis, Au-  
gustinum fuisse authorem, nec asserere uelim, nec in-  
ficiari: illud res indicat ab eo proditas, qui libros Augustini non  
indiligenter legit, Titulum addiderant.

LIBER MEDITATIONVM.

Inuocatio dei omnipotentis ad morum & uitæ reparationem.



**D**OMINE deus meus da cordi meo te desiderare, desiderando  
querere, querendo inuenire, in-  
ueniendo amare, amando mala  
mea redimere, redempta non  
iterare. Da mihi domine deus  
meus cordi meo pœnitentiam,  
spiritui contritionem, oculis la-  
chrymarum fontem, manibus elemosynæ largitatem.  
Rex meus, extingue in me desideria carnis, & accende  
ignem tui amoris. Redemptor meus, expelle à me spi-  
ritum superbiæ, & concede propitiis thesaurum humi-  
litate tuæ. Saluator meus, amoue à me furorem iræ, &  
indulge mihi benignus scutu patientiæ. Conditor meus,  
euelle à me animi rancorem, & largire mihi mitis mè-  
ris dulcedinem. Da clementissime pater mihi solidam  
fidem, spem congruam, charitatem continuam. Rector  
meus auerte à me vanitate, mentis inconstantiam, cor-  
poris vagationem, oris scurrilitatem, oculorum elatio-  
nem, ventris ingluuiem, opprobria proximorum, sceler-  
a detractionum, curiositatis pruriginem, diuitiarum  
cupidinem, potentatum rapinam, inanis gloriæ appe-  
titum, hypocrisis malum, adulationis venenum, con-  
temptum inopum, oppressionem debiliu, auaritiæ ar-  
dorem, inuidiæ rubiginem, blasphemiam mortem. Refe-  
ca in me factor meus temeritatem iniquam, pertinaci-  
am, inquietudinem, ociositatem, somnolentiam, pi-  
gritiam, mentis hebetudinem, cordis cœcitate, sensus  
obstinationem, morum truculentiam, boni inobedi-  
entiam, consilij repugnantiam, linguæ effrenationem, pau-  
perum prædam, impotentium violentiam, innocentium  
calumniam, subditorum negligentiam, circa domesti-  
cos ferocitatem, aduersus familiares impietatem, erga  
proximos duritiam. Deus meus misericordia mea, oro  
te per dilectum filium tuum, da mihi misericordiam o-  
pera pietatis studia occupati afflictis, cõsulere erroneis,  
succurrere miseris, subuenire egenis, consolari mortuos,  
releuare oppressos, pauperes recreare, febiles refouere,  
dimittere debitoribus, parcere in me peccatibus, odien-  
tes me

Caput. I.

M

**A**tes me diligere, pro malis bona reddere, neminem de-  
spicere, sed honorare: bonos imitari, malos cauere, vir-  
tutes amplecti, vitia reicere, in aduersis patientiam, in  
prosperis continentiam, custodiam oris, & ostium cir-  
cumstantiæ labijs meis, terrena calcare, cœlestia sitire.

Ecce plasmator meus, multa rogaui, cum nec pau-  
ca promerui. Fateor, heu fateor, non solum quæ postulo  
non debetur dona, sed multa & exquisita supplicia. Ani-  
mant tamen me publicani, meretrices & latrones, qui  
à faucibus hostis momentanee eruti, sinibus excipiun-  
tur pastoris. Tu enim factor omnium deus, licet in cun-  
ctis operibus tuis sis mirabilis, mirabilior tamen crede-  
ris esse in operibus pietatis. Vnde de temetipso per quẽ-  
dam tuum seruum dixisti, Miserationes eius super om-  
nia opera eius. Et quasi de singulo loquentem de vnuer-  
so populo tuo te dixisse confidimus, Misericordiam au-  
tem meam non dispergam ab eo. Nullum enim sper-  
nis, neminem abiicis, neminem perhorrescis, nisi for-  
te qui amens te exhorruerit. Ergo modo iratus nõ per-  
cutis, sed te irantibus dona, si quieuerint, tribuis. Deus  
meus cornu salutis meæ & susceptor quæ ego infœ-  
lix, ego te iritauit, ego malum coram te feci, furorem  
tuum prouocauit, iram promerui, peccauit & passus es, de-  
liqui & adhuc sustines. Si pœniteo, parcis: si reuertor,  
suscipis: insuper dum differo, præstolaris. Reuocas erran-  
tem, inuitas repugnantem, expectas torpentibus foveam  
redeuntem. Doces ignorantem, incontinentem mul-  
ces, à ruina suscitans, post lapsum reparas, petenti largiris,  
querenti inueniris, & pulsanti aperis. Ecce domine deus  
salutis meæ quid opponam nescio, quomodo respon-  
deam ignoro, nullum abs te confugium, nullum abs te  
patet latibulum, ostendisti mihi bene viuendi viam,  
& gradiendi scientiam dedisti, minatus es mihi gehen-  
nam, & pollicitus es mihi paradisi gloriã. Nunc pater  
misericordiarum & deus totius consolationis, confige  
timore tuo carnes meas: quatenus quæ minaris metu-  
endo euadam: & redde mihi letitiam salutaris tui, vt  
quæ spondes, diligendo percipiam. Fortitudo mea do-  
mine, firmamentum meum, deus meus, refugium meum,  
& liberator meus: suggere quid de te cogitem, doce  
quibus te sermonibus inuocem, da quibus operibus ti-  
bi placeam. Scio nanque scio vnũ quo tu placaris, &  
aliud quod non spernis. Est vtique tibi spiritus contri-  
bulatus sacrificium, & acceptas cor contritum & humi-  
liatum. His me deus meus, adiutor meus dita muneribus,  
his contra inimicum muni protectionibus: hoc de  
flammis vitiorum præsta refrigerium, hoc autem desi-  
deriorum passionibus pande piũ refugium. Fac do-  
mine virtus salutis meæ, ne sim de numero eorum qui  
ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt.  
Obumbra caput meum in die belli, spes mea in die af-  
flictionis, & salus in tempore tribulationis. En domine  
illuminatio mea, & salus mea rogauit quibus egeo, inti-  
mami quæ timeo, sed remordet conscientia, reprehendunt  
me cordis secreta: & quod amor ministrat, timor  
dissipat, zelus incitat, metus increpat. Acta mea formi-  
dinem, sed tua ingerit pietas fiduciam: tua hortatur be-  
nignitas, mea tardat malignitas. Et vt verius fatear, oc-  
currunt memoria phantasmata vitiorum, quæ reuerber-  
rant audaciam præsumptiuum animorum. Cum e-  
nim quis odio dignus sit, qua fronte gratiam requirit  
Cui pena debetur, qua temeritate gloriã deposcit  
Lacescit iudicẽ, qui postposita satisfactiõne delicti qua-  
rit præmijs honorari. Regi insultat obnoxius suppli-  
cio, qui donari flagitat indebito bratio: & dulcem affe-

Hominis ac-  
cusatio, & cõ-  
mẽditio mi-  
sericordiæ di-  
uine.  
Caput. II.

Psal. 144.  
1. Reg. 7.  
Psal. 88.

Psal. 118.

Psal. 50.

Psal. 119.

Psal. 50.

Lucæ. 8.

Psal. 139.

Hominis cõ-  
questio, quæ  
propter in-  
obedientiã à  
de: nino nõ  
an: haur.  
Cap III.

ctum patris stultis exacerbatur filius, qui post illatas con-  
tumelias ante pœnitentiam hereditatis usurpat celsi-  
tudinem. Quid mi pater me gessisse recolam: merui mor-  
tem, & peto vitam. Commouit regem meum, cuius im-  
pudens inuoco præsidium. Contempsit iudicem, quem  
temere postulo adiutorem. Insolens renui audire patrem,  
quem demũ præsumo habere tutorem. Heu mihi quàm  
fero venio, heu heu quàm tarde festino, heu me quia  
curro post vulnera, dedignans incolumis præcauere ia-  
cula. Neglexi prospicere tela, modo vero sollicitor de  
morte vicina, vulnera vulneribus infixi, quia scelera  
sceleribus addere non timui. Recenti cicatrices labe re-  
sperxi, quia prisca flagitia modernis iniquitatibus re-  
ciprocavi, & quæ diuina solidauerat medicina, mea re-  
soluit prurigo phrenetica. Cutis quæ superducta vulne-  
ribus morbum caelauerat, sanie erumpente putruit, quia  
iterata iniquitas concessam misericordiam exinanuit.  
Noui quippe scriptum, In quacunq; hora iustus pec-  
cauerit, omnes iustitiæ eius obliuiscetur. Si iustitia abo-  
letur iusti ruentis, quanto magis pœnitentia peccato-  
ris in idipsum reuertentis? Quoties canis redij ad vo-  
mitum, & quasi sus repetij volutabrum? Fateor, quia  
nihil recordari est impossibile. Quot mortalium igno-  
rantes peccare docui, nolentibus delinquere persuasi,  
resistentes coegi, volentibus consensit: Quot sanè gra-  
dientibus laqueum induxi, viam querentibus foveam  
retexi: quod vt patrare non horrerem, obliuisci non  
metui. Sed tu iustus iudex signans peccata, quasi in sac-  
culo obseruasti omnes semitas meas, & cunctos gres-  
sus meos dinumerasti, tacuisti, semper siluisti, patiens  
fuisisti. Væ mihi demum loqueris quasi parturiens.

Deus deorum domine præstabilis super malitia,  
noui quia manifestus venies, noui quia non semper si-  
lebis, cum in conspectu tuo ignis exardescet, & in cir-  
citu tuo tempestas valida ingruerit, cum adiucaueris  
cœlum desuper & terram discernere populum tuum. Et  
ecce coram tot milibus populorum nudabuntur om-  
nes iniquitates meæ, tot agminibus angelorum patebit  
vniuersa scelera mea, non solum actum, sed etiam cogi-  
tationum simulque locutionum. Tot iudicibus inops  
quistabo, quot me præcesserunt in opere bono: tot argu-  
entibus confundar, quot mihi præbuerunt bene viuendi  
exempla: tot conuincar testibus, quot me monue-  
runt proficijs sermonibus, seq; imitandos iustus dede-  
runt actionibus. Domine mi non suppetit quid dicam,  
non occurrit quid respondeam. Et cum iam interfisim  
sæuo illi discrimini, torquet me conscientia, cruciant  
cordis arcana, coarctat auaritia, accusat superbia, consu-  
mit inuidia, inflammat concupiscentia, infestat luxu-  
ria, dehonestat gula, ebrietas confutat, detractio lacerat,  
ambitio supplantat, rapacitas obiurgat, discordia dissi-  
pat, ira perturbat, leuitas dissoluit, torpor opprimit, hy-  
pocrisis fallit, adulatio frangit, fauor attollit, calumnia  
pungit. Ecce liberator meus de gentibus iracundis, ecce  
cum quibus vixi à die natiuitatis meæ, quibus & studui,  
quibus & fidem seruauit. Ipsa me quæ dilexeram studia,  
damnant: quæ laudaueram, vituperant. Hi sunt quibus  
acquieui amici, quibus parui magistri, & quibus seruiui  
domini, consules quibus credidi, ciues quibus cohabita-  
ui, domestici quibus cõsensit. Heu mihi rex meus & deus  
meus, quia incolatus meus prolongatus est. Væ mihi  
illuminatio mea, quia habitauit cum habitantibus ce-  
dar. Et cum David sanctus dixerit multum, quanto ma-  
gis ego infelix dicere possum, nimis incola fuit ani-  
ma mea, firmamentum meum deus, non iustificabitur  
in cor-

\*aliis, nonis

Ezecc. 3. & 18.

Proner. 2. &  
2. Petri. 2.

Job. 13.

Esaie. 42.

Iudicis ti-  
mor.  
Cap. III.  
Psal. 49.

Psal. 119.

Psal. 144.

**G** in conspectu tuo omnis viuens. Spes mea non est in filiis hominum, quem si remota pietate iudicaueris, iustum inuenies? Et nisi praueneris miserando impium, non est quod glorificet pium. Credo nanque salus mea quod audiui, quoniam benignitas tua ad poenitentiam me adducit: tui oris mihi sonuerunt nectarea labia, Nemo potest venire ad me, nisi pater meus qui misit me traxerit eum. Enimvero quia me instruxisti, tanquam propitius instructione formasti, totis medullis cordis, toto nisu mentis te omnipotens pater cum dilectissimo filio tuo, teque dulcissima proles cum serenissimo inuoco pacacletto, trahe me quatenus post te curram in odorem vnguentorum tuorum dulciter. Inuoco te deus meus, inuoco te, quia prope es omnibus inuocantibus te in veritate: tu enim veritas es, doce me quaso per clementiam tuam, sancta veritas, te inuocare in te, quia hoc fieri quo modo oporteat nescio, sed a te doceri beata veritas humiliter imploro. Absq; te enim sapere, est desipere: te vero nosse, est perfecte scire. Erudi me diuina sapientia, & doce me legem tuam. Credo nanque quem tu erudieris beatus erit, & de lege tua docueris eum. Desidero inuocare te, quod quaso fiat in veritate.

Ioan. 6.

Cant. 1. Inuocatur pater per filium. Cap. V. Ioan. 14.

Psal. 93.

**H**eritate. Quid est, in veritate inuocare veritatem, nisi in filio patrem? Ergo sancte pater, sermo tuus veritas est, principiumque verborum tuorum veritas. Hoc quippe est verborum tuorum principium, quod in principio erat verbum. In ipso principio te summum adoro principium. In ipso veritatis verbo, te perfecta inuoco veritas, in quo ipsa eadem veritas dirigas me in veritate & doceas. Quid enim est dulcius quam genitorem in nomine vngeneriti inuocare, patrem in recordatione filij ad pietatem inlectere, regem charissimae sobolis denominatione mitigare? Sic enim solent rei carceribus eripi, sic emancipati vinculis liberari, sic tristem accipientes sententiam capitis, non solum absolui, sed insuper nancisci insolitam gratiam, dummodo iratis principibus dilectae prolis intimauerint charitatem: sic delinquentes seruuli euadunt supplicia dominorum, dum pro eis interuenit dulcedo filiorum. Sic te omnipotens pater per omnipotentis filij charitatem postulo, educ de carcere ad confitendum nomini tuo animam meam, libera me a vinculis peccatorum, per coeternum flagitio vnictum tibi natum, meque cui propria merita letalem minantur sententiam, per preciosissimam ad dexteram tuam cosedentis prolis interpellationem restaura placatus ad vitam. Quem enim alium dirigam intercessorem tibi nescio, nisi hunc qui est propitiatio pro peccatis nostris, qui sedet ad dexteram interpellans pro nobis. Ecce aduocatus meus apud te deum patrem. Ecce pontifex summus, qui non alieno eget expiari sanguine, qui proprio resulget perfusus cruore. Ecce hostia sancta, bene placens & perfecta, in odorem suauitatis oblata & accepta. Ecce agnus sine macula, qui coram se tendentibus obmutuit, qui alapis castus, sputis illitus, opprobriis affectus, os suum non aperuit. En qui peccatum non fecit peccata nostra pertulit, & languores nostros suo liuore sanauit. Aspice pater pie piissimum filium pro me tam impia passum. Respice clementissimae rex quis patitur, & reminiscere benignus pro quo patitur, Nonne hic est mi domine innocens ille, quem vt seruum redimeres, filium tradidisti? Nunquid auctor vita hic est, qui vt ouis ad occisionem ductus, tibi; vsque ad mortem obediens factus, atrocissimae non timuit necis genus subire? Recole totius salutis dispensator, quia hic est ipse, quem etiam ex tua virtute genuisti,

Ioan. 1.

1. Ioan. 2. Roma. 8.

Esaie. 53.

1. Petri. 2.

Hic representat homo patri passionem filij. Cap. VI.

Esaie. 53.

Philip. 2.

meae tamen infirmitatis participem fieri voluisti. Vere haec est tua deitas, quae meam induit naturam, crucis ascendit patibulum, quae in assumpta carne triste tulit supplicium. Reduc domine deus meus oculos tuae maiestatis super opus ineffabilis pietatis. Intuere dulcem natum toto corpore extensum, cerne manus innoxias pio manantes sanguine, & remitte placatus scelera quae patrarunt manus meae. Considera inermis latus crudeli perfolium cuspide, & renoua me sacro fonte quem inde credo fluxisse. Vide immaculata vestigia quae non steterunt in via peccatorum, sed semper ambulauerunt in lege tua diris confixa clauis, & perforce gressus meos in semitis tuis, & fac me odio habere benignus omnes vias iniquitatis: viam iniquitatis amoue a me, & fac me propitius viam veritatis eligere. Oro te rex sanctorum per hunc sanctum sanctorum, per hunc redemptorem meum, fac me currere viam madorum tuorum, vt ei valeam spiritu vniri, qui mea non horruit carne vestiri. Nunquid non attendis pie pater adolescentis filij charissimi caput, niuea ceruice deflexa preciosissimam resolutum in mortem? Aspice mitissime conditor dilectae sobolis humanitatem, & miserere super infirmi plasmatis debilitatem. Candet nudatum pectus, L

Psal. 1.

L

rubet cruentum latus, tensa aere viscera, decora languent lumina, regia pallent ora, procebra rigent brachia, crura pendunt marmorea, rigat trebratos pedes beati sanguinis vnda. Specta gloriose genitor gratissimae prolis lacerata membra, & memorare benignus quae mea est substantia, conspiciare dei hominis poenam, & relaxa conditi hominis miseriam. Vide redemptoris supplicium, & redempti dimitte delictum. Hic est domine mi, quem propter peccata populi tui percussisti, licet ipse sit dilectus in quo tibi bene placuisti. Hic est ille innocens, in quo dolus non est inuentus, & tamen inter iniquos deputatus est. Quid commisisti dulcissime puer, vt sic iudicareris? Quid commisisti amatissime inuenis, vt adeo tractareris? Quod scelus tuum, quae noxa tua, quae causa mortis, quae occasio tuae damnationis? Ego enim sum tui plaga doloris, tua culpa occisionis. Ego tuae mortis meritum, tua vindictae flagitium. Ego tuae passionis liuor, tui cruciatus labor. O mirabilis censurae conditio, & ineffabilis mysterij dispositio. Peccat iniquus, & punitur iustus: delinquit reus, & vapulat innocens: offendit impius, & damnatur pius: quod meretur malus, patitur bonus: quod perpetratur seruus, exoluit dominus: quod committit homo, sustinet deus. Quod nate dei, quod tua descendit humilitas: quod tua flagrauit charitas: quod processit pietas: quod excreuit benignitas: quod tuus attigit amor: quo peruenit compassio? Ego enim inique egi, tu poena multaris: ego facinus admisi, tu vltione plecteris: ego crimen adidi, tu torturae subiiceris: ego superbiui, tu humiliaris: ego tumui, tu attenuaris: ego inobediens extiti, tu obediens scelus inobedientiae luis: ego gulae parui, tu inedia afficeris: me ad illicitam concupiscentiam rapuit arbor, te perfecta charitas duxit ad crucem: ego praesumpsi vetitum, tu subisti eculeum: ego delector cibo, tu laboras patibulo: ego fruor delictis, tu laniam ris clauis: ego pomi dulcedinem, tu fellis gustas amaritudinem: mihi ridens congaudet Eua, tibi plorans compatitur Maria. Ecce rex gloriae, ecce mea impietas, & tua claret pietas. En mea iniustitia, & tua liquet iustitia. Quid rex meus & deus meus, quid retribuam tibi pro omnibus quae retribuisti mihi? Non enim inueniri potest in corde hominis quod condigne talibus referatur

Matth. 3. Esaie. 53.

Hic recognoscit homo se causam esse passionis. Cap. VII.

M

Psal. 115.

\* alius, deus.

Galat. 5.

Psal. 41.

Psal. 118.

Hic exponit homo deo patri passionem filij, sua in reconciliationem. Cap. VIII.

Luc. 15.

**A** referatur praemiis. Nunquid sagacitas machinari potest humana, cui comparetur miseratio diuina? Nec est creaturae moliri officium, quo iuste creatorem recompenset praesidium. Est autem nate\* dei in hac tua admirabili dispensatione, est cui fragilitas mea in aliquo suppeditet, si tua visitatione copuncta mens carnem suam crucifigat cum vitiis & concupiscentiis, & hoc cum a te conceditur, quasi iam tibi incipit copati, quia & tu pro peccato meo dignatus es mori. Sicq; per interioris hominis victoriam te duce armabitur ad exterioris palmam, quatenus deuicta persecutione spiritali, non vereatur pro amore tuo subiici gladio materiali. Ita exiguitas conditionis, si tua complectat pietati, magnitudini valebit pro viribus respondere creatoris. Et haec caelestis medicina bone lesi, hoc tui antidotum amoris. Oro te per antiquas misericordias tuas, infunde vulneribus meis quod reiecta viperea contagionis bile, reintegret me incolumitati pristinae, quo gustatum tuae nectar suauitatis faciat me illecebrofa mundi toto affectu despiciere, & nulla eius aduersa pro te formidare, memorq; perpetuae nobilitatis, semper fastidiam ventos huius transitorij tumoris. Nihil quaso sine te mihi dulcescat, nihil complacat, nil preciosum, nil praeter te mihi arrideat speciosum, vilescant obscuro absq; te mihi omnia, sordiant vniuersa. Quod tibi aduersum est, sit mihi molestum: & tuum beneplacitum, mihi indeficiens desiderium. Taceat me gaudere sine te, & delectet contristari pro te. Sit mihi nomen tuum refocillatio, & memoria tua consolatio, fiant mihi lachrymae meae panes die ac nocte inuestigando iustificationes tuas, sit mihi bonum lex oris tui super milia auri & argenti. Sit obedire tibi mihi amabile, resistere tibi execrabile. Rogo te spes mea per omnes pietates tuas vt propitius impietibus meis. Adaperi aures meas mandatis tuis, ne declinae flagito per nomen sanctum tuum, in verba malitiae cor meum ad excusandas excusationes in peccatis: peto etiam per admirabilem humilitatem tuam, ne veniat mihi pes superbiae, & manus peccatoris non moueat me. Ecce omnipotens deus pater domini mei dispone benignus queso miserere mei, quoniam quicquid preciosius inueni, deuote obtuli, quicquid clarior repperi, suppliciter praesentavi. Nihil mihi reliqui, quin tuae exposuerim maiestati, nihil iam superest quod adiciam, quia totam tibi delegaui spem meam. Direxi tibi aduocatum meum dilectum filium tuum, mihi gloriosam progeniem inter me & te mediatorem, mihi, inquam, intercessorem, per quem confido, veniam, mihi si verbis verbum, quem pro meis dixi missum factis, & numerati tibi sanctissimae sobolis passionem, quam pro me credo fuisse perpeffam. Credo a te missam deitatem, meam suscepisse humanitatem, in qua dignum duxit alapas, vincula, sputa, irrisiones perferre, nec non crucem, clauos telumque suscipere. Hanc olim infantiae vagitibus demolitam, pueritiae pannis constrictam, iuuentutis sudoribus vexatam, ieiunij maceratam, vigilis afflictam, itineribus fessam, postea affectam flagris, laceratam suppliciis, deputatam cum mortuis, dotatam gloria resurrectionis colorum gaudio induxit, & in dexteram tuae celsitudinis collocavit: haec placatio mea & propitiatio tua. Hic attende pius quem generis filium, & quem redemeris seruum. Hic aspice factorem, & ne despicias facturam. Amplectere letrenus pastorem, & respice misericors allatam propriis humeris ouem. Hic est fidelissimus pastor ille qui dudum errabundam per abrupta montium, per praecipitium

tia vallium multis variisque quaesierat laboribus, quique iam morienti, iam per longa exilia deficienti, tamen inuenta gaudens se supposuit, & miro sibi annuisti charitatis a profunda confusionis abyfso leuauit, piisq; astrictam complexibus ad nonagintanovem vnam quae perierat reportauit, Ecce domine mi, rex deus omnipotens, ecce pastor bonus refert tibi quod commisisti ei suscepit te disponete ad saluandum hominem, quem tibi restituit omni labe immunem. Ecce tuum tibi charissimus natus plasma reconciliavit, quod a te procul deuiauit. En gregi tuo pastor mitis reformat, quod preedo violentus abegerat. Reddit tuis cospectibus seruum, quem sua fecerat conscientia fugitium, vt qui per se meruit poenam, per factionem huius mereatur veniam, cuique pro culpis supererat gehenna, tanto duce iam confidat reuocari ad patriam. Potui per me te sancte pater offendere, sed non valui per me placare. Factus est adiutor meus deus meus, tuus dilectus filius, meam participans humanitatem vt curaret infirmitatem, quatenus vnde causa emerferat offensionis, inde tibi immolare sacrificium laudis, meque per hoc redderet tuae pietati placabilem, quo sedens ad dexteram tuam semper meae substantiae se ostenderet esse conforitem. Ecce spes mea, ecce tota fiducia mea. Si me pro mea, vt dignum est, despicias iniquitate, respice me saltem misericors pro dilectae sobolis charitate. Attende in filio quo propitius seruo, vide carnis sacramentum, & remitte carnis reatum. Quotiens beatae prolis tibi patent vulnera, delitefcant obscuro scelera mea. Quotiens rubet preciosus pio de latere sanguis, diluatur obscuro labes meae pollutionis. Et quia caro te lacessuit ad iram, caro te flestat imploro ad misericordiam: & sicut me caro seduxit ad culpam, caro deducat ad veniam. Multum nanque est quod mea meretur impietas, longe autem maius quod redemptoris mei reposcit iure pietas. Magna enim est mea iniustitia, fateor, verum maior redemptoris iustitia. Quanto nanque est superior deus homine, tanto mea malitia est inferior eius bonitate in qualitate & quantitate. Quid enim deliquit homo, quod non redemerit filius dei factus homo? Quae tanta superbia tumeret, quam non tanta humilitas sterneret? Quod nam tantum mortis imperium, quod nati dei non destrueret crucis supplicium? Nimium deus meus si aqua lance delicta peccantis hominis, & redimentis gratia liberentur auctoritas, non tantum Oriens ab Occidente, seu inferior separatur infernus a summo caeli cardine. Iam lucis optime creator, iam culpis ignosce meis, pro dilecti filij tui laboribus immensis. Iam eius quaso pietati mea impietas, eius modestiae mea peruersitas, & mansuetudini donetur ferocitas. Iam sua humilitas meam superbiam, patientia impatientiam, benignitas duritiam, obedientia inobedientiam, tranquillitas inquietudinem, dulcedo amaritudinem, suauitas iram, charitas lucrifaciat crudelitatem. Iam diuini amor numinis, patris omnipotentis prolisque beatissimae sancta communicatio omnipotens pacacletto spiritus, moerentium consolator clementissime, iam cordis mei penetralibus potenti illabere virtute, & tenebrosa quaeque laris neglecti latibula, corufci luminis fulgore pius habitator latifusa, tuiq; roris abundantia longo ariditatis marcentia squalore visitando foecunda: Saucia interioris hominis arcana tui amoris iaculo, & torpentis medullas iecoris flammis salutaribus penetrando succende, sanctique feruoris igne illustrando intima mentis & corporis vniuersa depasce. Pota me torrente voluptatis

De innocatione spiritus sancti. Cap. IX.



**G** voluptatis tuæ, vt nil iam mundanorum degustare liberat venenatæ dulcedinis. Iudica me domine & discerne causam meam de gente non sancta, doce me facere voluntatem tuam, quia deus meus es tu. Credo ergo quia quemcunque inhabitaueris, patris ac pariter filij domicilium condis. Beatus qui te merebitur hospitari, quoniam per te pater & filius apud eum faciunt mansionem. Veni iam, veni benignissime dolentis animæ consolator, protegens in opportunitatibus, in tribulatione adiutor. Veni mundator scelerum, curator vulnorum. Veni fortitudo fragilium, releuator labentium: veni humilium doctor, superbiorum destructor. Veni orphanorum pius pater, viduarum dulcis iudex. Veni spes pauperum, refocillator deficientium. Veni nauigantium sydus, naufragij portus. Veni omnium viuentium singulare decus, morientium vnica salus. Veni sanctissime spiritus, veni & miserere mei, apta me tibi, & cõdescende propitius mihi, vt mea tuæ magnitudini exiguitas, roborique tuo mea imbecillitas secundum magnitudinem tuarum cõplaceat miserationum, per Iesum Christum saluatorem meum, qui cum patre in tua vnitate viuit & regnat in secula seculorum, Amen. Scio domine, scio & fateor, quia non sum dignus quem tu diligas, sed certe tu non es indignus quem ego diligam. Indignus quidem sum tibi seruire, sed tu non es indignus seruitio creaturæ tuæ, da ergo mihi domine vnde tu es dignus, & ego ero dignus vnde sum indignus. Fac me quomodo vis à peccatis cessare, vt quomodo debeo possim tibi seruire. Concede mihi sic custodire & regere & finire vitam meam, vt in pace dormiam, & in te requiescã. Præsta mihi in finem vt me excipiat somnus cum requie, requies cum securitate, securitas in æternitate, Amen. Te deum patrem ingenitum, te filium vnigenitum, te spiritum sanctum paracletum, sanctam & indiuiduam trinitatem toto corde & ore cõfitemur, laudamus atque benedicimus, tibi gloria in secula seculorum, Amen. O summa trinitas, virtus vna & indiscrcta maiestas, deus noster, deus omnipotens, confiteor tibi ego vltimus seruatorum tuorum, & exiguum debitorum Ecclesiæ tuæ confiteor tibi, & honorifico te merito sacrificio laudis pro scire & posse quod mihi tantillo donatæ dignatus es. Et quia exteriora mihi munera desunt, que possim offerre, ea quæ in me sunt vota laudationis ex dono misericordiæ tuæ, ecce libens atq; ouans offero tibi de fide non ficta & conscientia pura. Credo igitur te ex toto corde rex cœli & terræ domine, & ore te confiteor patrem & filium & spiritum sanctum in personis trinum, & in substantia vnum, verum deum omnipotentem, vnus simplicis & incorporeæ, inuisibilis & incircumscriptæ naturæ, nihil te superius aut inferius maiusve aliquid habetem, sed per omnem modum sine deformitate perfectum, sine quantitate magnum, sine qualitate bonum, sine tempore sempiternum, sine morte vitam, sine infirmitate fortem, sine mœdacio verum, sine situ vbique præsentem, sine extensione omnia implentem, sine contradictione vbique occurrentem, sine motu omnia transcendentem, sine statu intra omnia manentem, sine indigentia omnia createm, sine labore omnia regentem, sine tui initio omnibus initia dantem, sine tui mutatione omnia mutabilia facientem, in magnitudine infinitum, in virtute omnipotentem, in bonitate summum, in sapientia inæstimabilem, in cõsiliis terribilem, in iudiciis iustum, in cogitationibus secretissimum, in verbis veracem, in operibus sanctum, in misericordiis copiosum, erga delinquentes patientissimum,

erga pœnitentes piissimum, semper eundem ipsum æternum ac sempiternum, immortalem atq; incommutabilem, quem nec spatia dilatant, nec breuitas locorum angustat, nec receptacula vlla coarctant, nec volutates variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbant, nec læta demulcent. Cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita transeunt, nec futura succedunt. Cui nec origo initium, nec tempora incrementum, nec casus finem dabit, sed ante secula & in seculis & per secula in æternum viuis, & est tibi perennis laus & æterna gloria, summa potestas, & singularis honor, perpetuum regnũ, & sine fine imperium, per infinita & indefessa & immortalia secula seculorum, Amen. Hucusque omnipotens deus cordis mei inspector & scrutator, cõfessus sum omnipotentiam maiestatis tuæ, & maiestatem omnipotentiæ tuæ, nunc autem qualiter humano generi subuenire dignatus es in fine seculorũ, sicut corde credo ad iustitiam, ira ore coram te confiteor ad salutem. Tu quidem deus pater solus nunquam & nusquam legeris missus, de filio autem tuo ita scribit Apostolus, Cum autem venit plenitudo temporis, misit deus filium suum. Cum dicit, misit, satis ostendit, quia in hunc mundum missus aduenit, cum de beata Maria semper virgine natus, verus & perfectus homo in carne apparuit. Sed quid est quod de illo ille Euangelistarum præcipuus ait, In mundo erat & mundus per ipsum factus est? Illuc vero missus est per humanitatem vbi semper fuit & est per diuinitatem. Quam videlicet missionem opus esse totius sanctæ trinitatis toto corde credo, & ore cõfiteor. Quomodo autem nos amasti pater sancte & bone, quantum nos dilexisti pie conditor, qui etiam proprio filio non pepercisti, sed pro nobis impiis tradidisti illum, subditus tibi ille fuit vsq; ad mortem, mortem autem crucis, tollens chirographum peccatorum nostrorum & affigens illud cruci, crucifixit peccatum & occidit mortem, vnus ille inter mortuos liber, potestate habens ponendi animam suam pro nobis, & iterũ sumendi eam pro nobis. Igitur victor, & victima, & ideo victor, quia victima pro nobis tibi, sacerdos & sacrificium: & ideo sacerdos, quia sacrificium. Merito mihi spes valida in illo est, quia sanabis omnes languores meos per eũ qui sedet ad dexteram tuã & interpellat pro nobis. Languores quippe mei domine magni sunt & multi, multi sunt & magni: habet enim multa in me princeps mundi huius, scio & fateor, sed rogo te libera me per sedentem ad dexteram tuã redemptorem nostrum, in quo nihil sui mali potuit inuenire. Per ipsum me iustifica, qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, per ipsum caput nostrum in quo nulla est macula, libera membrum eius licet exiguum & infirmũ, libera quæso me à peccatis, vitis, culpis & negligentis meis. Reple me tuis sanctis virtutibus, & fac me bonis pollere moribus, fac me in sanctis operibus tuis propter nomẽ sanctum tuum perseuerare vsq; in finem secundũ voluntatem tuam. Desperare vtique potuissim propter nimia peccata mea & infinitas negligentias meas, nisi verbum tuum deus caro fieret & habitaret in nobis. Sed desperare iam nõ audeo, quia cũ inimici essemus, recõciliati sumus per mortem filij tui, quanto magis reconciliati salui facti sumus per eum? Omnis namq; spes & totius fiduciæ certitudo mihi est in precioso sanguine ei, qui effusus est propter nos & propter nostram salutem. In ipso respicio, & in ipso confusus ad te peruenire desidero, non habens meam iustitiam, sed eã quæ est in filio tuo domino nostro Iesu Christo. Vnde gratias agimus tibi clemētissime & benignissime amator

Qualiter generi humano dignatus est subuenire deus pater, & de vbi incarnatione, & gratiarũ actione. Cap. XIII. Galat. 4.

Ioan. 11.

Roma. 8. Philip. 2.

Coloss. 2. Psal. 87.

Ioan. 10.

Roma. 8.

Ioan. 14.

1. Petri. 2.

De fiducia quam habere debet anima in domino Iesu, atq; eius passionis. Cap. XIII. Romæ 5.

Acto. 11.

Acto. 24.

Ioan. 3.

Ioan. 17.

De immensa charitate patris eterni, ad genus humanum. Caput. XV.

Lucæ. 15.

Roma. 8.

Hebræ. 4.

**A** amator hominũ deus, qui per Iesum Christum filiũ tuũ dominũ nostrum cum non essemus, poteter fecisti nos, & cum perditũ fuissim culpa nostra, mirabiliter liberasti & recuperasti nos. Gratias ago pietati tuæ, & multas tibi gratias refero ex totis præcordiis meis, qui propter tuam inenarrabilem dilectionem, qua nos miseros & indignos mirabili bonitate amare dignatus es, misisti eundem vnigenitum tuum de sinu tuo ad publicũ nostrum, saluare nos peccatores tunc & filios perditionis. Gratias ago tibi pro sancta incarnatione & natiuitate eius, & pro gloriosa genitrice sua, de qua ipse carnẽ assumere dignatus est, propter nos: & propter nostram salutem: vt sicut verus deus ex deo, ita verus homo ex homine esset. Gratias tibi ago pro passione & cruce eius, pro morte & resurrectione eius, pro ascensione eius in cœlũ, & sede maiestatis eius ad dexteram tuã. Ipse enim quadragesimo die post resurrectionem suã ascendens videntibus discipulis super omnes cœlos, sedensq; ad dexteram tuam, spiritum sanctũ secundum promissionem suam in filios adoptionis effudit. Gratias tibi ago pro sacratissima illa effusione preciosi sanguinis ei, quo sumus redempti, simul & pro sacrosancto & viuifico mysterio corporis & sanguinis eius, quo quotidie in Ecclesiã tuã pacimur & potamur, abluimur, & sanctificamur, & vniũ summã diuinitatis participes efficiamur. Gratias tibi ago pro hac tua mira & inenarrabili charitate, qua nos indignos sic amasti & saluasti per vnicũ & dilectum filiũ tuum. Sic enim dilexisti mũdum vt vnigenitum tuum dares: vt omnis qui credit in eum nõ pereat, sed habeat vitam æternam. Hæc est autẽ vita æterna, vt cognoscamus te verum deum, & quem misisti Iesum Christum, per fidem rectã & condigna fidei opera. O immensa pietas, ò inæstimabilis charitas, vt liberares seruũ, filium tradidisti, Deus factus est homo, vt perditus homo de potestate demonũ erueretur. Quam benignissimus amator hominũ filius tuus deus noster, cuius pius visceribus nõ satis visum est, vt se inclinaret factus homo de vera virgine Maria, nisi etiã subiret crucis supplicii effuso sanguine propter nos, & propter nostram salutem, Venit pius deus, venit pro pietate & bonitate sua, venit querere & saluũ facere, quod perierat. Quæsiuit onem perditã, quæsiuit & inuenit, & humeris suis reportauit ad caulas gregis. Pius dominus, & vere multũ pius pastor, O charitas, ò pietas, quis audiuit talia, quis super tanta misericordiæ viscera non obstupescat? Quis non miretur, quis nõ colatetur propter nimiam charitatem tuam, qua nos dilexisti? Misisti filium tuum in similitudinẽ carnis peccati, vt de peccato dãnaret peccatum, vt nos efficeremur iustitia tua in ipso. Ipse enim verus est agnus immaculatus, qui abstulit peccata mundi, qui mortem nostrã moriẽdo destruxit, & vitam resurgendo reparauit. Sed quid tibi retribuere possimus deus noster pro tantis beneficiis misericordiæ tuæ? Quas laudes, quasue gratiarũ actiones? Eriam si illa beatorum angelorũ scientia & potetia nobis foret, nihil tamen dignũ tanti pietati & bonitati tuæ recompensare valeremus. Si certe omnia membra nostra verterentur in linguas ad rependendum tibi debitas laudes, nequaquam sufficeret exiguitas nostra. Supereminet enim omnem scientiam tua inæstimabilis charitas, quam ostendisti nobis indignis pro sola bonitate & pietate tua. Filius namque tuus deus noster, nõ angelos, sed semen Abrahæ apprehendit, assimilatus nobis per omnia absque peccato: humanam itaque nõ angelicam suscipiens naturã, & eam stola sanctæ resurrectionis & immortalitatis glorificã, vexit super omnes

cœlos, super omnes choros angelorum, super Cherubin & Seraphim, collocans ad dexterã tuam. Hanc autẽ laudant angeli, adorant dominationes, & omnes virtutes cœlorum tremunt super se & super hominẽ deum, hæc nempe mihi tota est spes omnisq; fiducia: Est enim in ipso Iesu Christo domino nostro vniscuiusque nostrũ portio caro & sanguis. Vbi ergo portio mea regnat, ibi me regnare credo. Vbi caro mea glorificatur, ibi gloriosum me esse cognosco. Vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me sentio, quauis peccator sum, de hac cõmunionem gratiæ non diffido. Et si peccata mea me prohibent, substantia mea requirit. Et si delicta mea me excludunt, naturã cõmunionem non repellit. Non enim tã immitis est deus vt obliuiscatur hominis, & non meminerit ipsius, quẽ ipse gestat, & quem mei causa suscepit eius quem mei causa requirit. Mitis vero & valde benignus est dominus deus noster, & diligit carnẽ suã, mēbra sua & viscera sua in ipso deo & domino nostro Iesu Christo dulcissimo benignissimo atque clemētissimo, in quo resurreximus, & iam cœlos ascendimus, & iam in cœlestibus confedimus. Caro nostra nos diligit: habemus autem sanguinis nostri prerogatiuã in ipso. Sumus autem mēbra eius & caro eius, ipse denique est caput nostrum, ex quo totũ corpus, sicut scriptũ est, Os ex ossibus meis, & caro de carne mea, & erunt duo in carne vna: &, Nemo vnquã carnem suam odio habet, sed fonet & diligit eã. Mysteriũ hoc magnũ est, ego dico in Christo & in Ecclesiã, ait Apostolus. Gratias itaque ago tibi labiis & corde & omni qua valeo virtute infinita misericordiæ tuæ domine deus noster, pro omnibus miserationibus tuis, quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es per eundem filium tuũ, saluatorem & recuperatorem nostrũ, qui mortuus est propter peccata nostra & resurrexit propter iustificationem nostram, & nunc viuens sine fine sedet ad dexteram tuã, & interpellat pro nobis, & simul tecum miseretur, quia deus est ex te patre coæternus & consubstantialis tibi per omnia, vnde potest in perpetuũ nos saluare: sed secundum id quod homo est, ex qua parte minor te est, data est ei omnis potestas in cœlo & in terra, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ terrestriũ & infernorũ, & omnis lingua cõfiteatur quia dñs noster Iesus Christus in gloria est tua deus pater omnipotens. Ipse quidem constitutus est à te iudex viuorum & mortuorũ, tu vero non iudicas quenquam, sed omne iudiciũ tuũ dedisti filio tuo, in cuius pectore reconditi sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ. Ipse autem testis & iudex est: iudex & testis, quẽ nulla peccatrix cõscientia effugere poterit: omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius. Ipse sanẽ, qui iniuste iudicatus est, iudicabit orbẽ terræ in acuitate, & populos in iustitia. Benedico ergo nomen sanctũ tuum in æternum, & glorifico ex toto corde meo omnipotens & misericors domine, pro inenarrabili & mirabili cõiunctione diuinitatis & humanitatis in vnitate personæ, vt non alter deus alter homo esset, sed vnus idemq; deus & homo, homo & deus. Sed licet mirabili dignatione verbũ caro factũ sit, neutra tamen ex duabus naturis in aliam mutata est substantia: Trinitatis mysterio quarta non est addita persona, vnita quippe est non cõfusa verbi dei hominisq; substantia, vt in deũ, quod ex nobis susceptũ fuerat perueniret, & illud quod nunq; fuerat, idẽ quod semper fuerat permaneret. O admirabile mysteriũ, ò inenarrabile cõmmerciũ. O mira sempetq; miranda, sepeq; amada diuinæ propitiacionis benignitas, Serui digni non fuimus, & ecce filij dei facti sumus: hæredes

Gene. 2. Eph. 5.

De duplici Christi natura, qui pro nobis miseretur, & pro nobis interpellat. Caput. XVI. Roma. 4.

Roma. 8.

Matth. 28. Philip. 2.

Ioan. 5.

Coloss. 2. Hierc. 29. Hebræ. 4.

Psal. 95.

Ioan. 1.

Roma. 8. **G** quidem dei, cohæredes autē Christi. Vnde hoc nobis, & quis nos ad hoc perduxit? Sed rogo te clemētissime pater deus per hanc inestimabilē pietatē, bonitatē & charitatem tuā, vt dignos nos facias multis & magnis promissionibus eiusdē filij tui domini nostri Iesu Christi.

Psal. 67. **M**āda virtuti tuæ & confirma hoc, quod operatus es in nobis: perface quod cœpisti, vt ad plenā tuā pietatis gratiam mereamur peruenire. Fac nos per spiritum sanctū intelligere & mereri, & debito semper honore venerari hoc magnum pietatis mysterium, quod manifestatū est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. O quantum sumus tibi debitores domine deus noster, tanto redempti precio, tanto saluari dono, & tam glorioso adiuti beneficio: quantum a nobis miseris es timendus, amandus, benedicendus, laudandus, honorandus, & glorificandus: qui nos sic amasti, sic saluasti, sic sanctificasti, sic sublimasti. Tibi nempe debemus omnē, quod possumus, omne quod viuimus, omne quod sapimus. Sed quis habet quicquam non tuū? Tu domine deus noster, a quo bona cuncta procedunt, propter te & nomen sanctum tuum, da nobis de bonis tuis, vt de bonis ac datis tuis seruiamus tibi, & in veritate placeamus, atque debitas quotidie laudes rependamus tibi pro tantis beneficiis misericordię tuæ: non enim aliunde possumus tibi seruire, neque placere, nisi de tuo munere. Omne enim datū optimū, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a te patre luminum, apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Domine deus noster, deus pie, deus bone, deus omnipotens, deus ineffabilis & incircūscriptæ naturæ, deus institutor omnium rerū, & domini nostri Iesu Christi pater, qui eundem dilectum filium tuū dominum nostrum dulcissimum misisti de sinu tuo ad publicum proficū nostrū suscipere vitam nostrā, vt nobis donaret suā, essetq; perfectus deus ex te patre, & perfectus homo ex matre, totus deus & totus homo, vnus idemq; Christus, æternus & temporalis, immortalis & victus, nutritor & nutritus, pastor & ouis, & temporaliter mortuus & tecum viuens in æternum, suis dilectoribus vitæ municipiū promittens, suis discipulis dixit, Quodcumque petieritis patrē in nomine meo, dabit vobis, Per ipsum summū sacerdotē & verum pontificē & bonū pastore, qui se tibi obtulit in sacrificiū, ponens animam suā pro grege suo, te rogo, per ipsum qui sedet ad dexteram tuā & interpellat pro nobis, redemptorem & advocatū nostrū pietati & bonitati tuę supplico clemētissime & amantissime & benignissime amator hominum deus, vt des mihi cum eodē filio tuo & spiritu sancto te in omnibus benedicere & glorificare, cum multa cordis contritione & lachrymarū fonte, cum multa reuerentia & tremore, quia quorum vna est substantia, vnū est & datum. Sed quoniam corpus quod corrūpitur aggrauat animā, excita quęso torporē meū tuis stimulis, & fac me strenue perseuerare in præceptis & laudibus tuis die ac nocte. Tribue vt concaleat cor meū intra me, & in meditatione mea exardescat ignis. Et quia ipse tuus vnicus nat⁹ dixit, Nemo venit ad me nisi pater qui misit me traxerit eum: &, Nemo venit ad patrem nisi per me, obsecro, & suppliciter rogo, trahē me semper ad ipsum, vt ipse me tandem perducat ad te illum, vbi ipse est in dextera tua sedēs. Vbi est sempiterna vita sempiternę beatæ, vbi est amor perfectus & timor nullus, vbi est dies æternus & vnus omnium spiritus, vbi summa & certa

securitas & secunda tranquillitas, & tranquilla iocūditas & iocunda felicitas, & felix æternitas, & æterna beatitudo, & beata tui sine fine visio atque laudatio. Vbi tu cū illo & ille tecum in communionē sancti spiritus æternaliter ac sempiternaliter viuīs & regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.

Spes mea Christe deus, hominum tu dulcis amator, Lux, via, vita, salus, decor, & decus omne tuorum, Omnia pro quorum voluisti ferre salutē, Cernito vincla, cruce[m], vulnus mortem atq; sepulchrū, Post tres inde dies deuicta morte resurgens, Discipulis visus, nutantia corda reformans. Luce quater dena cœlorum summa petisti. Viuis in æternum nunc & per secula regnans.

Tu es deus meus viuus & verus, pater meus sanctus, dominus meus pius, rex meus magnus, pastor meus bonus, magister meus vnus, adiutor meus optimus, dilectus meus pulcherrimus, panis meus viu⁹, sacerdos me⁹ in æternum, dux meus ad patriā, lux mea vera, dulcedo mea sancta, via mea recta, sapientia mea præclara, simplicitas mea pura, concordia mea pacifica, custodia mea tuta, portio mea bona, salus mea sempiterna, misericordia mea magna, patiētia mea robustissima, victima mea immaculata, redemptio mea sancta, spes mea firma, charitas mea perfecta, resurrectio mea vera, vita mea æterna, exultatio & visio mea beatissima, & sine fine mansura. Te deprecor, supplico & rogo, vt per te ambulem, ad te perueniam, in te requiescam, qui es via, veritas, & vita, sine qua nemo venit ad patrē. Te enim desidero dulcissimum & pulcherrimum dominū, & splendore paternæ gloriæ, qui sedes super Cherubin, & intueris abyssos, lumen veridicum, lumen illuminans, lumen indeficiens, in quem desiderant angeli prospicere. Ecce cor meū coram te est, discute tenebras eius, vt amoris tui claritate plenius perfundatur. Da mihi deus meus te, redde mihi te, en amo te, & si parum est, amem validius. Nō possum metiri vt sciam quantum desit mihi amoris tui ad id quod satis est, vt currat vita mea in amplexus tuos, nec auertatur donec abscondatur in abscondito vultus tui. Hoc tamen scio, quia male mihi est præter te domine, non solum extra me, sed in me ipso. Omnis enim copia quæ deus meus non est, egestas mihi est. Bonum nanq; quod neq; in melius, neque in deterius cōmutari potest tu solus es, qui simpliciter solus es, cui non est aliud viuere, & aliud beate viuere, quia tua beatitudo tu es. Creatura vero tua cui est aliud viuere, & aliud beate viuere, omne quod viuunt & beate viuunt, non debet nisi gratiæ tuæ attribuerē. Et ideo nos egenus tui, non tu nostri: quia si omnino non essemus, nihil tibi desset ad bonum quod tu es. Tibi itaq; domino nostro semper adherere necesse habemus, vt per cōtinuum auxiliū tuum sancte & pie & recte viuere valeamus: pondere siquidem fragilitatis nostræ deorsum trahimur, dono autē tuo accendimur & sursum ferimur, inardescimus & imus, ascendimus, ascensiones in corde facimus & cantamus canticum graduū, igne tuo bono inardescimus & imus, quo iam sursum imus, ad pacem Hierusalem. Quoniam iocundatus sum in his, quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Illic collocavit nos voluntas bona, vt nihil velimus aliud quàm permanere illic in æternum. Sed quia dum sumus in corpore, peregrinamur a te domine, non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus, noster autem municipatus in cœlis est, ideo duce gratiæ tuæ ingredior in cubile cordis mei, & canto tibi amatoria rex meus, & deus meus, gemens

Precatio ad Christum. Cap. XVIII

Ioan. 14.

1. Petri. 1.

Psal. 30.

M

Psal. 121.

2. Corin. 5. Hebræ. 12.

Psal. 118. **A** gemens inenarrabiles gemitus in loco peregrinationis meæ. Vbi cantabiles mihi factæ sunt iustificationes tuę. Et recordans Hierusalem extendo in eam sensum cordis, Hierusalem patriam meam, Hierusalem matrē meā, teq; super eam regnatorem, illustratorem, patrem, tutorem, patronum, rectorem, pastore, castas & fortes delicias, solidum gaudiū & omnia bona ineffabilia, simul omnia, quia vnū summum & verum bonum, & non auertat, donec in eius pacem matris charissime, vbi sunt primitiæ spiritus mei, colligas totū, quod sum a dispersione & deformitate hac, & conformes atque cōfirmes in æternum deus meus misericordia mea. Hæc est domus tua deus non terrena neq; vlla cœlesti mole corporea, sed spiritualis & particeps æternitatis tuæ, quia sine labe manet in æternum. Statuisti enim eam in seculū & in seculū seculi, præceptū posuisti & nō præteribit. Nō tamen tibi deo cœterna, quia non sine initio, facta est enim. Prior quippe omnium creata est sapientia, nō vti quæ illa sapientia deo patri plane cœterna & cœqualis, per quam creata sunt omnia, & in quo principio factum est cœlum & terra: sed profecto sapientia, quæ creata est, spiritualis natura scilicet, quæ contēplatione luminis, lumen est: dicitur enim & ipsa, quāuis creata, sapientia. Sed quantum distat inter lumen illuminans, & nullatenus esse possunt. Erraui fateor sicut, ouis perditā, & incolatus meus prolōgatus est, atque procul proiectus sum a facie domini dei mei in hęc exilij cæcitate[m]. Vbi expulsi a paradisi gaudiis deploro quotidie meū super miserias captiuitatis meæ lugubre carmen ingentesq; lamentationes, cum recordor tui mater Hierusalem, dum stant pedes mei in atrijs tuis, sancta & decora Sio, necdum interiora tua conspicerē in propatulo valens: sed in humeris pastoris mei, structoris tui, spero me reportari tibi, vt tripudiē tecū illo inenarrabili gaudiō, quo lætantur illi qui tecū sunt coram ipso deo & saluatore nostro, qui dissoluit inimicitias in carne sua, & pacificauit omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra sanguine suo. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnū, qui duos ex aduerso venientes parietes coniungens in se beatitudinis tuæ permanentem felicitatē pari modo, & eadem mensura se nobis datum promisit, dicens, Erūt æquales angelis dei in cœlis. O Hierusalem domus dei æterna, post Christi dilectionē tu esto lætitia & cōsolatio mea, dulcis memoria tui beati nominis sit reuelatio meroris cœdiorumq; meorū. Tædet enim me domine valde vitæ huius, & istius ærumnosæ peregrinationis. Vita hæc, vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorū, regina superborū, plena miseris & erroribus, quæ non est vita dicēda, sed mors, in qua momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis defectus diuersis generibus mortū. Numquid ergo hoc quod viuimus in hoc mundo, dicere possumus vitā, quā humores tumidant, dolores extenuant, & ardores exiccant, ærea morbidat: efcæ inflant, ieiunia macerant: ioci dissolunt, tristitiæ consumunt: foelicitudo coarctat, securitas hebetat: diuitiæ inflant & iactant, paupertas deiicit: iuuetus extollit, senectus incuruat: infirmitas fragi, meror deprimit: Et his malis omnibus mors furibunda succedit, simulq; cūctis gaudiis isti⁹ misera vitæ ita finē imponit, vt cum esse desierit, non fuisse putetur. Mors ista vitalis, & vita mortalis, licet his aliisq; sit resperfa amaritudinibus, proh dolor quamplurimos suis capit illecebris, & quā multos suis fallis promissionibus decipit. Et cū ita per se sit falsa & amara, vt etiam suos cæcos amatores latere non

Hic distinguit inter factam pietatem que domus dei est, & sapientiam que diuina est. Caput XIX Psal. 118. Ecclesiastici 1. Ioan. 1. Genes. 1.

2. Corin. 5.

Gala. 4.

Psal. 118.

C

Psal. 118.

Psal. 41. Psal. 25.

omnes dies vitę suæ. Et quæ vita eius nisi tuæ & qui dies sui, nisi æternitas tuasitit anni tui, qui non deficiet. Hic ergo intelligat anima, quæ potest, quā lōge super otidina tempora sis æternus, quādo domus tua, quæ peregrinata non est, quāuis tibi non sit coæterna, indefinenter tamen & indeficienter cohærendo tibi, nullā temporis patitur varietatē, teq; semper perseuerantissima castitate hauriens immutabilitatē suam, nūquam & nunquam exierit ex te sibi presente, ad quē toto affectu se tenet, nō habens futurum, quod expectet, nec præteritum trāsiēs, quod meminerit, per nullas vices variatur, & in nulla tēpora extenditur. O domus dei luminosa & speciosa, dilexi decorē tuum, & locum habitationis glorię domini dei mei fabricatoris & possessoris tui, tibi suspiret peregrinatio mea, nocte ac die tibi inhiet cor meū, tibi intendat mens mea, ad societate beatitudinis tuę peruenire desideret anima mea, dico ei, qui fecit te vt possideat me in te, quia ipse fecit me & te, imō tu dic, tu roga vt dignū me faciat participatione glorię tuę: Sancta enim societatem tuam, & mirabilem pulchritudinē tuā non per meritū requiro, sed per sanguinē eius, quo redemptus sum, adipisci non despero, rātum adiument me merita tua, subueniant prauitati meę sanctę & purissimæ orationes tuę, quæ inefficaces apud deum nullatenus esse possunt. Erraui fateor sicut, ouis perditā, & incolatus meus prolōgatus est, atque procul proiectus sum a facie domini dei mei in hęc exilij cæcitate[m]. Vbi expulsi a paradisi gaudiis deploro quotidie meū super miserias captiuitatis meæ lugubre carmen ingentesq; lamentationes, cum recordor tui mater Hierusalem, dum stant pedes mei in atrijs tuis, sancta & decora Sio, necdum interiora tua conspicerē in propatulo valens: sed in humeris pastoris mei, structoris tui, spero me reportari tibi, vt tripudiē tecū illo inenarrabili gaudiō, quo lætantur illi qui tecū sunt coram ipso deo & saluatore nostro, qui dissoluit inimicitias in carne sua, & pacificauit omnia, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra sanguine suo. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnū, qui duos ex aduerso venientes parietes coniungens in se beatitudinis tuæ permanentem felicitatē pari modo, & eadem mensura se nobis datum promisit, dicens, Erūt æquales angelis dei in cœlis. O Hierusalem domus dei æterna, post Christi dilectionē tu esto lætitia & cōsolatio mea, dulcis memoria tui beati nominis sit reuelatio meroris cœdiorumq; meorū. Tædet enim me domine valde vitæ huius, & istius ærumnosæ peregrinationis. Vita hæc, vita misera, vita caduca, vita incerta, vita laboriosa, vita immunda, vita domina malorū, regina superborū, plena miseris & erroribus, quæ non est vita dicēda, sed mors, in qua momentis singulis morimur, per varios mutabilitatis defectus diuersis generibus mortū. Numquid ergo hoc quod viuimus in hoc mundo, dicere possumus vitā, quā humores tumidant, dolores extenuant, & ardores exiccant, ærea morbidat: efcæ inflant, ieiunia macerant: ioci dissolunt, tristitiæ consumunt: foelicitudo coarctat, securitas hebetat: diuitiæ inflant & iactant, paupertas deiicit: iuuetus extollit, senectus incuruat: infirmitas fragi, meror deprimit: Et his malis omnibus mors furibunda succedit, simulq; cūctis gaudiis isti⁹ misera vitæ ita finē imponit, vt cum esse desierit, non fuisse putetur. Mors ista vitalis, & vita mortalis, licet his aliisq; sit resperfa amaritudinibus, proh dolor quamplurimos suis capit illecebris, & quā multos suis fallis promissionibus decipit. Et cū ita per se sit falsa & amara, vt etiam suos cæcos amatores latere non

\*alias i præteritum trāsiens. Hic oratio mo, vt ipsa quoque domus dei oret pro eo. Caput. XXI.

Psal. 118.

Psal. 119.

Ephes. 2.

Math. 22.

Quæritis amaritudinibus vita ista sit resperfa. Cap. XXI.

G valeat:tamen infinitam stultorum multitudinem aureo calice,quem in manu habet, potat & prorsus inebriat. Felices illi,& ipsi rari,qui familiaritatem eius recusant, perfuntoria gaudia spernunt, societatem abiciunt, ne cū pereunte deceptrice & ipsi perire cogitatur. O tu

De felicitate vite, quā preparauit deus diligētibus se. Cap. XXII.

1. Corin. 13. 1. Ioan. 3.

vita, quam preparauit deus his, qui diligunt eum, vita vitalis, vita beata, vita secunda, vita tranquilla, vita pulchra, vita munda, vita casta, vita sancta, vita ignara mortis, nescia tristitiae, vita sine labe, sine dolore, sine anxietate, sine corruptione, sine perturbatione, sine varietate & mutatione, vita totius elegantiæ & dignitatis plenissima, vbi non est aduersarius impugnans, vbi nulla peccati illecebra, vbi est amor perfectus, & timor nullus, vbi diēs æternus, & vnus omnium spiritus, vbi deus facie ad faciem cernitur, & hoc vitæ cibo mens sine defectu satiatur. Libet me tuæ intendere claritati, delectat me bona tua auido corde quāto plus valeo tecum considerare, tantū plus amore langueo, tuo vehemēti desiderio, tuāq; dulci memoria admodū delector. Libet itaq; libet cordis in te oculos attollere, statum mentis erigere, affe-

ctum animi cōformare. Libet sanē de te loqui, de te audire, de te scribere, de te conferre, de tua beatitudine & gloria quotidie legere, & lecta sapius sub corde reuoluere, vt vel sic possim ab huius mortalitatis periturāq; vitæ ardoribus, periculis & sudoribus sub tuæ vitalis auræ dulci refrigerio transire, & transiens in sinu tuo fessum caput dormiturus vel paululum reclinare. Huius rei gratia scripturarū sanctarū amœna prata ingredior, viridissimas sententiarum herbas exarando carpo, legendo commedo, frequentādo rumino, atque congregando tandē in alta memorię sede repono, vt tali modo tua dulcedine degustata, minus istius miseriam vitæ amaritudines sentiam. O tu vita felicissima, ð regnū vere beatū, carens morte, vacans sine, cui nulla tempora succedūt per ætū, vbi cōtinuus sine nocte dies nescit habere tempus, vbi victor miles illis hymnidicis angelorū sociatus choris, cantat deo sine cessatione canticum de canticis Sion, Nobile perpetua caput amplectente corona.

Vtinam concessa mihi peccatorū venia, moxq; hac carnis sarcina deposita, in tua gaudia verā requiem habiturus intrarem, & tuæ ciuitatis præclara atque speciosa mœnia, coronā vitæ de manu domini accepturus ingrederer, vt illis sanctissimis choris interellem, vt cū beatissimis spiritibus gloriae conditoris assisterem, vt præsentem Christi vultū cernerē, vt illud summū & ineffabile & incircūscriptū lumen semper aspicerē, sicq; nullo metu mortis affici, sed de incorruptionis perpetuæ munere lætari possem sine fine. Felix anima, quæ terreno resolutio corpore libera cœlum petit, secunda est & tranquilla, non timet hostem neque mortem: habet enim præsentem, cernitq; indefinenter pulcherrimū dominū, cui seruiuit, quem dilexit, & ad quem tandē læta & gloriosa peruenit. Hanc vero tantæ beatitudinis gloriam nulla dies minuet, nullus improbus poterit auferre. Viderunt eā filie Sion, & beatissimā prædicauerunt, reginæ & cōcubine laudauerūt eā dicentes, Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitiis affluēs, innixa super dilectum suum? Quæ est ista quæ progreditur sicut aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Quam læta exit, festinat, currit, cum dilectum suū sibi dicentē attonitis auribus audit, surge propera amica mea, speciosa mea, & veni, iā enim hyems transit, imber abiit & recessit, flores apparuerūt in terra nostra, tempus putationis aduenit, vox turturis audita est in terra nostra, sicut protulit grosos suos, flo-

De felicitate anime facte hinc excurrit. Cap. XXIII

Canti. 6.

Canti. 2.

rentes vineæ dederunt odorem suum, Surge, propera amica mea, formosa mea, columba mea in foraminibus petrae, in cauernis maceræ, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis. Vox enim tua dulcis, & facies tua decora. Veni electa mea, speciosa mea, columba mea, immaculata mea, sponsa mea, veni & ponam in te thronum meum, quia concupiui speciem tuam. Veni vt lateris in conspectu meo cum angelis meis, quorum societas tibi à me repromissa est. Veni post multa pericula & labores, intra in gaudium domini tui, quod nemo tollet à te. Felices sancti dei omnes, qui iā pertransistis huius mortalitatis pelagus, & peruenire meruistis ad portam perpetuæ quietis, securitatis & pacis, securi & tranquillitatis, semperq; festiui atq; gaudentes, Obsecro vos per vestrā charitatē, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis: securi estis de vestra inmarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cuius pulchritudine iam satiamini, de cuius immortalitate iā immortales facti estis, de cuius beatissima visione semper gaudetis, estote iugiter memores nostri, subuenite nobis miseris, qui adhuc in salo huius vitæ circumstantibus agitatur procellis. Vos portæ pulcherrimæ, quæ in magnam surrexistis altitudinem, adiuuate nos vile pauperculum longe inferius iacentes. Date manum, & erigite iacentes super pedes, vt conualescentes de infirmitate, fortes efficiamur in bello. Intercedite & orate cōstanter atque indefinenter pro nobis miseris multumq; negligentibus peccatoribus, vt per vestras orationes vestro sancto consortio coniungamur, quia aliter salui esse non possumus. Sumus namque valde fragiles, & nullius virtutis homunciones, animalia ventris, & carnis micipia, in quibus vix aliquod virtutis vestigium apparet. Et tamen sub Christi confessione positi, ligno crucis ferimur, nauigantes per hoc mare magnum & spaciosum, vbi sunt reptilia quorum nō est numerus, vbi sunt animalia pusilla cum magnis, vbi est draco seuilissimus, semper paratus ad deuorandum, vbi sunt loca periculosa Scylla & Charybdis, & alia innumerabilia, in quibus naufragantur incauti, & in fide dubij. Orate dominum, orate piissimi, orate omnia agmina sanctorum, & vniuersi cœtus beatorū, vt vestris precibus meritisq; adiuti, salua naue & integris mercibus peruenire mereamur ad portum perpetuæ salutis & quietis, & cōtinuæ pacis, & nunquam finiendæ securitatis. Mater Hierusalē, ciuitas sancta dei, charissima sponsa Christi, te amat cor meū, pulchritudinem tuam nimium desiderat mens mea. O quam decora, quam gloriosa, quam generosa tu es! Tota pulchra es, & macula non est in te. Exulta & lætare formosa filia principis, quia concupiuit rex speciem tuam, & amauit decorem tuum, speciosus forma præ filiis hominum. Sed qualis est dilectus tuus ex dilecto, ð pulcherrima? Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex milibus. Sicut malus inter ligna sylvarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius quem desideravi, ecce læta sedeo, & fructus eius dulcis gutturi meo. Dilectus meus misit manum suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius. In lectulo meo per noctem quæsiui quē diligit anima mea, quæsiui, & inueni: teneo, nec dimittā illū, donec introducat me in domū suam, & in cubiculum suum, gloriosa genitrix mea. Ibi enim dabis mihi dulcissima vbera tua abundantius & perfectius, & satiabis me satietate mirifica, ita vt nec esuriam, nec sitiam in æternum. Felix anima mea, semperq; felix in secula, si inueni meruero gloriam

Sanctorum invocatio. Ca. XXIII

L

Psal. 103.

M

Anime desiderii ad ciuitatem superam Hierusalem. Cap. XXV. Canti. 4.

Psal. 44.

Canti. 5.

Canti. 2.

Canti. 5.

Canti. 3.

Canti. 7.

A gloriam tuam, beatitudinem tuam, pulchritudinem tuā, portas & muros tuos, & plateas tuas, & mansiones tuas multas, nobilissimos ciues tuos, & fortissimum regē tuū dominum nostrum in decore suo. Muri namq; tui ex lapidibus preciosis, portæ tuæ ex margaritis optimis, plateæ tuæ ex auro purissimo, in quibus iocundū halleluia sine intermissione conciniunt, Mansiones tuæ multæ, quadris lapidibus fundatæ, saphyris constructæ, laterculis coopertæ aureis, in quas nullus ingreditur nisi mundus, nullus habitat inquinatus. Speciosa facta es & suauis in delitiis tuis, mater Hierusalē. Nihil in te tale quale hic patimur, qualia in hac misera vita cernimus. Non sunt in te tenebræ, aut nox, aut qualibet diuersitas temporum, Non lucet in te lux lucernæ, aut splendor lunæ, vel iubar stellarum, sed deus de deo, lux de luce, sol iustitiæ semper illuminat te, agnus candidus & immaculatus, lucidum & pulcherrimum est lumen tuum. Sol tuus & claritas tua & omne bonum tuum, huius pulcherrimi regis indeficis contemplatio. Ipse rex regum in medio tui, & pueri eius in circumitu eius. Ibi hymnidici angelorum chori, ibi societas supernorum ciuiū. Ibi dulcis solennitas omnium ab hac tristi peregrinatione ad tua gaudia redeuntium. Ibi Prophetarum prouidus chorus, ibi duodeni Apostolorum numerus, ibi innumerabilium martyrum victor exercitus, ibi sanctorum cōfessorum sacer conuentus, ibi veri & perfecti monachi, ibi sanctæ mulieres, quæ voluptates seculi & sexus infirmitatē vicerunt, ibi pueri & puellæ, qui annos suos sanctis moribus transcenderunt, ibi sunt oues & agni, qui iam huius voluptatis laqueos euaserūt, exultant omnes in propriis mansionibus, dispar est gloria singulorū, sed communis est lætitia omnium. Plena & perfecta ibi regnat charitas, quia deus est ibi omnia in omnibus, quæ sine fine vident, & semper vidēdo in eius amore ardēt, amant & laudant, laudant & amant. Omne opus eorū, laus dei sine fine, sine defectione, sine labore. Felix ego & vere in perpetuum felix, si post resolutionem huius corpusculi audire meruero illa cætica cœlestis melodia, quæ cantantur ad laudem regis æterni ab illis supernæ patrię ciuibus, beatorumq; spirituum agminibus. Fortunatus ego nimiumq; beatus, si ego ipse meruero cætare ea & assistere regi meo deo meo, & duci meo, & cernere eum in gloria sua, sicut ipse polliceri dignatus est, dicens, Pater, volo vt quos dedisti mihi, sint tecum, vt videant claritatem meam, quam habui apud te ante cōstitutionem mundi: & alibi, Qui mihi ministrat, me sequatur, & vbi sum ego, illic & minister meus erit: & iterum, Qui diligit me, diligetur à patre meo & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.

1. Cor. 15.

Ioan. 17. 12. & 14.

HYMNVS DE GLORIA PARADISI.

Ad perennis vitæ fontem mens sitiuit arida, Claustra carnis præsto frangi clausa quarit anima, Glist, ambit, eluctatur exul frui patria, Dum prelituris ac arumnis se gemit obnoxiam, Quam amittit cum deliquit, contemplatur gloriam. P. aens malum auget boni perditū memoriā. Nam quis promat, summæ pacis quanta sit lætitiā? Vbi vitis margaritis surgunt adificia, Auro cella micant testæ, radiant tyelinia, Sols gemmas preciosas hæc structura nectitur, Auro munda tanquam vitro vrbis via sternitur, Abest limas, deest sinus, lues nulla cernitur. Hyems horrens, etas torrens illic non quam cœliunt, Flos perpetuus rosarum ver agit perpetuum, Tomus nonus.

Caput XXVI. Numeri sūt lege solui, ad imitationē carminis trochaici tetrametri cælestici.

Candent lilia, rubescit crocus, sudat balsamini. Virent prata, vernant sata, riuus mellis influunt, Pigmentorum spirat odor, liquor & aromatum. Pendent poma floridorum non lapsura nemorum. Non alternat luna vices, sol, vel curfus syderum, Agnus est felicitis vrbis lumen inocciduum. Nox & tempus desunt ei, diem fert continuum, Nam & sancti quique velut sol præclarus rutilant, Post triumphum coronati mutuo conuulsi, Et prostrati, pugnas hostis iam securi numerant. Omni labe defecati, carnis bella nesciunt, Caro facta spiritalis & mens vnum sentiunt, Pace multa perfruentes, scandala non perferunt. Mutabilibus exuti, repetunt originem, Et præsentem veritatis contemplantur speciem: Hinc vitalem vini fontis hauriunt dulcedinem, Inde statim semper iidem exeuntes capiunt, Clari, viuidi, iocundi, nullis peccant calibus. Absunt morbi semper sanis, senectus iuuenibus. Hinc perenne tenent esse, nam tranfitur tranfit. Inde virent, vigent, florent, corruptela corrui, Immortalitatis vigor atræ, mortis ius absorbit. Qui scientem cuncta sciunt, quid nescire nequeunt? Nam & peccatoris arcana penetrant alterutrum, Vnum volunt, vnum nolunt, vnitas est mentium, Licet cuique sit diuersum pro labore meritum, Charitas hæc suum facit, quod dum amat alterum, Proprium sic singulorum, commune fit omnium. Vbi corpus, illic iure congregantur aquila, Quo cum angelis & sanctis recreentur anima. Vno pane viuunt ciues vtriusque patrię. Audi, & semper pleni, quod habent, desiderant, Non sarietas fastidit, neque fames cruciat, Inhiantes semper edunt, & edentes inhiant. Nouas semper harmonias, vox meloda concrepat, Et in iubulum prolata mulcent aures organa Tigna, per quem sunt victores, regi dant præconia. Felix cœli, quæ presentem regem cernit anima, Et sub sede spectat alta orbis volui machinam, Solem, lunam, & globosa cum planetis sydera. Christe palma bellatorum, hoc in municipium Introduce me, post solutum militare cingulum. Fac consortem donatum beatorum ciuium, Probes vires inexhausto laboranti prælio. Vt quietem post præcinctum debeas merito, Teq; merear potiri sine fine premio. Amen.

D

E

F

Benedic anima mea domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto eius, Benedic anima mea domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius. Benedicite dño omnia opera eius, in omni loco dominationis eius benedic anima mea domino. Laudemus deum quæ laudant angeli, adorant dominationes, tremunt potestates, cui Cherubin & Seraphin inaccessibili voce proclamant, Sanctus, sanctus, sanctus, lungamus voces nostras vobis angelorum sanctorū, & cōmanem dominū laudemus pro modulo nostro. Illi enim laudant dominū purissime & inaccessanter, qui semper in herent contemplationi diuine, nō per speculū & in enigmate, sed facie ad faciē. Sed quis dicere vel cogitare sufficiat, qualis sit in cōspectu domini dei omnipotentis illa beatorum spirituum cœlestiumq; virtutū innumerabilis multitudo: quæ sit in eis sine fine festiuitas visionis dei, quæ lætitia sine defectu, quis amoris ardor, non crucians, sed delectans? Quod sit in eis desiderii visionis dei cū sarietate, & sarietas cū desiderio, i quibus nec desiderii pœnā generat, v iij nec

Doxologia. Caput XXVII. Laus continua quæ facit anima ex cōtemplatione superne diuinitatis.

1. Corin. 13.



**G** nec satiata fastidium parit? Quomodo inhæredo sum-  
 mæ beatitudini sint beati? quomodo coniuncti vero lu-  
 mini facti sunt lux? Quomodo semper aspicientes in-  
 commutabilem trinitatem, mutati sunt in incommu-  
 tabilitatem? Sed quando illam angelicæ dignitatis celsi-  
 tudinē comprehendere poterimus, quando nec ipsius a-  
 nimæ nostræ naturam inuestigare valeamus? Qualis est  
 ista, quæ carnem viuificare potest, se autē in sanctis co-  
 gitationibus vt volet constringere nō potest? Qualis est  
 ista tam fortis, tam infirma, tam parua, tam magna, quæ  
 rimatur secreta dei & cœlestia contemplatur, atque hu-  
 manis cōmodis multarum artium peritiam perspicaci  
 ingenio adinuenisse probatur? Qualis ergo est ista, quæ  
 tam multa de cæteris nouit, & se qualiter facta sit pro-  
 fusus ignorat? Licet enim nonnulla ambigua à quibusdam  
 super eius origine proferantur, inuenimus tamen eam  
 esse quædam intellectualem spiritū per creatoris poten-  
 tiam factum, immortaliter iuxta modū suum viuētem,  
 mortale corpus, quod sustinet viuificantem, mutabilitati  
 subiectum, obliuioni deditum, quem timor saepe afficit,  
 lætitia extollit. O res mira omniq; stupore dignissima.  
**H** De deo quidem creatore omniū, qui est incomprehen-  
 sibilis & ineffabilis, excelsa & mirabilia nimis omni re-  
 mota ambiguitate legimus, loquimur & scribimus: de  
 angelis autem & animabus quicquid dicimus, non tam  
 euidenter approbare possumus. Sed transeat ab his ani-  
 mus, & transcendat omne, quod creatum est, currat &  
 ascendant, volitet & pertranseat, & in eum, qui creatit  
 omnia quantum potest oculos fidei dirigat. Faciā ergo gra-  
 dus ascensionis in corde meo, & per ipsos ascendā ani-  
 mam meam, & per ipsam mentē nrām ascendā ad do-  
 minum meū, qui capiti meo desuper manet. Quicquid  
 visibiliter cernitur, quicquid spiritaliter imaginatur, for-  
 ti manu ab intuitu cordis & mētis procul remoueat:  
 solus intellectus purus & simplex, incedēs rapido volatu  
 ad ipsum perueniat conditorē angelorum & animarū  
 & omnium rerum. Mēs illa beata, quæ ima deserit, sum-  
 ma petit, quæ ponit in arduis sedē habitationis suæ, &  
 de summis rupibus contemplatur solem iustitiæ aquili-  
 nis obtutibus. Nihil enim tam pulchrū atque iocūdum,  
 quam ipsum solū mentis intuitu & cordis auiditate cō-  
 templari deū, & miro modo inuisibiliter cernere inui-  
 sibilem, sicq; aliā non istam gustare dulcedinē, & inspi-  
 cere aliam nō istam lucem. Lux enim ista, quæ loco clau-  
 ditur, tempore finitur, noctiū interruptione variatur, &  
 quā cōmunē cū vermibus & pecoribus habemus, in cō-  
 paratione illius summæ lucis nō est lux dicēda, sed nox.

Quoniam autē illa summa & incōmutabilis essen-  
 tia, lux vera, lux indeficiēs, lux angelorum à nemine cō-  
 spici valeat in hac vita, quod solū præmiū sanctis reser-  
 uatur in cœlesti gloria: illud tamē credere & intelligere  
 & sentire & ardenter inhiare quodāmodo illum cerne-  
 re est atq; tenere. Sonet itaq; vox super angelos, & ho-  
 mo intenta mēte contēpletur deū, verbis, quibus potest  
 suas illi dicat laudes. Iustū nanq; est vt creatura suū lau-  
 det creatorē, ipse enim ad laudandū se nos creatit, qui  
 nostris non indiget laudibus. Est autē virtus incōprehē-  
 sibilis, nullius indigens, ipse sibi sufficiens. Magnus dñs  
 deus noster & magna virtus eius, & sapientiæ eius non  
 est numerus, magnus dominus deus noster & laudabi-  
 lis valde. Hunc itaq; mens diligat, lingua canat, manus  
 scribat, atq; in his sanctis studiis fidelis animus se totū  
 exerceat. Huius videlicet cœlestis theoriæ suauissimis  
 dapibus vir desideriorum, & cœlestiū contemplator af-  
 ficiā reficiatur, vt hoc cœlesti pabulo saginatus clamet

clamore magno, clamet totis medullis cordis, clamet  
 in iubilo, & ardentissimo mētis desiderio dicat, O sum-  
 me, optime, omnipotētissime, misericordissime, iustissi-  
 me, secretissime, præsentissime, pulcherrime & fortissi-  
 me, stabilis & incōprehēnsibilis, inuisibilis, omnia vidēs,  
 immutabilis, omnia mutās, immortalis, illocalis, inter-  
 minū, incircūscriptus, nusquam finitus, inæstimabilis,  
 ineffabilis, inscrutabilis, immotus, omnia mouens, inue-  
 stigabilis, indicibilis, metuēdus atq; terribilis, honoran-  
 dus atq; timendus, venerandus atque reuerendus: nun-  
 quam nouus, nunquam vetus, innouās omnia, & in ve-  
 tustate perducēs superbos & nesciūt. Semper agens, sem-  
 per quietus, colligens & non egens, oīa portās sine onere,  
 omnia implens sine inclusione, omnia creans, prote-  
 gens, nutriendus & perficiens, quærens cum nihil desit tibi,  
 amans nec æstuas, zelans & securus es: pœnitet te &  
 nō doles, irasceris & tranquillus es, opera mutas, sed nō  
 cōsiliū. Recipis quod nō inuenis & nūquam amisisti,  
 nunquam inops & gaudes lucris, nunquā auarus & vsu-  
 ras exigis, supererogatur tibi vt debeas, & quis habet  
 quicquam nō tuū? Reddis debita nulli debēs, donas de-  
 bita nihil perdens. Qui solus viuificas omnia, qui crea-  
 sti omnia, qui vbiq; es, & vbiq; totus, qui sentiri potes, vi-  
 deri nō potes, qui nusquam dees, & tamen ab iniquorū  
 cogitationib; lōge es. Qui nec ibi dees, vbi lōge es, quia  
 vbi nō es per gratiā, ades per vindictā. Qui omnia tan-  
 gis, nec tamen omnia tangis equaliter: quædam enim  
 tangis vt sint, nō tamen vt viuāt, sentiāt & discernant:  
 quædam vero tangis vt sint, & viuāt, nō tamen vt sentiāt,  
 & discernant: quædam vero tangis, vt sint, viuāt & sen-  
 tiant, nō tamen vt discernant: quædam vero tāgis vt sint,  
 viuāt, sentiāt & discernant. Et cum tibimetipsi nun-  
 quam dissimilis sis, dissimiliter tamen tāgis dissimilia,  
 qui vbiq; semper præsens es & inueniri vix potes, quē  
 stantem sequimur, & apprehendere nō valeamus, qui tenes  
 omnia, implet omnia, circūplectis omnia, super-  
 excedis omnia, sustines omnia: neque ex alia parte susti-  
 nes, atque ex alia parte superaris: neq; ex alia parte im-  
 ples, & ex alia circūplectis: sed circūplectendo  
 implet, & implendo circūplectis, sustinendo su-  
 perexcedis, & superexcendendo sustines. Qui doces cor-  
 da fidelium sine strepitu verborum. Qui attingis à fine  
 vsque ad finē fortiter, & disponis omnia suauiter. Qui  
 locis non distenderis, nec temporibus variaris. Neq; ha-  
 bes accessus & recessus, sed habitas lucē inaccessibilem,  
 quam nullus hominū vidit, nec videre potest. In te ma-  
 nens quietus, vbiq; circūmis totum, vbiq; prorsus to-  
 tus. Non enim scindi vel diuidi poteris, quia vere vnus  
 es, nec in partes efficeris, quia totus totum tenes, totum  
 implet, totum illustras & possides. Huius videlicet my-  
 sterij immensam profunditatem mens humana concipere  
 non potest, nec oratoria lingua enarrare, neque  
 diffusi sermones, nec bibliothecarum volumina queunt  
 explicare. Si totum mundum libri repleant, tua scien-  
 tia inenarrabilis explicari non potest, quoniam vere in-  
 dicibilis es, nullo modo scribi potes, neque concludi,  
 qui es fons lucis diuinæ & sol claritatis æternæ. Magnus  
 enim es sine quantitate, & ideo immensus: bonus es si-  
 ne qualitate, & ideo vere & summe bonus, & nemo bo-  
 nus nisi tu solus, cuius volūtas est opus, cuius velle posse  
 est. Qui omnia de nihilo creasti, quæ sola voluntate tua  
 fecisti. Qui omnem creaturam tuam absque indigentia  
 aliqua possides, & sine labore gubernas, & absque tēdio  
 regis. Et nihil est quod perturbet ordinē imperij tui, vel  
 in summis, vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco  
 haberis

**K**  
 Oratio ex-  
 plicans plu-  
 rimas dei  
 proprietates.  
 Caput  
 XXXIX.

**L**

**M**  
 Sapientia 8.

1. Timotheo 6.

Marci 8.

**A** haberis, & omnia cōtines sine ambitu, & vbiq; præ-  
 sens es sine situ & motu. Qui nec mali author es, quod  
 facere non potes, qui nihil non potes: neque vnquam te  
 aliquid fecisse pœnituit, nec vlli cōmotionis animi tui  
 tempestate turbaris, nec totius terræ pericula damnū  
 tuum est. Nulla flagitia vel scelera probas, aut imperas.  
 Nunquam mentiris, quia æterna veritas es. Cuius vnus  
 bonitate facti sumus, & iustitia pœna luimus, & clemē-  
 tia liberamur. Nam nihil cœlestē, nihil igneum, nihil  
 terrenum, nihilq; quod corporis sensus attingat pro te  
 colendum est, qui vere es, quod es & non mutaris. Cui  
 maxime spiritaliter conuenit illud, quod Græci dicunt,  
 τὸ ὄν, Latine quod est, semper idem ipse es, & anni tui nō  
 deficient. Hæc & alia multa docuit me sancta mater Ec-  
 clesia, cuius factus sum membrum per gratiam tuā. Do-  
 cuit me sane te solum & vnū & verum deum nō esse  
 corporeum & passibile, nihilq; de substantia tua vel na-  
 turā vllō modo esse violabile, aut commutabile, aut cō-  
 positum vel factum. Et ideo certum est corporeis oculis  
 te non posse sentiri: sed nec ab vllō mortalium in pro-  
 pria essentia aliquando potuisse videri. Hinc etenim pa-  
 tenter datur intelligi, quod vnde angeli te intuentur, in-  
 de & nos post hæc vitam te videbimus. Sed nec ipsi pro-  
 fecto te videre possunt sicuti es: nulli denique alij tota  
 nisi tibi soli nota est omnipotens trinitas. Tu vero  
 vnitas es diuinitatis, personarum pluralitate multi-  
 plex, numerabiliter es innumerabilis, ac ideo mēsu-  
 rabiler immensurabilis, & ponderabiliter impōdera-  
 bilis. Non enim summæ bonitatis, quæ tu ipse es profite-  
 mur originem, ex qua omnia, per quam omnia, in qua  
 omnia: sed eius participatione dicimus omnia bona. Nā  
 tua diuina essentia semper caruit ac caret materia, licet  
 non careat forma, forma scilicet informata, forma for-  
 marum, forma formosissima, quā dum imprimis quasi  
 figillum rebus singulis, eas sine tui augmenti, aut tui de-  
 trimenti mutabilitate proculdubio à te facis differri.  
 Quicquid autem in natura creaturarū est, creatura tua  
 est. O vna trinitas & trina vnitas deus, cuius omnipotē-  
 tia omnia possidet & regit & implet, quæ creatit. Nec  
 ideo te implere omnia dicimus vt te contineant, sed vt  
 ipsa potius à te contineantur: nec particulatim implet  
 omnia, nec vllatenus ita putandum est, vt vnaquæque  
 creatura pro magnitudine portionis suæ capiat te, id est  
 maximam maius, & minima minus, cū sis potius ipse in  
 omnibus, sine omnia in te. Cuius omnipotentia conclu-  
 dit vniversa, nec euadendi potentiam tuam quis aditū  
 inuenire poterit. Qui enim te non habet placatum, ne-  
 quaquam euadet iratum, sicut scriptum est, Neque ab O-  
 riente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus,  
 quoniam deus iudex est: & alibi, Quod ibo à spiritu tuo,  
 & quo à facie tua fugiam? Immensitas diuinæ magnitu-  
 dinis tuæ ista est, vt intelligamus te intra omnia, sed nō  
 inclusum: extra omnia, sed non exclusum. Et ideo inter-  
 ior es vt omnia contineas, & ideo exterior es vt incir-  
 cūscriptę magnitudinis tuę immensitate omnia con-  
 cludas. Per id ergo, quod interior es, ostenderis esse cre-  
 ator: per id vero quod exterior es, gubernator omnium  
 demonstraris: ac ne omnia, quæ creata sunt, sine te essent,  
 interior es: exterior vero, vt omnia includantur à te, nō  
 locali magnitudine, sed potentiali presentia, qui vbiq;  
 præsens es, & omnia tibi presentia, quanuis quidam hæc  
 intelligant, quidam vero non intelligant. Inseparabilis  
 ergo naturæ tuæ vnitas separabiles non potest habere  
 personas quia sicut es trinitas in vnitate, & vnitas in tri-  
 nitate: sic separationem non potes habere personarum.

Psal. 101.

De vnitate  
 personarū,  
 & pluralita-  
 te in deo.  
 Cap. XXX.

Psal. 74.

Psal. 138.

**D**  
 Nominantur quidem illa personæ aliquando singulæ,  
 sed ita te voluisti deus trinitas inseparabilem ostendere  
 in personis, vt nullum tibi nomen sit in qualibet perso-  
 na, quod non ad aliam secundum relationis regulā re-  
 feratur: sicut pater ad filium, & filius ad patrem sic spi-  
 ritus sanctus ad patrem & filium verissime refertur. Ea  
 vero nomina, quæ substantiam, vel personam, vel potē-  
 tiam, vel essentiam tuam significant, vel quicquid pro-  
 prie dicitur deus, omnibus personis, æqualiter cōueniūt,  
 vt deus magnus, omnipotens, æternus, & omnia quæ na-  
 turaliter de te deo dicuntur. Nō est ergo aliquod naturę  
 nomē, quod sic tibi deo patri cōuenire valeat, vt aut filio  
 tuo, aut spiritui sancto cōuenire nequeat. Dicimus te pa-  
 trem naturaliter esse deū, sed naturaliter est filius deus,  
 naturaliter est deus & spiritus sanctus, non tamen tres  
 dii, sed vnus naturaliter deus, pater & filius & spiritus  
 sanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas, deus in  
 personis sensu intelligenda, quāuis voce separabilia ha-  
 beas nomina, quia pluralem numerū in naturā nomi-  
 nibus nullatenus recipis: in hoc enim ostenditur perso-  
 nas, non posse diuidi in sancta trinitate, quæ vnus deus  
 verus est, quia cuiuslibet personę nomē semper ad alterā  
 respicit personā. Si patrem dico, filium ostēdo: si filium  
 nomino, patrē prædico: si spiritum sanctum appello, ali-  
 cuius esse spiritū necesse est intelligi, scilicet patris & fi-  
 lij. Hęc est enim fides vera veniēs de sana doctrina, hæc  
 certe est fides catholica & orthodoxa, quam me docuit  
 deus in sinu matris Ecclesię gratia sua. Inuocat itaq;  
 domine te fides mea, quā dedisti mihi propter boni-  
 tatem tuam ad saluationē meā. Fidelis autem anima ex  
 fide viuunt, tenet in spe quod videbit in re. Inuocat te de-  
 us meus casta conscientia mea, & suavis amor fidei meæ,  
 quā excussis ignorantie tenebris ad veritatis intelligē-  
 tiam perduxisti, & quā à stulta seculi amaritudine erui-  
 sti, atq; adhibita tuæ dulcedinis charitate, iocūdā mihi  
 & mellis uā reddidisti. Inuocatte trinitas beata, vox cla-  
 ra & syncerus amor fidei meę, quam ab ipsi enutriendis  
 cunabulis illuminasti semper per illustrationem gratiæ  
 tuæ, & quā adaugens confirmasti in me per documenta  
 matris Ecclesię. Te inuoco beata & benedicta & glorio-  
 sa vna trinitas, pater & filius & spiritus sanctus, deus, do-  
 minus, paracletus: charitas, gratia, communicatio: geni-  
 tor, genitus, regenerās: verum lumē ex lumine vero, ve-  
 ra illuminatio: fons, flumē, irrigatio, ab vno omnia, per  
 vnū omnia, in vno omnia, à quo, per quē, in quo omnia:  
 viuēs vita, vita à viuente, viuicium viuificator: vnus à se,  
 vnus ab vno, vnus ab ambobus: ὁ πατήρ à se: ὁ υἱός ab altero, ὁ  
 πνεῦμα ab utroq; verax pater, veritas filius, veritas spiritus san-  
 ctus: vna ergo pater, logos, paracletusq; essentia, vna vir-  
 tus, vna bonitas, vna beatitudo, à quo, per quē, & in quo  
 beata sunt omnia quæcunque beata sunt, Deus vera  
 & summa vita, à quo, per quem, & in quo viuunt omnia  
 quæcunque vere & beate viuunt. Deus bonū & pulchrū,  
 à quo, per quem, & in quo bona & pulchra sunt omnia,  
 quæcunq; bona & pulchra sunt. Deus cuius nos fides ex-  
 citat, spes erigit, charitas iūgit. Deus qui petit te iubere, &  
 inueniri te facis, & pulsanti aperis. Deus à quo auerti ca-  
 dere est, ad quē conuerti surgere est, in quo manere cō-  
 sistere est. Deus quem nemo amittit nisi deceptus, ne-  
 mo quarrit nisi admonitus, nemo inuenit nisi purgatus.  
 Deus quem nō esse viuere est, cui seruire regnare est, quē  
 laudare salū & gaudiū animę est. Te labiis & corde om-  
 niq; qua valeo virtute laudo, benedico atq; adoro, tuæq;  
 clementiæ & bonitati pro vnueris beneficiis tuis gra-  
 tias refero, & hymnū gloriæ tuæ cano, Sāctus, sāctus, sāctus  
 v iiii  
 etus.

Oratio ad  
 sanctā trini-  
 tatem.  
 Caput  
 XXXI.

Quod deus  
 vera & sum-  
 ma vita est.  
 Caput  
 XXXII.

Matth. 7.

**G**ētus. Te inuoco ð beata trinitas, vt venias in me, & tēplum me facias dignum gloriæ tuæ. Rogo patrē per filiū, rogo filiū per patrē, rogo spiritū sanctū per patrē & filiū, vt omnia vitia elongentur à me, & omnes sanctæ virtutes plantentur in me. Deus immēse, à quo omnia, per quæ omnia, in quo omnia facta sunt, visibilia & inuisibilia. Qui opera tua extra circūdas, & intra reples, supra tegis, & infra fers, custodi me opus manuum tuarum in te sperantē, & in tua solūmodo misericordia confidentem, custodi me quæso hic & vbique, nunc & semper, intus & foris, ante & retro, supra & infra, circūcirca, ita vt in me nullus pateat locus insidiis inimicorum. Tu es deus omnipotens, custos & protector omnium in te sperantium, sine quo nemo est tutus, nemo de periculis liberatus. Tu es deus & nō est alius deus præter te, neque in cælo sursum, neque in terra deorsum, qui facis magnalia & mirabilia & inscrutabilia, quorū non est numerus. Te decet laus, te decet honor, te decet hymnus, tibi omnes angeli, tibi cæli & vniuersæ potestates hymnos dicunt, & laudes indefinenter concinunt, vt pote creatori creaturæ, domino serui, regi milites, te sanctam & indiuiduā trinitatem omnis creatura magnificat, omnis spiritus laudat. Tibi sancti & humiles corde, tibi spiritus & animæ iustorum, tibi omnes superni ciues & cuncti beatorum spirituum ordines, gloriam & honorem suppliciter adorantes concinunt sine fine. Laudant te domine illi superni ciues magnifice & honorabiliter: laudat te homo, magna portio creaturæ tuæ. Sed & ego peccator homuncio, desiderio magno cupio te laudare, amare te opto amore præcipuo Deus meus, vita mea, fortitudo mea, & laudatio mea dignare me laudare te. Da mihi lumen in corde, verbū in ore, vt cor meū meditetur gloriam tuam, & lingua mea tota die cæter laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore peccatoris, & quia vir pollutus labiis ego sum, munda obsecro cor meū ab omni inquinamento, sanctifica me sanctificator omnipotens interius & exterius, & fac me dignū laudibus tuis. Sulcipe benigne & acceptabiliter de manu cordis & de mentis amore, suscipe sacrificium laborum meorum, fiatq; acceptabile in conspectu tuo, & ascēdat ad te in odorem suauitatis. Memoria tua sancta & dulcedo tua beatissima possideat totam animam meā, atque in inuisibilem amorē rapiat eā. Trāseat de visibilibus ad inuisibilia, de terrenis ad cœlestia, de temporalibus ad æterna, transeat & videat visionem mirabilem. O æterna veritas, ð vera charitas, ð chara æternitas, tu es deus meus, ad te suspiro nocte ac die, tibi inhio, tibi intendo, ad te peruenire desidero, qui nouit te, nouit veritatem, nouit æternitatem. Tu veritas super omnia præsidēs, quem videbimus sicuti es, cum pertrāserit hæc vita cæca & mortalis, in qua dicitur nobis, Vbi est deus tuus? Et ego dico, Deus meus vbi es? Respiro in te paululum, cum effundo super te animā meam in voce exultationis & confessionis sonus epulantis & festiuitatem celebrantis, & adhuc tristis es, quia relabitur & fit abyssus, quin potius sentit se adhuc esse abyssum. Dicit ei fides mea quā accēdisti in nocte ante pedes meos, Quare tristis es anima mea, & quare cōturbas me? Spera in deo, lucerna pedibus meis verbum eius. Spera & perseuera donec pertranseat nox mater iniquorum, donec pertranseat ira domini, cuius fuimus aliquādo filij: fuimus enim aliquando tenebræ, donec pertranseat iste impetus aquarum, residua adhuc trahimus in corpore propter peccatum mortuo, donec aspiret dies & inclinentur vmbra. Spero in domino, mane astabo & cō-

templabor, semperq; confitebor ei. Mane astabo & videbo salutare vultus mei deum meum, qui viuificabit mortalia corpora nostra propter inhabitatē spiritum eius in nobis, vt iam simus lux, dum adhuc spe salui facti sumus, & filij lucis, & filij diei, non noctis neque tenebrarum. Fuimus enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in te deus noster, & tamen adhuc per fidem, necdū per speciem. Spes, quæ videtur non est spes. Laudant te domine illi populi angelorum tuorum immortales, & glorificant nomen tuum cœlestes virtutes, quæ non habent opus legere hanc scripturam nostram, & cognoscere te sanctam & indiuiduam trinitatem. Vident enim faciē tuā semper, & ibi legūt sine syllabis temporum, quid velit æterna voluntas tua, legunt, eligunt, & diligunt, semperq; legunt, & nunquam præterit id quod legunt, eligendo & diligendo legunt ipsam immutabilitatem cōsiliij tui, & non clauditur codex eorum, nec plicabitur liber eorum, quoniā tu ipse illis hoc es, & eris in æternū. O beatæ nimium illæ cœlorum virtutes, quæ laudare te possunt sancte & purissime cum nimia dulcedine & ineffabili exultatione, inde laudant vnde gaudēt, quia semper vidēt, vnde gaudere valeant & laudare. Nos vero mole carnis pressi, & procul a vultu tuo in hac peregrinatione positi, atque per mundanas variates distēti, digne laudare nequimus, laudamus tamen per fidem, nō per speciem: illi vero angelici spiritus per speciem, non per fidē. Hoc enim caro facit vt multo aliter laudemus, quā illi: sed licet diuersis modis laudes dicamus, tu tamen vnus es deus creator omnium, cui sacrificiū laudis in cælo & in terra offertur: perueniunt tamen sumus misericordia tua ad eorū cōfortium, cum quibus te semper videbimus, & sine fine laudabim⁹. Tribue domine vt donec in hoc fragili corpore positus sum: laudet te cor meum, laudet te lingua mea, & omnia ossa mea dicant, Domine, quis similis tui? Tu es deus omnipotens, quē trinum in personis, & vnū in substantia deitatis colimus & adoramus patrē ingēnitū, filiū de patre vnigenitū, spiritū sanctū de vtroq; procedentē, & in vtroq; permanentē, sanctā & indiuiduā trinitatē, vnum deū omnipotentē: qui cum non essemus, potenter fecisti nos, & cum perditū fuisset culpa nostra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperasti nos, ne finas nos esse ingratos, obsecro, tātis beneficiis & indignos tam multis miserationibus. Te deprecor, supplico, & rogo, auge fidē, auge spem, auge charitatē. Fac nos per ipsam gratiam tuā semper in fide stabiles, & in opere efficaces, vt per fidem rectam & cōdigna fidei opera ad vitam te miseratē perueniamus æternam, vt ibi videntes gloriā tuā sicuti est, adoremus maiestātē tuam, & dicamus pariter, quos dignos feceris videre gloriam tuam, Gloria patri, qui creauit nos, gloria filio, qui redemit nos, gloria spiritui sancto, qui sanctificauit nos, gloria summæ & indiuiduæ trinitati, cuius opera inseparabilia sunt, cuius imperiū sine fine manet, Te decet laus, te decet hymnus, tibi debetur omnis honor, tibi benedictio & claritas, tibi gratiarum actio, tibi honor, virtus, & fortitudo deo nostro in secula seculorū, Amē. Ignosce domine, ignosce pie, ignosce & miserere, parce ignoratiæ meæ, & multæ imperfectioni meæ. Noli me tanq̄ temerariū reprobare, q̄ audeā seruus vtinā vel bonus & nō etiā inutilis & mal⁹, & ideo valde malus, quia te omnipotentē deum nostrū, terribilē & nimis metuendū sine cordis contritione, & lachrymarū fonte, sine reuerētia debita & tremore laudo, benedico atq; adoro. Si enim angeli te adorātes & laudātes tremūt mira exultatione repleti, ego peccator dū tibi

Hic cōquiritur homo q̄ nō cōpigitur in contemplatione ex quo angeli quoque tremunt deū videntes. Caput XXXIII.

Laus angelo rū & hominum. Caput XXXIII.

Ecclesiastici 15. Eccl. 6.

1. Ioan. 3.

Psal. 41.

Psal. 5.

K Roma. 8.

1. Thessa. 5.

Eph. 5.

Roma. 8.

Gen. 22.

Iob. 31.

Psal. 33.

Psal. 88. Psal. 85. Matt. 5.

Psal. 85.

Precatio ad Iesum. Caput XXXV. Oratio cor multū motuens ad deuotionē & diuinum amorem.

**A**ffisto, laudes dico, sacrificium offero, cur non corde pateo, vultu palleo, labiis tremo, toto corpore inhorresco, sicq; obortis lachrymis corā te indefinenter lugeo? Volo, sed nō valeo, quia nequeo quod desidero. Hinc enim mecum vehemētē admiror, dum te nimis terribilem oculis fidei cerno. Sed quis hoc sine ope gratiæ tuæ? Vniuersa enim sal⁹ nostra, magna misericordia tua. Miserum me, quomodo sic insensata facta est anima mea, vt non terreatur terrore nimio dum stat ante deum, & suas illi laudes decantat? Miserum me, quomodo sic induruit cor meum, vt oculi mei indefinenter non producant flumina lachrymarum, dum seruius sermocinatur coram domino suo, homo cum deo, creatura cum creatore, qui factus est ex limo, cum eo qui omnia fecit ex nihilo. Ecce domine pone me ante te, & quid in secretis de me sentio, paternis auribus non taceo: tu diues in misericordia, & largus in præmiis, da mihi de bonis tuis vt ex eis seruiem tibi: Non enim aliunde possumus seruire, neque tibi placere nisi de tuo munere, confige quæso timore tuo carnes meas: letetur cor meum vt timeat nomen tuum. Vtinam sic te timeret peccatrix anima, quomodo ille vir sanctus, qui dixit, Séper enim quasi tumentes super me fluctus timui deum. Dator enim omnium honorū deus, da mihi inter laudes tuas fontem lachrymarum, simul cū cordis puritate & mētis iubilatione, vt perfecte te diligens & digne te laudās, ipso cordis palato sentiam, gustem, & sapiam, quā dulcis & suauis es domine, sicut scriptum est, Gustate & videte quoniam suauis est dominus, beatus vir qui sperat in eo: Beatus populus qui scit iubilationē: Beatus vir cuius est auxilium abs te, ascensionēs in corde suo disposuit in valle lachrymarū, in loco quem posuit. Beati mundo corde, quoniā ipsi deum videbūt. Beati qui habitāt in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Iesu nostra redemptio, amor & desideriu, deo de deo adesto mihi famulo tuo. Te inuoco, ad te claamo clamore magno in toto corde meo. Te inuoco in animam meam, intra in eam, & coapta eam tibi, vt possideas eam sine ruga & sine macula. Mundissimo nanq; domino mundissima debetur habitatio. Sanctifica ergo me vas tuum quod fecisti, de malitia euacua, & imple de gratia, & plenum conferua, ita vt dignum habitacionis tuæ efficiat templum hic & in perpetuum. Dulcissime, benignissime, amantissime, charissime, potentissime, desideratissime, preciosissime, amabilissime, pulcherrime, tu melle dulcior, lacte & niue candidior, nectare suauior, gemmis & auro preciosior, cunctisq; terrarū diuitiis & honorib⁹ mihi charior. Quid dico deus meus, vna spes mea, tā grandis misericordia mea? Quid dico dulcedo sœlix & securæ? quid dico dum talia dico? Dico quod valeo, sed nō dico quod debeo, vtinam possem talia dicere, qualia illi hymnidici angelorum chori. O quā libenter me in tuis laudibus totum effunderem. O quā deuotissime illa cœlestis melodix cantica ad laudem & gloriam nominis tui in medio Ecclesiæ infatigabilis perorarent. Sed quia talia non possum, nunquid tacebo? Væ tacentibus de te, quoniam ipsi loquaces muti sunt, cum non tuas laudes dicunt. Quis digne te laudare potest? O ineffabilis virtus & sapientia patris. Et quoniam nulla inuenio verba, quibus te sufficerem valeam explicare cunctipotens & omniscium verbū, dicam interim quod valeo, donec iubeas me venire ad te vbi possum dicere quod te decet, & me oportet. Et ideo suppliciter rogo vt non respicias tantum ad id quod modo dico, sed ad id quod dicere opto. Cupio

enī desiderio magno de te eloqui quod oportet & decet, quia te decet laus, te decet hymnus, tibiq; debetur omnis honor: Scis ergo occultorum cognitor deus, quoniam nō solum terra & omnibus quæ in ea sunt tu mihi charior es, sed etiam ipso cælo & omnibus quæ in eo sunt tu mihi acceptabilior, tu mihi amabilior es: diligo enim te super cælum & terram, & cætera omnia quæ in eis sunt, imò nisi amore nominis tui quæ trāsitoria sunt proculdubio amanda nō sunt. Amo te deus meus amore magno, magisq; te amore capio. Da mihi vt amem te semper quantum volo, quantum debeo, vt tu solus sis tota intentio mea, & omnis meditatio mea, te mediter per dies sine cessatione, te sentiam per soporē in nocte, te alloquatur spiritus meus, tecum fabuletur mens mea, lumine sanctæ visionis tuæ illustretur cor meum, vt te rectore, te duce ambulem de virtute in virtutē, tandēq; videam te deum deorum in Sion, nūc quidem per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, vbi cognoscam te & cognitus sum. Beati mūdo corde, quoniā ipsi deum videbunt. Beati qui habitāt in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Rogo itaque te domine per omnes miserationes tuas, quibus de morte æterna liberati sumus, mollifica cor meum durum & lapideum, saxeam & ferream, tua sacratissima & potentissima vnctione, & fac me per ignem compūctionis coram te omni hora hostiam viuam fieri. Fac me in tuo conspectu cor contritum & humiliatum semper habere cum lachrymarum abūdantia. Fac me ex tuo desiderio huic mundo funditus extingui, & transeuntium rerum obliuisci præ magnitudine timoris & amoris tui, vsq; adeo vt de temporalibus nec lugeam, nec gaudeam, nec metuam aliquid temporale, nec diligam, nec blandis corrumpar, nec aduersis concutiar. Et quia tua valida est vt mors dilectio, absorbeat quælo mentem meam ab omnibus quæ sub cælo sunt ignita & melliflua vis amoris tui, vt tibi soli inhaream, solaq; tuæ suauitatis memoria pascar. Descendat domine, descendat precor, descendat in cor meum odor tuus suauissimus, ingrediatur amor tuus mellifluus. Veniat mihi tui saporis mira & inenarrabilis fragrantia, quæ sempiternas in me suscitet concupiscentias, & ex corde meo perducatur venas salientis aquæ in vitam æternam. Immensus es domine, & ideo sine mēsurā debes amari & laudari ab his, quos tuo precioso sanguine redemisti. Amator hominum benignissime, clementissime domine & æquissime iudex, cui omne iudicium dedit pater, sapientissimo tuæ æquitatis iudicio discernis hoc rectum & iustum esse, vt filij huius seculi noctis & tenebrarum præstantiori desiderio virtute atque studio diligant & quarant perituras diuitias & fugitiuos honores, quā nos serui tui diligamus te deum nostrum, per quem facti & redempti sumus. Si enim homo hominem tanta diligit dilectione, vt alter alterum vix patriatur abesse, si sponsa sponso tanto conglutinatur mentis ardore, vt præ magnitudine amoris nulla perfrui valeat requie, chari sui absentiam non sine magno mœrore ferens: qua ergo dilectione, quo studio, quo seruiore anima quā desponsasti tibi fide & miserationibus, debet diligere te verum deum & pulcherrimū sponsum, qui nos sic amasti & saluasti, qui pro nobis tot tanta & talia fecisti? Quāquam autem hæc infirma habeant suas delectationes, suosq; amores, nō tamē tali modo delectant sicut tu deus noster. In te enim delectatur iustus, quia amor tuus suauis est & quiet⁹, nam peccata quæ possides, dulcedine & suauitate & tranquillitate repleas. Ecce, amor seculi & carnis anxius est & perturba-

1. Cor. 13. Math. 5. Psal. 85.

Ioan. 5.

**G** perturbatus, animas certe quas ingreditur quietas esse non patitur: semper enim suspicionibus & perturbacionibus varijsq; timorib; sollicitat eos. Tu itaque es delectatio rectorum: & merito, quies enim valida est apud te & imperturbabilis vita. Qui intrat in te bone domine, intrat in gaudium domini sui, & non timebit amplius, sed habebit se optime in optimo loco, dicens, *Hec requies mea in seculum seculi, hic habitabo quonia elegi eam: & illud, Dominus regit me & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit. Dulcis Christe, bone Iesu, reple semper queso cor meum inextinguibili dilectione tua, continua recollectione tua, adeo ut sicut flamma vrens totus ardeam in tui amoris dulcedine, quem & aqua multæ in me nunquam possint extinguere. Fac me dulcissime domine amare te, & desiderio tuo deponere pondus omnium carnalium desideriorum, & terrenarum concupiscentiarum grauissimam sarcinã, quæ impugnant & aggrauant miseram animam meam, ut post te expeditus in odore vnguentorum tuorum carrens vsque ad tuam pulchritudinis visionem efficaciter satiandus, quantocyus te quoque duce merear peruenire. Duo enim amores, alter bonus, alter malus: alter dulcis, alter amarus, non se simul capiunt in vno pectore. Et ideo si quis præter te aliud diligit, non est charitas tua deo in eo, amor dulcedinis & dulcedo amoris, amor non crucians sed delectans, amor sincere & caste permanens in seculo seculi, amor qui semper ardes & nunquam extingueris. Dulcis Christe, bone Iesu, charitas, deus meus, accende me totum igne tuo, amore tuo, suavitate & dulcedine tua, incunditate & exultatione tua, voluptate & concupiscentia tua, quæ sancta est & bona, casta est & munda, tranquilla & secura, ut totus dulcedine amoris tui plenus, totus flamma charitatis tuæ succensus, diligam te deum meum ex toto corde meo totisq; medullis præcordiorum meorum, habens te in corde, in ore, & præ oculis meis semper & vbique, ita ut nullus pateat in me locus adulterinis amoribus. Audi deus meus, audi lumen oculorum meorum, audi quæ peto, & da quæ petã vt audias me. Pie & misericordissime domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam suscipe preces serui tui, & da mihi effectum petitionis meæ, & desiderij mei, intercedente & orante, & impetrante gloriosa virgine genitrice tua Maria, domina mea, cum omnibus sanctis tuis, Amē. Christe domine verbum patris, qui venisti in hunc mundum peccatores saluos facere, rogo te per indulgentissimam misericordiam tuam viscera, emenda vitam meam, meliora actus, compone mores, tolle de me quod mihi nocet & tibi displicet: & da quod nostri tibi placere & mihi prodesse. Quis potest facere mūdum de immundo cōceptum semine nisi tu solus? Tu es deus omnipotēs infinitæ pietatis, qui iustificas impios, & viuificas mortuos propter peccatum, qui mutas peccatores & non sunt. Tolle ergo de me quicquid tibi displicet in me, imperfecta enim mea plurima vident oculi tui, mitte queso manum pietatis tuæ in me & tolle de me quicquid offendit oculos pietatis tuæ in me. Corã te domine est sanitas & infirmitas mea: illam precor serua, istã sana. Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero, tu qui infirma sanas, & sanata conseruas, tu qui solo nutu tuo restauras diruta & collapsa. Si enim dignaris in agro tuo corde meo ferere bonum semen, necesse est vt manu pietatis tuæ spinas prius euellas vitiorum meorum. Dulcissime, benignissime, amantissime, charissime, desideratissime, amabilissime, pulcherrime, in-*

finde obsecro multitudinē dulcedinis tuæ & charitatis tuæ pectori meo, vt nihil terrenū, nihil carnale desiderem vel cogitem, sed te solum amem, te solum habeam in corde & in ore meo. Scribe digito tuo in pectore meo dulcem memoriam tui melliflui nominis, nulla vnquam obliuione delendam. Scribe in tabulis cordis mei voluntatem tuam & iustificationes tuas, vt te immensa dulcedinis dominum & præcepta tua semper & vbique habeam præ oculis meis. Succende mëtem meã igne illo tuo, quem misisti in terram, & voluisti vehementer accendi, vt sacrificium spiritus contribulati & cordis contriti obortis lachrymis quotidie offeram tibi. Dulcis Christe bone Iesu, sicut desidero, sicut tota me te mea peto, da mihi amorem tuum sanctum & castum qui me repleat, teneat, totūq; possideat. Et da mihi euidentem signum amoris tui, irriguum lachrymarum fontem iugiter emanantem, vt ipsa quoque lachrymæ tuum in me testentur amorem, ipsa prodant, ipsa loquantur quantum te diligit anima mea, dum præ nimia dulcedine amoris tui nequit se à lachrymis cōtinere. Reminiscor pie domine illius bonæ mulieris Annæ, quæ ad tabernaculum rogatura pro filio venit, de qua scriptura refert, quod vultus eius post lachrymas & preces non sunt amplius in diuersa mutati. Sed memor tantæ virtutis tantq; constantiæ, dolore torqueor & verecundia confundor, quia me miserum nimis deorsum iacere intueor. Si enim ita fleuit & in fletu perseverauit mulier quæ quærebat filium: quomodo plangere & in planctu persistere debet anima mea, quæ quærit & amat deum, & ad eum peruenire desiderat? Quomodo gemere ac flere debet talis anima, quæ quærit deum die ac nocte, quæ propter Christum nil vult amare? Mirum quippe est, si iam non factæ sunt ei lachrymæ suæ panes die ac nocte. Respice ergo & miserere mei, quia dolores cordis mei multiplicati sunt. Da mihi cōsolationem tuam cœlestem, & noli spernere peccatricem animã pro qua mortuus es. Da mihi queso lachrymas ex toto affectu internas, quæ peccatorum meorum possint soluere vincula, & cœlesti iocunditate semper repleant animam meam, si non cum veris & perfectis monachis, quorum vestigia nequeo imitari, saltem cū deuotis mulieribus quantulancunque portionem in regno tuo merear adipisci. Venit quoque mihi in mentem alterius mulieris deuotio mira, quæ te in sepulchro iacentem pio amore quærebat, quæ recedentibus discipulis de sepulchro non recedebat, quæ sedebat ibi tristis & mœrens, & diu multumq; flebat, & surgens multis lachrymis iterum iterūq; antra deserti sepulchri vigilantibus oculis explorabat, si forte alicubi te videre posset, quem feruenti desiderio quærebat, iam certe semel & iterum ingressa sepulchrum viderat, sed nimium amanti non satis erat, virtus enim boni operis perseverantia est. Et quia præ cæteris dilexit & diligendo fleuit, & flendo quæsiuit, & quærendo perseverauit, ideo prima te omnium inuenire, te alloqui meruit. Et non solum hæc, sed etiã ipsis discipulis gloriosæ resurrectionis tuæ prænuincia extitit, te præcipiente & clementer monente, Vade dic fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi me videbunt. Si ergo ita fleuit, & in fletu perseverauit mulier, quæ viuentem cū mortuis quærebat, quæ te manu fidei tangebatur: quomodo plangere & in planctu persistere debet anima, quæ te redemptorem suum iam cœlo præsentem & vbique regnantē corde credit, ore cōfiteatur? Quomodo ergo gemere & flere debet talis anima, quæ te toto corde diligit, teq; toto desiderio videre concupiscit, solum confugium

K

1. Reg. 1.

L

Monachi.

M

Matth. 2. 8.

Psal. 131.

Psal. 22.

Alia ad eundem. Cap. XXXVI. Oratio deuotissima ad laudes habendas. Tob. 14.

Hiere. 17.

**A** confugium & vnica spes miserorum, cui nunquam sine spe misericordiam supplicatur? Præsta mihi hanc gratiam propter te & propter nomen sanctum tuum, vt quotiens de te cogito, de te loquor, de te scribo, de te lego, de te cōfero, quotiens tui reminiscor, tibi assisto, laudes, preces, & sacrificium offero, totiens obortis lachrymis in conspectu tuo copiose & dulciter fleã, ita vt efficiatur mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Tu quidē rex gloriæ & omnium virtutum magister docuisti nos verbo & exemplo gemere & flere, dicens, Beati qui lugent, quonia ipsi consolabuntur. Tu fleuisti defunctū amicum, & lachrymatus es valde super perituram ciuitatem: rogo te bone Iesu per illas preciosissimas lachrymas tuas, & per omnes miserationes tuas, quibus mirabiliter nobis perditis subuenire dignatus es, da mihi gratiam lachrymarum, quam multum desiderat & appetit anima mea, quia sine dono tuo non possum habere eã, sed per spiritum sanctum tuum, qui dura corda peccatorum molliat, & ad fletum compungit, da mihi gratiã lachrymarum, sicut dedisti patribus nostris, quorū vestigia debeo imitari, vt plangam me in omni vita mea, sicut ipsi se plangerunt nocte ac die: propter merita & orationes eorum qui tibi placuerunt & deuotissime seruiuerunt, miserere mei miserimi & indigni serui tui, & da mihi gratiam lachrymarum. Da mihi irriguū superius, & irriguum inferius, vt sint mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, efficiatq; in cōspectu tuo deus meus per ignem compunctionis holocaustum pingue & medullatum, mactet totus in ara cordis mei, & tanquam pinguisimum holocaustum assumat tibi in odore suauitatis. Da mihi dulcissime fontem irriguum, fontemq; perspicuū, in quo lauetur assidue istud inquinatum holocaustum. Licet enim me totum tibi obtulerim opitulante gratia tua, in multis tamen quotidie offendo propter nimiam fragilitatem meam. Da ergo mihi gratiã lachrymarum benedictæ & amabilis deus, præcipue ex multa dulcedine amoris tui & commemoratione misericordiarum tuarum, præpara hanc mensam famulo tuo in conspectu tuo, & da mihi eam in potestatem, vt quoties volo satier ex ea. Tribue pro pietate & bonitate tua vt iste calix tuus inebrians & præclarus satiet sitim meam, vt inhiat tibi spiritus meus & ardeat mens mea in amore tuo, oblitus vanitatis & miseræ. Audi deus meus, audi lumen oculorum meorum, audi quæ peto, & da vt petam quod audias, pie & exorabilis domine, ne efficiaris mihi inexorabilis propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam suscipe preces serui tui, & da mihi effectum petitionis meæ & desiderij mei, precibus & meritis gloriosæ virginis Mariæ dominæ meæ & omnium sanctorum, Amen. Iesu domine, Iesu pie, Iesu bone, qui mori dignatus es propter peccata nostra, & resurrexisti propter iustificationem nostram, rogo te per gloriosam resurrectionem tuam, resuscita me de sepulchro vitiorum & peccatorum meorum omnium, & da mihi quotidie partem in resurrectione prima, vt in resurrectione tua merear veraciter percipere portionē. Dulcissime, benignissime, amantissime, charissime, preciosissime, desideratissime, amabilissime, pulcherrime, ascendisti in cœlum cum triumpho gloriæ tuæ, & sedes ad dexteram patris rex potentissime, trahere me sursum ad te vt curram post te in odore vnguentorum tuorum, curram & non deficiam, te trahente, te ducete, me currente, trahere os sitientis animæ in superna fluente aternæ satietatis, imò trahere me ad te fontem viuum, vt inde pro captu meo bibam vnde semper viuã, deus meus

Matth. 5.

Ioan. 11.

Luca. 19.

Alia ad Iesum Caput XXVII. In ista oratione mens humana copiosius conpugitur, si in quiete dicat Roma. 4.

vita mea. Tu enim dixisti ore tuo sancto & benedicto, **D** Si quis sitit, veniat ad me & bibat. Fons vita da sitienti animæ semper bibere ex te, vt secundum sanctam & veridicam promissionem tuam, de ventre meo fluant aquæ viuæ. Fons vitæ reple mentem meam torrente voluptatis tuæ, & inebria cor meū sobria ebrietate amoris tui, vt obliuiscar quæ vana sunt & terrena, & te solū iugiter habeam in memoria mea, sicut scriptum est, Memor fui dei & delectatus sum. Da mihi spiritum sanctum tuum, quem significabāt illæ aquæ quas sitientibus datum te promiseras. Da queso toto desiderio & omnino studio tendere, quò te ascendisse post resurrectionē die quadragesimo credimus, vt in præsentem quidem miseria solo teneat corpore, tecū autem sim cogitatione semper & auiditate, vt ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis & incomparabilis multumq; amabilis. In hoc enim magno huius vitæ diluuiū vbi circumstantibus agitatur procellis, & non inuenitur fida statio & locus eminentior, vbi pes columbæ valeat aliquatenus requiescere, nusquã tuta pax, nusquã secura quies, vbique bella & lites, vbique hostes, foris pugne, intus timores. Et quia altera pars sumus cœli, altera terræ, corpus quod corrumpitur aggrauat animam. Idcirco animus meus socius & amicus meus, fatigatus de via venies, languet & iacet discissus atque laceratus ab his quas pertranierat vanitatibus, esurit & sitit valde, & non habeo quid ponam ante illum, quia pauper sum & mendicus. Tu domine deus meus diues omnium bonorum, & dapium supernæ satietatis opulentissime largitor, da lassum cibum, collige dispersum, reintegra scissum. En stat ad ostium & pulsat, obsecro per viscera misericordie tuæ, quibus visitasti nos oriens ex alto, aperi pulsanti, misero manum pietatis tuæ porrige, & iube propiciabili dignatione vt ingrediatur ad te, requiescat in te, reficiatur de te vino cœlestiq; pane, quo satiatius resumptisq; viribus ad superiora conscendat, & de hac valle lachrymarum pœna sancti desiderij raptus, ad cœlestia regna volitet. Assumat domine, assumat rogo spiritus meus penas vt aquilæ, & volitet & non deficiat, volet & perueniat vsque ad decorem domus tuæ, & locum habitacionis gloriæ tue, vt ibi super mensam refectiois ciuiū supernorum pascatur de occultis tuis in loco pascuæ tuæ, iuxta fluenta plenissima requiescat in te deus meus cor meum. Cor mare magnum tumens fluctibus, tu qui imperasti ventis & mari, & facta est tranquillitas magna, veni & gradere super fluctus cordis mei, vt tranquilla & serena fiant omnia mea, quatenus vnum bonum dominum meum amplectar te, & dulce lumen oculorum meorum contempler te sine tumultuantium cogitationum cæca caligine. Confugiat domine mens mea sub vmbra alarum tuarum ab astibus cogitationum huius seculi, vt in tui refrigerij temperamento absconsa, latibunda cantet & dicat, In pace in idipsum, dormiam & requiescam. Dormiat obsecro domine deus meus, dormiat memoria mea ab omnibus malis, iniquitatem odiat, iustitiam diligit. Quid enim pulchrius, quid duc dulcius, quàm inter tenebras huius vitæ multasq; amaritudines diuinæ dulcedini inhiare, & aternæ beatitudini suspirare, illicq; teneri mentem vbi vera habere gaudia certissimum est. Dulcissime, amantissime, benignissime, charissime, preciosissime, desideratissime, amabilissime, pulcherrime, quando te videbo? Quando apparebo ante faciem tuam? Quando satiabor de pulchritudine tua? Quando educes me de hoc carcere tenebroso, vt confitear nomini tuo, ita vt deinceps non compungar?

Psal. 76.

E

F

Psal. 4.



**G** pungar? Quando transibo in illam admirabilem & pulcherrimam domum tuam, vbi personat vox lætitiæ & exultationis in tabernaculis iustorum? Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te. Beati & vere beati, quos elegisti & assumpsisti in illam cœlestem hereditatem. Ecce sancti tui domine florent ante te sicut lilium, replentur enim ab vberitate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potas eos: quoniã tu es fons vitæ, & in lumine tuo vident lumen, vique adeo vt ipsi videlicet lumen illuminatum per te deum illuminantẽ sicut sol effulgeant in conspectu tuo. O quã mira, quã pulchra, quã acceptabilia sũt domus tuæ habitacula domine virtutum, concupiscit intrare in ea hæc peccatrix anima mea. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Vnam petij à domino, & hanc requiram vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ. Quemadmodum ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Quando veniam & apparebo ante faciem tuam? quando videbo deum meum quem sitit anima mea? quando videbo eum in terra viventium? In ista enim terra morientium videri non potest mortalibus oculis. Quid faciam miser ego grauedine compedis mortalitatis meæ constructus? quid faciam? Dum sumus in corpore, peregrinamur à domino. Non habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus: noster autem municipatus in cœlis est. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est, habitauit cū habitantibus cedar, multū incolā fuit anima mea. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescã? Nihil mihi tam dulce, quã cum domino meo esse. Mihi autem adhærere deo bonum est. Da mihi domine donec his fragilibus assisto membris, tibi adhærere, sicut scriptum est, Qui adhæret domino, vnus spiritus est cum eo. Præbe mihi rogo contemplationis pennis, quibus indutus, ad te volitem sursum. Et quia omne sinistrum deorsum iacet, tene mentem meam, ne ad ima tenebrorũ vallis corruat, ne interueniente vmbra terræ, à te vero iustitiæ sole separetur, & obducta tenebris nebula prohibeatur alta respicere. Idcirco sursum tendo ad pacis gaudia, lucisq; delectabilem & serenissimum statum. Tene cor meum manu tua, quia sine te ad altiora nõ rapiunt. Illuc festino, vbi summa pax regnat, & iugis tràquillitas rutilat. Tene & rege spiritum meũ, & assume illum secundum voluntatem tuam, vt te duce ascēdat in illam regionem vberitatis, vbi pascis Israël in æternum pabulo veritatis, vt ibi vel rapida cogitatione attingat te summam sapientiam super omnia manentem, cuncta transeuntem, & omnia gubernantem. Sed volitanti ad te animæ multa sunt quæ obstrepunt, iussu tuo domine conticescant mihi omnia, ipsa sibi anima mea sileat, omnia pertrãseat, omnia quæ creata sunt tràscendant à se, & perueniat ad te, atque in te solo creatore omnium oculos fidei figat, tibi inhiet, tibi intendat, te meditetur, te contempletur, te sibi ante oculos ponat, te sub corde reuoluat verum & summum bonum, & gaudium sine fine mansurum. Multa denique sunt cõtemplationes, quib; anima deuota tibi mirabiliter pascitur, sed in nulla earũ ita delectatur & requiescit anima mea sicut in te, & quando te solum cogitat & contempletur. Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã mirabiliter inspiras cordibus amatorum tuorum: quã mira suauitas amoris tui, quo perfruuntur illi qui nihil præter te diligunt, nihil quærunt, nihil etiam cogitare concupiscunt. Fœlices illi quibus tu solus spes es, & om-

ne opus eorum oratio. Beatus qui sedet solitarius & tacet, & stat super custodiam suam iugiter die ac nocte, vt adhuc in hoc fragili corpufculo positus, prælibare valeat aliquatenus dulcedinem tuam. Rogo te per illa salutifera vulnera tua, quæ passus es in cruce pro salute nostra, è quibus emanauit ille preciosus sanguis, quo sumus redempti, vulnera hanc animam meam peccatricem, pro qua etiam mori dignatus es, vulnera eam igneo & potentissimo telo tuæ nimis charitatis. Viuus est enim sermo dei, & efficax & penetrabilior omni gladio accipiti. Tu sagitta electa, & gladius acutissimus, qui durum scutũ humani cordis penetrare tua potentia vales, confige cor meũ iaculo tui amoris, vt dicat tibi anima mea, Charitate tua vulnerata sum, ita vt ex ipso vulnere amoris tui vberitima fluant lachrymæ die ac nocte. Percute domine, percutere obsecro hanc durissimam mentem meam pia & valida cuspe dilectionis tuæ, & altius ad intima penetra potenti virtute. Et sic de capite meo educ aquam immensam, & de oculis meis verum fontem lachrymarum iugiter manantem, ex nimio affectu & desiderio visionis pulchritudinis tuæ, vt luceam die ac nocte, nullam in presenti vita recipies consolationem, donec te in cœlesti thalamo merear videre dilectum & pulcherrimum sponsum meum, deum & dominũ meũ, vt ibi videns gloriosam, admirabilem & pulcherrimam faciem tuam, omni dulcedine plenam, cum his quos elegisti, maiestatem tuam supplex adorem, & illic tandem cœlesti & ineffabili repletus iubilo eterne exultationis exclamem cum diligentibus te, dicens, Ecce quod concupiui iam video, quod speraui iam teneo, quod desiderauĩ iam habeo. Illi nanque in cœlis iunctus sum, quem in terris postius tota virtute dilexi, tota charitate amplexus sum, cui toto amore inhæsi, ipsum laudo, benedico atque adoro: Qui viuũt & regnat deus in secula seculorum, Amen. Miserere domine, miserere pie, miserere mihi miserrimo peccatori indigna agenti & digna patienti, assidue peccanti, & tua flagella quotidie sustinenti. Si penso malũ quotidie quod feci, non est tantum quod patior, grauius est quod commisi, leuius est quod tolero: Iustus es domine, & rectum iudicium tuũ: omnia iudicia tua iusta sunt & vera: Iustus & rectus tu es domine deus noster, & non est vlla iniquitas in te. Non enim iniuste neque crudeliter affligis nos peccatores omnipotens & misericors domine, qui cum non essemus poteter fecisti nos, & cū perditũ fuissimus culpa nostra, pietate & bonitate tua mirabiliter reparasti nos. Scio & certus sum quod vita nostra non temerariis motibus agitur, sed à te domino deo nostro disponitur & gubernatur. Vnde tibi cura est de omnibus, præcipue de seruis tuis, qui totam spem suã posuerunt in sola misericordia tua: Idcirco obsecro & suppliciter rogo, vt nõ facias mihi secundum peccata mea, quibus iram tuam merui, sed secundum magnam misericordiam tuam, quæ superat etiam peccata totius mundi. Tu domine qui exterius flagella irrogas, da semper interius indeficientem patientiam, ita vt laus tua non recedat de ore meo. Miserere mei domine, miserere mei & adiuua me, sicut tu nosti quod mihi necesse est in corpore & in anima, scis omnia, potes omnia, qui viuus in secula.

Domine Iesu Christe fili dei viuũ, qui expanfis in cruce manibus propter mortalium omnium redẽptionem hausisti calicem passionis, mihi hodie præbere digneris auxilium. Ecce pauper venio ad te diuitem, miser ad misericordem, ne recedam vacuus vel contemptus: esuriens incipio, ne desinã de te ieiunus: famelicus accedo,

Hebra. 4.

L

Precaio in afflictione. Caput XXXVIII.

M

Alia ad Iesũ Caput XXXIX.

**A** accedo, ne recedam impastus. Et si antequam comedã suspiro, da vel post suspiria vt comedam. In primis dulcissime Iesu coram magnificentia tuæ suauitatis confiteor aduersum me iniustitiam meã. Ecce domine quia in peccatis fui conceptus & natus, & tu me abluisti & sanctificasti, & ego postea me maiorib; sordidauĩ peccatis. Fui enim in necessariis natus, postea in spontaneis volutatus, sed tuæ domine miserationis nõ immemor, tulisti me de domo patris mei carnalis, & de tabernaculis peccatorum, & inspirasti mihi vt sequerer te cum generatione quarentium faciem tuam, ambulantium semitam rectam, commemorantium inter lilia castitatis, & tecum discumbentiu in cœnaculo altissimæ paupertatis: & ego tot beneficiorum ingratus post acceptũ baptismum multa commisi illicita, multa perpetravi nefanda, & vbi peccata emendare debui, peccata peccatis addidi. Hæc sunt mala mea domine quibus exhorauĩ te & maculaui me, quem ad imaginem & similitudinẽ tuam creasti, superbia, vana gloria, & cætera multa alia mala, quibus vexatur & affligitur, laceratur & destruitur infelix anima mea. Ecce domine iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, & sicut onus graue grauata sunt super me: & nisi tui cui proprium est misereri semper & parcere, dexteram tuã maiestatis supponas, mergi cogor miserabiliter in profundum. Attende domine deus & vide quoniam sanctus, & ecce insultat aduersum me inimicus meus, dicens, Deus dereliquit eũ, persequar & comprehẽdam eum, quia non est qui eripiat, & tu domine viquequo, conuertere & eripe animã meam, saluũ me fac propter misericordiam tuam: Miserere filio tuo quem in dolore non modico peperisti, & noli attendere malum meum, vt obliuiscaris bonum tuum. Quis est pater qui filium nõ liberet? Aut quis filius quem pater pietatis baculo non corripiat? Ergo pater & domine licet peccator sum, non possum non esse filius tuus, quia tu me fecisti & refecisti. Sicut peccauĩ emenda me, & prius flagello emendatum trade me filio tuo. Nũquid obliuisci potest mater infantem vteri suũ? Et certe si illa oblita fuerit, tu pater promissisti te nõ obliuisci. Ecce clamo & non exaudis me, dolore crucior & non consolaris me, quid dicam vel quid faciam miserimus? Ego tanto destitutus solatio, proiectus sum à facie oculorum tuorum. Heu me de quanto bono in quantum malum cecidi, quod tendebã, & quod deueni, vbi sum & vbi non sum, ad quem aspiraui & nunc in quibus suspiro: Quæsiui bona, & ecce turbatio. Ecce iam morior, & Iesus non est mecum. Et certe melius est mihi nõ esse, quã sine Iesu esse: melius est nõ viuere, quã viuere sine vita. Et tu domine Iesu vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ? Nunquid irasceris mihi in finem? Placare obsecro & miserere mei, & nõ auertas faciem tuam à me, qui pro me redimendo non auertisti faciem tuam ab increpantibus & conspuentibus in te. Fateor quia peccauĩ, & conscientia mea meretur damnationem, & poenitentia non sufficit ad satisfactionem, sed certum est quod misericordia tua superat omnem offensionẽ, Noli quæro piissime domine scribere aduersum me amaritudines meas, vt intres in iudicium cum seruo tuo, sed secundum multitudinem miserationum tuarũm dele iniquitatem meam. Væ mihi misero cum venerit dies iudicij, & aperti fuerint libri cõscientiarum, cum dicatur de me, Ecce homo & opera eius: Quid faciam tunc domine deus meus, cum cœli reuelabũt iniquitatẽ meã, & aduersum me terra confurget? Ecce nihil respondere potero, sed demisso capite præ cõfusione coram te sta-

Gen. 1.

Psal. 37.

Psal. 7.

Psal. 6.

Esa. 49.

Psal. 30.

Psal. 88.

Psal. 84.

Psal. 26.

Job. 13.

Psal. 14.

Psal. 50.

bo trepidus & confusus. Heu me miserum quid dicam? Clamabo ad te domine deus meus, Quare tacens consumor? Veruntanẽ si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, amarissima amaritudo in crucior interius. Plange anima mea sicut vidua super virum pubertatis tuæ, vlula misera & plora, quoniam dimisit te sponfus tuus, id est, Christus. Ira omnipotentis ne irruas super me, quia nunquam capi posses in me. Certe nõ est in toto me quod posset tolerare te. Miserere, ne desperem, sed desperando respirem. Et si ego commisi vnde me damnare potes, tu nõ amissisti vnde saluare soles. Tu domine nõ vis mortem peccatorum, nec letaris in perditione morientiu, imò vt mortui viuerent tu mortuus es, & mors tua peccatorum mortẽ occidit. Et si ipsi te moriente vixerunt, obsecro domine, vt ego te viuente nõ moriar. Mitte manum tuam de alto, & libera me de manu inimicorum meorum, ne supergaudeãt mihi & dicant, deuorauimus eum. Quis vnquam bone Iesu de tua misericordia diffidat? Qui cum inimici tui essemus, redemisti nos in sanguine tuo & reconciliasti nos deo. Ecce sub tuã misericordiã vmbra pectus ad thronum gloriæ veniam postulans curro, clamans & pulsans donec miserearis mihi. Si enim ad veniã nos vocasti, veniam non quærentes, quãto magis veniam impetrabimus postulantes. Ne memineris dulcissime Iesu tuã iustitiã aduersum peccatorem tuũ, sed esto memor benignitatis tuæ aduersus creaturam tuam. Ne memineris iræ aduersus reum, sed memor esto miserationis tuæ aduersum miserum. Obliuiscere superbum prouocãtem, & respice miserum inuocantem. Quid enim est Iesus, nisi saluator? Ergo Iesu per temetipsum exurge in adiutoriu mihi, & dic anima mea, salus tua ego sum. Multum domine de tua bonitate presumo, quoniam tuiple doces petere, quærere & pulsare, & ideo tua oratiõ admonitus peto, quæro, & pulso. Et tu domine qui iubes petere, fac accipere: consulis quærere, da & inuenire: doces pulsare, aperi pulsanti, & confirma me infirmũ, restaura me perditũ, suscita me mortuũ, & omnes sensus meos, cogita? & actus dirigere, & gubernare digneris in beneplacito tuo, vt de cætero tibi seruiam, tibi viuam, tibiq; me tradã. Scio domine mi quia ex hoc q me fecisti, debeo tibi meisum, & quia me redemisti, & pro me homo factus es, deberẽ tibi plus q me si habere, quanto tu maior es pro quo dedisti te ipsum. Ecce nec plus habeo, nec quod habeo, dare tibi possum sine te: sed accipe me tu, & trahere me ad te, vt tuus sim imitatione & dilectione, sicut tuus sum conditione & creatione: Qui viuus & regnas in secula. Domine deus omnipotens, qui es trinus & vnus, qui es semper in omnibus, & eras ante omnia, & eris semper in omnibus deus benedictus in secula, tibi commendo hodie & omni tempore animã meam, corpus meum, visum, auditum, gustum, odoratũ, & tactum, omnes cogitationes meas, affectiones, locutiones, actiones, omnia exteriora, & interiora, sensum & intellectum, memoriã meam, fidem & credulitatẽ meam, & perseverantiam meã in manus potentie tuæ, vt custodias ea diebus & noctibus, horis atque momentis. Exaudi me trinitas sancta, & conserva me ab omni malo, ab omni scandalo, & ab omni mortali peccato, ab omnibus insidiis & infestationibus demonum, & inimicorum visibilibus & inuisibilibus, per orationes Patriarcharum, per merita Prophetarum, per suffragia Apostolorum, per constantiam martyrum, per fidem cõfessorum, per castitatem virginum, & per intercessionẽ omnium sanctorũ qui tibi placuerunt ab initio mundi. Expelle

Ezech. 18.

E

Psal. 34.

Math. 7.

F

Alia precaio ad deũ. Caput. XL.

**G** Expelle à me iactantiam metis, & auge compunctione cordis, minue superbiam meam, & perface in me humilitatem veram, suscita in me stertum, mollifica cor meum durum & lapideum, libera me domine & animam meam ab omnibus insidiis inimici, & conserua me in tua voluntate. Doce me domine voluntatem tuam facere, quia deus meus es tu. Da mihi domine sensum perfectum & intellectum, vt suscipere valeam profundam benignitatem tuam. Illud da mihi petere, quod te audire delectet & mihi expediat. Da mihi lachrymas ex toto affectu, quae peccatorum meorum possint dissoluere vincula. Audi dominus meus & deus meus, audi quae peto, & da vt quod peto exaudias. Si despicias, pereō: si respicias, vivo. Si iustitiam meam requiris, mortuus foreo: si cum misericordia respexeris, fortentem resuscitas de sepulchro. Quod odis in me, longe fac à me, & castitatis ac continentiae spiritum insere in me, vt quodcumque peccator, in ipsa petitione te non offendat. Tolle à me quod nocet, & praebe quod iuuet. Praesta mihi domine medicinam vnde mea possint curari vulnera. Da mihi domine timorem tuum, cordis compunctionem, mentis humilitatem, & conscientiam puram. Praesta mihi domine, vt fraternam semper tenere valeam charitatem, & mala mea non obliuiscar, aliena non requiram. Parce animae meae, parce malis meis, parce peccatis meis, parce criminibus meis. Visita me infirmum, cura me aegrum, sana me languentem, & suscita me mortuum. Da mihi domine cor quod te timeat, mentem quae te diligit, sensum qui te intelligat, aures quae te audiant, oculos qui te videant. Miserere mei deus miserere mei, & respice me de sede sancta maiestatis tuae, & tenebras cordis mei radice splendoris tui illumina. Da mihi domine discretionem discernendi inter bonum & malum, & concede vt sensum habeam vigilem. Peto à te domine remissionem omnium peccatorum meorum, à quo & per quem mihi fiat propitiatio in tempore necessitatis & angustiae meae. Sancta & immaculata virgo dei genitrix Maria, & mater domini nostri Iesu Christi interuenire pro me digneris apud illum, cuius meruisti effici templum. Sancte Michael, sancte Gabriel, sancte Raphael, sancti chori Angelorum atque Archangelorum, Patriarcharum atque Prophetarum, Apostolorum, Euangelistarum, martyrum, confessorum, sacerdotum, leuitarum, monachorum, virginum, omniumque iustorum, & per illum qui vos elegit, & de cuius contemplatione gaudetis, vos rogare praesumo, vt pro me culpabili ipsi deo supplicare dignemini, quatenus de faucibus diaboli, & de morte perpetua merear liberari. Largiri mihi digneris domine perpetuam vitam, secundum clementiam ac benignissimam misericordiam tuam. Da domine Iesu Christe sacerdotibus concordiam: regibus, episcopis & principibus iuste iudicantibus tranquillitatem & pacem. Oro domine pro vniuersa sancta Ecclesia catholica, pro viris & foeminis, pro religiosis & secularibus, pro omnibus rectoribus Christianorum, cunctisque in te creditibus, qui pro tuo amore sancto laborant, vt perseverantiam boni operis obtineant. Praesta domine rex aeternae virginibus castitatem, deo dicatis continentiam, coniugatis sanctimoniam, poenitentibus indulgentiam, viduis & orphanis sustentationem, pauperibus protectionem, peregrinantibus reditum, lugentibus consolationem, defunctis fidelibus requiem sempiternam, nauigantibus in portu venire salutis, optimis vt in bonitate semper consistant, bonis & mediocribus vt meliores fiant, praue agentibus & delinquentibus vt cito se corrigant. O dulcissime &

misereticordissime domine Iesu Christe fili dei viui, redemptor mundi, inter omnes & per omnia me miserum peccatorem confiteor: sed tu clementissime pater & summe qui omnium misereris, non me patiaris à tua misericordia fieri alienum. Et tu domine rex regum, qui inducias viuendi praestas, corrigendi mihi deuotione tribue, excita in me mentem quae te requirat, te desideret, & te qui es vbique totus trinus & vnus semper praes omnibus amet, te timeat, tuamque voluntatem faciat. Praecipue ergo te domine sancte pater deprecor, qui es benedictus & gloriosus per omnia secula, vt oes qui mei memoriam faciunt in suis orationibus, & qui indignis orationibus meis se commendauerunt, & qui mihi aliquod charitatis officium & pietatis studium impenderunt, seu & illos qui consanguinitate ac cognationis affectu sunt mihi propinqui, tam & illos qui nunc consistunt in corpore, quam & illos qui teguntur funere, misericorditer gubernare digneris, ne pereant. Omnibus etiam Christianis viuis adiutorium praestare digneris, & defunctis fidelibus absolutionem, & requiem sempiternam per aeterna secula. Necnon & illud magnopere supplico domine qui es alpha & omega, vt cum extrema dies mea finisque vitae meae aduenerit, tu ipse mihi sis misericors iudex contra malignum accusatorem diabolum, & sis mihi perpetuo defensor aduersus insidias hostis antiqui, & in societatem angelorum omniumque sanctorum in sancto paradiso tuo periclerare facias, qui es benedictus in secula seculorum, Amen. Domine Iesu Christe, redemptio mea, misericordia mea, salus mea, te laudo, tibi gratias ago, quauis valde impares tuis beneficiis, quauis multum expertes deuotionis, quauis macras à desiderata pinguedine dulcissimi tui affectus, tamen qualecunque gratias, non quales scio me debere, sed sicut potest conari tibi persoluit anima mea. Spes cordis mei, virtus animae meae, compleat tua potentissima dignitas, quod conatur mea tepidissima imbecillitas, vita mea, tu finis intentionis meae. Et si nondum merui tantum, quantum debitor sum amare, vtique saltem desidero te amare quantum debeo. Illuminatio mea tu vides conscientiam meam, quia domine ante te est omne desiderium meum, & tu donas si quid bene vult conscientia mea. Si bonum est domine quod inspiras, imò quia bonum est vt te velim amare, da quod me facis velle. Da vt quantum iubes, tantum te merear amare, laudes & gratias refero ne sit mihi donum tuum instructiuum, quod tua spontanea dedisti voluntate, perface quod incœpisti, & dona quod me benigne praueuendo immeriti desiderare fecisti. Couerte benignissime meum torporem in feruentissimum tui amorem. Ad hoc clementissime tendit haec oratio mea, haec memoria & meditatio beneficiorum tuorum, vt accendas in me tuum amorem. Tua me domine bonitas creauit, tua misericordia creatum ab originali peccato mundauit, tua patientia post illam emundationem baptismi in aliis peccatorum sordibus inuolutum haecenus tolerauit, nutriuit & expectauit. Expectas tu bone domine correctione, expectat anima mea ad poenitentiam, ad bene viuendum tuae gratiae inspirationem. Deus meus, creator meus, tolerator & nutritor meus, te sitio, te esurio, te desidero, ad te suspiro & concupisco, & sicut pupillus benignissimus patris orbatus praesentia, flens & eiulans incessanter eius dilectam faciem toto corde amplectitur: sic ego non quantum debeo, sed quantum queo memor passionis tuae, memor alaparum tuarum, memor flagellorum, memor vulnerum tuorum, memor qualiter pro me occisus es, qualiter conditus, qualiter sepultus, simul memor tuae gloriae

**K**  
**L**  
**M**

Precaio de passione Christi. Ca. XLI.

Haec & dux superiores non sūt finis ceteris.

Psal. 37.

**A** gloriosa resurrectionis & admirabilis ascensionis, haec indubitata fide teneo, exilij mei erumnas desleo, spero tui aduentus solam consolationem, ardentem desidero tui vultus gloriosam contemplationem. Heu mihi quia videre non potui dominum angelorum, humiliatum ad conuersationem hominum, vt homines exaltaret ad conuersationem angelorum, cum deus offensus moriebatur vt peccator viuere. Heu quod tam admirabili, tam inestimabili pietati praesens obstupescere non merui. Cur o anima mea te praesertim non transigit gladius doloris acutissimi, cum ferre non posses vulnerari lancea latus tui saluatoris, cum videre nequies violari clauis pedes & manus tui plasmatoris, cum horrore effundi sanguinem tui redemptoris, cur non es inebriata lachrymarum amaritudine, cum ille potaretur amaritudine fellis: Cur non es compassa castissima virgini, dignissima matri eius, dignissima dominae tuae? Domina mea misericordissima, quos fontes dicam erupisse de tuis pudicissimis oculis, cum attenderes vnicum filium tuum innocentem coram te ligari, flagellari & mactari? Quos fletus credam perfudisse piissimum tuum vultum, cum suspiceres eundem filium tuum deum, & dominum tuum in cruce sine culpa extendi, & carnem de carne tua ab impiis crudeliter dissecari? Quibus singultibus extimabo purissimum pectus tuum vexatum esse, cum tu audires, Mulier ecce filius tuus: & discipulus, Ecce mater tua: cum acciperes discipulum pro magistro, seruum pro domino: Vtinam cum felice Ioseph dominum meum de cruce deposuissem, aromatibus condissem, in sepulchro collocassem, vt saltem profectus vel consecutus essem, vt tanto funeri non defuisset aliquid mei obsequij. Vtinam cum beatis mulieribus curusca visione angelorum essem territus, & audissem nunciū dominicæ resurrectionis, nunciū tam consolationis, nunciū tam expectatum, nunciū tam desideratum. Vtinam, inquam, audissem ex ore angeli, Nolite timere, vos Iesum quaeritis crucifixum, surrexit non est hic. Benignissime, suauissime, serenissime, quando restaurabis mihi, quia non vidi illam beatam tuam carnis incorruptionem, quia non fui deosculatus loca vulnerum, fixuram clauorum, quia non respersi lachrymis gaudij cicatrices corporis veri, admirabilis, inestimabilis, incomparabilis, quando consolaberis & cōpesces me à dolore meo? Non enim cadit in me dolor meus quantum diu peregrinus sum à domino meo. Heu mihi domine, heu animae meae, recessisti consolator animae meae, nec vale dixisti. Ingressi vias tuas benedixisti tuis, nec affui. Eleuatis manibus à nube susceptus es in caelum, nec vidi. Angeli promiserunt te rediturum, nec audiui. Quid dicam? quid faciam? quò vadam? Vbi eum quaeram? vel quando inueniam? Quem rogabo? Quis nunciabit dilecto, quia amore langueo? Defecit gaudium cordis mei. Versus est in luctum risus meus, defecit caro mea & cor meum, deus cordis mei & pars mea deus in aeternum. Renuit consolari anima mea, nisi de te dulcedo mea. Quid enim mihi est in caelo, & à te quid volui super terram? Te volo, te spero, te quaero, tibi dixit cor meum, quae sunt vultu tuum, vultum tuum domine requiram, ne auertas faciem tuam à me. Amator hominum benignissime, tibi derelictus est pauper, orphanus tu eris adiutor. Mi aduocate tutissime, miserere mei orphani derelicti, pupillus factus sum absque patre, anima mea quasi vidua. Respice orbitatis & viduitatis meae lachrymas, quas tibi offero donec redeas. Eia iam domine eia, appare mihi & consolator ero. Exhibe praesentiam tuam, & consecutus ero desiderium meum. Reuela gloriam tuam, & erit perfectum gaudium meum. Siti-

Ioan. 19.

Marci. 16.

Acto. 1.

uit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem domini: quando venies consolator meus? quem expectabo? O si quando videbo gaudium meum quod desidero, o si fatiabor cum apparuerit gloria mea quae esurio. O si inebriabor ab vbertate domus tuae ad quam suspiro, si potabis me torrente voluptatis tuae quem sitio. Sint mihi domine interim lachrymae meae panes die ac nocte, donec dicatur mihi, Ecce deus tuus: donec audiat anima mea, Ecce sponsus tuus. Pasce interim me singultibus meis, refocilla me doloribus meis, veniet fortasse redemptor meus quia bonus est, nec tardabit qui pius est. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

AD LECTOREM.

Liber pius nec ineruditus, quanquam phrasibus plurimum distat, scripat ab Augustiniana.

DE DILIGENDO DEO LIBER.



Vigili cura, mente sollicita, summo conatu, & sollicitudine continua decet nos inquirere & ad discere quo & qua via possimus infernale supplicium vitare, & coeleste gaudium acquirere: cum nec illud supplicium vitari, nec illud gaudium acquiri possit, nisi via cognita qua est illud vitandum, & illud acquirendum. Audiamus ergo libentius, inspiciamus diligentius verba Apostoli, quibus ipse duo ostendit, scilicet quod coelestis gloria ineffabilis est, & qua sit via qua ducit ad vitam: ait enim, Nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se. Ecce per hoc quod dicit deum praeparasse bona diligentibus se, ostendit quia dilectio via est, qua ad illa bona peruenitur: sed dilectio dei sine dilectione proximi haberi non potest, testante beato Iohanne, qui ait, Qui non diligit fratrem suum quem videt, deum quem non videt, quomodo diligere potest? Et hoc mandatum habemus à deo, vt qui diligit deum diligit & proximum suum. Ecce in hac gemina dilectione consistit vera charitas, de qua Apostolus loquens, ait, Excellentior adhuc via vobis demonstro. Ecce charitas excellentissima via est, qua ducit ad caelestem patriam, & sine qua nemo illuc venire potest. Sed quis in hac via est? quis nouit eam? Qui diligit deum & proximum. Quomodo diligendus est deus, & quomodo proximus? Deum debemus diligere plus quam nos, & proximum sicut nos. Deum diligimus plus quam nos, si precepta eius voluntati nostrae in omnibus praepoimus. Proximum autem non iubemur diligere quantum nos, sed sicut nos, id est, velle & optare ei omne bonum, quod debemus velle & optare nobis, & maxime aeternam beatitudinem, & ad illam obtinendam ei succurrere, & in corporalibus bonis, & in spiritalibus, prout ratio exigit, & facultas permittit: vnde dominus in Euangelio ait, Quaecumque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis: & Iohannes Apostolus ait, Non diligamus verbo neque lingua, sed opere & veritate. Sed qui sunt proximi quos debemus sic diligere? Certe omnes homines Christiani, iudei, pagani, amici & inimici. Cum ergo tota salus nostra in dilectione consistit, quare & qualiter dominus diligendus sit, diligenter

Psal. 62. Psal. 41.

Psal. 35. Psal. 41.

Que sit via, que ducit ad vitam. Caput. I.

1. Cor. 2. Efa. 64.

1. Ioan. 4.

F 1. Cor. 12.

Math. 7. 1. Ioan. 3.

Quare & qualiter sit diligendus deus. Caput. II.

**G** considerandum est. Ad dei igitur dilectionem in nobis excipiendam, nutriendam, & augendam nihil ita valet, sicut beneficiorum eius frequēs & diligens recordatio vel consideratio. Tanta enim nobis tribuit, & tanta retribuit, quod deficit anima nostra, deficit profus in consideratione tantorum beneficiorum eius. Et licet non possumus ei tantum & tantas ut deceret, amorem & obsequium & gratiarum actiones, tamen quantum & quantitas possumus, repedere debemus. Ecce quare, id est, pro beneficiis suis que sua magna pietate, sua gratuita bonitate, nullis nostris meritis exigentibus nobis contulit dominus, a nobis quoque multum diligendus est. Qualiter autem a nobis diligendus est deus, illud eius mandatum manifestat, quod nimis mandauit & nimis custodiri voluit. Audi igitur o homo illud omnium mandatorum & maximum & primum mandatum. Audi, inquam, illud diligenter, retine memoriter, meditare iugiter, & pro viribus tuis imple instanter, assidue & perseueranter: hoc autem est illud mandatum, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, id est, ex toto intellectu: & ex tota anima tua, id est, ex tota voluntate tua: & ex tota mente, id est, ex tota memoria, ut omnes cogitationes tuas, omnemque vitam tuam, & omnem intellectum tuum in illum conserues. Sed quia parum te forte a deo diligere astitimas, illum quoque parum diligere non vereris. Scrutare ergo & reuolue in animo tuo que tibi contulit dona & beneficia, queque promisit, & te vehementer illum debere diligere conuinceris. Ut autem amor dei in te amplius excitetur & crescat, considera diligenter, a quo, quare, vel ad quid creatus sit homo, queque deus propter hominem creauit. Sciendum est ergo rerum creatarum, celestium vel terrestrium, visibilibus vel invisibilibus causam non esse nisi bonitatem creatoris, qui est deus vnus & verus, cuius est tanta bonitas, ut alios sue beatitudinis qua aternaliter beatus est, velit esse participes, quam vidit communicari posse, minui omnino non posse. Illud igitur bonum quod ipse erat, & quo ipse erat beatus, sola bonitate, non necessitate aliis communicare voluit, quia summi boni erat prodesse velle, & omnipotentissimi nocere non posse. Et quia non valet eius beatitudinis participes existere aliquis, nisi per intelligentiam, que quanto magis intelligitur, tanto plenius habetur, fecit deus rationalem creaturam, que summum bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando possideret, & possidendo fruere, eamque hoc modo distinxit, ut pars sui puritate permaneret, nec corpori vniretur, scilicet angelus: pars corpori iungeretur, scilicet anima. Distincta est igitur rationalis creatura in incorpoream & corpoream. Incorporea, angelus: corporea vero, homo vocatur ex anima rationali & carne subsistens. Condicio igitur rationalis creature primam causam habuit dei bonitatem. Creatus est igitur homo vel angelus propter bonitatem dei: nam quia bonus est deus, sumus, & in quantum sumus, boni sumus. Ad quid autem creata sit rationalis creatura: Ad laudandum deum, ad seruendum ei, ad fruendum eo, in quibus ipsa proficit, non deus: deus enim perfectus & summa bonitate plenus, nec augeri potest nec minui. Quod autem creatura rationalis facta est a deo, referendum est ad creatoris bonitatem, & ad creature utilitatem. Cum igitur queritur, quare vel ad quid facta sit rationalis creatura: Respondendum est propter dei bonitatem, & creature utilitatem, vtile nempe est ei seruire deo & frui eo.

Factus ergo angelus, siue homo propter deum dicitur esse, non quia deus creator & summe beatus alter-

utrius indigeret officio, quia bonorum nostrorum non eget, sed ut seruiret ei & fruere, cui seruire regnare est. In hoc proficit seruientis, non ille cui seruitur. Et sicut factus est homo propter deum, sic factus est mundus propter hominem ut ei seruiret. Positus est ergo homo ut ei seruiret, & ut ipse seruiret, ut acciperet vtrumque & resueret totum ad bonum hominis, & quod accepit obsequium, & quod impendit. Ita enim voluit deus sibi ab homine seruire, ut ea seruiente non deus sed homo iuaretur: & voluit ut mundus seruiret homini, ut exinde similiter iuaretur homo. Totum igitur bonum hominis erat, & quod factum est propter ipsum, & propter quod factus est ipse. Omnia enim, ait Apostolus, nostra sunt, superiora scilicet equalia & inferiora. Superiora quidem nostra sunt ad perfuendum, ut deus trinitas. Aequalia nostra sunt ad conuiuendum, scilicet angeli, qui & si modo sunt superiores nobis, in futuro erunt equalis. Et inferiora nostra sunt, que ad usum nobis sunt, sicut res dominorum dicuntur esse famulorum, non priuatione a domino, sed quia sunt ad usum eorum. Ipsique angeli in quibusdam scriptura locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur: vnde Apostolus ait, Quoniam omnes administratorij spiritus sunt, missi in ministerium propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Neque id incredibile cuiquam videatur, quandoquidem & ipse creator & rex angelorum venit non ministrari, sed ministrare, & dare animam suam pro multis. Dicuntur enim angeli orationes & vota nostra offerre deo, non quia deum doceant, quia omnia antequam fiunt sicut & postea facta sunt nouit, sed quia eius voluntatem super his consulunt, & quod deo iubente completum esse cognouerint, hoc nobis euidenter vel latenter reportent: vnde angelus hominibus ait, Cum orastis orationem vestram, obtuli deo. Similiter & nos cum oramus, non deum docemus quasi nesciat quid velimus, & quo indigeamus: sed necesse habet rationalis creatura temporales causas ad aternam veritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid fiat. De excelso igitur celorum habitaculo ad consulendos, visitandos, & ad adiuuandum nos attrahit supereminens charitas angelos propter deum, propter nos, propter se ipsos. Propter deum vti que, cuius tanta erga nos pietatis viscera ipsi quoque ut dignum est imitatur. Propter nos, in quibus nimirum propriam similitudinem admirantur. Propter se ipsos, quorum ordines instaurandos ex nobis toto desiderio prestolantur. Primum ergo necesse est ut quisque seipsum consideret, & cum cognouerit dignitatem suam, ne iniuriam faciat creatori suo, abiectionem se non amet: nam ea que per se considerata pulchra sunt, pulchrioribus comparata vilescunt: & sicut ineptum est deformia pulchris coniungere, sic non indecens est ea que non habent infimam quandam & imaginariam pulchritudinem pulcherrimis coequare. Tu ergo anima attende pulchritudinem, & intellige quale pulchritudinem debeas diligere. Quod si forte visio tua ita per negligentiam tuam obscurata est, & temetipsam ut decet & expedit, contemplari non sufficis, cur saltem quod de te existimare debeas, ex iudicio alieno non perpendis: Sponsum habes, sed nescis pulcherrimum omnium, quia faciem eius non vidisti. Ille te videt, quod nisi te vidisset, non te diligeret. Noluit adhuc seipsum presentare tibi, sed munera misit, arram dedit pignus amoris, signum dilectionis ut cognoscere illum posses. Si specie eius videres, non ambigeres, scires enim quod tam pulcher, tam formosus, tam elegans, tam vnicus in

Psal. 15. K  
1. Cor. 3.  
Math. 22.  
L  
Heb. 11.  
Matt. 20.  
Tobias. 12.  
M  
De dei nos dilectione. Cap. III.

Deut. 6.  
Matt. 22.

Quo omnia deus propter hominem condiderit. Cap. III.

**A** tuo aspectu captus non esset, si non eum singularis decoret & ultra ceteros admirandus traheret. Ergo quid agis nunc videre illum non potes, quia absens, & ideo non times nec erubescis illi iniuriam facere, & singularem eius amorem contemnis, teque aliena libidini turpiter & impudice prostituis. Noli sic facere, si adhuc scire non potes qualis ille sit qui te diligit, considera saltem arram quam dedit tibi, fortassis in ipso munere eius quod penes te est, poteris agnoscere quo affectu illum diligere, quo studio & diligentia te illi debeas conseruare; Insignis est arra eius, nobile donum quia magnum non deicit vt parua daret, nec pro paruo magna sapiens dedisset. Magnū ergo est quod tibi dedit, sed maius est quod in te diligit. Magnum est ergo quod tibi dedit, Quid tibi dedit o anima mea sponsus tuus? Respice vniuersum mundum istum, & considera si in eo aliquid sit quod tibi non seruiat. Omnis creatura ad hunc finem cursum suū dirigit, vt obsequiis tuis famuletur & utilitati deseruiat, tuisque oblectamentis pariter & necessitatibus secundum affluentiam & deficientiam occurrat, hoc cælum, hæc terra, hæc aër, hæc maria cum eis que in ipsis sunt vniuersis, explere non cessat, hic circuitus teporū annuus in nouationibus rediuntis partibus antiqua inuolans, dilapsa informans, consumpta instaurans pastu perpetuo subministrat. Quis ergo putas hæc instituit, quis illud nature præcepit vt vno censu tibi seruiat? Beneficium accipis, & auctorem eius non cognoscis, donum in manifesto est, largitor occultus, & ipsa ratio tua te dubitare non sinit hoc tuum non debitum esse, sed beneficium alienum. Quicumque ergo ille est, multum nobis contulit, & qui tantum dare voluit, multum dilexit. Tantum ergo diligens & tam diligendum dono suo demonstratur: Et quam stultum est amorem tam potentis non vltra concupiscere, quam impium, quam peruersum est tam diligentem non amare: Si autem ista diligis, vt subiecta dilige, vt famulancia dilige, vt arram sponsi, vt munera amici, vt beneficia domini, sic tamen vt memineris semper quod illi debeas, nec ista propter se, sed ista propter illum, nec ista cum illo, sed ista propter illum, & per ista illum, & super ista illum diligas. Cæue o anima, ne quod abisti, meretrix dicaris, si munera dantis plus, quam amantis affectum diligis. Maiorem charitati eius iniuriam facis si dona illius accipis, & tamen vicissitudinem dilectionis non impendis. At dona illius si potes respice, vel si dona illius respicere non potes, vicissitudinem dilectionis repende. Dilige illum propter se, dilige te propter se: dilige illum vt fruaris illo, dilige te vt diligaris ab illo. Dilige in donis illius que data sunt ab illo, illum tibi & te illi dilige. Hæc pura & casta dilectio est, nil habens sordidum vel amarum, nil transitorium. Considera ergo o anima que communia cum hominibus, que specialia cum aliquibus, que singularia sola acceperis. In omnibus his te dilige, que vel communiter cum omnibus, vel specialiter quibusdam, vel singulariter tibi soli tribuit. Cum omnibus ergo te dilexit, quibus te singulari dono prætulit, in omni creatura dilecta es, cum omnibus bonis dilecta es, præ omnibus malis dilecta es: & cum parum hoc tibi videatur quod præ omnibus malis dilecta es, quanti boni sunt qui minus te acceperunt? Primum cogita o anima quod aliquando non fueris, & vt esse inciperes, hoc dei dono acceperis. Donum ergo eius erat vt fieres: sed nūquid ei aliquid dederas priusquam fieres, quod tibi hoc redderet vt fieres? Nihil prius, nil tu dederas, nil tu deditū poteras priusquam fieres: qui vti que si nil amplius

De fruitione dei. Cap. V.

De creationis pariter & recreationis gratiarum munibus. Caput. VI.

dedisset pro eo ipso tamen semper a nobis laudatus & diligendus esset: nunc autē amplius dedit, quod dedit non solum esse, sed & pulchrum esse & formosum esse. Sed nec hic terminari potuit munificētia largitoris optimi, adhuc aliquid plus dedit, sed magis nos ad similitudinem suam traxit. Voluit ad se trahere per similitudinē, quos ad se trahebat per dilectionem. Dedit ergo nobis esse, & pulchros esse dedit & viuere, vt præcellamus his que non sunt per essentiā, & his que inordinata sunt & incompleta, aut incompōsita per formam, aut inanimata per vitam. Magno debito obligata es anima mea, multū accepisti & nihil a te habuisti, & pro omnibus his non habes quid retribuas, nisi tantū vt diligas. Nam quod per dilectionem datū est, nec melius nec deterius quam per dilectionem rependi potest: accepisti autem hoc per dilectionem, iam nunc tibi narrare incipiā quantum iste sponsus tuus, qui tam excellens apparuit cum te conderet, humiliari dignatus est cum te repararet. Illic tam sublimis, hic tam humilis: non tam hic, quam illic minus admirabilis. Illic potenter magna tibi contulit, hic misericorditer pro te dira sustinuit. Vt enim releuaret te illic vnde cecideras, ipse descendere dignatus est hic vbi iacebas: & vt tibi iuste redderetur quod perdidideras, ipse dignatus est pie pati quod tolerabas. Descendit ergo, suscepit, sustinuit, vicit, restaurauit: descendit ad mortalem, suscepit mortalitatem, sustinuit passionem, vicit mortem, restaurauit hominem. Ecce anima mea obstupescere tanta mirabilia, tanta beneficia propter te exhibita. Cogita quantum te diligat, qui tanta dignatus est facere propter te: pulchra fueras eius munere, foeda facta es tua iniquitate: sed rursum mūdāta es & formosa facta es eius pietate, operante tamen vtrobique eius charitate. Olim cum non esses, dilexit vt conderet: cum foeda esses, dilexit vt pulchram faceret: & vt ostenderet tibi quantum te diligeret, non nisi moriendo a morte liberare te voluit, vt non impenderet tantum pietatis beneficium, verum etiā charitatis monstraret affectum. Grandi itaque dignatione primo homini spiraculum vitæ desuper pius formator infudit, sed multo maiori charitate pro eodem homine non iam sua dedit, sed seipsum impendit atque tradidit. Magnum quidem est de deo, quod esse me sentio opus eius: sed multo plus est, quod transiisse ipsum video in precium meū, quoniam quidē tam copioso munere ipsa redemptio agitur, vt homo deum valere videatur. O felix culpa mea, ad quam diluendam dum ille charitate trahitur, ipsa quoque eius charitas mihi eā desideranti & eā totis præcordiis concupiscenti aperitur. Nunquam tam bene dilectione eius agnoscerem, nisi in tantis periculis expertus eam fuisset. O quam feliciter cecidi, qui post lapsum feliciter resurrexi. Nulla dilectio maior, nullus amor syncerior, nulla charitas sanctior, nullus affectus ardentior, mortuus est pro me innocens, nihil quod amaret in me inueniens. Quid ergo dilexisti domine in me, & tantum dilexisti vt morereris pro me: quod tale in me inuenisti, pro quo tanta & tam dura sustinere voluisti? Et tu quoque si cogitare cœperis o anima mea, quot & quales in comparatione tui abiecti sint, qui hæc que tibi data est gratiam consequi non potuerunt. Certe audisti ab initio vsque ad hanc diē, quod multæ generationes pertransierunt, que omnes sine cognitione dei & precio sue redemptionis in interitum sempiternum dilapsæ sunt, omnibus illis redemptor tuus te prætulit, quādo tibi hanc gratiam largitus est, quam nullus eorum percipere meruit, tu sola præ omnibus illis assumpta es, & quare hoc in te factum sit, nullā præter solā saluato-

De beneficio vocatio- nis ad hęc. Cap. VII.



**G**ris tui charitatem inuenire poteris causam. Elegit ergo & praelegit te sponsus tuus, amator tuus, deus tuus, redemptor tuus. Elegit te in omnibus & assumpsit te ex omnibus, & amavit te in omnibus, nomine suo vocauit te, vt memoriale eius sepe esset apud te, voluit te participem esse in nomine, participem in nominis veritate, quoniam vnxit te illo quo & ipse vnctus erat oleo latitiae, vt ab vncto sis vnctus, quia à Christo dicitur Christianus. Sed nunquid tu fortior, nunquid sapientior, nunquid nobilior, nunquid omnibus illis ditior fuisti, qui hanc prae omnibus illis specialem gratiam fortiri meruisti? Quot fortes, quot sapientes, quot nobiles, quot diuites ibi fuerunt, & tamen vniuersi relictis & abiectis perierunt. Multum fateor collatum est tibi: nam cum fœda prius fuisses & polluta & deformis & squalida, discissa & dissipata, & omni horrore & enormitate plena: sic deus dominus tuus dilexit te, vt te tantis gratiis suae munerationibus ditaret. Nisi ergo prius multa cura, studio vehementi exculpata & ornata decenter fueris, in caelestis sponsi thalamum introduci digna non eris. Nunc ergo dum tepus est, o anima mea formam tuam excole, faciem orna,

**H**abitum compone, maculas terge, mundiciam repara, mores corrige, dignam sponsam omni nisu te redde. Praeparata ergo te sicut decet sponsam immortalis, sponsam regni caelestis. Hoc etiam ad dilectionem pertinere scias, quod habes vnde te ornare possis, quod vti que ex te non haberes nisi ab illo reciperes: ab illo autem accepisti vt vestimenta bonorum operum indui & fructu elemosynarum cum ieiuniis, sacris vigiliis, aliis quoque operibus pietatis, quasi quodam vario ornato possis ornari vel decorari: & quicquid ad sanitatem, quicquid ad perfectionem, quicquid ad speciem reparandam, quicquid ad decorum augendum valere dinoscitur, copiose tribuit. Vnde quam copiosa dispensatio tibi vbi que occurrit? Non habuisti, & datum est tibi: perdidisti, & instauratum est tibi: nunquam derelinqueris, vt scias quantum ille diligat à quo amaris. Non vult te perdere, & ideo tanta patientia te expectat, & concedit pie toties negligenter amissa, iterum atque iterum si volueris reparare. O quot reperiantur iam qui ista seculi receperunt, sed amissa iterum tecum accipere non meruerunt. Plus omnibus illis dilecta es, quia tibi tamen benigne amissum redditur, quod illis perditum tam districte negatur. Nunquam tibi gratia bene operandi ipso largiente negata est. Si magna opera facis, misericorditer sublimaris. Melius enim nouit ille quid tibi expediat quam tu, & ob hoc si vis de eo bene sentire, totum quod ab illo tibi fit, bene fieri intellige: talis est enim amor dei in nobis, nec quicquam omnino humana infirmitas tolerat, quod ipse quantum in sua bonitate est, & ad bonum nostrum non disponat. Forte gratiam virtutum non habes, sed dum vitiorum impulsu concuteris, melius in humilitate solidaris. Suauius enim redolet deo humilitas infirma, quam virtus elata. Nihil omnino dispositioni diuinae prauiudicare audeas, sed semper cum timore & reuerentia ora deum, vt quemadmodum ipse nouit, tibi subueniat: si qua adhuc tamen in te mala remanserint, pie diluata: si qua inchoata sunt bona, benigne perficiat, & ea te qua voluerit ad se via perducatur.

**I**nima quid faciemus domino deo, à quo tot bona accepimus? Neque enim contentus fuit eadem quae ceteris nobis bona tribuere, sed in malis quoque nostris eius singulari dilectione cognoscimus, vt eum tam de bonis quam de malis nostris omnibus singulariter diligamus. Tu dedisti mihi domine vt te agnoscam, & praeter ceteris multis de tuis secreta reuelata intelligam. Alios coartaneos

meos in tenebris ignorantia dereliquisti, & mihi praeter illis gratia tua lumen infudit: tibi dedisti mihi sensum capace, intellectum facile, memoria tenacem, efficaciam in opere, gratiam in conuersatione, profectum in studiis, profectum in coceptis, solam in aduersis, tutelam in prosperis: & quocumque vertebam me vbi que gratia tua & misericordia tua praecessit, & saepe mihi cum consumptus videbar, subito liberaisti me: quando errabam, reduxisti me: quando ignorabam, docuisti me: quando peccauis, corripuisti me: quando tristabar, consolatus es me: quando cecidi, erexit me: quando steti, tenuisti me: tu dedisti mihi verum agnoscere te, purius diligere te, sincerius credere in te, ardentius sequi te. O domine deus meus, dulcedo vitae meae, lumen oculorum meorum quid retribuam tibi pro omnibus quae retribuisti mihi? Vis vt diligam te. Et quomodo diligam te, quantum diligam te, quis sum qui diligam te, fortitudo mea dominus, firmamentum meum refugium & liberator meus? Deus meus adiutor meus, protector meus, cornu salutis meae & susceptor meus: quantum adhuc dicam, tu es domine deus meus. Multa & innumerabilia bona fecisti mihi domine deus meus, de quibus mihi erit semper dulcor cogitare, semper loqui, fac me gratias agere vt te laudem & amem pro omnibus beneficiis tuis. Ecce habes anima mea arram tuam, & arram tuam cognoscat sponsum tuum. Serua ergo te illi intactam, serua impollutam, serua incotaminatam, serua integram. Si olim meretrix fuisti, iam virgo facta es, quemadmodum amor illius contineuit corruptis integritate reddere, & integris castitate seruare. Semper cogita quantum tecum misericordia fecit: & in hoc perpende quantum ab ipso diligeris, quod eius beneficium nunquam tibi defuisse cognoscis. Sic certe mihi videtur cum eius miserationes circa me attendo, quod si fas est dicere, nil aliud agit deus nisi vt meae salutis provideat: & ita totum ad custodiendam meam occupatum video, quasi omnium oblitus sit, & mihi soli vacare velit. Semper praesentem mihi se exhibet deus, semper paratum offert, quocumque me verito, me non deserit: vbi cunquero fuero, non recedit: quicquid egero, pariter assistit: & tandem cunctis actionibus meis perpetuus inspector, & quantum ad bonitatem suam pertinet, quasi inuidiosus cooperator assistit, ipse operis sui effectum patienter ostendit. Ex quo constat, quod licet facies eius à nobis adhuc videri non possit, nunquam tamen possit eius praesentia euitari. Sed quid est illud dulce quod in eius recordatione me tangere solet, & tam vehementer & tam suauiter afficere, vt tam tota quodammodo à me ipso abalienari, & nescio quod abstrahi incipiam? Subito tota in nouor & tota immutor, & bene mihi esse incipit ultra quam dicere sufficiam, exhilaratur conscientia, in obliuionem venit omnis praeteritorum dolorum miseria: exultat animus, clarificatur intellectus: cor illuminatur, desiderio iucundatur. Iamque alibi nescio vbi me esse video, & quasi quibusdam amplexibus amorum intus teneo, & nescio quid illud sit, & cum illud retinere semper & nunquam perdere toto nisu laboro, luctatur quodammodo delectabili animo ne recedat ab eo quod semper amplecti desiderat: & quasi in illo omnium desideriorum finem inuenit, summè & ineffabiliter exultat, nihil amplius quaerens, nihil ultra appetens, semper sic esse volens. Nunquid ille est dilectus: vere ille est dominus meus qui visitat me, sed venit inuisibiliter, venit occultus, venit incomprehensibilis: venit vt tangat me, non vt videatur à me: venit vt admoneat me, non vt comprehendatur à me: venit vt non totum infundat se, sed vt gustandum praebet se: non vt impleat

**L** De dei circa nos sollicitudine. Caput. X.

De sensu humanorum munere & custodia vitae. Cap. XI.

**A**pleat desiderium, non vt plenitudinem exhibeat suae satisfationis. Et hoc est quod maxime pertinet ad aram desponsationis eius, quod ille qui in futuro se tibi videntum & perpetuo possidendum dabit, nunc aliquo modo vt quam dulcis sit agnoscas, se tibi ad gustandi praebet. Multum igitur deus tuus diligendus est tibi, cui tanta beneficia contulit. Vt autem amoris flamma amplius accendaris, considera diligenter si praeter illa quae supra dicta sunt, aliqua tibi contulerit beneficia. Cum ergo quae hic memorata sunt bona tibi vides collata, multum ei à quo tibi haec collata sunt, debes gratiosus & deuotus existere, & gratias agere. Valde mihi diligendus est deus meus, qui bene vtens malo parentum meorum creauit me de carne illorum, & inspirauit in me spiraculum vite, discernens me ab illis qui vel abortiuo proieci sunt ab utero, vel intra materna viscera suffocati, poenae videntur concepti non vite. Accepi ergo vt sim, accepi vt homo sim, accepi intellectum, qui interfit inter me & pecus. Accepi corporis formam, accepi in corpore distinctionem sensuum, oculos ad videndum, aures ad audiendum, nares ad odorandum, manus ad cotrectandum, palatum ad gustandum, pedes ad ambulandum, salutemque ipsam corporis. Magnum fuit & hoc quod ad eorundem sensuum meorum oblectamenta, singula sensibus singulis conuenientia creauit deus, multa pulchre lucentia, canore mulcentia, suaue olentia, dulce sapientia, tacta placentia: ob hoc enim prouidentia creatoris tam diuersas qualitates rebus induit, vt omnes sensus hominis sua oblectamenta inueniant. Aliud enim percipit visus, aliud auditus, aliud olfactus, aliud gustus, aliud tactus. Visum pacit pulchritudo colorum, suauitas cantilenae demulcet auditum, fragrantia odoris olfactum, dulcedo saporis gustum. Et quis omnes delicias sensuum enumerare queat, quae tam multiplices sunt in singulis, vt si quis quilibet per se consideret, quilibet per se singulariter ditatum putet. Tot oblectamenta oculorum in diuersitate colorum monstramus, tot oblectamenta aurium in diuersitate sonorum audimus, quibus homines adiuuicè suas voluntates communicant, praeterita narrant, praesentia indicant, futura nunciant, occulta reuelant, adeo vt si careat huius humana, bestis comparabilis videatur: Quid autem contentus animum, quid humanae vocis melos incundum, quid dulce melos sonorum omnium commemorare? quia tam multae sunt harmoniae genera, vt ea nec cogitatus percurrere, nec sermo facile explicare possit, quae tamen cuncta auditui seruiunt, & in eius delicias creata sunt. Eodem modo gustus & tactus varia habent oblectamenta, quae ex similitudine priorum satis perpendi possunt. Magnum est certe & hoc, quod sana & integra membra creauit mihi deus, ne essem meis dolor, opprobrium alienis. Accepi etiam amplius mentem, scilicet quae possit intelligere, quae possit capere veritatem, quae possit iustum ab iniusto discernere, quae possit indagare, desiderare creatorem, laudare & inharrere illi. Magnum etiam aestimo beneficium, quod eo tempore & inter tales me nasci voluit deus, per quos ad fidem suam & sacramenta peruenire. Video innumerabilibus hominibus hoc negatum, quod mihi gratulor esse concessum, cum quibus tamen nobis esset vna conditio. Illi derelicti sunt per iustitiam, & ego vocatus per gratiam. Procedam adhuc etiam, intuens munus eius fuisse quod educatus fui à parentibus, quod me flamma non laesit, quod aqua non absorbit, quod non vexatus à demone, quod à bestis non percussus, quod non praecipitio necatus, quod vsque ad

**C**ongruam aetatem in fide eius & bona voluntate sum nutritus. Magnam igitur domine deus erga me ostendisti pietatem. Cum autem in cunctis operibus tuis sis mirabilis, mirabilior tamen crederis esse in visceribus pietatis, nullum enim spernis, nullum abiicis, neminem perhorrescis, nisi qui forte te amens exhorruerit. Bona igitur sunt haec tua domine mihi à te misericorditer indulta, quod me in periculis saepe constitutum clementer eripuisti, nec vnquam in peccatis meis me dereliquisti, oblitum tui de te admonuisti, auersum à te reuocasti, venientem ad te benigne suscepisti, poenitentem indulxisti. Non enim ea sola quae commisi peccata, sed etiam quae te protegente non commisi, totum à te dimissum deputandum est. Nam sicut in multa peccata cecidi, sic & in multo plura, nisi me conseruasses cecidissem. Tribus autem modis à peccato me memini conseruatum, scilicet occasionis subtractione, resistendi data virtute, affectionis sanitate. Multa enim in peccata cecidissem, si data esset occasio, sed dei miseratione non me talis opportunitas apprehendit. In multa quoque partitionis, sed virtutem dedisti mihi domine, vt sub me esset appetitus meus, & ei quam sentiebam concupiscentiam minime consentirem: sed à quibusdam peccatis tam longe me fecit tua misratio domine, vt penitus abominarer ea, & ne vlla me quidem eorum tentatio molestaret. Magnae quidem bonitatis est indicium domine deus & hoc, ecce infelix ego te iritavi, ego malum coram te feci, furorem tuum prouocaui, iram promerui, peccavi & passus es, deliqui & adhuc sustines: si poeniteo, parcis: si reuortor, me suscipis. Insuper dum differo, particularis: reuocas errantem, vincis repugnantem, expectas torporem, amplecteris redeuntem, doces ignorantem, mulces morerem, à ruina suscitans, post lapsum reparas, petenti largiris, quaerenti inueniris, pulsanti aperis, ostendis mihi bene viuendi viam, das gradiendi scientiam. Magnum est etiam & hoc domine, quod multa mihi antequam petere possem, vel vellem, aut nossem, dona contulisti, non solum ante, sed & postquam sensui & potui te petere, te quaerere, te desiderare, tibi inharere, gratuita bonitate tua non petenti, non quaerenti, non desideranti, imò etiam paruipendenti vel etiam contentementi largitus es. Maximum aestimo & illud fuisse beneficium, quod angelum pacis ab ortu natiuitatis meae ad me custodiendum vsque ad finem meum mihi dedisti: vnde quidam sanctus ait, Magna est dignitas animarum, vt quae habeat ab ortu natiuitatis ad custodiam sui angelum delegatum. Magna pietatis fuit hoc domine, quod mira patientia tua meas sustinuit iniquitates. Cui gratias referre debeo, quod non secundum iniquitates meas retribuisti mihi, quod me terra non absorbit, non me caelum fulminauit, non me fulgor cõpussit, non flumina submerserunt, nec alia poena vel morte prout dignus eram afflixisti. Cum enim peccando à te recederem, non solum iram tuam promerui, sed & omnem creaturam aduersum me excitauis. Nam si seruus cuiusquam à domino suo recederet, non solum dominum ipsum exacerbaret, sed & totam eius familiam iustissime iritaret. Cum ergo te deum omnium creatorem offenderis, omnem creaturam quantum spectat ad meritum meum in iram commouit, ita vt merito pro te pugnet aduersum me totus orbis terrarum. Posset enim terra dicere mihi, non debeo te sustinere, sed potius absorbere, quoniam à creatore meo non timuisti peccando recedere, & inimico scilicet diabolo adherere. Posset dicere sol, non debeo tibi ad salutem lucere, sed ad vindictam domini mei, qui est

Tomus nonus. x ij lux &

De virtuti munere. Cap. VIII.

De illustratio nis beneficio. Cap. IX.

**D**e loganimitate dei & praesertatione à peccatis, & coram indulgentia. Cap. XII.

Sapientia

**G** lux & fons luminis, penitus tibi radios meos abscondere. Sic etiam cuncta queque creatura ad vlciscendā tantam iniuriam sui creatoris, nisi imperum cohiberet ipse qui eas cōdidit, qui non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. Oportet ergo me domine tāto magis tibi gratiosum & deuotum, ad seruiendum propriorem existere, quanto me de tantis beneficiis obli-gationem conspicio in reddenda ratione, ne dilata vindicta tanto acrius adueniendo mala mea puniat, quanto diutius tolerauit quod puniri potuit. Iam diu igitur expectare cogita d anima mea dei lōganimitatem quā exhibuit, electionem prædestinationis suæ quā impleri voluit, nimiam charitatē qua nos dilexit. Propter hoc enim expectans expectauit dominus & intendit mihi: sed auertit oculos suos a peccatis meis, quasi nolens auertere quantum delinquerem. Propter hoc, inquam, dissimulabat, vt commendaret patientiam, confirmaret charitatem suam. Propter hoc, vt bene memini, percussit cor meum, excitans illud vt aduerteret suorum vulnera peccatorum, & vulnerum sentiret dolorem, etiam deducens ad portas inferi & præparata iniquis supplicia monstrans, etiam vt nil iam noxiæ remaneret rationis, meliorem mihi consolationem inspirans, spem indulgentiæ dedit, demum & ipsam indulgentiam contulit. Sic autem ex toto indulgit, & tam liberaliter omnē donauit iniuriā, vt iam non damnet vlciscendo, nec confundat improperando, nec minus diligat imputando. Sunt autem aliqui sic donantes iniuriam vt non vlciscantur, sæpius tamen improperant: sunt & aliqui qui licet sciant, manet tamen aliquid in alta mente repositum, tanquam tenent in animo, quorum vtique neutra plena est indulgentia. Longe ab his benignissima diuinitatis natura, liberaliter agit, ignoscit plenarie, ita vt propter fiduciam peccatorum se poenitentium, vbi superabundant delictum, solet & gratia superabundare. Testis est Petrus, cui post trinum negationem totius Ecclesiæ pastoralis cura est commissa: testis est Paulus, qui de Ecclesiæ persecutore effectus est vas electiōis & doctor gētium: testis est Mattheus qui de telonio electus est in Apostolum, cui etiam & noui testamenti primū scriptorem esse donatum est. Post hæc dedit mihi dominus deus continentiam. Continentiam autem dico, non a sola luxuria, sed a cæteris quoque sicut necesse est vitiis & peccatis, qui & aliquando vix per tridū cōtinebam, postea dei auxiliante gratia, per longum tempus potui cōtinere. Ex hoc inuenio vnde merito exclamare possim, Quia fecit mihi magna qui potes est. Forte parum quid reputat aliquis continentiam, sed ego non ita. Scio enim quos habeat oppugnatores, quantæ illam necesse sit esse virtutis, vt possit talibus resistere. Primus hostis continentie nostræ caro est nostra, dum concupiscit aduersus spiritū. Quam domesticus hostis, quam periculosa lucta, quam intestinum bellum, hostem hūc crudelissimum non fugere possumus. O anima mea nō fugare, sed circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis. Quid autem periculosus & miserabilis est, quam quod hostem nostrum cogimur sustentare, perimere eum non licet: Vides ergo quam sollicitate custodire necesse sit ab ea, quæ dormit i sinu tuo. Veruntamen nō est hic solus aduersarius mihi, alium adhuc habeo qui circumcinxit me & obfedit vndique, hostis iste est præfens seculum nequam, qui per quinque portas quinq; videlicet sensus corporis, iaculis suis vulnerat me, & mors intrat per fenestras meas. Tertio hostis est humani generis inimicus, antiquus serpens callidior

cunctis animantibus: iste est hostis quem nec possumus videre, quanto minus cauere. Hic hostis nunc quidem aperte & violenter, nunc occulte & fraudulenter, semper autē maliciose & crudeliter nos impugnat & persequitur. Et ad hæc toleranda, ne dicam superada, quis idoneus? Hæc ideo dixi vt innotesceret continentiæ difficultas, vt sciamus quæ a deo data sunt nobis, ac per hoc amplius diligamus eum qui hæc nobis virtutem tribuit. Omnino enim in domino facimus hanc virtutem, & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos. Ipse est qui non modo carnem nostram cum concupiscentiis suis, sed & præfens seculum nequam cum curiositatibus suis & vanitatibus suis, etiam & ipsum cum tētationibus suis cōterit satanam sub pedibus nostris. Nunquid non merito dixerim inueniendum in continentia vnde clamarem, Quia fecit mihi magna qui potens est. Post hæc dedit mihi dominus deus gratiam promerendi bona vitæ æternæ, quam gratiam in tribus maxime stare arbitror, in odio præteritorum malorum, in cōtemptu bonorum præsentium, in desiderio futurorum. Deinde dedit mihi spem eadem obrinendi. Tria inquam sunt quæ sic roborant & confirmant cor meum, vt nulla me penuria meritorum, nulla consideratio propriae vilitatis, nulla aestimatio cœlestis beatitudinis de celsitudine spei deicere possit: in ea firmiter radicatur anima mea. Vis scire quæ sint illa? Tria cōsidero, in quibus spes mea tota consistit, scilicet charitatem adoptionis, veritatem promissionis, potestatem redditionis. Murmure iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea dicens, Quis enim es tu, aut quanta est illa gloria, quibusve meritis hanc obtinere speras? Et ego fiducialiter respondebo, Scio cui credidi, & certus sum, quia in charitate nimia adoptauit me deus, quia verax est in promissione, quia potens est in exhibitione, licet enim ei hoc facere quod voluerit. Pro his ergo meritis deus meus mihi diligendus est. Magnæ autem gratiæ fuit, quod me deus a se fugientem persecutus est, timentem blanditus, quod erexit in spem totiens desperatum, quod suis obruit beneficiis ingratum, quod gustu interioris dulcedinis immundis assuetum delectationibus attraxit & illexit, quod indissolubilia malæ consuetudinis vincula dirupit, & abstractum seculo benigne suscepit. Adhuc anima mea, illa quibus tibi sola conscia es, diuinæ bonitatis inspicere munera, quam iucunda facie abrenunciasti seculo tibi Christus occultus occurrit, quas esuriens delirias præparauit, quas miserationum suarum diuitias, & absconditos inspirauit affectus, quo te charitatis poculo delectauit? Magnum fuit & hoc quod me fugientem seruū suū & rebellem, sola miseratione vocatum, spiritualium cōsolationum nō reliquit expertem. Si enim tentabar, ille me sustentabat: si periclitabar, ille me erigebat: si tristabar, ille me confortabat: si fluctuabam, ille solidabat. Quotiens præ timore arescebam, ille pius cōsolator astabat: quotiens aestuabam præ timore, ille meus se visceribus infundebat. Perpendo etiam quotiens psallentem vel legentem spiritualiū me sensuum lumine illustrabat: quotiens errantem in quoddam ineffabile desiderium sui rapiebat: quotiens mentem meam a terrenis subtractā, ad cœlestes delicias & paradisiacas amōnitates trāspor-tabat. Taceo multa & magna misericordie suæ circa me opera, ne aliquid gloriæ quæ tota eius est, ad me videatur transire. Ita enim secundum hominum aestimationem sibi coherent gratia dantis & felicitas recipiētis, vt non laudetur solum qui solus laudāsus est, scilicet ille qui dedit, sed etiam ille qui recepit. Quid enim habet

De beneficio spei. Cap. XIII.

M De largitate dei, & iniquitate nostra, & gratia rependenda. Cap. XV.

**A** bet aliquis quod nō accepit aut qui gratis accepit, quare laudatur quasi velut promeruerit? Tibi ergo laus deus meus, tibi gloria, tibi gratiarum actio: mihi autem cōfusio faciei meæ, qui tot mala feci, & tot bona recepi. Vide ergo d anima mea, quia multum commendat bonitatem dei, non solū largitas sua, sed iniquitas nostra. Si enim magnum est nihil promerentibus impendere multa, quale quantumve erit retribuere bona promerentibus mala? O qualis pietas, quam nulla potest superare impietas. Alia sunt quæ misericorditer deus ignoscit, alia quæ affluenter attribuit: ignoscit mala nostra, largitur bona sua: semper præsto ad ignoscendū, paratus semper ad largiendū: hinc pius, hinc largus, vtrobique pius & largus. Confiteamur ergo illi mala nostra, confiteamur & bona nostra. Confiteamur ergo a nobis mala nostra esse vt pie ignoscatur: confiteamur ab ipso bona nostra esse, vt seruet & augeat. Hoc igitur incessanter agam, ne ingrati appareamus, vel de indulta venia, vel de cōcessa gratia. Hæc, inquam, agat qui se credidit vel cupit esse amatorem dei, verus animi amor semper consistet. Quid ergo hæc omnia faciunt diligenter considerata, nisi vt considerantis animum ab omni penitus abstractum amore, ad eum diligendum qui hæc cōtulit, mirabiliter rapiant, vehementer afficiant? Si quis autē hæc omnia a deo sibi videt collata, & ideo illum parum diligere non veretur, sciat pro certo quod nemo est qui non facile si querit inueniat, vnde plurimum est obnoxius deo, vnde cum totis viribus diligeret ei etiam cōtinuas gratias referre deberet. Ille ergo cui aliqua bona salutis necessaria defunt, nec sic audeat contra deū murmurare, nec eū accusare, quia oīa certissima & iustissima ratioe facit deus, cuius vult miseretur, & quem vult indurat, qui etiam potens est dona sua cui voluerit conferre, & collata cui voluerit auferre. Doleat ergo qui hæc non habet, & laboret & oret vt habeat, pro acceptis vero bonis deo gratus existat. Magna igitur & multa, imò certe innumerabilia quæ mihi domine deus cōtulisti beneficia, pro quibus mihi diligendus, & semper es laudāsus. Quicquid enim boni habeo, vel habui, vel habiturus sum, a te summo bono est, a quo omne quod bonum dicitur, & est, & procedit. Vnum autē est, quod me plus his omnibus accendit, virget, mouet, & promouet ad te diligendum: super omnia, inquam, amabilem te mihi reddit d bone Iesu ignominiosissima & amara mors, quam sustinisti opus nostræ redemptionis. Hoc solum vel hoc omnino totam vitam nostram, totum laborem nostrum, totum obsequium nostrum, amorem denique nostrum facile sibi vōdicat, totum hoc, inquam, est quod deuotionem nostrā & excitat melius & querit suauis & auget amplius. Multum quippe in hoc opere laborat author mundi, nec in omni fabrica mundi tantam fatigationem sustinuit. De mundo enim & de his quæ in mūdo sunt, dixit & facta sunt, mandauit & creata sunt: vero pro reparatione generis humani magnos & multos & diuturnos labores sustinuit & dolores. Ecce quomodo nos dilexit, qui nulla sui necessitate, sed sola charitate tam dura & indigna sustinuit. Merito ergo dixerim hoc vnum omnibus aliis præstare beneficium. Quippe cum magnum sit aliquid sua gratis alicui conferre, multo maius certe est semetipsum impendere. Et cum magnæ charitatis sit animam pro amicis ponere, multo maioris charitatis indicium est pro inimicis ponere, quod filius dei pro nobis fecit. Nam cum inimici essemus deo, reconciliati sumus per mortem filij eius. Vix autem pro iusto qui moritur, ipse autē pro

Roma. 9.

De morte Christi Cap. XVI.

Psal. 148.

Roma. 5.

Tomus nonus.

impis est mortuus, iustus pro iniustis, vt nos offerret deo, exul a cœlis factus, vt nos reportaret ad cœlos. O quam ineffabilis charitas, quam ineffabilis dulcedo charitatis, quam stupenda dignatio fuit, deum pro homine hominem fieri, deum pro homine carne mori, tentatū per omnia pro similitudine absque peccato. Ecce cum quanto precio quantumve labore redimebatur homo, qui diabolo iure debebatur, qui si non redimeretur sine dubio æternaliter cum diabolo damnaretur. Hæc ideo dixi, vt intelligat homo quantum debeat diligere deum, non vtunque patienter, imò libenter: non solum autem hoc, sed etiam ardentem pro illo sustinere labores & dolores, qui pro te tanta ac talia sustinuit. Per multas enim tribulationes oportet nos intrare in regnum dei. Amplectatur igitur anima mea domine Iesu crucifixū, sumat tui dulcissimi sanguinis haustum, occupet memoriam hæc suavis meditatio, ne ex toto eam oblitum obscuret. Iudico me nihil scire, præter Iesum Christum & hunc crucifixum, ne scientiam meam a soliditate fidei vanus error abducat, vendicet sibi totum amorem meum hæc tua mira dilectio, ne illum cupiditas mundialis absorbeat. Mentem igitur quam tu domine dedico charitatis compleuerit, non timor angustat, non libido commaculat, non ira dilaniat, non superbia eleuat, non cenodoxia inanis fumus eueniat, non exagitat furor, non stimulus ambitionis euiscerat, non auaritia contrahit, non deicit tristitia, non inuidia tabefacit, nullum denique vitium eam corrumpit, dum in eadem dulcedine immobilis persistit. Qui ergo suis tanta præstat in præfenti: quæ dat in præfenti temporalia sunt, quæ autem in futuro seculo se promittit deus daturum æterna sunt, & bonis temporalibus incomparabiliter meliora. Temporalia enim bona difficile acquiruntur, & acquisita facile dilabuntur, & quæ habitata sunt cum graui sollicitudine custodiuntur, & cum dolore amittuntur, & amissa cum graui labore recuperantur: Futuri autem seculi bona nunquam amittuntur, nunquam minuuntur, cum gaudio & quiete possidentur, semper desiderantur, & nunquam saltidiuntur. Quæ cum semel quis acceperit, ita securus erit ea se nunquam amissurum, sicut certus est vel erit illa se nunquam velle amittere. Valde igitur diligendus est deus in promissis suis qui magna nobis dedit, sed maiora promissit. Promissit nobis a labore requiem, a seruitute libertatem, a timore securitatem, a merore consolationem, a morte resurrectionem, a resurrectione plenum gaudium, summum gaudium & indeficiens. Denique promissit nobis se ipsum, sicut iurauit patribus nostris daturum se nobis. Magnæ sunt igitur promissiones dei & ineffabiles, & pro his & in his vult amari a nobis aliquo modo. Si modum querat, vehemens desiderium promissionis, modus est, per amorem promissio dei quantumcunque desideretur, minus desideratur quam desiderat. Nam quantumcunque profecerit, plus debet. Vehemens itaque desiderium aliquo modo non habet modum, cum non possit esse nimium. Cum in cæteris rebus impatientia soleat culpari, in expectatione tantæ promissionis laudabilis est vehemens impatientia dilationis. Cum eum qui plus amat, & qui plus desiderat, dilationis impatientia magis cruciat: spes quæ differtur affligit animam, hæc autem omnia bona in cœlesti habentur patria. De illo igitur bono quod omnium bonorum summum est, quid vel quale sit primū dicendū est. Exultemus igitur & erigamus totum intellectū nostrum

Act. 4.

1. Cor. 2.

De promissionibus dei Cap. XVII.

Luc. 1.

De future felicitatis beneficio. Ca. XVIII.

x iij in qua

**G** in quantum deus donauerit, & cogitemus quale & quantum electorum sit vnicum & singulare gaudium. Illud scilicet summum bonum quod vita, lux, beatitudo, sapientia, & aternitas, & tamen non est nisi vnicum & summum bonum, omnino sibi sufficiens, nullo indigens, quo omnia indigent vt sint & bene sint, hoc bonum est pater deus, hoc est verbum, id est, filius patris, hoc ipsum est amor vnus & communis patri & filio, scilicet spiritus sanctus ab vtroque procedens. Quod autem est singulis horum quisque, hoc est tota trinitas simul, pater & filius & spiritus sanctus, quoniam singulis quisque non est aliud quam summe simplex vnitas, & summe vna simplicitas, quae nec multiplicari, nec aliud & aliud esse potest. Porro hoc est illud idem vnum quod est necessarium. Porro illud necessarium, in quo omne bonum, in dō quod est bonum, & vnum totum & solum bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt, cogita mente, vide quam delectabile sit illud bonum quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem in rebus creatis sumus experti: sed tanto differentem, quanto differt creator a creatura. Si enim est bona vita creata, quam bona est vita creatrix? Si iucunda est salus facta, quam iucunda est salus quae fecit salutem? Si amabilis est sapientia cum cognitione rerum conditarū, quam amabilis est sapientia quae condidit omnia ex nihilo? Denique si multae & magnae delectationes sunt in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in illo qui fecit omnia delectabilia? O qui hoc bono fruatur, quid illi erit, & quid illi non erit? Ibi quippe erunt bona corporis & animae, qualia nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Cur ergo permulta vagamur querendo bona corporis & animae nostrae? Amemus vnum bonum in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desideremus simplex bonum quod est omne bonum, & satis est. Quid enim amas o caro, quid desideras o anima? Ibi est quicquid amas, quicquid desideras. Bona ergo caelestis regni dicere vel cogitare vel intelligere vt sunt, nullus potest carne vestitus: multo enim maiora sunt & meliora quam cogitantur & intelliguntur: regnum namque dei omni fama maius est, omni laude melius, omni scientia innumerabilius, omni gloria quae putatur excellentius. Regnum itaque dei plenum est lucis ac pacis, charitatis & patientiae, honestatis & gloriae, dulcedinis & dilectionis, laetitiae & beatitudinis perennis, & omnis boni ineffabilis, quod nec dici nec cogitari potest. Nec ideo tamen debeo tacere, sed dicere quantum valeo, quia dicere quantum volo non valeo: neque enim quia deum ineffabilem credimus, fari de illo quod possumus non debemus, ita sanè vt plus credatur de illo quam scribitur: quia non potest tantum inde proferri sermone, quantum potest mente complecti, & minus concipit mentis humanae quaelibet profunda complexio, quam se habeat ipsius regni vel rei magnitudo. Ergo futura vita creditur esse sempiterna, & sempiternae beata, vbi est certa securitas, securae tranquillitas, tranquilla iucunditas, foelix aternitas, aterna foelicitas, vbi amor est perfectus, timor nullus, dies aternus, alacer motus, & vnus omnium spiritus de cōtemplatione dei sui ac de sua cum illo permanēte securus, vbi ipsa ciuitas quae est angelorum omnium atque sanctorum cōgregatione beata, meritis fulgentibus micans, vbi aterna salus exuberat, veritas regnat, vbi nec fallit quisquam nec fallitur, vnde beatus nullus eicitur, vbi nullus miser admittitur. Haec est contemplatiua vita beata, ad quam qui bonorum consummatione operū peruenierint bea-

ti similes erunt, & simul cum eis sine fine regnabunt. **K** Quod autem hic crediderunt, ibi videbunt, sui creatoris substantiam mundissimis cordibus contemplantes, aeterna exultatione gaudebunt, diuinae charitatis & mutuae dilectionis possessione deo suo in aeternum & inuicem sibi adhaerent, receptis cum incorruptione atque immortalitate corporibus municipatum patriae caelestis accipient, atque eius in aeternum ciues effecti praemia promissa reportabunt. Ibi eius exuberabit tanta laetitia, tanta caelestium gratia gaudiorum, vt & remuneratori suo pro tantis muneribus gratias agant, & nullum fastidium ex ipsa affluentia bonorum perceptione sustineant. Ibi ita patebunt singulorum singulis mentes, sicut corporalibus oculis subiacent facies corporales, quia humanorum pectorum tanta erit ibi & tam perfecta mundicia, vt habeant vnde mundati deo gratias agant, non vnde offensa antiquis sordibus peccatorum erubescant, quia nec ibi vlla peccata, nec peccatores erunt, & ibi qui fuerant iam peccare non poterunt. Nec latebit iam perfecte beatos aliquid secretorum, qui, quod est praestantius longe, ipsum visuri sunt mundis cordibus deum: **L** Quandoquidem humana creatura ita perfecta erit vt in melius aut in deterius vltra mutari non possit. Cuius humanae substantiae ad conditoris sui similitudinē sublimitate oia bona, quae naturaliter accepta corruperant peccando, mutabuntur in melius, & intellectus sine errore, memoria sine obliuione, cogitatio sine peruagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione, incolumitas sine debilitatione, salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, saturitas sine fastidio, & tota sanitas sine morbo. Quoniam quicquid hic humanis corporibus, aut ferarum morsibus, aut improvisi casus abstulerint, aut malarum valetudinum generat diuersa decerpserint, aut humana crudelitas amputauerit, aut ignis, aut quaelibet alia res aliquid debilitatis intulerit, aut etiam senectus ipsa satis onerosa negauerit, haec atque his similia corporum damna vna ibi resurrectione reparabit, atque ea corpora membris omnibus in lauratis, incorruptibilis sanitas obtinebit. Propterea quicumque erunt ibi, etiam sibi differentibus meritis ab inuicem distabunt.

Finis huius libri.

AD LECTOREM.

**O**pus plenum pijs affectibus, subinde tamen iterans eadem. Agnoscat hominem uersatum in Augustini uoluminibus: nonnunquam uerba quaedam ac sententias ueluti tessellas intertextit ex libris confessionum, aliisque scriptis illius decerpas. Vehementer inculcat illud nihil, quod Augustinus docet sine uerbo dei factum esse. In summa, copiam probes citius quam ordinē.

Solilo-

**A SOLILOQVI-  
ORVM ANIMAE AD  
DEVM LIBER.**

De ineffabili dulcedine dei. Cap. I.



**C**ognoscam te domine cognitor meus, cognoscam te virtus animae meae. Ostende te mihi consolator meus, videam te lumen oculorum meorum. Veni gaudium spiritus mei, videam te laetitia cordis mei. Diligam te uita animae meae. Appare mihi delectatio mea magna, solatium meum dulce, domine deus meus, uita mea, & gloria tota animae meae. Inueniam te desiderium cordis mei, teneam te amor animae meae. Amplectar te sponse caelestis, Exultatio mea summa intus & extra, possideam te beatitudo sempiterna, possideam te in medio cordis mei, uita beata, dulcedo summa animae meae. Diligam te domine fortitudo mea, dominus firmamentum meum & refugium meum, & liberator meus. Amem te deus meus, adiutor meus, turris fortitudinis mihi, & spes mea dulcis in omni tribulatione mea. Amplectar te bonum, sine quo nihil bonum, fruar te optimum, sine quo nihil est optimum. Aperi penetralia aurium mearū uerbo, quod est penetrabilius omni gladio accipiti, vt audiam uocem tuam. Intona Domine de super uoce gradū & forti. Tonet mare & plenitudo eius, commoueatur terra & omnia quae in eis sunt. Illustra oculos meos lux incomprehensibilis, fulgura coruscatione meae, & dissipa eos vt non videant uanitatem. Flumina multiplica & conturba eos, vt appareant fontes aquarum, & reuelentur fundamenta orbis terrarum. Tribue uisum lux inuisibilis, qui te uideat. Crea nouum olfactum odor uita, qui post te currat in odorem uigentorum tuorum. Gustum sana qui sapiat, & cognoscat & discernat, quam magna multitudo dulcedinis tuae domine, quam abscondisti timentibus te, sine his qui pleni sunt charitatis tuae. Da cor quod te cogitet, animum qui te diligat, mentem qua te recolat, intellectum qui te intelligat, rationem qua tibi semper summo delectabili fortiter adhaereat. Te semper amor sapiens diligat. O uita cui omnia uiuunt, uita quae das mihi vitam, uita quae es mea uita: per quam uiuo, sine qua morior: uita per quam resuscitor, sine qua pereor: uita per quam gaudeo, sine qua tribulor: uita uitalis, dulcis & amabilis, semper memorialis. Vbi quaero es, vbi te inueniam, vt in me deficiam & in te subsistam? Prope esto in animo, prope in corde, prope in ore, prope in auribus, prope in auxilio, quia amore languo, quia sine te morior, quia te recolo, quia tuus me recreat, memoria tua me sanat, sed fatiabor cum apparuerit gloria tua uita animae meae. Cōcupiscit & deficit anima mea de memoria tua, quando ueniam & apparebo tibi laetitia mea: Quare faciem tuam auertis, gaudium meū per quod gaudeo: vbi est absconditus pulcher quem desidero? Odorem tuum haurio, uiuo, & gaudeo. Te autem non uideo, uocem tuā audio & reuoluo. Sed cur faciem tuam abscondis: forte te dicis, Non uidebit me homo & uiuet. Eia domine moriar vt te uideam, uideam vt hic moriar. Nolo uiuere, uolo mori, dissolui capio & esse cum Christo. Mori desidero vt uideam Christum, uiuere uenturo ut uiuam cū Christo. O domine Iesu accipe spiritum meū, uita mea

Tomus nonus.

suscipe animam meam. Gaudium meum attrahe cor meum, dulcis cibus meus comedam te. Caput meum dirige me: lumen oculorum meorum illumina me: melos meum tempera me, odor meus uiuifica me, uerbum dei recrea me. Laus mea laetifica animam serui tui, intra in eam gaudium meum, vt in te gaudeat: intra in eam dulcedo summa, vt dulcia sapiat. Lumen aeternum illustra super eam vt te intelligat, cognoscat & diligat. Ob hoc enim non te diligit domine, si non diligit, quia non te cognoscit: & te ideo non cognoscit, quia non intelligit: & ideo non intelligit, quia lumen tuum non comprehendit: & lux in tenebris lucet, & tenebrae eam non comprehenderunt. O lux mentis, o lucens ueritas, o uera claritas, quae illuminas omnem hominem uenientem in hunc mundum: uenientem quidem, sed non diligente: quia qui diligit mundum, inimicus dei constituitur. Expelle tenebras de super faciem abyssi mentis meae, vt uideat te intelligendo, vt cognoscat te comprehendendo, vt diligat te cognoscendo. Quisquis enim cognoscat te diligit te, se obliuiscitur, amat te plus quam se, relinquit se & uenit ad te, vt gaudeat de te. Hinc est ergo domine quod non tantum diligo quantum debeo, quia non plene cognosco te. Sed quia parum cognosco, parum diligo: & quia parum diligo, parum in te gaudeo: sed a te uero gaudio interiori per exteriora recedens, dum te solo careo adulterinas amicitias in his exterioribus quaero. Et sic miser ego cor meum quod tibi soli debui toto amore totoque affectu impendere, uanis dedi: & ideo uanus effectus sum, dum uanitatem dilexi. Hinc etiam est domine quod in te non gaudeo, & tibi non adhaereo: quia ego in exterioribus, tu in interioribus: ego in temporalibus, tu in spiritualibus: ego in transitoriis animo diffundor, cogitatione uersor, locutione implicor, & tu domine in aeternis habitas, & aternitas es: tu in caelo, ego in terra: tu diligis alta, ego infimam caelestia, ego terrena. Et quando poterunt haec contraria conuenire?

Miser ego quando poterit obliquitas mea tuae rectitudini adequari? Tu domine diligis solitudinem, ego multitudinem: tu silentium, ego clamorem: tu ueritatem, ego uanitatem: tu mundiciam, ego immundiciam sequor. Quid plura domine? Tu uero bonus, ego malus: tu pius, ego impius: tu sanctus, ego miser: tu iustus, ego iniustus: tu lux, ego caecus: tu uita, ego mortuus: tu medicina, ego aeger: tu gaudium, ego tristitia: tu summa ueritas, ego uniuersa uanitas, vt omnis homo uiuens. Heu quid igitur o creator dicam? Audi o creator, Creatura tua sum, iam perij: creatura tua sum, iam morior. Factura tua sum, iam ad nihilum redigor: plasma tuum sum: Manus tuae domine fecerunt me, & plasmauerunt me: manus, inquam, illae quae affixae clauis sunt pro me, opus manuum tuarum domine ne despicias. Vulnera manuum tuarum precor vt aspicias. Ecce in manibus tuis domine deus descripsisti me, lege ipsam scripturam & salua me. En ad te suspiro creatura tua, creator es, recrea me. En ad te clamo factura tua, uita es, uiuifica me. En ad te respicio tuum plasma, plasma tuum es, restaura me. Parce mihi domine, nihil enim sunt dies mei. Quid est homo vt possit alloqui deum factorem suum? Parce mihi colloquenti tibi, ignosce seruo tuo qui praesumit loqui tanto domino. Legem non habet necessitas, dolor me compellit dicere: calamitas quam patior, cogit me exclamare. Aegrotus sum, ad medicum clamo: caecus sum, ad ludentem propero: mortuus sum, ad uitam suspiro. Tu es medicus, tu lux, tu uita Iesu Nazarene, miserere mei fili Dauid, miserere mei

Ioan. 1.

Iacobi. 4.

E

De miseria & fragilitate hominis Cap. II.

F

Psalm. 32.

Psalm. 118. Ioan. 10. Psalm. 137.

Iob. 7.

Matt. 26.



**G** fons misericordiae: audi qui ad te clamat infirmum. Lux quae transis, expecta caecum, praebere ei manum, ut ad te veniat, & in lumine tuo videat lumen. Vita viues reuoca mortuum: quid sum ego qui loquor tecum? *Vae mihi domine, parce mihi domine, ego cadaver patridum, esca vermium, vas foetidum, cibus ignium. Quid sum ego qui loquor tecum? Vae mihi domine, parce mihi domine, infelix ego homo: homo, inquam, natus de muliere breui viuens tempore, repletus multis miseriis: homo inquam, vanitati similis factus, comparatus iumentis insipientibus, & iam similis factus illis. Quid iterum ego? Abyssus tenebrosa, terra misera, filius irae, vas aptum in contumeliam, genitus per immundiciam, viuens in miseria, moriturus in angustia. Heu miser quid sum? heu quid futurus sum? Vas sterquilinij, concha putredinis, plenus fetore & horrore: caecus, pauper, nudus, plurimis necessitatibus subditus, ignorans introitum & exitum meum. Miser & mortalis, cuius dies sicut umbra praereunt, cuius vita sicut umbra lunatica eualescit, sicut flos in arbore crescit, & statim marcescit, nunc floret, & statim aret. Vita, inquam, mea vita fragilis, vita caduca, vita quae quanto magis crescit, tanto magis decrescit: quanto magis procedit, tanto magis ad mortem accedit. Vita fallax & vmbatica, plena laqueis mortis. Nunc gaudeo, statim tristor: nunc vigeo, sepe infirmor: nunc viuo, statim morior: nunc foelix appareo, semper miser: nunc rideo, iam fleo. Sicque omnia mutabilitati subiacent, ut nihil vix vna hora in vno statu permaneat. Hinc timor, hinc tremor, hinc fames, hinc sitis, hinc calor, hinc frigus, hinc languor, inde dolor exuberat. Subsequitur his importuna mors, quae mille modis quotidie miseros homines rapit. Hunc necat febribus, illum opprimit doloribus: hunc consumit fames, illum sitis extinguit: hunc suffocat aquis, illum interimit laqueo: illum perimit flammis, alium dentibus bestiarum ferocium vorat: hunc trucidat ferro, illum veneno corrumpit, alterum tantum repente terrore miseram vitam finire compellit. Et nunc super haec omnia magna miseria, quia cum nihil sit certum morte, ignorat tamen homo finem suum. Et cum stare putat, colliditur & perit spes eius: nescit enim homo quando vel ubi vel quomodo moriatur, & tamen certum est quod eum mori oporteat. Ecce domine quam magna miseria hominis in qua sum, nec timeo: quam grandis calamitas quam patior, nec doleo, & ad te non clamo. Clamabo domine antequam transeam, si forte non transeam, sed in te maneam. Dicam ergo, dicam miseriam meam, confitear nec erubescam ante te vilitatem meam. Adiuua me fortitudo mea, per quam subleuor: succurre virtus, per quam sustentor. Veni lux per quam video, appare gloria per quam gaudeo. Appare vita in qua viuam deo domine deus meus. O lux quam videbat quando oculis clausis docebat filium suum Tobias, vitae. Lux quam videbat Isaac interius, quando caligantibus oculis exterius filio futura narrabat. Lux, inquam, inuisibilis, cui omnis abyssus humani cordis est visibilis. Lux quam iacob videbat, quando, sicut tu intus docebas, filius exterius ventura praedicebat. Ecce tenebrae sunt super faciem abyssus metis meae, tu es lumen. Ecce caligo tenebrosa super aquas cordis mei, tu es veritas. O verbum per quod facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil. Verbum quod es ante omnia, ante quod nihil: verbum creans omnia, sine quo omnia nihil: verbum regens omnia, sine quo nihil sit omnia: verbum quod dixisti in principio, Fiat lux, & facta est lux. Dic etiam mihi, fiat lux, & facta sit lux, & videam lumen, & cognoscam quicquid non*

est lumen, quia sine te mihi tenebrae lumen, & lumen tenebrae ponuntur. Et sic sine tua luce non est veritas adest error, adest vanitas: non est discretio, adest confusio, adest ignorantia, non est scientia: adest caecitas, non est visio: adest iniuium, non est via: adest mors, non est vita. Ecce domine, quia lux non est, mors est, inuideo non est mors, quia nihil est mors: nam per ipsam ad nihilum tendimus, dum nos nihil facere per peccatum non formidamus. Et iuste quidem hoc domine, nam digna factis recipimus, dum ad nihilum devenimus tanquam aqua decurrens, quia sine te factum est nihil, & nos faciendo nihil, facti sumus nihil, quia sine te sumus nihil, per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. O domine verbum, deus verbum, per quod facta sunt omnia, sine quo factum est nihil. Vae mihi misero toties obsecrato, quia tu lux, & ego sine te. Vae mihi misero toties vulnerato, quia tu salus, & ego sine te. Vae mihi misero toties infatuato, quia tu es veritas, & ego sine te. Vae mihi misero toties oberrato, quia tu via, & ego sine te. Vae mihi misero, totiens mortuo, quia tu vita, & ego sine te. Vae mihi misero totiens annihilato, quia tu verbum, per quod facta sunt omnia, & ego sine te, sine quo factum est nihil. O domine verbum, deus verbum, qui es lux, per quem facta est lux, qui es via, veritas & vita, in quo non sunt tenebrae, error, vanitas, neque mors. Lux sine qua tenebrae, via sine qua error, veritas sine qua vanitas, vita sine qua mors. Dic verbum domine, fiat lux, ut videam lucem, & vitem tenebras: videam viam, & vitem iniuium: videam veritatem, & vitem vanitatem: videam vitam, & vitem mortem. Illuminare domine lux mea, illuminatio mea, & salus mea quem timebo, dominus meus quem laudabo, deus meus quem honorabo, pater meus quem amabo, spiritus meus cui me seruo. Illuminare, inquam, illuminare lux huic caeco tuo, qui in tenebris, & in umbra mortis sedet, & dirigit pedes eius in viam pacis, per quam ingrediar in locum tabernaculi admirabilis: sicut ad domum dei in voce exultationis & confessionis. Vera enim confessio est via, per quam ingrediar ad te viam, per quam egrediar ab iniuium, & reuertar ad te viam, quia tu es vera via vite. Confitear ergo, confitear tibi pater domine caeli & terrae miseriam meam, ut me venire liceat ad misericordiam tuam. Miser quippe factus sum, & ad nihilum redactus sum, & nesciui, quia tu es veritas, & ego non eram tecum. Vulnerauerunt me iniquitates meae, & non dolui, quia tu es vita, & ego non eram tecum. Ad nihilum duxerunt me, quia tu es verbum, & ego non eram tecum, per quem facta sunt omnia, sine quo factum est nihil: & ideo sine te factus sum nihil, quia est nihil quod ad nihilum ducit. Omnia per ipsum facta sunt, quaecumque facta sunt. Et qualia facta sunt: Vidit deus cuncta quae fecerat, & erant valde bona. Omnia quaecumque sunt, per verbum facta sunt: & quaecumque per verbum facta sunt, valde bona sunt. Quare bona sunt, quia omnia per verbum facta sunt: Et sine ipso factum est nihil, quia nihil bonum sine summo bono est. Sed malum est ubi non est illud bonum, quod utique nihil est: quia nihil aliud est malum, quam priuatio boni: sicut nihil aliud est caecitas, quam priuatio luminis. Malum itaque nihil est, quia sine verbo factum est, sine quo factum est nihil. Illud autem malum est, quod priuatur illo bono, per quod omnia facta sunt quaecumque sunt. At quae non sunt, per ipsum facta non sunt, & ideo nihil sunt. Et ideo mala sunt, quae facta non sunt: quia omnia quaecumque facta sunt, per verbum facta sunt, & omnia per verbum bona facta sunt.

De mortalitate huiusmodi nature. Cap. III.

Ioan. 1.

Ioan 14.

Quid sit nihil fieri. Cap. V.

Ioan. 1.

Gen. 1.

Cum

**A** Cum igitur omnia per verbum facta sunt, mala per ipsum non sunt. Restat igitur quod omnia quae facta non sunt, bona non sunt, quia omnia quaecumque facta sunt, bona sunt: & ideo mala sunt, quae facta non sunt, & ideo nihil sunt, quia sine verbo factum est nihil. Malum igitur nihil est, quia factum non est. Sed qualiter malum est, si factum non est? Quia malum priuatio boni est, per quod factum bonum est: esse ergo sine verbo malum est, quod esse non est, quia sine ipso nihil est. Sed quid est separari a verbo? Si hoc quaeris scire, audi quid est verbum: verbum dei dicit, Ego sum via veritas & vita. Separari ergo a verbo, est esse sine via, sine veritate, sine vita, & ideo sine ipso nihil, & ideo malum, quia separatur a verbo, per quod facta sunt omnia valde bona. Separari autem a verbo, per quod omnia facta sunt, nihil aliud est quam deficere, & a facto transire in defectum, quia sine ipso est nihil. Quoties ergo a bono deuias, a verbo te separas, quia ipsum est bonum, & ideo nihil efficeris, quia sine verbo es, sine quo factum est nihil. Nunc igitur domine illumina mihi lux ut videam te, vidi & cognoui me, quia totiens nihil factus sum, quotiens a te separatus sum, quia bonum quod tu es, oblitus sum, & ideo malus effectus sum. Vae mihi misero, ut quid hoc non cognoscebam, quia te deserens nihil fiebam: Sed quid hoc quaeris, si nihil eras, quomodo cognoscere nolebam? Scimus quia nihil est, & quod nihil est, non est: & quod non est bonum, non est, quia nihil est. Si ergo nihil fui cum sine te fui, quasi nihil fui, & velut idolum quod nihil est, quod quidem aures habet, & non videt, os habet & non loquitur, manus habet & non palpat, pedes habet & non ambulat, & omnia lineamenta habet membrorum sine sensu eorum. Cum igitur fui sine te, non fui, sed nihil fui, & ideo caecus eram, surdus & insensibilis, quia nec bonum discernebam, nec malum fugiebam, nec dolorem vulnerum sentiebam, nec tenebras meas videbam, quia eram sine te vera luce, quae illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum. Vae mihi, vulnerauerunt me & non dolui, traxerunt me & non sensi, quia nihil eram, quia sine vita era, quae est verbum per quod facta sunt omnia. Ideo domine lux mea inimici mei, de me fecerunt quaecumque voluerunt, perculerunt, nudauerunt, polluerunt, corruerunt, vulnerauerunt & occiderunt me, quia recessi a te & factus sum nihil sine te. Heu domine vita mea, qui fecisti me: lux mea, qui direxisti me. Defensor vitae meae miserere mei & resuscita me, domine deus meus, spes mea, virtus mea, fortitudo mea, consolatio mea in die tribulationis meae, respice inimicos meos & eripe me, fugiant a facie mea, qui oderunt me, & ego viuam in te per te. Ipsi enim domine considerauerunt me, & videntes me sine te desperauerunt me. Diuiserunt sibi vestimenta mea virtutum, quibus oraueras me, fecerunt sibi viam per me, sub pedibus suis conculcauerunt me, fecibus peccatorum polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt me desolatum & merore confectum. Ibam post eos caecus & nudus & illaqueatus funibus peccatorum trahebant me post se in circumitu de vitio in vitium, & de luto in lutum, & ibam absque fortitudine ante faciem subsequentis. Seruus eram, seruitutem amaram. Caecus eram, & caecitatem desiderabam. Vincens eram, & vincula non horrebam. Amarum dulcem, & dulce amarum credebam. Miser eram nec cognoscebam, & hoc quia sine verbo eram, sine quo factum est nihil, per quod omnia conseruantur, sine quo omnia annihilantur. Sicut enim omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, sic per ipsum omnia conseruantur,

Ioan. 14.

1. Corin. 8. Psal. 113.

De casu anime in peccatis. Caput. VI.

Ioan. 1.

Psal. 11.

quaecumque sunt, siue in caelo, siue in terra, siue in mari, & in omnibus abyssis. Nec pars parti in lapide adheret, nec in aliquo creatorum, nisi quia per verbum conseruantur, per quod omnia facta sunt. Adhaere ergo tibi verbum ut conserues me, quia ubi a te recessi perij in me, nisi quia tu qui me feceras refecisti me. Ego peccaui, tu me visitasti. Ego cecidi, tu me erexisti. Ego ignorauit, tu me docuisti. Ego non vidi, tu me illuminasti. Miser ego deus meus quantum teneor diligere te ostende mihi, quantum debeo laudare te demonstra mihi, quantum debeo placere tibi innotescere mihi. In terra domine desuper voce grandi & forti in interiori aures cordis mei, doce me & salua me, & collaudabo te qui creasti me cum nihil essem, qui illuminasti me cum in tenebris essem, qui resuscitasti me cum mortuus essem, qui parasti me a iuuentute mea omnibus bonis tuis. Hunc inutile verum fortentem peccatis nutris oibus optimis donis tuis. Aperi mihi o clauis David qui aperis, & nemo claudit illi cui tu aperis: claudis & nemo aperit illi cui tu claudis, aperi mihi ostium luminis tui ut ingrediar, & videam & cognoscam, & confitear tibi in toto corde meo: quia misericordia tua magna est super me, & eruisi animam meam ex inferno inferiori, Domine deus noster quam admirabile & laudabile est nomen tuum in vniuersa terra. Et quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum? Domine spes sanctorum, & turris fortitudinis eorum, deus vita animae meae, per quam viuo, sine qua morior, lumen oculorum meorum, per quod video, sine quo orbor, gaudium cordis mei, & letitia spiritus mei, diligam te toto corde meo, & toto animo meo, & totis medullis & visceribus meis, quia tu prior dilexisti me. Et vnde hoc mihi de creator caeli & terrae & abyssi, qui bonorum meorum non indiges? Vnde hoc mihi, quia dilexisti me? O sapientia, quae aperis os mutorum, deo verbum per quod facta sunt omnia, aperi os meum, da mihi vocem laudis, vt enarrem omnia beneficia tua, quae mihi domine a principio contulisti. Ecce enim sum, quia tu creasti me: & quod me creares, & in numero creaturarum tuarum numerares, ab aeterno tu praedidisti antequam quicquam faceres a principio, antequam extenderes caelos, necdum erant abyssi, adhuc terram non feceras, nec montes fundaueras: necdum fontes eruperat, antequam haec omnia, quae fecisti per verbum faceres, me creaturam tuam fore certissima veritatis tuae providentia prauidisti, & esse me creaturam tuam voluisti. Et hoc vnde mihi domine benignissime, deus altissime, pater misericordissime, creator potentissime & semper iustissime? Quae mea merita, quae mea gratia, vt complaceret ante conspectum tuum magnifice maiestatis creare me? Non eram, & creasti me: nihil fueram, & de nihilo me aliquid fecisti. Quale autem aliquid? Non stillam aquae, non ignem, non aenum, vel piscem, non serpentem, vel aliquid ex brutis animalibus, non lapidem, vel lignum, non ex eorum genere, quae tantum habent esse, vel ex eorum, quae tantum esse possunt & crescere, non ex eorum genere, quae tantum esse & crescere & sentire possunt: sed super omnia haec voluisti me esse ex his, quae tantum habent esse, quia sum: & ex his quae tantum habent esse & crescere, quia sum & cresco: & ex his quae sunt, crescunt & sentiunt, quia sum, cresco, & sentio. Et paulominus parem me creasti angelis, quia rationem te cognoscedi cum ipsis a te comunem accepi. Sed paulominus utique dixi, nam illi tuam felicem noticiam iam habent per speciem, ego autem per spem. Illi facie ad faciem ego per speculum in enigmate. Illi plene, ego autem ex parte. Sed cum venerit quod perfectum est, euacuabitur.

De multipli cibus beneficiis dei. Caput. VII.

Psal. 8.

E

Prouerb. 8.

F

De dignitate hominis futura. Caput. VIII.

bitur quod ex parte est, quando iam reuelata facie tuam faciem videbimus. Quid iam prohibebit nos non esse minores paulominus ab angelis, quos tu domine corona spei, quæ ornata est gloria & honore, coronaueris, quos tu nimis quasi amicos tuos honorificaueris, imò per omnia pares & æquales angelis: Nempe & hoc veritas tua dicit, æquales enim sunt angelis, & filij dei sūt. Quid nisi \* filij dei sunt, si pares sunt angelis: Vere quidem erunt filij dei, quia filius hominis factus est filius dei. Hoc vtique consideranti mihi fiducia est dicere, nō homo minor paulominus est ab angelis, non vtique tantū æqualis angelis, sed superior angelis, quia homo deus, & deus homo, nō angelus, & dicam propter hoc hominem esse creaturam dignissimā, quia verbum quod erat in principio deus apud deum, verbum per quod deus dixit, fiat lux, & facta est lux, angelica scilicet natura, verbū per quod deus creauit omnia in principio, idem verbū caro factum est, & habitauit in nobis, & vidimus gloriā eius. Ecce gloria per quam glorior, quando sane gaudeo. Domine deus meus vita & tota gloria animæ meæ, confiteor ergo tibi domine deus meus cum me creasti rationis capacem, angelis quodāmodo parem creasti, quia perfici possum per verbum tuum, vt veniam ad æqualitatem angelorum, vt habeam adoptionem filiorum per vnigenitum verbum tuum domine, per filiū tuū dilectum, in quo tibi bene cōplacuit, per vnicū cohæredē & consubstantialē tibi & cōeternum Iesum Christum, vnicū dominū & redemptorem nostrum, illuminatorem & consolatorē nostrum, aduocatum nostrū apud te, & lumen oculorum nostrorum, qui est vita nostra & saluator noster, & spes vnica nostra, qui nos dilexit magis quā se, per quem habemus fiduciam repositam, & firmam apud te spem & accessum veniendi ad te, quoniam dedit potestatem filios dei fieri his, qui credūt in nomine eius. Laudem tribuam nomini tuo domine, qui me ad imaginem & similitudinem tuā creando tantæ gloriæ fecisti me fore susceptibilem, vt possim filius dei fieri. Hoc vtique non possunt arbores, non possunt lapides, non generaliter omnia, quæ mouentur vel crescunt in aëre, vel in mari, vel in terra: quia nō dedit eis potestatem per verbum tuum filios dei fieri, quia rationem non habent: nam & hæc potestas in ratione cōsistit, per quam cognoscimus deū. Dedit autem hanc potestatem hominibus, quos creauit rationabiles ad imaginem & similitudinem suam. Et ego vtique domine per tuam gratiā homo sum, & filius tuus esse possum per gratiam, quod illi nō possunt. Vnde hoc mihi domine veritas summa, veraq; summata, & principium omnium creaturarum: Vnde hoc mihi domine, vt possim fieri filius dei, quod illi non possunt: Tu es qui manes in æternum, qui omnia creasti simul. Simul creasti homines & iumēta, lapides & virentia terræ. Non enim præcesserūt merita, nulla eorum antecessit gratia, quia omnia tua tātū bonitate creasti: & pares omnes creaturæ fuere in meritis, quia omniū nulla fuere merita. Et vnde ergo magis tua bonitas in hac tua creatura, quā fecisti rationale, quā in omnibus aliis, quæ sunt sine ratione, apparuit? Quare non egolicut omnes illæ, aut cur non omnes illæ sicut ego, aut ego solum sicut illæ? Quæ mea merita, quæ mea gratia, vt me filium tuum posse fieri susceptibilem creares, quod illis omnibus denegares? Absit domine vt hoc sentiam. Tua tantū gratia, tua tantum bonitas hoc fecit, vt etiam particeps dukedinis eius. Illa igitur gratia, qua me de nihilo creasti, illam quæso domine da mihi

gratiam, vt tibi de hoc referam gratiam. Omnipotens manus tua semper vna & eadē, creauit in cœlo angelos, & in terra vermiculos, non superior in illis, non inferior in istis. Sicut enim nulla alia manus angelum, ita nulla posset creare vermiculum: sicut nulla cœlū, ita nulla posset creare minimū arboris folium: sicut nulla corpus, ita nulla vllum capillum album posset facere aut nigrum: sed omnipotens manus tua, cui omnia pari modo sunt possibilis. Nec enim possibilis est ei creare vermiculū quā angelum, nec impossibilius est extendere cœlum quā folium, nec leuius formare capillū quā corpus, nec difficilius fundare terram super aquas, quā aquas super terram, sed omnia quæcumque voluit fecit: sicut voluit in cœlo & in terra, & in mari & in omnib; abyssis, & me inter omnia sicut voluit potuit & sciuit. Potuit quidem manus tua domine me lapidem, vel auē vel serpentem vel beluam aliquam creare, & sciuit, sed noluit propter suā bonitatē. Quare ergo ego nō sum lapis vel arbor vel aliqua belua: quia sic ordinauit bonitas tua. Et vt hoc ordinaret, non præcesserunt merita mea. Vnde hoc mihi domine, vnde mihi laudes ad laudandum te: Sicut enim fecisti me sine me, sicut complacuit ante te: ita laus tibi est sine me, sicut complacet ante te. Laus tua domine tuipe es. Laudent te opera tua secundum multitudinem magnitudinis tuæ, laus tua domine incomprehensibilis est. Corde non cōprehenditur, ore non mensuratur, aure non percipitur, quia ista transeūt, & laus tua domine manet in æternum. Cogitatio incipit, & cogitatio finitur, vox sonat & vox transit, auris audit & auditus desinit: laus vero tua in æternū stat. Quis ergo est qui te laudet? Quis homo annunciet laudē tuā? Laus tua perpetua est, transitoria non est. Hic te laudat, qui te ipsum laudē tuā credit. Hic te laudat, qui se ipsum nescit in tuam laudē non posse pertingere. Laus tua perpetua est, quæ nunquam transit. In te est laus nostra, in te laudabitur anima mea. Non nos laudamus te, sed tu te, & per te, & in te, & nobis etiā est laus in te. Tunc veram habemus laudem, quando à te habemus laudē, quādo lux approbat lucem, quia tu vera laus tribuis veram laudem. Quotiens autē ab alio quā à te quærimus laudem, totiens tuam amittimus laudem, quia illa transitoria est, sed tua æterna. Si transitoriam quærimus, æternam amittimus laudē. Si æternam volumus, transitoria non amemus. Laus æterna domine deus meus, à quo omnis laus, sine quo nulla est laus, non valeo laudare te sine te, habeam te, & laudabo te. Quis enim ego sum domine per me vt laudem te? Puluis & cinis ego sum, carnis mortuus & foetens ego sum, vermis & putredo ego sum. Quis ego sum vt laudem te domine deus fortissimē spirituum vniuersæ carnis, qui inhabitas æternitatem? Nunquid tenebræ laudabunt lucem, aut mors vitā? Tu lux, ego tenebræ: tu vita, ego mors. Nunquid vanitas veritatem laudabit? Tu es veritas, ego verò homo similis fact; vanitati. Quid ergo domine, laudabo te? Nūquid miseria mea laudabit te? Nunquid fetor laudabit odorem? Nunquid mortalitas hominis, quæ hodie est & cras tollitur, laudabit te? Nunquid laudabit te homo putredo & filius hominis vermis? Nunquid laudabit te domine, qui in peccatis conceptus est & natus & nutritus: laudet te domine deus meus incōprehensibilis potentia tua, incircumscriptibilis sapientia tua, & ineffabilis bonitas tua. Laudet te supereminens clementia tua, superabundās misericordia tua, sempiterna quoque virtus & diuinitas tua. Laudet te omnipotentissima fortitudo tua, summa quoque benignitas & charitas tua, per quam creasti

K  
De omnipotentia dei.  
Caput. IX.

L  
De incomprehensibili laude dei.  
Caput. X.

M

Math. 22.  
\* alias, nam mirum si.

Ioan. 1.

Gen. 1.

Ioan. 1.

Gen. 1.

A creasti nos domine deus vita animæ meæ. Ego autem creatura tua sub vmbra alarum tuarum sperabo in bonitate tua, qua creasti me. Adiua creaturam tuā, quā creasti benignitas tua. Nō pereat in malitia mea, quod operata est bonitas tua. Nō pereat in miseria mea, quod fecit summa clementia tua. Quæ est enim vtilitas in creatione tua, si descendam in corruptionem meā? Nūquid enim vane deus constituisti omnes filios hominū? Creasti me domine, rege quod creasti. Opera manuum tuarum ne despicias deus. Me fecisti de nihilo, si me nō regis domine, iterum reuertar ad nihilum. Sicut enim domine non eram, & de nihilo fecisti me, sic si me non regis, adhuc ad nihilum redigar in me. Adiua me domine vita mea, ne peream in malitia mea. Si nō creafes me domine, non essem: quia creasti me, iam sum. Si non regis, iam non sum: non enim mea merita, nō mea gratia te coegerunt vt creares me, sed benignissima bonitas tua & clementia tua. Illa charitas tua domine deus meus, quæ te ad creationem coëgit, ipsa quæso modo cogat te ad regendum. Quid enim prodest, quod te compulit charitas tua ad creandum, si pereā in miseria mea, & non me regat dextera tua? Hæc te cogat domine deus meus clementia ad saluandum, quod creatum est, quæ te compulit creare, quod creatum non est. Ipsa te vincat charitas ad saluandum, quæ te vicit ad creandum: quia nec nunc minor est, quia ipsa charitas tuipe es, qui semper idem es. Non est abbreviata manus tua domine vt saluare nequeat, neque aggravata est auris tua, vt non audiat, sed peccata mea diuiserūt inter me & te, inter tenebras & lucem, inter imaginem mortis & vitam, inter vanitatem & veritatem, inter lunaticam hanc vitam meam & sempiternam tuam. Hæc sunt vmbre tenebrarum, quibus operior in hac abyssu caliginosi carceris huius, in qua prostratus iaceo donec asporet dies, & inclinatur vmbra, fiatq; lux in firmamento virtutis tuæ, vox domini in virtute, vox domini in magnificentia, dicatq; fiat lux & effugentur tenebræ & appareat arida, germinetq; terra herbam virentem & facientem semē & fructum bonum iustitiæ regni tui. Domine pater & deus, vita per quam omnia viuunt, & sine qua omnia mortua cōputantur, ne derelinquas me in cogitatu malo ligno, & extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi. Aufer à me concupiscentias, & animo irreuerenti & infrunito ne tradas me, sed posside cor meū vt te cogitet semper. Illumina oculos meos vt te videam, & nō extollantur ante te gloria sempiterna, sed humiliter sentiant, non in mirabilibus super se, & quæ à dextris sunt videant, & non quæ à sinistris abs te, & palpebræ tuæ præcedant gressus meos. Nam & palpebræ tuæ interrogant filios hominum. Alide concupiscentiam meā dulcedine tua, quam abscondisti timentibus te, vt concupiscentiam te concupiscentiis sempiternis, ne vanis illectus & deceptus interior gustus ponat amarum dulce, & dulce amarum: tenebras lucem, & lucem tenebras: vt liberari in medio tot decipularum possim ab inimico super faciem viæ huius politarum, ad capiendas animas peccatorum, quibus plenus est totus mundus, quod is qui vidit sub silentio non tranfuit, inquiens, Quicquid enim est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Ecce domine deus meus, mūdus totus plenus est concupiscentiarum laqueis, quos parauerūt pedibus meis. Et quis effugiet hos laqueos? Profecto à quo tu abstuleris extollentiam oculorum suorum, vt non eum capiat concupiscentia oculorum: & à quo tu abstuleris carnis concupiscentiam, ne

De spe erigēda ad deū.  
Caput. XI.

Esa. 59.

De laqueis concupiscentiarum.  
Caput. XII.

Eclesiastici 23.

Ioan. 2.

eum capiat carnis concupiscentia: & à quo tu abstuleris animum irreuerentem & infrunitum, ne eum callide decipiat superbia vitæ. O quā felix cui hæc tu facies, quippe transibit immunis. Nunc redētor te precor per te, adiua me ne corruam in conspectu aduersariorum meorum, captus laqueis eorum, quos parauerunt pedibus meis, vt incurruent animam meam. Sed erue me vir tus salutis meæ, ne sibi risum exhibeant de me inimici mei, qui oderunt te. Exurge domine deus meus, fortis meus, & dissipentur inimici tui, & fugiant, qui oderunt te à facie tua: sicut fluit cara à facie ignis, sic pereant peccatores à facie tua. Et ego abscondar in abscondito faciei tuæ, & gaudeam cum filiis tuis satiatus omnibus bonis. Et tu domine deus pater orphanorum, & tu mater pupillarum tuorum, audi eiulatum filiorum tuorum, & extēde alas tuas, vt fugiamus sub eis à facie inimici. Turris fortitudinis Israël, qui non dormitas, neque dormis custodiens Israël, quia non dormit neque dormitat hostis, qui impugnat Israël. O lux quam non videt alia lux, lumen quod non videt aliud lumen, lux quæ obtebrat omnem lucem, & lumen, quod excæcat omne extraneum, lux à quo omnis lux, lumen à quo omne lumen, lumen ad quod omne lumen est tenebra, ad quod omnis lux obscuritas, lux cui omnes tenebræ lumen, cui omnis obscuritas lux, lux suprema, quam cæcitas nō obnubilat, quam caligo non hebetat, quam tenebræ non obscurant, quam nulla obstantia claudit, quam nunquā separat aliqua vmbra, lux, quæ illuminas omnia tota simul, semel & semper, absorbe me in claritatis abyssum, vt videam vndique te in te, & me in te, & cuncta sub te. Ne derelinquas me ne accrescant vmbre ignorantie meæ, & multiplicentur delicta mea. Sine te enim omnia sunt mihi tenebræ, omnia mala, quia nihil bonum sine te vero, solo & summo bono. Hoc cōfiteor, hoc scio domine deus meus, quia vbicumq; sum sine te, male est mihi præter te, non solum extra me, sed etiam in me, quia omnis copia, quæ non est deus meus, mihi est egestas. Satiabor tunc cum apparuerit gloria tua. Et tu domine vita mea beata, fac vt miseriam meam cōfitear tibi, ex quo ab vnitate bonitatis tuæ summo & vno bono temporalium rerum multiformitas lapsū me per carnales sensus dissipauit, & ab vno in multa diuisit, & facta est mihi abundantia laboriosa, & egestas copiosa, dum aliud & aliud sequebar, & à nullo implebar, dum non in me inueniebam te incommutabile & singulare & indiuisum vnum bonum, quod consecutus non ego, quod consecutus non doleo, quod possidens satiatur totum deliderium meum. Heu miseria super miseriam, cū misera anima mea à te refugit, cū quo semper abundat & gaudet, & sequitur mundum, cum quo semper eget & dolet. Mundus clamat, deficio: tu domine clamas, reficio: & miseria mea praua magis sequitur deficietem quā reficientem. Planè infirmitas mea hæc est, Medice spirituum sana illā, vt cōfitear tibi, salus animæ meæ toto corde meo, super omnibus beneficiis tuis, quibus pascis me à iuuentute mea, & vsque in senectam & senium: te deprecor per te ipsum ne derelinquas me, fecisti me cum non essem, redemisti me cum perissem: perieram, mortuus fueram: ad mortuum descendisti, mortalitatem susceperisti, ad feruum rex descendisti, vt feruum redimeres, te ipsum tradidisti: vt ego viuerem, tu mortem susceperisti, mortem vicisti, me instaurasti cum te humiliasti: perieram, abieram in peccatis, venundatus eram, venisti pro me vt redimeres me, & tantum me dilexisti, vt sanguinem tuum in precium dares pro me, dilexisti

\* alias tui.  
Psal. 67.

De miseria hominis & beneficiis dei.  
Caput. XIII.

Psal. 16.

F

**G** dilexisti me domine plus quam te, quia mori voluisti pro me. Tali pacto, tam charo precio reduxisti me de exitio, redemisti me de seruitio, retraxisti me de supplicio, vocasti me nomine tuo, signasti me sanguine tuo, vt memoriale tuum semper esset apud me, & nunquam recederet a corde meo, qui pro me non recessit a cruce. Vnxi mi me oleo tuo, quo tu vnctus fuisti, vt a te Christo diceret Christianus. Et in manibus tuis descripsisti me, vt semper sit memoria mea apud te, si tamen memoria tua iugiter fuerit apud me. Sic igitur gratia tua semper & misericordia prauenerunt me. De multis naq; & magnis periculis saepe liberaisti me, liberator meus: quando erraui, ad viam reduxisti me: quando ignoravi, docuisti me: quando peccaui, corripuisti me: quando fui tristis, consolatus es me: quando desperavi, confortasti me: quando cecidi, erexisti me: quando steti, tenuisti me: quando iui, deduxisti me: quando veni, suscepisti me: quando dormiui, custodisti me: quando clamaui, exaudiisti me. Hæc enim & multa alia beneficia fecisti mihi domine deus meus vita animæ meæ: de quibus dulce est mihi semper loqui, semper cogitare, semper tibi gratias agere, vt possim te semper pro omnibus bonis tuis laudare & amare te toto corde meo, & tota anima mea, & tota mente mea, & tota fortitudine mea, simul ex omnibus medullis & intimis cordis mei, & omnium compagum mearum, beata dulcedo domine deus meus omnium, qui delectantur in te. Sed imperfectum meum viderunt oculi tui, oculi inquam, tui multo lucidiores sunt sole, circumspicientes omnes vias hominum & profundum abyssi, & in omni loco contemplantur semper bonos & malos. Cum enim cunctis præideas singula implēs, totus semper vbique præsens, cunctorumq; curam agens, quæ creasti, quia nihil odisti eorum, quæ fecisti, sic gressus meos semitasq; cõsideras, & die noctuq; super custodiam meam vigilas, omnes semitas meas diligenter notās, speculator perpetuus, veluti si totius creaturæ tuæ cœli & terræ oblitus, tantum me solum consideres, & nihil sit tibi curæ de aliis. Neque enim tibi cre scit lux incommutabilis visionis tuæ, si tantum vnum aspicias, neque minuitur si innumera videas & diuersa. Quia sicut vnum totum simul perfecte consideras, sic singula quælibet licet diuersa perfecte simul totaq; totus conspicit visus tuus. Sed sicut omnia sic vnum, & sicut vnum sic singula, totus simul sine diuisione vel commutatione, vel diminutione consideras. Itaque totus tu in toto tempore sine tempore, totum me simul semperq; consideras, ac si nihil aliud considerare habeas. Sic igitur super custodiam meam stas, sicut si omnium oblitus sis, & mihi soli intendere velis. Semper quippe te præsentem exhibes, semper te paratum offers, si me paratum inuenis. Quocunq; iero tu me domine non deseris, nisi prior ego te deseram. Vbicunq; fuero non recedis, quoniam vbique es, & quocunq; iero inueniam te, per quem possim esse ne peream sine te, cum sine te esse non possim. Fateor quidem, quia quicquid facio & quæcunq; facio, ante te facio: & illud quicquid est, quod facio, melius tu vides quam ego, qui facio. Quicquid enim semper operor, tu pariter semper præsens assistis, vt pote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, delectationum, & omnium operationum mearum. Domine, ante te est semper omne desiderium meum, ante te tota cogitatio mea. Tu domine vides vnde veniat spiritus, vbi sit, & quò vadat, quia tu es omnium spirituum ponderator, & vtrum radix sit dulcis, an amara, de qua foris pulchra folia emittuntur: tu iudex in-

ternus melius ipse nosti, & etiam medullas radicum subtilius percuraris, & non solum intentionem, sed radicis eius medullam intimam discretissima tuæ lucis veritate colligis, numeras, contueris & consignas, vt reddas vniciuque nõ solummodo secundum opera vel intentionem, sed etiam secundum ipsam interiorē absconditam medullam radicis, de qua procedit intentio operantis. Ad quod tendo cum operor, quicquid cogito, & in quocunq; delector, tu vides, aures tuas audiunt, oculi tui vident & considerant, signas, attendis, notas & scribis in libro tuo siue bonum fuerit siue malum, vt reddas postea pro bono premia, & pro malo supplicia, quæ fuerunt scripta in libris tuis. Hoc est forte quod iam dixisti nobis, Considerabo nouissima eorum: & quod de te domine dicitur, Vniuersorum finem ipse considerat: quoniam tu quidem in omnibus quæ agimus, finem intentionis magis quam actum operationis attendis. Cuiq; hæc diligenter considero domine deus meus, terribilis & fortis, timore pariter & ingenti rubore confundor, quoniam nobis magna est indita necessitas iuste recteq; viuendi, qui cuncta facimus ante oculos iudicis cuncta cernentis. Fortissime magnipotens deus spirituum vniuersæ carnis, cuius oculi sunt super omnes vias filiorum Adam, a die natiuitatis eorum, vsque in diem exitus eorum, vt reddas vniciuque secundum opera eorum bona vel mala, ostende mihi vt confitear tibi paupertatem meam, quoniam dixi quod diues essem, & nullius egerem, & nesciebam quoniam pauper eram, cæcus, nudus, miser & miserabilis. Credebam enim me fore aliquid cum nihil essem. Dixi sapiens efficiar, & stultus factus sum. Cogitabam me esse prudentem, & deceptus sum. Et video nunc quia donum tuum est, sine quo nihil possumus facere, quia nisi tu domine custodieris ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. Sic docuisti me vt cognoscerem me, quia dereliquisti me & probasti me, nõ propter te quod cognosceres me, sed propter me vt cognoscerem me. Nam vt dixi domine credebam me aliquid fore ex me, existimabam me sufficere per me, nec percipiebam quoniam tu regebas me, donec aliquantulum te elongasti a me, & cecidisti statim in me, & vidi & cognoui quoniam tu regebas me, & quod cecidi, fuit ex me: & quod surrexi, fuit ex te. Aperuisti mihi oculos lux & excitasti & illuminasti me, & vidi quoniam tentatio est hominis vita super terram, & quod gloriari non valeat ante te omnis caro, nec iustificatur omnis viuens, quoniam si quid boni est parui vel magni, donum tuum est, & nostrum non nisi malum est. Vnde igitur gloriabitur omnis caro? nunquid de malo? Hæc non est gloria, sed miseria. Sed nunquid gloriabitur de bono, nunquid de alieno? Tuum domine est bonum, tua est gloria. Qui enim de bono tuo gloriam sibi querit & non tibi querit, hic fur est & latro, & similis est diabolo, qui voluit furari gloriam tuam. Qui enim laudari vult de tuo dono, & non querit in illo gloriam tuam, sed suam: hic licet propter tuum donum laudetur ab hominibus, a te tamen vituperatur, quia de dono tuo non tuam, sed suam gloriam quaesuit. Qui autem ab hominibus laudatur vituperante te, non defenditur ab hominibus iudicante te, nec liberatur condemnate te. At tu domine formator meus ex vtero matris meæ, non me linas cadere in illam exprobrationē, vt exprobratur mihi furari voluisse gloriam tuam. Tibi enim sit gloria, cuius est omne bonum, nobis autē confusio faciei & miseria, quorum est omne malum, nisi tu volueris

Apo. 10.

Boetius de consol. lib. 5. Prosa. 6.

Quod homo per se nihil potest si ne diuina gratia Caput. XV.

Apo. 3.

Psal. 126.

M

Iob. 7.

**A** volueris misereri. Misereris qui prope domine, misereris omnium, & nihil odisti eorum, quæ fecisti, & das nobis de bonis tuis, & ditas nos domine deus inopes optimis donis tuis. Quoniam diligis pauperes, & diuitem facis eos diuitiis tuis. Ecce nunc domine pauperes nos filij tui sumus, & pusillus grex tuus, aperi nobis ianuas tuas, & eident pauperes, & satiabuntur, & laudabunt te, qui requirunt te. Scio etiam domine & confiteor docete te, quoniam illi soli, qui cognoscunt se pauperes, & consentunt tibi paupertatem suam, dicitur a te: quoniam qui se diuites existimant cum sint pauperes, a tuis diuitiis inueniuntur exclusi. Ego igitur confiteor tibi domine deus meus paupertatem meam, & sit tibi tua gloria tota, quoniam tuum est omne bonum, per me gestum. Domine confiteor vt docuisti me, nihil aliud sum quam vniuersa vanitas & umbra mortis, & abyssus quædam tenebrosa, & terra inanis & vacua, quæ sine tua benedictione non germinat, fructum quoque non facit, nisi confusionem, peccatum, & mortem. Si quid boni vnquam habui, a te recepi, quicquid boni habeo tuum est, vel a te habeo. Si quando steti, per te steti: sed quando cecidi, per me cecidi, & semper in luto iacui sem, nisi tu me erexisti: semper cæcus fuisset, nisi tu me illuminasses. Quando cecidi nunquam surrexisset, nisi tu mihi manum porxisset. Postquam me etiam erexisti semper cecidisset, nisi tu me sustinuisset: sapiens perissem, nisi me gubernasses. Sic semper domine, sic semper gratia tua & misericordia tua prauenit me, liberans me ab omnibus malis, saluans a præteritis, suscitans a præsentibus, & munens a futuris, præcidiens etiam ante me laqueos peccatorum, tollens occasiones & causas: quia nisi tu & hoc mihi fecisset, ego omnia peccata mundi fecissem, quoniam scio domine, quod nullum peccatum est quod vnquam fecerit homo, quod non possit facere alter homo, si creator desit a quo factus est homo. Sed quod non facerem, tu fecisti: quod abstinerem tu iussisti, & quod tibi crederem, gratiam tu infudisti. Tu nanque domine regebas me tibi, seruabas me tibi, & mihi vt aduiterium & omne aliud peccatum non committerem, gratiam & lumen donasti. Tentator desuit, & vt desisset tu fecisti: locus & tempus desuit, & vt hæc desisset tu fecisti. Assuit tentator, non desuit locus, non desuit tempus: sed vt non consentirem, tu me tenuisti. Venit tentator tenebrosus vt est, & vt eum despicerem, tu me confortasti. Venit tentator armatus & fortis, & vt me non vinceret, tu eum refrenasti, & me roborasti. Venit tentator transfiguratus in angelum lucis, & vt me non deciperet, tu eum increpasti, & vt eum cognoscerem, tu me illuminasti: ipse enim est draco, ille magnus & rufus, serpens antiquus, vocatus diabolus & satanas, habens capita septem, & cornua decem, quem creasti ad illudendum huic mari magno & spatiofo, in quo reptant animalia, quorum non est numerus, & animalia pusilla & magna, id est, diuersa demoniorum genera, qui nihil aliud die noctuq; operantur, nisi quia circumueunt querentes quem deuorent, nisi tu eripias. Ipse enim est antiquus ille draco, qui ortus est in paradiso voluptatis, qui cauda sua trahit tertiam partem stellarum cœli, & eas mittit in terram, qui veneno suo corrumpit aquas terræ, vt bibentes homines moriantur, & qui stermit sibi aurum quasi lutum, quod influat iordanis in os suum, & habet fiduciam, qui factus est vt nullum timeat. Et quis defendet a moribus eius, quis eruet ab ore eius, nisi tu domine qui confregisti capita draconis magni? Adiuua nos, prætende domine super nos alas tuas, vt fugiamus sub eis a facie

De diaboli temptationibus Caput. XVI

Apoca. 12.

Psal. 103.

Apoca. 12.

Iob. 41. & 40.

draconis huius, qui nos persequitur, & scuto tuo libera nos a cornibus eius: hoc enim est continuum studium eius, hoc vnicum desiderium suum, vt animas, quas creasti, deuoret. Et ideo deus meus ad te clamamus, libera nos ab aduersario nostro quotidiano, qui siue dormiamus, siue vigilemus, siue comedam, siue bibamus, siue quocunq; opus operemur, omnibus modis instat die ac nocte, fraudibus & artibus, nunc palam, nunc occulte, sagittas venenatas contra nos dirigens, vt interficiat animas nostras. Et tamen domine pessima infamia nostra, quia cum continue videamus contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum, nihilominus dormimus & lasciuimus in pigritiis nostris, tanquam securi ante eum, qui nihil aliud desiderat, quam vt nos perdat. Inimicus vt occidat semper vigilat sine somno, & nos vt custodiamus nos, nolumus euigilare a somno: Ecce tetendit ante pedes nostros laqueos infinitos, & omnes vias nostras variis repleuit decipulis ad capiendas animas nostras: Et quis effugiet? Laqueos posuit in diuitiis, laqueos posuit in paupertate, laqueos tetendit in cibo, in potu, in voluptate, in somno, & in vigilia, laqueos posuit in verbo & in opere, & in omni via nostra. Sed tu domine libera nos de laqueo venantium, & a verbo aspero, vt confiteamur tibi dicentes, Benedictus dominus, qui non dedit nos in captione dentibus eorum, Anima nostra sicut passer erepta est, de laqueo venantium, Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Et tu quidem domine lux mea, illumina oculos meos, vt videam lumen, & ambulem in lumine tuo, & non impingam in laqueos eius. Quis enim euadet laqueos istos multos, nisi videat eos? Et quis videbit eos, nisi quem illuminaueris lumine tuo? Ipse enim pater tenebrarum laqueos suos abscondit in tenebris suis, vt capiantur in eis omnes qui sunt in tenebris suis, qui sunt filij tenebrarum harum, non videntes lumen tuum, in quo qui ambulat non timebit: qui enim ambulat in die, non offendit: qui autem in nocte ambulat, offendit: quia lux non est in eo. Tu lux domine, tu lux filiorum lucis, tu dies qui nescis occasum, in qua ambulat filij tui sine offensione, & sine qua omnes qui ambulant in tenebris sunt, quia te lucem mundi non habent: ecce quotidie cernimus, quia quo magis a te vero lumine quis elongatur, eo magis peccatorum inuoluitur tenebris: & quo magis est in tenebris, eo minus videt laqueos in via sua: & ideo minus cognoscit, & idcirco sapius capitur, & cadit in eis: & quod est horribilius, etiam se cecidisse ignorat. Qui vero suum casum ignorat, eo minus curat surgere, quanto se existimat adhuc stare. Tu vero lux mentis domine deus meus, nunc illumina oculos meos, vt videam & cognoscam, ne corruam in conspectu aduersariorum meorum. Etenim in exterminium nostrum laborat inimicus noster, quem petimus vt facias liquefieri a facie nostra, sicut cæra liquefit a facie ignis. Quoniam domine ipse est latro primus & vltimus, qui consilium fecit vt raperet gloriam tuam, quoniam inflatus & elatus crepuit & cecidit in facie suam, & deiecit eum de monte sancto tuo, & de medio lapidum ignitorum, in quorum medio ambulauit. Et nunc vita mea domine deus meus, ex quo cecidit, non cessat persequi filios tuos. Et in odium tuum, o rex magne, cupit perdere hanc creaturam tuam, quam creauit omnipotens bonitas tua ad imaginem tuam vt possideat gloriam tuam, quam ipse perdidit per superbiam suam. Sed contere eum fortis noster antequam nos agnos tuos deuoret, & illumina nos vt videamus laqueos, quos ipse parauit, & euadamus

Psal. 97.

Psal. 123.

Quod de est lux inforti. Cap. XVII.

Iohan. 11.

Psal. 67.



G mus ad te, & latitiam Israel. Et hæc omnia tu domine melius nosti, qui nosti contentionem eius, & ceruicem eius durissimam. Nec hoc dico vt ostendam tibi, quia omnia vides, & nulla te latet cogitatio. Sed ante pedes tua maiestatis de inimico meo querimoniam facio, iudex æterna, vt & ipsum dānes, & nos filios tuos salues, quorum fortitudo tu es. Verus est enim domine iste hostis & tortuosus, nec facile deprehendi possunt circuitus via eius, nec cognosci species vultus eius, nisi tu illumines. Nam nunc hic, nunc illic: nunc agnum, nunc lupum nunc tenebras, nunc lucem se ostendit, & singulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, secundum varias rerum mutationes, varias exhibet tētationes. Nam vt tristes decipiat, tristatur & ipse: vt gaudentes illudat, fingit se & ipse gaudere: vt spirituales defraudet, in angelum lucis se transfiguratur: vt fortes comprimatur, apparet agnus: vt mites deuoret, apparet lupus. Hæc quidem omnia secundum similitudinē variarum tētationū effici habet, sicut alios à timore nocturno, alios à sagitta volante in die, alios à negotio perambulante in tenebris, alios vero ab incurfu, alios à dæmonio meridiano. Et ad hæc quis idoneus vt cognoscat, & astutias eius, quis cognouit? Quis reuelabit speciem indumenti eius, & gyrum dentium eius quis agnoscat? En abscondit sagittas suas in pharetra, & laqueos suos abscondit sub specie lucis, & hoc difficilius perpenditur, nisi à te domine spes nostra lumen assumamus, vt videamus omnia. Nam nõ solum in carnis operibus, quæ de facili cognoscuntur, nec tantum in ipsis vitiis, sed in ipsis spiritualibus exercitiis laqueos abscondit subtiles, & sub virtutum colore ipsa vitia induit, & transmutat se in angelum lucis. Hæc & multa alia nititur contra nos ipse filius Belial, ipse Satan, domine deus noster. Et nunc vt leo, nunc vt draco, manifestè & occultè, intus & extra, die ac nocte insidiatur vt rapiat animas nostras. Et tu eripe nos domine, qui saluas sperantes in te, vt ipse de nobis doleat, & tu lauderis in nobis domine deus noster. Ego autem filius ancillæ tuæ, qui me commendatui manui tuæ, iam his meis pauperculis confessionibus confitear tibi liberator meus toto corde meo, & recolam ad mentem meam omnia bona, quæ fecisti mihi à iuuentute mea, in omni vita mea. Scio nanque quod ingratitudo multum tibi displiceat, quæ est radix totius mali spiritualis, & ventus quidam desiccans, & vrens omne bonū, obstruens fontem diuinæ misericordiæ tuæ super hominem, qua & mala mortua iam oriuntur, & viua iam opera moriuntur, & vltra non adipiscuntur. Et ego domine gratias tibi agam, ne sim ingratus tibi liberator meus, quoniam liberaisti me. Quotiens me iam absorberat ille draco, & tu domine ab ore ei⁹ extraxisti me? Quotiens ego peccaui, & ipse paratus fuit deglutire me, sed tu domine deus meus defendisti me? Cum cōtra te inique agebam, cum tua mandata frangebam, stabat ipse paratus vt me raperet ad infernum, sed tu prohibebas. Ego te offendebam, & tu me defendebas: ego te non timebam, & tu me custodiebas. A te recedebam, & inimico meo me exhibebam, tu ipsum ne me acciperet, deterebas. Hæc mihi tu domine deus meus beneficia conferebas, & ego miser non cognoscebam. Sic enim me multis toties à faucibus diaboli liberaisti, de ore leonis eripuisti, & ab inferno licet nescientem me multis vicibus reduxisti. Descendi enim vsque ad portas inferni, & ne illuc intrarem, tu me tenuisti. Appropinquabam vsque ad portas mortis, & ne me ipse caperent, tu fecisti. De morte etiam corporis sapius eripuisti me saluator me⁹,

Psal. 90.

De beneficiis dei. Cap. XVIII

cum graues morbi tenerent me, cū fui in periculis multis, per mare, per terras, ab igne & gladio, & ab omni periculo liberās, semper mihi astās & misericorditer saluans. Sciebas tu quidem domine, quia si tunc mors me occupasset, infernus animam meam suscepisset, & perpetuo damnatus fuisset: sed tua misericordia, & tua gratia præuenit me, eripiens me de morte corporis, & de morte animæ domine deus meus. Hæc & multa alia mihi tua beneficia exhibuisti, & ego erā cæcus, & nõ cognoui donec illuminauisti me. Nunc igitur lux animæ meæ domine deus meus, vita mea, per quam viuo lumen oculorum meorum, per quod video: en illuminauisti me, & cognosco te, quia viuo per te, & gratias ago tibi licet viles & exiles & impares beneficiis tuis, quales habet mea fragilitas offero. Quoniam tu es solus deus meus, creator meus benignus, qui amas nostras animas, & nihil odisti eorum, quæ fecisti. En ego primus inter peccatores, quos saluasti, vt exemplum aliis tribuam benignissimæ pietatis tuæ. Confitear beneficia tua magna, quoniam eripuisti me de inferno inferiori semel & secundo, & tertio, & centies & millies, & ego semper ad infernum tendebam, & tu me semper reducebas, & iuste millies damnasses me si voluisses: noluisti, quia amas animas, & dissimulas peccata hominum propter cōnitentiā domine deus meus, multæ misericordiæ in omnibus viis tuis. Nūc ergo video hæc domine deus meus, & cognosco per lumen tuum, & deficit anima mea in misericordia tua magna, quæ est super me, quoniam eripuisti animam meam ex inferno inferiori, & me ad vitam reduxisti. Totus enim eram in morte, totum me resuscitasti. Tuum igitur sit totum id quod viuo, & totus totum me tibi offero. Totus spiritus, totum cor, totum corpus, tota vita mea viuat tibi, vita mea dulcis, quoniam totum me liberauisti, vt totum me possideres, totum me refecisti, vt totum me rehaberet. Diligam te igitur domine virtus mea, diligam te ineffabilis exultatio mea, & viuat iam non mihi, sed tibi tota vita mea, quæ perierat in miseria mea, resuscitata est in misericordia tua, qui es deus misericors & miserator & multæ misericordiæ in milia his, qui diligunt nomen tuum. Idcirco domine deus meus sanctificator meus iussisti mihi lege tua, vt diligam te toto corde meo, tota anima mea, tota mente mea, tota fortitudine mea, & totis viribus meis, & etiam ex intimis medullis cordis mei, omnibus horis & momentis, quibus fruor bonis misericordiæ tuæ, quoniam semper perire, nisi quia semper regis me: semper morerer, nisi quia semper me viuificas, & omni momento me tibi obligas, dū omni momento mihi tua magna beneficia præstas. Sicut ergo nulla est hora, vel pūctū in omni vita mea, quo tuo beneficio nõ vtat: sic nullum debet esse momentū, quo te nõ habeam ante oculos in mea memoria, & te non diligam ex omni fortitudine mea. Sed nec hoc valeo nisi tu dederis mihi, cuius est omne donum bonum, & omne datum optimum descendens à patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Nõ enim est volentis neque currentis, sed tui miserentis, vt diligamus te. Tuum est domine hoc donum, cuius est omnine bonum. Iubes te diligere, da quod iubes & iube quod vis. Amo te deus meus, magisq; semper amare cupio, quia tu es reuera omni melle dulcior, omni lacte nutritibilior, & omni luce clarior. Idcirco super omne aurum & argentum & lapidem preciosum es mihi charior: displicebat enim mihi quicquid agebam in seculo præ dulcedine tua, & decore domus tuæ quam dilexi.

Sapient.

Deute. 6.

Iaco. 1.

Roma. 9.

De feruore charitatis. Caput. XIX

O ignis

A O ignis, qui semper ardes & nunquā extingueris, o amor qui semper ferues & nunquam tepescis, accende me. Accendar, inquam, totus à te vt totus diligam te. Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. Diligam te domine, quoniam tu prior dilexisti me. Et vnde mihi verbum vt explicem signa dilectionis tuæ, maxime erga me propter innumera beneficia tua, quibus à principio educauisti me: Post beneficium nempe creationis quando in principio de nihilo ad imaginem tuam creasti me, honorificans & exaltans me inter eas creaturas, quas fecisti, & nobilitans lumine vultus tui, quo signasti superliminare cordis mei, quo ab insensibilibus pariter & sensibilibus brutis discreuisti me, & paulominus ab angelis minuisti. Parum & hoc fuit ante conspectum diuinitatis tuæ, quoniam quotidianis & singularibus maximisque donariis tuorum beneficiorum me sine intermissione nutruisti, & quasi filium tuum paruulum tenellum vberibus tuæ consolationis lactasti & confortasti me. Vt enim tibi totus seruirem, omnia quæcunque fecisti in meum seruitium tradidisti.

Omnia sub pedibus hominis subiecisti, vt solus homo totus tibi subiceretur. Et vt tuus totus homo esset, super omnia opera tua dominatus est homo. Exteriora nempe pro corpore cuncta creasti, ipsum vero corpus pro anima, animam vero pro te, vt tibi soli vacaret, & te solum amaret, possidens te ad solatium, inferiora vero ad seruitium. Quicquid enim cæli ambitu continetur inferius ab anima humana est, quæ facta est vt summum bonum superius pollideret, cuius possessione beata fieret, cui si adhaererit, cunctorum mutabilium inferiorum necessitudines supergrediens, illius summæ maiestatis cuius æmulatus speciem, æterna immortalitatis faciem cum serenitate videbit. Tunc vero illis bonis optimis fruatur in domo domini, quorum comparatione cuncta hæc quæ hic cernimus velut nihilum computantur. Illa sunt quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ preparauit deus diligentibus se. Et hæc quidem domine daturus es animæ. His etiam quotidie latificas animas seruorum tuorum, qui amas animas. Quid miror hæc domine deus meus, imaginem quippe tuam honorificas, & similitudinem tuā ad quam create sunt: nam & corpore nostro licet adhuc corruptibili & ignobili, vt videret, dedisti cæli claritatem per manum ministrorum tuorum indefessorum, solis & lunæ, qui præcepto tuo iugiter die ac nocte deseruiunt filiis tuis: vt spiraret, largitus es aeris puritatem: vt audiret, sonorum varietates: vt odoraret, odorum suauitates, vt gustaret saporum qualitates: vt contrectaret, dedisti corpulentorum omnium grossitates. Adiuuamenta suis necessitatibus dedisti iumenta, volucres quoque cæli & pisces maris, & fructus terræ ad reficiendum impendisti. Medicinas de terra propter singulas quasque suas corruptelas creasti, singula solatia singulis malis obuiantia præparasti, quoniam es misericors & miserator, & nouisti figmentum nostrum sigillus noster, & nos omnes quasi lutum in manu tua. En aperitur mihi misericordia tua magna, lumine tuo illustra quæso magis adhuc, vt mihi magis aperiat. Nam ex his minimis tua magna, & ex his vtilibus tua inuisibilia comprehendimus domine deus sancte, & bone creator noster. Si enim mi domine pro hoc corpore ignobili & corruptibili tam magna & innumera beneficia præ-

Psal. 8.

Quod deus subiecit omnia seruiturum hominum. Caput. XX.

Esa. 64. 1. Corin. 2.

Quod ex cōsideratione bonorū temporalium colligitur magis cōsilio. Cap. XXI.

stas à cælo & aère, à terra & mari, à luce & tenebris, à calore & umbra, rore & imbre, ventis & pluuiis, volucris & piscibus, bestiis & arboribus, & multiplicitate herbarum & germinum terræ, & cunctarum creaturarum tuarum ministerio nobis successiue per sua tempora ministrantium, vt alleues fastidium nostrū: qualia quæso, & quàm magna & innumerabilia erunt illa bona, quæ præparasti diligentibus te, in illa cælesti patria, vbi te videbimus facie ad faciem? Si tanta facis nobis in carcere, quid ages in palatio? Magna & innumerabilia sunt opera tua dñe rex cælorū. Cū enim sint hæc omnia valde bona & delectabilia, quæ bonis pariter malisque communia tradidisti, qualia futura sunt illa, quæ solis bonis recondidisti? Si tam innumera & varia dona tua, quæ nunc amicis pariter tribuis & inimicis, quàm magna & innumerabilia, quàm dulcia & delectabilia, quæ solis tuis es largiturus amicis? Si tanta solatia in hac die lachrymarum, quanta cōferes in die nuptiarum? Si tanta delectabilia continet carcer, quanta quæso continet patria? Oculus non vidit deus absque te, quæ præparasti diligentibus te. Secundum enim magnam multitudinem magnificentia tuæ est etiam multitudo magna dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te: magnus enim tu es domine deus meus & immensus, nec est finis magnitudinis tuæ, nec est numerus sapientiæ tuæ, nec est mensura benignitatis tuæ, nec est finis, nec numerus, nec mensura retributionis tuæ: sed sicut magnus es tu, ita magna sunt donaria tua, quoniam tu ipse præmium & donum omnium legitimorum tuorum pugnatorum.

Hæc sunt beneficia magna tua domine deus sanctificator sanctorum tuorum: quibus repletus es inopiam esuriendum filiorum tuorum: quoniam tu es spes desperatorum, & consolatio desolatorum, tu corona spei, quæ ornata est gloria preparata vincētibus. Tu famelicorum satietas æterna, danda esuriētibus. Tu consolatio sempiterna, qui solis illis te tribuis, qui consolationem huius mundi pro tua perpetua consolatione contempnunt. Nam qui hic consolantur, indigni tua consolatione habentur: sed qui hic cruciantur, à te consolantur: & qui participant passionibus, participant & cōsolationibus. Nemo enim potest in vtroque seculo consolari, nec potest quis hic, & in futuro gaudere: sed vnum necesse est vt perdat, qui alterū voluerit possidere. Hæc vbi considero domine consolator meus in hac vita renuit consolari anima mea vt digna habeatur tuis cōsolationibus æternis, quia iustū est vt amittat te quicumque in aliquo alio magis consolari eligit quàm in te. Et obsecro summa veritas te per te, non permittas me in aliqua consolatione vana consolari quàm in te, sed peto vt omnia mihi amarescant, vt tu solus dulcis appareas animæ meæ, qui es dulcedo inæstimabilis, per quam cuncta amara dulcorantur. Tua enim dulcedo Stephano lapides torrentis dulcorauit: tua dulcedo craticulam beato Laurentio dulcem fecit: pro tua dulcedine ibant Apostoli gaudentes à conspectu cōcilij, quoniam digni habitus sunt pro nomine tuo contumeliam pati. Ibat Andreas securus ad crucem & gaudens, quoniam ad tuam dulcedinem properabat. Hæc enim tua dulcedo ipsos Apostolorum principes sic repleuit, vt pro ipsa crucis patibulū vnus eligeret, alter quoque caput ferienti gladio supponere non timeret. Pro hac emenda Bartholomæus propriā pellem dedit. Pro hac quoque gustanda veneni poculum intrepidus Ioannes potauit. Hanc vero vt gustauit Petrus

Esa. 64. Psal. 90.

Quod diuina dulcedo omnē præsentē mundi amaritudinem tollit. Cap. XXII

Ad 2o. 7.

Ad 2o. 5.

**G** Petrus omnium interiorum oblitus, clamavit quasi ebrius, dicens, Domine bonum est nos hic esse, faciamus hic tria tabernacula: hic moremur, te contemplerur, quia nullo alio indigemus, sufficit nobis domine videre te, sufficit, inquit tanta dulcedine satiari. Vnam enim stillam dulcedinis ille gustavit, & omnem aliam fastidivit dulcedine. Quid putas dixisset, si magna illa multitudinem dulcedinis diuinitatis tuæ gustasset, quæ abscondisti timentibus te? Hanc tuam dulcedinem ineffabile & illa gustauerat virgo, de qua legimus, quod lætissima & glorianter ibat ad carcerem, quasi ad epulas inuitata. Hanc ut reor, & ipse gustauerat, qui dicebat, Quam magna multitudo dulcedinis tuæ domine quam abscondisti timentibus te: quicquid monebat, Gustate & videte, quoniam suauis est dominus. Hæc est enim illa beatitudo domine deus noster, quam expectamus daturum te nobis, pro qua tibi domine continue militamus, pro qua tibi mortificamur tota die, ut in tua vita tibi viuamus.

**H** Tu autem domine expectatio Israël, desiderium ad quod suspirat cor nostrum quotidie, festina ne tardaueris. Surge, propera & veni, ut educa nos de isto carcere ad confitendum nomini tuo, ut gloriamur in lumine tuo. Aperi aures tuas clamoribus lachrymarum pupillorum tuorum, qui clamant ad te, Pater noster, da nobis hodie panem nostrum quotidianum: in cuius fortitudine ambulemus die ac nocte, usquequo perueniamus ad montem sanctum tuum Oreb. Et ego paruulus inter paruulos familie tuæ deus pater & virtus mea, quando veniam & apparebo ante faciem tuam, ut qui nunc tibi confiteor ad tempus, extunc confitear tibi in æternum? Beatus ero si fuero admissus ad videndum claritatem tuam. Quis mihi hoc tribuat ut ad hoc venire permittas me? Scio domine, scio & confiteor indignum ut intrem sub tectum tuum, sed fac propter honorem tuum, & ne confundas in te sperantem seruum tuum. Et quis intrabit in sanctuarium tuum ad considerandas potentias tuas, nisi tu aperias? Quis autem aperiet, si tu claueris? Si enim destruxeris, nemo est qui ædificet. Et si incluseris hominem, nemo est qui aperiat. Si continueris aquas, omnia siccabuntur: & si emiseris eas, subuertent terram: si omnia quæ fecisti ad nihilum redigas, quis contradicet tibi? Porro sempiterna bonitas misericordie tuæ, quæ fecisti omnia quæcumque voluisti, tu nos fecisti fabricator mundi, rege nos: tu nos creasti, ne spernas nos, quia opera tua sumus? Et quidem domine deus noster, nos lutum & vermiculi non valemus in tuas æternitates intrare, nisi tu induxeris qui de nihilo cuncta creasti. Ego autem opus manuum tuarum confitebor tibi in timore tuo, quia non in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me, sed dextera tua & brachium tuum & illuminatio vultus tui, alioquin desperarem, quoniam spes mea tu es, qui creasti me, quoniam non derelinquis sperantes in te. Tu quippe es dominus deus noster suauis & patiens, in misericordia disponens omnia. Nam si peccauerimus, tui sumus: si non peccauerimus, tui sumus, quoniam apud te sumus computati. Nos enim folium vniuersi, & vanitas est omnis homo viuens, & ventus est vita nostra super terram. Ne irascaris si cadimus pupilli tui, quoniam tu nostri figmentum nostrum domine deus noster. Num deus inextimabilis fortitudinis contra folium quod a vento rapitur ostendere vis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris? Num damnabis rex Israël æternæ canem mortuum? Num damnabis culicem vnum? Audiuimus de misericordia tua domine, quo-

niam tu mortem non facis, nec lataris in perditione K morientium. Propter hoc domine oramus te, ne permittas dominari quod non fecisti huic creaturæ tuæ quam fecisti. Si enim doles de perditione, quid te prohibet domine, quia omnia potes, ne semper lateris de nostra saluatione? Si vis, potes me saluare, ego autem & si velle non possem. Magna est multitudo miseriarum mearum mecum. Velle quippe mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Velle quod bonum est non possum, nisi tu velis, nec quod volo possum, nisi tua potentia me confortet: & quod possum aliquando nolo, nisi tua voluntas fiat sicut in celo & in terra. Et quod volo & possum ignoro, nisi tua sapientia me illustret. Et si etiam sciam quædoque volens, quandoque valens, imperfecta & vacua transit sapientia mea, nisi adiuuet vera sapientia tua. In tua autem voluntate cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere voluntati tuæ, domine vniuersorum, principatum tenens omnis carnis, & quæcumque vis facis in celo & in terra, in mari & in omnibus abyssis. In nobis igitur fiat voluntas tua, super quibus inuocatum est nomen tuum, ne pereat hoc nobile plasma tuum, quod creasti propter honorem tuum. Et quis homo natus de muliere qui viuat & non videat mortem, & eripiat animam suam de manu inferi, nisi tu solus eripias vitam vitalem omnem vitam, per quæ omnia viuunt. Etenim iam tibi confessus sum laus vitæ meæ domine deo meo, virtus salutis meæ. Sperabam aliquando in virtute mea, quæ tamen non erat virtus. Et cū sic volui currere, ubi magis stare credebam ibi magis cecidi, factusque sum magis retro & non ante, & quod credebam consequi, magis elogatum est a me. Sic per multa similia vires meas probans, cognosco nunc quia illuminasti me, quoniam quod magis credidi posse per me, minus semper potui. Dicebam enim, hoc faciam, illud perficiam: nec hoc, nec illud faciebam. Aderat voluntas, non erat facultas. Aderat facultas, non aderat voluntas, quoniam de meis viribus confidebam. Nunc autem confiteor tibi domine deus meus pater celi & terræ, quia non in fortitudine sua roborabitur vir, ut gloriatur ante te stulta præsumptio omnis carnis. Non est enim hominis velle quod possit, aut posse quod velit, vel scire quod velit & possit: sed potius a te gressus hominis diriguntur, illorum inquam, qui non a se, sed a te dirigi se consentunt. Obscramus itaque per viscera misericordie tuæ, velis domine saluare quod creasti, quoniam si vis, potes nos saluare, & in tua voluntate virtus est nostræ salutis. Recordare misericordie tuæ antiquæ, quæ nos a principio in benedictionibus tuæ dulcedinis præuenisti. Antequam enim nascerer ego filius ancillæ tuæ domine, spes mea ab vberibus matris meæ, tu me præuenisti præparans mihi semitas, quibus incederem & venirem ad gloriam domus tuæ, præfusaquam me formares in utero nouisti me, & antequam exirem de vulua quicquid tibi placuit præordinasti de me. Quæ & qualia sint in libro tuo scripta de me, in secreto cœlestis tui, ego quidem ignoro, unde & valde timeo, tu vero nosti, quoniam quod ego per successus dierum & temporum hinc ad mille annos huius temporalitatis expecto, in conspectu æternitatis tuæ iam factum est: & quod futurum est, iam factum est. Ego autem stans in hac nocte tenebrosa hæc ignorans, timor & tremor venerunt super me, dum video mihi vndique imminere multa pericula, a multis quoque hostibus venari, multitudinemque innumerarum miseriarum in hac vita me circumdari. Et nisi in tantis malis afforet mihi tuum adminiculum, desperarem. Sed spes mihi magna subest de te mitissime princeps deus meus,

Sapientia.

Roma. 7.

L

Quod voluntas humana inefficax fit ad bona opera sine diuina gratia. Ca. XXV.

1. Reg. 2.

M

De antiquis beneficiis dei. Ca. XXVI. Psal. 21.

Sollicitus

De angelis deputatis ad custodiendum hominum. Ca. XXVII.

Psal. 90.

1. Petri. 5.

Psal. 5.

Luc. 15.

**A** meus, & consideratio multitudinis miserationum tuarum, quæ apud te sunt, subleuat mentem meam, & præcedentia signa misericordie tuæ, quæ me antequam nascerer præuenierunt, & nunc specialiter in me effulserunt de futuris benignitatis tuæ melioribus & perfectioribus muneribus, quæ amicis tuis referuas, spem meam admoment, ut in te latetur domine deus meus lætitia sancta & viuua, qua semper lætificas iuuentutem meam.

Dilexisti enim me vniue amor meus antequam diligerem te, & ad imaginem tuam creasti me, omnibus creaturis tuis præposuisti me, quam dignitate tunc quidem seruo cum nouerim te, propter quem fecisti me. Insuper facies angelos tuos spiritus propter me, quibus mandasti ut custodiant me in omnibus viis meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum. Hi enim sunt custodes super muros ciuitatis tuæ noue Hierusalem, & montes in circuitu eius vigilantes & custodientes vigilias noctis super gregem tuum, ne quando rapiat ut leo animas nostras dum non esset qui eriperet, ille antiquus serpens aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens semper circumit quærens quem deuoret. Hi sunt ciues beate ciuitatis superne Hierusalem, quæ sursum est mater nostra, in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis, ut eos liberent ab inimicis suis, & custodiant in omnibus viis suis: confortent quoque & moneant, & orationes filiorum tuorum offerant in conspectu gloriæ maiestatis tuæ. Diligunt nempe conciuies suos, per quos suæ ruinæ scissuras instaurari expectant. Ideoque magna cura & vigilanti studio assunt nobis omnibus horis & locis, succurrentes & prouidentes necessitatibus nostris, & solliciti discurrentes inter nos & te domine, gemitus nostros atque suspiria referentes ad te, ut impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propiciationem, & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem. Ambulant enim nobiscum in omnibus viis nostris, intrant & exeunt nobiscum, attente considerantes quam pie, quamque honeste in medio præuæ nationis conuersemur, quantumque studio & desiderio quæramus regnum tuum, & iustitiam eius, quantumque timore & tremore seruiamus, & exultemus tibi in lætitia cordis nostri. Adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronant vincentes, congaudent gaudentibus, de te, inquam, gaudentibus: compatiuntur patientibus, pro te, inquam, patientibus. Grandis est eis cura de nobis. Magnus est affectus dilectionis eorum erga nos, & hoc totum propter honorem tuæ inestimabilis charitatis, quæ dilexisti nos. Diligunt enim quos tu diligis, custodiunt quos tu custodis: & deserunt quos tu deseris, nec diligunt operantes iniquitatem, quoniam & tu odisti omnes operantes iniquitatem, & perdes omnes qui loquuntur mendacium. Quoties benediximus, gaudent angeli, & tristantur demones. Quoties vero a bono deuiamus, diabolum lætificamus, & angelos tuos suo gaudio defraudamus: gaudium est enim eis super vno peccatore penitentiam agente: sed diabolo super vno iusto penitentiam deferente. Da igitur da pater eis semper gaudere de nobis, ut & tu semper per eos lauderis in nobis, & nos cum eis in vnum ouile tuum adducamur, ut confiteamur simul nomini sancto tuo, creator hominum, & angelorum. Hæc ipse commemorans coram te, confiteor laudans te, quoniam beneficia tua magna sunt hæc, quibus nos honorificasti, dans nobis angelos tuos spiritus in ministerium nostrum. Dederas enim quicquid cæli ambitu continetur, & quasi parua reputas hæc quæ sub cælo sunt, nisi adderes etiam

Tomus nonus.

ea quæ sunt super cælos. Laudent te domine de hoc omnnes angeli tui, confiteantur tibi de hoc omnia opera tua, & ipsi sancti tui tibi benedicant. O honorificentia nostra, nos nimis honorificans & ditans multis muneribus decorasti. Admirabile est enim nomen tuum domine in vniuersa terra. Quid est enim homo, quia magnificas eum, aut apponis erga eum coronam? Dixisti enim veritas antiqua, Delicia meæ esse cum filiis hominum. Nonne homo putredo, & filius hominis vermis? Nonne vniuersa vanitas omnis homo viuens? Et dignum ducis super huiusmodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium? Doce me abyssus profundissima creatrix sapientia, quæ libraisti in pondere motes, & colles in statera, & molem terræ tribus digitis appendisti: Suspende molem corporalitatis huius, quam gero tribus inuisis digitis tuis ad te, ut videam & cognoscam quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Lux antiquissima, quæ lucebas ante omnem lucem in montibus sanctis æternitatis antiquæ, cui nuda & aperta erant omnia antequam fierent. Lux quæ odio habes omnem maculam, utpote mundissima & immaculatissima, quæ tibi delicia cum homine, quæ conuentio lucis ad tenebras. Vbi enim sunt in homine delicia tuæ? Vbi præparasti tibi in me dignum sanctuarium maiestatis tuæ, ad quod introiens haberes delicias delectationis tuæ? Mundum enim conaculum decet te mundans virtus, quæ non nisi a mundis cordibus videri potes, multo magis nec haberi. In homine autem, ubi est templum tam mundum ut te suscipiat, qui regis mundum? Quis potest facere mundum de immundo conceptum sermine? Nonne tu qui solus es mundus? Ab immundo enim quis mundabitur? Nam & secundum legem, quam dedisti patribus nostris in igne comburenti montem, & in nube tegente aquam tenebrosam: quicquid tetigerit immundus, immundum erit. Omnes autem nos quasi pannus menstruatæ de massa corrupta & immunda venientes, maculam immunditiæ nostræ, quam calare saltem tibi qui omnia vides, non possumus, in frontibus enim portamus, quare mundi esse non possumus, nisi tu mundaueris, qui solus es mundus. Mundas autem de nobis filius hominum eos in quibus tibi complacuit habitare, quos ab inaccessibleibus profundis secretis iudiciorum incomprehensibilium sapientie tuæ, semper iustorum licet occultorum, sine eorum meritis prædestinati ante mundum, vocasti de mundo, iustificasti in mundo, & magnificas eos post mundum. Non omnibus autem hoc facis, quod admirantur tabescentes omnes sapientes terræ. Et ego domine hoc considerans expauesco, & obstupesco de altitudine diuitiarum sapientie & scientie tuæ, ad quam ego non pertingo, & incomprehensibilia iudicia iustitie tuæ, quoniam ex eodem luto alia quidem facis vasa in honorem, alia vero in contumeliam sempiternam. Quos igitur tibi elegisti de multis in templum sanctum tuum, ipsos mundas, effundens super eos aquam mundam, quorum nomina numerumque tu nosti, qui solus numeras multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocas, qui etiam scripti sunt in libro vite, qui nequaquam perire possunt, quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata. Cum enim cadunt non colliduntur, quia tu supponis manum tuam, custodiens omnia ossa eorum ut vnum ex eis non coteratur. Attamè mors peccatorum pessima, illorum, inquam, quos antequam faceres cælum & terram, secundum abyssum multam iudiciorum tuorum occultorum, semper autem iustorum, præsciisti ad mortem æternam, quorum di-

D

Psal. 8.

Iob. 7.

Proverb. 8.

Iob. 25.

Iob. 14.

De profundis prædicatione & præsentia dei. Caput XXVIII.

Hebr. 4.

E

1. Cor. 6.

Math. 5.

Iob. 14.

Ecclesiastici 34.

Esai. 64.

F

Roma. 11.

Roma. 9.

Ezech. 15.

Psal. 146.

Psal. 33.

y numeratio

**G** numeratio nominum & meritum praeiorum apud te est, qui numerum arenae maris dinumerasti, & dimensus es profundum abyssi, quos reliquisti in immundiciis suis, quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa etiam oratio vertitur in peccatum, vt si etiam vsque ad caelos ascenderint, & caput eorum nubes tetigerit, & inter sydera caeli collocauerint nidum suum, quasi sterquilinum in fine perdentur. Magna enim sunt haec iudicia tua domine deus, iudex iuste & fortis, qui iudicas aequitatem, & inscrutabilia facis & profunda, quae cum confidero, contremiscunt omnia ossa mea, quoniam niam non securatur homo viuens super terram, vt feruiamus tibi pie & caste cunctis diebus vitae nostrae in timore, & exultemus tibi cum tremore, vt non sit feruitium sine timore, neque gaudium sine tremore, & non gloriatur accinctus aequae vt discinctus, neque gloriatur ante te omnis caro, sed paucescat & contremiscat a facie tua, cum ignoret homo vtrum amore an odio dignus sit, sed in futurum omnia referuntur incerta. Vidimus enim multos domine & audiimus a patribus nostris, quod vtrique sine magno tremore non recolo, sine multo timore non confiteor, ascendisse primitus quodammodo vsque ad caelos, & inter sydera nidum suum collocasse, postmodum autem cecidisse vsque ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse. Vidimus stellas de caelo cecidisse ab impetu ferientis caudae draconis, & eos qui iacebant in puluere terrae, a facie subleuantis manus tuae domine mirabiliter ascendisse. Vidimus viuos morientes, & mortuos a morte surgentes, & eos qui inter filios dei ambulant in medio lapidum ignitorum quasi lutum ad nihilum defluxisse. Vidimus lucem obtenebrasse, & de tenebris lucem processisse: quia publicani & meretrices praecedunt incolas in regno caelorum, filij autem regni eiiciuntur in tenebras exteriores. Quare autem ista omnia, nisi quia in montem illum ascenderunt, in quem primus ascendit angelus, & descendit diabolus? Quos autem praedestinasti ipsos & vocasti, & sanctificasti & mundasti, vt dignum habitaculum sint tuae maiestatis, cum quibus & in quibus sunt tibi deliciae sanctae & munda, in quibus tu delectaris, & iustificas iuuentutem eorum, habitans cum eis in memoria eorum, vt ipsi templum sanctum tuum sint, quod magna dignitatis & commendatio est humanitatis nostrae. Anima enim quam creasti non de te, sed per verbum tuum, non ex qualibet elementorum materia, sed ex nihilo, quae quidem rationalis, intellectualis, spiritalis, semper viuens, semper in motu, quam signasti lumine vultus tui, & consecrasti virtute lauacri tui, ita facta est capax maiestatis tuae, vt a te solo, & a nullo alio possit impleri. Quando autem te habet, plenum est desiderium eius, & iam nihil aliud quod desideretur exterius restat. Dum autem aliquid exterius desiderat, manifestum est quod te non habet interius, quo habito nihil est quod vltra desideret. Cum enim sis summum & omne bonum, non habet quod desideret amplius, sed possidet te omne bonum. Quod si non desiderat omne bonum, restat vt desideret aliquid quod non est omne bonum: ergo nec summum bonum, ergo nec deum, sed potius creaturam. Cum autem creaturam desiderat, continuam famem habet: quia licet quod desiderat de creaturis adipiscatur, vacua tamen remanet, quia nihil est quod eam impleat nisi tu, ad cuius imaginem est creata. Implet autem tu eos qui nihil aliud desiderant praeter te, & facis eos dignos te, sanctos, beatos, immaculatos & amicos dei, qui omnia reputant vt

stercora vt lucrifaciant te solum. Hac est enim beatitudo quam homini contulisti, hic est honor quo eum inter omnes creaturas, & super omnes honorificasti, vt sit admirabile nomen tuum in vniuersa terra. Ecce dominus deus meus summe, optime, omnipotentissime, inueni locum vbi tu habitas, quia in anima quam creasti ad imaginem & similitudinem tuam quae te solum quaerit & desiderat, quia non in illa quae te non quaerit nec desiderat. Ego erravi sicut ouis quae perierat, quaerens te exterius qui es interius, & multum laboravi quaerens te extra me, & tu habitas in me, si tamen ego desiderem te. Circumui vicos & plateas ciuitatis huius mundi quaerens te & non inueni, quia male quarebam foris quod erat intus. Misi nuncios meos omnes sensus exteriores, vt quaerem te, & non inueni, quia male quarebam. Video enim lux mea deus qui illuminasti me: quia male te per illos quarebam, quia tu es intus, & tamen ipsi vbi intraueris, nesciuerunt. Nam oculi dicunt, si coloratus non fuit, per nos non intrauit. Aures dicunt, si sonitum non fecit, per nos non transiit. Nasus dicit, si non oluit, per me non venit. Gustus dicit si non sapuit, per me non introiit. Tactus etiam addit, si corpulentus non est, nihil me de hac re interrogas. Non ista igitur sunt in te deus meus: non enim speciem corporis, non decus temporis, non candorem lucis, non colorem, non dulcium melodiaram cantus & quaecumque dulces sonantia, non florum & vnguentorum vel aromatum odores, non mella vel manna gustui delectabilia, non cetera ad tangendum vel amplexandum amabilia, nec omnia alia sensibus his subiecta quaero, cum deum meum quaero. Absit vt ista crediderim deum meum, quae etiam a brutorum sensibus comprehenduntur. Et tamen cum deum meum quaero, quaero nihilominus quandam lucem super omnem lucem, quam non capit oculus: quaedam vocem super omnem vocem quam non capit auris: quendam odorem super omnem odorem, quem non capit naris: quendam dulcorem super omnem dulcorem, quem non capit gustus: quendam amplexum super omnem amplexum, quem non capit tactus. Ista enim lux fulget, vbi locus non capit: ista vox sonat, vbi spiritus non rapit: odor iste redolet, vbi flatus non spargit: sapor iste sapit, vbi non est edacitas: amplexus iste tangitur, vbi non diuellitur. Hic est deus meus, & non estimabitur alius ad illum. Hoc quaero cum deum meum quaero, istud amo cum deum meum amo. Sero te amari pulchritudo tam antiqua, & tam noua sero te amari, & tu intus eras, & ego foris, & ibi te quarebam, & in ista formosa quae fecisti deformis iruebam. Mecum eras, & ego tecum non eram. Ea me tenebant longe a te quae esse non poterant nisi in te. Circumibam enim omnia quaerens te, & propter omnia derelinquens me. Interrogavi terram si esset deus meus, & dixit mihi quod non, & omnia quae ea sunt, hoc idem confessa sunt. Interrogavi mare & abyssos, & reptilia quae in eis sunt, & responderunt, Non sumus deus tuus, quare super nos eum. Interrogavi stabilem aërem, & inquit vniuersus aër cum omnibus incolis suis, Fallitur Anaximenes, non sum ego deus tuus. Interrogavi caelum, solem, lunam, & stellas, Neque nos sumus deus tuus, inquit. Et dixi omnibus his qui circumstant fores carnis meae, dicite mihi de deo meo, quod vos noscitis, & dicite mihi aliquid de illo. Et clamauerunt omnes voce grandi, Ipse fecit nos. Interrogavi proinde mundi molem, Dic mihi si es deus meus, an non? Et respondit voce forti, Non sum, inquit, ego, sed per ipsum sum ego, quem quaeris in me, ipse fecit me,

**K**  
Psal. 2.  
Psal. 118.  
Quod neq; per seius exteriore neque interioris inueniri potest deus. Ca. XXXI.

**L**  
**M**

\* alius, non estis.

**A** me, super me quare eum, qui regit me, qui fecit te. Interrogatio creaturarum profunda est consideratio ipsarum: responsio earum attestatio ipsarum de deo, quoniam omnia clamant, deus nos fecit: quoniam vt ait Apostolus, Inuisibilia dei per ea quae facta sunt a creatura mundi intellecta conspiciuntur. Et redij a me & intraui in me, & aio ad me, Tu quis es? Et respondi mihi, Homo rationalis & mortalis. Et incœpi discutere quid hoc esset, & dixi, Vnde hoc tale animal domine deus meus: Vnde nisi abs te, tu fecisti me, & non ego ipse me. Quis tu? Tu per quem viuo ego, tu per quem viuunt omnia. Quis tu? Tu domine deus meus verus & solus omnipotens, & aeternus, & incomprehensibilis, & immensus, qui semper viuus & nihil moritur in te, immortalis enim es, habitans aeternitatem, mirabilis oculis angelorum, inenarrabilis, inscrutabilis & innominabilis, deus viuus & verus, terribilis & fortis, nesciens principium neque finem, principium omnium atque finis, qui es ante primordia seculorum, & ante omnes seculorum origines. Tu es deus meus, & dominus omnium honorum quae creasti, & apud te omnium stabilitum stant causa, & omnium mutabilium apud te immutabiles stant & manent origines, & omnium rationalium & irrationalium atque temporalium sempiternae viuunt rationes. Dic mihi supplici seruo tuo deus meus, dic mihi misericors misero tuo, dic quaso per miserationes tuas, vnde hoc tale animal nisi a te deus? An quicquam sese faciendi erit artifex? An aliunde quam a te trahitur esse & viuere? Nonne tu es summum esse, a quo est omne esse? Quicquid enim est, a te est, quia sine te nihil est. Nonne tu es fons vitae, a quo fluit omnis vita? Quicquid enim viuunt, per te viuunt, quia sine te nihil viuunt: Tu ergo domine omnia fecisti, quaero quis fecit me: tu domine fecisti me, sine quo factum est nihil. Tu factor meus, ego opus tuum. Gratias tibi ago domine deus meus, per quem viuo ego, & per quem omnia viuunt, quoniam fecisti me. Gratias tibi plasmator meus, quia manus tuae fecerunt me & plasmauerunt me. Gratias tibi lux mea, quoniam illuminasti me, & inueni te & me: vbi inueni te, ibi cognoui me: vbi inueni te, ibi cognoui te: vbi autem cognoui te, ibi illuminasti me. Gratias tibi lux mea quoniam illuminasti me. Quid est quod dixi, cognoui te? Nonne tu es deus incomprehensibilis & immensus, rex regum & dominus dominantium, qui solus habes immortalitatem & lucem habitas inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest? Nonne tu es deus absconditus & inscrutabilis maiestatis, solus tuuspius maximus cognitor & mirabilis cōtemplator? Quis enim cognouit quod nunquam vidit? Dixisti enim in veritate tua, Non videbit me homo & viuere. Dixit & praeco tuus per veritatem tuam, Deum nemo vidit vnuquam. Quis ergo cognouit quod nunquam vidit? Dixit etiam veritas tua, Nemo nouit filium nisi pater, neq; patrem quis nouit nisi filius. Sola trinitas tua soli sibi integre nota est, quae exuperat omnem sensum. Quid est ergo quod dixi, homo vanitati similis quia cognoui te? Quis enim cognouit te nisi tu te? Tu quippe solus deus omnipotens, superlaudabilis, & supergloriosus, & superexaltatus, & altissimus, & superessentialis in sanctissimis & diuinissimis eloquiis nominaris, quoniam super omnem essentiam intelligibilem suae intellectualem atque sensibilem, & super omne nomen quod nominatur, non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro, superessentialiter, & superintelligibiliter esse dignoscis: quoniam superessentiali & occulto

Rom. 1.  
Iob. 10.  
Psal. 118.  
1. Timo. 6.  
Esaie. 45.  
\* alius, inuisibilis. Exod. 33.  
Ioa. 1.  
Math. 11.  
Danie. 3.

ta diuinitate, super omnem rationem, intellectum & essentiam inaccessibiliter, & inscrutabiliter habitas in teipso, vbi lux inaccessibilis, & lumen inscrutabile, & incomprehensibile, & inenarrabile, ad quod non attingit aliquid lumen, quoniam incontemplabile & inuisibile & super rationale & superintelligibile, & superinaccessibile & superincommutabile: & superincommunicabile creditur, quod nullis vnuquam angelorum vel hominum vidit, sed nec videre potest. Hoc est caelum tuum domine, caelum zelans super arcana, superintelligibile, super rationale, & super essentialiter lumen, de quo dicitur, Caelum caeli domino. Caelum caeli cui terra est omne caelum, quia supermirabiliter exaltatum est super omne caelum, ad quod etiam terra est ipsum caelum empyreum, hoc enim est caelum caeli domino: quia nulli notum nisi domino: Ad quod nemo ascendit nisi qui de caelo descendit, quia nemo nouit patrem, nisi filius & eorum spiritus, & nemo nouit filium nisi pater & eorum spiritus. Soli quidem tibi trinitas integre nota es, trinitas sancta, trinitas supermirabilis, & superinarrabilis, & superinscrutabilis, & superinaccessibilis, superincomprehensibilis, superintelligibilis, superessentialiter exuperans omnem sensum, omnem rationem, omnem intellectum, omnem intelligentiam, omnem essentiam supercaelestium animorum, quam neque dicere, neque cogitare, neque intelligere, neque cognoscere possibile est, etiam oculis angelorum. Vnde ergo cognoui te domine deus altissime super omnem terram, super omne caelum, quem neq; Cherubin perfecte cognoscunt, neque Seraphin, sed alis contemplationum suarum velatur facies sedentes super solium excelsum & eleuatum, clamantes & dicentes, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus exercituum, plena est omnis terra gloria tua: expauit Propheta & dixit, Vae mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum: & expauit cor meum, & dixi, Vae mihi quia non tacui, quia vir pollutus, labijs ego sum, sed dixi, cognoui te. Veruntamen domine vae tacentibus de te, quoniam loquaces muti fiunt sine te. Et ego domine deus meus non tacebo, quoniam fecisti me, & illuminasti me, & inueni me, & cognoui te, quoniam illuminasti me. Sed qualiter cognoui te? Cognoui te in te. Cognoui te non sicut tibi es, sed cognoui te sicut mihi es, & non sine te, sed in te, quia tu es lux quae illuminasti me. Sicut enim tibi es, soli tibi cognitus es: sicut mihi es, secundum gratiam tuam & mihi cognitus es. Sed quid mihi es? Dic mihi misericors famulo tuo misero, dic mihi per miserationes tuas, quid mihi es? Dic animae meae, Salus tua ego sum. Noli abscondere a me faciem tuam, ne moriar: sine me loqui apud misericordiam tuam, me terram & cinerem, sine me loqui apud misericordiam tuam, quoniam misericordia tua magna est super me. Loquar enim ad deum meum cum sim puluis & cinis. Dic mihi supplici tuo, dic mihi misericors misero tuo, dic per miserationes tuas, quid mihi es? Et inonasti desuper voce grandi in interiore aures cordis mei, & rupisti surditatem meam, & audiui vocem tuam, & illuminasti cecitatem meam, & vidi lucem tuam, & cognoui quoniam deus meus es tu. Propterea dixi, quod cognoui te. Cognoui enim te, quoniam deus meus es tu. Cognoui te solum verum deum & quem misisti Iesum Christum. Erat enim tempus quando non cognoscebam te, vae caritati illi quando non cognoscebam te. Vae caritati illi quando non videbam te. Vae surditati illi quando non audiebam te. Caecus & surdus, per formosam quae fecisti deformis iruebam, & mecum eras,

Psal. 118.  
Psal. 118.  
Esaie. 6.  
Psal. 34.  
Gene. 17.

Abdia. 1.  
De illis qui prius sunt iusti, & postea impij efficiuntur, & e-conuerio. Ca. XXIX.  
3. Reg. 30.  
Math. 11.  
I  
Quod anima fidelis fit sanctuarium dei. Cap. XXX.  
Philip. 3.



**G** & tecum non eram, & ea me tenebant longe à te, quæ non essent nisi essent in te. Illuminasti me lux mundi, & vidi te, & amavi te. Nemo quippe te amat, nisi qui te videt: & nemo te videt, nisi qui te amat. Sero te amavi pulchritudo tantæ antiquitatis & tantæ nouæ, sero te amavi, vā tempore illi quando non amari te. **Gratias tibi ago lux mea quæ illuminasti me & cognoui te. Qualiter cognoui te? Cognoui te solum deum viuum & verum creatorem meum. Cognoui te creatorem cæli & terræ visibilibus omnium & inuisibilibus, deum verum omnipotentem, immortalem & inuisibilem, incircumscriptum, interminabilem, æternum, inaccessibilem, incomprehensibilem, imperscrutabilem, incommutabilem, immensum, infinitum, principium omnium visibilibus & inuisibilibus creaturarum, per quem omnia facta sunt, per quem cuncta subsistunt elementa. Cuius maiestas sicut principium nunquam habuit, sic nec desinet in æternum. Cognoui te vnum solum verum deum æternum patrem & filium & spiritum sanctum, tres quidem personas, sed vnam essentiam, omnino simplicem indiuisamque naturam. Et patrem à nullo, filium à patre solo, & spiritum sanctum pariter ab utroque, absque initio, **H** semper & sine fine deum trinum & vnum solum & verum deum omnipotentem, vnum vniuersorum principium, creatorem omnium visibilibus & inuisibilibus, spiritalium & temporalium, qui tua omnipotentis virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidisti creaturam spiritalem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex corpore & spiritu constitutam. Cognoui te, & confiteor te deum patrem ingentum, te filium à patre genitum, te spiritum sanctum pariter neque genitum, neque ingentum, sanctam & indiuisam trinitatem in tribus coequalibus personis consubstantialibus & coæternis, trinitatem in vnitatem, & vnitatem in trinitate, corde credens ad iustitiam, & ore confitens ad salutem: cognoui te verum deum & dominum nostrum Iesum Christum filium dei vngentum, creatorem, saluatorem & redeptorem meum & totius humani generis, quem confiteor ex patre genitum ante secula, deum de deo, lumen de lumine, deum verum de deo vero, non factum, sed genitum, consubstantialem & coæternum patri & spiritui sancto, per quem omnia facta sunt à principio, firmiter credens, & veraciter confitens te deum vngentum Iesum Christum, propter salutem hominum à tota trinitate cõmuniter incarnatum, & ex Maria perpetua virgine spiritus sancti cooperatione conceptum, verum hominem factum ex anima rationali, & humana carne subsistentem. Qui cum secundum diuinitatē vngentus dei impassibilis sis pariter & immortalis, propter nimiam dilectionem tuam qua dilexisti nos, idem ipse dei filius secundum humanitatem factus es passibilis & mortalis. Qui propter salutem humani generis vnice filii dei in ligno crucis pati dignatus es passionem & mortem, vt nos à morte perpetua liberares, atque ad inferos vbi sedebat in tenebris patres nostri, author luminis descendisti, & die tertia gloriosus victor ab inferis ad superos resurrexisti, resumens sacrum corpus, quod pro peccatis nostris mortuum iacuerat in sepulchro & viuificans secundum scripturas die tertia, vt ipsum in patris dextera collocares. Assumpta namque tecum ex inferis captiuitate, quæ captiuauerat antiquus hostis, humani generis inimicus, verus dei filius cum nostræ carnis substantia, id est, cum anima & carne humana ex virgine gloriosa assumpta, super omnes cælos ascendisti, transcendens om-**

nes ordines angelorum, vbi sedes ad dexteram dei patris, **K** vbi est fons vitæ, & lumen inaccessibile, & pax dei quæ exuperat omnem sensum. Ibi te deum verum & hominem Iesum Christum adoramus & credimus, confitentes te patrem habere deum, indeque venturum iudicem in fine seculi expectamus, vt iudices viuos & mortuos, & reddas omnibus, bonis & malis secundum opera sua, quæ operati sunt in hac vita, vel præmium, vel supplicium, prout vnusquisque dignus fuerit requie vel erumna. Resurgent enim in illa die à voce virtutis tuæ omnes homines, quotquot humanam animam acceperunt in carne sua quam hic habuerunt, vt totus homo pro meritis, vel gloriam suscipiat vel gehennam. Tu es ipsa vita & resurrectio nostra, quem saluatorem expectamus dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Cognoui te deum & vnum spiritum sanctum patris & filij, ab utroque pariter procedentem, consubstantialem & coæternum patri & filio, paracletum & aduocatum nostrum, qui super eundem deum & dominum nostrum Iesum Christum in columbæ specie descendisti, & super Apostolos in linguis igneis apparuisti. Qui & omnes sanctos & electos dei à principio tuæ gratiæ munere docuisti, & ora prophetarum, vt enarraret mirabilia regni dei aperuisti, qui ab omnibus sanctis dei cum patre & filio simul adoraris & glorificaris. Inter quos & ego filius ancillæ tuæ toto corde meo glorifico nomen tuum, quoniam illuminasti me. Tu enim es vera lux, lumen veridicum, ignis dei, & magister spirituum, qui vnctione tua doces nos omnem veritatem spiritus veritatis, sine qua impossibile est placere deo, quoniam tu ipse deus es ex deo, & lux de luce procedens à patre luminum ineffabiliter, à suo filio domino nostro Iesu Christo, quibus consubstantialis & coequalis & coæternus existens, in vniuersa trinitatis essentia superessentialiter congloriaris & cõregnas. Cognoui te vnum deum viuum & verum patrem, & filium, & spiritum sanctum, trinum quidem in personis, sed vnum in essentia, quem confiteor, adoro & glorifico toto corde meo verum deum, solum sanctum, immortalem, inuisibilem, incommutabilem, inaccessibilem, imperscrutabilem, vnum lumen, vnum solem, vnum patrem, vnam vitam, vnum bonum, vnum principium, vnum finem, vnum creatorem cæli & terræ, per quem omnia viuunt, per quem omnia subsistunt, per quem omnia gubernantur, reguntur & viuificantur quæ in cælis **M** sunt, & quæ in terris, & quæ sub terra, præter quem non est deus in cælo & in terra. Sic cognoui te domine deus, cognitor meus, sic cognoui te. Cognoui te per fidem tuam quam inspirasti mihi, lux mea, lumen oculorum meorum domine deus meus spes omnium finium terre, gaudium lætificans iuuentutem meam, & bonum sustentans senectutem meam. In te enim domine iubilant omnia ossa mea dicentia, Domine quis similis tibi? Quis similis tibi in diis domine, non quem fecit manus hominum, sed qui fecisti manus hominum. Simulacra gentium argentum & aurum opera manuum hominum. Non sic operatur hominum. Omnes dii gentium demonia, dominus autem cælos fecit, dominus ipse est deus. **Dij qui non fecerunt cælum & terram, pereant de cælo & de terra: deum qui creauit cælum & terram, cæli & terra benedicant.** Quis similis tibi etiam in diis domine, quis similis tibi, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis & faciens mirabilia? Sero te cognoui lumen verum, sero te cognoui. Erat autem nubes magna & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ, ita vt videre non possem

**K** Philip. 1.  
**L** Math. 5.  
**M** Psal. 85.  
**N** Psal. 113.  
**O** Psal. 95.  
**P** Hiero. 10.  
**Q** Psal. 87.  
**R** De confessione vilitatis. Ca. XXXIII.

**A** possem solem iustitiæ & lumen veritatis: inuoluebar in tenebris filius tenebrarum, tenebras meas amabam, quia lumen non cognoscebam. Cæcus eram, & cæcitate amabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me eduxit, vbi eram homo cæcus sedens in tenebris & umbra mortis? Quis accepit manum meam vt inde me educeret? Quis est ille illuminator meus? Non enim quærebam eum, & ipse quasiuit me non vocabam eum, & ipse vocauit me. Quis est ille? Tu es domine deus meus misericors & miserator, pater misericordiarum, & deus totius consolationis! Tu sancte domine deus meus, quem confiteor toto corde meo gratias agens nomini tuo. Non te quærebam, tu me quasiuisti: non te inuocabam, tu me vocasti. Vocasti enim me nomine tuo, in tonasti desuper voce grandi in interiori aëre cordis mei. Fiat lux, & facta est lux, & discessit nubes magna, & liquefacta est nubes tenebrosa, quæ operuerat oculos meos, & vidi lucem tuam, & cognoui vocem tuam: & dixi, Vere domine tu es deus meus qui eduxisti me de tenebris & umbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuum, & ecce video. Gratias tibi illuminator meus. Et conuersus sum & vidi tenebras in quibus fueram, & abyssum tenebrosam in qua facueram, & contremui, & expati, & dixi, Væ tenebris meis in quibus iacui. Væ vā cæcitati illi, in qua videre non poteram lumen cæli. Væ vā præteritæ ignorantie meæ, quando non cognoscebam te domine. Gratias tibi ago illuminator & liberator meus, quoniam illuminasti me & cognoui te. Sero cognoui te veritas antiqua, sero te cognoui veritas æterna. Tu eras in lumine, & ego in tenebris, & non cognoscebam te, quia illuminari non poteram sine te, & non est lux extra te. Sancte sanctorum deus inestimabilis maiestatis, deus deorum & dominus dominorum mirabilis, innarrabilis, inexcogitabilis, quem contremiscunt in cælo angelicæ potestates, quem adorant omnes dominationes & throni, & omnes virtutes pauent à conspectu tuo, cuius potentie & sapientie non est numerus, qui fundasti mundum super nihilum, & mare colligasti in aëre quasi in vitro, omnipotentissime, sanctissime, fortissime deus spirituum vniuersæ carnis, à cuius conspectu fugit cælus & terra, ad cuius nutum omnia le subiciunt elementa, te adorent & glorificent omnes creaturæ tuæ. Et ego filius ancillæ tuæ per fidem tuam flecto ceruicem cordis mei sub pedibus maiestatis tuæ, gratias agens quoniam dignatus es per tuam misericordiam illuminare me. Lumen verum, lumen sanctum, lumen delectabile, lumen admirabile, lumen superlaudabile, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & etiam oculos angelorum. Ecce video, gratias ago. Ecce video lumen cæli, interlucet oculis mentis meæ radius desuper à facie luminis tui, & lætificat omnia ossa mea. O si perficeretur in me. Auge quæso luminis author, auge quæso quod interlucet in me. Dilatetur obsecro, dilatetur ex te. Quid est hoc quod sentio? quis est ignis qui calefacit cor meum? quæ est lux quæ irradiat cor meum? O ignis qui semper ardes, & nunquam extingueris, accende me. O lux quæ semper lucet & nunquam obfuscaris, illumina me. O vtinam arderem ex te. Ignis sancte quam dulciter ardes, quam secreta lucet, quam desideranter aduris. Væ his qui non ardet ex te, vā illis qui non illuminantur ex te. O lumen veridicum, illuminans omnem mundum, cuius lux implet mundum. Væ cæcis oculis qui te non vident, sol illuminans cælum & terram. Væ caligantibus oculis, qui te

videre non possunt: vā auertentibus oculis, vt videant **D** veritatem: vā non auertentibus, vt non videant vanitatem. Nequeunt enim oculi assueti tenebris summam veritatis radios intueri, nec sciunt de lumine aliquid aestimare, quorum est in tenebris habitatio. Tenebras vident, tenebras diligunt, tenebras approbant, de tenebris euntes in tenebras nesciunt vbi corruant. Miseri qui nesciunt quid amittant, & miseres vtique qui sciunt quid amittunt, qui cadunt apertis oculis, & descendunt in infernum viuentes. O lux beatissima, quæ non nisi à purgatissimis oculis videri potes. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Munda me mundans virtus, sana oculos meos, vt sanis oculis te contempler, quem non nisi sani oculi intuentur. Aufer quæso squamas caliginis antiquæ radio tuæ illuminationis splendor inaccessibilis, vt te videre valeam irreuerberatis obtutibus, & in lumine tuo videam lumem. Gratias tibi ago lux mea, ecce video. Dilatetur obsecro visus meus domine ex te. Reuela oculos meos vt considerem mirabilia de lege tua, qui es mirabilis in sanctis tuis. Gratias tibi ago lumen meum, ecce video, sed per speculum in ænigmatibus: sed quando facie ad faciem? Quando veniet dies lætitiæ & exultationis, in qua ingrediar in locum tabernaculi admirabilis vsque ad domum dei, vt videam videntem me facie ad faciem, & satiatur desiderium meum? Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad te deum fontem viuum, quando veniam & apparebo ante faciem tuam? O fons vitæ vena aquarum viuentium quando veniam ad aquas dulcedinis tuæ? De terra deserta inuisa & inaquosa, vt videam virtutem tuam & gloriam tuam, & satiem ex aquis misericordie tuæ sitim meam? Sitio domine, fons vitæ, satia me, sitio domine: sitio te deum viuum. O quando veniam & apparebo domine ante faciem tuam? Putasne videbo diem illum, diem, inquam, iocunditatis & lætitiæ, diem quam fecit dominus, vt exultemus & lætemur in ea? O dies præclara & pulchra, nesciens vesperum, non habens occasum, in qua audiam vocem laudis, vocem exultationis & confessionis: in qua audiam, Intra in gaudium domini tui, intra in gaudium sempiternum, in domum domini dei tui, vbi sunt magna & inscrutabilia & mirabilia, quorum non est numerus. Intra in gaudium sine tristitia, quod continet æternam lætitiā, vbi erit omne bonum, & non erit aliquod malum: vbi erit vita vitalis, dulcis & amabilis, semperque memorialis: vbi non erit hostis impugnans, nec vlla illecebra, sed summa & certa securitas, secura tranquillitas, & tranquilla iocunditas, iocunda felicitas, felix æternitas, æterna beatitudo, & beata trinitas, & trinitas vnitatis, & vnitatis deitas, & deitatis beata visio, quæ est gaudium domini dei tui. O gaudium super gaudium, gaudium vincens omne gaudium, extra quod non est gaudium, quando intrabo in te, vt videam deum meum qui habitat in te? Ibi & videbo visionem hanc gradem. Quid est quod me detinet? Heu me, quia incolatus meus prolongatus est: heu me quamdiu dicetur mihi, Vbi est deus tuus? quamdiu dicetur mihi, expecta, reexpecta: Et nunc quæ est expectatio mea? Nonne domine deus meus? Saluatorem expectamus dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Expectamus dominum quando reuertatur à nuptiis, vt inducat nos ad suas nuptias. Veni domine & noli tardare. Veni domine Iesu Christi, veni visitare nos in pa-

**D** Math. 5.  
**E** 1. Cor. 13.  
**F** Psal. 41.  
**G** De desiderio anime in deum. Cap. XXXV.  
**H** Psal. 62.  
**I** Psal. 119.  
**K** Philip. 1.

**G**ce, veni & educ vincetos de carcere, vt latemur coram te corde perfecto. Veni saluator noster, veni desideratus cunctis gentibus, ostende faciem tuam & salui erimus. Veni lux mea, redemptor meus, educ de carcere animam meam ad consentiendum nomini sancto tuo. Quando miser iactabor in fluctibus mortalitatis meae, clamans ad te domine, & non exaudis? Audi clamantem domine de hoc mari magno, & adhuc me ad portum felicitatis aeternae. qui de periculo maris huius educti ad te deum portum tutissimum peruenire meruerunt. O vere felices qui de pelago ad littus, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium peruenierunt, optata iam quiete beati, qui brauium illud perpetuae gloriae quod hic per multas tribulationes quaesierunt, iam felici iocunditate adepti, latantur in perpetuum. O vere beati, o terque quaterque beati, qui iam omnium malorum exuti, securi de sua inmarcescibili gloria ad regnum decoris peruenire meruerunt. O aeternum regnum, regnum omnium seculorum, vbi lumen indeficiens, & pax dei quae exuperat omnem sensum, in quo sanctorum anime requiescunt, & laetitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus. O quam gloriosum est regnum in quo tecum domine regnant omnes sancti, amicti lumine sicut vestimento, habentes in capite suo coronam de lapide precioso. O regnum beatitudinis sempiternae, vbi tu domine spes sanctorum & diadema gloriae, facie ad faciem videris a sanctis, laetificans eos vniuersim in pace tua quae exuperat omnem sensum. Ibi gaudium infinitum, laetitia sine tristitia, salus sine dolore, vbi sine labore, lux sine tenebris, vita sine morte, omne bonum sine omni malo: vbi iuuentus nunquam senescit, vbi vita terminum nescit, vbi decor nunquam pallescit, vbi amor nunquam tepescit, vbi sanitas nunquam marcescit, vbi gaudium nunquam decrescit, vbi dolor nunquam sentitur, vbi gemitus nunquam auditur, vbi tristes nihil videtur, vbi laetitia semper habetur, vbi malum nullum timetur, quoniam ibi summum bonum possidetur, quod est videre semper faciem domini virtutum. Felices igitur qui de naufragia vita praesenti ad tanta gaudia iam peruenire meruerunt. Infelices heu nos & miseri, qui per huius maris magni fluctus procellasque voragines nauem trahimus, ignorantes an ad portum salutis peruenire valeamus: infelices, inquam, quorum est vita in exilio, via in periculo, finis in dubio, nescientes finem nostrum, quia omnia in futurum referuntur incerta. Adhuc in pelagi fluctibus versamur suspirantes ad te portum maris. O patria nostra, patria secura, a longe te videmus. Ab hoc mari te salutamus, ab hac valle ad te suspiramus, & nitimur cum lachrymis si quo modo ad te perueniamus. Spes humani generis Christus deus de deo, refugium nostrum & virtus, cuius lumen a longe inter caliginosas nebulas super maris procellas, quasi stellae maris radius oculos nostros irradiat, vt dirigamur ad te portum. Guberna domine nauem nostram tua dextera, clauo crucis tuae, ne pereamus in fluctibus, ne nos demergat tempestas aquae, ne absorbeat nos profundum, sed virtute crucis tuae trahe nos ab hoc pelago ad te solamen vnicum nostrum, quem a longe quasi stellam matutinam & solem iustitiae vix lachrymantibus oculis in littore caelestis patriae nos expectantem videmus. En ad te clamamus redempti tui, sed & nunc exules tui, quos precioso sanguine redemisti. Exaudi nos deus salutaris noster, spes omnium finium terre, & in mari longae. In mari turbulento versamur, tu in littore stans aspicias pericula nostra, saluos nos fac pro-

pter nomen tuum. Da nobis domine inter Scyllam & Charybdim ita tenere medium, vt vtroque periculo euitato salua nauis & mercibus securi perueniamus ad portum. Cum ergo peruenierimus ad te sapientiae fontem, ad te lumen indeficiens, ad te lucem inextinguibilem, vt te non iam per speculum in aenigmate, sed facie ad faciem videamus, tunc satiabitur in bonis desiderium nostrum, quia nihil erit exterius quod desideretur nisi tu domine summum bonum, qui eris premium beatorum, & diadema decoris eorum, & laetitia sempiterna super capita eorum, pacifica eos intus & extra in pace tua, quae exuperat omnem sensum. Ibi videbimus, amabimus, & laudabimus. Videbimus in lumine tuo lumen tuum, quoniam apud te est fons vitae, & in lumine tuo videbimus lumen. Quale autem lumen? Lumen immensum, lumen incorporeum, incorruptibile, incomprehensibile, lumen indeficiens, lumen inextinguibile, lumen inaccessibile, lumen increatum, lumen veridicum, lumen diuinum quod illuminat oculos angelorum, quod laetificat iuuentutem sanctorum, quod est lumen luminum & fons vitae, quod es tu domine deus meus. Tu es quippe lumen, in cuius lumine videbimus lumen, te scilicet in te, in splendore vultus tui, quando te videbimus facie ad faciem. Quid est videre facie ad facie, nisi quod ait Apostolus, cognoscere sicut & cognitus sum, cognoscere veritatem tuam & gloriam tuam, hoc est cognoscere faciem tuam? Cognoscere patris potentiam, filij sapientiam, spiritus sancti clementiam, ipsius summae trinitatis vnam & indiuiduam essentiam. Videre enim faciem dei viui, hoc est summum bonum, gaudium angelorum atque omnium sanctorum, premium vitae aeternae, gloria spirituum, laetitia sempiterna, corona decoris, brauium felicitatis, requies opulenta, pulchritudo pacis, intimum & externum gaudium, paradus dei, Hierusalem caelestis, vita beata, plenitudo beatitudinis, gaudium aeternitatis, pax dei, quae exuperat omnem sensum. Hac est plena beatitudo, & tota glorificatio hominis, videre faciem dei sui, videre eum qui fecit caelum & terram, videre eum qui fecit eum, qui saluauit eum, & qui glorificauit eum. Videbit eum cognoscendo, amabit diligendo, laudabit possidendo. Ipse enim erit hereditas populi sui, populi sanctorum, populi quem redemit. Ipse possessio felicitatis eorum, ipse premium & merces expectationis. Ero, inquit, merces tua magna nimis: magnam enim magna decent. Vere domine deus meus magnus es tu nimis super omnes deos, & merces tua magna nimis. Neque enim magnus es tu & parua merces tua: sed vt magnus es tu, ita magna merces tua, quoniam non aliud es tu, & aliud merces tua. Sed tu ipse magnus nimis, tu ipse merces magna nimis, tu ipse coronator es & corona, tu ipse promissor es, & promissio, tu remunerator & munus, tu praemiator & premium felicitatis aeternae. Tu ergo coronator es, & corona deus meus, & diadema spei meae, quae ornata est gloria, lumen laetificans, lux renouans, decor adornans, spes mea magna, desiderium cordis sanctorum, & desideratus eorum. Visio ergo tua tota merces est, totum premium, & totum gaudium quod expectamus. Hac est enim vita aeterna, hac est, inquam, sapientia tua. Hac est vita aeterna, vt cognoscamus te solum verum deum, & quem misisti Iesum Christum. Cum igitur videbimus te solum deum, deum verum, deum viuum omnipotentem, simplicem, inuisibilem, incircumscriptibilem, incomprehensibilem, & filium tuum vngentium consubstantialium, & coaeternum tibi dominum nostrum Iesum Christum, quem pro salute nostra misisti

De gloria caelestis patriae. Cap. XXXVI.


Philip. 4. Psal. 35.

I. Cor. 13.

Philip. 4.

Gen. 15.

Ioan. 17.



**Q**VONIAM in medio laqueorum positi sumus, facile a caelesti desiderio frigesimus. Quapropter assiduo indigenum munimento, vt expurgati ad deum nostrum verum & summum bonum cum defluimus, recurramus.

Idcirco non praesumptionis temeritate, sed magna dei mei dilectione huic opusculo ad laudem eius operam dedi, vt ex elegantioribus dictis sanctorum patrum breue & manuale verbum de deo meo mecum semper haberem, ex cuius lectionis igne quotiens tepesco in eius accendar amorem. Nunc adesto mihi deus meus quem quero, quem diligo, quem corde & ore, & qua valeo virtute laudo atque adoro. Mens mea deuota tibi, tuo amore succensa, tibi suspirans, tibi inhians, te solum videre desiderans, nihil habet dulce, nisi de te loqui, de te audire, de te scribere, de te conferre, tuam gloriam frequenter sub corde reuoluere, vt tua suavis memoria sit inter hos turbines aliqua repausio mea. Te ergo inuoco desideratissime, ad te clamo clamore magno in toto corde meo. Et cum te inuoco, vtique te in me ipso inuoco, quoniam omnino non essem nisi tu esses in me: & nisi ego essem in te, non essem in me. In me es, quonia in memoria mea manes, ex ea cognouit te, & in ea inuenio te, cum reminiscor tui, & delector in te de te, ex quo omnia, per quem omnia, & in quo omnia. Tu domine caelum & terram imple, omnia portans sine onere, omnia imple sine inclusione, semper agens, semper quietus, colligans & non egens, quaerens cum nihil desit tibi, amans nec astuans, zelans & securus es, poenitet te & non doles, irasceris & tranquillus es, opera mutas, sed non mutas consilium, recipis quod inuenis & nunquam amisisti: nunquam inops, & gaudes lucris, nunquam auarus, & vsurus exigit, supererogas cui non debes, vel semper supererogatur tibi vt debeas, & quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. Qui vbi que es & vbi que totus, qui sentiri potes & videri non potes, qui nusquam dees, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe es, qui nec ibi dees vbi longe es: quia vbi non es per gratiam, ades per vindictam. Qui vbi que praesens es, & vix inueniri potes: quem stantem sequimur, & apprehendere non valeamus. Qui tenes omnia, imple omnia, circumplecteris omnia, superexcedis omnia, sustines omnia: qui corda fidelium doces sine strepitu verborum: qui locis non distenderis, nec temporibus variaris, nec habes accessus & recessus. Qui habitas totum: non enim scindi & diuidi potes, quia vere vnus es: nec partes efficeris, sed totus totum tenes, totum imple, totum illustras & possides. Si totum mundum libri replent, tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam vero indicibilis es, nullo modo scribi poteris nec concludi. Tu es fons lucis diuinae, & sol claritatis aeternae. Magnus es sine quantitate, & ideo immensus: bonus sine qualitate, & ideo vere & summe bonus, & nemo bonus, nisi tu solus, cuius voluntas opus est, cuius velle posse est, qui omnia quae ex nihilo creasti, sola voluntate fecisti. Qui omnem creaturam tuam absque indigentia aliqua possides, & sine labore gubernas, & absque radio regis, & nihil est quod conturbet ordinem

De mirabili essentia dei. Caput. I.

I. Tim. 6.

De indicibili scientia dei. Cap. II.

**A**stra misisti in mundum in virtute spiritus sancti, trinum in personis, & vnum in essentia, deum sanctum solum, extra quem non est deus, tunc habebimus quod nunc quaerimus, vitam aeternam, gloriam sempiternam, quam praeparasti diligentibus te, quam abscondisti timentibus te, quam daturus es quaerentibus te, quaerentibus faciem tuam semper. Et tu domine deus meus, formator meus ex vtero matris meae, quae me recommendauit manui tuae, non me permitas amplius ex vno distrahi in multa, sed collige me de exterioribus ad me, de me ad te, vt dicat tibi semper cor meum, Exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram, faciem domini virtutum, in qua sola consistit tota gloria sempiterna beatorum, quam quidem videre vita aeterna est, & gloria sempiterna sanctorum. Latetur ergo cor meum vt timeat nomen tuum, latetur cor quaerentium dominum, sed multo magis cor inuenientium. Si enim laetitia est in quaerendo, qualis laetitia est in inueniendo? Quaram ergo semper ardentem & indefinenter faciem tuam, si quando tandem aperiat mihi ostium & porta iustitiae, vt intrem in gaudium domini mei. Hac porta domini, iusti ingrediuntur per eam. O tres coaequales & coaeternae personae, deus vnus & verus, pater & filius & spiritus sanctus, qui solus habitas aeternitatem & lucem inaccessibilem. Qui fundasti terram in potentia tua, & regis orbem terrae prudentia tua. Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, terribilis & fortis, iustus & misericors, admirabilis, laudabilis, amabilis. Vnus deus, tres personae: vna essentia, potentia, sapientia, bonitas: vna & indiuisa trinitas. Aperi mihi clamanti portas iustitiae, & ingressus in eas confitebor tibi domino. En ad ostium tuum summe patris familiaris, mendicus pulso. Iube aperiri pulsanti, qui dixisti, Pulsate, & aperietur vobis. Pulsant enim ad ostium tuum pater misericordissime, desideria rugientium praecordiorum meorum, & clamores lachrymarum oculorum meorum. Ante te est omne desiderium meum, & gemitus meus a te non est absconditus. Et tu domine, non auertas faciem tuam amplius a me, nec declines in ira a seruo tuo. Pater misericordiarum audi euulatum pupilli tui, & porrige manum tuam optimam adiutricem, vt retrahat me de profundis aquarum, & de lacu miseriae, & de luto fecis, ne peream vidente misericordia oculorum tuorum, aspiciente clementia viscerum tuorum, sed euadam ad te dominum deum meum, vt videam diuitias regni tui, & intuear faciem tuam semper, & laudem dicam nomini tuo sancto domine, qui facis mirabilia, qui cor meum latum facis memoria tua, qui illuminas iuuentutem meam, ne despicias senectutem meam, sed iubilare facias ossa mea, & reuiuiscere facias vt aquila canos meos. Omnis gloria, omnis laus, omnis virtus, omnis potentia, omnis magnificentia, omnis beatitudo, omnis clementia sit deo patri & filio & spiritui sancto. Amen.

Psal. 6.

Oratio ad sanctam trinitatem. Cap. XXXVII.

Math. 7.

Psal. 37.

Psal. 26.

Psal. 39.

Soliloquiorum finis.

AD LECTOREM.

**L**iber qui sequitur, ex superioribus libellis magna ex parte confarcinatus est per quempiam, nec eruditione, nec eloquentia praeditum: proinde non ideo quia admodum lectu dignus videatur. Cap. X V I I. ponit in potestate hominis ut promereatur regnum caelorum, quam sententiam ubique detestatur August. Quamquam idem. Cap. X X I I. dicit diuersum.

Tomus nonus.

y iiii imperij

**G** imperij tui, vel in summis, vel in imis. Qui in omnibus locis sine loco habetis, & omnia continet sine ambitu, & ubique presens es sine situ & motu. Qui nec mali auctor es, quod facere non potes: qui nihil non potes, nec vnumquam quicquam te fecisse potuit. Cuius bonitate facti sumus: & iustitia penas luimus, & clementia liberamur. Cuius omnipotentia omnia gubernat regit & implet que creauit. Nec ideo te implere omnia dicimus vt te contineant, sed ipsa potius a te contingunt, nec particulatim implet omnia. Nec vllatenus ita putandum est vt vna quæ res pro magnitudine suæ portiois capiat te, id est, maxima maius, minima minus, cum sis potius ipse totus in omnibus, & omnia in te. Cuius omnipotentia omnia cõcludit, nec euadendi potentiam tuam quis aditum inuenire poterit. Qui enim te non habet placatum, nequaquam euadet iratum. Te igitur clementissime deus inuoco in animam meam, quam preparas ad capiendũ te, ex desiderio quod inspiras ei. Intra rogo in eam, & coapta eam tibi, vt possideas illã quam fecisti & refecisti, vt habeam te velut signaculum super cor meum. Quælo piissime inuocantem te nõ deferas, quia priusquam te inuocarem me vocasti & quæstisti, vt ego seruus tuus te quærerem, quærẽdo inuenirem, & inuentum amare. Quæstui & inueni te domine, & amare desidero. Auge desiderium meum, & da quod peto: quoniam si cuncta quæ fecisti mihi dederis, non sufficit seruo tuo, nisi te ipsum dederis. Da ergo te ipsum mihi deus meus, redde te mihi. En amo te, & si parum est, amem validius. Tuo ergo amore teneor, tuo desiderio flagro, tua dulci memoria delector. Ecce dum tibi mens mea suspirat, & tuam ineffabilem pietatem meditatur, ipsa carnis sarcina minus grauatur, cogitationũ tumultus cessat, pondus mortalitatis & miseriarum more solito non hebetat, silent cuncta, tranquilla sunt omnia, cor ardet, animus gaudet, memoria viget, intellectus lucet, & totus spiritus ex desiderio visionis tuæ accensus, inuisibilem amore rapi se videt. Assumat spiritus meus pennas vt aquila, volet & non deficiat, volet & perueniat vsque ad decorem domus tuæ, & thronũ gloriæ tuæ, & ibi super mensam refectiois ciuium supernorũ pascatur de occultis tuis in loco pascuæ iuxta fluuenta plenissima. Tu esto exultatio nostra, qui es spes nostra, salus atq; redemptio: tu esto nostrum gaudium, qui es futurus præmium.

De desiderio anime sentientis deũ. Ca. III.

De miseria anime quæ Christũ non amat. Cap. IIII.

**I** Te semper quærat anima mea, & tu præsta vt quærendo non deficiat. Væ miseræ animæ quæ Christum non quærit nec amat, arida manet & misera. Perdit quod viuit qui te deum nõ diligit: qui curat viuere non propter te domine, nihil est, & pro nihilo est. Qui tibi viuere recusat mortuus est: qui tibi nõ sapit, desipit. Misericordissime tibi me cõmendo, reddo & concedo, per quem sum viuo & sapio. In te confido, spero, & totam spem meam pono, per quem refurgam, viuam & requiescam. Te cupio, diligo & adoro, cum quo manebo, regnabo & beatus ero. Anima quæ te non quærit, nec diligit, mundum diligit, peccatis seruit & vitis subiecta est, nunquã quieta, nunquam secunda est. Famuletur tibi semper mens mea piissime, suspiret tibi semper peregrinatio mea, ardeat in amore tuo cor meum, requiescat in te deus meus anima mea, contempletur te in mentis excessu, cantet laudes tuas in iubilatione, & hæc sit in hoc exilio meo cõsolatio mea. Confugiat mens mea sub umbra alarum tuarum ab astibus cogitationum seculi huius. Repaufet in te cor meum, cor mare magnum tumens fluctibus. O diues omnium bonarum dapum supernæ satietatis, opulentiissime largitor deus, da lassõ cibũ, collige disper-

**D** sum, libera captiuum, & reintegra scilicet. En stat ad ostium & pullat. Obsecro per viscera misericordiæ tuæ, quibus visitasti nos oriens ex alto, iube pullanti misero aperiri, vt liberis gressibus ingrediatur ad te, & requiescat in te, & reficiatur de te pane cœlesti. Tu enim es panis & fons vitæ, tu lumen claritatis æternæ, tu omnia ex quibus viuunt recti qui diligunt te. Deus lumen cordium te videntium, & vita animarum te amantium, & virtus cogitationum te quærentium, da vt sancto amori tuo inhaream. Veni, rogo, in cor meum, & ab vbertate voluptatis tuæ inebria illud, vt obliuiscar ista temporalia. Pudet ac piget me talia pati, qualia mundus iste agit. Triste est mihi quod video, graue est omne quod de transitorio audio. Adiuua me domine deus meus, & da lætitiã in corde meo, veni ad me vt videam te. Sed angusta est mihi domus anime tuæ, quouiscue venias ad eam, & dilatetur a te: ruinosã est, refice eam. Habet plurima quæ offendant oculos tuos, fateor & scio: sed quis mundabit eam, aut cui alteri præter te clamabo, Ab occultis meis munda me domine, & ab alienis parce seruo tuo? Fac me dulcis Christe bone Iesu, fac me rogo amore & desiderio tuo deponere onus carnalium desideriorum, & terrenarũ concupiscentiarum. Dominetur carni anima, anime ratio, rationi gratia tua, & tuæ me interiorius & exteriorius subde voluntati. Tribue mihi vt laudet te cor meum, & lingua mea, & omnia ossa mea. Dilata mentem meam, & attolle intuitũ cordis mei, vt vel rapida cogitatione spiritus meus attingat te æternam sapientiam super omnia manentẽ. Dissolue me oro a vinculis, quibus cõstrictus teneor, vt relinquens omnia ista, tibi festinem, tibi soli inhaream, tibi soli intendam.

De desiderio anime, Cap. V.

Psal. 18.

De felicitate anime a terreno carcere resoluẽte. Cap. VI.

**F**œlix anima quæ terreno resoluta carcere libera cœlum petit, quæ te dulcissimum dominum facie ad facie cernit, quæ nullo metu mortis afficitur, sed de incorruptione perpetuæ gloriæ lætatur. Tranquilla est & secunda, iam nõ timet hostem nec mortem. Habet iam te piũ dominum, quem diu quæsiuit, semperq; amauit, hymnicis sociata choris, melliflua perpetuã festiuitatis carmina ad laudem gloriæ tuæ rex Christe bone Iesu in æternũ concinit. Inebriatur enim ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potas eam. Fœlix societas supernorum ciuium, & gloriosa solennitas omnium ad te redeuntium, ab huius nostræ peregrinationis tristi labore ad amœnitatẽ pulchritudinis, ad formositatem totius splendoris, atq; dignitatem totius elegantie, vbi te iugiter domine tui ciues cernunt. Nihil omnino quod cõturbet mentem ibidem auribus audire datur. Quæ cantica, quæ organa, quæ cantilenæ, quæ melodiæ ibi sine fine decantantur? Sonant ibi semper melliflua hymnorũ organa, suauissima angelorum melodia, cantica canticorum mira, quæ ad laudem & gloriam tuam a supernis ciuibus decantantur. A maritudo & omnis fellis asperitas in regione tua locum non habent. Non enim est ibi malus neque malitia, nõ est aduersarius & impugnans, nec est vlla peccati illecebra, nulla est ibi indigetia, dedecus nullum, rixa nulla, nullum improprium, causatio nulla, nullus timor, nulla inquietudo, nulla pena, nulla dubietas, nulla violentia, nulla discordia: sed est ibi pax summa, charitas plena, iubiliatio & laus dei æterna, sine fine secunda requies, & gaudium semper in spiritu sancto. O quã fortunatus ero si audiuero iocundissimas ciuiũ tuorũ cantilenas, carmina melliflua, laudes summæ trinitatis debito honore promentia. Sed & nimium fœlix, si ego ipse meruero cantare canticũ domino Iesu Christo de dulcibus canticis Sion. O vita vitalis, vita sempiterna,

De gaudio paradisi. Cap. VII.

**A** piterna, & sempiterna beata, vbi gaudium sine mœrore, requies sine labore, dignitas sine tremore, opes sine amissione, sanitas sine languore, abundãtia sine defectioe, vita sine morte, perpetuitas sine corruptione, beatitudo sine calamitate. Vbi omnia bona in charitate perfecta, vbi species & visio facie ad facie, vbi plena scientia in omnib; & per omnia, vbi summa dei bonitas cernitur, & lumẽ illuminans a sanctis glorificatur, vbi presens maiestas dei conspicitur, & hoc vitæ cibo sine defectu mens intuitiũ satiatur. Vident semper & videre desiderant, sine anxietate desiderant, & sine fastidio satiãtur. Vbi verus sol iustitiæ, mira suæ pulchritudinis visione omnes reficit, & ita vniuersos cœlestis patriæ ciues illuminat, vt luceat ibi, lumẽ videlicet illuminatum per diuinum lumen illuminans vltra omnẽ solis nostri splendorem, atq; cunctarũ stellarum claritatem, immortali adherentes deitati, ac per hoc immortales & incorruptibiles facti, iuxta promissionem domini saluatoris, Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum & illi sint mecũ, vt videant claritatem meam, & omnes vnũ sint, sicut tu pater in me, & ego in te, & ipsi in nobis vnũ sint. Regnum cœlorũ, regnum felicissimum, regnũ carens morte, & vacans sine, cui nulla tẽpora succedunt per æuum, vbi continuus sine nocte dies nescit habere tempus, vbi victor miles donis ineffabilibus cumulatur; Nobile perpetua caput amplectente corona. Vitam remissa peccatorum mole me vltimum seruorum Christi iuberet diuina pietas hanc carnis sarcinam deponere, vt in suæ ciuitatis gaudia æterna repaufandus transire, sanctissimis supernorũ choris interessẽ, cum beatissimis spiritibus gloriæ conditoris assisterẽ, presẽtem dei vultũ cernerẽ, nullo mortis metu tangerẽ, de perpetuã immortalitatis incorruptione securus gauderẽ, & scienti omnia coniunctus omnẽ ignorantia cæcitatem amitterẽ, terrena cuncta paruipenderẽ, conuallem lachrymarũ istam intueri vel remissioni vltorius non dignarẽ, vbi vita laboriosa, vita corruptibilis, vita omni amaritudine plena, vita domina malorũ, ancilla inferiorum, quam humores tumidant, dolores extenuant, ardores exicant, aërea morbidant, est: inflant, ieiunia macerant, ioci soluunt, tristitia cõsumunt, sollicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitia iactant, paupertas deiicit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frãgit, mœror deprimit, diabolus infidiatur, mundus adulatur, caro delectatur, anima exaccatur, totus homo conturbatur; & his, tot & tantis malis mors furibunda succedit, vanisque gaudiis ita finem imponit, vt cum esse desiderint, nec fuisse putentur.

Ioan. 17.

De regno cœlorum. Cap. VIII.

\* aliis, repre sentandus.

Mœstã animam confortatur deus. Cap. IX.

**S**ed quas laudes, quasve gratiarum actiones tibi referre valeamus deus noster, qui nos etiam inter has tantas mortalitatis nostræ ærumnas non desinit consolari mira visitatione gratiæ tuæ? Ecce me miserum multis mœroribus plenum, dum vitæ meæ finem timeo, dum peccata mea considero, dum iudicium tuum formido, dum mortis horã cogito, dum supplicia tartari horreo, dum opera mea qua districtione & discussione a te pensentur ignoro, dum quo fine illa clausurus sum penitus nescio, dumq; hæc & alia multa mecũ sub corde retracto, cõsolaturus ades solita pietate domine deus, & inter has querelas nimiosq; ploratus ac profunda cordis suspiria assumis mœstam & anxiam mentẽ super alta iuga montium ad areolas vsque aromatum, & collocas me in loco pascuæ fecus riuulos dulcium aquarum, vbi preparas in conspectu meo mensam multiplicis apparatus, quæ fatigatum spiritum repaufet, & cor triste lætificet,

quibus tandem refocillatus delitiis multarum, miseriarũ K mearum oblitus, & leuatus super altitudinem terrę in te vera pace quiesco. Amo te deus meus, amo te, & magis atq; magis amare volo. Da mihi domine deus meus speciosẽ præ filiis hominum, vt desiderem te, vt amem te, quantum volo & quantum debeo. Immensus es, & sine mensura debes amari, presertim a nobis quos sic amasti, sic saluasti, pro quibus tanta ac talia fecisti. O amor qui semper ardes & nunq; extingueris, dulcis Christe, bone Iesu, charitas deus meus, accede me toto igne tuo, amore tuo, dulcedine tua, dilectione tua, desiderio tuo, charitate tua, iocunditate & exultatione tua, pietate & suauitate tua, voluptate & cõcupiscentia tua, quæ sancta est & bona, quæ casta est & munda, vt totus dulcedine amoris tui plenus, totus flamma tuę charitatis vaporatus, diligãt te dominum meum dulcissimum & pulcherrimum ex toto corde meo, ex tota anima mea, ex totis virib; meis, & ex omni intentione mea, cũ multa cordis cõtritione & lachrymarum fonte, cũ multa reuerentia & tremore, habens te in corde, & in ore, & præ oculis meis semper & vbiq; ita vt nullus in me adulterinis amoribus pateat locus. Pulcherrime Iesu Christe rogo te per illam sacratissimam effusionem preciosi sanguinis tui, quo redempti sumus, da mihi cordis contritionem & lachrymarum fontem, præcipue dum preces & orationes tibi offero, dum tuæ laudis tibi psalmodiam decanto, dum mysterium nostræ redemptionis manifestum misericordiæ tuę indicium recolo vel profero, dum sacris altaribus licet indignus assisto, cupiens tibi offerre illud mirabile & cœlestẽ sacrificium omni reuerentia & deuotione dignum, quod tu domine deus meus sacerdos immaculate instituisti, & offerre præcepisti in commemorationem tuę charitatis, mortis scilicet & passionis, pro salute nostra, pro quotidiana nostræ fragilitatis reparatione. Cõfirmetur mens mea inter tanta mysteria dulcedine præsentia tuæ, sentiat te sibi adesse, & lætetur corã te. Ignis qui semper lucet, amor qui semper ardes, dulcis Christe, bone Iesu, lumẽ æternum & indeficiens, panis vitę qui nos reficit & in te nõ deficit, quotidie comederis, & semper integer manes, respõde mihi, accede me, illumina & sanctifica vas tuũ, de malitia euacua, imple de gratia, & plenũ conferua, vt ad salutem animæ meæ manducem cibũ carnis tuæ, quatenus manducãdo te viuam de te, viuam per te, perueniã ad te, & repaufem in te. O dulcedo amoris & amor dulcedinis, comedat te venter meus & neqtare tui amoris replentur viscera mea, & eructet mens mea verbũ bonum. Charitas deus meus, mel dulce, lac niueum, cibus es grãdium, fac me crescere in te, vt sano palato possis manducari a me. Tu es vita mea qua viuo, spes cui inhareo, gloria quam adipisci desidero. Tu mihi cor tene, mentẽ rege, intellectu dirige, amorẽ erige, animũ suspẽde, & in superna fluente os sitientis te spiritus trahere. Taceat quẽso tumultus carnis. Conticescant phantasia terrarũ, & aquarũ, aëris & poli: taceãt somnia & imaginarię reuelationes, omnis lingua, omne signũ, & quicquid trãscundo sit. Sileat sibi & ipsa anima, & transeat se, nõ cogitando se, sed te deus meus, quoniã tu es reuera tota spes & fiducia mea. Est enim in te deo meo & domino nostro Iesu Christo dulcissimo & benignissimo atq; clemētissimo vniscuiusq; nostrũ & portio, & sanguis, & caro. Vbi ergo portio mea regnat, ibi regnare me credo: vbi sanguis meus dominatur, ibi dominari me cõfido: vbi caro mea glorificat, ibi gloriosum me esse cognosco. Quauis peccator sim, de hac tamẽ cõmunionẽ gratiæ nõ diffido. Et si peccata mea

De dulcedine diuini amoris. Cap. X.

De præparatione nostræ redemptionis. Cap. XI.

Luc. 22.

De gaudio. Cap. XII.



**G** mea prohibet, substantia mea requirit: & si delicta propria me excludunt, naturæ communitio non repellit.

**Non enim tam inimicus est dominus, ut non diligat carnem suam, membra sua, & viscera sua. Desperare utiq; potuissim propter nimia peccata mea & vitia, culpas & infinitas negligentias meas quas egi & quotidie indefinenter ago corde, ore, & opere, & omnibus modis, quibus humana fragilitas peccare potest, nisi verbū tuū deus meus caro feret & habitaret in nobis. Sed desperare iam non audeo, quoniam subditus ille tibi vsq; ad mortem, mortem autem crucis, tulit chirographum peccatorum nostrorum & affigēs illud cruci, peccatum crucifixit & mortem. In ipso autem securius respiro qui sedet ad dexteram tuam, & interpellat pro nobis. In ipso confisus ad te pervenire desidero, in quo iam resurreximus & reuiximus, iam in cœlum conscendimus, & in cœlestibus confidemus. Tibi laus, tibi gloria, tibi honor, tibi gratiarum actio. Piissime domine qui sic nos amasti & saluasti, sic viuificasti & sublimasti, piissime domine, quam dulcis est memoria tua, quanto magis in te meditor, tanto es mihi dulcior & amabilior. Idcirco delectant me valde bona tua puro mentis intuitu, & dulcissimo pij amoris affectu, in loco peregrinationis meæ iuxta modulum meum, interim quandiu his fragilibus subsisto membris, miram tuam dilectionem & pulchritudinem indefinenter cupio desiderare & considerare. Tuæ enim charitatis iaculo vulneratus sum, tuo vehementer desiderio flagro, ad te pervenire cupio, te videre desidero. Idcirco super custodiam meam stabo, & vigilantibus oculis psallam spiritu, psallam & mente, & totis viribus meis te factorem & resectorē meum collaudabo, polum penetrabo mente, & desideriq; tecum ero, ut in præsentī quidem miseria solo corpore tenear, tecum autem cogitatione & auiditate atq; omni desiderio sim semper, quatenus ibi sit cor meum, vbi tu es thesaurus meus desiderabilis, incomparabilis, multumq; amabilis. Sed ecce deus meus piissime ac misericordissime, dum tuæ immensæ bonitatis & pietatis gloriam considerare volo, cor meum non sufficit: excedit enim omnem sensum humanæ mentis tuum decus, tua maiestas, & tua virtus, tua gloria, tua magnificentia, tua maiestas, & tua charitas: sicut inæstimabilis est tuæ gloriæ splendor, ita ineffabilis est æternæ tuæ charitatis benignitas, qua illos quos de nihilo creasti adoptas in filios, & tibi coniungis.**

**O anima mea si quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam longo tempore tollerare, ut Christū in gloria sua videre possemus, & sanctis eius sociari: nonne dignū esset pati omne quod triste est, ut tanti boni tantaq; gloriæ participes haberemur? Insidentur ergo demones, parat suas tentationes, frangant corpus ieiunia, premant carnem vestimenta, labores grauent, vigilia exiccant, clamet in me iste, inquietet me ille vel ille, frigus incuruet, cōscientia murmuret, calor vrat, caput doleat, pectus ardeat, infletur isto machus, palleat vultus, infirmetur totum corpus, deficiat in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus, ingrediat putredo in ossibus meis, & subter me scateat, ut requiescam in die tribulationis, & ascendam ad populum accinctum nostrum. Quæ enim erit iustorum gloria, quam grandis sanctorum lætitia, cum vnaqueque facies fulgebit ut solcum ordinibus distinctis populum suum dominus in regno patris sui cōperit recensere, & meritis atq; operibus singulorum promissa præmia restituat, pro terrenis cœlestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna? Reuera cumulus felicitatis erit, cū do-**

Quod verbum incarnationis sit causa spei nostræ. Cap. XIII.

Philip. 2. Coloss. 2.

Roma. 8.

Dulcis de deo meditatio. Cap. XIII.

Quod desiderandū sunt tribulationes p̄ Christū. Ca. XV.

Psal. 39. Abacuc. 3.

**minus adducet sanctos suos in visione paternæ gloriæ, & faciet in cœlestibus cōsistere, ut sit omnia in omnibus.**

**O felix iocunditas, & iocunda felicitas sanctos videre, cum sanctis esse, & esse sanctum, deum videre & deū habere in æternū & vltra. Hęc sedula mente cogitemus, hæc toto desiderio desideremus, ut ad eos cito pervenire valeamus. Si quæras quomodo istud potest fieri, vel quibus meritis, quibusve auxiliis? Audi res ista posita est in potestate facientis, quoniam regnum cœlorū vim patitur. Regnum cœlorū d̄ homo aliud non quærit præcium nisi tēpsum: tantum enim valet quantum es, te dā & habebis illud. Quid turbaris de precio? Christus semetipsum tradidit ut acquireret te regnum deo patri, ita tu temetipsum dā, ut sis regnum eius, ac non regnet peccatum in tuo mortali corpore, sed spiritus in acquisitione vitæ. O anima mea reuertatur ad civitatem cœlestē, in qua scripti sumus & civis decreti. Sicut enim civis sanctorū & domestici dei, & sicut hæredes dei, cōhæredes autem Christi consideremus inclytam nostræ vrbis felicitatem, in quantum cōsiderare possibile est: di camus ergo cū Propheta, O quam gloriosa dicta sunt de te civitas dei, sicut lætantiū omnium habitatio est in te. Fundaris enim exultatione vniuersæ terræ, non est in te senectus nec senectutis miseria, nō est in te mancus, neq; claudus, neq; gibbosus, neq; deformis dū omnes occurrunt in virū perfectum, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Quid hac vita beatius? Vbi non est paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas, ibi nemo læditur, nemo irascitur, nemo invidet, cupiditas nulla exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris aut potestatis pulsat ambitio, nullus ibi diaboli metus, insidiæ demonum nulla, terror gehennæ procul mors neq; corporis neque anime, sed immortalitatis munere iocunda vita, nulla erunt tunc mala, nusquā discordia, sed cuncta cōsona, cuncta cōuenientia: quia omnium sanctorum vna erit cōcordia, pax cuncta & lætitia continet, tranquilla sunt omnia & quieta, iugis splendor, non ut est ille qui nunc est sol, sed tanto clarior quanto felicitior: quia civitas illa, ut legitur, nō egebit sole neq; luna, sed dominus omnipotens illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Vbi sancti fulgebunt ut stellæ in perpetuas æternitates, & sicut splendor firmamētī qui erudiunt multos. Quapropter nox ibi nulla, nulla tenebræ, concursus nubium nullus, nec frigoris ardorisve asperitas vlla, sed talis erit rerum tēperies, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, nisi illorum qui ea perfrui digni inveniuntur, quorum nomina scripta sunt in libro vitæ. Verum super hęc omnia est, cōsociari choris angelorum & archangelorum, atque omnium cœlestium virtutum, intueri Patriarchas & Prophetas, videre Apostolos atque omnes sanctos, videre etiam parentes nostros. Gloriosa sunt hæc: sed multo gloriosius est præsentem dei vultum cernere, incircumscriptum lumen videre. Superexcellēs gloria erit cum deum videbimus in seipso, videbimus & habebimus in nobis, quæ cernere finis non erit. Anima insignis dei imagine, illustris similitudine, habet in sese ex deo quo admo-**

Quid sit paradisi. Cap. XVII.

Psal. 86.

**neatur semper aut stare cum eo, aut redire, si mota suis affectibus, imò defectibus fuerit. Et nō solum habet vnde respirare queat in spe veniæ & misericordiæ, sed etiā vnde audeat aspirare ad nuptias verbi, & cum deo inire fœdus societatis, atque cum rege angelorum ducere iugū suæ amoris. Hęc omnia facit amor, si anima exhibeat se similem deo per voluntatē, cui similis est per naturam, diligens sicut delicta est. Solus enim est amor**

**ex omnibus**

Non valet homo deo vicem reddere nisi per amorem. Ca. XVIII.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

**A** ex omnibus animæ motibus, sensibus atque affectibus, in quo potest creatura, etsi non ex æquo, respondere auctori, vel sibi mutuum rependere vicem. Amor vbi venerit, ceteros in se omnes traducit & captiuat affectus. Amor per se sufficit, per se placet & propter se. Ipse meritum, ipse præmium, ipse causa, ipse fructus, ipse vsus: per amorem enim coniungimur deo. Amor facit vnum spiritum de duobus, amor facit idem velle & idem nolle. Amor facit prius mores componere, postmodum omnia quæ assunt tanquam non assint considerare, tertio vero loco munda cordis acie superna & interna cōspicere. Per amorem primum in seculo bene geruntur honesta, postmodum etiam honesta seculi despiciuntur, ad extremum etiam dei intima conspiciuntur.

**Deus pater charitas est, deus filius dilectio est, spiritus sanctus amor patris & filij est. Hęc charitas & hęc dilectio aliquid simile requirit in nobis, scilicet charitatem, qua velut quadam affinitate consanguinitatis ei sociemur & coniungamur. Amor dignitatis nescius reuerentiam nescit. Qui amat, per seipsum fiducialiter accedit ad deum, familiariterq; loquitur ei, nihil timens, nihil hæsitans. Perdit quod viuit, qui non diligit: qui autem diligit, oculos suos semper habet ad deum, quem diligit, quem desiderat, in quo meditatur, in quo delectatur, in quo pascat, in quo impingatur. Iste talis sic deuotus, ita cantat, ita legit, & in omnibus operibus suis sic est prouidus & circumspectus, quasi deus assit præfens ante oculos eius, sicut reuera adest. Ita orat quasi sit assumptus & præsentatus ante faciē maiestatis in excelso throno, vbi milia milium ministrant ei & decies centena milia assistunt ei. Animam quam visitat amor, expergefacit dormientē, monet & emollit eam & vulnerat cor eius, tenebrosa illuminat, clausa reſerat, frigida inflammat, mentem asperam & irascibilem & impatientem mitigat, vitia fugat, carnales affectus cōprimit & mores emendat, reformat & innouat spiritum, lubricæ ætatis motus actusq; leues coercet. Hęc omnia facit amor cū præfens est: cum vero abſcesserit, ita incipit anima iacere languida, ac si cacabo bullienti subtraxeris ignem.**

**Magna res est amor, quo anima per semetipsum fiducialiter accedit ad deum, deo constanter inhaeret, deū familiariter percōtatur, consultatq; de omni re. Anima quæ amat deum, nil aliud potest cogitare, nil loqui, cætera contēnit, omnia fastidit, quicquid meditatur, quicquid loquitur, amorem sapit, amorem redolet, ita amor dei eam sibi vendicauit. Qui vult habere notitiam dei, amet. Frustra accedit ad legendum, ad meditandum, ad prædicandum, ad orandum qui non amat. Amor dei amorem animæ parit, & eam intendere sibi facit. Amat deus ut ametur. Cum amat, nil aliud vult quam amari, sciens amore esse beatos qui se amauerint. Anima amans cunctis suis renunciat affectionibus, & tota soli incūbit amori, ut possit respondere amori in redhibēdo amore. Et cum se tota effuderit in amorem, quantum est ad illud fontis perenne profuuiū, non pari vbertate concurrunt amor & amans, anima & deus, creator & creatura: tamen si ex toto se diligit, nihil deest vbi totum est. Non timeat anima quæ amat, pauat quæ non amat. Anima amans fertur votis, trahitur desideriis, dissimulat merita, maiestati oculos claudit, aperit voluptati, ponens se in salutari, & fiducialiter agens in eo. Amore anima secedit & excedit a corporeis sensibus, ut sese non sentiat quæ deum sentit. Hoc fit cum mens ineffabili dei illecta dulcedine quodammodo sese sibi furatur, imò rapitur atque labitur à seipsa, ut deo fruatur ad iocunditatem.**

Quid in nobis deus requirit sibi simile. Cap. XIX.

Danic. 7.

De cōfidentia anime amantis dei. Cap. XX.

**Nihil tam iocundū, nisi esset tam modicum. Amor dat familiaritatem dei, familiaritas animus, animus gustum, gustus famem. Anima quam tangit amor dei, nihil aliud potest cogitare, nil desiderare, sed frequenter suspirat dicens, Sicut certius desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te deus meus. Deus amore venit ad homines, venit in homines, factus est homo. Amore deus inuisibilis seruis suis factus est similis: amore vulneratus est propter delicta nostra. Tuta & firma requies est infirmis & peccatoribus in vulneribus saluatoris. Securus illic habito, patet mihi viscera per vulnera: quicquid ex me mihi deest, vsurpo mihi ex viscerib; domini mei, quoniam misericordia affluunt, nec desunt foramina per quæ affluant. Per foramina corporis patent mihi arcana cordis, patet magnum pietatis sacramētū, patent viscera misericordiæ dei nostri, in quibus visitauit nos oriens ex alto. Vulnera Iesu Christi plena sunt misericordia, plena pietate, plena dulcedine & charitate. Foderunt manus eius & pedes eius, & latus eius lancea perforauerunt. Per has rimas licet mihi gustare quod suauis est dominus deus meus, quoniam reuera suauis & mitis & multæ misericordiæ est omnibus eum intocantibus in veritate, omnibus inquerentibus, & maxime di ligentibus. Copiosa redēptio data est nobis in vulneribus Iesu Christi saluatoris nostri. Magna multitudo dulcedinis plenitudo gratiæ, & perfectio virtutū. Cum me pulsat aliqua turpis cogitatio, recurro ad vulnera Christi. Cum me premit caro mea recordatione vulnerū domini mei resurgo. Cum diabolus mihi parat insidias, fugio ad viscera misericordiæ domini mei, & recedit à me. Si ardor libidinis moueat mēbra mea, recordatione vulnerū domini nostri filij dei extinguitur. In omnibus aduersitatibus nō inueni tam efficax reinedium, quā vulnera Christi: in illis dormio securus, & requiesco intrepidus: Christus mortuus est pro nobis. Nihil tam ad mortem amarū, quod morte Christi non sanetur. Tota spes mea est in morte domini mei. Mors eius meritū meum, restitutum meū, salus, vita & resurrectio mea: meritū meum miseratio domini. Non sum meriti inops, quamdiu ille miseratiō dominus nō defuerit. Et si misericordiā domini multæ, multus ego sum in meritis. Quanto ille potentior est ad saluandū, tanto ego sum securior. Peccauit peccatum grāde, & multorum sum mihi conscius delictorū: nec sic despero, quoniam vbi abundauerunt delicta, superabundauit & gratia. Qui de venia peccatorum suorum desperat, negat deum esse misericordē. Magnam iniuriā deo facit, qui de eius misericordia diffidit. Quantum in se est, negat deum habere charitatem, veritatem, & potestatem, in quibus tota spes mea cōsistit, scilicet in charitate adoptionis, in veritate promissionis, & in potestate redēptionis. Murmuret iam quantum voluerit insipiens cogitatio mea dicens, Quis enim es tu, & quanta est gloria illa, quibusve meritis illam obtinere speras? & ego fiducialiter respōdebo, Scio cui credidi, quia in charitate nimia adoptauit me in filium, quia verax est in promissione, potens in exhibitione, & licet ei facere quod vult, non possum terri multitudinem peccatorū, si mors domini in mētem meam venerit, quoniam peccata mea illū vincere non possunt. Clauis & lancea clamant mihi quod vere reconciliatus sum Christo, si eum amauero. Quod vere reconciliatus sum Christo, si eum amauero. Quod vere reconciliatus sum Christo, si eum amauero. Quod vere reconciliatus sum Christo, si eum amauero.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**Quid fecerit deus propter hominem. Cap. XXI.**

**G** pandit manus suas paratus in amplexu peccatorum. Inter brachia saluatoris mei, & viuere volo, & mori cupio. Ibi securus decantabo, Exaltabo te domine quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Saluator noster caput inclinavit in morte, ut ocula daret suis dilectis. Totiens deum osculamur, quotiens in eius amore compungimur. **O** anima mea insignita dei imagine, redempta Christi sanguine, desponsata fide, dotata spiritu, ornata virtutibus, deputata cum angelis, dilige illum a quo tantum dilecta es. Intende illi, qui intendit tibi: quare quarentem te, ama amatorem tuum a quo amaris, cuius amore prauenta es, qui est causa amoris tui. Ipse est meritum, ipse primum; ipse fructus, ipse usus, ipse finis. Esto sollicita cum sollicito, cum vacante vacans, cum mundo munda, cum sancto sancta. Qualis apparueris deo, talis oportet ut appareat tibi, deus suauis & mitis, & multa misericordia, suauis, mites, dulces, humiles & misericordes requirit. Ama illum qui eduxit te de lacu miseriae, & de luto fecis. Elige illum amicum tuum pre omnibus amicis tuis, qui cum omnia subtrahita fuerint, solus tibi fidem seruabit. In die sepulture tue cum omnes amici tui recedant a te, ille te non derelinquet, sed tuebatur a rugientibus preparatis ad escam, & conducet te per ignotam regionem, atque perducet ad plateas superne Sion, & ibi collocabit te cum angelis ante faciem maiestatis sue, ubi audies illud angelicum melos, Sanctus, sanctus, sanctus, &c. Ibi est canticum letitia, vox exultationis & salutis, gratiarum actio, & vox laudis, atque halleluia in perpetuum. Ibi est cumulus felicitatis, supereminens gloria, superabundans letitia, & omnia bona. **O** anima mea suspira ardentem, desideria vehemeter ut possis peruenire in illam supernam ciuitatem, de qua tam gloriosa dicta sunt, in qua sicut latantium omnium habitatio est. Amore potes ascendere, amanti nihil est difficile, nihil impossibile. Anima que amat, ascendit frequenter, & currit familiariter per plateas celestis Hierusalem, visitando Patriarchas & Prophetas, salutando Apostolos, admirando exercitus martyrum & confessorum, chorosque virginum speculando. Caelum & terra, & omnia que in eis sunt, non cessant mihi dicere, ut amem dominum deum meum. **C**or humanum in desiderio aternitatis non fixum, nunquam stabile potest esse, sed omni volubilitate volubilius, de alio in aliud transit, quarens requiem ubi non est. In his autem caducis & transitoriis, in quibus eius affectus captiuentur, veram requiem inuenire non valet, quoniam tantae est dignitatis, ut nullum bonum praeter summum bonum ei sufficere possit: tantae est enim libertatis, ut in aliquod vitium cogi non possit. Propterea unicuique propria voluntas est causa suae damnationis vel saluationis, & ideo nihil ditius bona voluntate deo offertur. Bona voluntas deum ad nos deducit, & nos in eum dirigit. Per bonam voluntatem deum diligimus, deum eligimus, ad deum currimus, ad deum peruenimus, & eum possidemus. **O** bona voluntas, per quam ad dei similitudinem reformamur, & ei similes efficimur. Ita amabilis est deo bona voluntas, ut ipse in corde habitare non velit, in quo bona voluntas non fuerit. Bona voluntas illius summae maiestatis trinitatem ad se inclinat. Sapientia nanque ad cognitionem veritatis illam illuminat, charitas ad desiderium bonitatis inflammat, paternitas in ea custodit quod creauit ne pereat. **Q**uid est cognitio veritatis? Primo cognoscere teipsum, & quod esse debes, esse studeas: quod autem corrigendum

est, corrigas. Deinde cognoscere & amare creatorem tuum: hoc enim est totum hominis bonum. Vide ergo quam ineffabilis est diuinae charitatis erga nos dilectio. De nihilo nos creauit, & quicquid habemus donauit: sed quia plus dileximus datum quam datum, creaturam quam creatorem, cecidimus in laqueum diaboli, & facti sumus eius serui. Deus vero misericordia motus, misit filium suum quo redimeret seruos, misit etiam spiritum sanctum quo seruos adoptaret in filios. Filium dedit in precium redemptionis, spiritum sanctum in priuilegium amoris, se denique totum seruat hereditatem adoptionis. Ita deus ut piissimus & misericordissimus praesiderio vel amore hominis, non solum sua, verum etiam & seipsum impendit, ut hominem recuperaret, non tam sibi quam homini ipsi. Ut homines ex deo nascerentur, primo ex ipsis natus est deus. **Q**uis est tam durus quem non emolliat amor dei sic hominem praeueniens, tamque inquam, vehemens amor, quod homo propter hominem dignatus est fieri? **Q**uis potest odire hominem, cuius naturam & similitudinem videt in humanitate dei? Reuera qui odit illum, odit deum, & ita perdit quicquid facit. Deus nanque propter hominem factus est homo, ut esset redemptor qui est & creator, ut de suo redimeretur homo, & ut familiarius diligeretur ab homine deus, in similitudine hominis apparuit, & ut uterque sensus hominis in ipso beatificaretur, & reficeretur oculus cordis in eius diuinitate, & oculus corporis in eius humanitate, ut siue ingrediens siue egrediens in ipso pascua inueniret natura humana condita ab ipso. **S**aluator nanque noster natus est nobis, crucifixus & mortuus est pro nobis, ut morte sua mortem nostram destrueret. Et quia botrus carnis portatus fuerat ad torcular crucis, & expressione facta fluere coeperat mustum diuinitatis, missus est spiritus sanctus, quo vasa cordium prepararentur, & vinum nouum in vases nouos poneretur, primum ut corda mundarentur, ne infusum pollueretur: & postea ligarentur, ne infusum amitteretur. Mundarentur gaudio iniquitatis, ligarentur contra gaudium vanitatis. Non enim quod bonum est venire potuit, nisi prius recederet quod malum est. Gaudium iniquitatis polluit, & gaudium vanitatis effundit. Gaudium iniquitatis reddit vas fordidum, & gaudium vanitatis facit rimosum. Gaudium iniquitatis est, cum peccatum diligitur: & gaudium vanitatis est, cum transitoria amantur. **E**iice ergo quod malum est, ut quod bonum est percipere possis. Effunde amaritudinem, ut dulcedine impleri possis. Spiritus sanctus gaudium est & amor. **E**iice spiritum diaboli, & spiritum mundi huius, ut accipias spiritum dei. Spiritus diaboli operatur gaudium iniquitatis, & spiritus mundi gaudium vanitatis. Et haec gaudia mala sunt, quoniam aliud habet culpam, aliud occasionem culpa. Veniet autem spiritus dei, cum eieci fuerint spiritus mali, & intrabit tabernaculum cordis, & operabitur gaudium bonum, & amorem bonum, quo expellitur amor mundi, & amor peccati. Amor mundi allicit & decipit: amor peccati polluit, & ad mortem conducit. Amor dei mentem illuminat, conscientiam mundat, animam laetificat, & deum demonstrat. **I**n quo amor dei est, semper cogitat quando ad deum perueniat, quando mundum derelinquat, quando carnis corruptionem euadat, ut veram pacem inueniat, semper habet cor suum & desiderium in superna eleuatum: quando sedet, quando ambulat, quando requiescit, vel quando aliquid agit, cor a deo non recedit, omnes ad amorem dei exhortatur, omnibus amorem dei commendat,

*Quid in nobis operetur missio spiritus sancti. Ca. XXVII.*

*De operatione eius qui diligit deum. Cap. XXVIII.*

*Meditatio anime ad amorem Christi. Caput XXIII.*

*Psal. 39.*

*Psal. 26.*

*Quod nihil possit anime sufficere praeter summum bonum. Cap. XXV.*

*Quid sit cognitio veritatis. Ca. XXVI.*

*De vera cordis requie. Ca. XXXIX.*

*Quicquid meritis aspectum a deo retrahit, omnino fugiendum est, atque expectandum. Cap. XXX.*

*2. Timo. 6.*

*Quod visio dei prodita sit propter peccatum, & miseria inuenta sit. Ca. XXXI.*

**A** mendat, & quam dulcis sit dei amor, & quam malus & quam amarus sit amor seculi corde, ore, & opere omnibus demonstrat. Deridet huius seculi gloriam, arguit sollicitudinem, & quam stultum sit in his quae transiunt fiduciam habere ostendit. Miratur caritatem hominum qui hac diligunt: miratur etiam quomodo vniuersa haec transitoria & caduca omnes non derelinquunt. Omnibus aestimat dulce quod sibi sapit, omnibus placere quod diligit, omnibus quidem esse manifestum quod cognoscit. Frequenter deum suum contempletur, & in eius contemplatione suauiter reficitur: ratio felicitatis, quanto frequentius. Dulce est enim semper ad considerandum, quod ad amandum & laudandum semper suaue est. Reuera haec est vera cordis requies, cum totum in amorem dei per desiderium figitur, nec quicquam aliud appetit, sed in eo quod tenet felici quadam dulcedine delectatur, delectando iocundatur. Si vero vana aliqua cogitatione, vel rerum occupatione inde aliquantulum abstractum fuerit, summa cum festinatione illuc redire festinat, exilium reputans alibi quam ibi moram facere. Nam sicut nullum est momentum, quo homo non fruatur vel vtatur pietate diuina: sic nullum debet esse momentum, quo eum praesentem non habeat in memoria. Idcirco non breui crimine tenetur strictus quisquis in oratione cum deo loquitur; & subito abstrahitur ab eius conspectu, quasi ab oculis non videtis nec audientis. Hoc autem fit, quando cogitationes suas malas & importunas sequitur, & aliquam vilissimam creaturam, ad quam mentis intuitus facile distrahitur, ei praefert, illam videlicet in cogitatione saepius reuoluendo, vel cogitando, quam deum, quem assidue debet recolere creatoris, adorare redemptorem, expectare saluatorem, timere iudicem. **Q**uisquis amas mundum, tibi prospice quod sit eundem. Haec via qua vadis, via pessima, plenaque cladis. Fuge ergo o homo paululum occupationes tuas, & abscondere modicum a tumultuosis cogitationibus tuis. Abiice nunc onerosas curas, postpone laboriosas dissensionem, vaca aliquantulum deo, & paululum requiesce in eo. Intra in cubiculum mentis tuae, exclude omnia praeter deum, & quae valent ad quaerendum eum, & clauso ostio quaere eum. Dicat nunc totum cor tuum deo. **Q**uare vultum tuum, vultum tuum domine requiro. Eia nunc ergo domine deus meus tu doce cor meum, ubi & quomodo te quaerat, ubi & quomodo te inueniat. Domine si hic non es, ubi te quaeram absentem? Si autem ubique es, cur te non video praesentem? Sed certe habitas lucem inaccessibilem. Sed quomodo accedam ad lucem inaccessibilem, aut quis me deducet & inducet in illam ut videam te in illa? Deinde quibus signis, qua facie te quaerant: nunquam te vidi domine deus meus, nunquam noui faciem tuam. **Q**uid faciet altissime domine, quid faciet iste longinquus exul tuus? **Q**uid faciet seruus tuus anxius amore tui, & longe proiectus a facie tua? En anhelat videre te, & nimis illi abest facies tua. Accedere ad te desiderat, & inaccessibilis est habitatio tua: inuenire te cupit, & nescit locum tuum. **Q**uare res te affectat, & ignorat vultum tuum. Domine deus meus es tu, & dominus meus, & nunquam vidi te, tu me fecisti, & refecisti, & omnia bona tua mihi contulisti, & nondum vidi te, neque noui. Denique ad te videndum factus sum, & nondum feci id propter quod factus sum. **O** misera fors hominis, cui hoc perdidit ad quod factus est. **O** durus ac durus casus ille. Heu quid perdidit, & quid inuenit: quid abscessit, & quid remansit? Perdidit beatitudinem ad quam factus est, & inuenit miseriam ad quam factus non est.

Abscessit sine quo nihil foelix est, & remansit quod per se non nisi miserum est. Manducabat tunc homo panem angelorum, quem nunc esurit: manducat nunc panem dolorum, quem tunc nesciebat. **O** tu domine visquequo obliuisceris in finem, visquequo auertis faciem tuam a nobis? **Q**uando respicies & exaudies nos? quando illuminabis oculos nostros, & ostendes nobis faciem tuam? quando restitues te nobis? **R**espice domine, & exaudi, & illumina nos, & ostende nobis teipsum, restitue te nobis ut bene sit nobis, sine quo tam male est nobis. **I**nuita nos, adiuua nos, obsecro te domine. Amaricatus est cor meum sua desolatione, indulcora illud tua consolatione. **O**bscuro domine, esuriens coepi quaerere te, ne desinar impactus a te: famelicus accessi, ne recedam impactus. **P**auper veni ad diuitem, miser ad misericordem, ne recedam vacuus & contemptus. **D**omine incuruatus sum, & non possum nisi deorsum aspicere, erige me ut possum sursum videre vel intedere. **I**niquitates meae supergressae sunt caput meum, obuoluerunt me, & sicut onus graue grauant me. **E**uolue me & exonera me, ne vrgeat super me puteus os suum. **D**oce me quaerere te, & ostende te quaerenti te, quia nec quaerere te possum nisi doceas tu, nec inuenire nisi te ostendas. **Q**uare me desiderando, desiderem te quaerendo, inueniam amando, amem inueniendo. **F**ateor domine & gratias ago, quia creasti me ad hanc imaginem tuam, ut tui memor te cogitem, te amem. Sed sicut est abolita corruptione vitiorum, sic est obfuscata fumo peccatorum, ut non possit facere ad quod facta est, nisi tu renoues & reformes eam. **R**ogo domine qui das fidei intellectum, da mihi ut quantum scis expedire intelligam, quia es sicut credimus, & hoc es quod credimus, & quidem credimus te esse aliquid quo nihil maius aut melius cogitari possit. **Q**uid ergo es domine deus, quo vnum maius meliusque nihil cogitari possit, nisi id quod summum bonum omnium solum existens per seipsum, omnia alia fecit ex nihilo? **Q**uod ergo bonum deest summo bono, per quod omne bonum? **T**u es itaque iustus, verax, beatus, & quicquid aliud est melius esse quam non esse, Verum malis quomodo parcis, si es totus summe iustus? **A**n quia bonitas tua est incomprehensibilis? **L**atet hoc in luce inaccessibili, quam inhabitas. Vere in altissimo & secretissimo bonitatis tuae profundo latet fons, unde manat fluuuius misericordiae tuae. **N**am cum totus & summe iustus sis, tamen idcirco etiam malis benignus es, quia totus & summe bonus es. **M**inus nanque bonus esses, si nulli malo esses benignus. **M**elior est enim qui & bonis simul & malis bonus est, quam qui bonis tantum bonus est. **E**t melior est qui malis & parcendo & puniendo bonus est, quam qui puniendo tantum. **I**deo ergo misericors es, quia totus & summe bonus es. **O** immensa bonitas qua omnium intellectum excedis, veniat super me misericordia illa qua de tanta opulencia procedit: inluat in me qua profluit de te. **P**arce per clementiam, ne vlciscaris per iustitiam. **E**xcita te nunc anima mea, & erige totum intellectum tuum, & cogita quantum potes, quale & quantum sit illud bonum quod deus est. **S**i enim singula bona delectabilia sunt, cogita intente quam delectabile sit illud bonum, quod continet iocunditatem omnium bonorum, & non quale in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt a creatura creator. **S**i enim est bona vita creata, quam bona est vita creatrix? **S**i iocunda est salus facta, quam iocunda est salus qua fecit omnem salutem? **S**i amabilis est sapientia in cogitatione vel cognitione rerum cognitarum, quam amabilis est sapientia

*Psal. 77.*

*Psal. 121.*

*Psal. 37.*

*E*

*De bonitate dei. Caput XXXII.*

*De delectabili fructuone dei. Cap. XXXIII.*

G sapientia quæ omnia fecit & condidit ex nihilo: Denique si multa & magnæ sunt delectationes in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in eo qui ipsa delectabilia fecit: O, qui hoc bono fruatur, quid illi erit? quid illi non erit? Certe quicquid voluerit illi erit, & quicquid noluerit non erit. Ibi quippe illi erunt bona animæ & corporis, qualia nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Cur ergo per multa vagaris homuncio querendo bona animæ tuæ & corporis tuæ? Ama vnum bonum, in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum, & satis est. Quid enim amas caro mea? quid desideras anima mea? Ibi est quicquid amas, ibi est quicquid desideras. Si delectat pulchritudo, fulgebunt iusti sicut sol. Si velocitas, aut fortitudo, aut libertas corporis tui, nihil obistere poterit, erunt similes angelis dei: quia seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale, potestate vtique, non natura. Si longa aut salubris vita, ibi erit sana aternitas, & aterna sanitas: quia iusti in perpetuum viuunt, & salus iustorum à domino. Si fatietas, H fatiabuntur cū apparuerit gloria domini. Si ebrietas, inebriabuntur ab vbertate domus dei. Si melodia, ibi angeli concinnent sine fine deo. Si qualibet non immunda, sed munda voluptas, torrente voluptatis suæ potabit eos dominus. Si sapientia, ipsa dei sapientia ostendet eis se ipsam sapientiam. Si amicitia, diliget deum plus quam seipsum, & inuicem tanquam seipsum, & deus illos plus quam illi seipsum, quia illi illum se & inuicem per illum, & ille se & illos per seipsum. Si concordia omnibus illis erit vna voluntas, quia nulla illis erit nisi dei summa voluntas. Si potestas, omnipotentes erunt suæ voluntatis, vt deus suæ. Nam sicut deus poterit quod volet, per seipsum: ita poterit illi quod volent per illum: quia sicut illi non aliud volent quam ille volet, ita ille volet quicquid illi volent, & quid ille volet, non poterit non esse. Si honor & diuitiæ, deus seruos suos bonos & fideles supra multa bona cōstituet, imò filij dei & dij vocabuntur, & erunt hæredes quidem dei, cohæredes autem Christi. Si vera securitas, certe ita certi erunt nunquam vllatenus illud bonum sibi defuturum, sicut certi erunt se non sua sponte illud amissuros, nec dilectorem deum illud dilectoribus suis inuitis ablaturū, nec aliquid deo potentius deum & illos separaturū. Gaudium vero quale quantumve est, vbi tale ac tantum bonum est?

1. Cor. 2. Esaiæ. 64. Quod summum bonum appetendum sit. Caput XXXIII.

Math. 13.

Math. 22.

1. Cor. 15.

Psal. 6.

Psal. 39.

Roma. 8.

De multa charitate sanctorum in colis. Cap. XXXV.

Cor humanum, cor indigens, cor expertum erumnas & miseras imò obrutum miserius, quantum gauderet si in his omnibus abundares, interroga vltima intima tua si capere possent gaudiū suum de tanta beatitudine sua. Sed certe si quis alius quem omnino sicut teipsum amaret, eandem beatitudinem haberet, duplicaretur gaudiū tuum, quia nō minus gauderet pro eo quam pro teipso. Si vero duo vel tres vel multo plures id ipsum haberet, tantundem pro singulis, quantum pro teipso gauderet, si singulos sicut teipsum amaret. Ergo quid erit in illa perfecta charitate innumerabilium beatorum angelorum & hominum, vbi nullus diligit alium minus quā seipsum? Non enim aliter gaudebit vnusquisq; pro singulis aliis quam pro seipso. Si ergo cor hominis de tāto bono suo vix gaudiū suum capiet, quomodo capax erit tot & tantorum gaudiorum? Et vtique quoniam quantum quisq; diligit aliquem, tantum de bono eius gaudet. Sed sicut in illa beata felicitate vnusquisq; sine cōparatione plus amabit deum quam se & omnes alios secū: ita plus gaudebit absque æstimatione de felicitate dei quam de sua & omnium malorum secum. Et si deum sic diligent

toto corde, tota mente, tota anima, vt tamē totum cor, K tota mens, tota anima nō sufficiat dignitati dilectionis; profecto sic gaudebunt toto corde, tota mente, tota anima, vt tamen totum cor, tota mens, tota anima nō sufficiat plenitudini gaudij. Deus meus & dominus meus, spes mea & gaudiū cordis mei, dic animæ meæ, si hoc est gaudium, de quo nobis per filium tuum dicitis, Petite & accipietis vt gaudium vestrum sit plenum. Inueni namq; gaudium quoddam plenū & plusquam plenum, pleno quippe corde, plena mēte, plena anima, pleno toto homine. Gaudium illo adhuc supra modum supererit gaudium. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes, sed toti gaudentes intrabunt in gaudium domini sui. Dic domine, dic seruo tuo intus in corde meo, si hoc est gaudium in quod intrabunt serui tui, qui intrabūt in gaudium domini sui? Sed certe gaudium illud quo gaudebunt electi tui, nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit. Nondum ergo cogitavi aut dixi, Domine, quantum gaudebunt electi tui? Vtiq; tantum gaudebunt, quantum amabunt: tantum amabunt, quantum cognoscent domine. Et quantum te amabunt? Certe nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit in hac vita, quantum te cognoscent & amabunt in illa vita. Oro te deus meus vt cognoscat te, amem te, vt gaudeam de te, & si nō possum in hac vita ad plenum, vel proficiam de die in diē, vsq; dum veniat illud ad plenū. Proficiat in me hic notitia tua vt tibi fiat plena, crescat in me hic amor tuus, vt ibi sit plenus, vt hic gaudium meum sit in spe magnum, & ibi in re plenum. Deus verax peto vt accipiam quod promittis, vt gaudium meum sit plenum. Meditetur in te interim, mēs mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, fermocinetur os meum, efuriat illud anima mea, sitiāt illud caro mea, desideret illud substantia mea, donec intrem in gaudium domini mei, ibi permanens per secula, Amen. Finis.


De pleno gaudio vite æternæ. Cap. XXXVI. Ioan. 16.

1. Cor. 2. Esaiæ. 64.

AD LECTOREM.

ET hunc pius quispiam ex ociosus confarcinavit, hoc melior superiore, quod breuior.

DE TRIPLICI HABITACVLO LIBER.



RIA sunt sub omnipotentis dei manu facta habitacula, primū, imum, & mediū: quorum summum regnum dei, vel regnum cœlorum dicitur: imum, vocatur infernus: medium, mundus præfens, vel orbis terrarum appellatur. Quorum extrema omnino sibi inuicem sunt contraria, & nulla sibi societate coniuncta. Quæ enim societas potest esse lucis ad tenebras, & Christi ad Belial? Medium autem nonnullam habet similitudinem ad extrema. Vnde lucem & tenebras habet, frigus & calorem, dolorem & sanitatem, lætitiā & mœrorem, odium & amorem, bonos & malos, iustos & iniustos, dominos & seruos, regnum & subiectionē, famem & satietatem, mortem & vitam, & innumera huiusmodi. Quorum omnium pars vna imaginē habet regni dei, pars altera inferni. Commixtio namq; simul bonorum & malorum in hoc mundo est. In regno autem dei nulli mali sunt, sed omnes boni: at in inferno nulli boni, sed omnes mali. Et vterq; locus

Caput. I.

1. Cor. 6.

De penis infernalibus. Cap. II. Math. 13. & 22. & 25.

Iob. 24.

Math. 27. De iis quos pœnæ attingunt.

A locus ex medio suppletur: hominum enim huius mūdi, alij eleuantur ad cœlum, alij trahuntur ad infernum. Similes quippe similibus iunguntur, id est, boni bonis, & mali malis. Iusti homines, iusti angelis: & transgressores homines, transgressoribus angelis. Serui dei, deo: serui diaboli, diabolo. Benedicti vocantur ad regnum sibi paratum ab origine mundi: maledicti expelluntur in ignē æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Bona autem regni cœlestis dicere, vel cogitare, vel intelligere vt sunt, nullus potest carne vestitus. Multo enim maiora & meliora sunt, quam cogitantur & intelliguntur, dum scriptum est, Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit deus diligentibus se. Regnum namque dei omni fama maius, & omni laude melius, & omni scientia innumerabilius, omni gloria quæ putatur excellentius. Mala autem inferni dicere vel cogitare vt sunt, nemo potest: peiora quippe sunt valde quam cogitantur. Regnum itaque dei plenum est lucis & pacis & charitatis, & sapientiæ & gloriæ & honestatis, & dulcedinis & melodiæ & lætitiæ, & beatitudinis perennis & omnis boni ineffabilis, quod nec dici, nec cogitari potest. At lactus inferni plenus est tenebrarum, discordiæ, odij, stultitiæ, miserię, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris, adustionis, sitis, famis, ignis inextinguibilis, tristitiæ, vindictæ perennis, & omnis ineffabilis mali, quod nec dici, nec cogitari potest. Ciues cœli sunt iusti homines & angeli, quorum rex est deus omnipotens: at contra ciues inferni sunt impij homines & demones, quorū princeps est diabolus. Satiat iustos visio sanctorum hominum & angelorum, & super omnia ipsius dei. Cruciat impios & peccatores visio hominum damnatorum & demonum, & super omnia ipsius diaboli. Nihil in regno dei desideratur quod non inueniatur: at in inferno nihil inuenitur quod desideratur. In regno dei nihil inuenitur nisi quod placet & delectat & satiāt: at contra in lacu miserię perennis nihil videtur, nihilque sentitur nisi quod displicet, nisi quod offendit, nisi quod cruciat. In regno æterno erit vita sine morte, veritas sine errore, felicitas sine perturbatione, omne bonum in regno dei abundat, & nullum malum. Omne malū abundat in carcere diaboli, & nullum bonum. Nullus indignus in regno suscipitur dei: nullus vero dignus, nullus iustus ad infernum trahitur.

Math. 25.

1. Cor. 2.

Principalia duo sunt tormenta in inferno, frigus intolerabile, & calor ignis inextinguibilis: vnde in Euāgelio legitur, Illic erit fletus & stridor dentium. Fletus namque & liquefactio oculorum ex calore nascitur. Stridor vero dentium ex frigore nascitur: hinc etiam beatus Iob, De aquis, inquit, niuium transibunt ad calorem niuium. De quibus duobus innumera pendent pœnarum genera, videlicet sitis intolerabilis, pœna famis, pœna feroris, pœna horrois, pœna timoris, pœna angustię, pœna tenebrarum, seueritas tortoris, præsentia demonum, ferocitas bestiarum, crudelitas ministrantium, dilaceratio immortalium vermium, vermis cōscientiæ, ignita lachryma, suspiria miserię, dolor sine remedio, vincula sine solutione, mors æterna, pœna sine fine, absentia Christi quo ad visionem eius, quæ sola omnia supra dicta superat, & omnibus pœnis intolerabilior. Væ igitur illis qui perenne subire hæc omnia mala etiam sine fine merentur pro delectabili vnus horæ somno. Tanta etenim & talis est omnis huius mundi gloria, ad æternam comparata gloriam. Melius erit eis, quod dictum est de infelice Iuda, non nasci, quam malis suis meritis plagas inferni sustinere. Quid stultius, quid

insanius est, quam vmbra & imagine & similitudine veræ gloriæ & veræ delectationis, veræ pulchritudinis, veri decoris, veri honoris, more infantium decipi & superari, & ipsam gloriā non querere, non desiderare: Quis imaginem auri in aqua ipso auro neglecto eligeret, & non statim à cunctis fatuus & insanus crederetur? Quis orbem solis in speculo redditū, vel in qualibet materia formatum plus diligeret quam ipsum solem, & non ab omnibus derideretur? Sic irridendus, sic æstimandus est quisquis mundi huius caducam fragilitatem & inutilem carnis voluptatem diligit, querit, cōtendit, æterna gloria contempta, & neglectis regni cœlestis ineffabilibus gaudiis. Hoc commercium insipientium valde est & miseriosum, & cor non habentium sanum, etiam si plagæ inferni non sequerentur, quæ nec dici nec cogitari possunt. Duplex vero plaga est ab æterno regno dei separari, & semper in inferno cū diabolo damnari, præsentiam amittere angelorum, & terribile semper pati demonum præsentiam. Quantum cauere, vitari, metui debet, nullo modo dici potest. Quis cum sano sensu pro vnus diei delitiis, centum annorum pœnam eligeret? Et miseri tamen illi qui sine vlla sapientia voluptatem carnis sequentes, non vitant vitia, non effugiunt intolerabiles pœnas, non centum annorū, non millies mille, sed omnium sine fine seculorum pro sexaginta vel septuaginta annorum delitiis vel qualibet corruptibili delectatione. Quantum autem est inter vnum diem & centum annos, non tantum vtique: sed plus inter quadraginta vel sexaginta vel centum annos, & æternitatem siue in bono siue in malo futuram. Vnus enim dies aliqua portio est in centum annorum spatio, quantum modica valde. At vero centum annorum spatium nulla portio est in illa æternitate. Si enim, verbi gratia, centesima vel millesima pars esset æternitatis, prædictum eius spatium vel centuplū eius spatium vel mil-luplū æternitas esse desineret. Quod ratio nō finit æternitatis, quæ si vilo modo, vilo tēpore finiretur, æternitas omnino non esset. Fortiter ergo carnali resistendū est voluptati, fortiter cōtra fallaces huius mundi blanditias pugnandum est, contraq; multimodas satanas suggestiones vigilādum. Omni studio lata seculi via vitanda est quæ ducit ad mortem: at vero omni cordis desiderio via angusta quæ ducit ad vitā, adeunda est & appetenda. Via hæc angusta est via abstinentiæ & castitatis, humilitatis, & omnis religionis, quam viam ante nos Christus attriuit, qua via ad suum regnum migratur. Cuius vestigia & nos sequamur, donec post eum eadem via ad urbem regiam perueniamus, in qua ipse regnat. De qua vrbe quicquid homo dixerit quasi stilla de mari est, vel quasi scintilla de foco. In qua videlicet vrbe fulgebunt iusti sicut sol, vt dominus ait. Vbi summa pax erit, summa quies, nullus labor, nullus dolor, nulla paupertas, nec senectus, nulla mors, nec vlla nox, nullū cibi desiderium, nullum sitis incendium: sed cibus & potus omnium erit visio Christi & sanctæ trinitatis, & cōtēplatio puro cordis oculo ipsius diuinitatis, & assidua lætitiō, vt ita dicam, libri vitæ, id est, æternæ veritatis & summæ sapientiæ, & verbi dei, quæ est Christi Iesu visio, vbi quicquid nos nūc latet, manifestū erit. Vbi ratio manifesta est, cur hic electus est, & iste reprobatus: cur hic in regnū assumptus, & ille in seruitutem redactus. Cur alius in vtero moritur, alius in infantia: alius in iuuetate, alius in senectute. Cur alius pauper, & alius diues. Cur filius adulteræ baptizatur, & aliquando filius legitime coniugis ante baptismum moritur. Cur qui bene incipit

D. nitas à mundi voluptate nō detur. Cap. III.

De ingrediēdo viam arctam, & patriæ felicitatis & pulchritudine. Cap. III.

Math. 13.

viuere



G viuere aliquando male finit, & qui male incipit sepe bene finit. Hæc omnia & huiusmodi multa in libro vitæ plana & aperta omnibus erūt. In eadem vrbe præmium singulorum omnium, & singulorum per charitatem omnium erit. Ibi omnium bonum omnibus patebit. Ibi omnes inimicem suas cogitationes cognoscēt. Ibi nullus superior superbius erit, nullus inferior inuidus. Quomodo enim qui omnes sicut seipsum diligit alicui inuidere poterit, cū nemo sibi ipsi inuideat? Ibi nullus esse melius vel superius concupiscet quàm erit, quia aliter esse quàm quod meruit, nõ esset decorum, nec aliter esse desiderabit quàm quod erit: quia ita esse vt erit, pulchrum erit, non sibi ipsi solum, sed etiam vniuerso corpori Ecclesiæ cœlestis. Quomodo enim vnus membrum in corpore, si superius vel inferius ponatur quàm natura constituit, monstruosum efficit corpus & turpe: sic nimirum si aliquis in regno dei superius ordinetur quàm postulat ars & voluntas omnipotentis artificis, turpitudinē efficiet, & non solum sibi met, sed etiam omni congregationi, in qua qui erit minimus, maiorem sine dubio habebit gloriam, quàm totum habens mundi regnū, etiam si æternum esset. Vile enim est valde elementis frui in comparatione fruendi & congaudendi ipsi deo, & visibilibus delectari & corporalibus. Tanta est enim pulchritudo iustitiæ, tanta iocunditas lucis æternæ, hoc est, incommutabilis veritatis & sapientiæ, vt etiam si non liceret amplius manere in ea quàm vnus diei mora, propter hoc solū innumerabiles anni huius vitæ pleni delitiis in circumfluentia temporalium bonorum recte meritoque contemnerentur. Non enim falso aut paruo affectu dictum est, Quoniam melior est dies vna in atriis tuis super milia. Nihil comparandum dilectioni & gaudio quod nascitur ex inuisibilibus & incorporeis, & ex societate angelorum, & iustorum omnium, & ex certa scientia & cognitione ipsius diuinæ naturæ, & ex dei ipsius facie ad faciem visione: Cuius pulchritudinem mirantur angeli, cuius imperio suscitantur mortui, cuius sapientia non est numerus, cuius regnum finem nescit, cuius gloria nequit variari, cuius lux tam solem obscurat vt eius cōparatione nullam habeat lucem, cuius dulcedo tam mel superat, vt ei comparatum velut absinthium sit amarissimum. Cuius faciem si omnes carcere inferni inclusi viderent, nullam pœnam, nullum dolorem, nullamque tristitiam sentirent. Cuius presentia si in inferno cum sanctis habitatoribus appareret, continuo infernus in amœnum conuerteretur paradysum. Cuius sine nutu nec folium de arbore cadit. Cuius oculi flammis profundum penetrant inferni. Cuius auris tacitam cordis vocem audit, id est, cogitationem. Cuius oculus nõ minus audit quàm videt. Cuius auris non minus videt quàm audit, quia non corpus sunt, sed summa sapientia & certa cognitio. Cuius delitiæ sine fastidio satiant, quæ cum à beatis inueniuntur, semper tamen desiderantur, & esuriam & sitim sine pœna efficiunt, id est, ardenti semper desiderio delectant. Cuius secreta mirabilia videntibus ea semper noua sunt & mira, & nõ plus cum incipiunt videri pariunt stuporem cernentibus, quàm post mille annos & milles mille. Et cum angeli ab initio mundi ea soliti sint videre, inde hodie non minus mirantur ea quàm in primo die, alioquin dudum coram angelis alliduo videndi vsu vilescerēt. Cuius cognitioni præterita & futura, nõ præterita & futura, sed presentia sunt. Vnde non diem iudicij videbit, & primum diem seculi non vidit, sed vtrumque videt. Cuius præscientia neminē cogit ad peccandum, vt multi errantes

dicunt. Si enim, inquit, præsciuit Adam peccatum K esse, non peccare non potuit. Ex quo errore nascitur, deū causam esse peccati, quod nefas est dicere, & illi tamen suis verbis alligantur. Si enim quod præscientia dei habet, necesse est fieri, ideo voluntate propria homo peccauit, & nõ alia necessitate, quia in præscientia dei fuit, vt voluntate & libero arbitrio, & nõ necessitate cogente peccaret. Si ergo præscientia dei non potest vitari, nõ potuit homo aliter peccare nisi voluntate, nulla alia vi cogente, quia ita deus præsciuit peccatum. Si ergo voluntarie, nõ coactus est. Si enim non coactus est ad peccandum, potuit sine dubio non peccare si vellet, ideoque pœnam meruit, quia nõ inuitus peccauit, alioquin à deo pœnam mortis non susceperet. Cuius locutio est occultata inspiratio, qua mentibus suam voluntatē & suam charitatem inuisibiliter ostendit, quàm videndo angeli per omnia deo obediunt. Cuius laus est, qua electos laudabit, manifestatio qua suorum electorum bona omnibus monstrabit, assidua autem laus qua electi eum laudabūt, est admiratio eius perennis. Qui miro modo non tempore præcessit mundum & tempus. Nullius enim horæ spatio fuit ante mundū, & tamē semper erat sine initio. Non enim erat tempus ante tempus. Tempus autē cum mundo concreatum est. Si igitur tempus ab initio mundi cœpit currere, ante mundum factum non erat. Ideoque nullo tempore, vt prædiximus, præcessit deus tempora & mundum eis cœtuum, imò paulo eis prior est, eius enim motu cœperunt currere. Quicquid mouetur, suum motū præcedit. Ineffabili æternitate præcessit deus mundum, non tempore, cuius tempus ante mundum non erat, cuius lux tenebras depellit ignorantia, cuius aliqua particula hæc omnia quæ diximus vera & certa esse cognoscimus. Eadem luce melius esse verum quàm falsum videmus & tamen peius esse verum malum, vel verum peccatū, quàm falsum malum vel falsum peccatum: non quia verum est, sed quia malum vel peccatum: sed ideo malum vel peccatum est, quia verum malum vel peccatum est. Aliter enim non posset esse malum vel peccatum, falsum enim malum non est malum, vt falsum argentum est. Potest aliquis à veritate dicere malum vel peccatū exortum esse, vel factum, & quodammodo opus esse veritatis malum quod omnino falsum est. Omne enim verum in quantum verum, bonum est: à veritate igitur est esse verum, vt sit malum vel peccatum, nõ ipsum malum vel peccatum: aliud nanque est ipsum malum, aliud verum esse illud. Quamuis igitur ipsum malū bonum nõ est, bonum est tamen verum esse vt sit illud. Nisi enim bonum esset esse malum, nullo modo sineret deus illud fieri. Multa quippe bona de malis omnipotēs facit, vt de adulterio hominum bonos format & facit homines. Si vero quadam lucis particula quasi per angustas rimas infusa, hæc & alia quæ nouimus vera esse cognoscimus: quali & quanta luce sapientiæ & scientiæ illic illustrabimur, vbi ipsum solem veritatis facie ad faciem videbimus, id est, certa & vera sapientia cognoscemus: Cuius presentia similes ei facit presentes. Qui enim veræ sapientiæ, veræ pulchritudini, veræ æternitati adheret, sapiens utique & pulcher & æternus erit. Sic enim absentia eius dissimiles omnino ei facit: Cuius æternitas sine initio & sine fine est. Si enim esset tepus quando nõ esset, quis eum faceret? Ipse est solus deus, & ante ipsum alius deus non erat, nec est, nec erit. Non seipsum creauit, cum nihil seipsum creat. Qua enim potētia qui omnino non esset seipsum faceret? Restat igitur quod omnino nõ est factus deus. Cum ergo nullo modo deus factus

AD LECTOREM.

Hoc opusculum fertur inter scripta diui Bernardi quamquam nec illius videtur esse, tantum abest ut sit Augustini. Neque enim Augustinus unquam laborauit manibus, quod monachorum est, qui tum ferè erant laici.

SCALAE PARADISI LIBER.



Vm die quadam corporali manuum labore occupatus de spiritalis hominis exercitio cogitare cœpisse, quatuor spirituales gradus animo cogitanti subito obtulerunt, scilicet lectio, meditatio, oratio, & contemplatio. Hæc est scala claustrarium, qua de terra in cœlum subleuantur gradibus, distincta paucis, immensa tamen & incredibilis magnitudinis. Cuius extrema pars terræ innixa est, superior vero nubes penetrat, & secreta cœlorum rimantur. Hi gradus sicut nominibus & numero sunt diuersi, ita ordine & numero sunt distincti. Quorum proprietates & officia quidem singula, quid circa nos efficiant, quomodo inter se inuicem differant & præminent, si quis diligenter inspiciat, quicquid laboris aut studij impenderit in eis, breue reputabit & facile præutilitatis & dulcedinis magnitudine. Est autem lectio, sedula scripturarum cum animi intentione inspectio. Meditatio est studiosa mentis actio, occultæ veritatis notitiam ductu propriæ rationis inuestigans. Oratio est deuota mentis intentio in deū, pro malis amouendis, & bonis adipiscendis. Contemplatio est mentis in deum suspensa quædam eleuatio, æternæ dulcedinis gaudia degustans. Assignatis ergo quatuor graduum descriptionibus, restat vt eorum officia videamus. Lectio inquit, meditatio inuenit, oratio postulat, contemplatio degustat, vnde ipse dominus dicit, Querite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Querite legendo, & inuenietis meditando. Pulsate orando, & aperietur vobis contemplando. Lectio quasi solidum cibum ori apponit. Meditatio masticat & frangit. Oratio saporem acquirit. Contemplatio est ipsa dulcedo quæ iocundat & reficit. Lectio in cortice, meditatio in adipe, oratio in desiderij postulatione, contemplatio in adeptæ dulcedinis delectatione. Quod vt expressius videri possit, vnum de multis supponam exemplum: in lectione audio, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Ecce breue verbum, sed suauē & multiplex sensu. Redeo supra ad pastū animæ, quasi vna ministralis: quod postquam anima diligenter inspexit, dicit intra se, Potest aliquid boni esse. Redeo ad cor meum & tentabo si forte intelligere & inuenire potero nondum hanc, preciosa enim & desiderabilis est res ista, cuius professores dei dicuntur. Cui visio dei, quæ est vita æterna promittitur, quæ tot sacræ scripturæ testimoniis collaudatur. Hoc ergo sibi plenius explicari desiderans, incipit hanc vnam mastigare & frangere, eamque in torculari ponit dum excitat rationem ad inquirendum an sit, & quomodo haberi possit hæc adeo preciosa & desiderabilis munditia. Accedens ergo sedula meditatio nõ remanet extra, nõ habet aliquid in superficie alterius, pedē figit, interiora penetrat, singula rimatur,

Descriptio 4. graduum exercitiorum spiritualium. Caput. I.

lectio.

Meditatio. Oratio. Contemplatio.

Descriptio officiorum quatuor graduum. Caput. II. Math. 7.

Math. 5.

Officiū meditationis. Caput. III.

A factus est, sine initio ante omnia erat. Quicquid enim factum est habet initium, & quicquid initium habet sine dubio factum est, non ab alio nisi à deo non factum, sed omnia faciente. Cuius scientia sine vlla varietate cognitionis, & sine vllò visu huc & illic innumerabilem varietatem omnium creaturarum, angelorum, hominum, stellarum, arenarum, capillorum, verborum, cogitationum, momentorum omnium simul & semel cōprehendit & intelligit. Fons igitur & origo omnis sciētiæ deus est, quem quanto plus quis bibit, tanto plus sitiet.

De triplici cognitione beatorum. Caput. VI.

Incomparabiliter ergo totius mundi regnum, vt supra diximus, & si æternum esset, præcellit societas angelorum & sanctorum, & presentia ipsius dei adesse visioni. In cuius visione trina scientia nascitur, id est, homo qui cernit, & deus qui cernitur, & ceteri omnia videbunt & intelligēt. Sicut enim per speculum vitreum trina nobis visio administratur, quia nos ipsos, & ipsum speculum, & quicquid præfens adest videmus: sic per speculum diuinæ claritatis, & ipsum deum, vt est videmus, quantum possibile est creaturæ, & nos ipsos, & ceteros vera & certa scientia cognoscemus. Tunc addita creaturarum & ipsius inferni videndo deum videbimus. Tūc iustus manifestū erit, quomodo deus est inuisibilis, incōparabilis, sine initio, & sine fine ante omnia. Quid interest inter nasci quod ad filium pertinet, & procedere quod ad spiritum sanctū, excepto quod vnus ex vno natus sit, alter ex duobus processit. Et quomodo pater nõ præcessit filium tempore, sed origine, nec spiritus sanctū. Et quomodo omnia dei, vnū sunt ex deo, excepto quod ad relationem pertinet. Nam sapientia & veritas dei & æternitas non diuersa sunt inter se, sed vnum sunt sicut & omnia. Sapientia enim dei non magis sapiētia quàm veritas est, & non magis veritas est quàm sapiētia, quàm æternitas, quàm cætera dei omnia. Vnum enim sunt in deo, & non solam hæc inter se eadem sunt in deo, sed non aliud sunt quàm ipse deus. Et quomodo mundus erat in deo, antequam in seipso esset nõ mundus, sed deus: & quomodo vbiq; totus sine loco, magnus sine quantitate, bonus sine qualitate: & quomodo omnia penetrat munda & immunda sine sui pollutione. Si enim lux ista visibilis omnia loca illustrat, & sterquilinia etiam penetrat sine sui fetore, & sine sui pollutione, quanto magis deus, qui est inuisibilis & incōmutabilis lux, omnia penetrat, regit, sustinet, circundat, illustrat, sine vlla mutatione vel pollutione, nõ solum cœlestia & terrestria, sed infernalit: Tunc erit electis dei trina visio, id est, corporalis, qua corpora cernentur quorundam splendentia vt sol, quorundam vt luna, aliorum vt stellæ. Et spiritalis, qua similitudines corporum in spiritu non fallaci phantasia inspicient, qua visione etiam hodie fruuntur spiritus iustorum post corporū claustra. Et visio intellectuallis, qua puro mentis oculo in spiritu deum videbunt, & suas animas & virtutes intimas & spiritus angelicos. Tūc duplices deo acturi sunt gratias, videlicet pro sua liberatione à perpetua damnatione, & pro bonorum ineffabili retributione. Tunc communis omnium reus & hostis diabolus in conspectu omnium electorū dei dānabitur. Cuius damnatio & intolerabilis pœna delectabile spectaculum præbebit electis. Tunc ardentissimo amore liberatorem suum & omnium bonorum datorē amabunt, & sine fine & fastidio clamore cordis laudabunt deum omnipotentem benignum & misericordē: cui est honor & gloria nunc & per omnia secula seculorum, Amen.

B Tūc iustus manifestū erit, quomodo deus est inuisibilis, incōparabilis, sine initio, & sine fine ante omnia. Quid interest inter nasci quod ad filium pertinet, & procedere quod ad spiritum sanctū, excepto quod vnus ex vno natus sit, alter ex duobus processit. Et quomodo pater nõ præcessit filium tempore, sed origine, nec spiritus sanctū. Et quomodo omnia dei, vnū sunt ex deo, excepto quod ad relationem pertinet. Nam sapientia & veritas dei & æternitas non diuersa sunt inter se, sed vnum sunt sicut & omnia. Sapientia enim dei non magis sapiētia quàm veritas est, & non magis veritas est quàm sapiētia, quàm æternitas, quàm cætera dei omnia. Vnum enim sunt in deo, & non solam hæc inter se eadem sunt in deo, sed non aliud sunt quàm ipse deus. Et quomodo mundus erat in deo, antequam in seipso esset nõ mundus, sed deus: & quomodo vbiq; totus sine loco, magnus sine quantitate, bonus sine qualitate: & quomodo omnia penetrat munda & immunda sine sui pollutione. Si enim lux ista visibilis omnia loca illustrat, & sterquilinia etiam penetrat sine sui fetore, & sine sui pollutione, quanto magis deus, qui est inuisibilis & incōmutabilis lux, omnia penetrat, regit, sustinet, circundat, illustrat, sine vlla mutatione vel pollutione, nõ solum cœlestia & terrestria, sed infernalit: Tunc erit electis dei trina visio, id est, corporalis, qua corpora cernentur quorundam splendentia vt sol, quorundam vt luna, aliorum vt stellæ. Et spiritalis, qua similitudines corporum in spiritu non fallaci phantasia inspicient, qua visione etiam hodie fruuntur spiritus iustorum post corporū claustra. Et visio intellectuallis, qua puro mentis oculo in spiritu deum videbunt, & suas animas & virtutes intimas & spiritus angelicos. Tūc duplices deo acturi sunt gratias, videlicet pro sua liberatione à perpetua damnatione, & pro bonorum ineffabili retributione. Tunc communis omnium reus & hostis diabolus in conspectu omnium electorū dei dānabitur. Cuius damnatio & intolerabilis pœna delectabile spectaculum præbebit electis. Tunc ardentissimo amore liberatorem suum & omnium bonorum datorē amabunt, & sine fine & fastidio clamore cordis laudabunt deum omnipotentem benignum & misericordē: cui est honor & gloria nunc & per omnia secula seculorum, Amen.

C Tūc iustus manifestū erit, quomodo deus est inuisibilis, incōparabilis, sine initio, & sine fine ante omnia. Quid interest inter nasci quod ad filium pertinet, & procedere quod ad spiritum sanctū, excepto quod vnus ex vno natus sit, alter ex duobus processit. Et quomodo pater nõ præcessit filium tempore, sed origine, nec spiritus sanctū. Et quomodo omnia dei, vnū sunt ex deo, excepto quod ad relationem pertinet. Nam sapientia & veritas dei & æternitas non diuersa sunt inter se, sed vnum sunt sicut & omnia. Sapientia enim dei non magis sapiētia quàm veritas est, & non magis veritas est quàm sapiētia, quàm æternitas, quàm cætera dei omnia. Vnum enim sunt in deo, & non solam hæc inter se eadem sunt in deo, sed non aliud sunt quàm ipse deus. Et quomodo mundus erat in deo, antequam in seipso esset nõ mundus, sed deus: & quomodo vbiq; totus sine loco, magnus sine quantitate, bonus sine qualitate: & quomodo omnia penetrat munda & immunda sine sui pollutione. Si enim lux ista visibilis omnia loca illustrat, & sterquilinia etiam penetrat sine sui fetore, & sine sui pollutione, quanto magis deus, qui est inuisibilis & incōmutabilis lux, omnia penetrat, regit, sustinet, circundat, illustrat, sine vlla mutatione vel pollutione, nõ solum cœlestia & terrestria, sed infernalit: Tunc erit electis dei trina visio, id est, corporalis, qua corpora cernentur quorundam splendentia vt sol, quorundam vt luna, aliorum vt stellæ. Et spiritalis, qua similitudines corporum in spiritu non fallaci phantasia inspicient, qua visione etiam hodie fruuntur spiritus iustorum post corporū claustra. Et visio intellectuallis, qua puro mentis oculo in spiritu deum videbunt, & suas animas & virtutes intimas & spiritus angelicos. Tūc duplices deo acturi sunt gratias, videlicet pro sua liberatione à perpetua damnatione, & pro bonorum ineffabili retributione. Tunc communis omnium reus & hostis diabolus in conspectu omnium electorū dei dānabitur. Cuius damnatio & intolerabilis pœna delectabile spectaculum præbebit electis. Tunc ardentissimo amore liberatorem suum & omnium bonorum datorē amabunt, & sine fine & fastidio clamore cordis laudabunt deum omnipotentem benignum & misericordē: cui est honor & gloria nunc & per omnia secula seculorum, Amen.

Finis. Tomus nonus.

Psal. 89.

Psal. 146.

Retra. II.

De libertate peccantium, & beatifica cognitione, cuiusque æternitate. Cap. V.

**G** attente cōsiderat quod non dixit, Beati mūdo corpore, sed, mente: quia non sufficit manus habere innoxias à malo opere, nisi & à prauis cogitationibus mundemur in mente: quod autoritate Prophetæ confirmatur, dicentis, *Quis ascendet in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mūdo corde.* Item considerat hanc cordis mūditiā quam optabat idem Propheta, qui orans, inquit, vt supra. Cogita quam sollicitus erat in hac custodia beatus Iob, qui dicebat, *Pepigi fordis cum oculis meis ne cogitarem quidem de virgine.* Ecce quantum arctabat se vir sanctus, qui clauderat oculos suos ne videret vanitatem, ne forte incautus respiceret, quod postea intus desideraret. Postquam & huiusmodi de cordis munditia pertractauit, incipit tractare de eius prēmio. Quam gloriosum & delectabile esset videre faciem desideratam domini, speciosam forma præ filiis hominum. Non iam abiectam & vilem, non habentem speciem, qua vestiuit cum mater sua, sed stola immortalitatis indutum, & coronatum diademate, quo coronauit eum pater suus, in die resurrectionis & gloriæ, die quam fecit dominus. Cogitat quod in illa visione erit satietas illa, de qua dicit Propheta, *Satiabimur cum apparuerit gloria tua.* Vidēs ne quantum liquoris emanauit ex minima vna, quantum ignis ex hac scintilla ortus est, quantum hæc modica massa, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum vident, in eadem meditatione extensa est. Sed quantum adhuc posset extendi, si accederet aliquis talia expertus. Sentio enim quod puteus altus est, sed ego ad hæc rudis, vas in quo pauca haurirem, vix inueni. His anima facibus inflammata, his maculata desideriis, fracto alabastro suavis vnguenti præsentire incipit, non de gustu, sed quasi narium odoratu. Ex hoc colligit quam suaue est huius meditationis sentire experientiam, cuius meditationem nouit adeo esse iocundam. Sed quid faciet? Habendi desiderio exarsuat: sed non inuenit apud se quomodo habere possit, & quanto plus inquirat, plus sitit, dum apponit meditationem, apponit & dolorem, quia non sentit dulcedinem, quam in cordis munditia meditatio esse monstrat, sed non præstat. Non enim est legentis atque meditantis hanc sentire dulcedinem, nisi data fuerit desuper. Legere enim & meditari tam bonis quam malis commune est. Et ipsi philosophi gentium, in quo summa veri boni consisteret, inuenerunt ductu rationis. Sed quia cum deum cognouissent, non sicut deum glorificauerunt, sed de suis viribus præsumptentes, dicebant, *Linguam nostrā magnificabimus, labia nostrā à nobis sunt, non meruerunt percipere quod potuerunt videre.* Euanerunt in cogitationibus suis, & eorum sapientia deuorata est, quam eis contulerat humanum studium disciplinæ, non spiritus sapientiæ, qui solus dat veram sapientiam, sapidam scilicet scientiam, quæ cum alicui inest, inestimabilis sapor iocundat & reficit: & de illa dictum est, *Sapientia non intrat in ma leuolam animam.* Hoc autem à solo deo est, & sicut officium baptizandi dominus concessit multis, potestatem vero & autoritatem in baptismo remittendi peccata sibi soli retinuit: vnde Ioannes antonomastice & discretiue de eo dixit, *Hic est qui baptizat in spiritu sancto.* Et de eo possumus dicere, *Hic est qui sapientiæ saporem dat, sapidam animæ facit scientiam: Sermo siquidem datur multis, sapientia paucis: quam distribuit dominus cui vult, & quomodo vult.* Videns autem anima quod ad desideratam cogitationis & experientie dulcedinem per se non possit attingere, & quanto magis ad cor altū

accedit, tanto magis exaltetur deus, humiliat se & fugit **K** ad orationem, dicens, *Domine qui non videris nisi à mundis cordibus, inuestigauit legendo meditando, quæsi quomodo haberi possit vera cordis munditia, vt ea mediāte vel ex media parte possem te cognoscere.* Querebam vultum tuum domine, vultum tuū domine querebam. *Diu meditatus sum in corde meo, & in meditatione mea exardescit ignis & desiderium amplius cognoscendi te, dum panem sacræ scripturæ mihi frangis, & in fractione panis, in quo magis cognitus es; quantum plus te cognosco, plus te cognoscere desidero, non iam in cortice literæ, sed in sensu experientie.* Nec hoc peto domine propter merita mea, sed pro tua misericordia. Fateor enim quia indigna & peccatrix sum, sed catelli edunt de micis, quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Da mihi domine arram hereditatis future, saltem guttam cælestis pluuie, qua refrigerem sitim meā, quia amore ardeo. **L** His & huiusmodi ignitis eloquiis suū inflammat desiderium, sicut ostendit suum affectum. His incantationibus aduocat sponsum. Dominus autem cuius oculi super iustos, & aures eius non solum ad preces sed ipsas preces eorum non expectat donec sermonē finierint, sed medium orationis cursum interrumpens festinus ingerit se, & animæ desideranti festinus occurrit cælestis rore dulcedinis circumfusus, vnguentis optimis delibutus animam fatigatam recreat, esurientem reficit, aridam impinguat, facit eam terrenorum obliuisci. Immemorem sui mirabiliter fortificando viuificans, & inebriando sobriam reddens. Et sicut in quibusdam carnalibus officiis adeo vincitur carnalis concupiscentia quod omnem vsum rationis amittit, & fit homo quasi totus carnalis: ita merito in hac suprema contemplatione ita consumuntur & absorbentur carnales motus ab anima, vt in nullo caro spiritui contradicat, & fiat homo quasi totus spiritualis. **M** O domine quomodo appares quando hæc facies, & quod signum aduentus tui? Nunquid huius consolationis & latitudinis testes & nuncij sunt suspiria & lachrymæ? Si ita est, noua est antiphraſis ista, & significatio inusitata. Quæ enim consuetio consolationis ad suspiria, latitudinis ad lachrymas? Si tamē istæ dicendæ sunt lachrymæ, & non potius roris interioris superinfusi superfluens abundantia, & interioris ablu-tionis indicium, & exterioris purgamentum. Vt sicut in baptismo puerorum per exteriorē ablu-tionem significatur & figuratur interior animæ ablutio, ita hic exteriorē ablu-tionem interior præcedit purgatio. O felices lachrymæ, per quas maculæ interiores purgantur, per quas peccatorum incendia extinguuntur. Beati qui sic lugetis, quia ridebitis in lachrymis. Agnosce, o anima sponsum tuum, amplectere desideratum. Nunc torrente te voluptatis inebria, fuge ab vberē consolationis eius lac & mel. Hæc sunt munda munuscula & solatia quæ dedit tibi sponſus tuus, gemitus scilicet & lachrymæ. Adducit tibi potum his lachrymis in mensura. Hæ lachrymæ sunt tibi panes die ac nocte, panes vtique confortantes cor hominis, & dulciores super mel & fauū. O domine si adeo sūt dulces istæ lachrymæ, quæ ex memoria & desiderio tui excitantur, quæ dulce erit gaudium quod ex manifesta tui visione capietur: si adeo dulce est flere pro te, quæ dulce erit gaudere de te? Sed quid huius secreta colloquia proferimus in publicum? Cur in carnales affectus verbis cōmunibus conamur exprimere? Inexpertalia non intelligunt in libro experientie, quos ipsa docet vnctio. Aliter autem litera exterior non prodest quicquam legenti. Modicum sapida est lectio exterioris literæ,

**A** literæ, nisi glossam & interiorē sensum sumat ex corde. **O** anima diu protraximus sermonē. Bonum enim erat nos hic esse cum Petro & Ioanne contemplari gloriam spūs, & diu manere cum illo. Sed vellem hic fieri non duo nō tria tabernacula, sed vnū in quo essemus simul & simul delectaremur: sed vt dicit spūs, *Dimitte me, iam enim ascendit aurora, iam lumen gratiæ & visitationem quam desiderabas accepisti.* Data ergo benedictione, mortificato neruo femoris, & mutato nomine de Iacob in Israël, paulisper secedit sponſus diu desideratus, cito elapsus. Subtrahit se tam à prædicta visione quam à dulcedine contemplationis: manet tamen præsens quantum ad gubernationem, quantum ad gloriam, quantum ad vnionem. Sed ne timeas, o sponsa, ne desperes, ne existimes te contemni si paulisper tibi subtrahit sponſus faciem suam. Omnia ista cooperatur tibi in bonum, & de accessu & recessu lucrum acquiris, tibi venit, tibi & recedit. Venit ad consolationē, recedit ad cautelam, ne magnitudo consolationis extollat te, ne si semper apud te sit sponſus, incipias cōtemnere sodales, & hanc continuam visitationem non iam gratiæ attribuas, sed naturæ. Hanc autem gratiam cui vult & quando vult sponſus attribuit, non iure hereditario possidetur. Vulgare prouerbium est, quod nimia familiaritas parit contemptum. Recedit ergo ne forte nimis assiduis cōtemnatur, & absens magis desideretur, desideratus audius queratur, diu quæsit tandem gratius inueniatur. Præterea quæ est præsens vita? Quæ respectu futuræ gloriæ, quæ reuelabitur in nobis enigmatica est, quam nūc ex parte cognoscimus. Nam hic ciuitatem manentē nō habemus sed inquirimus futurā. Ne ergo exiliū deputemus pro patria, arrā pro precij summa, venit sponſus & recedit vicissim, nūc consolationē afferēs, nunc vniuersum statū nostrū in infirmitate commutans, paulisper nos permittit gustare quam suauis est, & antequam plenē sentiamus se subtrahit, & ita quasi alis expansis supra nos volitans, prouocat nos ad volandū: quasi dicat, *Ecce parum gustastis, sum dulcis: sed si vultis plenē saturari hac dulcedine, currite post me in odorem vnguentorum meorum, habentes sursum corda, vbi ego sum in dextera dei patris, vbi videbitis me, non per speculum in enigmate, sed facie ad faciem, & vbi plenē gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Sed caue tibi, o sponsa quomodo auertat se sponſus. Non longe abiit: & si non vides eum, ipse tamen videt te plenus oculis ante & retro, nunquam potes eum latere. Habet etiam circa te nuncios suos spiritus quasi sagacissimos exploratores, vt videant quomodo absente sponſo conuerſeris, & accuserent te coram ipso, si aliqua signa lasciuie & scurrilitatis in te deprehenderint, zelotypus est sponſus iste, si forte alium amatorem acceperis, si aliis placere studueris, statim discedet à te, & aliis adhærebit adolescentulis, delicatus est sponſus iste, nobilis & diues est, speciosus forma præ filiis hominum: & ideo nō nisi speciosam dignatur habere sponſam. Si viderit in te maculam sine rugam, statim auertet oculos. Nullam enim immundiciam potest sustinere. Esto ergo casta, esto verecunda & humilis, vt sic à sponſo tuo merearis frequēter visitari. Timeo ne diutius detinuerit nos sermo iste, sed ad hæc compulsi me materia sterilibus pariter & dulcibus, quam ego non protraham sponſus, sed nescio qua eius dulcedine trahebar inuitus. Vt ergo quæ diffusius dicta sunt simul iuncta vel vnita melius videantur, prædictorum summam recapitulando colligamus, sicut in prædictis exemplis prænotatum videri potest, Tomus nonus.

quomodo prædicti gradus cohæreant, & sicut temporaliter & causaliter se præcedant. Lectio enim quasi fundamentum, prima occurrit: & data materia mittit nos ad meditationem. Meditatio vero quid appetendum sit diligentius inquirat, & quasi effodiens thesaurum inuenit & ostendit. Sed cum per se obtinere nō valeat, mittit nos ad orationē. Oratio se totis viribus erigit, vbi reperit thesaurum desiderabilem, contemplationis suauitatem: hæc adueniens prædictorum trium laborem remunerat, dum cælestis rore dulcedinis animam sitientem inebriat. Lectio ergo est secundum exteriorē exercitium: Meditatio secundum interiorē intellectū: Oratio secundum desiderium: Contemplatio super omnem sensum. Primus gradus est incipientiū. Secundus est proficientium. Tertius est deuotorum. Quartus beatorum. Hi autem gradus ita catenati sunt, & vicaria ope sibi inuicem deseruiunt, quod præcedentes sine subsequenti-bus, aut parum, aut nihil proficiunt: sequētes vero sine præcedentibus, aut raro aut nunquam proficiunt. Quid enim prodest lectio continua tempus occupare, sanctorum gesta & scripta legēdo transcurrere, nisi ea masticando & ruminando, succum & bibamus, & transglutiendo vsq; ad cordis intima transmittamus, vt ex his diligētē cōsideremus statum nostrum, & studeamus eorum opera agere, quorum facta cupimus lectitare? Sed quomodo hæc cogitabimus, aut quomodo cauere poterimus, ne falsa aut inania quædam meditatio, limites à sanctis patribus constitutos tranſeamus, nisi prius circa huiusmodi aut ex lectioe aut ex auditu fuerimus instructi? Auditus enim quodammodo pertinet ad lectioem. Vnde sollemus dicere, non solum libros ipsos nos legisse, quos nobis ipsi vel alii legimus, sed etiā illos quos à magistris audiimus. Item quid prodest homini si per meditationes quæ agenda sunt videat, nisi orationis auxilio & dei gratia ad ea obtinēda conualeſcat? Omne, inquit, datū optimū, & omne donū perfectū desursum est, descēdens à patre luminum, sine quo nihil possumus facere, sed ipse in nobis facit opera, non tamen omnino sine nobis. Cooperatores quidem dei sumus, sicut dicit Apostolus. Vult siquidem deus vt eū oremus, & vt ei aduenienti & præstolanti ad ostium aperiāmus sinum voluntatis nostræ, & ei cōsentiamus. Hunc consensum exigebat à Samaritana, quādo dicebat, *Voca virum tuū.* Volo tibi infundere gratiam, tu applica liberum arbitrium. Orationem exigebat ab ea, cum dicebat, *Tu si scires donum dei, & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, forsitan petisses ab eo aquam viuam.* Hoc audito quasi ex lectioe mulier instructa, meditata est in corde suo, bonū sibi fore & vtile habere hanc aquam. Accensa ergo habendi desiderio, conuertit se ad orationem, dicens, *Domine, da mihi hanc aquam vt non sitiam, neque veniā vnquam haurire aquam.* Ecce auditis verbi domini & sequens super eo meditatio incitauerunt eam ad orandum. Quomodo nanque esset sollicita ad postulandum, nisi prius eam accēditet meditatio? Aut quid ei præcedens meditatio contulisset, nisi quæ appetenda monstrabat sequēs oratio impetrasset? Ad hoc ergo vt fructuosa sit meditatio, oportet vt sequatur orationis deuotio, cuius quasi effectus est contemplationis dulcedo. Ex his possumus colligere, quod lectio sine meditatione arida est: Meditatio sine lectioe erronea est: Oratio sine meditatione est tepida, meditatio sine oratione infructuosa. Oratio cum deuotione contemplationis est acquisitiua: Cōtemplationis adeptio sine oratione, aut rara, aut miraculosa. Deus enim cuius potentie nō est numerus

Psal. 23.  
Iob. 31.  
Psal. 44.  
Psal. 16.  
Math. 5.  
Ioan. 4.  
Roma. 1.  
Psal. 111.  
Sapient. 1.  
Marci. 1.  
Cato.  
Officium orationis. Caput. III.

Psal. 26.  
Psal. 38.  
Luc. 2. 4.  
Math. 15.  
Officiū cōtemplationis. Caput. V.  
Signa spiritus sancti ad animam venientis. Caput. VI.  
Cura animæ à deo deseratur. Caput. IX.  
Psal. 44.  
Officia singulorū gradū per repetitionem. Caput. X.

Iacobi. 11.  
1. Corin. 3.  
Ioan. 4.  
Ioan. 4.  
Hic ostēditur omnes hi gradus ita esse simul iuncti vt sint in separabiles. Caput. XI.

G vel terminus, & cuius misericordia super omnia opera eius, quandoq; ex lapidibus suscitatur filios Abraham, dū du ros & nolentes acquiescere cogit vt velint: & ita quasi prodigus, vt vulgo dici solet, bouem cornu trahit, quando non vocatus se infundit. Quod & si quando aliquibus legimus contigisse, vt Paulo & quibusdam aliis, non tamen ideo debemus nos quasi deum tentando diuina præsumere, sed facere quod ad nos pertinet, legere scilicet & meditari in lege dei orare vel amare ipsium, vt adiuuet infirmitatem nostram, vt videat imperfectum nostrum: quod ipse docet nos facere, dicens, Petite & accipietis, querite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis. Nunc enim regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiūt illud. Ecce si gratis distinctionibus perfici possunt, prædictorū graduum proprietates quomodo sibi cohererent, & quid singuli in nobis efficiant. Beatus homo cui animus à cæteris negociis vacuus, in his quatuor gradibus versari semper desiderat, qui venditis vniuersis, quæ habuit emit agrū illū, in quo latet thesaurus delectabilis, scilicet quia notat & videte quia suavis est dominus: qui

Mat. 7.

Math. 11.

Math. 13.

Psal. 83.

H in primo gradu excitatus, in secundo circumspectus, in tertio deuotus, in quarto supra se leuatus per has ascensiones, quas in corde suo disposuit, ascendit de virtute in virtutem, donec videatur dominus dominorū in Sion: Beatus cui in hoc supremo gradu vel modico tempore conceditur manere, quod vere potest dicere. Ecce sentio gratiā domini, ecce cum Petro & Ioanne contemtor, ecce cum Iacob plerūque Rachel amplexibus delector. Sed caueat sibi iste ne post contemplationem istam, qua eleuatus fuerat vsque ad cœlos, inordinato casu corruat vsq; ad abyssos, nec post factā visitationem ad lasciuos mundi actus & carnis illecebras conuertatur. Cum vero mentis humanæ acies in infirma veri luminis illustrationem diutius sustinere non poterit, ad aliquem trium graduum, per quos ascenderit, leuiter & ordinate descendat, & alternatim modo in vno, modo in altero, iam in alio secundum motum liberi arbitrij, pro ratione loci & tēporis demoretur, tanto iā deo vicinior, quāto à primo gradu remotior. Sed heu fragilis & misera humana conditio: Ecce ductu rationis & scripturarum testimoniis aperte videmus in his quatuor gradibus bonæ vitæ perfectionem contineri, & in his spiritalibus bonis hominis exercitium debere versari. Sed quis est hic & laudabimus eum? Velle multis adiacet, sed perficere paucis. Et vtinam de istis paucis essemus. Sunt autem quatuor causæ, quæ retrahunt nos plerūque ab istis gradibus, scilicet inenitabilis necessitas, honestæ actionis utilitas, humana infirmitas, mundialis vanitas. Prima excusabilis, secunda tolerabilis, tertia miserabilis, quarta culpabilis. Cur culpabilis? Illis enim quos huiusmodi causa à sancto proposito retrahit, melius erat gloriam dei non cognoscere quā post agnitā retroire. Quam sibi excusationē habebit de peccato? Nam iuste potest dicere dominus. Quid debui tibi facere, & non feci? Non eras, & creauit te, peccasti & diaboli seruum te feceras, & redemi te: in mundi circumitu cum impiis currebas, & elegi te: dederam tibi gratiam in conspectu meo & volebam facere apud te mansionem, tu vero despexisti me, & non solum sermones meos, sed in ipsum proiecasti retrorsum, & ambulasti post concupiscentias tuas. Sed o deus bone, suavis & mitis, amicus dulcis, consiliarius prudens, adiutor fortis, quā inanis, quā temerarius est qui te abicit, qui tam humilem, tam mansuetum hospitem à suo corde repellit: O q̄ infelix & dānosa cōmutatio creatorē suū abicere, & prauas noxiasq; cogitationes reci-

Quatuor causæ retrahunt nos ab his quatuor gradibus. Cap. XII.

1. Petri. 3.

pere, illud etiā secretū cubile spiritus sancti, secretū cordis, quod paulo ante cœlestibus gaudiis intēdebat, tā subito immūdis cogitationibus & peccatis tradere cōculcādū. Adhuc in eodē calēt sponſi vestigia, & iam intromittuntur adultera desideria. Male conueniēs, indecorum, aures quæ modo audierunt verba quæ non licet homini loqui, tā cito inclinari ad fabulas & detractiones audiendas: oculos qui sacris lachrymis modo baptizati erant, repente conuerti ad videndas vanitates: linguam quæ modo dulce epithalamium decantauerat, quæ ignitis persuasionis eloquiis suis cum sponſo reconciliauerat sponſam, & introduxerat eam in cellam vinariam, iterum conuerti ad vana eloquia, ad scurrilitates, ad cōcinnandū dolos, ad detractiones. Absit à nobis domine. Sed si forte ex humana infirmitate ad talia dilabimur, non ideo desperemus, sed iterū recurramus ad clemētē medicum, qui suscitatur de terra inopem & erigit de stercore pauperem: & qui non vult mortem peccatoris iterum curabit & sanabit nos. Iam tempus est vt epistolæ finem imponamus. Oremus ergo deum vt impedimenta, quæ nos ab eius contemplatione retrahunt, in præſenti nobis mitiget, in futuro nobis penitus auferat, qui per prædictos gradus de virtute in virtutem nos perducatur, donec videamus deum deorum in Sion. Vbi electi non guttatim, non interpolatim percipient diuinæ contemplationis dulcedinem, sed torrente voluptatis indefinenter repleti habebunt gaudiū, quod nemo tollerab eis, & pacem incōmutabilem, pacem in idipsum.

2. Corin. 12.

Canti. 2.

Psal. 112. Ezechic. 18.

Psal. 83.

Finis.

AD LECTOREM.

Demiror, qua fronte quisquam hoc opus putarit tribuendū Augustino. Videtur esse boni cuiuspiam laici.

DE DVODECIM ABVSIONVM GRADIBVS LIBER.



Rimus abusionis gradus est, si line bonis operibus sapiens & prædicator fuerit, qui quod sermone docet, actibus complere negligit. Auditores enim doctrinæ dicta facere contemnūt, cum prædicatoris opera à prædicationis verbis discrepare cōspiciunt. Nunquam enim fit efficax prædicantis auctoritas, nisi eam effectu operis cordi affixerit audientis, præsertim cum & ipse doctōr, si in vitorum amorem delapsus fuerit, alterius doctōris medicamentum suis vulneribus adhibere parumpendit. Vnde & ipse dominus in Euangelio de doctrina pariter & bono opere discipulos instruere volens, qualem in his cautulam haberent admonēbat dicens, Quod si sal euauerit, in quo salietur? Hoc est, si doctōr errauerit, à quo iterū doctōre emendabitur: Et si lumen quod in te est, tenebræ sunt, ipse tenebræ quātæ erunt? Si nanq; oculus à videndi officio desuerit, quis à manu, vel à pede vel à reliquo corpore illud ministeriū exigeret? Quapropter doctores cogitent ne ampliori vindictæ subiacēt, si plurimis morū perditionis occasionem abundantius præstet. Nā & ipse Salomon dū multa sapientiæ transgressionē incurrit, totius Israëliticæ plebis regni dispersionem solo suo merito præstitit. Quibus ergo cōmittūt multa, maiora per-

M

Sapiens sine operibus. Gradus. I.

Math. 5.

Math. 6.

A dunt, si non recte dispēserint rectoris sui munera, quæ pepererunt. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur. Et seruus qui voluntatem domini sui intelligens non facit, acrioribus flagellis grauioribusq; vindictis vapulabit. Secundus abusionis gradus est, si sine religione senex esse inueniatur. Cui cū mēbra exterioris hominis veterascūt, vires animi, id est, interioris hominis membra incrementa roboris non capiunt. Plus enim omnibus religioni operam dare senibus conuenit, quos præſentis seculi florida ætas trāfacta deseruit. Sicut nāq; in lignis ipsa reproba arbor comparet, quæ post flores fructus optimos cultori suo non exhibet: sic & in hominibus ipse reprobus est, quæ flos iuuentutis deseruit, & tamen in sui corporis senectute honorum operum maturos fructus proferre parumpedit. Quid enim stolidus potest fieri si mens ad perfectionem festinare nō contendat, quando totius corporis habitus senectute confectus ad interitum propērat? Dum oculi caligant, aures grauitè audiunt, capilli fluunt, facies in pallorem mutatur, dentes lapsi numero minuuntur, cutis arescit, flatus non suauiter olet, pectus suffocatur, tuſis cachinnat,

Luc. 12.

Senex sine religione. Gradus. II.

B genua trepidant, talos & pedes tumor inflat, etiam homo interior, qui non senescit his omnibus aggrauatur. Et hæc omnia ruituram iam iamq; domū corporis cito prænunciant. Quid ergo superest, nisi vt dum huius vitæ defectus appropiat, nihil aliud cogitare quā quomodo futuræ vitæ aditus prope cōprehendatur, quisq; senex appetat. Iuuenibus enim incertus huius vitæ terminus instat, senibus vero cunctis maturior ex hac vita exitus breuiter concordat. Cauendæ ergo sunt homini duæ particula, quæ & in illius carne non veterascunt, & totum hominem secum ad peccandum pertrahunt, & cor videlicet & lingua: quia cor nouas semper cogitationes machinari non desinit: lingua impigre loquitur quodcunque cor machinari senserit. Caueat ergo senilis ætas, ne istæ iuuenescens particula totam sui harmoniam decipiant, & per res ineptas reliquā corporis grauitatem illudant. Vnicuique nanque cōsiderandum est, quid ætate eminenti dignum sit, vt hoc agat quod nec vitam, nec ætatem, nec ministerium vile reddat.

Tertius abusionis gradus est, si adolescens sine obedientia deprehenditur, quo mundus à recto rationis ordine deprauatur. Qualiter nanque in senectute ille ministrari sibi sperabit, qui in adolescentia senioribus obedientiam exhibere contemnit? Vnde & in Prouerbiis apud veteres habetur, Quod dominari nequeat, qui prius alicui seruitutem præbere denegat. Propter quod & dominus Iesus in temporibus suæ carnis, dum adhuc ad legitimam ætatem doctōris non perueneret, obediēter ministratorem suis parentibus exhibuit. Sicut ergo in senibus sobrietas, & morum perfectio requiritur: ita etiam in adolescentibus obsequiū, subiectio & obedientia rite debetur. Quapropter & in mandatis legis primum in his, quæ ad homines pertinent, patris & matris honor imperatur: quia quauis carnalis pater nō superuixerit, aut indignus fuerit, alicui tamen patri digno & viuenti paternus honor vsque ad dignam ætatem à filiis præbendus esse ostenditur. Quatuor enim modis per scripturas diuinas patres vocantur, hoc est, natura, gente, admonitione, & ætate. De patre nanque naturali Iacob ad Laban loquitur, Nisi timor patris mei Isaac affuisset, tu illes omnia quæ mea sunt. Gente vero patre dicitur, quando dominus ad Moysen de rubo loquebatur, Ego sum, inquit, deus patrum tuorū, deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. A ætate autē & admonitione pater di-

Adolescens sine obedientia. Gradus. III.

Luc. 2.

Ebrardus.

Pater quatuor modis dicitur.

Gene. 31.

Exod. 3.

Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi, maiores tuos & dicent tibi. Quod si ergo naturalis pater superstes nō fuerit, aut indignus fuerit, admonent tamen seniori adolescentis obedientia præbenda erit. Quomodo enim honoratus in senectute apparebit, qui disciplinæ laborē in adolescentia non sustinuerit? Quodcunque enim homo laborauerit, hoc & metet. Omnis nanque disciplina in præſenti non videtur esse gaudij, sed mœroris: postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitia. Sicut enim fructus in arbore non inuenitur in qua pampinus aut flos prius non apparuerit: sic & in senectute honorem legitimum assequi non poterit, qui in adolescentia disciplinæ alicuius exercitationibus nō laborauerit. Disciplina igitur absque obedientia qualiter fieri potest? Adolescens ergo sine obedientia, adolescens sine disciplina est: quoniam & ipsa obedientia, quæ omnium disciplinarum mater est, magna exercitatione indiget, & sui normam studij à Christo domino sumpsit, qui obediens patri vsque ad mortem, mortem autē crucis ignominiam libenter sustinuit. Quartus abusionis gradus est, diues sine elemofyna, qui superflua vsus sui, quæ custodienda in posterum recondit, indigentibus & nihil habentibus non distribuit: per quod efficitur, vt dum in terra quæſita diligētī cura custodit, cœlestis patriæ perennem thesaurum amittat. Ad quæ thesaurum dominus Iesus adolescētē diuitem, qui illum de perfectione interrogauerat, ita respondens inuitauit. Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & veni sequere me, & habebis thesaurum in cœlo. Quem thesaurum nullus vnquam hominum habere potest, nisi qui pauperibus solatia præstat, aut qui per suimetipſius voluntatem pauper est. Nō ergo dormiat in thesauris suis, qui pauperes \* dormire nō sinit. Diues nanque & si multa congregauerit, his frui solus nequaquā poterit, quia vnus hominis natura multis rebus nō succurrit. Quid ergo stultius est, quā propter vnus hominis victum & vestitum totam regni cœlestis perdere iocunditatem, & æternos inferni cruciatibus absque cōsolationis præſolatione subire? Quod ergo aliquando per necessitatem amittendum est, pro æterna remuneratione sponte distribuendum est. Omnia enim quæ videntur, temporalia sunt: quæ autem nō videntur, æterna sunt. Quandiu nanque tēporales sumus, temporalibus temporalia deseruiūt: & cū hinc transierimus, æternis æterna solatia præstabit. Idcirco diligere non debemus ea quæ non semper habebimus, præsertim cum expertem rationis auarum diuitū thesauri sui & agri, & omnia quæ habet, ostendunt: quia toto cordis intuitu illas res amat, quæ nunquam se diligunt. Si enim aurum & argentum & agros & vestimenta & cibos & metalla & bruta animalia quis dilexerit, hæc omnia vicem sibi amoris rependere non posse ipsa rerum natura ostendit. Quid ergo à ratione longius est, quā diligere quod te amare nō valet: & negligere illum, qui tuæ ditioni cum dilectione omnia præbet? Propter hoc igitur non diligi mundus, sed diligi proximus à domino præcipitur, quia proximus vicem sui amoris potest rependere, quod mūdus minime posse non dubitatur. Sic enim inimicum esse diligendum dominus præcepit, vt illa dilectio amicū illum ex inimico efficiat. Quisquis ergo diues cupidus, qui vult æternas habere diuitias, distribuendo egenis præstet in æternum non manuras. Si enim quod diligit non vendit, nemo emere potest, quod cupit. Auari nanque ideo in iudicio à rectissimo

Deute. 32.

Hebr. 2.

Phillip. 2.

Diues sine elemofyna Grad. III.

E

Math. 19.

\* alias pauperi prædesse potest.

2. Corin. 7.

F

Math. 22.



**G** iudice nuncupantur maledicti, quia qui praterbant eos non dicebant, Benedictio domini super vos, benedicimus vobis in nomine domini. Infelices ergo sunt auari diuites, qui propter res transitorias in aternam damnationem dilabuntur: & e contrario beati sunt misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Felix est misericors, dum in hac virtute non substantiam, sed affectum dominus requirit. Quintus abusionis gradus est, Femina sine pudicitia. Sicut enim omnes mores bonos procurat & custodit in viris pudicitia, sic & in feminis cunctos honestos actus nutrit, & fouet, & custodit pudicitia. Pudicitia nanque castitate custodit, auaritiam refrenat, lites deuittat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciuiam castigat, ebrietatem cauet, verba non multiplicat, gula concupiscentias oppugnat, furtum omnino damnat. Quid plura? Omnia vitia refrigit, & omnes virtutes, & quicquid coram deo & hominibus bonis laudabile est, nutrit. Impudica vita nec laudem ab hominibus in praesenti seculo, nec remunerationem a deo expectat in futuro. Pudica vero vita famam bonam inter homines possidet, & de spe futurae beatitudinis gaudet. Praesentibus semetipsam imitabilem facit, posteris memoriam amabilem relinquit. Bonis semper moribus delectatur & consentit, & assiduis scripturarum meditationibus & eloquiis animam vegetat. Bonorum precedentium exempla custodit, & inseparabilia perfectis contubernia nectit. Duobus ergo modis constat vera pudicitiae exercitatio, id est, corporis habitu in superficie, & animi affectu interno. Per exteriorem modum iuxta Apostolum, coram hominibus exempla: per interiorem modum coram deo prouidemus opera bona. Pudicitia nanque corporis, est alienas res non appetere, & omnem immundiciam deuitare: ante horam congruam non gustare velle, risum non excitare, verba vana & falsa non loqui: habitum per omnia ordinatum, compositionemque conuenientem tam capillorum quam vestium sicut decet habere, cum indignis contubernia non inire, supercilioso intuitu neminem aspicere, vagari oculos non permittere, pompatico & illecebroso gressu non incedere, nulli inferior in incepto bono opere apparere, nulli contumeliam aut ruborem incutere, neminem blasphemare, bonis non inuidere, senes non irridere, meliori non controuersari, de his quae ignoras non tractare, & ea quae scis non omnia proferre: hac enim proximis amabilem hominem reddunt, & deo acceptabilem faciunt. Pudicitia vero animae est, plus propter dei oculos quam hominum omnia bona facere, appetitiones turpium cogitationum cōpescere, omnes meliores se esse extimare, nemini inuidere, de semetipso nihil confidere, dei semper auxilio res omnes committere, ante dei oculos semetipsum constituere, haeretica prauitate sensum non maculare, catholicis per omnia consentire, deo soli adherere, castitate internae metis domino Iesu Christo offerre, omnia incepta bona opera mortis tantum termino finire, praesentes tribulationes animi fortitudine parumpendere, in terra praeter proximos nihil amare, cuncti amoris sui thesaurum in caelo constituere, & pro omni bono actu mercedem in caelestibus a deo sperare pudicitia ornamentum nobilissimum est, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debiliu, prosperitas laborantium, solamen mactatorum, augmentum omnis pulchritudinis, decus religionis, defensio criminum, multiplicatio meritum, creatoris omnium dei amica. Sextus abusionis gradus est, Dominus sine virtute. Quia nihil pro-

ficat dominandi habere potestatem, si dominus ipse non habeat virtutis rigorem. Sed hic virtutis rigor non tam exteriori fortitudine, quae & ipsis secularibus dominis necessaria est, indiget, quam animi interiori fortitudine bonis moribus exerceri debet: saepe enim dominandi fortitudo per animi negligentiam perditur, sicut de Heliacerdote factum fuisse comprobatur. Qui dum per seueritatem iudicij peccantes filios non coarctavit, in eorum vindictam dominus velut consentienti ferociter non pepercit. Tria ergo necessaria hos, qui dominantur, habere oportet, terrorem scilicet, ordinationem, & amorem. Nisi enim ametur dominus & metuatur, ordinatio illius minime stare poterit. Per beneficia ergo & asabilitatem procuret ut diligatur: & per iustas vindictas, non propriae iniuriae, sed legis dei studeat ut metuat. Propterea quoque dum multi pendunt in eo, ipse deo adherere debet, qui illum in ducatum constituit, qui ad portandam multorum onera ipsum veluti fortiorem solidauit. Paxillus enim nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhaereat, omne quod in eo pendet cito dilabatur, & ipse solutus a rigore suae firmitatis cum oneribus ad terram delabitur. Sic & princeps nisi suo conditori pertinaciter adhaerit, & ipse & omne quod continet cito deperit. Quidam nanque per dominandi officium plus deo appropinquant, quidam imposito sibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses enim accepto populi ducatu, familiariter de locutionibus utebatur. Saul vero filius Cis postquam ducatum regni suscepit, per inobedientiam superbiam deum offendit. Rex Salomon postquam patris sui David sedem obtinuit, deus illum ultra omnes mortales velut ad innumerum populi gubernationem sapientiae munere ditauit. E contrario vero Hieroboam seruus Salomonis, postquam regni domus David parte occupauit, ad idolorum culturam decem tribus Israel, quae erant in parte Samariae diuertit. Per quae exempla euidenter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere, quosdam vero per supercilium dominationis ad deteriora defluere. Per quod utrumque intelligitur, eos qui ad meliora conscendunt, per virtutem animi & dei auxilium posse id facere: & eos qui ad deteriora diuertuntur, per mentis imbecillitatem pariter & negligentiam errare. Vnde dominum absque virtute fieri non decet, quam virtutem sine dei auxilio nemo habet. Qui enim multa tuetur, si non habet fortitudinem animi, non valet id agere, quoniam magna magnis infestationibus, vel aduersitatibus solent laborare. Omnis igitur qui praest, hoc primitus tota animi intentione procuret, ut per omnia de dei adiutorio omnino non dubitet. Si nanque coeperit in actibus suis auxiliator habere dominum dominorum, nullus hominum contemptum potest habere eius dominatum: non enim est potestas nisi a deo. Ipse enim eleuat de stercore egenum, & sedere facit cum principibus populi sui: & deponit potentes de sede, & exaltat humiles, ut subditus fiat omnis mundus deo, & erigatur gloria dei. Septimus abusionis gradus est, Christianus contentiosus. Qui cum participationem nominis Christi per fidem & baptismum suscepit, contra Christi dicta & propositum, mundi caduca delectamenta diligit. Omne enim de quo contenditur, aut propter propriam eius dilectionem, de qua agitur: aut propter alterius amorem, quae sub odiosa specie latet, appetitur. Quemadmodum, verbi gratia, bellum animoso compugnantiu confidit cum odiosa res sit, propter amorem victoriae & libertatis peragitur, & multae aliae dilectae species sub odioso labore vel formidine satis contentiose expetuntur.

**K** habeat virtutis rigorem. Sed hic virtutis rigor non tam exteriori fortitudine, quae & ipsis secularibus dominis necessaria est, indiget, quam animi interiori fortitudine bonis moribus exerceri debet: saepe enim dominandi fortitudo per animi negligentiam perditur, sicut de Heliacerdote factum fuisse comprobatur. Qui dum per seueritatem iudicij peccantes filios non coarctavit, in eorum vindictam dominus velut consentienti ferociter non pepercit. Tria ergo necessaria hos, qui dominantur, habere oportet, terrorem scilicet, ordinationem, & amorem. Nisi enim ametur dominus & metuatur, ordinatio illius minime stare poterit. Per beneficia ergo & asabilitatem procuret ut diligatur: & per iustas vindictas, non propriae iniuriae, sed legis dei studeat ut metuat. Propterea quoque dum multi pendunt in eo, ipse deo adherere debet, qui illum in ducatum constituit, qui ad portandam multorum onera ipsum veluti fortiorem solidauit. Paxillus enim nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhaereat, omne quod in eo pendet cito dilabatur, & ipse solutus a rigore suae firmitatis cum oneribus ad terram delabitur. Sic & princeps nisi suo conditori pertinaciter adhaerit, & ipse & omne quod continet cito deperit. Quidam nanque per dominandi officium plus deo appropinquant, quidam imposito sibi dignitatis honore deteriores fiunt. Moyses enim accepto populi ducatu, familiariter de locutionibus utebatur. Saul vero filius Cis postquam ducatum regni suscepit, per inobedientiam superbiam deum offendit. Rex Salomon postquam patris sui David sedem obtinuit, deus illum ultra omnes mortales velut ad innumerum populi gubernationem sapientiae munere ditauit. E contrario vero Hieroboam seruus Salomonis, postquam regni domus David parte occupauit, ad idolorum culturam decem tribus Israel, quae erant in parte Samariae diuertit. Per quae exempla euidenter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere, quosdam vero per supercilium dominationis ad deteriora defluere. Per quod utrumque intelligitur, eos qui ad meliora conscendunt, per virtutem animi & dei auxilium posse id facere: & eos qui ad deteriora diuertuntur, per mentis imbecillitatem pariter & negligentiam errare. Vnde dominum absque virtute fieri non decet, quam virtutem sine dei auxilio nemo habet. Qui enim multa tuetur, si non habet fortitudinem animi, non valet id agere, quoniam magna magnis infestationibus, vel aduersitatibus solent laborare. Omnis igitur qui praest, hoc primitus tota animi intentione procuret, ut per omnia de dei adiutorio omnino non dubitet. Si nanque coeperit in actibus suis auxiliator habere dominum dominorum, nullus hominum contemptum potest habere eius dominatum: non enim est potestas nisi a deo. Ipse enim eleuat de stercore egenum, & sedere facit cum principibus populi sui: & deponit potentes de sede, & exaltat humiles, ut subditus fiat omnis mundus deo, & erigatur gloria dei. Septimus abusionis gradus est, Christianus contentiosus. Qui cum participationem nominis Christi per fidem & baptismum suscepit, contra Christi dicta & propositum, mundi caduca delectamenta diligit. Omne enim de quo contenditur, aut propter propriam eius dilectionem, de qua agitur: aut propter alterius amorem, quae sub odiosa specie latet, appetitur. Quemadmodum, verbi gratia, bellum animoso compugnantiu confidit cum odiosa res sit, propter amorem victoriae & libertatis peragitur, & multae aliae dilectae species sub odioso labore vel formidine satis contentiose expetuntur.

1. Reg. 2.

Tria sunt necessaria his qui dominantur.

**L**

Ezo. 33. 1. Reg. 15.

3. Reg. 3.

3. Reg. 12.

**M**

Roma. 13.

Psal. 112. Luc. 1.

Christianus contentiosus. Grad. VII.

**A** tur. Vnde patet intelligitur nihil contendi posse nisi propter dilectionem. Qui igitur de mundo praesenti ex quacunque causa contendit, perspicue ostendit quod illum diligit. Quomodo ergo mundum diligi per Ioan-nem spiritu sancti sermones interdicunt: quibus ait, Nolite diligere mundum, neque ea quae in mundo sunt. Mundi enim amor & dei pariter in vno corde cohabitare non possunt, quemadmodum iidem oculi caelum pariter & terram nequaquam aspiciunt. Sed requirendum est, si vere in mundo aliquid sit quod amari debeat, & quid sit ille mundus quem diligi diuina eloquia verant. Terra vero cum nascentibus ex ea, & metallum & animantia, & pulchritudo vestium, & oblectationes ciborum, & ea quae ad haec pertinent non diligi praecipitur: sed proximus, propter quem haec omnia facta sunt, hic amari iubetur. Haec enim omnia praedicta, velut non mansura, ad caelestem patriam pergentes concomitari nequeunt. Proximi vero velut mansuri regis coheredes, semetipsos licenter inuicem diligunt. Quod ergo semper in mundo non manet, & cum mundo pariter deficiat. Ipse mundus non amari praecipitur, proximus autem qui est pars regni caelestis in terra, & inter ima elementa a regni caelorum appetitoribus non incongrue amatur, dum in summa illa patria in aeternum cohaere habebitur. Propterea vero mundus praesens non diligi imperatur, ne a dei dilectione alienus seculi dilector quisque efficiatur. Non ergo debet contendi quod non licet amari. Igitur Christianus, qui nominis Christi similitudinem tenet, morum quoque eius similitudinem habere debet. Christianus enim nemo recte dicitur, nisi qui moribus Christo coaquatur. De Christo vero per Prophetam ita scribitur, Ecce puer meus quem elegi, electus meus, complacuit in illo sibi anima mea, ponam spiritum meum super eum. Non contendet neque clamabit, neque audiet aliquis in plateis vocem eius. Ecce Christus non contendit, neque clamauit, & tu si morum eius similitudinem retinere cupis, ne contendas, ne abusus in Ecclesia Christianus existas: suis enim sectatoribus Christus praecipit, Nolite vocari Rabbi, vnus est enim magister vester, qui est Christus: & patrem nolite vocare super terram, vnus est enim pater vester, qui in caelis est. Omnes enim vos fratres estis, quibus ad supplicandum imperauit dicens, Sic autem orabitis, Pater noster qui es in caelis, sanctificetur nomen tuum: & caetera. Frustra enim contendit patrem se habere in terra, qui patrem & patriam profitetur se habere in caelo. Cuius patriae possessor nemo efficitur, nisi qui de terrae patriae contentione securus habetur. Octauus abusionis gradus est, Pauper superbus, qui nihil habens, in superbiam extollitur, cum e contrario diuitibus seculi non superbe sapere per Apostolum Paulum imperatur. Quid ergo stolidius potest fieri, quam illum qui per infimam miseriam velut in terram abiectus, extremus & humilis incedere debuerat, supercilioso superbiae tumore inflatam mentem contra deum erigere? Per quod vitium lapsi corrue-runt, qui in summo caeli conditi erant culmine. Quid ergo vult quasi potens in terra superbire, qui praeter omnibus hominibus debuerat humilis apparere? Sed ne de paupertate sua tristitiam habeant, quid a deo recepturi sunt pauperes attendant: ipse etenim, inquit, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Recta nanque dispensatione misericors iudex regnum caelorum illis committit, quibus regni terrarum participationem inter mortales abstulit: ut ipse diues in caeli sede appareat, qui in terra nihil penitus procurat. Cau-

1. Ioan. 2.

**B**

Esa. 42.

Matth. 23.

Matth. 6.

Pauper superbus. Gradus VIII. 1. Timo. 6.

Matth. 5.

dum ergo pauperibus est, ne dum per egestatem & necessitatem terrenum regnum praetereunt, per mentis etiam imprudentiam caelorum regnum amittant. Cum enim dei dispensatione paupertatem necessariam acceperint, in ipsorum arbitrio pendet, vtrum pauperes spiritu sint. Non enim quibuscuque pauperibus caeli regna promittuntur, sed his tantummodo, in quibus diuitiarum inopiam animorum humilitas comitatur. Pauper enim humilis, pauper spiritu appellatur: qui cum egenus foris cernitur, nunquam in superbiam eleuatur: quoniam ad appetenda caelorum regna plus valet mentis humilitas, quam praesentium diuitiarum temporalis paupertas. Etenim humiles, qui bene possessas diuitias habent, possunt pauperes spiritu appellari: superbos autem nihil habentes haud dubium est beatitudine paupertatis priuari. De quibus vtrisque sancta scriptura ita loquitur, Est quasi diues cum nihil habeat, & est quasi pauper cum in multis diuitiis sit. Quasi pauper ergo in multis diuitiis, est diues humilis spiritu: & nihil habes quasi diues, est pauper superbus mentis affectu. Nobilis ergo inops est mentis humilitas, & inepta diuitia sunt animorum enormitas. Prouidendum ergo pauperibus est, ut semetipsos quales sint intelligat: & quia rebus consequi quod cupiunt non valent, mentis tumore superbiere desinant. Nonus abusionis gradus est, Rex iniquus. Etenim regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Inde in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet: nomen enim regis intellectualiter hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores, si iniqui sint, non corrigit? Quoniam iniustitia regis exaltatur solum, & in veritate regis solidantur gubernacula populorum. Iustitia vero regis est, neminem iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarum inter virum & proximum suum iudicare, aduenis & pupillis & viduis defensorem esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & peierantes vitare non sinere, Ecclesias defendere, pauperes elemosynis alere, iustos super regni negocia constitutare, senes & sapientes & sobrios consiliarios habere, magorum & ariolorum phytionissarumque superstitionibus non intendere, iracundiam suam differre, patriam fortiter & iuste contra aduersarios defendere, per omnia in deo confidere, prosperitatibus non eleuari animum, cuncta aduersa patienter tolerare, fidem catholicam in deum habere, filios suos non sinere impietate agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum. Vnde enim terra cuius rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Hac regni prosperitatem in praesenti faciunt, & regem ad caelestia regna meliora perducent. Qui vero regnum secundum hanc legem non dispensat, multas nimirum aduersitates imperij tolerat: idcirco enim pax populorum saepe rumpitur, & offendicula de regno suscitatur, terrarum quoque fructus diminuantur, & seruitia populorum impediuntur, multi & varij dolores prosperitatem regni inficiunt, charorum & liberorum mortes tristitiam conferunt, hostium incursum provincias vndique vastant, bestiae armentorum & pecorum greges dilacerant, tempestates aëris & hemisphaeria turbata terrarum fecunditate, & maris ministeria prohibet, & aliquando fulminum ictus segetes, & arborum flores, & pampinos quoque exurit. Super omnia vero regis iniustitia non solum praesentis imperij faciem offuscat, sed etiam filios suos & nepotes, ne post se regni

\* alias, perdunt.

Proverb. 13.

Rex iniquus. Gradus IX.

Iniustitia regis quae.

Ecclesiastes 10.

**G** se regni hareditatem teneant, obscurat. Propter piaculum enim Salomonis regnū domus Israël dominus de manibus filiorum suorum dispersit. Et propter iustitiam Dauid regis, lucernam de semine eius semper Hierusalem reliquit. Ecce quantum iustitia regis seculo valet, intuitibus perspicue patet. Est enim pax populorum, tutamen patrie, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aeris, serenitas maris, terrarū; fecunditas, solatium pauperum, hareditas filiorum, & sibi metipsum spes futuræ beatitudinis. At tamen sciat rex, quod sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in penis, si iustitiā non fecerit, primatum habiturus est. Omnes nanque quoscunque peccatores sub se in presenti habuit, supra se modo implacabili in illa futura habebit. Decimus gradus abusionis est, episcopus negligens, qui gradus sui honorem requirit inter homines, sed ministerij sui dignitatem coram deo, pro quo legatione fungitur, non custodit. Primo nanque ab episcopo, quid sui nominis dignitas teneat inquiratur, quoniam cum episcopus Græcum nomen sit, speculator interpretatur. Quare vero speculator ponitur, & quid a speculatore requiritur, dominus ipse denudat cum sub Ezechielis prophetæ persona episcopo officij sui rationem denunciatur, ita inquit, Speculatorem dedi te domui Israël. Audiens ergo ex ore meo sermonem, nunciabis eis ex me. Si autem videris gladium venientem, & tu non annunciaueris vt reuertatur impius a via sua, ipse quidem impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requirā. Si autem tu annunciaueris, & ille non fuerit reuersus, ipse quidem in iniquitate sua morietur, sed tu animam tuam liberaſti. Decet ergo episcopum, qui omnium speculator positus est, peccata diligenter attendere: audiens ergo & postquam attenderit sermonem, si poterit & actū corrigere: si non poterit, iuxta Euangeliij regulam scelerum operarios declinare. Si enim, inquit, in Euangeliō dominus, peccauerit in te frater tuus, corrippe illū inter te & ipsum. Si te audierit, lucratus eris fratre tuo. Si te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum vel duos, vt in ore duorum vel trium stet omne verbum: si illos non audierit, dic Ecclesie: si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Tali ordine expellendus est quicumque doctore vel episcopo adherere noluerit. Et qui tali ordine expulsus fuerit, ab alio aliquo doctore vel episcopo non debet recipi: de sacerdote nanque in lege scribitur, Viduam aut repudiatam nō accipiat vxorem. Quia ergo illum excommunicatum a catholico illo non permittente sibi iungit, iura sacerdotij sancti, quod Christianorum genus electum est, excedit. Hac ratione episcopū ad eos, quibus in speculatione positus est, esse oportet. Caterū vero qualis in semetipso esse debeat, Paulus apostolus exponit, vt ad gradum episcopi veniens sit sobrius, prudens, castus, sapiens, modestus, hospitalis, filios habens subditos cum omni castitate, testimonium habens bonum ab his qui foris sunt, proferens doctrinæ fidelem sermonem, ante episcopatum non plures habes vxores quam vnam. Non percussor, non bilinguis, non ebriosus, non neophytus, vt per hæc ipse ostendat in opere, quod alios docet in sermone doctrinæ. Caueant ergo negligentes episcopi, quod in tempore vindictæ dominus per Prophetam conqueritur dicens, Pastores mei demoliti sunt populum, & non pascebant gregem meū pastores, sed pascebant semetipsos: sed potius procurent hi, quos constituit dominus super familiam suam, dare illis cibum in tempore suo mēsuram tritici, puram sci-

licet & probatam doctrinam, quatenus veniente domino mereatur audire, Euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui. Vndecimus abusionis gradus est, Plebs sine disciplina, quæ cum disciplina exercitationibus non seruit, comitanti se perdicionis laqueo constringit, iram enim domini absque disciplina rigore non euadit. Atque idcirco psalmista vocibus indisciplinatae plebi prædicatur, Apprehendite disciplinam, nequando irascatur dominus. Disciplina vero est morum ordinata correctio, & maiorū præcedentium regularum observatio: de qua disciplina Paulus Apostolus ita loquitur, dicens, In disciplina perseuerate, tanquam filii vobis se offert deus. Quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti estis, omnes ergo adulteri & non filij estis. Qui ergo adulteri sine disciplina sunt, cælestis regni hareditatē non capiūt: si filij autem paternæ disciplinæ correctiones ferunt, & hareditatem quandoque recipere posse non desperent. De qua etiā disciplina Esaias quidem indisciplinate plebi prædicat, dicens, Quiescite agere peruersæ, discite benefacere. Et ad eadem psalmista consona voce psallit dicens, Declina a malo, & fac bonum. Infelix ergo est qui abiicit disciplinam. Audet enim extra milites aliquid, qui dominum crucifigentes non eius sciderunt tunicam, qui Ecclesia Christi scindit disciplinā. Sicut enim tunica totū corpus præter caput tegitur, ita disciplina omnis Ecclesia, præter Christum, qui Ecclesie caput est & sub disciplina non est, protegitur & ornatur. Ipsa enim tunica cõtexta desuper fuerat per totum, quia eadem disciplina Ecclesie a domino de cælo tribuitur & integratur. De qua dominus cum ad patrem ascendisset postquam resurrexit a mortuis, ad Apostolos suos loquitur dicens, Vos autem sedete hic in ciuitate quoadulque induamini virtute ex alto. Tunica ergo corporis Christi, disciplina Ecclesie est: qui autem extra disciplinam est, alienus est a corpore Christi. Non scindamus igitur illam, sed sortiamur de illa cuius sit: id est, non soluamus quicquam de mandatis domini, sed vnusquisque in quo vocatus est, in eo permaneat apud dominū. Duodecimus abusionis gradus est, Populus sine lege, qui dum dei dicta, & legita cõtemnit, per diuersas errorum vias præuaricationis laqueum incurrit. De quibus viis sub persona præuaricatoris populi humanum genus Propheta ita deplangit, Nos autem sicut oues errauimus, vnusquisque in viā suam declinauit: de quibus viis etiam eadem sapientia loquitur per Salomonem, Multæ viæ videntur hominibus rectæ, & nouissima earum deducunt ad mortē. Quæ vtique multæ perdicionis viæ tunc inceduntur, cum vna regalis via, lex dei videlicet, quæ neque ad dexterā, neque ad sinistram declinat, per negligentiam deseritur. De qua via dominus Iesus Christus, qui est finis legis ad iustitiam omni credenti denunciat, Ego sum via, veritas & vita. Nemo venit ad patrem nisi per me. Ad quam viam omnes cõmuniter inuitat dicens, Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam. Quia non est personarum acceptio apud deum, vbi non est Iudæus & Græcus, masculus & femina, seruus & liber, barbarus & Scythia, sed omnia in omnibus Christus, omnes enim vnum sunt in Christo Iesu. Dum ergo Christus est finis legis, qui sine lege sunt, sine Christo fiunt: igitur populus sine lege, populus sine Christo est. Abusuū ergo in temporibus Euangeliij populum sine lege fieri, quando Apostolis in cunctas gentes licentia prædicationis data est, quando tonitruum Euangeliij

K  
Mat. 25.  
Plebs sine disciplina.  
Gradus. XI

Psal. 2.  
Disciplina quid.

Hebræ. 12.

Esai. 1.  
L  
Psal. 36.

Coloss. 1.

Lucæ. 24.

Ioan. 19.

Populus sine lege.  
Grad. XII.  
M

Esai. 52.

Prouerb. 14.

Roma. 10.  
Ioan. 14.

Matth. 11.

Coloss. 3.

Episcopus negligens.  
Gradus. X.

H  
Ezechiel. 3.

Mat. 18.

Leuit. 21.

1. Timot. 3.

Ezechiel. 34.

Lucæ. 12.

**A** Euangelij per cunctas seculi partes intonuit, quando gētes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, quando qui longe fuerant, facti sunt prope in sanguine Christi: qui aliquando non populus, nunc autē populus dei in Christo, quando est tempus acceptabile & dies salutis, & tempora refrigerij in conspectu altissimi: quando vnaquæque gēs habet testem resurrectionis, quando ipse dominus testatur, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem seculi. Non siamus ergo sine Christo in hoc tempore transitorio, ne sine nobis Christus esse incipiat in futuro.

Mat. 28.

Finis.

AD LECTOREM.  
Nec hic libellus quicquam habet Augustini.

DE CONTRITIONE CORDIS LIBER.

**B**  
Quomodo nostræ miserie & dei sint memoranda beneficia. Cap. I.



**N**ihil certius morte, nihil incertius hora mortis. Cogitemus ergo quā breuis sit vita nostra, quā via lubrica, quā mors certa, & hora mortis incerta. Cogitemus quantis amaritudinibus admixtum sit, si quid dulce aut iucundū in medio huius vitæ occurſu nobis alludit, quā fallax & suspectū, quā instabile & transitorium est quicquid huius vitæ amor perturbat, quicquid species aut pulchritudo temporalis promittit. Consideremus etiam quæ sit patria cælestis suauitas aut dulcedo, & attendamus & perpendamus vnde cecidimus & vbi iaceamus, quid perdidimus & quid inuenimus, & ex vtroque intelligamus quantum nobis in hoc exilio lugēdum sit: hinc enim Salomon ait, Qui apponit scientiam, apponit dolorem. Quia quāto magis quis intelligit mala sua, tanto amplius suspirat & gemit. Meditatio siquidem parit cõscientiam, cõscientia compunctionem, compunctio deuotionem, deuotio commendat orationem. Meditatione assidua homo ad cognitionem sui illuminatur, in compunctione vero ex consideratione malorum suorum, cor intenso dolore tangitur. Miser ergo in quantum deberem diligere deum meum qui me fecit cum non eram, redemit cum perieram: non enim eram, & de nihilo fecit me: non arborē, non autē, nec aliquod de animalibus brutis, sed hominē me voluit esse, dedit mihi viuere, sentire & discernere. Perieram, ad mortalem descendit immortalis: suscepit passionem, suscepit mortem, vicit, & sic me restaurauit: sic gratia eius, & misericordia eius sepe prouenit me. De multis etiam periculis saepe liberauit me liberator meus: quando errabā, corripuit me: quando cõtristabar, consolatus est me: quando desperabam, cõfortauit me: quando cecidi, erexit me: quando steti, tenuit me: quando iui, duxit me: quando ad eum veni, suscepit me. Hæc & multa alia fecit mihi deus meus, pro quibus dulce est mihi semper loqui, semper cogitare, sepe gratias agere, vt pro omnibus beneficiis suis possim eum laudare & amare. Pro his enim omnibus quæ illi rependam nō habeo nisi vt ipsum diligam: non enim melius nec decētius repēdi possunt, quā per dilectionem quæ mihi sic data sunt. Considera o homo quid tibi erat, & quid tibi factum sit, & pensa quis tibi hæc fecit, quanto amore dignus sit, Intuere necessitatem tuam, & bonitatem eius, & vide quas gratias ei reddas, & quāto debeas hono-

Eccle. 11.

ri eius. In tenebris, in lubrico, in descensu semper eras ad horribile chaos inferni. Immensum & quasi plumbi pondus pendens a collo tuo deorsum te trahebat, & onus importabile desuper te premebat. Hostes inuisibiles toto conatu te impellebant. Sic eras sine auxilio, & nesciebas: quia sic cõceptus eras & natus: in tenebris, inquam, eram: quia me ipsum nesciebam: in lubrico, quia imbecillis ad lapsum peccati eram: in descensu erā, quia super chaos inferni pondus horribilis peccati deorsum me premebat, & inimici mei demones vt me alius peccatis damnabiliorem facerent vehemēter insisterant. Sic omni auxilio destitutus illuxisti mihi deus meus, proiecisti pondus trahens, & onus grauias: & hostes impellentes reiecisti, quia peccatum in quo natus & conceptus fui, & damnationem amouisti, & maligno spiritui, ne vim animæ meæ faceret, prohibuisti, & Christinum me vocari fecisti nomine tuo, per quod ego te cõfiteor, & tu me cognoscis inter redemptos tuos, existi & leuasti me ad notitiam tuam & amorem, fecisti me confidere de salute animæ meæ, pro qua dedisti animā tuam, & mihi si te sequerer promissisti gloriam. Et certe quantum te nō sequebar sicut cõsuluisti, sed insuper multa peccata feci, meque prohibuisti, adhuc expectas vt sequear, & dones quod promissisti. Considera anima mea, intendite omnia intima mea, quantum illi debeat tota substantia mea. Certe domine quia me fecisti, debeo tibi me ipsum totū, imō debeo amoris tui plus quam me, quāto tu maior es me pro quo dedisti temetipsum, & promissisti te ipsum. Fac me peccatorem domine gustare per amorem, quod gusto per agnitionem: sentiam per affectum, quod sentio per intellectum. Plus tibi debeo quā me ipsum totum, sed nec plus habeo, nec hoc ipsum quod habeo per me totum reddere possum. Trahe me o domine in amorem tuum, & hoc ipsum totum quod sine cõtradictione tuum est, fac tuum dilectione: Ecce domine coram te est cor meū, accedere ad te per se non potest, admitte me intra cubiculum amoris tui, peto, quæro, pulso: quod me facis petere, fac me accipere: das quære, da inuenire: doces pullare, aperi pullanti. Cui das, si negas petenti? Quis inuenit, si quærens frustratur? Cui aperis, si pulsati claudis? Quid das nō orāti, si amorem tuum negas roganti? A te solo habeo impetrare, adherere animā meā volo ad te. O bone domine si amorē tuum negas, quis dabit fac me participē amoris tui. Languet anima mea, refocilla illam, dilectio tua impinguet eam, affectus tuus impleat eā, amor tuus erigat me totū & possideat. Scio domine, scio & fateor, quod non sum dignus vt me diligas. Sed certe non est indignus seruitio creaturæ tuæ. Da igitur mihi domine vnde es dignus, & ego ero dignus vnde sum indignus. Fac me quoquo modo vis a peccato cessare, vt quoquo modo debeo possim tibi seruire. Concede mihi sic custodire, regere & finire vitā meam, vt in pace dormiam & requiescam, & præsta mihi in fine, vt me accipiat somnus cum requie, requies cum securitate, securitas cum eternitate, Amen. Domine Iesu Christe redemptor meus, vita & salus mea, te laudo, tibi gratias ago, tua me domine bonitas creauit, tua misericordia me a peccato originali mundauit, tua patientia post illam emundationem in aliis peccatorum sordibus hæcenus tolerauit, nutriuit, & expectauit. Domine deus creator meus, adiutor meus, te sitio, te desuero, ad te suspiro, te cõcupisco benignissimū, suauissimū, serenissimū, te volo, te quæro, & in te spero. Renuit consolari anima mea, nisi de te dulcedo mea, accede ad me do-

Quid pro beneficiis dno debeamus. Cap. II.

Desiderij boni exercitatio. Precatio. Cap. III.

**G** me domine, appare mihi & consolatus ero, ostēde mihi faciem tuam, & saluus ero, exhibe mihi presentiam tuā, & implebitur desiderium meum. Reuela gloriam tuā, & perfectum erit gaudium meum. Sitiuit in te anima mea quam multipliciter tibi caro mea. Quando venies consolator meus, quē ego exspecto? O si ego videbo gaudium quod desidero. O si ego satiabor cum apparuerit gloria tua quā esurio. O si inebriabor ab vbertate domus tuæ ad quam suspiro. O si potabis me torrente voluptatis tuæ quem sitio. Da mihi domine in hoc exilio pœnitentiæ dolorē, & lachrymarum fontem quē esurio super omnē copiam deliciarum. Sint mihi domine interim lachrymæ meæ panes die ac nocte, donec dicatur mihi, ecce deus tuus. Pasce me domine interim singultibus meis, refocilla me doloribus meis, donec audiam, ecce sponsum tuum. Deus meus qualē me fecisti, & qualē iterum me feci? In peccatis eram conceptus & natus, & abluisti me atque sanctificasti me, & ego pœioribus sordidatus in peccatis. Innocens erā tunc natus scilicet in baptismo, nunc sum in voluntariis volutatus. Heu me miserum nimisq; miserum, quē torquet conscientia sua, quam fugere non potest: nimis miserum quē expectat dānatio sua, quam vitare non potest, nisi deus eripiat. Nimis est infelix, cui mors æterna est scētibilis: nimis eruminosus, quem terrent continui de sua infelicitate horrores: nimis eruminosus, quem multum torquebunt æterni pro sua iniquitate dolores, malū hoc & malum hoc, sed minus hoc & maius hoc. Peccare, ô quam amara res est, & mala res est peccatum. O peccata quam faciles aditus habetis dum suadetis, & quam difficiles exitus habebitis: dum suadetis, inungitis: sed postquam suaseritis, vsque ad mortē animę pungitis: factores quos inducitis, vsq; in iniquos vtres includitis. Intelligite intelligite quam amarum & malū est relinquere dominū vos qui peccatis, nolite peccare amplius, sed redite ad cor, nolite peccare, malum est enim & amarū: expertus sum in memetipso. Aut ergo cōtinui dolores cruciabūt pœnitentē vitam meam, aut etiam cruciatus æterni vexabunt puniendā animam meam. Malū & amarum est vtrunque, sed libera me ab vtroque. Anima mea, ante omnia te sicut matrē virtutum moneo, ne in recordationibus malorum tuorum alicuius diaboli laqueos incurras, quos multi incauti incurrunt quando de malis suis quasi pro eis plorātes ante mentis oculos reducūt, & per easdē recordationes in ipsas malorū delectationes insipienter incidunt. Sæpius etiam cum sine alicuius mali iniectione cum aliquo loqui incipio, statim detractionem incurro, vel pro aliqua re imprudenter loquēdo iuro, vel vitio curiositatis inepte succumbo, vel malorum cogitationum, vel turpitudinis motus illicitos & impudicos in ipsis interioribus meis sustineo. Heu tanta infelicitati & tantæ perditioni, dū enim quæ retro sunt obliuiscēs ad ea quæ ante sunt me extendere volo, subito nescio qua miseria me relabi ad inania cōspicio & noxia, & tanquam mors subito interueniēs, vel quæ admodum canis rabidus, qui nec percussus à laceratione hominis separatur, carnalis delectatio perforat mentē meā, & pro suauī odore virtutum sentio intolerabilem ac teterimū factorem interiorum vitiorum. Eia dulcissime domine Iesu coram te expādo omnes iniquitates meas quas intus sustineo: sunt autem hæc mala decem. Primū impatiētia, inimica deo & omnibus sanctis odiosa, discordia, indignatio, rancor animi, tardium mētis, voracitas gulæ, murmuratio, desiderium voluptatis, delectatio carnis, repestas libidinis, & multa his similia,

quibus laqueatur & decipitur atque afficitur infelix anima mea. O quam tolerabilius canis putridus fœtet hominibus, quam anima peccatrix deo, magis infelix ista deo quam ille hominibus. Anima peccatrix arbor infruuctuosa es, vbi sunt fructus tui? Talis autem arbor digna est securi & igne, digna succidi & incendi. Qui sunt fructus tui? Vtiq; spinæ pungentes & amara peccata, quæ vtiā sic te pœnitendo pungerent vt confoderent, sic amarescerent, vt euanescerent. Forsitan parum quid putas quid peccatum sit. Sed heu nōne omne peccatū per prauaricationē personā domini inhonorat? Quam parum ergo audebit peccator dicere peccatū, quando propter peccatum filius dei moritur, vltra quem nil aliud potest estimari. Iesu domine bone cur de cælo venisti, quid mūdo fecisti, ad quid te morti dedisti? Nisi vt peccatores saluares, quorū maximus ego sum. Respira ergo, ô peccator, respira ne desperes, spera in eo quē times, fuge ad eū à quo aufugisti, inuoca importunē quē superbē prouocasti, dicq; ei, Iesu propter nomen tuū dulce fac mihi secundum nomē tuū. Iesu obliuiscere superbū te prouocantem, respice piē miserum te inuocantem, Iesu nomen tuum dulce, nomen delectabile, nomē confortans peccatorem, & nomen beatæ spei. Quid est enim Iesus nisi saluator? Ergo propter temetipsum Iesu esto mihi Iesus, esto mihi saluator benignus. Noli domine, noli attendere sic malum meū vt obliuiscaris bonū tuum. O bone domine Iesu, estū ego admisi vnde me dānare potes, tu non admisisti vnde saluare soles. Si castitatem meā mihi ademi, nunquid misericordiam tuam peremi? Verū est, cōscientia mea meretur dānationem, & pœnitentia mea non sufficit ad satisfacionē: sed certum est, quōd misericordia tua superat omnē offensionem. Parce ergo mihi domine qui es salus vera, & qui nō vis mortem peccatoris, miserere domine peccatrici animæ meæ, solue vincula eius, sana vulnera eius. Ecce misericors deus corā te exhibeo animā meam, virtutū muneribus desolatam, catenis vitiorum ligatam, pondere peccatorū granatam, delictorū sordibus fœdatam, discissam vulneribus dæmonum, putridā & fœtidā vlcibus criminum, his & aliis grauioribus malis, quæ tu melius vides quam ego, obstrictam, oppressam, circumdatam, obuolutā, bonorū omnium reuelamine destitutam. Hec coarctat me mala vita, coarctat me miseria. Heu miser semper & vbique miser, quanta miseria & captiuitate vita hominis circumdatur! Si male viuūt homines, parata est dānatio. Si recte quidem viuere videtur, & non sapienter, nec cautē se custodiēs inde gloriatur, iterū certa est mors & æterna dānatio. Omnia ista quæ sequuntur, sunt inimici miseri hominis. Superbia, inuidia, inanis gloria, quæ infelicem hominem continue infestant, & nisi misericordia dei eū teneat, sæpius vsq; ad mortem vulneratur. Libera me domine ab his hostibus meis, à quibus me liberare nō valeo. Peruersum etiā & pessimū est cor meū, ad deploranda propria peccata mea est lapideum & aridū, ad resistendum insultatibus molle & luteū: ad inutilia autem & noxia pertractanda velox & infatigabile, ad cogitanda salubria fastidiosum & immobile. Anima mea distorta & deprauata ad percipiendū bonum, sed ad voluptatum vitia nimis facilis & prompta, ad salutem reminiscendā nimis etiam difficilis & pigra. Longum est enarrare singula, gastrimargiam, somnolentiā, leuitatem, impatiētiā, detractionem, cenodoxiā, id est, vanā gloriam, inobediētiā, & cetera vitia quib⁹ infecta est infelix anima mea, quotidiano ludibrio distrahitur à tua cultura in perditionem

Matt. 3.

Imploratio diuine misericordie super peccatorū discrimine. Ca. V.

Ezechie. 18.

Inimici hominis.

Psal. 62.

Psal. 16.

Psal. 35.

Psal. 41.

De cōscientie peccatricis infelicitate Cap. III.

Philip. 3.

Iniquitates anime in tentores.

De peccatorum ingenti periculo. Cap. VI.

De præpeditibus respicientiā peccatis. Cap. VII.

De sera fœditatis peccati cognitione. Cap. VIII.

**A** tionem. Libera eam domine, exohera mole peccatorū obrutam, solue delictorum fumibus ligatam, expedi criminibus irretitam, erige iacentem, sustine nutantē, instrue spiritalibus armis virtutib⁹ inermem, rege & protege pugnantem, Iesu bone vide humilitatem meam, & dilue omnia delicta mea, adiutor me⁹ esto, ne delinquas me, neque despicias me deus salutaris me⁹, sed doce me facere volūtatem tuā. Anima mea testetur quod libenter hoc os confitetur. A diuina me domine pie, benigne, & clemens plusquam possum cogitare aut rogare, non minus hoc sentiam quam præsumo sperare.

O peccata mea magna estis valde, multa estis nimis. Si à vobis nō absoluatur, quid erit mihi? Iudex enim terribiliter districtus, inæqualiter seuerus, immoderate offensus, vehementer iratus, sententiā immutabilis, carcer irremediabilis, tormenta sine interuallo, & sine temperamento tortores horribiles, qui nunquam lassantur, nunquam miserentur. Timor reum conturbat, conscientia confundit, cogitationes increpant, & fugere non licet. Ecce in quibus periculis cōsisto incessanter. Et quia sepe hoc non cogito, ero inferior & miserabilior, quia obliuisci possum: semper enim videt deus me & peccata mea, semper incutiuntur mihi districta iudicia, semper inuisibiles insidiatores parati sunt, vt capiant miseram animā meā. Sic sum positus cum vigilo, sic cū dormio, sic cum rideo, sic cum lator, sic cum superbio, sic cū detraho, sic cū irascor, sic cum tristor, sic cū delicias cordis miserabilis amplector, denique sic sum semper & vbique. Heu me miserū, & vbi sum, & vbi non sum, quia nescio vbi securus sum. Heu mihi misero, quid faciam? Heu quāto tempore angetur mens mea, quanto stupore induratum est cor meum, quāto tempore obduratur anima mea.

**B** obliuisci possum: semper enim videt deus me & peccata mea, semper incutiuntur mihi districta iudicia, semper inuisibiles insidiatores parati sunt, vt capiant miseram animā meā. Sic sum positus cum vigilo, sic cū dormio, sic cum rideo, sic cum lator, sic cum superbio, sic cū detraho, sic cū irascor, sic cum tristor, sic cū delicias cordis miserabilis amplector, denique sic sum semper & vbique. Heu me miserū, & vbi sum, & vbi non sum, quia nescio vbi securus sum. Heu mihi misero, quid faciam? Heu quāto tempore angetur mens mea, quanto stupore induratum est cor meum, quāto tempore obduratur anima mea. Quid est quod sic me impedit? quid est quod cervicem meā sic premit? Vult domine, vult anima mea ad te erigere faciem suā, & plumbeco onere aggravata deprimitur: conatur se expedire & catenis ferreis constringitur: tentat exire, & cæno carcere includitur: cupit in te dirigere seruitium suū, & caliginosis tenebris obscuratur. Quæ sunt ista deus meus, quæ sic animam meā obtenebrant, & grauant, & ligant? Forsitan hæc sunt peccata mea? imò vere hæc sunt peccata mea. Hi sunt affectus carnales, qui inficiunt in me affectionē spiritalem. Intentio inferiorum incuruat animam meā ab intuitu superiorum. Amor terrestriū excæcat in me dilectionem cœlestium. Vltus vitiorum euacuat in me sensus donorum bonorum. Ab his donis sum elōgatus, in his malis sum occupatus: ab illis exclusus, in istis inclusus: ab illis deuolutus, istis obuolutus. Hinc est carcer, & vincula, hinc sunt tenebræ & peccata. Væ mihi, quia prope est dies mortis, prope, inquam, & incognita. Subito venit, & forsitan hodie erit. Delicta mea an eratis tunc tam noxia futura, cum animā meam vestra dulcedine pulsabatis, cū cor meū vestra dulcedine vngebatis? Cur hoc ante celabatis, & cur me tradebatis? Imò vos non tradidistis me: sed ego tradidi me, quando vobis me tradidi. Nō vos me decepistis, sed ego me decepi, quando vos intra me suscepi. Heu cur vobis fidem adhibui & credidi vobis? Sed quodam horribili modo videns, cæcus me tradidi vobis. Videns quidē, quia vos cognoscebam, & mala quæ præcipiebatis non abhorrebam, sed eis consentiebam. Cæcus, quia me à vobis non cauebam. Heu peccatum nomen horrendum, res detestabilis, nullo modo comparabilis. Cæcus non videt foueam in quam cadit, infans putat se debere quod facit: qui sponte facit peccatū videns & sciens, præcipitio se

tradit. Mors & tormenta quælibet tantum sunt, & in se fœda non sunt, quia ordinata sunt: peccatum autem habet in se fœditatem suā, & cum hoc trahit secum æternam infelicitatē. Melius enim erat eligere tormentū, quod per se fœditatem æternā non attrahit, quam peccatum quod sua cum fœditate dolores æternos iungit. Et certe omnis fœditas peccati ipsa sola plus est. Magis ergo vitanda peccandi fœditas, quam quælibet tormentorum immanitas: quia ipse homo in peccando fœditissima peruersitate præposuit se creatori suo, quo nihil iniustius: sed in tolerando peccati tormēta ordine præpostero subiicit se creatura factori suo, quo nihil iustius. O homo quō euauit humanitas tua, quō deuenit ratio tua: didiceras enim, quoniā qui facit peccatū, seruus est peccati, & peccatum fecisti. Inaudita infania hæc scire, & semper peccare. Sciebas enim quod tu es spiritus vadēs & non rediens, & in peccati abyssum, irremediabilem & sine fundo te proiecisti. Vere abyssus peccata mea sunt, quia incomprehensibilia sunt profunditate, & inestimabilia sunt numero, & immensitate. O abyssus abyssum inuocans, ô peccata mea, tormenta quibus me seruatis abyssus sunt, quia infinita & omnino incomprehensibilia sunt. Est & tertia abyssus, & est nimis terribilis, iudicia dei abyssus multa, quia super omnē sensum occulta. Hæc omnes abyssi terribiles sunt mihi vndique, quia timor super timorem, & dolor super dolorem. Nam abyssus abyssum in voce cataractarum tuarū inuocat, quia peccati abyssus abyssum tormētorum meretur, quia iudicia dei pronunciat. Abyssus ergo iudiciorū dei super me, abyssus inferni subtus me, abyssus peccatorum meorum est intra me. Illam quæ super me est, timeo ne in me irruat, & me cum abyssu mea in illam quæ subtus me latet, obruat, vbi per tormenta peccata nunquam debebuntur, sed peccata tormenta super me tenebūt. Miser ego peccator, quō abij factio meo à factore meo, quō fugi à facie tua? Et certe si ego nequiter fugio, & abyssu me damnabili abscondo, quō vado vides me: quis enim nisi tu ad renitendum mouet animā meā? Bone domine Iesu Christe, tu pulstasti & excitasti eā in abyssu delictorum meorum velut in lecto dormientē, tu concussisti pigritatem, tu sollicitasti negligentem, tu fecisti pœnitentem vnde iocundabatur, & doleat vnde latebatur. Bone domine omnia hæc fecisti in abyssu.

Ioan. 8.

Psal. 77.

De triplici abyssi altitudine. Cap. IX.

E

Psal. 35.

Psal. 47.

F

Quid peccatori faciendū. Cap. X.



G reduxerit vos: procul estote ante mortem, nisi forte indulgentia reuocet vos: quia necessarium est flere peccatore vel hic, vel in futuro. Sit ergo poenitentia continua & amara comes atatis meae. Continuus dolor, insatiabilis terror inhareat vitae meae. Sint moror acerbus, luctus infatigabilis, torfiones iuuetutis & senectutis meae, vt ita fiat rogo & desidero. Si enim non sum dignus oculos ad caelum leuare orando coram te domine deus, certe sum dignus plorando eos caecare. Si confunditur mens mea pudore conscientiae, aequum est vt confundatur turbine luctuoso doloris & tristitiae. Si timet exhiberi ante conspectum domini dei sui, iustum est vt habeat ante conspectum suum tormenta sceleris sui. Respira o peccator, respira aliquando, & fuge ad ipsum deum, quem offendisti, fuge inquam ab irato ad placatum.

Prouocatio speci in corde peccatoris. Cap. XI.

Memento iustissime & benignissime deus, memento quod misericors es & redemptor meus es. Si iudex es ad iudicandum reum tuum, es & deus ad defendendum seruum tuum, es & creator ad conseruandum opus tuum, es & deus ad saluandum credentem tuum, & baptizatum tuum. Ne ergo memineris domine iustitiae tuae solius aduersus peccatorem tuum, sed memor esto benignitatis tuae erga creaturam tuam. Ne memineris irae tuae aduersus reum tuum, sed memor esto miserationis tuae aduersus miserum tuum. Scio quidem & fateor, quod conscientia mea meretur damnationem, & poenitentia mea non sufficit ad satisfactionem. Parce ergo mihi bone domine qui es salus mea, qui non vis mortem peccatoris, parce ergo peccatrici animae meae. Deus meo es, in te pono spem meam, & tibi committo animam meam. Custodi animam meam dum dormio, cõserua eam dum aliquid facio, memento eius dum ego obliuiscor tui, peccator sum & miser, sed peccasse me doleo, & miserum me cognosco. Misericors deus miserere mei, miserere & humilis creatura tua. Peccare est deum inhonorare, quod homo facere non debet, etiã si necesse esset perire, quicquid deus non est. Heu me peccatui, deum verum exhorraui, omnipotentem prouocauit, peccator quid feci, quando mala feci: vae mala agenti, vae bona negligentia. Vae vae ira omnipotentis dei, ne irruas super me. Ira omnipotentis vbi poteris capi in me? Non est quod possit tolerare totã te in toto me. Deus dominus cuius bonitas nõ exauritur, cuius scientia nõ deficit, cuius misericordia non exinanitur, cuius potentia quicquid vult efficit: vnde potero respirare, qui sic ob peccata mea cogor desperare? Nam si irascaris peccantibus, soles tamẽ benigne dare consilium petentibus. Doce me domine vnde debeam sperare, vt possim saluari: orare volo, sed nescio. Secundum ignorantiam meam non possum dei misericordiam prouocare: ideo cogor desperare propter iniquitatem meam. Scio quidem & fateor, quia peccator sum, quia peccatum sponte subij, & iuste non exaudior, quia non obediui. Vtique bone domine peccatui, erraui: verum tamen te non negaui, nec detestor bonitatem tuam. Ideo fac mecum secundum misericordiam tuam, qui es benedictus in secula seculorum.

Ezechiel. 18.

Hic ab eo ignorabitur, dum quandoque a beata vita sequestrabitur. Quamobrem cũ de hac praecleara materia plurimi sanctorum patrum multa gloriosa conscripserint, ipsamq; rem simplicioribus obscuriorum quodammodo reddiderint, libet me per hac condensa quasi quandam semitam stylo cõplanare, qua infirmis intellectibus relicto erroris deuio, per planum veritatis liceat libere ambulare. Sed hic quilibet inuidus nebulosa facie mihi fortassis occurrit, & virus diu sub liuido corde concretum, in me acerbiter euomit: Quid tu, inquiens, tentas ligna syluis importare, aut redudanti mari vndam instillare conaris? Huius tam mordacis mordacem dentem hac petra redynda, & venenum malitiose euomitum in viscera ipsius denuo retorquenda refundat. Inuidia diaboli intravit mors in orbem terrarum, imitantur illum qui sunt ex parte illius. O inuide infelix, qui aliena foelicitate torqueris, alieno damno depasceris, ipsis rebus probas te ex parte eius esse, qui inuides aliis quod tu ignoras scire, ac mihi ob pium laborem collatum aegris suspiriis ingemiscis, quod tibi ob desiderium, imò ob inuidiam denegatum cognoscis. Age miser, potius latiferum virus quo turgens euome, salubre dilectionis antidotum excipe. Sin autem, parti patris tui nigro felle tabescens faueto. Ego autem cum inuidia, tabescente iter non habeo. Egregiam scripturarum sylvam alacer ingrediens, non in eam vt tu venenata lingua asseris, ligna deferens, sed preciosum vitae lignum iustitiam esurientibus de ea efferre conabor, & dulcem vitam haustum vitam sitientibus de pelago scripturae haurire non morabor. Omnes ergo fideles ad lignum vitaeq; fontem curramus, cuius gustu in aeternum beate viuamus. Libellus autem nomen, cognitio verae vitae, sortiat, dum in eo vera vita tardioribus intellectu cognoscibilis reddi videatur. F R A. Gratias deo persoluimus, cuius dono aperte in rebus dubiis certificari possumus: Quãdoquidem ergo nos in hociplum videas confluisse, ne ad patriam tendentes, in via lassabundi deficiamus, pastu potuq; vt soles refice, & tempus irremediabili cursu labile, nexibus quaestionum figens fac stabile, ne sua volubilitas nos ociantes inuoluat, sed tua affabilitas in diuinis laborantes ad semper manens aeuum sustollat. M A G. Fructum ligni vitae in ramis crucis pendulum mecum alacer adite, fonteq; vitae a vita quasi de loco voluptatis manantem

Finis.

AD LECTOREM.

Hoc opus Augustini non esse non est quod admoenã. Stylus magis refert Iouinianũ quempiã uel febricitantem potius. Cap. 2. nimium tribuit dialecticæ. cap. 6. dicit angelos cuncta scire ac praescire. Item alia quã nunquã scripsit Augustinus. Apparet esse programma monachi tyronis theologiae, qui quantum in philosophia scholastica profecisset, uoluit hoc libro dare specimen.



Apertitia dei quae os muti aperuit, & rudibili animali humana uerba formare tribuit, me quoq; nõ solum sermone, sed etiam scientia imperitum ad sanctũ impellit, atque per se ac de se intellecta aliis pie innotescere compellit.

Caput. I. Matt. 9. Num. 22.

Huius ergo instinctu ad utilitatem, vt spero, plurimorum, iterum committo me ad corrodendum dentibus inuidorum, & forsitan ad confodiendum cordibus vitae dilectorum: cum Christus ueritas & vita dicat, Hac est uita aeterna vt te solum uerum deum cognoscant. Constat profecto naturam rationale ad hoc solum factam, vt factorem suum uerum deum intelligat, intelligendo diligit, diligendo in eo qui est aeterna uita eternaliter beate uiuat. Diuinitas ergo essentiam rationabiliter inuestigare, est ad vitam aeternam festinare: hanc uero negligendo ignorare, est utique ad mortem indeficientem properare: quia nimirum hic ab eo ignorabitur, dum quandoque a beata vita sequestrabitur. Quamobrem cũ de hac praecleara materia plurimi sanctorum patrum multa gloriosa conscripserint, ipsamq; rem simplicioribus obscuriorum quodammodo reddiderint, libet me per hac condensa quasi quandam semitam stylo cõplanare, qua infirmis intellectibus relicto erroris deuio, per planum veritatis liceat libere ambulare. Sed hic quilibet inuidus nebulosa facie mihi fortassis occurrit, & virus diu sub liuido corde concretum, in me acerbiter euomit: Quid tu, inquiens, tentas ligna syluis importare, aut redudanti mari vndam instillare conaris? Huius tam mordacis mordacem dentem hac petra redynda, & venenum malitiose euomitum in viscera ipsius denuo retorquenda refundat. Inuidia diaboli intravit mors in orbem terrarum, imitantur illum qui sunt ex parte illius. O inuide infelix, qui aliena foelicitate torqueris, alieno damno depasceris, ipsis rebus probas te ex parte eius esse, qui inuides aliis quod tu ignoras scire, ac mihi ob pium laborem collatum aegris suspiriis ingemiscis, quod tibi ob desiderium, imò ob inuidiam denegatum cognoscis. Age miser, potius latiferum virus quo turgens euome, salubre dilectionis antidotum excipe. Sin autem, parti patris tui nigro felle tabescens faueto. Ego autem cum inuidia, tabescente iter non habeo. Egregiam scripturarum sylvam alacer ingrediens, non in eam vt tu venenata lingua asseris, ligna deferens, sed preciosum vitae lignum iustitiam esurientibus de ea efferre conabor, & dulcem vitam haustum vitam sitientibus de pelago scripturae haurire non morabor. Omnes ergo fideles ad lignum vitaeq; fontem curramus, cuius gustu in aeternum beate viuamus. Libellus autem nomen, cognitio verae vitae, sortiat, dum in eo vera vita tardioribus intellectu cognoscibilis reddi videatur. F R A. Gratias deo persoluimus, cuius dono aperte in rebus dubiis certificari possumus: Quãdoquidem ergo nos in hociplum videas confluisse, ne ad patriam tendentes, in via lassabundi deficiamus, pastu potuq; vt soles refice, & tempus irremediabili cursu labile, nexibus quaestionum figens fac stabile, ne sua volubilitas nos ociantes inuoluat, sed tua affabilitas in diuinis laborantes ad semper manens aeuum sustollat. M A G. Fructum ligni vitae in ramis crucis pendulum mecum alacer adite, fonteq; vitae a vita quasi de loco voluptatis manantem

Ioan. 17.

Sapien. 2.

De uilitate uerae vitae & praua eius dispositione. Cap. II.

A manatẽ paradysum, Ecclesiam uidelicet hortum deliciarum irrigantem vnanimis haurite, cuius sapor si palatum cordis uestri indulcorabit, testor uobis, quod uos cum eo in aeuum permãsiros, de torrente voluptatis suae quandoque satiabit. F R A. Cum carnalia sapientes spiritalia cogitare nequeamus, regnum caelorum regionem clarissimam, omni opulentia affluentissimam, in qua caelestem Hierusalem urbem praeclearam, meritis atque opibus inclytam, & in hac deum quasi gloriosum regẽ, angelos uelut milites, vario cultu conspicuos mente formamus: idcirco poscimus, vt ratione indagante, argumentis quaeque obstantia comprimens, ueritatem quasi in tenebris latitantem, ad lucẽ nobis perducat, ac deum aliquando uidentem, ut asseris, factum quodammodo uisibilem, ante oculos cordis nostri cõstituas. M A G. Cum deus omnipotens, solus immortalis, solus inuisibilis, solus incomprehensibilis, lucem habitet inaccessibilem, ego autem tenebris uitiorum obfusus, tetram caliginem inhabitem, luci uirtutum inabilem, qualiter ineffabile lumen sanctis animorum oculis inferre poterõ, qui caecitate cordis oculo, splendorem tantae maiestatis reuerberatus nullo modo intueri praeualeo: F R A T R E S. Tamen nitere pro posse in illam rapi, quatenus disiecta caligine merearis ab illa illuminari, nosq; per te illustrari, sicut saepe uidemus ualles a montibus iubarẽ solis irradari. M A G I S T E R. Conabor pro uiribus uobis orantibus, ac logica praecunte comitantibus argumentis, sequar ueritatem usque in ipsius inaccessibilis lucis latibulum fugientẽ, ipsaq; cõcedente producã eam uobis indagantibus se ostendẽtem. F R A T R E S. Nostra quidem tibi non deest oratio, tantum sit tibi praecia dux ueritatis ratio: Magnopere quippe a te audire desideramus, qualiter in orationibus de deo cogitare debeamus, ne forte infirma mēs quasi pulchrum hominem imaginetur, & hoc simulacrum pro uero deo decepta ueneretur. M A G I S T E R. Fateor, magnitudine altitudinis suscepta negocij uictus succumbo, qui quae utique mente conspicio uel concipio, uix uerbis explicare sufficio: excedit enim omne praeclearum lōge summorum philosophorum ingenium, quia sublimitas huius rei quae tractatur, exuperat omnẽ intellectum. Quanto quippe magis omnem creaturam C transgressus conor eam diligenti intuitu contemplari, tanta magis sentio eam ab aspectu intellectus mei elongari. Operam tamen dabo inquisitioni uestrae pro modo meo satisfacere, prout ipse de quo agimus, dignabitur notitiam sui desideranti animo innotescere. Vos autem ubi uires pondere tanta eminentiae pressa succumbunt, oportet fragilitati ignoscere. F R A. Nos quanto diligentius huius rei perpendimus altitudinem, tanto ardentius optamus eam nobis utique fieri cognoscibilem, & eius qualicumque modo intueri pulchritudinem, & ideo libenti animo tibi ignoscimus, si ea quae uerbis non uales, saltem nutibus explices. M A G. Sciendum igitur deum nullis uerbis proprie exprimi, nulla posse cogitatione comprehendere: quomodo enim immensus & incomprehensibilis praedicaretur, si humana locutioni uel meditationi includeretur? Nunc autem patet quã sit admirabilis, cum omnibus linguis sit ineditibilis, omnibus cordibus sit incogitabilis. Dialectica nanque disserendi potens, potenter quaeque dubia definiens, cunctas scripturas euibrans & euiscerans, cunctam humanam sapientiam annihilans, cum diuinitatem intendit, tantae maiestatis luce repercussa, pauidum caput tremefacta reflectit, atque in abdita mun-

1. Timo. 6.

\*aliã, amplitudinem.

Cap. III.

danã sapientiae fugiens delitescit, dissolutisq; syllogismorum nexibus stulta obmutescit. Nempe nomine & uerbo cuncta exprimuntur, quae sub decem praedicamentis humano corde concipiuntur. Sed quod ex his nulli proprie deo conueniat, manifeste ratio comprobat: nã si dixerimus quod deus substantia sit quae omnibus subsistere tribuat, & per quam omnes res esse habent, mox uniuersalia & indiuidua, de quibus substantia praedicatur, genera & species in quibus uersatur, simul & nouẽ accidentia quae ei necessario inhaerent, animo occurrunt, quae cuncta liquent, quia minime in deum concurrunt. Si praedicemus quod deus ipsa magnitudo existat, quae omnia in mensura & numero & potere disponat, protinus partitas huic quantitati se opponit, & sua exiguitate quod est super omnia maximum comminuit. Quae si ipsam bonitatem uel summum bonum nominemus, qui cuncta ualde bona facit, statim malum huic qualitati contrarium obuiat, & tanto bono se opponere non trepidat. Quod si creator uel dominus praedicetur, quod utrunque ad aliquid scilicet refertur, confestim relatio opponit, ante mundi constitutionem eum hoc uocabulo caruisse, & hoc relatiuum ex mundi creatione ei accidisse, cum ratio astruat nihil deo accidentale, sed totum quod praedicatur de eo ei esse essentiale. Porro si ubique totus esse dicatur, & simul cuncta replere loca dicatur, mox localitas clandestine irrepens, illum loco includit, qui cuncta pugillo includit. Si autem sempiternus praedicetur, & cuncta tempora disponere affirmetur, continuo praeterito praesens, praesenti futurum succedere festinat, & initium atque finem aeternitati ascribere non formidat. Si uero dicatur quod omnia possideat, & amictus lumine sicut uestimento resurgat, statim hoc habitu cogitatio eum priuat, dum amictum lucis uel possessionem rerum ab eo separat. Quod si semper praesens adesse testatur, confestim situs standi uel sedendi imaginatur. Si uero uniuersa regere referatur, actus laboris aeternam requiem annullare conatur. Porro si affirmetur patiens, mala nostra sufferens, illico passio se ingerit, & impassibilem pati contendit. His quippe decem cuncta humana conditio includitur, & ab his omnibus proprietates summae essentiae euidenti ratione penitus excluditur. Cuncta etenim quae uel oppositione uel contrarietate uel accidens suscipiunt, nulla ratione deo proprie conueniunt. Igitur cum ratione repugnante nihil de deo proprie loqui ualeamus, saltem improprie & per aenigmata de deo loqui satagimus. F R A. Euidens ratio quidem docet deum humanis uerbis ineditibilem, sed intellectualis mens inhiante desiderat eum sibi utique fieri cognoscibilem, quae mens instar speculi animae uidetur, in quo ipsa imaginem creatoris sui contempletur. M A G. Uniuersa quae in rebus creatis nouimus, per corporeos sensus cognouimus. Et ea quidem quae nec visu nec experientia didicimus, per comparationes uisorum uel expertorum discimus, utque de bestis uel ignotis hominibus legimus: quae autem nobis penitus incognita per comparationes notas non signantur, nunquã prorsus scientiae nostrae notificantur. Et ideo quia spiritalia nobis sunt inuisibilia, atque corporeis sensibus incomparabilia, nunquam erunt aliqua ratione nobis probabilia. Quia uero hac constat esse, sed per similia edoceri nequeunt, fidem tantum credetium exigunt. F R A. Quae ratio argumentis probat, quanquam in comparatione deficiat, necesse est ut rationalis quisque credere non renuat: tu tamen profer quid de spiritibus sciendum tibi ratio innotat. M A G. Sex modis in scriptu-

\*aliã, locutio.

Cap. III.

\*aliã, scim.

Spis scz mō dis i scriptura dicitur.

**G**ris spiritus substantialiter dici non nescio à vobis sciri. Primo summus omnium deus spiritus appellatur, vt ibi, Spiritus est deus, & qui adorât eum, in spiritu oportet adorare. Secundo angeli spiritus dicuntur, vt ibi, Qui facit angelos suos spiritus. Tertio animæ spiritus nuncupantur, vt ibi, Exhibet spiritus eius, & caro reuertetur in terram. Quarto vita brutorum animalium spiritus vocatur, vt ibi, Quis scit si spiritus iumentorum descendat deorsum. Quinto venti dicuntur spiritus, vt ibi, Spiritus procellarum. Sexto aër scribitur spiritus, vt ibi, Os meum aperui & attraxi spiritum. Quorū definitio talis est, Aër est spiritus sensibilis, quem nos attrahendo sentimus, ipse nihil sentiens, cunctis tamē sub cœlo viuentibus spiramen exhibēs. Ventus spiritus est aër, dei nutu aliquo modo agitat, procellis aquarum augmentatus, per angelica ministeria excitatus, per eadem tranquillatus. Vita brutorum animalium est spiritus vitalis, constans de aère & sanguine animalis, inuisibilis, sed sensibilis, memoriam habens, intellectu carens, cū carne moriens, in aëra euanesceus. Anima vero spiritus est substantia incorporea, corporis sui vita, inuisibilis, sensibilis, mutabilis, illocalis, passibilis, nec quantitatem mensurā, nec qualitatem formæ vel coloris susceptibilis, memorialis, rationalis, intellectualis, immortalis. Et nec vacillet definitio, ratio eam probationibus roborat. Anima est spiritalis substantia. Omne enim quod alij vitam subministrat, ipsum est necesse vt subsistat: sed anima vitæ corpori tribuit, igitur anima realiter subsistit. Hanc vero vitam esse ipsamet probat, dū præsentia sua corpus viuificat, absentia sua idem mortificat. Hæc nobis quidem est inuisibilis, sed spiritus visibilis. Hanc etiam sensibilem esse constat, dum oculis colores, auribus sonos, naribus odores, palato sapes, manibus aspera vel lenia sentire præstat. Est quoque mutabilis: omne enim quod melioratur & peioratur mutabile est: sed anima vitis peioratur, virtutibus melioratur, igitur mutabilis est. Est etiā illocalis: omne enim quod loco includitur, altitudine, latitudine, longitudine aëris circumscribitur, corpus est: sed ratio docuit animam incorporeā esse, id est, nec corpus nec aliquid membrum habere, igitur constat eam esse illocalem: nō enim spacium aëris vt corpus occupat, nec corpus vt aqua vitæ implet: sed vt calor toto igni illocaliter inest, ita anima totum corpus illocaliter possidet. Ignis quidē est visibilis, sed calor inuisibilis & sensibilis, & quodāmodo ignem viuificans: ita anima inuisibilis, sed sensibilis, visibile, corpus quadam occulta vi sensificat & viuificat. Hæc est quoque passibilis. Omne enim quod mœrore afficitur passibile est: sed anima dum suæ voluntatis compos non efficitur, dolore mœstitiæ afficitur, igitur passibilis esse conuincitur. Ab hac quātitas excluditur, dum nec altitudine aut latitudine aut longitudine metitur, nec sex circūstantiis, scilicet ante & retro, dextrum & sinistrum, sursum & deorsum se includere patitur. Qualitas etiam formæ vel coloris ab hac secernitur, dum nulla forma vel humani corporis, vel vllius coloratæ rei illi ascribitur. Hæc est memorialis, quia præterita recollit. Est etiam rationalis, quia præsentia discernit. Est intellectualis, quia futura intelligit. Hæc immortalis hinc esse constat, quod memoriam sui apud posteros perenniter durare laborat. Angelus autem spiritus est substantia incorporea, inuisibilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, immortalis, bonorum lucida & impassibilis, malorum tetra & passibilis. Sed videndum est, vtrum aliqua substantia talis in rebus creatis es-

**K** se credatur, cum à nobis minime videatur. Angelos esse ipsa insensibilia probant, quæ tam certam sui motus legem obseruant. Omne quippe quod mouetur, aut motū à se habet aut aliūde: sed omne quod motum à se habet est sensibile, vt anima: quod aliunde, insensibile, vt corpus. Quod si sol, luna, & sydera per se mouentur, sensu vel ratione vigere videntur, quæ tam certa tempora, tã certa cœli spacia custodiunt, & quodammodo suum intellectum huic mundo lumine vel signis innuunt. Sed qui ea rationabilia vel saltem sensibilia corpora arbitrantur, iure sensu carentes, inter irrationabilia computantur. Cum autem vere sint corpora visibilia, sed motu carentia, vtputa insensibilia, & tamen moueantur, constat profecto quod aliunde moueantur. Restat igitur ea per angelica ministeria moueri: similiter ventos, pluuias, grandines, fulgura, tonitrua, tempestates, auras, iussu dei per illos regi. Qui dubitat, & ea sensibilia putat, hunc ratio stultū cum insensibilibus probat. Bruta quoque animalia visibus humanis per illos obsecundare vel aduersari qui non credunt, aut illa per rationalem intellectum hæc facere credunt, longe à ratione recedūt. Sed & cuncta quæ in rebus insensibilibus vel creaturis sensibilibus geruntur, per illos administrari qui ambigit, multum à luce veritatis desipit. Igitur constat angelos vere esse, & cuncta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illorum & nostram scientiam, quod ipsi omnes causas rerum antequam eueniant præsciunt, nos autem vix & cum magno labore inuestigam⁹ eas postquam res in actu consistant. Porro summus spiritus, sicut à nullo intellectu valet proprie cogitari, ita nulla definitio poterit proprie definiti vel determinari. Sed quia intellectualis mens eum vtique agnoscere anhelat, hæc enigmatica definitio ei interim sufficiat. Deus spiritus est essentia inuisibilis, omni creaturæ incōprehensibilis, totam vitam, totam sapientiam, totam aternitatem simul essentialiter possidens, idem ipsa vita, ipsa sapientia, ipsa veritas, ipsa iustitia, ipsa aternitas existens, omnem creaturam instar puncti in se continens. Si autem aliquis insipiens tantum desipiat, vt deum esse diffidat hūc solum vere esse, & alia omnia ab ipso habere esse hac ratione colligat: Omnis substantia aut per se subsistit aut per aliud, sed hunc mundum non subsistere qui contendit, hic fatuus in nihilum tendit. Mundum autem non per se subsistere constat, dum cum ratio cœpisse doceat, partibus enim constat. Omne autem quod partibus coniungitur vel in partes resoluitur, ab aliquo vtique cōiunctionem vel resolutionem patitur. Mundus ergo non per se subsistit, & ideo sequitur quod creatura sit. Creatura autem ad aliquid, scilicet ad creatorem refertur. Solus ergo creator per seipsum & in se ipso existit, omnis autem creatura per ipsum subsistit. Si enim ab alio esse habet, tunc deo maior est à quo hoc habet: quod deo inconueniens est. Et cū nihil præter creatorem & creaturam existat, si deus per seipsum non habet esse, necessario cōsequitur vt per creaturam existat: quod inconuenientissimū est. Amplius, Substantia mūdi in diuersa genera & in differentes species diuiditur, & in his singulis bonum inuenitur. Omne enim vtile bonum: vniuersa quippe vtilia considerantur, & ideo singula bona comprobantur. Omne autem bonum, aut per se bonum est, aut per aliud. Sed diuersa bona participatione vnius boni bona esse necesse est. Diuersa quippe recipit maius & minus: nam quātum ad genus, lapis est minus bonum, qui tantum est, & non viuūt: lignum maius bonum, quod crescendo viuūt: equus illo melius,

Quod deus sit, & quid sit, enigmatica; descriptionis eius pulchra deductio. Cap. VII.

Creatura cōparatiōe ad deum nihil est.

De cognitione diuine claritatis. Cap. VIII.

Magnitudo intellectualis.

**A** melius, qui viuūt & sentit: homo illo præstātius, qui viuūt, sentit, & ratione discernit. Restat igitur his maximum & summum bonum, de quo omnibus inferioribus profuatur bonum: & hoc bonum de⁹ est, de quo quasi de fonte cuncta bona profuunt, & in eundem cuncta refluunt. Hic solus vere est, & ideo veritas est. Omne enim quod est, verum est. Quod vero non est, falsum est: sed deus vere est, igitur veritas est. Creatura autē ei collata quasi non est, & idcirco quasi falsitas ad veritatem est. Omne enim quod ex nihilo esse cœpit, in nihilum redigi poterit: sed omnis creatura ex nihilo à deo producta, ad aliquid esse est producta, igitur si ei comparatur, nihil esse probatur. Nulla ergo mens deum esse dubitat, per quem alia cuncta esse considerat, huius essentia est vita, Omne enim quod est, aut viuūt, aut vita caret: omne autē quod viuūt, aut per se viuūt, aut per aliud: sed deus per seipsum & in seipso viuūt, & aliis omnibus viuere tribuit, igitur vera est vita & vitalis vita: seipsum quoque & totam facturam suam sapit & intelligit, cui nihil aliud esse sapere, quàm viuere & esse, igitur sapientia est. Seipsum etiam & omnem creaturā diligit, quia iustitia est, & hanc increatam iustitiam non aliūde accipit, igitur iustitia & dilectio existit. In initio & fine caret, præteritum & futurum non habet, igitur aternitas est. Cum itaque ratio deum veraciter esse probauerit, & hunc vitam, sapiētiam, veritatem, iustitiam & aternitatem veris assertionibus essentialiter esse docuerit, restat nunc vt ad hunc quoque videndum aliquam fenestram aperiat, per quam mens per quosdam gradus scandens prospiciat, quatenus regem gloriæ in decore suo videre præualeat. Pedetentim autem ratio per corporalia gradiatur, ne infirmus intellectus per ardua nitens, difficultate contractus relabatur. In primis igitur hunc corporeum solem mente consideremus, cuius claritudine totum mundi orbem illuminari videmus. Post hunc solem milia milium angelorum deo ministrantium attendamus, quos singulos ratione mōstrante septies, imò centies sole splendidiore sciamus: nam hic sol est minister mundi, angeli autem templa dei. Quātum ergo differt templum dei à seruo mundi, tantū differt claritas angelorum à claritate solis. Deinde decies milies centena milia sublimium angelorum deo astantium perpendamus, quos singulos centies, imò milies præ sole clariore pro certo noscamus. Sicut enim luna stellas, sol lunam in claritate excellere cernitur: sic quilibet superior ordo angelorū inferiorem ab angelis vltique ad Seraphin gloria, dignitate, claritate præcellere creditur. Post hos innumerabilia milia sanctarum animarum inspicimus, quas singulas longe sole lucidiores, angelis beatitudine & claritate cōquandas nō dubitamus. Tot & tantis luminibus singulariter consideratis, singulorum etiam magnitudinem cōtemplemur, quatenus ad id quod intueri anhelamus, facilius subleuemur. Cogitemus itaque animam splendidum ignem, cuius minima scintilla ratione instruenta vincat hunc solem. Omne enim quod ab alio includitur, minus eo quod se includit, esse necessitate cōiungitur: sed cogitatio anime quæ eius scintilla est, non solum hunc solem, sed & totum mundi ambitum breui spatio includit, & totus orbis eam minime circumscribit: igitur constat quanque animam toto mundo longe maiore fore. Angeli autem sicut ab animal⁹ beatitudine, ita etiam differunt magnitudine. Hic nemo magnitudinem corporalis quantitatis intelligat, sed illam potius intellectualem, quæ hunc mundū corporeum, & cuncta in eo cor-

**D**pora ad paritatem redigat. Hinc iam mens se in alta eleuet, cor suum quantum potest dilatet, tot lucis inestimabili claritate, incomparabili magnitudine respicientes sub se prospiciat: super se vero quādam admirabilem lucem, quæ omnium illarum lucium lux sit, intendat, quæ sic super tot & tantas luces longe refulgeat, sicut sol super omnes stellas luceat: cuius lucis ineffabilem magnitudinem & admirabilem pulchritudinē illæ tot & tantæ lucis iugiter admirentur, & in cuius affluentissimā dulcedinem indefesse prospicere delectentur. Hæc profecto est lux inaccessibleis, quam inhabitat essentia dei, solis mundis cordibus visibilis. Nullus hic cogitet luce deum, quasi tabernaculo hominem circumdatum; quasi aliud sit deus qui lucem inhabitat, & aliud lux quæ inhabitat, sed potius illam lucem essentiam dei sciat, in qua vniuersa bona simul locata seiat. Hæc est lux quæ angelos & animas in cœlis sua visione satiat. Hæc est quæ mundicordes per cōtemplationē illuminat. Hæc est quæ solis lucernam in mundo commorantibus, vt candelæ lumen in carcere positus præstitit, qua de tenebris ad lucem, de morte ad vitam, de exilio ad patriam remeare possint. Ergo in oratione taliter mens nostra deum meditetur, taliter intentio nostra imaginē eius contempletur, scilicet talem lucem, quæ sic super solem, vt sol super candelam resplendeat, imò talem quæ sic super innumera angelorum & animarum milia præ sole centies splendida, vt sol super sydera refulgeat. Vnde dicitur pater luminū in canonica Iacobi, Omne datum optimum & omne donū perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Nō multum quippe à veritate aberrat qui talē dei imaginem ante oculos cordis in oratione versat. Hæc præsens visio dei facie ad facie regnum cœlorum vocatur, quia extra hoc corporeū cœlum, imò extra omnem locum, angeli & iusti qui cœli nominantur, hac visione fruuntur. Idcirco etiam quāuis deus in omnibus creaturis essentialiter manere creditur, proprie in cœlis, id est, in iustis habitare prædicatur: quia ipsi inhabitationem eius fruendo sentiūt, & eū omnibus rebus inesse gaudentes conspiciunt, quem sibi minime adesse cognoscunt qui terrena diligunt. Sicut enim videns & cæcus in sole stans, videns claritate solis vidēdo fruitur, cæcus lumine eius priuatur, & quāuis præsentia solis vtrique æque asit, tamen eius præsentiam non aequaliter vterque sentit: sic deus hos tantum inhabitare dicitur, qui eius præsentia facie ad facie videndo vt angeli, aut per cōtemplationem speculando vt iusti in hac vita fruuntur: in his autem nō esse dicitur, qui eius visione priuantur. Vnde & intra nos regnum cœlorum esse prædicatur, quia visio dei omnipotentis, quæ regnum cœlorum, id est, iustorum nominatur, in angelis & iustis contempletur. Hæc etiam vita aterna appellatur, quia beati in præsentia deficientis vitæ plene perfruuntur, & nunquam nec morti, nec vllis doloribus ministris mortis subiacere permittuntur. Ad hoc nanque creati sunt vt aternaliter viuunt, & aternā vitam aternaliter aspiciant. Hæc quoque cœlestis ciuitas nuncupatur, quia vniuersitas illorum ciuium ad videndum regem gloriæ in decore suo congregatur. Hæc nihilominus Hierusalem cognominatur, quia visione semper manentis pacis satiat. Hæc paradysus vocatur, quia omnimoda omnium deliciarum abundantia iocūdatur. Hæc quoque superna patria nominatur, quia omnes iusti hanc visionem, vtputa filij dei, hereditare non dubitantur. Cum ergo sanctos in oratione inuocatis, sic oportet de eis cogitare cōstitutis in gloria aternæ claritatis,

1. Tim. 6.

De variis nominib⁹ beatæ visionis, qua iusti deū vident. Cap. IX.

Iaco. 1.

Luce. 17.

Angeli definitio, & an sint, & de eorū notitia. Cap. VI.

G claritatis, scilicet splendidissima lumina longe pre solis fulgore lucentia, qui omnia bona pleniter in dei visione habeant, & cunctis se inuocantibus potenter subueniant. FR A. Sol aternus ad quem videndum nos tua dulcis oratio perduxit, & cuius serena lux in cordibus nostris per tua verba illuxit, ipse te de tenebris exemptum in lucis regione constituat, & inter lucas quas pradicat, te lucentem luce suae visionis perenniter frui tribuat. MA G. Si quid per me probabile profertur, nolo vt inde mihi, sed deo, cuius donum est, gratia referatur, qui saepe per abiectos seruos ad hereditate sua visionis filios suos conuocat, & per hostes de exilio ad patriam iter salutis amicis praenotat. Et bene nostis aliquando deformem formoso speculum, imò caecum videntibus lumē tenuisse, ac claudum sanis gressu viam ostendisse.

De necessaria personarū trinitate in essentia vnitate. Cap. X.

H FR A. Nos quoque propter ea quae audiuius, perenni deo grates referimus, cuius visio per te nobis innotuit, & qui talem thesaurum carnalibus absconditum per te nobis protulit. Sed quia pondus carnis animam aggrauat, ecce iterum carnalis cogitatio mentem diuina contemplantem pulsat. Cum enim superius ratio vnum deum verissime esse demonstrauerit, & ipsum solum cuncta ex nihilo fecisse probauerit, quomodo quasi tres deos adorare docemur, dum patrem perfectū deū, filium perfectū deum, spiritum sanctum perfectū deū confiteri monemur? Dum enim subdistinguitur tres personae distinguuntur, quid aliud quam tres dii a nobis intelliguntur? MA G. In ipsa veritate se demonstrante & ratione probante, citius videbitis necessarium in vna essentia personarū trinitatem, item per omnia necessarium in tribus personis indiuiduae substantiae vnitate: cum iam superius anigmatice de deo loquerer, quia nō poteram proprie, quid dixi essentiam dei esse? FR A. Lucem. MA G. De luce quid gignitur? FR A. Splendor. MA G. Quid in luce & splendore simul consideratur? FR A. Calor. MA G. Num in substantia lucis, splendoris & caloris inuenitur diuersitas. FR A. Non, sed idēitas. MA G. Num in vocabulis vel officiis pradicatur idēitas? FR A. Minime, sed diuersitas: nam lucis vocabulū ipsam substantiam, splendoris vocabulum lucis gratiā, caloris vero vocabulum videtur exprimere lucis efficaciam. MA G. Igitur patet tria vocabula diuersa vnā cōstare indiuiduam essentiam. FR A. Per omnia patet. MA G. Summum spiritum patrem lucem appellari habetis in Ioanne Apostolo, Deus lux est, & in eo tenebrae non sunt vllae. Summum quoque spiritum filium splendore nuncupari habetis in alio Apostolo, Qui est splendor substantiae eius. Summum nihilominus spiritum sanctum calorem nominari apud Moysē, Deus noster ignis est. Cum itaque lux, splendor, calor vna sit natura & indiuidua substantia, vocabula vero diuersa, constat profecto patris & filij & spiritus sancti vnam naturam indiuiduamque essentiam esse, dum in eo quod significat quid sit, substantialiter spiritus nominatur: & item in personis diuersitatem necessariam, dum pater gignēs, filius nascens, spiritus sanctus ab vtroque procedēs pradicatur. FR A. Planē trinitatē in personis perspicue videmus, & necessariam in substantia vnitatem euidenter tenemus. MA G. Ideo vigilantissime hae duo nomina, scilicet substantia & persona diuinā essentiae coaptantur, quia semper substantia de indiuiduis pradicatur in pluralitate consistentibus: persona autem dei indiuidua rationali natura pradicatur, cum nos soleamus personis pluralitatem, substantiae autem designare essentia vnitatem. FR A. Qua similitudine vocatur æ-

Vā substantiæ & personae nomina ad diuinā trāferantur, & vñ pater dicitur vel gignens. Cap. XI.

terna lux pater? MA G. Quia ex se prolem genuit æqualem. FR A. Nōne si magis matris nomen conuenire videretur? MA G. In patre est semper p̄cipalis causa proliis, & ideo a principali sexu debuit iure hoc nomine appellari. FR A. Qua similitudine dicitur gignens? MA G. Certum est quod mens gignit cogitationem. Cum autem mens seipsam cogitat, quasi aliam sibi similem generat. Sic summus deus cum seipsum talem qualis est cogitauit, proculdubio similem sibi per omnia imaginem generauit. Et sicut gignens iure patris vocatur, ita rectissime genitus filius nominatur. FR A. Si deus filij genuit, videtur aliquando fuisse quod filium nō habuerit, & hoc nomen ex accidenti possederit. Quod si hoc ita est, superior prolatio labefactatur, qua deo nihil accidentale, sed totum essentiale pradicabatur. MA G. Iā docuit ratio, dei essentiam esse aternam vitam, initij & finis nesciam. Quod si hae singularis vera vita absque initio semper fuit, constat quod & absque initio semper se viuere intellexit. Quod si se viuere non intellexit, sapiens non fuit, quod nefas est de deo dicere. Quod si aliquando sapientiam aliunde accepit, qua prius caruit, tunc id a quo tātum bonum accepit deo melius extitit, quod absurdissimum est. Sed si sempiterna vita semper se viuere intellexit, hae intelligentiae sapientia non aliunde ei accidit, sed semper ei coessentialis fuit, quamquam hae ex se vt prolem suam ineffabiliter genuerit: igitur pater nunquam sine filio extitit. FR A. Qua similitudine splendor aternae lucis filius vocatur, non filia? MA G. Quia per omnia similitudo patris in eo exprimitur, vnde & si multitudo eius dicitur. Nihil enim in rebus creatis ad integrum eius similitudinem seruat a quo nascitur. Capilli nāque a capite nati sunt capiti dissimiles, poma ab arboribus nata sunt illis dissimilia, lana dissimilis ouibus. Fœtus animalium, vel ipsi filij hominum, non per omnia similes qualitati genitorū. Hic autem per omnia gignētī est simillimus, & ideo verissime non filia, sed filius vocatur. FR A. Qua autem habitudine filius verbū vocatur? MA G. Tripliciter verbum intelligitur: verbi gratia, cum hoc verbum homo, homo profert ore, aut cum idem verbum homo, absque motu linguae in corde suo format, aut cum res ipsa quā significat illud verbum homo, qualis sit intellectu cogitatur. Hoc tertio modo deus verbum suum genuit, cum seipsum cogitando dixit. Et quia totam mundi formā eadem cogitatione creauit, ideo dicitur, quod omnia in verbo suo fecerit: vnde & de creatione mundi legitur. Ipse dixit & facta sūt. Nihil enim aliud est filius vel verbum dei, quam cogitatio vel ars vel sapientia eius. Nepe cum nos aliquam rem cogitamus, ipsius rei imaginem in cogitatione nostra formamus: sic deus cum seipsum cogitauit, similem sui per omnia imaginem formauit: ideo hoc verbum imago vel similitudo dei dicitur, sed nihil aliud nisi eadem essentia exprimitur: vnde & hoc verbum dicitur quasi vere bonum. FR A. Quare dicitur, Omne quod factum est, in ipso vita erat? Num lapides qui stolidi sunt, in verbo dei viuūt? MA G. Omnis creatura trifarie subsistere dicitur. In deo, i seipsa, in nobis. In deo vita immutabilis, in seipsa substantia cōmutabilis, in nobis similitudo rerum imaginabilis: verbi gratia, Lapis in seipso est substantia mutabilis, quia in calcem commutabilis, in nostra cogitatione similitudo lapidis, in arte dei essentia interminabilis, vitā durabilis. Cum enim artifex domum facere cogitat, iam domus in ipsa arte viuūt, quam postmodum manus ædificat. Sed illa quam manus erigit, corruiet: illa vero quae in

De coeternitate filij cū patre. Cap. XII.

L

Vnde filius dicitur ipse de aternae lucis, & non filia. Cap. XIII.

Quare verbum dicitur filius, & de triplici verbo. Cap. XIII.

M

Psal. 33.

De creaturarū trifaria subsistentia. Cap. XV.

arte

A arte viuūt, permanet. Nihil quippe aliud est ars quam anima, & anima nihil aliud quam ars eius: & ars eius nihil aliud est quam ipsa vita: sic verbū dei nihil aliud est quam ars eius, & ars nihil aliud est quam ipsa vita, & in hac cuncta immutabiliter permanent, quae in substantia sui mutabilia deficiunt. FR A. Cum euident ratio idem verbū cum patre & spiritu sancto, vnam & indiuiduam substantiā inexpugnabiliter probauerit, quomodo solū incarnari potuit? Si enim a patris & spiritus sancti essentia est separata, & sic singulariter in humanitate, constat profecto quod patris & filij & spiritus sancti substantia nō est indiuidua, quae potuit pati separationis discrimina. MA G. Sicut sempiterna virtus diuinitatis per ea quae facta conspiciuntur, potest intelligi, sic hoc profundum mysteriū & occultum, per ea quae in nobis geruntur ratione perscrutante poterit inspicere. Notū est enim quod humana mens verbum cōmunis locutionis ex se cogitando gignit, & idē verbū in mente & in memoria simul vna essentia existit. Cum verò mens verbū suum aliis innotescere cupit, cum eadē cogitatione quae nihil aliud est, quam verbū suum, & cū memoria disponit, quod idem verbum corpus vocis induit, & auribus audibile, & cordibus audientium visibile procedit, & etiā literis corpus suū ligari & videri permittit, & tamē inuisibile manens, de essentia mentis & memoria nō recedit. Non ergo mens neque memoria, sed solum verbū singulariter sonuit per corpus vocis sensibile, & tamen inseparabiliter mansit in essentia mentis & memoriae inuisibile. Sic summus pater verbū suum seipsum cogitādo genuit, quod in patris & spiritus sancti essentia simul coessentialiter subsistit: sed tamen nec pater nec spiritus sanctus, sed solum verbum quod est patris filius singulariter humanum corpus induit, se hominibus sensibile exhibuit, corpus sumptū indigna pati permisit, & ipsum inseparabiliter in essentia patris & spiritus sancti inuisibile & impassibile permansit. FR A. Qua autem similitudine amor dei spiritus sanctus nominatur? MA G. Dei essentiam dixi esse vitam, vera autem vita se viuere intelligit, & si se vitam intelligit, se vtiq; diligit, Dei autem viuere, intelligere, diligere, nihil est aliud quam existere. Dilectio ergo dei est vita, & vita est spiritus. Et quia deus per dilectionē cunctis esse vel viuere tribuit, idcirco spiritus nuncupatur. Ideo autem sanctus additur, quia cuncta per eum sanctificantur. FR A. Qualiter probatur hic spiritus a patre & filio procedere? MA G. Nihil aliud spiritus sanctus, quam amor dei intelligitur, vnde & deus charitas dicitur. Constat autē quia pater filium vt seipsum diligit, & item filius patrem tanquam seipsum diligit. Vita nanq; diligit se sapere, & iterum sapientia diligit se viuere: vitā autem & sapientiae probata est vna essentia esse. Igitur dilectio vel amor vel charitas, quod est spiritus sanctus, in substantia patris & filij coessentialis existit, & ideo ab vtroque equaliter procedit. FR A. Si spiritus sanctus patri & filio coessentialis existit, quomodo ab indiuidua substantia separari potuit, cum in specie columbae super dominum, vel in forma ignis super Apostolos apparuit? MA G. Sancti spiritus substantia non in columbam vel ignem est transmutata, sicut nec verbi in carnem est transformata: sed spiritus sanctus columbae corpus condidit, in quo se ad horam super corpus sibi inseparabiliter vnitum, ad testimonium hominibus visibilem praebuit, ipse verò inuisibilis in essentia patris & verbi inseparabiliter mansit. Animas quoque discipulorum interius possidens, foris speciem ignis vel luminis oculis hominum pro-

Quo solum verbum incarnari potuit. Cap. XVI.

Roma. 1.

B

Quare amor dei spiritus nominatur, & sanctus. Cap. XVII.

De spiritu sancto. Cap. XVIII.

1. Ioan. 4.

Math. 3. Acto. 1.

Tomus nonus.

D signo exhibuit, & tamen a substantia patris & filij non recessit: profecto insinuans quod pater & filius per eum peccata consumunt, & in eorum amorem hominū corda per ipsum accendunt, & quod impios per eum iudicabunt, iustos verò lumine vitae in ipso glorificabunt.

FR A. Quomodo constat has personas esse coaequales? MA G. Deus est summa vita, summa sapientia, summa dilectio. Quantum ergo vita viuūt, tantum se intelligit, & tantum se diligit. Si enim non tantum se intelligit, quantum viuūt, nequaquam summa sapientia erit: & si non tantum se diligit quātum se intelligit, summa dilectio minime existit. Sed cum ipsius substantia verissime summum bonum sit, summa autem vita & summa sapientia, & summa dilectio nō nisi in summo bono inueniri possint, necessariò sequitur tres personas, patris gignētis, filij geniti, spiritus sancti procedētis, per omnia esse equales, & in vna eademque indiuidua substantia summum bonum existentes. FR A. Cur in his vocabulis magis deitas veneratur quam aliarum virtutum, cum misericordia & iustitia, & ceterae virtutes eius essentiae assignantur? MA G. Quia illa sunt ei proprie secundum se substantialia, ista verò secundum nos ei accidentalia. Misericors nanque inde dicitur, nō quod miserum cor habeat, sed omnem miseriam longē a deo esse ratio probat. Iustus autem humana locutiō nominat, qui bonis bona, malis mala recōpenat. Verum quia deus miseris in miseris subuenit, nomen misericordis & misericordiae accipit, quāuis si nunquam aliquis miser fuisset, cui misericordiam impenderet, non minus tamen in substantia sui ipsa misericordia existeret. Quia verò iustus largitur praemia, iniustus irrogat supplicia, iuste vocatur iustus vel iustitia, tamen si nullus foret, cui vel gloriam vel poenam impenderet, non minus ipse iustitia existeret. Sic de ceteris virtutibus sentiendū est.

Cur aequalitas personarum deitatis nomine potiss. honoretur. C. XIX.

E

Si nullus esset miser vel dānatus, adhuc deus suū misericordiam vel iustitiam posset ostendere. Cap. XX.

FR A. Hinc maxima videtur quaestio suboriri, si misericordia dei non potuit dinosci nisi per miserōs, & iustitia eius sciri nisi per damnatos, videtur inenitabiliter sequi, quosdam necessariò miserōs factos, per quos misericordia dei manifestaretur: quod si ita est, tunc frustra pradicabitur malum nihil esse, cum nihil possit peius excogitari, quam miseria & damnatio: & si hoc per validissima rationis argumenta non infirmabitur, iam deus summum bonum minime cognoscitur, imò author esse tanti mali conuincitur. Porro si noluit vel nō potuit ostendere suam misericordiam, nisi in miseris, iustitiam nisi in damnandis, quis non videat sequi eum maleuolum vel impotentem, in vno quod bonum nisi per malum ostendere noluerit, in altero quod aliter facere non poterit. MA G. Quis demens hae praesumat dicere misericordiam & iustitiam dei, nisi per miserōs & damnandos manifestari non potuisse, cum manifeste constat nos occultas diuitias, non solum per egentes, sed etiam per abundantes demonstrare posse. Si enim occultam habuero pecuniam, non ideo necesse erit quenquam pauperem existere, cui largiēdo eam manifestam faciam, cum id ipsum diuiti tribuendo facere queamus: sed potius si quilibet pauper existens ad me venerit, de occulta pecunia ei misericordiam impendi oportebit. Sicque eius experientia me largum & locupletē comprobat, quod idem in diuite posse fieri cōstat, quāuis diuitis aut pauperis scientia vel experientia nihil mihi vtilitatis, vtpote omnia bona habenti conferat. Ipsis autem vtilia, imò necessaria me habere eis scire & experiri multum expediat. In hunc quippe modum si nullus aliquādo miser vel dānabilis fuisset, deus omni-

A potens



G potens misericordiam & iustitiam in angelis & hominibus, non minus manifestare potuisset, de sua videlicet abundantia eis misericorditer largiendo, quod minime haberent, praesertim cum omnis creatura a se nihil omnino habeat, sed omnia ab ipso fonte omnium bonorum accipiat, ac dona sua in suis iuste conseruando, quae ab eo accepissent. Et ideo non erat necesse ut vel angelus damnationem ad manifestandam dei iustitiam, vel homo misericordiam ad declarandam dei misericordiam incidere, cum vtrunq; instantibus angelis declarauit, misericordiam videlicet, eos a lapsu conseruando iustitiam, eis premia dando. Quia autem libera voluntate angelus vel homo a deo apostatauerunt, misericordiam & iustitiam quasi prius occulta, manifeste experti sunt, dum illi iustitia manifeste dānauit, istū misericordiam misericorditer de miseria liberauit. Et cum in hac experientia nihil deo utilitatis accreuerit, in quo plenitudo omnium bonorum ante omnē creaturā fuerit, sequitur q̄ nulla necessitas, sed sola voluntas eos ad misericordiam compulerit.

Deum autē authorē mali nō esse hinc aperte cōstat, q̄ ipse omne malum dānat. Porro q̄ malū nō subsistat, euidens ratio probat. Omnis enim substantia bona est, sed malum bonū non est, igitur malū substantia nō est, sed priuatio boni est. Videtur autē malū quoddam agēdi vel patiendi separabile accidens. In actu quidē, dum inordinatē agitur: in passione autē, dum inordinata aetio bene ordinabitur. In regno quippe cuncta ordinatis nihil inordinatum relinquitur. Est autem rectus rationalis creaturae ordo, ut caduca respuat, mansura appetat, homines in anima immortales diligat, deum summum bonum praeter omnibus amans, eius voluntati obediat. Sed qui summum bonum cōtemnunt, caducū mūdi bonum diligunt, suas animas despiciunt, sicq; malum faciunt. Hoc verō malum ordinabitur, dum hac actio in passione mutabitur: nam dum tales & summo & caduco bono priuantur, necesse est ut asperis, quae blanditiis contraria sunt, afficiantur, quae tamen in seipsis nō sunt mala, sed a patientibus videntur amara: igitur per naturam nihil est malum. Deum autem summum bonum hinc cōstat, q̄ malis & reis quasi contra iustitiam misericordiam suam praerogat. Nempe a fonte summi boni talis iustitia manat, qua iure deus indignis miseriari debeat: qui etiam in hoc beneuolus cōprobatur, quia solus tot bonis frui noluit, sed ex nihilo tot substantias protulit, quibus bona gloriae distribuit. Omnipotens verō, imō ipsa hac omnipotentia hinc determinatur, quod tantam machinā rerum cū omnibus quae sunt, potuit ex nihilo formare, & omnis creatura eum ad inconueniēs non flebit, sed quicquid est nutui suo pareat. Hae est tota munificētia nostrae propositionis, subtrahit arce manifesti erroris. FR. A. Vtile est munimen erroris subtrahere, & arce veritatis construere, cuius fundamentum, quia super omnia creantem stabiliter locasti, superest ut machinā super originem creaturae consolidas, ac finē mundi initio continuando adifices, culmenq; in alto regni caelorum consummes. Itaq; ratione probante nobis in finem, vtrum vniuersitas creaturae ex creatoris substantia, an ex aliqua praerexistente materia, an ex nihilo sit condita.

M. A. G. Huius structurae congeriem hic artifex corroborabit, cuius opus nullius augmenti molimen cōquasabit. Ex substantia creatoris se esse ipsa creatura negat, & euidēs ratio totis armis suis repugnat. Deus nanque est immutabilis, omnis autem creatura mutabilis, quae si ex immutabili natura processisset, consequenter & ipsa immutabilis perdurasset. Porro si corruptibilis natura

ex substantia dei prodiit, sequitur quod dei essentia corrumpi possit: quam caeca mentis insaniam iacula rationis confodiunt, & a praesentia veritatis longē reiciunt. Quod autem ex nulla substantiali materia condita sit, hinc cōstat, quod nihil praeter deum fuerit. Restat ergo quod vniuersitas creaturae ex nihilo creata sit, nō quod nihil aliquid sit, sed quod non aliquid fuit, hoc aliquid creator esse fecit. Tamen ante creationem totius creaturae, imago in verbo, id est, in arce dei fuit, ad cuius exemplar vniuersitas in creatioe prorupit. Sicut enim pictor varietatem picturae prius in mente fingit, ad cuius similitudinem postmodum visibilem picturam pingit: ita deus vniuersitatem creaturae prius in sapientia sua formauerat, secundum quā formā cuncta per multimodas species creauerat. Sed pictor picturam mente conceptā in re non existentem, per colores & per instrumenta extrinseca ad esse producit: deus autem vniuersitatem creaturae in sapientia sua nullam quidē substantiam existētem, per nulla instrumenta in tot substantias produxit, & ideo ex nihilo omnia fecit, & tamen quasi nō ex nihilo sed ex aliquo visibilis mundus processit, dum instar archetypi mundi formas induit.

FR. A. lam egregia turre in altum surgente discreta ratio tenebras erroris vndiq; versus eliminat, praeclearā structuram serena veritatis luce clarificet, ac nobis inclytā adis opus mirantibus aperiat. Vtrū creator in creatura, an creatura in creatore, an vterq; in vtroq; cōsistat: an potius creator extra creaturam alicubi in aliqua gloria substantialiter maneat, an creaturam per se existentē potentialiter repleat an dimidius in caelo, dimidius in mundo: an aliquando totus in caelo, aliquando totus in mūdo subsistat: an per singula loca diuisus, an in omnibus locis totus existat: an aliquando in hoc loco, aliquando in alio loco sit: verbi gratia, heri Hierosolymis, hodie Carthagini, cras Romae morari credēdus sit, an extra omnem locum & extra omne tēpus semper vbiq; sit. M. A. G. Sicut sol exoriens qualis innumeratas rerum formas tenebris obfusas cunctas sua praesentia irradiat: ita potens ratio, licet multiplices nimirū perplexas vestras propositiones perspicaci intuitu singulas determinat, resq; profundissimas de obscurissimis latebris protractas perspicue elucidat.

Quod creator in tota creatura existat, omnis creatura probat, quae se nihil a se, a deo autem esse & bonum habere clamat. Deus nanque est summa essentia & summum bonum, omnis autem creatura per eum subsistit: omnis verō substantia bona est, quia ex summo bono est. Vbi autem deus non est, ibi nihil est: vbi autem aliquid substantiale est, ibi deus est: ergo in omni creatura deus existit. Hic fortassis infirmus animus dicit apud se, Si deus in omni creatura est, tunc est in caeno, & in inferno, & in brutis animalibus, & in daemionibus, quae vtrique creaturae sunt. Hic nullam inconuenientiam ratio aperta probat, quae in his omnibus bonum probat & cōsiderat. Caenum quippe res aliqua est permixta cum alia, utpote terra cum aqua, vel cum alia huiusmodi: terra autem bona est, quia substantia est: & aqua bona est, quia substantia est. Infernus quoque dicitur esse igneus, & ignis est bonus, quia substantia est. Bruta etiam animalia singula in genere suo ad aliquid utilia sunt, & ideo bona sunt. Daemones nihilominus in eo quod angelica sunt natura, boni sunt. Igitur cum constet hac singula in bono subsistere, necessario sequitur deum, qui solus bonitas est, in omnibus esse. Sed & omnis creatura deum sibi inesse per aliquid sentit. Angeli enim & vniuersa viuētia deum sibi inesse sentiunt.

L Propositio quinque distictiū questionis. Cap. XXIII.

Responso ad primam, & quod creator in tota creatura cōsistat. Cap. XXIII.

Quod omnis creatura deū sibi inesse sentiat.

A sentiunt. Deus quippe vita est, & omne quod viuunt vita viuunt. Non enim angelus magis viuunt quam vermis, licet ille sit immortalis, iste mortalis. Nec angelus magis subsistit quam vermis, quantum illius substantia sit aeterna, istius autē caduca. Corpora autem caelestia, sicut sol, luna, sydera deum in se sentiunt, dum per eum lucent & subsistunt. Arborea & herba deum in se sentiunt, dum per eum crescunt & subsistunt. Lapides verō deum sibi inesse sentiunt, dum per eum subsistunt. Daemones sibi deū adesse sentiunt, dum per eum viuunt, & sentiunt quod iudicio dei iusto mala in poenis luunt. Deus enim iustitia est, & vbiunque iustitia exercetur, deus ibi esse creditur. Sic deniq; adest imperator latroni dum eum damnat, sicut militi dum eum remunerat. Et nemo opinetur deum fordes mundi abominari: sed solum peccatorum fordes nouerit eum execrari, nec eum vilo modo posse vlla re cōmaculari, sicut nec radium solis vlla immundicia fordidari. Omnis autem creatura in creatore hinc existere cognoscitur, quod extra deū nihil esse creditur: sed tamē nō sic est in eo, ut sit eius substantia vel pars eius essentia, ut cor est in animali vel pars animalis, sed ut lucerna lumē in sole nō est eius substantia, neq; pars eius essentia. At aliquis stultus hic prorupit & dicit, Si lapis est in deo, & deus est in lapide, ergo lapis est deus. Nō vtiq; sequitur, ut omne quod est in altero sit illud in quo est: nam vinum esse in vtre, nō tamen vinū est vter. Sol quoque in speculo, & speculum in sole, & tamen neutrum est illud quod aliud. Sicut aliquis Romae positus, si cogitatione totam ciuitatem illuminaret, totā urbem cum populo imaginando menti suae includeret, recte diceretur Roma in eius anima, & eius anima in Roma esse, nec tamen eius substantia esse: sic profectō deus in omni creatura, & omnis creatura in eo rectissime affirmatur, & tamen neuter est quod est aliud. Sed hic creator deus immutabilis verissime praedicatur. Sed quia nos in tenebris nati sumus, lumen veritatis videre non possumus. Mundum hunc super abyssum fundatū: deum autem in caelis cum angelis locatum cogitamus, & extra hunc mūdum nihil nisi tenebras esse putamus, sed potius visus mentis nostrae verā lucis magnitudine hebetatur: sicut corporeus oculus fulgore solis reuerberatur, & tenebrae nostrae tantam claritatem comprehendere, & sua caligine cordis intuitu eam nos contemplari prepediunt. Nempe totus hic mundus instar breuissimi puncti intra deum collocatur: serenissima autem lux maiestatis eius extra vndique verum in immensum diffunditur. Deus quippe vniuersa supra & infra, interius & exterius, & in circuitu essentialiter replet, & nullius creaturae intellectus interminabilem eius substantiam vlla cogitatione excedit. Hoc iterum infirmum intellectum scandalizat, & tacitus apud se volutat, Si cuncta in deo sunt, ergo & lupi & serpentes & daemones in eo sunt. Hic ut supra nulla inconuenientia comprobatur, dum in his omnibus bonum reperitur: Omne autem bonū in deo est, extra quem nihil. Sed quaeritur, cur aliqua creatura quicquam mali patiat, & non potius tota aequaliter bono fruatur, si deus qui est summum bonum, in omni creatura esse declaratur. Sed sciendum est, sicut anima per totum corpus diffusa, in singulis membris tota consistit, non tamē tota singulis membris administrationis suae munera tribuit, sed oculo tantum videre & non audire, auri tantum audire & non videre, & ceteris in hunc modum: membrū autē cui donū vegetationis subtrahit, stolidū & inutile remanebit, & hoc malum pati, vel nihil pati affirmatur, quia bono priuatur: Tomus nonus.

Quod omnis creatura in creatore existere probeur. Cap. XXV.

B Cur non tota creatura in vno statu permaneat, praesertim cum in hoc creator a creatura discernitur, dum hic immutabilis, haec autem multum instabilis cernitur: cuncta autē aternitatem imitantur, dum deficiendo, & iterū recrescendo, & iterum quasi in circulis existentiae semper rotantur. Quia enim de nihilo originem simpliciter sumunt, in nihilum recurrere, & quasi extra deū exire cupiunt: sed quia exitū non inueniunt, quasi in circulos reuoluta rursus in esse redeunt. Caeli quippe & sydera semper in circulos suos reuoluntur: aquae iugiter fluendo quasi peracto circulo in fontes suos reuertuntur. Arborea herbae, animalia crescendo, senescendo, putrescendo, iterum recrescendo, quodammodo circulos circumagunt. Hic quoque modo cuncta per se in nihilum tendunt, sed per continentiam dei semper in datam naturam reuertuntur. Item quaeritur, si homo in paradiso perstitisset, vtrū hac cuncta ut nūc mutabilia fuissent: Proculdubio cuncta cum labili tēpore ut nūc vices suas crescendo, deficiendo, nascendo, moriendo seruaret, ipse in vno statu stabilis, & dominus omnium perduraret: quia verō peccando instabilis extitit, ipse cū tēpore & caducis reb⁹ labi cepit. Fugatis tenebris de structura sacrae adis, iam ad dissoluēdas machinas contra eam erectas attingamus. Deū alicubi esse substantialiter & vbiq; potentialiter, repugnat firmitati totius iam elaboratae disputationis, & subruit impulsu euidētissime rationis. Si enim alicubi & nō vbiq; substantialiter est, tunc circūscriptus est & localis: & si localis est, tūc corpus est: & si corp⁹ est, cōcluditur nō esse deus. Amplius, si deus loco cōtinetur, tūc locus qui eum cōtinet, maior & melior est illo: maior, quia deū includit: melior, quia tātum bonū cōtinet. Porro si in caelo est substantialiter, in mūdo autē potentialiter, tūc eius essentia est aliud quā potentia, & sequitur q̄ hac potentia ei ex accidenti aduenerit, quod superius ratio a facie veritatis repulit. Si autē dimidius est in caelo & dimidius in mūdo, tūc creatura cōtinet creatore, & includit in se suum factore. Si autem aliquando est in caelo, aliquando in mundo, tūc mutabilis cōiungitur, quia de loco ad locum mouetur. Amplius, si deus aliquando est in caelo & nō in mundo, tūc ibi tantū aliquid est, vbi ipse est, alibi autem nihil est: vbi enim deus non est, ibi nihil est. Si enim per singula loca est diuisus, tūc cōstat ex partibus, & sequitur quod sit passibilis, qui per loca est diuisibilis, & etiam solubilis. Omne enim quod partibus constat, dissolui poterit. Si autem in singulis locis est totus, tūc tot sunt tota quot loca: omne enim quod vni loco totum includitur, eius nulla pars in alio loco esse

Cur non tota creatura aequaliter bono fruatur. Ca. XXVI.

sic deus per omnia diffusus in singulis totus cōsistit, nō tamen singulis cuncta dona gratiae suae tribuit: sed singulis, prout sibi placuerit, lapidi tantum esse & non viuere, arbori crescendo viuere, nō sentire, bestii sentire, non discernere, angelis & animabus discernere, & immortales existere. Cui autem aliquid horū subtraherit, protinus in corpore vniuersitatis inutile erit. Et cum ei bonum quod naturae blandum est, subtrahitur, mox ex necessitate amaro, quod ei contrariū est afficitur, ut homines in mundo, daemones in inferno: sicq; malū pati praedicatur dum bono priuatur: sicut caecus in sole positus tenebras pati dicitur, dum luce non fruatur. Cur autem deus vni creaturae dulcedinem suae praesentiae perfruendam exhibeat, alteri subtrahat, ratio nullo acuminē penetrare valet, sed terribilem deum in iudiciis suis stupet. Item quaeritur, si deus in omni creatura, & omnis creatura in eo est, quomodo aliquid deficiat & nō potius totum in vno statu permaneat, praesertim cum immutabilis deus cūta contineat. Sed sciendū est, quod in hoc creator a creatura discernitur, dum hic immutabilis, haec autem multum instabilis cernitur: cuncta autē aternitatem imitantur, dum deficiendo, & iterū recrescendo, & iterum quasi in circulis existentiae semper rotantur. Quia enim de nihilo originem simpliciter sumunt, in nihilum recurrere, & quasi extra deū exire cupiunt: sed quia exitū non inueniunt, quasi in circulos reuoluta rursus in esse redeunt. Caeli quippe & sydera semper in circulos suos reuoluntur: aquae iugiter fluendo quasi peracto circulo in fontes suos reuertuntur. Arborea herbae, animalia crescendo, senescendo, putrescendo, iterum recrescendo, quodammodo circulos circumagunt. Hic quoque modo cuncta per se in nihilum tendunt, sed per continentiam dei semper in datam naturam reuertuntur. Item quaeritur, si homo in paradiso perstitisset, vtrū hac cuncta ut nūc mutabilia fuissent: Proculdubio cuncta cum labili tēpore ut nūc vices suas crescendo, deficiendo, nascendo, moriendo seruaret, ipse in vno statu stabilis, & dominus omnium perduraret: quia verō peccando instabilis extitit, ipse cū tēpore & caducis reb⁹ labi cepit. Fugatis tenebris de structura sacrae adis, iam ad dissoluēdas machinas contra eam erectas attingamus. Deū alicubi esse substantialiter & vbiq; potentialiter, repugnat firmitati totius iam elaboratae disputationis, & subruit impulsu euidētissime rationis. Si enim alicubi & nō vbiq; substantialiter est, tunc circūscriptus est & localis: & si localis est, tūc corpus est: & si corp⁹ est, cōcluditur nō esse deus. Amplius, si deus loco cōtinetur, tūc locus qui eum cōtinet, maior & melior est illo: maior, quia deū includit: melior, quia tātum bonū cōtinet. Porro si in caelo est substantialiter, in mūdo autē potentialiter, tūc eius essentia est aliud quā potentia, & sequitur q̄ hac potentia ei ex accidenti aduenerit, quod superius ratio a facie veritatis repulit. Si autē dimidius est in caelo & dimidius in mūdo, tūc creatura cōtinet creatore, & includit in se suum factore. Si autem aliquando est in caelo, aliquando in mundo, tūc mutabilis cōiungitur, quia de loco ad locum mouetur. Amplius, si deus aliquando est in caelo & nō in mundo, tūc ibi tantū aliquid est, vbi ipse est, alibi autem nihil est: vbi enim deus non est, ibi nihil est. Si enim per singula loca est diuisus, tūc cōstat ex partibus, & sequitur quod sit passibilis, qui per loca est diuisibilis, & etiam solubilis. Omne enim quod partibus constat, dissolui poterit. Si autem in singulis locis est totus, tūc tot sunt tota quot loca: omne enim quod vni loco totum includitur, eius nulla pars in alio loco esse

Cur non tota creatura in vno statu permaneat, praesertim cum in hoc creator a creatura discernitur, dum hic immutabilis, haec autem multum instabilis cernitur: cuncta autē aternitatem imitantur, dum deficiendo, & iterū recrescendo, & iterum quasi in circulis existentiae semper rotantur. Quia enim de nihilo originem simpliciter sumunt, in nihilum recurrere, & quasi extra deū exire cupiunt: sed quia exitū non inueniunt, quasi in circulos reuoluta rursus in esse redeunt. Caeli quippe & sydera semper in circulos suos reuoluntur: aquae iugiter fluendo quasi peracto circulo in fontes suos reuertuntur. Arborea herbae, animalia crescendo, senescendo, putrescendo, iterum recrescendo, quodammodo circulos circumagunt. Hic quoque modo cuncta per se in nihilum tendunt, sed per continentiam dei semper in datam naturam reuertuntur. Item quaeritur, si homo in paradiso perstitisset, vtrū hac cuncta ut nūc mutabilia fuissent: Proculdubio cuncta cum labili tēpore ut nūc vices suas crescendo, deficiendo, nascendo, moriendo seruaret, ipse in vno statu stabilis, & dominus omnium perduraret: quia verō peccando instabilis extitit, ipse cū tēpore & caducis reb⁹ labi cepit. Fugatis tenebris de structura sacrae adis, iam ad dissoluēdas machinas contra eam erectas attingamus. Deū alicubi esse substantialiter & vbiq; potentialiter, repugnat firmitati totius iam elaboratae disputationis, & subruit impulsu euidētissime rationis. Si enim alicubi & nō vbiq; substantialiter est, tunc circūscriptus est & localis: & si localis est, tūc corpus est: & si corp⁹ est, cōcluditur nō esse deus. Amplius, si deus loco cōtinetur, tūc locus qui eum cōtinet, maior & melior est illo: maior, quia deū includit: melior, quia tātum bonū cōtinet. Porro si in caelo est substantialiter, in mūdo autē potentialiter, tūc eius essentia est aliud quā potentia, & sequitur q̄ hac potentia ei ex accidenti aduenerit, quod superius ratio a facie veritatis repulit. Si autē dimidius est in caelo & dimidius in mūdo, tūc creatura cōtinet creatore, & includit in se suum factore. Si autem aliquando est in caelo, aliquando in mundo, tūc mutabilis cōiungitur, quia de loco ad locum mouetur. Amplius, si deus aliquando est in caelo & nō in mundo, tūc ibi tantū aliquid est, vbi ipse est, alibi autem nihil est: vbi enim deus non est, ibi nihil est. Si enim per singula loca est diuisus, tūc cōstat ex partibus, & sequitur quod sit passibilis, qui per loca est diuisibilis, & etiam solubilis. Omne enim quod partibus constat, dissolui poterit. Si autem in singulis locis est totus, tūc tot sunt tota quot loca: omne enim quod vni loco totum includitur, eius nulla pars in alio loco esse

Responso ad reliquas questiones supra cap. 23. propositas. C. XXVIII.

Malū quid sit, & quod in regno dei nihil inordinatū relinquitur. Ca. XXI.

Vnde creatura sit condita. Cap. XXII.

G conuincitur: & sequitur, quod deus loco cōcludatur, qui cuncta pugillo concludere pradicatur. Quod si secundū vices temporum mutatur, & heri in vno, & hodie in alio, cras in tertio loco commoratur, tunc temporalis est, & iam prateritum amisit, futurum adhuc non habet, sed, & cuncta accidentia in eum concurrūt. Huius falsissima opinionis machinamenta facile dissolunt huius sacrae turris instrumenta. Dei potentia nihil aliud est quam eius essentia, ideo deus non alicubi est determinate, sed vbique essentialiter est. Deus quoque immensus est, locus autem scilicet spatium quod quodlibet corpus occupat, altitudine, latitudine, longitudine mensuratur. Et quicquid est locale, per anterius & posterius, per dextrorsum & sinistrorsum, per sursum & deorsum circumscribitur. Deus ergo nec partim in mundo, nec aliquando totus in caelo, nec aliquando in mundo, nec per singula loca diuisus, nec in singulis disiuncte totus: sed extra omnem locum replēs, & in se continēs cunctam creaturam penetrans, & vniuersa per substantiam continuans vbique scilicet in omnibus & extra omnia est totus, sicut lumen lucernae in oculis omnium astantium totum lucet, & in seipso totū manet, nō a seipso recedit vt ad praesentes perueniat, nec vnum relinquit vt alii luceat, sed potius singulis & omnibus simul totum lucet, & in seipso totum manet: sic deus vbique & in omnibus est totus, & in seipso permanet totus, & a se non recedit, sed cuncta in se colligit. Hic queritur, cum deus loco non includatur, quomodo Christus totus in virginis utero, totus in caelo pradicetur, cum utero virginis locus non dubitetur. In caelo totus fuit in patris essentia, vt in anima tota sapientia. In virginis utero totus, vt verbum totum in voce. Deus enim initio & sine caret, & ideo omnino aeternus manet. Igitur nihil ei fuit prateritum, nec futurū recipit, sed extra omne tempus praesens & semper vbique existit, vnde & est, cognominatur, quia aeternitas existēs, omnia tempora disponens, nullo tempore variatur. En machina vestrā multiplicis propositionis corrui, nullum accidens cadit in deum. FR A. Huius ruinam non moleste ferimus, sed ad fragorem eius potius fautores applaudimus, quia per huius casum turris introitū speramus. Sed cum haec machina sit disiecta, ecce alia structura contra turrim stat erecta. Superius dictum est, quod solus deus sit immortalis, solus inuisibilis: Nū angeli vel animae mortales sunt, aut deus est angelis inuisibilis, de quibus dicitur, quod semper vident faciem patris? MA G. Mutabilitas est quaedam mortalitas, dum enim quid de praterito in futurū mouetur, quasi praterito moritur. Deus solus est immutabilis, quia nihil prateriti ei decedit, nihil futuri accedit, sed quicquid est vel fuit, vel erit, totū sibi praesens adest: & sicut non potest cogitari quod aliquando in initium habuerit, ita quoque non potest cogitari quod vnquam finiri possit. Angeli autem mutabiles sunt, quia de praterito in praesens, de praesenti in futurū mouentur. Prateritum quippe habent, futurum nondū habent. Constat enim quod socios angelicos olim amissos non habent, & quod adhuc consortio sanctorum in terra peregrinantium carent, praterita memoria recolligunt, futurum praesciendo intelligunt. Et sicut potest cogitari quod aliquando coeperunt, ita etiam potest cogitari quod finiri possint. Sed cum & ipsi creaturam in se mutabilem considerant, quodammodo a statu immutabilitatis degenerant: talis mutabilitas est eis quaedam mortalitas. Animae verò sicut sunt per omnia mutabiles, ita quoque penē per omnia mortales. Deus quippe

est vita anima, sicut ipsa est vita corporis. Sed sicut mortuum est corpus quando animam non habet, ita anima mortua est quādo deo caret. Vel sicut caecus oculis mortuus dicitur cum luce priuatur, sic anima mortua cū beata vita quae deus est non fruatur. Solus ergo deus habet immortalitatem, quia nullam recipit mutabilitatem. Hic etiam solus est inuisibilis, quia nulli creature ad plenum intelligibilis: nempe animae beatorum & angeli suo more, non nostro eum semper vident, non per interualla spatioꝝ sicut nos corporea videmus, sed intra se & extra se in omni creatura, & extra omnem creaturam cū conspiciunt, nec vllō intellectus intuitu amplitudinem suae claritatis excedunt: & quia non pleniter ab ipsis vt a seipso conspiciuntur vel intelliguntur, ideo solus inuisibilis dicitur. FR A. Iam diuina natura cum angelica in hac turri tenente sceptrā, ecce humana natura legionē adducit, & ad impugnandam eam machinam erigit. Queritur nāque quomodo homo ad imaginē & similitudinē dei formatus dicatur, cum nulla cōueniētia similitudinis dei in homine conspiciatur. MA G. Impugnata à repugnantibus expugnatur, dum praecedētia à subsequētibz inexpugnabiliter roborantur. Duo homines scribūt, interior & exterior. Interior anima, exterior corpꝰ: interior inuisibilis, exterior visibilis. Interior & inuisibilis ad imaginem & similitudinē inuisibilis dei creatus, visibilis autem secundum visibile mūdū est formatus. Deus inuisibilis est, in substantia vnitas, in personis trinitas. Interior ergo homo, id est, anima, ad imaginem vnitatis est creata, quia nō ex partibus vt corpus composita, sed est simplex natura & immortalis essentia. Est quoque deus memoria, quae sui & omnium quae sunt meminit, quae pater nominatur: ex qua intelligentia nascitur, quae se & cuncta quae sunt intelligit, quae filius nuncupatur: ex vtraque dilectio procedit, quae se & vniuersa quae sunt diligit, quae spiritus vocatur. Ad huius trinitatis imaginē anima conditur, dū ei memoria, intellectus, ratio dilectionis indicitur: prateritorū namque meminit, inuisibilia intelligit, mala respuēs bona diligit. Dei quoque essentia est, lux, vita, iustitia, bonitas, beatitudo. Ad hanc similitudinē anima facta est, vt sit lucida, vitalis, iusta, bona, beata. Exterior verò homo, id est, corpus quodammodo ad exemplar mundi formatur, dū ex quatuor elementis compaginatur, vnde & microcosmus cognominatur, id est, minor mūdus. In hoc anima etiā habet similitudinē dei, dū ipsa sic minorem mundum gubernat vt deus maiorē. Omnis quoque creatura per aliquid similitudinē dei habet, & quātum cuique alteri est excellentior, tāto illi similior. Ipse quippe est, viuunt, sentiunt, per rationem discernit: lapides ergo eius similitudini se adiūgunt, quia sunt, & crescendo viuunt. Quaeque animantia multo magis eius similitudinē expriment, quia sunt, viuunt, sentiūt. Porro in hominibus & angelis similitudo dei maximē resfulget, quia sunt, viuunt, sentiunt, & ratione discernunt. Animas autem cōstat esse aeternas: si enim ad videndum deum factae praedicantur, necessariō sequitur, vt sicut deus finem nō habere creditur: ita animae illū visurā, sine fine viuere nō dubitentur. Sed queritur vtrū illae animae immortales sint, quae deum visurā non sunt. Omnes animas vnus constat esse naturā, & si quaedam animae immortales sunt: igitur omnes animae deū visurā semper erunt beatae, & eum non visurā miserā. FR A. Vnde anima tanta videt in somnis? MA G. Anima insatiabili cupiditate sciēdi veritatem captat, & ideo semper in cogitationibus

Quomodo homo ad dei imaginē & similitudinē fit creatus. C. XXXII.

Vnde anima tā multa videt in somnis. Cap. XXXIII.

tionibus vagatur: ideoque sensibus corporeis sopitis, per anigmata quaedam futura deo reuelante praemidet. Interdum circa verisimilia diabolo fallere languet anxia. Aliquando angelis vel animabus confabulatur: aliquando à demonibus ludificatur. Haec in modum oculi cateae omnia videt, seipsam videre non potest. FR A. Cur à nobis non videtur? MA G. Quia tam subtilis eius natura dicitur, quod se à corporeis oculis videri nō patitur. Quanto enim aqua tenuior est terra, quanto aēr subtilior est aqua, & quāto aethereus ignis aērem tenuitate: tanto vincit anima ignem caelestē tenuitate & subtilitate. Haec enim est causa quod nullus spiritus à nobis cernitur, quia subtilitas illorum naturā nostrum visum excedere creditur. FR A. Qualiter perhibetur anima per totum corpus esse diffusa, & tamen non magis in maximis, nec minꝰ esse in minimis membris, sed in singulis tota. Num tot sunt tota quot membra? MA G. Sicut superius dictum est, si lumen ponatur in medio, non minus in meis, & non magis lucet in alterius oculis, sed in singulis totum, & in seipso manet totū: sic animavbiqꝰ in corpore, & in singulis membris est tota. Vnde tacto vno membro dolet tota, non tamen tota: sicut vox in auribus omnium non particulariter, sed sonat tota, & in seipsa remanet tota. FR A. Si omnes animae vnus naturae sunt, quidnam est quod quaedā habilior, & quaedam tardior est ad discendum? MA G. Anima habet formam carae vel candela. Carae habilis est ad exprimendam imaginem, si ei sigillum imprimitur: sic candela ad lucendum si incendatur. In hunc mūdum recipit anima imaginem scientiē, si ei imprimitur sigillum doctrinae, lumēque veritatis recipit, si igne sapientiae accensa fuerit: quae si per studium vel exercitium se neglexerit habilem praebere, sicut carae sine imagine, & sicut candela inaccensa sine lumine, sic in tenebris ignorantiae sine scientia & veritate remanebit. Quāto magis autē quaeque anima doctrinā se adoptauerit, tāto magis capax scientiē erit. Cur autem ignis spiritus sancti quaedam animas se habiles non praebēt, imō negligentes, lumine scientiae magis accendat, quaedam non accendat, imō quibusdam laborantibus scientiam subtrahat, aliis similibus similis ratio penetrare non valens miranda doclamat, O quā incompressibilia sunt iudicia dei, & inuestigabiles viā eius. FR A. Cū cuncta à magistris discantur, quomodo vnus magister in caelis esse scribitur, à quo quasi specialiter quaeque docentur? MA G. Si recte perpenditur, nihil prorsus per hominem discitur, magistri tantum commemorando foris plantant & rigant, veritas autem quae in anima habitat, intus docēdo incrementum dat: sed stultus non intelligit hęc. Ratio autem quae cuncta discernit, facile haec ita esse cōprobat. Nempe quicquid discitur, melius per visum quā per auditum capitur: nam quantum caeco de sole narrauero, ipse tamen nescit quid sit sol, quem nunquam vidit, tantum verbis meis credit aliquid esse quod ita vocetur, aut fortasse dubitat quicquid esse in re quod sic nominetur: qui si repente videat, ipso visu solem esse probat, nouerunt nescit quid sit litera, & verum esse probat quod audit. Quid ergo hunc docuit, qui nec prius auditu, nec postea visu scire potuit quid sit litera, nisi veritate

Quo anima in singulis membris dicitur esse tota. Cap. XXXIII.

Cur vna anima sit doctior quā alia. Cap. XXXV.

Roma. ii. Quid magistri foris, & veritas intꝰ in anima operetur. Ca. XXXVI.

Tonus nonus.

intus docente, visu foris probate hoc edificeret? Ego factum sonos verborū protuli, ipse verò res per verba signatas veritate intus examinante cognouit: sic vos quoque si multavobis de elephāte dixerō, nescitis quid sit elephas, nisi eum videritis: sic multa de deo legimus, & quasi rufum hominem & pulchrum aspectu eum nouimus, qui si ad praesens intraret, num illū agnosceremus? Puto minime. Quare? Quia à magistris discere nequimus, quod veritate visus non probauimus. Doctores ergo tantum sonos verborum proferūt: auditores autem veritate visus docente, verba mente, res visu discunt. Sic literas, sic ignotas linguas, sic varias artes discimus, dū sonos verborū à praceptoribus percipimus, res ipsas veritate docente intus consideramus. Sed quid de cantu est dicēdū, qui nō videtur, sed tantum auditu discitur? Nonne dum vox canentis foris sonat, veritas intus quasi quosdā ascēsus vocis in anima format? Igitur omnino nihil per hominem nisi sonus discitur, verba autem & res per veritatem in interiori homine habitantem discernunt. Et sic verissime vnus magister praedicatur, à quo quisque interiori instruitur. Ea autem quae à nobis non videntur, vt deus & angeli, tantum esse credūt. FR A. Differt aliquid, credere deū, & credere in deum? MA G. Multū. Demones deum, & Pagani credunt, sed non credunt in deum. Credunt namque quod deus sit qui omnia creauit, ac super omnia potens sit. In deum autem tantū credūt, qui eum diligendo in eum redunt. Vera autem fides est credere, quod deus in essentia sit vnitas, & in personis trinitas, & hic cuncta ex nihilo verbo suo creauerit, ac collapsa eodem verbo incarnato restaurauerit, & in ultimo die vniuersa per spiritum sanctū innouabit: & hoc credentibus summum bonum, scilicet seipsum in praemio dabit. Haec fides vita animae existit, & per hanc iustus viuunt. Haec fides spe nutritur, vt corpꝰ cibo reficitur. Dilectione animatur, vt corpus anima viuificatur. Dilectio autem operatione comprobatur: vnde fides sine operibus mortua esse affirmatur. Ergo fide anima declinat à malo & facit bonum, cuncta trāstoria respuit, inuisibilia sicut visibilia appetit, dilectione quaeque dura tolerat, carnis impetus refrenat, necessaria proximis erogat, summo bono semper anhelat. Igitur anima quae sic credēdo & sperādo in deū dedit, ipsum summū bonū sine fine habebit. FR A. Si animae naturaliter sint lucida, queritur, vtrū animabus corpore exutis lux diei aliquid conferat, vel rursus caligo noctis quicquam ad videndum noceat? MA G. Sicut corpus sine anima nihil sentire cernitur, sic vtiqꝰ anima sine corpore nihil corporeum sentire creditur. Corpori quippe admixta per oculos sentit colores, per aures voces, per nares odores, per palatum saporē, per tactum vel incessum res tā gibiles, mollitē vel duritiā differentes. A corpore verò separata nihil corporeum corporaliter sentit, quaeque res in proprietate substantiae, abstractis accidentiis colorum conspiciunt, spiritalia quaeque suo more sentit. Ergo sicut lumen candelae nihil confert soli ad lucendum, sic profecto lux solis nihil omnino confert animae ad videndum. Et sicut nox iubar solis non impedit, sed potius fugit: sic nec animae aliquatenus obsistit, vt puta quam nec praesole fulgida fruatur, aut horrida peccatorum caligine obscurata, non noctis, sed propriis vt caecus tenebris inuoluitur. Quod autem anima carne soluta corporaliter lucem non videat, hinc constat quod cum aliqua dicitare volumus, vel quicquam facturi disponimus, mox anima exteriores sensus fugit, introque se colligit, in se-

Quid sit credere deū, & quid credere in deum. Cap. XXXVII.

Iacobi. ii.

Vtrum lux diei aut caligo noctis animae quid conferat aut noceat. Ca. XXXVIII.

A iij ipsa in-

Declaratio specialis, quod deus sit illocalis. Ca. XXXIX.

Quo Christus totus in caelo, totus in virginis utero. Cap. XXX.

Quomodo deus sit solus immortalis, solus inuisibilis. Cap. XXXI.

G ipsa intus considerat ea, de quibus tractat, & solis lumē ei nihil prodest, sed etiam ei ad hoc negocium obest: & dum aliās attendit, clamorosas voces iuxta se non audit. Igitur anima extra corpus nihil corporeum videt vel audit. Quod si facit, tunc utique aëreum corpus induit.

FR A. Si animae corporeas voces non audiunt, quomodo animas sanctorum, scilicet Petri & Martini vel alterius iusti preces suas exaudisse multi experti sunt?

M A G I. Oratio cordis, non oris ascendit in caelum. Anima enim non clamorem vocis, sed cordis audiunt, & se fideliter inuocantibus subueniunt. Neque magis clamorosas preces audiunt, quam eas quae sine voce, vel in lingua, vel in corde tantum fiunt, quia neque a nobis verba, sed voces cordis tantum audiuntur, ceterum verba mente videntur. Cum ergo anima nostrae aliquid secundum deum desiderat, & hoc sibi a deo per sanctos dari, siue corde, siue lingua, siue voce postulat, animae sanctorum, quibus est idem audire quod videre, & e converso, non voces, sed verba intuentes, desiderata eis a deo impetrant, ut habetis scriptum, Desiderium pauperum exaudiuit dominus. FR A. Nonne legitur, quod saepe multae animae ductae de corpore, multa loca poenalia, & item multa amena & florida, & in vtrisque multas animas in humana forma viderint, atque ad corpus reuertuntur, plurima se audisse ab eis retulerint? M A G. Sciedum est, quod haec animae non penitus corpus reliquerant, sed sensus tantum corporeos suis officiis destituerant, corpus autem non ex toto spiritu vitali carebat. Vnde ea quae audierant, non res corporeas, sed similes corporearum rerum erant, quas reuerse aliis in corpore constitutis pro edificatione referre poterant. Postquam vero corpus funditus exuerat, longè res aliter erat, quae prius videri non valebat. Sicuti nos aliquando iuxta parietem positi, umbram venientis hominis, non ipsum videmus: remoto autem obstaculo muri, ipsum ut est cernimus. Anima etiam defunctorum cum viventibus apparent, corpus aëreum induunt, in quo corpoream vocem vel verba audibilia exprimunt. Hinc colligitur, quod infernus sit incorporeus, substantia spiritalis, corpori similis, cuius poena tanto sit intolerabilior, quanto spiritus corpore est subtilior. Omne enim corpus vetustate deficit, diuturnitate dissolutum interibit. Vnde si infernalis ignis est corporeus, restat ut corporalibus instrumentis nutriatur, & sequitur ut illis consumptis ipse intereat. Sed constat ignem gehennae non deficere, ergo spiritalis est. Si autem est corporeus, sed indeficiens creatus est, necesse est ut anima & spiritus quaecumque corpus induant, in quo ignem corporeum sentiant. FR A. Poterit ne probari resurrectio mortuorum? M A G. Si ea inconcussa manebunt vel constabunt, quae superius verisimilibus argumentis probata sunt, tunc omni repugnancia submotā, omnique necessitate admota, resurrectio erit futura. Constitit enim deum esse veritatem, veritatis autem verba necesse est adimpleri: quod si non implebuntur, sequitur quod aut deus mutabilis sit, aut veritas non sit. Quod si impleri non poterunt, iam deus omnipotens non est, quae cuncta liquet quam absurdissima deo sunt. Incommutabilis itaque veritas deus, promisit suis dilectoribus plenum gaudium, suis contemptoribus plenum supplicium, quod utriusque erit impossibile, nisi sit in anima & corpore. Necesse est ergo ut corpora resurgant, animas recipiant, quatenus secundum promissa veritatis hi plenum gaudium in anima & corpore habeant, illi eodem modo plenum supplicium recipiant. Amplius, si corpora non resurgant, tunc animae

Quomodo animae sanctorum intelligatur audire preces viventium, & eis patrocinari. C. XXXIX

Psal. 9. Quomodo intelligatur animae a corpore solui, & iterum reuerti, ac visa referre. Ca. XL.

Quomodo resurrectio mortuorum sit probabilis. Ca. XLI.

eterna factae non sunt: sed superius probatum est animas aeternas factas, ad hoc videlicet, ut deum cum angelis semper videant, & in hac visione sine fine beate uiuant. Beate autem non viuunt, si indumenta sua scilicet corpora in sordibus computrescere absque spe recuperationis conspiciunt. Sequitur namque ut necessario vestimenta sanctorum animarum, quae stolae nominantur, per resurrectionem innouentur, & in incorruptibilem gloriam immutentur, quibus animae reinduta semper beatè deum contemplantur: & contra ut infelices vestes sordidas reinduant, de quarum sordiditate semper doleant. Igitur non solum corpora innouari, sed etiam communitatem naturam, quae scilicet seruiuit, necesse est in melius commutari: vnde habetis scriptum, Ecce noua facio omnia. FR A. Cum deus ab initio mundi nihil noui creauerit, quomodo nouam creaturam tunc esse constabat? M A G. Trifarie noua creatura dicitur, quae per trinitatem ita disponitur, Deus pater omnem creaturam ex nihilo condidit, & haec noua creatura nominatur. Ite deus filius: vnde habemus in Apostolo, Si qua in Christo noua creatura: & alio loco, Ut simus initium aliquid creaturae eius. Deus quoque spiritus sanctus corpora viuificabit, & hunc totum mundum innouabit. Et haec nihilominus noua creatura appellatur: vnde habemus, Caelum nouum & terram nouam faciet dominus. FR A. Iam turri in summum nobiliter perducta, restat nunc vt propugnaculis cingatur, & sic cacumen in summo caelorum consummetur. Legimus de domino quod eleuatis manibus ferebatur in caelum, & quia sedet ad dexteram dei. Et Stephanus in concione vidit eum stantem ad dextris dei. Qui fertur, de loco ad locum mouetur: & qui sedet vel stat, loco continetur. Et cum dominus corporaliter caelum ascendit, qualiter nunc ibi credendus sit, vel qualiter nunc ibi animae sanctorum sunt, aut qualiter receptis corporibus ibi futuri sunt, summo opere scire desideramus. Si enim aliquis locus Christum, vel sanctos sedentes, vel stantes continet ne cadant, tunc iste locus eis melior probatur, a quo tot bona continentur: & sic sancti de aliqua creatura visibili & sensibili gaudentes gloriantur, ut nos de hac visibili & sensibili luce delectamur, tunc iterum ea res melior rationali creatura iudicatur, de cuius possessione ipsa iocundatur, vt nos de habita pecunia gloriamur & gratulamur, & miserum gaudium videtur, si intellectualis creatura non nisi de stolidi re latatur. M A. Apicè huius turris pariter ascendamus, & ratione indagatè, qualiter se habeat haec perspicimus. Caelum visitato nomine appellamus, quod super caput nostrum videmus. Supra nos autem nihil nisi nubes, vel aere sole illustratum conspiciamus. Solem vero lunam vel stellas longe a nobis remotas sic videmus, sicut in lato mari positi a longe montes conspiciamus, in circumitu vero nihil nisi confusum aërem videmus. Vnde liquet quod nullius hominis visus totum huius aëris spatium penetret, qui vix etiam horizontem attingere valet. Vnde cum Apostoli dominum sublatum vltimus videre non possent, dicitur, Nubes suscepit eum ab oculis eorum. Stephanus quoque non corporeis oculis dominum in caelo ultra firmamentum vidit, cum nullius hominis visus vltimo modo vsque ad caelum pertingere possit. Sed & cetero illa in qua Stephanus stans Christum conspexit, in domo aliqua fuit, cuius tecti culmè ipsius corpore oculus penetrare minime potuit. Costat igitur quod non oculo corporis, sed intuitu interioris hominis Christum non in corporeo, sed intellectuali caelo viderit. Sed hic forte ab aliquibus calumnia obicitur, stellas esse in firmamento infixas, & visum nostrum firmamentum attingere dum eas videmus. Nunc ideo oculi nostri fir-

K Apoca. 21.

Nota creatura tripliciter dicitur 2. Cor. 5. Iacobi 1.

L Esa. 65.

Quomodo diis & animarum sanctorum nunc in caelo, aut sancti receptis corporibus ibi futuri esse credantur. Ca. XLII.

M

Apo. 1. Ato. 7.

Quid sit regnum caelorum & vbi esse credatur. Cap. XLIII.

Euc. 17.

A stri firmamentum attingunt, dum quia stellas aspiciunt: Num ideo totum aëris spatium in mari penetrat, quia montes vtriusque solida corpora considerant. Sicut enim in mari remotis ab aspectibus montibus, nihil nisi aërem conspiciunt vndique ita quoque syderibus solidis videlicet corporibus sublatis, nihil nisi aërem cernitur. Quicquid autem ab aere est vsque ad firmamentum, & ipsum firmamentum a nobis nequaquam videtur propter ipsius spatij longinquitatem, & ob naturam suam subtilitatem. Quod si forte obiicitur, quod Apostolus ad tertium caelum raptus describitur, Sciendum est tres caelos historialiter appellari, & iterum tres significantie nuncupari. Hic quippe aërem primum caelum historialiter vocatur, sicut habetis, Volucres caeli, quia in caelo, id est, in aere volare videtur. Secundum caelum ether vocatur, ut habetis, Stellas caeli, quia in eo planetae vago cursu feruntur. Tertium caelum firmamentum appellatur, sicut habetis, Astra caeli, quia in eo sidera fixa traduntur. Significantie quoque tres caeli leguntur, quia tres visiones, scilicet sensuales, spirituales & intellectuales a sapientibus non nesciuntur. Sensuales quippe visio est, cum colores & formas rerum exterius cernimus, sed interius aliquid caelari intelligimus, ut in literis intelligimus significantiam. Haec ergo visio primum & substantiale caelum nominatur, quia in scripturis intelligentia caelatur. Caelum etenim a caelando nominatur. Secunda visio spiritalis est, quae non res, sed imagines rebus similes spiritaliter videmus, sicut in sonis solemus, & sicut Ioannes in Apocalypsi, & Prophetas multa nouimus vidisse, & haec visio secundum caelum nuncupatur, quia res in his similitudinibus caelantur. Tertia vero visio intellectualis est, cum neque res exterius, neque imagines rerum interioris, sed ipsas substantias prout verae sunt, abstractis coloribus intellectu conspiciamus, & vniuersiusque qualitatem inter se differentem ratione discernimus: & haec visio tertium caelum vocatur, quia veritas rerum in hac quasi a stultis caelatur. Igitur si Apostolus in corpore est raptus, tunc ad corporeum caelum, scilicet ad firmamentum, est perductus. Si autem extra corpus, quod magis videtur, tunc utique ad intellectualem caelum raptus creditur, in quo essentiam deitatis sicut est, & angelicas substantias prout sunt, non sensuales, quod nequit fieri nisi per corpus, nec spiritaliter, quod non fit nisi per imagines rebus similes, sed veraciter, quod non fit nisi ipso intellectu, vidisse cognoscitur. Angeli vel iusti quadam similitudine caeli nuncupantur, quia in secreto dei humanis visibus caelantur: & contra demones vel impij tenebrae appellantur, quia in tormentis a nobis occultantur. Regnum autem caelorum, id est iustorum, non vrbium mania, non possessionum praedia, non auri vel gemmarum copia, non supellex varia, sed iustitia, pax & omnimoda gloria in pleno gaudio creditur, quod de visione aeternae claritatis, & de societate angelorum & sanctorum habetur. Deus aeterna lux probatus est esse in mundo & extra mundum, infra & supra, & in circumitu vndique & vbique. Igitur si regnum talium caelorum ratione demonstrante nihil aliud est, quam visio dei, quae est fons omnium bonorum, necessario sequitur quod regnum caelorum sit in hoc mundo, & extra mundum, & in omni creatura, & extra omnem creaturam: vnde habetis, Regnum caelorum intra vos est: quia nimirum in deo consistentes, eum in nobis ipsi, & in omni creatura, & extra omnem creaturam sicut est cernimus. Idcirco autem nunc extra deum, vel extra regnum caelorum dicimur, quia hac visione priuamur. Eodem modo & miseri tunc a regno caelorum

excludi referuntur, quia eadem visione ut caeci sole priuabuntur. Hoc regnum caelorum vel hoc gaudium iusti intrare scribuntur, quia ineffabile gaudium non capientes, in eo quodammodo obuoluntur. Quod autem animae sursum ad caelum ferri affirmantur, vel etiam inferri putantur, ad visum nostrum dicitur, quibus superiora splendore solis lucidiora noscuntur, & quod aliter res non potest cognosci ab his, qui sunt adhuc in carne. Solutae autem non loco mouentur, nec ad aliquem locum corporeum ducuntur, ut inde deum contemplantur: sed mox a corpore sequestratae, angelis & sanctis associantur, & regno caelorum, quod est visio dei, intra mundum, & extra, & vndique sine mora fruuntur: sicuti cacus in sole positus, si eius oculi aperiuntur, confestim luce solis fruatur. Quod a quibusdam morientibus lux vel forma angelorum aut sanctorum ibi videntur, & concentus harmoniae audiuntur, & ad alta duci cernuntur, hoc propter viuentes fieri non dubitetur, ut in Christiana religione corroborentur. Porro friuolum videtur, si animae illocales de hoc mundo extra firmamentum duci afferantur, quasi ibi sit pulchritudo, vel ibi magis sit deus, cum supra & infra, intra & extra aequaliter esse non dubitetur, & eius visio vbique iustis equaliter adesse comprobetur. Animas vero vel spiritus cum sint incorporei, corporeis locis includi absurdissimum videtur: praesertim cum omnis locus altitudine, longitudine, latitudine dimetiatur, hisque omnibus spiritus careere bene sciatur: ideo quippe illocaliter manere, & eius visione frui estimantur, sicut scientia in anima illocaliter moratur.

Corpus autem sanctorum resurget spiritale, quia velocitate, leuitate, perspicuitate spiritibus erit aequale, & omne solidum erit ei penetrabile, sicut & corpus domini lapide clauso surrexit, & ianuis clausis intravit: sicut igitur spiritus nunc nullo corporali loco sustentatur, ita quoque non est necesse, ut tunc spiritale corpus aliquo loco sustentetur. Non enim infensibile corpus spiritale, sed spiritus corpus vegetat. Igitur nullus locus spiritale corpus suscit, quod omni elemento subtilius erit, sed ut spiritus illocaliter in summo spiritu deo subsistat: nisi forte hoc pro loco accipiatur, quod substantialiter & personaliter circumscribitur. Amplius, aut in hoc corporeo mundo sancti manentes deum videbunt, aut extra mundum erunt. Si extra mundum fuerint, tunc nulla elementaliter stantes vel sedentes sustentantur, quia nullum elementum extra mundum comprobatur. Qui enim terram vel aquam ibi esse credit, nimis terrenus fluidus desipit. Si autem aërem vel ignem ibi esse arbitrat, grauius a mobilitate aëris & ignis ipse instabilis, irritus conspicatur. Ergo extra mundum nulla re materialiter suscitatur, vbi nulla materia inuenitur. Si autem in hoc mundo erunt, similiter nulli elemento localiter stando vel sedendo inhaerebunt, quia aequales angelis erunt. Cum igitur spirituales sint, in summo spiritu spiritaliter, non localiter manebunt. Porro illorum corporum gloria, non ratione, sed sola fide est contemplanda. Erunt quippe illa corpora ut animus agilia, ut sol perspicua. Quam cito enim nunc animus ab Oriente in Occidentem cogitatione peruenit, tam cito tunc illud corpus illuc peruenire poterit. Hoc hinc colligitur, quod resurrectio in istu oculi fida legitur, id est autem oculi est, non quod oculus aperiat, sed quod aperto oculo obiecti lucis radii conspiciantur. Sed reuera tatum velocitas illius corporis ab istu oculi differt, quantum a corpore agilitas animi, huius etiam corporis claritas est tanta, quanta est spiritus: non enim est hoc corpus animae oneri, sed decori, quod nulla corruptibilis

D De gloria corporum beatorum. Cap. XLV. Ioan. 20.

Math. 22.

1. Cor. 15.





**A**desto mihi verum lumen, deus pater omnipotens. Adesto mihi verum lumen de lumine vero, filius dei, deus omnipotens. Adesto mihi vera illuminatio sancte spiritus, patris & filij vnitas, sanctitas, charitas, deo omnipotens. Adesto mihi o vna trinitas, pater & filius & spiritus sanctus vnus deus omnipotens. Inuocat te domine fides mea qua dedisti mihi propter bonitatem tuam ad salutem meam. Inuocat te deus meo casta conscientia mea, & suavis amor fidei meae, qua me de excussis ignorantiae tenebris ad veritatis intelligentiam perduxisti, quam stulta seculi amaritudine ablata, & tuae charitatis dulcedine adhibita, saporosam mihi & mellis suam reddidisti. Inuocat te trinitas beata, vox clara & syncerus clamor fidei meae, quam ab ipsis mihi e-nutrients cunabulis illuminasti per inspirationem tuae gratiae, quam adaugens confortasti me per ministerium praedicationis matris Ecclesiae. Quam dulcis facta est in ore cordis mei, quam suauiter sapit in ipso palato gaudiorum animae meae, quam fortiter, quam crebro pulsant mentem meam, & mouet omnes sensus meos, & interiora spiritus mei, vt te laudare delectet, quia fecisti nos ad laudandum te: Sed inquieta est mens mea donec requiescat in te, & increpitans me meae desidia, ac colligens a dispersione qua frustatim distedor, dum ab vno te auersus in multa euanesco, & reuersus in me & surgens supra me, atque cunctis transcensis perueniens ad te, exultem tibi cordis iubilo, & laudes promae oris officio, quatenus in meditatione confessionis tuae incalcescat tor meum, & inhiet tibi spiritus meo, atque ardeat mens mea in amore tuo oblita vanitatis & miseriae, dum tibi soli intendit, dumque stupens adharet incommutabilitati tuae gloriae, oculisque fidei intuetur te solem iustitiae, sicut scriptum est, Qui adharet deo vnus spiritus est. Fugiam itaque domine, & libenter fugiam ob strepitum tumultus omnium vanitatum. Sed quod fugiam vt illos declinem, illos calcem sub pedibus, & procul pellam a serenitate iocundi intuitus? Ad te, qui es solum confugium & vnica spes miserorum, ad te gloria mea & exaltans caput meum, ad te confugiam de lacu miseriae & de luto fecis, tibi inhaream prout ipse dederis, suauitas mellisua, vt indulcescas mihi dulcedo non fallax, dulcedo foelix & securo. Queram ergo te domine inuocans te, & inuocabo te credens in te, vt quarens te inueniam te, & inueniens benedicam te, qui benedixisti nos omni benedictione. Deus meus vnica spes mea, exaudi me, ne fatigatus nolim quare te, sed quaram faciem tuam semper ardentem. Tu da quarendi vires, qui inueniri te fecisti, & magis ac magis inueniendi te spem dedisti. Illumina domine cordis mei oculum intimae visionis perspicua luce: velatus enim est & caecus tetra caligine peccatorum & ignorantiae. Illumina eum lumine gratiae tuae, vt synceris fidei oculis, & puro lumine cordis inspiciam mysteria regni tui. Verum quia non est pulchra laus in ore peccatoris, & fides sine operibus condignis non laudatur, rogo patrem per filium, rogo filium per patrem, rogo spiritum sanctum per patrem & filium, vt & omnia vitia elongentur a me, & omnes sanctae virtutes plantentur in me, quatenus acceptabile tibi fiat sacrificium laudis fidei meae, deus meus, & ascendat ad te in odor suauitatis. Obsecro, & misericordiam tuam supplex imploro, cunctarum fons & origo, largitor & munerator virtutum

De gloria  
cuius  
omnium,  
&  
differenti  
gloria singu-  
lorum.  
Cap. XLVII.

De gloria  
cuius  
omnium,  
&  
differenti  
gloria singu-  
lorum.  
Cap. XLVII.

Matt. 13.

Esa. 30.

Colos. 3.

Cocluatur,  
quod sancti  
non de sen-  
sibilibus re-  
bus, sed de  
summo bo-  
no delicten-  
tur. Caput.  
XLVII.

Psal. 148.

Psal. 30.

Matt. 19.

**G** moles aggrauat, sed quod angelicae naturae aequalitas leuigat. Huius quoque corporis claritas tantum solem excellit, quantum est in claritate nostrum corpus praecellit. Sol enim est corpus insensibile, & quantum immutetur, tamen nunquam viuificabitur: corpus autem illud erit sensibile & intellectuale. Igitur quantum spiritus intellectualis differt ab aere insensibili, tantum differt praecelara claritas illius corporis a claritate solis. Hinc quaestio non minima occurrit: cum enim dominus dicat. Fulgebunt iusti sicut sol: & Apostolus, Alia claritas solis, alia luna, alia stellarum. Stella a stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Videtur Apostolus domino contrarium sentire, videlicet quos hic velut solem fulgere allerat, ille quosdam velut diuersas stellas, alios velut lunam, alios velut solem fulgere astruat. Sed sciendum est, quod dominus gloriam sanctorum generaliter expressit: Apostolus autem singulorum gloriam pro meritis distinguit. Vltimus ergo in regno caelorum vt sol fulgebit, qui tunc septies clarior quam nunc erit. Et in hac claritate tantum quisque ab alio pro meritis differt, quantum stella a stella in claritate differt. Alij autem hos intantum diuersa claritatis gloria ita praecellunt, sicut lucifer pleiades, luna luciferum, sol lunam in claritate excellunt. Nos autem omnes tantum corpus Christi in claritate excedit, quantum creator creaturas transcendit. Vnde & in dextera dei patris sedere scribitur, quia in gloria diuina maiestatis fulgere creditur. Igitur talis visio & talis gloria regnum caelorum dicitur, quia soli caeli, id est, iusti hac visione fruuntur, quorum primum summum bonum est, in quo habent plenum gaudium de plenitudine omnium bonorum. Concluditur itaque, quod sancti non de sensibilibus rebus delictentur, sed se in summo bono esse, & summum bonum in omni creatura, & extra omnem creaturam videndo frui gloriantur. Si enim quicquam minus quam summum bonum in praemium acciperent, adhuc plus appeterent, & consequens esset, quod plenum gaudium non haberent. Sed cum constet eos plenum gaudium habere, necessario sequitur eos summum bonum id est, de eius affluentia & plenitudine omnium bonorum abundare. Quando autem caelum caelorum legitur, ipse deus intelligitur, vbi iusti in abscondito facies suae a conturbatione hominum celantur: vnde scribitur, Habetis thesauros in caelo: hoc est, in deo. Ad hoc summum bonum iusti quadam catena trahuntur, quae de virtutibus hoc modo connectitur. In primis fides animam quasi quidam circulus complectitur, fides spe nutritur, spes dilectione tenetur, dilectio operatione expletur, operatio ad summum bonum intentione trahitur, intentio boni perseverantia claudatur, perseverantia deo fons omnium bonorum dabitur. Igitur qui hac catena tractus, hanc turrim scandens culmen eius attingit, non solum se veram vitam cognoscere, sed se perenniter in ea beate viuere gaudebit, quia in ea huius gloriae confortus erit. **FR A.** Verae vitae & omnium beate viuentium faciat te deus participem, qui nos omnes ad summum bonum perducat. Finis.

AD LECTOREM.

**E**t hunc libellum studiosus aliquis consarcinavit, unde ipse in fine vocat desolatiunculam. Multa in sunt quae in superioribus habentur: subinde intertextit uersiculos ex Beati lib. tertio, qui is longe posterior fuerit Augustino. Cap. uigesimo septimo, negat filium a patre procedere, qui Augustini. euidenter doceat processionem filio et spiritui sancto communem esse. Stylus inaequalis est, & si aequalis esset, Augustini non posset uideri.

Psal. 7.

Quod deus  
spiritus est  
& praesens  
vbique & to-  
tus.  
Caput. II.

Psal. 138.

Roma. 11.

Hiere. 23.

1. Cor. 6.

M  
Psal. 33.  
Psal. 39.

Eccle. 15.

**A** virtutum deus, adauge mihi spem, fidem sanctam, rectam & immaculatam, fidem eruditam, catholicam & prudentissimam, fidem feruetem, inseparabilem & orthodoxam, quae in me omnia quae tibi placent per dilectionem & humilitatem operetur, quae vinciqueat inter verba altercationis in tempore persecutionis vel in die necessitatis. Scrutans corda & renes deus, coram te est sanitas & infirmitas mea. Illam precor serua, istam sana. Coram te est scientia & ignorantia mea: vbi mihi aperuisti, suscipe intrantem: vbi clausisti, aperi pulsanti, vt audies intelligam te, & intelligens diligam te, & diliges laudem te, atque in toto corde meo desiderem pulchritudinem visionis tuae semper inspicere. Audio quod nobis intimare vult scriptura tua, quam sanctificasti & misisti in mundum. Audio & credo ei. Dicit enim, Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare & credere. Sed spiritus incomprehensibilis, incorporeus, immutabilis, incircumscriptus, vbique totus, nunquam diuisus, secundum ipsius scripturae testimonium veridicum, hoc modo discernis, creator & creatura, in qua sunt qui & spiritus dicuntur. Si ita est, quia ita, quomodo inuocabo deum meum & dominum meum, quem vbique in memetipso inuocabo cum inuocabo eum? Et quis locus est in me, quod veniat in me deus meus, quod veniat ille deus, qui fecit caelum & terram? Ita ne deus meus est quicquam in me quod capiat te? An vero caelum & terram quae fecisti, & in quibus me fecisti capiunt te? An quia sine te non esset quicquid est, sit quicquid est vt capiat te? Cum itaque ego peto vt venias in me, quia non essem nisi esses in me: nonne enim ego iam sum in inferis, & tu tamen ibi es nam et si descendero ad infernum, ades. Non ergo essem deus meus, non omnino essem, nisi esses in me. An potius non essem, nisi essem in te, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: Etiam sic domine, etiam sic. Quod ergo te inuoco cum in te sum, aut vnde venis in me? quod ergo recedam, quo ibo? Extra caelum & terram fortasse, vt inde veniat in me deus meo, qui dixit, Caelum & terram ego impleo. Capiunt ergo ne te caelum & terra, quoniam tu implet ea? An implet, & restat quod te non capiunt? Et quod refundis quicquid impleto caelo & terra ex te restat? An non opus habes vt a quoquam continearis, qui continet omnia? Quoniam quae implet, continendo implet: non enim vasa quae te plena sunt, stabilem te faciunt, quia et si frangatur tu non effunderis. Et cum effunderis super nos, tu non iaces, sed erigis nos: nec tu dispergeris, sed colligis nos. Sed quae implet omnia, de toto implet omnia. An quia non possunt te totum capere omnia, parte tua capiunt, & eandem parte simul omnia capiunt? An singulis singula, & maiores maiora, an minores capiunt minora? Ergo ne aliqua pars tui maior aliqua minor? An vbique totus es, & res nulla te totum capit? Quid ergo es dñe deus meus, quid rogo nisi deus meus? Quis est enim deus praeter dominum, aut quis deus praeter deum nostrum? Nemo, plane nemo: non enim est alius praeter te trinum & vnum, vnum & trinum, neque in caelo sursum, neque in terra deorsum. Quis tui similis? quid magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis in omni virtute sicut tu deus noster, qui facis magna & mirabilia inscrutabilia, quorum non est numerus? Te cuncta magnificent, te omnis spiritus laudat, te adorant, te benedicunt omnia illa teatorum spirituum & superiorum ciuium agmina. Tibi mater Ecclesia in toto orbe offert preces, & incessanter dicit laudes. Te ergo vltimus seruatorum tuorum laudo & benedico. Tibi mens mea iubilat, tibi omnia ossa mea clamant,

quis similis tui domine? Et merito cuncta, quae operatus es, tibi soli creatori obediunt, seruiunt, tremunt, ad nutum tuum facis quaecumque velis. Tu es enim vere dominus, solus deus inuisibilis, inestimabilis, incircumscriptus, illocalis, immensus, incomprehensibilis, vbique totus, vbique praesens, ineffabiliter omnia penetrans, omnia continens, omnia sciens, cuncta prospiciens, omnia potens, vniuersa gubernans, totus in caelo, totus in terra, totus etiam vbique, & non est alius praeter te deum nostrum, in quem credit & adoratur mater Ecclesia Apostolica & vniuersalis. Tu es vere colendus & venerandus, tremendus & amandus cum omni semper deuotione domine deus noster. Qui cum non essemus, potenter fecisti nos: & cum perditum fuisset culpa nostra, pietate & bonitate tua mirabiliter recuperasti nos. Vnde confiteor tibi rex caeli & terrae, & honorifico te sacrificio laudis. Et quia exteriora munera desunt, totis medullis cordis, quae in me sunt, vota laudationis reddo tibi. Sed quia nihil nisi de tuo acceptabile tibi offerri potest, tu deus in cuius lumine lumen videmus, da queso lumen in corde, da verbum in ore, da menti caelestem conscendere sedem. **Da fontem** lustrare boni, da luce reperta. In te conspicuos animi defigere vitus. Et quonia altera pars sumus caeli, altera terrae: vnde corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem, discinde quae terreneas nebulas & pondera molis, atque tuo quae splendore illumina obscuram interioris hominis faciem. Siste vagas mentes per deua multa ruentes. Subde carnem spiritui, appetitum rationi, vitia virtutibus, corpus animo, atque tuae mentis exterioris: subde per omnia voluntati, & vniuersis suo bene compositis ordine per gratiam tuam & te perfecte diligere & digne laudare merear labiis & corde, omnique qua valeo virtute clamans ad te atque ita dicens, Summe, omnipotentissime, misericordissime, iustissime, secretissime, presentissime, pulcherrime, fortissime, suauissime, inuictissime, verissime domine deus noster stabilis es & incomprehensibilis. Immutabilis mutas omnia, inuisibilis vides omnia, immortalis, illocalis, interminatus, incircumscriptus, nusquam finitus, ineffabilis, inexhaustibilis, indicibilis, inscrutabilis, immotus, tangens omnia, inuestigabilis, metuendus atque terribilis, venerandus atque verendus, honorandus atque horredus, nunquam nouus, nunquam vetus, omnia innouas, i vetustate perducens superbos & nesciunt: semper agens, semper quietus, colligens & non egens, omnia portans sine onere, omnia implet sine inclusione, omnia creans & protegens, nutrens & perficiens. Quarens cum nihil desit tibi, amans nec estuas, zelans & securus es, poenitet te & non doles, irasceris & tranquillus es: opera mutas, sed consilium nunquam recipis. Qui inuenis & nunquam amittis, nunquam inops & gaudes lucris, nunquam auarus & vsuras exigis, supererogatur tibi vt debeas. Et quis habet quicquam non tuum? Reddis debita nulli debens, donans debita nihil perdes, qui solus viuificas omnia, quia creasti omnia. Qui es vbique & vbique totus, qui sentiri potes & videri non potes, qui nusquam dees, & ab iniquorum cogitationibus longe es. Qui nec ibi dees, vbi longe es: quia vbi non es per gratiam, ades per vindictam. Qui omnia tangis, nec tamen aequaliter omnia tangis. Quaedam enim tangis vt sint, nec tamen vt viuant & sentiant: quaedam tangis vt sint, viuant, & sentiant, nec tamen vt discernant: quaedam

Quod in se-  
lo nutu om-  
nia fecit de-  
us: & in o-  
mnibus est  
totus.  
Caput. III.

E

Sapient. 9.

De essentia  
deitatis.  
Caput. III.  
F

Quomodo  
sit deus & lo-  
ge & prop-  
& in omni-  
bus totus.  
Caput. V.

G quaedam tangis vt sint, viuant, sentiant atque discernant. Et cum tibi metipsum nunquam dissimilis sis, dissimiliter tangis dissimilia, Qui vbiq; presens es, & inueniri vix potes, quem stantem sequimur, & apprehendere non valemus. Qui tenes omnia, imple omnia, circumplecteris omnia, superexcellis omnia, sustines omnia, nec ex alia parte sustines, atq; ex alia superexcedis, neque ex alia parte imple atq; ex alia circumplecteris: sed circumplectendo imple, & implendo circumplecteris: sustinendo superexcedis, & superexcedendo sustines. Qui corda fidelium doces sine strepitu verborum, qui attingis a fine vsq; ad finem fortiter, & omnia disponis suaviter. Qui locis non distenderis, nec temporibus variaris, neque habes accessus vel recessus. Qui habitas lucem inaccessibilem, quam nullus vidit hominum, sed nec videre potest, in te manens quietus vbiq; circumis totum. No enim scindi vel diuidi poteris, quia vere vnus es, nec in partes efficeris, sed totus totum tenens, totum imple, totum illustras, totum possides. Hoc mysterium mens humana capere non potes, neque concipere, nec oratoria lingua narrare, neque diffusi sermonis bibliothecarum volumina queunt explicare. Si totum mundum libri replerent, tua scientia inenarrabilis non potest enarrari. Quoniam vere indicibilis es, nullo modo scribi poteris, neque concludi, qui es fons lucis diuinae, & sol claritatis aeternae. Magnus enim es sine quantitate, & ideo immensus: bonus sine qualitate, ideo vere & summe bonus, & nemo bonus, nisi tu solus. Voluntas tua opus est, cui velle est posse, qui omnia quae ex nihilo creasti sola voluntate fecisti. Qui omnem creaturam tuam absq; idigētia aliqua possides, & sine labore gubernas, & absq; tadio regis. Et nihil est quod perturbet ordinem imperij tui vel in summis vel in imis. Qui in omni loco habes, & omnia contines sine habitu, & vbiq; presens es sine situ & motu. Qui nec mali author es, quod facere non potes, qui nihil non potes, nec vnquam fecisse te quicquam penituit, hec vilius commotionis animi tempestate turbaris, nec totius terrae particula regnum tuum est. Nulla flagitia vel scelera probas vel imperas. Nunquam mentiris, quia aeterna veritas es, cuius vnus bonitate facti sumus, & cuius iustitia poenas luimus & clementia liberamur. Nam nihil caeleste, nihil terrenum, nihil igneum, nihilq; quod corporis sensus attingit pro te adorandum est vel colendum, qui vere es quod es & non mutaris: cui maxime ac specialiter illud conuenit, quod Graeci dicunt *αὐτὸς*, id est latus, quia semper idem ipse es, & anni tui non deficient. Hinc etenim patet datur intelligi, quod tu deus noster quem colimus, deus verus & omnipotens es sine dubio inuisibilis, & si pio intellectu videaris, incomprehensibilis: & si per gratiam repraesentaris, inexistimabilis: & si humanis sensibus pie credaris sancteq; cogiteris, ineffabilis, & si humana locutionis vsualibus verbis abusus utique dicaris, ideo verus & tantus: ceterum quod sciri, quod cogitari, quod comprehendendi, quod dici de te potest, minus est. Quod vero incomprehensibile est & immensum, indicibile & infinitum tibi soli duntaxat notum est. Hoc nanque est quod omne superat sensum: hoc quoque est quod te facit existimari & pro certo credi & vniuersalem appellari deum, dum ad perfectum vsque reperiri non vales, dum totus intelligi capere non potes, ita te vis magnitudinis & notum nobis obicit & ignotum. Et haec est summa delicti spernentium te, scire volentium tibi creatori suo seruire, habent quod scientes venerentur, & habent quod ignorantes mirentur, habet quod timeant, habet quod diligant.

Si enim totus pateres nostrae conditioni deus vnus & K verus, minime potuisses credi, adeo falsi reperti sunt, qui putabantur dii, quonia sciri per omnia potuerunt, qui & quales quantiq; fuerunt. At tu deus noster mirabilis & potens, qui totam istius mundi molem cum omni instrumento elementorum, corporum, spirituum, verbo, quo iussisti quae fieri disposuisti, virtute qua potuisti ex nihilo, expressisti ornamentum maiestatis gloriae tuae, qui tempore ab ipso tunc auro ire iubens stabilisq; manens, dans cuncta moueri. Qui terram multiplici germine fructuum, & caelum pulchro decorasti lumine syderum, quorum tu solus nomina, signa, potestates, cursus, & loca, & tempora nosti. Tu mitis & benigne, fortis & zelotes & sabaoth inuictissime, visitans peccata patrum in filios vsque in tertiam & quartam generationem, & facies misericordiam in mille millia, his qui diligunt te, & timent nomen tuum. Si opera tua ita sunt magna & inscrutabilia, pulchra atque stupenda, dicant qui volunt, quomodo capi poteris tu pulcherrimus creator eorum. Constat enim opificem longe se aliter habere quam ea quae a se fieri voluit. Ex pulchritudine tamen circumscriptrae naturae & mundalium rerum mirabili specie pulchritudo tua, quae tu ipse es, quia simplex es, & excellentia gloriae tuae, quae circumscribi non potest, intelligi aliquatenus valet: quanquam magnitudinem diuinitatis tuae infinitam & incomprehensibilem nullus possit sensus attingere: neque enim illorum quoque supernorum ciuium, miro tamen modo essentia tua scitur, cum esse creditur. Quotienscumque recole vel audio duas breues syllabas, vel quatuor literas, quibus scribitur deus: hoc enim nomen tibi soli omnipotens iure debetur: atq; cum intueor tuae virtutis magnalia & mirabilem mundi creationem, id est, cosmopoeiae considero decorem, simulq; mecum tacitus reputo miserationes tuas, quae a seculo sunt, mirentur enim qui volunt potentiam tuam, sed ego plus stupeo animaduertens miserationes tuas profecto in his quatuor literis & duabus breuib; syllabis, cum infinitum quid & incomprehensibile, immensum & inenarrabile mentis intuitu, & synceris fidei oculis praescire & posse, quod mihi tantillo homini dignaris largiri, cōteplor. Numquid enim duae breues syllabae tuae deus noster es, aut duas breues syllabas adoramus, vel ad duas breues syllabas puenire desideramus, quae penè ante desinunt sonare quam coeperint, nec in eis secundae locus est, nisi prima ante traherit. Manet quippe magnum aliquid, & magne summeq; est, quod incomparabile & omnium praecellentissimum est, quod dicitur deus, quauis non maneat sonus cum dicitur deus. Verum quia caro nescit spiritum, & inuisibilia a visibilibus non videtur, per fidem enim ambulamus, & non per speciem humanam tu deus noster nimis bonus & pius consulens infirmitati, dignaris te nobis insinuare, non tua proprietate, sed aliqua quadam similitudine. Vnde & nostrorum qualitatem membrorum habere describeris, volēs passionum indigna de te ipso ad haec perferre, vt quia sicut es te nequimus scire in praesenti miseria, per nostra nos ad tua trahas, & nos dum descendendis nobis facilius confurgamus tibi. Multis siquidem modis ad significandum te hominibus de rebus inferioribus ad te species ducis, quem reuera iuxta propriam naturam inuisibilem constat esse, & in totum incomprehensibilem & incircumscriptum: ac per hoc nunquam alicui apparuisse secundum essentiam, sed modis quibus voluisti, per assumptam creaturarum speciem, & ad efficientias causarum credimus. Falluntur itaque Anthropomorphitarum

Quod solo verbo deus omnia fecit Caput. X.

Exod. 20. Deute. 5.

De duabus syllabis dei. Caput. XII.

Quod in natura sua nos videt deus. Caput. XII.

De magnitudine dei in homine facta. Cap. XIII.

A tarum haereticos sectatores, qui dum legunt hominem ad imaginem & similitudinem dei factum, asserunt stulta temeritate speciem humanam te habere, cum illo in loco vel dicaris vel credaris metem, non carnem ad imaginem tuam creasse. Enimvero nihil dignum de te humanum sermo loquitur, quia nec secundum qualitatem aut quantitatem, situm vel habitum seu motum aliquid de te digne dicitur. Et tamen longitudo, latitudo, altitudo & profunditas tibi quodammodo inesse leguntur. Sed latitudo charitatis, qua nos ab errore colligis & contines in veritate. Longitudo vero, qua nos longanimitate malos portas, donec emendatos futura patriae restituas. Altitudo autem, qua omnem sensum & hominum & angelorum immensitate scientiae superexcellis. Profunditas quoque, quod damnandos inferius iuxta aequitatem disponis, atque tuo iudicio iudex iustus ordinans. Omnem igitur supergrediatur creaturam, & metis intuitum vltra omnia dirigat, qui aliquid voluerit de tua praelibare libertate, summa boni deitas. Tūc enim homo procul positus a vanitate, plenius in veritate tenetur, quando in corde eius quicquid est deus, reliquis cunctis ab intuitu dimotis, pacificus pie credit & sancte cogitat. Sed licet nemo sit qui te in hac valle lachrymarum valeat efficaciter comprehendere & definire, magnum tamen & mirum valde nostrae atati datum est scire de te summo bono, tua nobis nimirum gratia reuelante. Quis ante nos in quos seculorum fines deuenerunt, talia sic manifesta audire potuit vel cognoscere de trinitate & vnitate, de personis & substantiis? De te quidem pater deus quod is a nullo, ideo ingenitus dicaris: de filio autem tuo, quia genitus & a te sit, non a se: de spiritu quoque sancto, quia procedens & non sit a se, sed a te & filio, quorum est spiritus. Ita, vt sicut tu pater nec genitus nec procedens dici potes: sic filius nec ingenitus, nec procedens: sic nec spiritus sanctus ingenitus, nec genitus dici debeat, quatenus proprietates personarum te vnum patrem simul cum vno filio & vno spiritu sancto patenter nobis ostendat. Quis prioribus seculis in te vnum credere deum, & te confiteri trinum, neque substantiam separans, neque personas confundens, sic prudenter intellexit, sic palam sapuit, sic vere cognouit? Filius sane tuus missus ad publicum nostrum de sinu tuo, hanc rectae fidei normam euentius huic vltimae patefecit atati. Priusquam creaturam ostenderes creatorem, in sola notus eras iudaea deus, & in Israēl magna nominis tui fama & cultus audiebatur. Sed nūquid sic liquido, aut tantum quantum apud nos sub gratia constitutos? De trinitate vero indiuidua parum quidem tunc per paucos senserunt. Legillatorum enim filij quod de vna trinitate, vel de trina vnitate scire debeant, digna percussu cecitate adhuc ignorant, aliud praeter vnum deum miseri nolentes confiteri & garrientes in nos verbis malignis dum dicimus te patrem habere filium. Nobis autem qui ex gentibus venimus, quam multa & vera de trino vnusq; deo datum sit, probant corda quae credunt, nec non & ora, quae confitentur, atq; nihilominus flagella ipsa & mors quae pro hac ipsa confessione illata sunt: scriptum est enim, Super fenēs intellexi. Domine deus noster vnus & verus, nisi tu trinitas esses, non diceretur voce veritatis, Ite baptizate omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Neque enim baptizari iubemur domine deus in eius nomine, qui non esset deus dominus. Et rursum nisi tu trinitas esses vnus deus, nequaquam tua voce diceretur, Audi Israēl, dominus deus tuus vnus est. Ergo nisi tu deus pater ipse esses, & filius tuus verbum tuum le-

De latitudine dei. Cap. XIII.

De cognitione sanctae trinitatis. Caput. XV.

1. Corin. 10.

Psal. 75.

Psal. 118.

Quod sancta trinitas sit indiuisa. Caput. XVI Deute. 6.

sus Christus ipse esset, & donum nostrum esset ipse spiritus sanctus, non legeremus in literis veritatis, Misit deus filium suum. Nec tu vnigenite dices de spiritu sancto, Quem mittet pater in nomine meo: & Quem ego mit tam vobis a patre. Et alibi, Ego & pater vnus sumus: & Qui videt me, videt & patrem, Ego enim in patre, & pater in me est: & Pater in me manens ipse facit opera. Quid enim his verbis aliud, nisi trinum & vnum deum docere nos crederis tu magister veritatis, in cuius pectore reconditi sunt thesauri sapientiae & scientiae? dicis quoque, Mea doctrina non est mea: &, Sermonem quem audistis non est meus, sed eius qui misit me patris. Res mira, res admiranda: dic ergo, dic verbum patris, responde quae virtus & sapientia summi principij: sed tu ipse principium de principio, non tamen duo principia, sed vnum certe principium. Dic verbum semper manens doce seruum humiliter interrogantem. Quid enim tam tuum quam tu: Sed tu tuus & non tuus, quia non es a te ipso, sicut in multis saepe locis testaris, sed a patre, cuius es verbum, non sonabile per syllabas & volatile, sed semper immobiliter viuens atque manens. Et ideo verbum non quod definit prolatum, sed quod permanet natum: non transitorium, sed aeternum: non factum, sed genitum: nec solum genitum, sed etiam vnigenitum: cui ratio adest disponenti, & praesto est virtus perficienti, utpote vero deo & summo domino. Te quippe vnigenitum verbum pater genuit de se ipso: per quod omnia creauit ex nihilo. Et idcirco indubitanter credimus, quia nisi omniscium & cunctipotens verbum deus esses, nullo modo per te omnia facta fuissent. Quomodo creatura creare aliquid potest? Creare certe solus deus valet, qui creatus non est: nihil enim excepto deo non creatum est. Absit ab intellectu nostro, vt aliquid fateamur ex patre nasci nisi filium, & ideo non nisi deo nasci potuit ex deo. Vnde te mihi patris verbum considerare volenti, nulla sufficit verba, quibus te valeam explicare. Quid aut abunde vel digne loqui poteris? Quis de quo? Homo de deo, vel de opifice, creatura de creatore, paruus de immenso, temporalis de aeterno: cuius venerabilis potentia omnipotentissima qua nos gratuita bonitate fecisti: nec minus tamen venerabilis gratia, qua nos omnipotentissima misericordia saluasti. Qui & opus creatricis omnipotentiae gratis fecisti, & opus saluatricis gratiae omnipotentiae implesti, habens nimirum perpetem potestatem, & cōden di incondita, & reparandi perdita. Nec igitur precipuus ille theologorum summa profundius cateris aquilinis contemplatus obtutibus scriptitans eructaret. In principio erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum, hoc erat in principio apud deum: nisi tu deus verbum, semper apud patrem, semper cum patre, semper de patre, semper in patre esses. Non sicut vas in vase, vel ciuitas apud urbem, sed veluti sapientia intra sapientem, veritas in veraci, bonitas in bono, aeternitas in aeterno, quia nihil aliud in patris substantia nisi deus & aequalis & coaeternus, illi a quo genitus es, esse potes. Obmutescat itaque, & cum suis authoribus pereat omnis haeretica prauitas, quae inimica semper lite nunc substantiam diuidit, nunc personas confundit. Crescat rogo fide & magis magisque pijs foecundetur actibus mater Ecclesia, quae tres deos colere, trinitatem in personis distinguere prophanum & nimis impium iudicat. Haec denique caelestibus erudita disciplinis, credit, confitetur & docet vnam proculdubio substantiam & tres personas, sciens omnia quae ad fidei regulam pertinent. Huius magisterio & doctrina coelitus inspirata a puero doctus, corde credo, ore confiteor,

D Galat. 4.

Ioan. 14. 15. & 10.

Colo. 2.

Ioan. 7. & 14.

E

F

Ioan. 11.

**G** confiteor te, o summa trinitas, vna virtus & indiscreta maiestas. **C**onfiteor te patrem & filium & spiritum sanctum in personis trinum, in substantia vnum, verum deum omnipotentem, visibilem & inuisibilem conditorum, non corpus aut in corpore positum, neque ex diuersis speciebus admixtum, aut membrorum compaginibus effigiatum, sed vnus simplicis & incorporee naturae. Te quidem verum patrem summe bonitatis, & totius deitatis principium incircumscripsum & ingentem maiestatis deum, ex nullo ducere initium sed oibus initium dante credo & confiteor non corporali progeie nec extrinsecus, non necessitate neque voluntate, sed natura filium generantem. Confiteor & verum te filium ex patre sine initio ineffabiliter natum verum deum vnigenitum, per quem omnia facta sunt, & verum patris verbum, non factum, non creatum, non adoptiuum, sed genitum & vnus cum patre substantie, atque ita per omnia aequalem deo patri, vt nec tempore, nec gradu, nec potestate esse possis inferior. Tantumque te esse confiteor, qui genitus es, quantus est ipse qui te genuit. Non autem, quia dico genitum a patre filium, diuinam & ineffabilem generationem aliquid tempus ascribo, sed nec patre dico aliquando coepisse, nec te eius filium. Quia semper fuit pater: nunquam igitur non fuisti filius. Non enim aliter confiteri possumus aeternum patrem, nisi confiteamur te coaeternum filium. Ex filio enim pater dicitur: & quia semper pater fuit, semper habuisse filium dubium non est. Te quoque credo spiritum sanctum verum deum, non factum, nec creatum, nec genitum, neque ingentem, sed ex patre & filio inenarrabiliter procedentem, & in patre simulque filio substantialiter permanentem. Sic igitur ab vtroque procedis vt inseparabiliter in vtroque maneat: atque ita per omnia deo patri & filio aequalem coaeternum, consubstantialem, vt neque potestate, neque voluntate, neque aeternitate, neque substantia differri possis ab eis vel praecidi a quibus procedis. Igitur aeternum patrem sine natiuitate, aeternum filium cum natiuitate, aeternum spiritum sanctum cum processione, sine natiuitate, totum patrem in filio & spiritu sancto, totum filium in patre & spiritu sancto, totum spiritum sanctum in patre & filio permanentem: patrem & filium & spiritum sanctum vnum deum omnipotentem, vna potestate, vnoque regno, vna maiestate, vna aeternitate, extunc & nunc & semper vbiq; regnantem corde credo, ore confiteor, & mente diligo. Ad hanc fidei regulam dirigens intentionem meam quantum me posse fecisti, deus meus quasi tui te & desideravi intellectu videre quod credidi. Huius rei gratia ingressus sum multarum apothecam deliciarum, quibus pascitur mater Ecclesia vbi consideravi plurima, & coepi explorare singula. Et cum huc illucque anxius audisq; discurrerem, tu bonus adiuuare cupies desiderium quod dedisti, misisti manum pietatis tuae & soluisti nodum ambiguitatis meae: & ideo delectat me de te valde cogitare, de te loqui, laudesq; tuas desideranti corde depromere, vt in praesenti miseria solo quidem corpore, tecum autem mente & omni audiditate tui tenear domine. Deus trine & vne, scientiae lumen accende in me, per quod te intelligere merear trinum & vnum deum, sicut es trinus & vnus deus. Et ignorantiae tenebras magis magisque sicut coepisti remoue a me, vt spiritalia spiritaliter videam quantum possibile est humana fragilitati. Da mihi in via hac, qua te duce gradior, intellectum atque inspira mihi & semper doce gratiam tuam, qualiter in te irreprehensibiliter sit credendum, vt te vnum deum essentialiter sapiam, & incomprehensibiliter trinum personaliter capiam. Patrem ingentem, de pa-

tre vnigenitum, de vtroque procedentem & in vtroque manentem spiritum sanctum, nullum anticipationis tribus vel posteritatis interuenire momentum, nec dispersitum habere imperium: non in creandis consilium, regendis perficiendisq; creaturis auxilium opusq; diuinum. Quicquid illic naturale est, induratum: quicquid personale est, inconfusum. O mysterium ineffabile & praeter ceteris intellectu difficile: reliqua vero sacramenta, quae tenentur in Ecclesia tua domine, stupenda sunt & veneranda, sed istud tui sacramentum praecellit vniuersa. Hoc nepe tuae indiuiduae trinitatis mysterium, & illud caelestis mese sacramentum, quae fideles & pias animas pascit carne & potat sanguine, vt non esuriant neque sitiant in aeternum, fac me deus meus pura & simplici conscientia praecipue inter cetera sentire & credere, sumere & retinere, ne finas quae domine fidem in eis mea aliquatenus vacillare, sed ita semper in eis & de eis pro tua tribuas pietate mihi credere ac intelligere, sicut veritas eorum se habet. Intret in cor meum gratia tua, quae sonet sine sono & sine strepitu, loquatur ibi tantorum omnem veritatem mysteriorum, luce & dulcedine intus vbiq; & foris vndique perfundat animam meam illa magistra virtutum, & iudex omnium veritatum, & sic irradiando & soporando eam in ipso veritatis centro stabiliat atque confirmet, vt nec velim, nec possim de tantis mysteriis aliter sentire nisi sicut oportet & decet. Omnipotens bonitas, cuius pietatis aures ipsius pauperum tuorum desiderii patient, intellige clamorem cordis mei & faue votis meis: Praesta domine vt ipso mentis palato sentiam, gustem, & sapiam haec ineffabilia sacramenta: magna enim sunt & mira valde, & ego paruulus in eorum consideratione deficio, quotiens ad intuenda ea fidei oculos attollo. Sed quia vno modo vtraque nobis necessaria sunt ad salutem, deus auctor omnium, inuisibilis creator, qui es substantia summa & vna diuinitas atque personalis vera & perfecta trinitas, te deum patrem exoro, ex quo omnia & filium tuum, per quem omnia, simul & spiritum sanctum, in quo omnia, Te dominum meum quem vnum & verum in trinitate confiteor deum, a quo creati, liberati & illuminati sumus, suppliciter rogo tantorum audis mysteriorum, lacta me, nutri me, & in mensuram etatis usque perfecti viri meam extende exiguitatem, vt solidum hunc & perfectorum cibum capere valeam. Imperfectum enim meum viderunt oculi tui. Dator omnium honorum deus pater cui nunquam sine spe misericordiae supplicatur cum filio tuo ac spiritu sancto, da quod a te desideratur, & a te postulat anima mea. Quorum enim vna est substantia, vnum est & datum, vna & operatio, vnum donum, vnaque potestas, vt in ipsa quoque personarum proprietate iuxta profundiorum intellectum quaedam vnitas sentiantur. Inseparabilis nimirum naturae tuae vnitas non potest separabiles habere personas, quia sicut trinitas es in vnitae, & vnitas in trinitate, sic separationem non potes habere personarum. Nominantur quidem illae personae aliquando singulae, sed ita voluisti te trinitas deus inseparabilem ostendere in personis, vt nullum ibi nomen sit in qualibet persona, quod ad aliam personam secundum relationis regulam non referatur, sicut pater ad filium, & filius ad patrem, vel spiritus sanctus ad patrem & filium verissime refertur. Ea vero nomina quae substantiam vel potentiam vel essentiam tuam significant, vel quicquid dei propriis omnibus personis aequaliter conuenit, vt deus magnus, bonus, aeternus, omnipotens, omnia naturaliter de te deo dicuntur. Non est igitur aliquid naturae nomen, quod sic tibi deo patri possit conuenire, vt

L

M

Psal. 138. Quod diuina substantia indiuidua sit. Caput. XX

De cognitione diuinae essentiae incorporeae. Cap. XVII.

De processione spiritus sancti a patre & filio. Cap. XVIIII.

De comparatione trium personarum. Cap. XIX.

**A** aut filio tuo, aut spiritu sancto conuenire negetur. Dicimus te deum patrem naturaliter esse deum, sed naturaliter est & filius deus, naturaliter est & spiritus sanctus deus: non tamen tres dii, sed vnus deus, pater & filius & spiritus sanctus. Idcirco inseparabilis es sancta trinitas deus in personis, sensus, intelligentia, quantum in voce separabilia habes nomina, quia pluralem numerum naturae nominibus nullatenus recipis. In hoc enim ostenditur personas non posse diuidi in sancta trinitate, quae vnus est verus deus, quia cuiuslibet personae nomen semper ad alteram respicit personam. Si patrem dico, filium ostendo: si filium nomino, patrem praedico: si spiritum sanctum appello, alicuius esse spiritum necesse est intelligi, id est, patris & filij. Tu vero trinitas deitatis personarum pluralitate multiplex, numerabiliter es innumerabilis, ac idcirco mensurabiliter immensurabilis, & ponderabiliter imponderabilis: non enim summae bonitatis, quae tu ipse es, profitemur originem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia: sed eius participatione dicimus bona omnia. Nam tua diuina substantia semper caruit ac caret materia, licet non careat forma: quam dum imprimis quasi sigillatim singulis, eas sine tui augmenti aut detrimenti mutabilitate, proculdubio a te facis differre. Quicquid in natura creaturarum est, creatura tua est, o trina vnitas & vna trinitas deus, cuius omnipotentia omnia gubernat, regit & implet quae creauit. Nec ideo te omnia implere dicimus, vt te contineant, sed vt ipsa potius a te contineantur. Nec particulatim implet omnia, nec vllatenus ita putandum est, vt vna quaeque res pro magnitudine portiois suae capiat te, id est, maxima maius, vel minima minus, dum potius in omnibus totus ipse sis, sine omnia in te. Cuius omnipotentia omnia concludit, nec euadendi potentiam quis aditum inuenire poterit. Qui enim te non habet placatum nequaquam euadit iratum. Immensitas quippe diuinam magnitudinis tuae ista est, vt intelligamus te intra omnia, sed non inclusum: extra omnia, sed non exclusum. Et ideo interior es, vt omnia contineas: ideo exterior es, vt incircumscripsum magnitudinis tuae immensitate omnia circūcludendo omnia regas. Per id ergo quod exterior es, ostenderis esse creator: per id vero quod interior es, omnia gubernare & regere demonstraris. Ac ne ea quae creata sunt sine te essent, tu intra omnia es: verum ne extra te essent, tu exterior es, vt omnia concludatur a te, non locali magnitudine, sed potestati praesentia, quia vbiq; es praesens, & omnia tibi praesentia, quantum quidam hoc intelligat, quidam vero non intelligant. Haec & alia multa docuit me mater Ecclesia, mater sancta vniuersalis, & orthodoxa, cuius me fieri membrum voluisti per gratiam tuam, & de eius caelesti doctrina me ita certum & securum in omnibus pro tua pietate reddere dignatus es domine per assiduam tuam inspirationis illuminationem, & si multa quae clausa mysteriis latent, non per speculum, sed facie ad faciem intuerer. Decuit te igitur solum viuum & verum deum non esse corporeum vel passibilem vel palpabilem, nullam tibi partem corporis oculis posse sentire, nihil de substantia tua atque natura vllō modo esse violabile, aut compositum, aut fictum, aut maius, aut inferius: sed per omnem modum ex omni parte sine deformatione perfectum, sine quantitate magnum, sine qualitate bonum, sine tempore sempiternum, sine morte vitam, sine infirmitate fortem, sine mendacio veritatem, sine loco vbiq; totum, sine situ vbiq; praesentem, sine extensione omnia implentem, sine contractione vbiq; occurrentem, sine motu omnia transcendentem, sine statu intra

Quod in diuinitate non est materia. Cap. XXI.

Quod non est pars deo, nec diuisio. Cap. XXII.

Quod deus conuenit oia. Cap. XXIII.

Quod deitas sit incorporea. Cap. XXIII.

De visione dei. Cap. XXV.

Exemplum de igne & anima. Cap. XXVI.

De immutabilitate dei. Cap. XXVII.

Qualitas, diuinitas, id est, substantias.

omnia manentem, sine indigentia omnia createm, sine labore omnia regentem, sine tui initio omnibus initium dantem, sine tui mutatione omnia mutabilia facientem, ac semper & vbiq; regnantem, sine fine manentem. Domine deus vne trinitas deus, quae incomparabiliter rebus omnibus antecellis, adeo es ineffabilis, infinita & incomprehensibilis, vt paruissimum sit valde omne quod de te dici potest. Multa enim dicimus, sed plene id quod es dicere non possumus. Et quia vniuersorum consummatio sermonum ipse es, cum ergo peruenimus ad te, cessabunt proculdubio multa ista quae dicimus, & manebis vnus omnia in omnibus, & sine te dicemus omnia vnum laudantes te etiam vnum, & in te facti vnum, videntes te iugiter sine fine incorporealem naturam immutabilem trinitatem, & in te omnia scientes, & in te gaudium perpetually mansurum habentes, ab omni sanati languore, & in illa immortalitatis gloria transformati. Cum venerit visio haec quae danda facie ad faciem promittitur, quando palam de cunctis annuntiabitur mysteriis, & fidei species atque spei res succedet, tunc clarius certiusque scientes intuebitur, nihil creatum, aut seruile in te trinitas vna: nihil inaequale, nihil gratia aequale, nihil anterius posteriusve, nihil maius aut minus, nihil extraneum aut officiale alteri, nihil persuasione aut surreptione insertum, nihil moribus voluntate diuersum, nihil officio singulare aut alteri comunicabile, non confusum, totum perfectum, quia totum in vno & vnum in toto, non tamen solitarium, quoniam summum bonum & summam sapientiam, & summam benignitatem te sancte pater vnum omnium principium & veritatem tuam, per quam te intelligimus nulla ex parte tibi dissimile, quae forma es omnium, & quae sola implet hoc quod appetit omnia, simulque ipsum vtriusque donum, quo beata sunt quaecunque beata sunt, in te & cum te colimus, & adoramus vnam scilicet incommutabilem trinitatem. Cum enim tertio repetitur quod vnum est, non numerus coaeruat, sed vnum esse illud asseritur, genitus, gignens, & procedens, tres quidem personae, sed vna substantia. Sicut ignis, calor, tria nomina sunt, res vna: sic memoria, intellectus, voluntas, sed vna anima, quae inseparabiliter demonstratur & inseparabiliter operatur. Si hoc in creaturis inuenitur, quid de te creator intelligendum est? Natura quippe diuinitatis tuae immobilis est omnino & immutabilis, personae vero mobiles sunt secundum relationem, non iuxta proprietatem: sed ideo in relatione personarum trinitas, in natura vero substantia vnitas. Vnitas siquidem propter inseparabilem essentiam diuinitatis: trinitas autem propter diuersitatem nominum. Non enim nomina tantum, sed etiam proprietates nominum, hoc est, personas, vel vti Graeci exprimunt οὐλοβας, id est, syllabas trinitatem. Haec tamen dicimus de te deus noster vt potest humana intelligentia capere. Ceterum quis in hac vita positus vel crystallino petre, sufficiat penetrare tuum ipsius trinitatis interna mysteria, quomodo pater, filius & spiritus sanctus tres personae estis & vna natura? Quomodo tu pater ingentis diceris, filius genitus, spiritus sanctus nec genitus nec ingentis, sed procedens dicitur. Quomodo filius de te patre natus est, spiritus sanctus de te procedit & filio? Quomodo filius nascendo non procedit, spiritus sanctus procedendo non nascitur? Quomodo filius non de se, sed de te est, nec tamen tui est posterior de quo est? Quomodo spiritus sanctus de te procedit & filio, nec tamen a vobis praecinditur, a quibus procedit? Quomodo tria vnum estis, & vnum tria? Quomodo inuicem relatiue tria estis, essentialiter



G tialiter vnum: quomodo trinus es & vnus deus, non loca-  
liter, sed vbique es, & non particulatim vbique es, sed  
vbique totus es, vbique præsens sine situ & loco & motu:  
Quis ista rôgo consideret? Quis hæc cõprehendat quã-  
talibet probitate vel sciẽtia præditus? Hoc tamen in spe  
promissionis repositum est, quia videbimus te domine,  
& tanto vnusquisque perspicacius, quanto hic vixerit pu-  
rius. Quia mundi corde, teste scriptura, deum videbunt.  
Aperite nanque videbitur cuncta metis iam deterfa cal-  
ligine, quomodo filius qui oriẽdo est, tibi ð pater de quo  
oritur subsequens non est, & quomodo spiritus ambo-  
rum, qui per processionem proditur, à vobis proferenti-  
bus non prætur, quomodo & vnum diuisibiliter tria, &  
tria indiuisibiliter estis vnum. Vifa enim claritas ad im-  
patefactam tuẽ nobis maieftatis speciem purum aman-  
tis intuitum mentis rapiens subleuabit. Sed ipsa claritas  
natura est, & ipsa natura claritas est. Quæ nimirum vi-  
sio nũc fide inchoatur, sed tũc in specie perficietur, quã-  
do sapientiam tibi coaternã, quã modo per ora doctorũ  
sumimus, in ipso fonte bibemus. Omnia sacramenta &  
cuncta nobis tunc apparebunt arcana, non doctorũ ver-  
bis, nõ enim vllis indigebimus mysteriis, cum facie ad  
faciem videbimus te, sed inde, nisi fallor, vnde angeli te  
vident. Quid nos tunc latere poterit, quãdo tu deus no-  
ster & vita viuientium, causa causarum, forma formarũ  
informata te nobis clara visione insinuabis? Non enim  
indignum tibi videtur cum te formam vocamus.

Math. 5.

Nam tua essentia, & species dici potest & forma.  
Non frustra tam speciosissimũ quã formosissimum in  
laude tua ponitur, sed forma quæ materia caret & motu  
& tempore & loco, atque idem vnum est, & est id quod  
est: reliqua vero nõ sunt id quod sunt. Hæc verissime so-  
la dicere potest, Ego sum qui sum. Hęc tanta ac talis est,  
vt de eius pulchritudinis visione nihil in hac vita sibi  
visurpare mens humana audeat, quod solum electis tuis  
præmiũ insequenti remuneratione referuas. Cũ ergo  
ad te peruenerimus fontem vitæ & lumen æternum,  
& dulcissimam speciẽ & visionem tuam, erit nobis de-  
lectabiliter impressa sitis simulq; satietas. Sed lôge abe-  
rit à siti satietas, longe à satietate fastidium, quia sitiẽtes  
saturabimur, & satiati sitiemus. Tu denique & æterna  
nobis vita gaudium & corona eris. Tuæ beata visio erit  
nostri laboris præmiũ, vt post mortalitatis huius tene-  
bras accensa gloria: tuæ luce gaudeamus. Videbim? itaq;  
tuæ incõmutabilitatem essentia, vt per hanc & nos effi-  
ciamur incõmutabiles. Sed nõ sicut tu vides te: in nobis  
enim quicquid erimus, poterimus nosse: in te autem qui  
comprehẽdi non potes quod es, quicquid illud est quã-  
do possumus nosse: et si poterimus, nõdum possumus: &  
tamen cum poterimus, nunquid sic te nosse valebimus  
sicut te nosti deus? Ipsa quoque rationalis & electa crea-  
tura non aequaliter visione tui potietur: vnusquisque e-  
nim pro mercede laboris sui: sed plene sibi sufficiet  
quod singulis dabitur intueri, Quam magna multitudo  
dulcedinis tuæ domine. Beati qui habitant in domo tua  
domine. Felices qui iã pelagus huius mortalitatis trãs-  
ierunt, & ad portum perpetuæ securitatis peruenerunt.  
Infelices nos qui adhuc in salo huius vitæ circumflan-  
tib? agitamur procillis, & inter pericula multa variõsq;  
calus incerti nauẽ laborantes trahimus. Domine da  
nobis te rectore, te duce inter Scyllã & Charybdin ita  
tenere iter per medium, vt integra naue & saluis merci-  
bus peruenire possim? ad te portũ tutissimũ. Felix ani-  
ma terreno resoluta carcere, libera cœlũ petit, quæ beatissimam  
iam admixta spiritibus maieftati tuæ assistit, quæ te in-

Quod dei-  
tas materia  
caret.  
Caput  
XXVIII.

De siti sine  
fatiere.  
Caput  
XXIX.

Psal. 30.  
Psal. 83.

De vita æter-  
na. Caput  
XXX.

circumscriptum lumen cernit, quæ nullo metu vel mor-  
tis vel hostis afficitur, quæ incorruptionis perpetuæ mu-  
nere lætatur, O vita vitalis, dulcis & amabilis & semper  
memorialis, vbi non est hostis impugnans, vbi nulla il-  
lecebra, sed summa & certa securitas, & secura tranquil-  
litas, & tranquilla iocunditas, & iocunda felicitas, & foelix  
æternitas, & æterna beatitudo, & beata sine fine tui visio  
atque laudatio. Vtinam hæc succedat, & mortale hoc in-  
duatur immortalitate. Vtinã desinat & quãcito finiat  
ista vita, vita dubia, vita cæca, vita erũnosa, quam humo-  
res tumidant, dolores exterminant, ardores exiccant,  
aëra morbidant, escæ inflant, ieiunia macerant, iocis sol-  
uunt, tristitia consumunt, sollicitudo macerant, securitas  
hebetat, diuitiã iactat, paupertas deiecit, iuuentus extol-  
lit, senectus incuruat, infirmitas frangit, moror depri-  
mit: & post hæc omnia mors interimit, & vniuersis gau-  
diis finem imponit, ita vt cum deserint esse, nec fuisse  
putentur. Iam iamq; adueniat domine, aduolet obsecro  
regnum illud carens morte, vacans sine, cui nulla tem-  
pora succedunt per æuum, vbi continuus sine nocte dies  
nescit habere tempus, vbi illi angelorũ hymnidici chori  
& supernorum ciuium societas, vbi dulcis solennitas à  
peregrinationis huius tristi labore redeitum, vbi pro-  
uidi Prophetarũ chori, vbi iudex Apostolorũ numerus,  
vbi innumerabiliũ martyrũ victor exercitus, simulq; cõ-  
fessorum cõstantia præmij sui perceptione cõsolata, vbi  
fideles viri, quos à virilitatis sui robore voluptas huius  
seculi emollire nõ potuit, & sancte pariter mulieres, quæ  
cum seculo & sexum vicerunt, vbi pueri, qui dum essent  
in carne annos suos moribus transcenderunt, atque senes  
quos etas debiles reddidit, & virtus operis non reliquit.  
Ad horum omnium sanctam frequentia & tuæ inspicie-  
dæ pulchritudinis mësuram sine fine latitia, fac me do-  
mine deus toto corde intedere, viriliter currere & foeli-  
citer peruenire. Interim dum in isto maneo corpore, in  
his semper meditationibus mentem meã bonorum in-  
sinuator exerce. Munda ergo cordis intuitũ, acie metis  
intellectum, accede cœlesti igne animum, vt te solũ cogi-  
tem, te solum amem, te solũ in corde habeã & in ore,  
qui es futurũ nobis sine fine præmiũ. Et vt pondus mor-  
talitatis meæ leuius feram, da lumẽ in corde, da verbum  
in ore, aperi sanctarum secreta scripturarum, & profun-  
da myfteriorũ regni tui visceribus meis propina. Da ex  
amore tuo lachrymas, da fidei virtutumq; pënas, quibus  
indutus sursum ad te volitem, & perosus terram, cœlum  
petam. Hanc fidem per te, de te, in te, confiteor ð beata  
& benedicta & gloriosa trinitas, ð vera & summa & sempiterna  
vnitas, pater & filius & spiritus sanctus, deus, dñs  
paracletus, charitas, gratia, cõsolatio, verũ lumẽ, lumẽ ex  
lumine, vera illuminatio, viuẽs vita, vita à viuente, viuifi-  
cator viuientium, fons, flumẽ, irrigatio, vnus à se, vnus  
ab vno, vnus ab ambob?, ab vno omnia, per vnũ omnia,  
in vno omnia, id est, à se pater, ab altero, id est, à patre  
filius, ab vtroq; spiritus sanctus, id est, à patre & filio, ð  
à se, ð ab altero, ð ab vtroque, omne autem ð semper  
in tribus, & omne ð æqualiter in singulis verax geni-  
tor, veritas genitus, amor amborũ spiritus sanctus. Vna  
virtus, æqualis maieftas, par gloria, vna eademq; essen-  
tia. Sapiens genitor, sapientia genitus, & charitas spiri-  
tus sanctus. Deus trine & vne, deus omnipotēs, apud quẽ  
nõ est trãsmutatio, & ideo apud te cursus temporis diei  
noctisq; alternatione nequaquam variatur. Deus lux  
vera quæ sine accessu ea quæ eligis illustras, & sine re-  
cessu ea quæ respicis deseris, & ideo in te nullus defectus,  
nulla mutabilitas venit. Deus qui in temetipso manẽdo  
immu-

Iacobi. 1.

De luce di-  
uina. Caput  
XXXI.

A immutabilis es, sic in se transitoria cõdidisti, vt apud te  
transire nequaquam possint, & ideo in cõspectu tuo  
tempus nõ defluit quod apud nos sine decurrit. Deus in cu-  
ius æternitate fixa manent ea quæ non fixa exterius se-  
culorum volumina emanant, & ideo æternitas tua dies  
est vna, quæ nec sine clauditur, nec initio aperitur.  
Deus qui sine mutabilitate tui simul cuncta respi-  
cis, sine distensione comprehendis, & bona quæ iuuas, &  
mala quæ iudicas, & quæ iuuans remuneras, & quæ iu-  
dicas damnas, in his quæ diuerso disponis ordine diuer-  
sus non es. Deus qui opera tua extra circundas & intra  
repleas, supra regis, & infra fers: & licet sis superior per  
potentiam, inferior tamen per sustentationem, exterior  
per magnitudinem, interior per subtilitatem, causa su-  
perior & inferior es, sine loco, amplius sine latitudine,  
subtilis sine extenuatione, & ideo per molem corpo-  
ris nusquam es, sed per incircumscriptam substantiam,  
& immensibilitatem incommutabilis naturæ nusquam  
ees. Sed quia longe distas creator à creatura, quis val-  
let capere qualiter sis in loco, qui non caperis in loco?  
Omnino enim in loco esse non potes, quoniam vbique  
es & nõ in loco. Ipse tibi locus illocalis crederis esse, spi-  
ritus incircumscriptus, vnde difficile inuenitur vbi sis,  
sed multo difficilius, vbi non sis. Quis sine te subsiste-  
re vel esse potest? Et tamen tecum non possunt omnes  
esse. Omnia enim à te sunt, & per te subsistunt. Deus ve-  
ra & infinita beatitudo, à quo & per quem & in quo vi-  
uunt omnia, quæ vere summeq; viuunt. Deus bonum &  
pulchrum, à quo & per quem & in quo bona & pulchra  
sunt omnia, quæcunque bona & vere pulchra sunt.

Quod sit  
immutabi-  
lis deus.  
Ca. XXXII

De infini-  
tate dei.  
Caput  
XXXIII.

Math. 7.

Deus supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo  
nihil, vltra quem nihil, infra quem nihil. Deus sub quo  
totum, cum quo totũ, in quo totum. Deus à quo omnia,  
per quẽ omnia, in quo omnia. Deus cuius nos fides exci-  
tat, spes erigit, charitas iungit. Deus qui petere iubet, &  
inuenire facis, & pulsantibus aperis. Deus à quo auerti  
cadere est, in quẽ conuerti resurgere, in quo manere cõ-  
sistere. Deus quẽ nemo amittit, nisi decept?, nemo que-  
rit nisi admonitus, nemo inuenit nisi purus aut purga-  
tus. Deus quem nescire mori est, quem nosse viuere est,  
quẽ spernere perire est, cui seruire regnare est. Deus cuius  
pietatis ope & bene seruit subiectus, & dominatur  
prælatus, & ideo sine te nemo eorum recto incedit tra-  
mite vel ordine. Deus inuisibilis & immensè, ineffabilis  
& æterne, incomprehensibilis & corpore immortalis &  
perpetue, incõmutabilis & incircumscripte, mirabilis &  
benedictæ, indicibilis, cui esse est viuere, sapere, & intel-  
ligere, scire & posse, pulchrescere & clarescere, vnũ & idẽ  
es, quia simplex es & diuidi non potes. Tu es ipse deus  
meus viuus & verus, deus pius, rex nimis magnus. Te  
vnum deum colo, vnum naturarum principium, à quo  
vniuersitas inchoatur & perficitur & continetur. Vnum  
deum à quo sumus, per quem sumus, in quo sumus, à quo  
discessimus, cui dissimiles facti sum?, principiu ad quod  
recurrimus, & formam quam sequimur, & gratiam qua  
reconciliamur, vnum quo auctore viuimus, quem dili-  
gentes, & quem fruente beate viuimus, te laudo, bene-  
dico atque adoro, tuæ clementiæ & bonitati gratias re-  
fero pro vniuersis donis tuis ac datis, & pro omnibus  
beneficiis misericordiæ tuæ, quæ animæ corporiq; meo  
largitus es, & semper largiris à puero & cunabilis meis  
propter te & nomen sanctum tuum. Vnde expertus di-  
dici, quia tu deus noster deus es infinita misericordiẽ &  
maieftatis immensæ pietatisq; gratuita, qui seruos tuos  
inter aduersa & prospera mirabiliter dirigis atq; custo-

dis, sicq; moderaris vitã illorũ in vtraq; parte, vt aduer-  
sa prosperis, & prospera succedant aduersis. Confiteatur  
ergo tibi domine omnia opera tua, & sancti tui bene-  
dicant tibi, ei vt consistendo respiciant, nõ cessent à lau-  
dibus tuis ipsi etiam peccatores. Quorum vnus ego licet  
in peccatis pronior, in corde tamẽ desiderãti tuas decã-  
to laudes, si non ea qua debeo laude vel dignitate facio,  
qua valeo facultate, respice queso sereno vultu ad hoc  
meæ exiguitatis obsequium, & propitiabili dignatione  
accipe tantillum sacrificium cõfessionis fidei meæ, vt ad  
te redeat quod à te venit: non respiciens tantum ad id  
quod deuotus offero, quantum ad ea quæ deuotissime di-  
cere volui & volo. Quicquid enim dedecet vel te offen-  
dit, abhorret anima mea. Vtinam possem talia qualia  
illi hymnidici angelorũ chori. O quam libenter me in  
laudibus tuis totum effunderem, & luculenter in medio  
Ecclesiæ carnẽ gloriæ tuæ infatigabilis perorarem. Sed  
quia vt illi nequeo, proorsus tacebo? Vã domine tacenti-  
bus de te, qui ora mutorum resoluis, & linguas infantũ  
facis disertas. Verũ quia paruulis licet laudes tuas vel  
balbutire, suscipe sacrificiũ precor de manu linguæ meæ,  
de cordis amore. Sed ignosce rogo domine indignissi-  
mo & infideli tecum de te loquenti diutius seruo. Ignos-  
ce pie, quia non temeritate præsumptionis, sed audita-  
te tui desiderij huic defloratiuncula operã dedi, vt bre-  
ue & manuale verbum meũ de te te semper haberem, ex  
cuius lectione quoties tepeio, in tuã reaccendar amorẽ.  
Sumus enim in medio laqueorum positi, & ideo facile  
à cœlesti refrigerium desiderio. Vnde indigemus assi-  
duo munimento, quo expergefati, ad te nostrum verũ  
summumq; bonum quũ defluimus, recurramus. Multæ  
denique sunt contẽplationes, quibus anima deuota tibi  
exercitatur & proficit, sed nulla earũ ita me delectat, vt  
mens mea intendat, sicut illa quæ tua agitur proprietate.  
Idcirco necessarium duxi huic mihi solum decerpere  
sermunculum, vbi de omnipotentia maieftatis tuæ, sicut  
corde credo ad iustitiam, ita ore confiterer ad salutem  
te deum patrem ingenitum, te filium vnigenitũ, te spi-  
ritum sanctum paracletum, sanctam & indiuiduam tri-  
nitatem vnum deũ, in magnitudine infinitũ, in virtute  
omnipotentem, in bonitate summum, in sapientia inẽ-  
stimabilem, in consiliis terribilem, in iudiciis iustum, in  
cogitationibus secretissimũ, in verbis veracem, in operi-  
bus sanctũ, in misericordis copiosum: erga delinquen-  
tes patientissimum, erga poenitẽtes piissimũ, semper id-  
ipsum æternum ac sempiternum, in mortalem atq; in-  
commutabilem, quem nec spatia dilatant, nec breuitas  
locorũ angustat, nec receptacula vlla coarctant, nec vo-  
lũtas variat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta per-  
turbant, nec lata demulcent, cui nec obliuio tollit, nec  
memoria reddit, nec præterita transeũt, nec futura suc-  
cedunt, cui nec origo initium, nec tempora incrementũ,  
nec cursus finẽ dabit: sed ante secula, & in seculis, & per  
secula in æternum viuus, & est tibi laus perennis & æter-  
na gloria, summa potestas & singularis honor, perpetuũ  
regnum, & sine fine imperium, per infinita & indefessa  
& immortalia secula seculorum, Amen.

D  
Psal. 144.

Sapient. 10.

E

Roma. 10.

F

Speculi finis.

AD LECTOREM.

H vnc librum non esse sancti Augustini non minus su-  
peruacaneum sit, quã si quis admonet bubalum non  
esse equum. Fruatur suo quisque iudicio, ego nihil uideo  
dignum in quo tempus terat, cui sit alioqui aliquid serij negocij.  
De



**V**T ego peccator primus & vltimus, insipientiorq; ceteris & im-

peritior vniuersis, te vt sanctitatis & iustitiae viam pergas crebriorib; audeam literis admonere, non mea propria iustitiae fiducia, non sapientiae peritia, no scientiae gloria, sed sola qua co-  
cepi secundu deum animo & mente, tuae charitatis causa compellit, quae me peccatorem & ignaru pariter ad dicendum, ita haec hortatur & prouocat, vt cum loqui nesciam, tacere no possim. Velle itaq; & libenter optare te eorum habere notitiam, quoru & sapientia affluetior est, & facundia maior, & scientia vberior, & conscientia ab omni peccatoru cōtagione liberior, qui suis tete verbis iuste instruerent & exemplis. Nos enim praeterquam quod mentē nostram ita insipientiae & ignorantiae caligo caecauit, vt diuinum aliquid nequeat sentire vel dicere, adhuc insuper & omniu redarguit cōscientia peccatorum, vt etiam si quid luminis possit habere abscondat, & ita fit vt praeterquam quod dicere non habemus, hoc etiam quod habemus, no fiducialiter proferre conscientia prohibente possimus. Tu tamen cum peritior tibi apparere possit & melior, rudibus admonitionibus nostris interim esto cōtenta, & charitati da venia cuius est no cōsiderare quid offerat, nec quod no habet querit, sed totum quod habet libere impertitur: ad cuius non tam muneris speciem, quam animi respice voluntatem, & diligenter aduerte quid tibi illa negare poterit, quae totum dare voluit, quod habebat, obtulisset etiam quod non habebat si posset, quae totum quod potuit offerebat. Sicut itaque ille, sed parum, qui decurrētis interrim riuū aqua non potest esse cōtētus, donec ad fontē vberiozem purioremq; perueniat. Nec illum satis esurire credo, qui cum cibarios panes habeat, nitidos expectat & candidos: ita dulcissima soror quam ego certus sum esurire nimium, & sitire caelestia, cibarios interim mande panes, donec similagines candentes inuenias. Exigui & turbulenti riuuli aquam pota, vsquequo fontis affluentioris haurias puriorem. Nec tibi interim panis noster, quāuis rusticus videatur esse, displiceat. Rusticus enim panis incultior esse videtur, sed fortior, & celerius esurientem stomachū satiāt, sellumq; corroborat, quam qui iligineus videtur & nitidus. Nunc ergo dicam sermone prout valeo, & quid Christianū agere conueniat, vt potero explicabo. Cuius rei & vnde prius exordium sumam iustus no inuenio, quam vt primū de Christiano ipso vocabulo disputem, & cur quis Christianus nūcupetur exponam. Christum vñctum interpretari, sapientium & fidelium nullus ignorat. Vñctos vero nō nisi sanctos viros & satis deo dignos semper fuisse manifestū est, nec alios quam Prophetas aut sacerdotes aut reges. Et tam magnum fuit ipsius vñctionis mysterium, vt in Iudaico populo, no omnes illud, sed satis pauci de plurimis mererentur accipere, & hoc vsque ad aduetum domini nostri Iesu Christi, quē deus oleo Iatitiae, id est, spiritus sancto praeceteris consortibus suis vnxit. Ex quo tēpore credentes illi & baptismatis illius sanctificatione purgati, no aliquanti sicut sub lege prius fuerant, sed oēs in Prophetis & sacerdotibus vnguntur & regibus. Cuius vñctionis quales esse debeamus admonemur exemplo, vt in quibus tam sancta est vñctio, sit no minus sancta cōuersatio. Ex sacramento enim vñctionis huius & Chri-

Luc. 21.

Cur quis Christianus nuncupetur Caput. I.

sti & Christianoru omnium, id est, in Christo credentium vocabulū descendit & nomen. Quod nomen ille frustra sortitur, qui Christū minime imitatur. Quid enim tibi prodest vocari quod nō es, & nomen tibi vsturare alienū? Sed si Christianū te esse delectat, quae Christi sūt gere, & merito tibi Christiani nomē assumes. Aut forsitan nō esse, sed vocari desideras, hoc satis miserū & foedum est, te velle vocari quod non sis. Nemo enim ita transit ad Christū, vt Christianus appelletur & non sit. Qui Christianus dicitur, Christū se habere dominum profitetur. Et vere habet si ei in omnibus obsequatur, & seruiat. Si quo minus Christi ille nō famulus, sed subannator est & derisor; qui ei<sup>9</sup> se seruū dicit cui seruire distimulat. Huic ergo iudiciū geminum seruatur, & pro dei subannatione quē sine causa deū appellauit, & pro qualitate peccati. Sed plerosq; incredulos & imprudētes & perfidos misericordia dei lōga patiētia peccare sinit intrepidus, vt ex hoc peccatoru suoru non arbitretur vltionē, quia nō statim velit punire peccātes. Miseri & ingrati, suae salutis improuidi, quia etiā deo imputāt qd eorū differatur interitus, ignorātes dei prouidētia duplici ratione seruari, vt & humano generi longa eius patiētia cōsuletur, & ne ille iudicetur impatiens si ilico voluerit dānare peccātes. Nam si tam patiens non esset, iam dudū humani generis origo desisset. Nec iustos de peccatoribus haberemus, si cōsētim deus vellet punire qui peccant. Nōnullos enim scim<sup>9</sup> & legim<sup>9</sup> qui antea aut igno-  
rantiae cācitate, aut causa perfidiae, aut adolecētia vanitate decepti, multiplici & vario peccatorū genere tenebantur obnoxii, & per sustētātis dei clemētia & patiētia postmodū cōuersi ab errore, maiores adhuc operas fecerunt iustitiae q̄ antea peccata commiserāt: deus enim nō donat peccata, sed differt: nec perseverantē peccatorē a morte liberat, sed vt vel sero cōuertatur & viuat, patienter expectat: sic beatus Petrus Apostolus ait, Nō tardat dominus promissionē, sed patienter expectat vel agit propter nos, nolens aliquos perire, sed omnes ad penitentiam cōuertit. Ille enim te quasi benignus, pius & clemens, ilico idcirco nō percutit, vt tu quāta illius erga salutem tuā pietas, quanta clemētia sit recognoscas, qui te peccatorē & impiū expectare magis vult, & seruare cōuersum q̄ punire peccatē: sicut per Prophetā ipse dominus loquitur, & quantum velit homini misericordiae pietatisq; largiri, propriae vocis benignitate depromit, dicens, Et iniquus si cōuertat se ab omnibus iniquitatibus suis quas fecerit, & custodiat mandata mea, & faciat iudiciū & iustitiam in terra & misericordiam, vita viuet, & nō morietur. Omnia delicta eius non erūt in memoria. In iustitia sua quā fecit viuet. Et nūquid volūtate volo mortē iniusti, dicit Adonai dominus, q̄ vt auertat se a via sua mala, & viuere eū faciam: & alibi, Iniquitas impij non nocebit ei, in quacūq; die cōuertent se a sua iniquitate: & iterū, Cōuertimini filij cōuertentes, & ego sanabo cōtritionē vestrā. Ecce quomodo te deus, vt a peccatis tuis vel sero cōuersus saluus esse possis, & monet & prouocat. Ecce qualiter morti obnoxii vt viuat hortatur, q̄ leniter, q̄ clementer inuitat, vt etiam peccatoribus patris non neget pietatē, & adhuc filios appellat, qui patre deum peccando perdidērūt, sicut & ipse se perdidisse peccatores filios alio in loco cū voce flebili, & miserabili quadā lamētatione testatur, dicens, Sine filiis factus sum, perdidit populū meū propter peccata eorū. Ex hoc ergo cognosce qualiter te deus diligit, quem maluit viuere q̄ perire. Et tu eū cōtemnis & despicias, qui amplius q̄ tuip-  
se te diligit, qui te mori cupiētem vult viuere, Nolo, in-

Quare peccatores deus suffert & ilico puniat Caput. II.

a. Petri. 3.

M Ezechiel. 18. & 33.

Ezechiel. 33.

Hiere. 3.

Eze. 18. & 33.

Quomodo de dei misericordia nimium praesumentes plerumque subito & occulte puniantur etiam in praesenti. Cap. III. Ecclesiastici 5.

B

Exod. 22.

quit dominus, mortem peccatorum, sed vt conuertantur & viuant. Tu ergo mori voluisti peccando, ille te viuere vult conuertendo. O stulte, & irreuerens & ingratus, qui nec in hoc deo, qui tibi vult misereri cōsentis, qui te magis vult sua pietate saluare q̄ tuo perire peccato. Nemo ergo sibi ideo blandiatur, nemo stulta & vana suspitione decipiatur, nemo idcirco securus delinquat & liber, quia super peccatores confestim dei ira iudiciumq; non venit, vt ex hoc opinetur se impune peccasse, quod non ilico puniatur, sed hoc magis differre deum quā dissimulare cognoscat, & iram dei peccatoribus quantum seram subito & repente venturam: sicut scriptum est, Ne dixeris peccati, & quid accidit mihi triste: est enim altissimus redditor patiens. Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem, subito enim veniet ira eius. Quod in plerisque impletur, quibus ob nimia peccata, & in praesenti dei ira superuenit, & in futuro seruatur. Sed hoc nemo intelligit, nemo cognoscit, nec quisq; aduersa sustineris malis suis aestimat irrogari, sed quod pertulerit consuetudinis potius putat esse quā criminis. Et idcirco deus in praesenti non videtur punire peccantes, quia cum punit nō cognoscitur. Multi sunt enim quos nemo intelligit, qui ob multitudinem peccatorum iam ante iudicij diem in praesenti etiam iudicantur. Aut dicat mihi quis si quem sacrilegum, sanguinarium, rapacem, falsarium, homicidam, furē, fraudulentum, adulterum, ceterorumq; criminum reum, vel in praesenti tempore poterit videre longaeuū. Nos enim plurimorum habemus exempla, per quae probare sufficimus sceleratos & impios peccatorum suorum sine completo, & hoc tempore iudicari, & presentem eis vitam negari non minus quā futurā. Sed hoc ille facilius intelligere potest, qui per diuersa tempora diuersorum iudicium impie sceleratēque conuersantium spectauit interitum. Quorum quo potestas sublimior est, eo ad peccandum maior audacia, quae totum sibi licere credit quod potest. Et dum alterius iudicium non timent qui alios iudicant, ita ad cadendum praecipites sunt. Ita fit vt qui hominis nō timent in delinquendo iudicium, deum sentiant iudicem & vltorē. Ex quibus alij qui in fontem animarum sanguinem frequenter effuderant, ita iram dei iudiciumque sensere, vt ipsi postmodum sanguinem fundere cogerentur suum, qui libenter fundebat alienum. Alij vero qui similia commiserant, sic dei indignatione prostrati sunt, vt insepulti iacerent, & esca feris & caeli volucris fierent. Alij autem qui innumerabilium hominum multitudinem iniuste peremerant, membratim particulatimve conscisi sunt, vt nō minor fuerit conscisura membrorum numero punitorum quos interim fecerāt. Et quorum iudicio maritis iniuste peremptis multae effecte viduae, multi orphani patribus occisis derelicti, quib; praeter orbitatem mendacitas inferebatur & nuditas: nam addebāt impietati & crudelitati quod deerat, vt eorum quos fecissent occisi spoliarent & liberos: nunc vero ipsorum coniuges viduae, & filij orphani alienis quotidie egēt panibus. Nōne videtur tibi istud testimonium in ipsis esse completum cōmantis dei dicentis, Viduam & orphanos non vexabitis: quod si vexabitis eos, & vociferantes clamauerint ad me, exaudiam vociferationē eorū, & irascar animo, & percutiam vos gladio, & erunt coniuges vestrā viduae, & filij vestri orphani: O indignum nefas, & scelestissimum facinus, & nimia & nō ferenda crudelitas, duo sauiissima & atrocissima vno perpetrantur in tēpore, homicidium fit vt rapina succedat.

Tomus nonus.

Occiduntur mariti, occiduntur & patrēs, quo facilius viduae spoliētur & orphani, & ita quisq; in alterius morte congaudet quasi non sit & ipse quandoq; moriturus. Merito ergo deus huiusmodi crudelitatis & impietatis cōmouetur. Merito iudicium suum in quibusdā ante tempus ostendit. Merito talibus vita nec praesens nec futura cōceditur. Quorum nos nec sceleratum nec impium & in praesenti dei iudicium euadere posse aestimemus, admonemur exēplo. Sed hoc magis sentire nos conuenit, tamdiu vnumquēq; dei patientia sustentari, quamdiu nodum peccatorum suoru terminum sinemq; compleuerit, quo cōsummato eum ilico percuti, nec illi vllam veniam iam seruari. Esse autem certū peccatorum modum atq; mensuram dei ipsius testimonio cōprobatur. Et quod vnusquisq; vel celerius vel tardius prout peccatoru suorum modum expleuerit iudicetur, euidentissime quidem demonstratur, quando de Sodomorum & Gomorraeorum interitu ac incendio, qui sua iam peccata repleuerant ad Abraham deus loquitur, dicens, Clamor Sodomorum & Gomorraeorum repletus est, & peccata eorum magna vehementer repleta sunt. De Amorraeis vero quid dicit qui sua nondum peccata finierant, quos post multos annos q̄ supradictae ciuitates crematae sunt, constat esse deletos? Nondum sunt expleta peccata Amorraeorum vsq; adhuc. Quo exemplo manifestissime instruiamur & docemur, singulos secundum peccatorum suorum plenitudinem cōsummari, & tamdiu vt conuertantur sustineri, quamdiu cumulum suorum nō habuerint delictorum consummatū. Nemo, inquam, se fallat, nemo se decipiat, malos nō amat deus, peccatores non amat, iniustos non amat, rapaces, crudeles & impios non amat. Sed amat iustos, bonos, pios, humiles, innocentes & mites, sicut scriptum est, Quoniam non volens deus iniquitate tu es: & item, Non habitabit iuxta te malignus, neq; permanebūt iniusti ante oculos tuos: & iterum, Odisti, ait Dauid, omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium. Sed dicit aliquis, Quid est quod videmus bonos etiam perire cum malis? Illi nō pereunt, sed euadunt qui de malorum cōsortio & persecutionibus liberantur, & ad requiem transferuntur. Illi & planē moriuntur & pereunt, quos de hoc mundo recedētes maioris adhuc iudicij supplicium expectat & poena. Vocātur enim ante tēpus boni ne diutius vexentur a noxiis: mali vero & impij tolluntur, ne bonos diutius persequantur. Iusti de praesuris, tribulationibus & angustiis vocantur ad requiem: iniqui vero de luxuriis, opibus & delitiis rapiuntur ad poenam. Illi verō vadunt vt iudicent, isti vt iudicentur. Illi vt vindicentur, isti vt in eos vindicta celebretur, vt scriptum est, Iustus autem si mortē praecipitauerit, in refrigerio erit: & iterum, Viuens inter peccatores translatus est: & iterū, Placita enim erat deo anima eius, & ideo properauit de medio iniquitatis eripere eum: & iterū, Cum impij eunt ad mortem, illi autē sunt in pace. Vides ergo hanc solutionē corporis iustis & dei electis requiem esse, non poenam, vt cū dissoluntur liberari eos potius q̄ perire. Et idcirco ipsam solutionē qui fideles sunt, non timent nec verentur, sed venire magis desiderant & exoptant, per quam requiem intelligunt exhiberi, nō poenam. Iniqui vero & impij & suorum scelerū conscij, eam merito naturali prouidentia pertimescunt, per quā se nōn nesciunt iudicari. Quapropter hac ratione reddita & accepta, nō oportet nos omnino peccare, praesertim cum non ignoremus peccatoribus iudiciū, & in praesenti esse, & in futuro seruari.

Quod deus certo numero peccatorum cōpleto puniat hominē, exemplo probat. Cap. III.

Gene. 22.

E Gene. 15.

Psal. 5.

De bonis & malorum differēti punitione. Cap. V.

Sapient. 4.

Sapient. 3.

B Nec

**G** Nec in hoc nobis quod nomine tantum Christiani dicimur, blandiamur: sed propter hoc etiam iudicandos nos credamus, si nobis nomen frustra vendicemus alienum. Aut si aliquis tam incredulus est, tam infelix, tam pertinax, tam obstinatus, tam audax, ut quae quandoque ventura est, dei iudicis iram indignationemque non metuat, vel saltem humanam consuetudinem erubescat, & id videat quam brutus, quam insipiens ille, quam stultus ab ipsis etiam gentibus iudicetur, cuius tanta est vanitas tantaque dementia, ut sibi adipiscatur alienum nomen. Quis enim tam vanus & miser est, qui aduocatum se cum literas nesciat audeat profiteri? Quis tam insanus & excors, ut se profiteatur militem qui nesciat arma gestare? Nemo enim quodcumque nomen sine causa sortitur. Sutor ut dicatur, necesse est ut calciamenta conficiat: ut vocetur quis faber aut artifex, artis peritia facit: ut negocias nuncupetur quis, carius quod vilis emerat distrahit. Huiusmodi exemplis cognoscimus nullum sine actu nomen, sed omne nomen ab actu. Tu ergo quomodo Christianus diceris, in quo Christiani actus non appareat: Christianus iustitiae, bonitatis, integritatis, patientiae, castitatis, prudentiae, humilitatis, humanitatis, innocentiae, pietatis est nomen, & tu illud tibi quomodo defendis & veditas tibi, cui de tam plurimis rebus nec pauca subsistit? Christianus ille est qui non nomine tantum, sed & opere est, qui in omnibus Christum imitatur & sequitur, qui sanctus, innocens, incotaminatus, intactus, cuius in pectore malitia non habet locum, cuius in pectore sola pietas consistit & bonitas, qui neminem nouit ledere & nocere, sed omnibus opem ferre. Christianus ille est qui exemplo Christi nec inimicos nouit odire, sed magis aduersantibus sibi benefacere, & pro persecutoribus suis & hostibus exorare. Nam qui aliquem ledere aut nocere paratus est, ille metitur se esse Christianum. Christianus est qui potest iusta voce dicere, Nemini hominum nocui, iuste vixi cum omnibus. Sed ne me ex sensu proprio loqui quis arbitretur aut credat, aut eum putet se facile debere cōtemnere, qui sua potius voluntate quam legis autoritate loquatur, iam nunc ipsius legis, cuius praecipit nobis vitae aditus aperitur, tam veteris quam nouae incipiam exempla proferre, & ostendere quid deus ab initio statim mundi humano generi obseruare praecipit, in quo semper placatus fuerit vel offensus. Legi enim post Adam, qui a deo primus formatus est, de cuius causa nunc dicendum non est: in exordio mundi Cain & Abel fratres fuisse germanos, & quibus vnus deo placuit, eo quod iustus esset & innocens: alter vero quia iniustus & nocens, deo placere non potuit. Deinde interueniente tempore, Enoch satis iustum fuisse scriptura designat. Cui tantum iustitia contulit, ut nec praesentem mortem sciret, sed & ad immortalitatem de medio omnium mortalium singulariter raperetur. Cuius monstratur exemplo, vnum deo iustum plurimis peccatoribus chariorem. Noe quoque & ille iustus, cui iustitiae meritum quod praestiterit nouimus, ut ipsi cum suis vita daretur per diluuium toto mundo damnato. Abraham quid per fidei merita & iustitiae consecutus sit scriptura testatur, ut illo in tempore solus amicus dei esset in terris, qui solus fuerat iustus inuentus. Loth vero ut peccantibus cunctis de Sodomitaram liberaretur incendio, quid aliud quam iustitiae meritum fuit? Longum est nos ire per singulos, & omnium merita recensere. Populum Iudaicum, quem ad se deus primum de semine Abraham praeter ceteris gentibus pertinere optauit, quomodo eruditur, quid eum ut sibi placeret facere, quid obseruare praecipit, scire nos conuenit. Primo in loco quod derelicta

regione, in qua saepe habitare optauerat patriam: de- K  
serta, in alienam prouinciam, hoc est, in Aegyptum mi-  
grare fecit, non sine causa, nec sine dei prouidentia factum  
esse reor. Sed hanc fuisse puto rationem, quia deus popu-  
lum suum quem elegerat, praecipit misericordiae, pietatis,  
iustitiae, ceterisque bonis operibus cupiens erudire, voluit  
eum in externa patria pro tempore peregrinum esse  
& captiuum, ut captiuitatis & peregrinationis miseriam  
disceret & labores, quo facilius postmodum misereri pere-  
grinantibus & laborantibus nosceret, si ipse ante pere-  
grinationis miseriam didicisset. Nemo enim tam libere  
peregrino & aduenae miseretur, quam qui peregrinationis  
exitus nouit. Nemo libentius hospitem sine tecto, suo  
introducitur hospitio, nisi qui antea indigerit alieno. Nemo  
ita esuriens cibum, nemo sic sitiens potum, nisi qui sitim  
esuriensque perpeius est. Nemo tam facile nudum  
operit suis vestimentis, quam qui nuditatis & frigoris  
nouit iniuriam. Nemo sic tribulatio & misero & laboranti  
succurrit, quam qui tribulationum & miseriarum casus  
expertus est & laborum. Merito ergo deus misericordiae  
& pietatis omniumque bonorum operum praecipit erat  
traditurus, voluit eum prius omnes passiones, preliuras  
& tribulationes & angustias in terra perpeti aliena, quo  
facilius postea posset talia patientibus misereri, & sic suis  
obtemperare mandatis. Ut putas eum bonum fuisse agricola-  
m, qui priusquam semen mittat, diu terram aratris & rastris  
domat, ne quod illi traditurus est semen pereat: ita & deus  
populum suum diu ante macerat & domat, quod ei  
salutarium mandatorum semen impartiat. Denique: ut ob  
hanc causam haec eum pertulisse euidentius clareat, ipsius  
domini intueamur mandata, dicentis, Aduenam non vexabis  
nec tribulabis, fuisit etenim & vos aduenam in terra  
Aegypti: & iterum legimus, Deus magnus, qui non accipit  
personam nec munera, faciens iudicium profelytis, & orphano  
& viduae date panem & vestimentum, diligite profelytum,  
quia & ipsi fuisit in terra Aegypti peregrini: & alibi dicit, Si  
autem messus fueris messem in agro tuo, & oblituisceris  
manipulum, non reuertaris accipere illum, profelyto & orphano  
& viduae erit, ut benedicat te dominus in operibus manuum  
tuarum, & memor eris quia famulus eras in terra Aegypti,  
ideo praecipio tibi verbum hoc. Vnde facile videtur atque  
dignoscitur eum populum ob hanc causam cunctis afflictum  
fuisse miseris, ut misereri alteri suo doceretur exemplo:  
sicut scriptum est, Docuisti enim populum tuum per talia  
opera, quoniam oportet iustos esse & humanos. Qualem  
populum suum esse vellet late, ut arbitror, patet, & quibus  
posset operibus promereri plurimis probatur exemplo. Sed  
ne ad manifestandam eius voluntatem parum videatur esse  
quod diximus, legis & prophetarum praecipit iungamus,  
& quid deo placeat semperque placuerit, & quid crebrius  
fieri & obseruari praecipit, tam veteris quam nouae legis  
testimoniis comprobemus. Diliges dominum deum tuum ex  
toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus  
tuis, & diliges proximum tuum sicut teipsum. Legis &  
Prophetarum praecipit hoc mandatum esse, domini &  
saluatoris nostri testimonio comprobatur, dicentis, In  
his duobus mandatis vniversa lex pendet & Prophetae.  
Quod rescindi non potest, nec mutari, in duobus istis  
mandatis omne tam legis quam Prophetarum constare  
praecipit, & illum legem implese qui haec potuerit  
implere. Nihil enim a te aliud in lege veteri quaeritur,  
quam ut deum & proximum diligas. Et vere ille legis &  
consummator & factor

**A** factor est, qui nec in deum, nec in proximum peccat. Sed quid deum, quid proximum sit diligere, praeterire minime ac dissimulare conuenit. Deum diligit, qui suis in omnibus mandatis obtemperat. Deum diligit qui leges eius & praecipit custodit. Deum diligit, qui ut ille sanctus est, & ipse se sanctificat: sicut scriptum est, Sancti estote, quonia & ego sanctus sum dominus deus vester. Deum diligit qui & illud Prophetae dicentis implet eloquium, Qui diligitis dominum, odite malum. Deum diligit, qui non alia quam caelestia cogitat & diuina. Deus enim non nisi sanctitatis, iustitiae, & pietatis amator est. Et ille deum diligit, qui non aliud quam quod deus amare videtur operatur. Quid sit enim deum diligere, domini saluatoris doctrina declarat, dicentis, Qui audit verba mea & facit ea, hic est qui diligit me. Si ergo ille deum diligit qui quicquid deus praecipit facit, qui non facit, ille non diligit: omnis vero qui non diligit, odit. Vnde clarum atque manifestum est, ab eis deum odiri, qui sua mandata non seruant: de quibus per Prophetam dixisse puto, Nonne qui oderunt te domine, oderam illos, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. Odit Propheta iustus peccatores & adulteros & iniustos, & dei mandata spernentis: sicut ipse Propheta alio in loco dicit, Vidi preuaricantes & tabescebam: & iterum, Iniquos odio habui, & lege tuam dilexi. Vide ergo quam iustus, quam integri esse debeamus & sancti, quibus postquam male conuersari non licet, sed nec male conuersantes agnoscere. Hoc etiam beatus Apostolus euidenter ostendit, quia nec panes cum peccatoribus frangi praecipit, dicens, Si quis frater cognominatur inter vos, & est fornicator, aut auarus, aut idolis seruens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere quidem. Sanctum esse populum suum deus voluit, & ab omni contagione iniustitiae & iniquitatis alienum: talem eum esse voluit, tam iustum, tam purum, tam immaculatum, tam simplicem, ut nihil quod in eo gentes redarguerent inuenirent, sed quod admirarentur, & dicerent, Beata gens cuius est dominus deus, populus quem elegit in hereditatem sibi. Tales conuenit esse dei cultores & seruos, mansuetos, graues, prudentes, pios, irreprehensibiles, immaculatos, ut quisquis viderit eos stupeat & admiretur, & dicat, Hi homines sunt dii, quorum talis est conuersatio. Ita se homo dei exhibere debet & agere, ut nemo sit qui eum videre non velit, qui eum non audire desideret, nemo eum cum viderit non dei esse filium credat, ut vere in eo propheticum illud impleatur, Fauces plenae dulcedinis, & totus desiderabilis. Nam si se talem exhibeat Christianus, si se tale exhibeat dei seruus, ut iis qui demoniis idolisque deseruiunt conuersando fiat aequalis, incipiet deus per illum blasphemari, & dici, O Christianum, o dei seruum, cuius tam nequam conuersatio est, cuius tam mali actus, tam turpia opera, cuius vita tam impia, tam scelesti, tam luxuriosa, tam sordida, & erit illius prophetiae reus, Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes. Sed va illis per quos nomen domini fuerit blasphematum. Deus enim a nobis nihil magis desiderat & requirit, quam ut per actus nostros nomen suum magnificetur ab omnibus, sicut scriptum est, Sacrificium laudis honorificauit me. Hoc est sacrificium quod deus super omnes hostias quaerit & diligit, ut per iustitiae nostrae opera nomen suum ubique laudetur, & deus verus esse seruorum suorum actu & opere comprobetur. Illi vero deum diligunt, qui non aliud quam vnde nomen dei glorificetur exercent. Tomus nonus.

Quomodo deus diligi debeat, ut potuimus breuiter diximus: nunc quid sit proximum tanquam seipsum diligere, ut possumus explicemus, quiaquam ipsius causae expositio alio loco breuiter differatur, cum dicitur, Quod tibi non vis fieri, alij ne feceris: dominus quoque & saluator noster, inquit, Omnia quae vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis similes. Nemo est enim qui sibi malum optet ab aliquo fieri. Ille ergo proximum suum tanquam seipsum diligit, qui ei non mali aliquid facit, quod nec sibi vult fieri, sed si quid boni prout ipse ab omnibus recipere optat & consequi, libenter impertitur: quia non solum hoc a Christiano quaeritur, ut malo careat, sed ut exerceat bonum: qui etiam si nec quid mali nec boni fecerit, tamen ad aeternam vitae praemium non admittitur, sed gehennae ignibus mancipatur: sicut in Euangelio dominum dixisse legimus de iis qui mali faciunt nihil, nec boni tamen aliquid operantur, Discedite a me maledicti in ignem aeternum, quem praeparauit pater meus diabolo & angelis eius, Esurini, & non dedistis mihi manducare, Sitiui, & non dedistis mihi bibere, Hospes fui, & non suscepistis me, Nudus, & non vestistis me, Infirmus, & non visitastis me, In carcere, & non venistis ad me. Non quia malum gesserunt, sed quia bonum non fecerunt condemnantur. Ex hoc enim quisque prudens & sapiens recognoscat, quam spem illi habere possunt qui versantur in malis, quando etiam illis vita negatur qui mali nihil fecerunt, nisi quia non aliquid gesserunt boni. Neque enim deus hoc tantum quaerit a nobis ut mali non simus, sed ut efficiamur boni. Ex malis enim operibus vocantur mali, ita e contrario ex bonis appellantur boni. Et duo sunt quibus boni seruire videtur & mali: bonus deus, cui omnes bene conuersantes deseruiunt: diabolus autem malus, cuius quisque qui male operatur famulus est. Non enim a nobis hoc solum poscitur, ut non viuendo male serui esse diaboli desinamus, sed etiam ut viuendo bene deo seruire videamur. Nam quisque qui nec malum videtur operari nec bonum, cuius seruus videatur esse ignoro. Et quomodo a deo vitam poterit sperare perpetuam, quam bene faciendo non meruit? Nemo se, inquam, sensu proprio decipiat & illudat. Nemo se vana existimatione seducat. Quisquis bonus non fuerit, vitam non habet. Quisquis iustitiae & misericordiae opera non fecerit, non potest regnare cum Christo. Quisquis non fuerit humanus, pius, hospitalis, benignus, clemens, gehennae non euadet incendium. Deus malos non amat, non diligit peccatores. Quisquis malum fecerit, inimicus est dei. Quisquis sine dolo non fuerit, partem non potest habere cum Christo. Nihil enim amplius est Christiano quaerendum, nihil desiderandum magis, nihilque totis viribus enitendum, quam ut malitiam suo excludat ex corde, quam ut nequitiam intra pectoris sui conscientiam non admittat, quam ut bonitatem teneat, iustitiam seruet, puritatem mentis custodiat. Esto igitur innocens, si vis cum deo viuere: Esto simplex si vis regnare cum Christo. Quid tibi prodest malitia quae in mortem trahit, quid nequitia quae prohibet regnare cum Christo, quae se habet exterminat, sicut scriptum est, Anima enim nequam disperdet eum qui se habet: Si viuere vis, audi Prophetam quid loquitur: si regnum Christi diligis, audi quomodo illud merearis adipisci, Quis est homo, inquit, qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Conhibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diuertere a malo & fac bonum, inquire pacem & persequere eam. Huiusmodi homines deus honorat & diligit, qui malum nesciunt, qui mentiri non norunt, quorum labia dolum non loquuntur, in quibus non nisi bonitas esse videtur

De recordia coru qui virtutibus carites, Christiani nominis sibi honoris arrogant. Cap. VI.

Quale nomen Christianus.

Quis dicat Christianus

Quod deus praecipit fuit obseruatio- ne placetur, transgressio- ne offendatur. Ca. VII.

Gene. 2.

Gene. 4.

Gene. 5.

Gene. 6.

Gene. 15.

Gene. 19.

Quare deus populum Iudaicum in Aegyptum induxit, & tantum affligi permiserit. Cap. VIII.

Gene. 46.

Occasio copandi proximo sumit a proprio periculo.

Exod. 22.

Deute. 10.

Deute. 24.

Sapient. 12.

Deute. 6.

Matth. 22.

Ibidem.

Quid sit deum diligere. Cap. IX.

Leuit. 19.

Psal. 96.

Ioan. 14.

Psal. 38.

Psal. 118.

1. Cor. 5.

Psal. 32.

Esaie. 52.

Roma. 2.

Psal. 49.

De proximi dilectione & Christianorum vita. Cap. X. Tobiae. 4. Math. 7.

Math. 23.

E

Ecclesiasticus 6.

Psal. 32.



G videtur & puritas. Innocentia est quae nos commendat deo: simplicitas est quae nos regnare facit cum Christo. Quod deus non nisi innocentes diligit, & sibi velit esse coniunctos, testimoniis plurimis declaratur, sicut in Psalmo scriptum est, Innocentes & recti adhererunt mihi: & alibi dicitur, Custodi innocentiam, & vide æquitatē, quoniam sunt reliquiae homini pacifico. Quantum innocentia homini praestet & conferat etiam si sero seruetur, prophetae Dauid testimonio comprobatur, qui cum grauius ante peccasset, postea se iudicari non timuit, ex quo innocentiam nosse cepit, sicut ipse dixit, Iudica me deus, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum. Sciebat ergo sibi iam non metuendum iudicium esse, quia innocentiam vel sero cognouerat. Et in alio loco dicit, Me autem propter innocentiam suscepisti. Suscepit postmodum propter innocentiam illum deus, quem propter malitiam ante repulerat. Innocentes non confundi coram deo posse manifestum est, cum dicitur, Quanto tempore innocentes custodiunt iustitiam, non confundentur. Nihil enim deo dignius, nihil charius esse potest, quam ut innocentia tota obseruatione teneatur. Licet quis in aliis operibus deuotus appareat, si illam non habuerit, sibi frustra blanditur de sua deuotione. Si illam Iudeis etiam sub veteri lege degentibus, quoniam adhuc illis inimicum licebat odire, obseruare praecipuum est, quid te nunc agere conuenit Christiane, qui inimicum tuum iuberis amare? Quando enim innocens non eris, vel cui poteris esse malus, qui inimicis praecipis esse bonus? Sed tu forsitan & proximum odis, cui nec extraneum odisse conceditur: & fratrem persequeris, cui praecipitur amare inimicum: & Christianum te esse credis, qui nec noui nec veteris testamenti praepcepta custodis? Sed ne sine causa te Christianum aestimes, & de solo tibi nomine blandiaris, qualem te esse oporteat, Apostolum audi dicentem, Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est, ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Omnis sermo malus de ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad aedificationem fidei ut det gratiam audientibus. Et nolite contristare spiritum sanctum dei, in quo signati estis in die redemptionis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia auferatur a vobis cum omni malitia. Estote autem benigni inuicem, misericordes, donantes inuicem, sicut in Christo deus donauit vobis. Estote autem imitatores dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam deo in odorem suauitatis. Impudicitia autem & omnis immunditia & auaritia nec nominetur inter vos, sicut decet sanctos, aut turpitudinis, aut stultiloquium, aut scurrilitas, quae ad rem non pertinet, sed magis gratiarum actio. Hoc etiam scitote, quod omnis impudicus aut immundus, aut auarus quod est idolorum seruitus, non haeres erit in regno Christi dei. Ille se merito Christianum iudicet, qui haec praepcepta custodit, qui sanctus, humilis & pudicus & iustus est, qui in misericordia & iustitia operibus conuersatur. Num tu illum Christianum putas, in quo nullus Christianitatis actus est, in quo nulla conuersatio iustitiae est, sed nequitiae, impietatis & sceleris? An illum Christianum putas, qui opprimit miserum, qui pauperem grauat, qui res alienas concupiscit, qui se ut diuitem faciat plures efficit indigentes, qui lucris gaudet iniustus, qui de alienis laboribus cibum capit, qui

miserorum ditatur interitu, cuius os assidue violatur mendacio, cuius labia non nisi indigna & obscena & scelestia loquuntur & turpia, cui cum iubeatur distribuere sua, inuadit aliena? Et talis ad Ecclesiam audenter accedit, & temere & importune expandit in caelum impias manus, illicito raptu & innocentum cruore violatas: & ore illo polluto atque sacrilego, quo fuerat pauloante, aut falsa locutus aut turpia, preces ad deum, quasi sibi nihil conscius mali, fundit. Quid agis impudens & miser? Quid te maiorum peccatorum onere grauas? Quid deo praeter contemptum iniurias irrogas? Quid ad prouocandum celerius eius iram in testimonium poenae tuae sceleratas ad deum porrigis manus, ad quas ille non respicit qui non nisi sanctas & immaculatas sibi manus iussit offerri? Quid ore illo deum rogas, quo pauloante locutus es male, cuius quantum multiplicentur preces, abominatur, sicut scriptum est, Cum extenderitis manus vestras, auertam faciem meam a vobis, & si multiplicaueritis preces, non exaudiam, manus enim vestrae sanguine plenae sunt. Lauamini, mundi estote, auferite nequicias ab animis vestris. Bene ergo ille sibi conscius esse debet & certus, & suae innocentiae fidus, qui ad deum manus extendit & porrigit innoxias, cum Apostolus dicit, Volo autem viros orare in omni loco, leuantes manus sanctas. Ille enim merito ad deum extollit manus: ille preces bonae conscientiae fundit, qui potest dicere, Tu nosti domine, quam sanctae, quam innocentes, quam purae sunt ab omni fraude & iniuria & rapina quas ad te expando manus, quam immaculata labia & ab omni mendacio libera, quibus tibi ut mihi miserearis, preces fundo. Talis enim cito mereatur audiri, & antequam penitus preces fundat, potest impetrare quod postulat. Scio enim esse quos ita nequitiae & auaritia profunda caligo caecauit, ut cum illis prospere cesserit quod aut pauperem per potentiam vixerint, aut innocentem testimoniis falsis obruerint, aut furtum fecerint, aut rapinam, deo gratias agant, quo opitulante talia se perpetrasse credunt, & tam iniquum deum iudicent, ut putent eum scelerum suorum fuisse participem. Stulti & miseri usque adeo suis iniquitatibus obcaecati, ut non intelligant deo non posse placere quod prohibet, & quasi vnum crimen satis non sit, nisi adhuc male sentiendo de deo adiciatur & aliud. Alij vero in hoc se iustificari aestimant, quod de substantia pauperum exiguam elemosynam faciant, & de eo quod plurimis abstulerunt, vni quiddam minimum largiuntur. Cibatur vnus unde plures esuriunt, & de multorum spoliis vix pauci teguntur. Non talem elemosynam deus quarrit, nec vult pietatem vni de alterius crudelitate praestari. Melius est enim te non facere elemosynam, quam unde paucos tegis inde plurimos denudare: & ut vnum vestias, plurimos spoliare vestitos. Illam elemosynam deus comprobatur, quae de iustis laboribus ministratur, sicut scriptum est, Honora deum de tuis iustis laboribus, & deliba ei de tuae iustitiae fructibus. Nam illam abominatur elemosynam & reprobatur, quae de lachrymis praestatur alienis. Quid enim prodest si te benedicat vnus unde plures maledicunt? Vel quid confert tibi elemosyna quae de substantia praestatur alterius? Reuera timendum non est, quod deus non habeat unde pauperes suos pascat, nisi tu aliena diripias. Alios autem noui quos ita insipientiae & imprudentiae tenebrosa caligo & ignorantia fallit & decipit, ut fidem quam se habere simulant, sine iustitiae operibus apud deum sibi censeant profuturam,

De iniustis elemosynis Cap. XII.

Prouerb. 3.

Quod sine iustitiae operibus fides non prodest. Cap. XIII.

A futuram, & hoc erroris genere decepti, sine metu crimina nefanda committunt, dum credunt deum non criminum, sed perfidiae tantum vitorem. Et huiusmodi non solum seipsos perisse contenti sunt, sed etiam alios, in quibus nullum diuinæ scientiae lumen est, suis nituntur laqueis implicare. Et impletur in illis saluatoris nostri scientia dicentis, Caecus si caeco ducatum praestet, ambo in foueam cadunt. Nam si nullum crimen sed sola perfidia condemnatur, ergo securi peccamus & liberi, & sine causa dedit deus mandata iustitiae, si sola sine iustitiae operibus fides prodest. Vnde hic tam impius, tam scelestus, tam perfidus ignorantiae error obrepserit, scire non possumus, nisi forte ex illis qui hoc exemplo in lege veteri populum seducebant, & secum simul aeternae morti & perpetuo tradebant interitui, de quibus scriptum est, Nolite audire sermones prophetarum qui prophetaut vobis, quoniam vani sunt ipsi, & visiones a corde suo loquuntur, & non ab ore domini, Dicunt enim his qui repulerunt verba domini, Pax erit vobis, & omnibus qui vadunt in voluntatibus suis. Omni qui vadit in errore cordis sui dicunt, non venient super te mala. Multa quidem nobis, imò totius legis testimonia aderant, quibus tam perniciosum destruere errorem ac sepelire poteramus, sed ne legentem diutius fatigemus, sufficiant pauca de pluribus, Respondeat ille mihi cuius talis est sensus, Adam a deo factus est homo mirum statim in principio mundi, perfidiae an peccati causa damnatus est? In quo nihil fuisse incredulitatis inuenio praeter solam inobedientiam, cuius causa ille damnatus est, & omnes suo damnantur exemplo. Cain quoque non perfidiae causa, sed quia fratrem interemerat condēnatus est. Quid plura? vniuersus hic mundus ut diluio interiret, non perfidiae causa lego factum fuisse, sed criminum. Sodoma & Gomorra, ut repentino cremarentur incendio, nullam causam incredulitatis inuenio, nisi peccatorum & scelerum, quod scriptura euidenter demonstrat & dicit, Homines Sodomitae mali & peccatores erant in conspectu dei valde. Populus ille Iudaicus ut tam frequenter interire videretur & corripi, nonne peccatorum causa praestabat? Sed dicet aliquis, Veteris legis testimonia tantum accipio, nisi mihi & noui testamenti exempla protuleris. Accipe Saphirā & Ananiam, quos apostolica sententia non perfidiae crimine, sed furti & mendacii causa damnauit: forsitan dicetur es mihi, Quid enim Apostolus dicit, Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis? Ipsum qui hoc dicit lego hominem absentem etiam condemnasse, quia uxorem patris acceperat. Intelligenda est scriptura quae scientibus conuenire videtur in omnibus, & non nisi solis, a quibus minime intelligitur discrepare. Iustificari hominem, inquit Apostolus, per fidem, sine operibus legis dicit, sed non sine illis operibus, de quibus alterum Apostolum audio dicentem, Fides sine operibus mortua est. Paulus enim Apostolus de operibus legis locutus est, hoc est de circūcisione carnali, & neomenia, & sabbato & huiusmodi ceteris, quae lex fieri ante praeeperat, & iam Christi tempore non erant necessaria. Iste vero Iacobus de operibus iustitiae loquitur, quae qui non fecerit vere mortuus est, quantum se simulet esse fidelem. Sed dicet aliquis illud Apostoli dicentis, Corde creditur ad iustitiam, ore autem fit confessio ad salutem. Stulte hoc baptismi impletur in tempore, quo ut baptizetur quis, sola confessio desideratur & fides. Nam quid tibi ipsius baptismi lanacru prodest, si sola sine iustitia fides quaritur? Baptismi Tomus nonus.

enim peccata ablui fides omnium tenet, si deinceps peccandum est, quid abluisse prodest? Audi quid dicat dominus homini semel sanato, Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne tibi quid deterius eveniat. Hoc & beatus Petrus Apostolus manifestissime docet, ei deterius aliquid qui post agnitam viam iustitiae peccauerit euenire, cum dicit, Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione domini nostri saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim esset illis, viam non cognoscere iustitiae, quam post cognitam retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est a sancto mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij, Canis reuersus ad vomitum suum, & sus lota in volutabro luti. Hoc & beatus Paulus Apostolus testatur & loquitur hominem post baptismi sanctificationem pristino errore peccantem non sine ingenti poenitentia conseruari, dicens, Impossibile est enim eos qui postquam semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donum caeleste, & participes facti spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei verbum, virtutesque seculi venturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad poenitentiam, rursus cruciungentes sibi metipsis filium dei & ostentui habentes. Quendam etiam ad saluatorem accessisse, & quid faciendo vitam aeternam perciperet interrogasse Evangelista testatur, cui ita a domino responsum est, Si vis vitam habere, serua mandata, Non dixit, serua tantum fidem. Nam si sola fides quaritur, superflue iubentur mandata seruari. Sed abiit ut ego deum meum aliquid dicam praecipisse superfluum. Sed dicunt hoc illi qui peccando iam filij perditionis effecti sunt, & in hoc tantum solatium se debere credunt, si alios secum potuerint morti perpetuae mancipare. Nam si deus peccatorem non punit, ubi est illud propheticum, Si iustus vix saluus erit, peccator & impius ubi parebunt? Et alibi, Quia peccatores peribunt. Et iterum, Deficient peccatores a terra, & iniqui ita ut non sint. Et iterum, Sicut deficit fumus, ita deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie dei. Nullum hic tantum incredulum & infidelem, sed peccatores audio codemari. Et saluatorem nostrum quodam loco dixisse lego, Non omnes qui dicunt mihi domine domine, intrabunt in regnum caelorum, sed qui faciunt voluntatem patris mei qui in caelis est. Vtiq; isti Christum credebant, qui eum etiam dominum nuncupabant. Nec idcirco illis caelestis regni ianua panditur, quia illum ore quem factis abnegant confitentur. Negari autem deum factis minus quam verbis Apostolus dixit, Deum confitentur se nosse, factis autem negant. Et dominus in Evangelio, Multi mihi dicent in illa die, Domine domine, nonne in nomine tuo eiecimus daemonia, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et dicam illis, Nunquam vos cognoui. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Vtiq; adeo isti credidisse dicuntur, ut in nomine domini virtutes etiam operentur, nec tamen eis proderit fides, quia iustitiae opera non fecerunt. Itaque si sola fides prodest, cur illi cum angelis satana in perpetuum gehennae ignibus mancipantur, qui non perfidiae causa, sed quia boni nihil fecerunt, iudicantur, sicut scriptum est, Et dicit eis rex qui ad sinistram sunt, Discedite a me maligni in gehennam aeternam, quam parauit pater meus diabolo & angelis eius. Efuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Non dixit vtiq; quia non credidistis mihi. Vnde intelligi datur, non eos incredulitatis causa, sed propter bonorum operum sterilitatem esse damnandos.

B iij Nemo


**G** Nemo igitur alterum decipiat: nemo seducat, nisi qui iustus fuerit vitam non habebit: nisi quis in omnibus Christi mandata seruauerit, partem non potest habere cum Christo: nisi quis terrena despexerit, diuina non capiet: nisi humana contempserit, non potest habere caelestia. Nec quisquam se Christianum iudicet, nisi qui Christi & doctrinam sequitur, & imitatur exemplum. Sed tu Christianum illum putas, cuius nunquam panem vilis saturatur esurians, cuius potum nullius sitis extinguitur, cuius mensam nemo pauper cognoscit, sub cuius tecto nec aduena nec peregrinus aliquando succedit, cuius nemo nudus tegitur vestimentis, cuius pauper nullus foetur auxilio, cuius bonum nemo sentit, cuius misericordiam nemo cognoscit, qui in nullo imitatur bonos, sed deridet potius & subsannat, & pauperes persequi non cessat. Abiit ut huiusmodi Christianus dicatur, absit ut dei filius possit appellari qui talis est. Christianus ille est, qui viam Christi sequitur, qui Christum in omnibus imitatur: sicut scriptum est, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Christianus ille est, qui omnibus misericordiam facit, qui omnino non mouetur iniuria, qui opprimi pauperem se presente non patitur, qui miseris subuenit, qui indigentibus succurrit, qui cum morientibus morietur, qui dolorem alterius sicut proprium sentit, qui ad fletum fletibus alienis prouocatur, cuius omnibus communis est domus, cuius ianua nemini clauditur, cuius mensam pauper nullus ignorat, cuius donum panis cunctis offertur, cuius bonum omnes norunt, a quo nemo sentit iniuriam, qui deo die nocteque deseruit, qui eius precepta indefinenter meditat & cogitat, qui pauper mundo efficitur, ut deo locuples fiat, qui inter homines habetur inglorius, ut coram deo & angelis eius gloriosus appareat, qui in corde suo nihil videtur habere simulatum vel fictum, cuius simplex & immaculata est anima, cuius conscientia fidelis & pura est, cuius tota mens in deo est, cuius omnis spes in Christo est, qui caelestia potius quam terrena desiderat, qui humana spernit ut possit habere diuina. Nam his qui hoc seculum diligunt, & qui in presenti tempore gloriantur & complacent: audi quid dicitur, Nescitis quia amicitia huius mundi inimica est deo. Et quicumque voluerit fieri amicus huius seculi, inimicus dei constituetur. Hic tibi soror dilectissima quid Christianum agere conueniat, prout potui explicauit. Si ergo omnes generaliter qui Christiani nuncupantur, esse tales oportet, nunc tuae prudentiae est aestimare, qualem tu te viduam debeas exhibere, quam cunctis bene conuersantibus esse oportet exemplum. Tria autem esse viduarum genera non ignorare te credo. Vnum quod perfectissimum est, caelestique praemio destinatum, quod ritum illius de Euangelio viduae de orationibus & ieiuniis die nocteque deseruit. Aliud vero quod filiorum curam habere dicitur & domus, non tamen tanto praemio dignum, nec tamen peccatis obnoxium. Tertium autem genus est in epulis & delitiis, quod aeternae morti seruiatur & poena, sicut scriptum est, Viduas honora quae verae viduae sunt. Ista sunt prima, quae dicuntur & verae, & quae iubentur a tanto sacerdote, hoc est a Timotheo honorari. Secunda sunt illae, quibus iam non iubetur exhiberi honor, nec tamen vita negatur, de quibus dicitur, Quae autem filios habent aut nepotes, discant primum domum suam pie tractare, & parentem gratiam reddere parentibus. Illae vero tertiae sunt, de quibus scriptum est, Vidua autem quae in delitiis est, viuens mortua est. Vnde intelligi datur non omnes viduas esse aequales, nec

cas deo placere, quae corpore tantum viduae videntur esse, non opere. Qualis autem Christi vidua debet esse, Apostolus dicit, Quae vere vidua est, sperat in domino, & instat orationibus die ac nocte. Nec illud te praeterire volo, quod quando veras viduas Apostolus nominat, esse demonstrat & falsas, hoc est, actu, mente, conuersatione & corpore. Et alibi viduae verae & electae actum conuersationemque describit idem Apostolus dicens, Vidua eligatur quae fuerit vnus viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, Si filios educauerit: & subintelligitur deo: si hospitem recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus ministravit, si omne opus bonum subsecuta est. Hanc esse veram viduam iudicauit, cuius talia sunt opera. Illa vero quomodo se Christi viduam dicit esse, quae nihil tale aliquando operata est: Sed sunt aliquae viduae diuites, nobiles & potentes, quibus forsitan videtur indignum, ut aut filios deo, & non seculo educent, aut hospitio recipiant aduenam, aut sanctorum pedes laboriosos, lutulentos & horridos delicatis & nitidis manibus tangant. Sed nec dignae erunt tales in futuro tempore sanctorum esse confortes, quos ita hic spreuerunt: nec partem habere poterunt cum Christo, quem suscipere noluerunt, & cuius plantas suis correctare manibus horruerunt, quia Christum spernit quicumque eius famulos spernit, sicut ipse dicit, Qui vos spernit, me spernit. Mariae lachrymae vnde Christi lauarentur pedes abundarunt: nostri autem temporis feminis aut viduis, peregrinorum vnde pedes lauentur ipsa aqua deficit. Tu ergo sanctissima & prudentissima femina, ne velis imitari huiusmodi, quae cum audenter malefecerint, benefacere erubescunt: & confunduntur iuste viuere, quae non sunt peccata confusa: & quae se morti vltro obtulerunt, nec inuitate reuertuntur ad vitam: quae hominum magis risus & subsannationes & fabulas quam dei iudicium pertimescunt, & quibus charius est miseris hominibus placere quam deo. Sed esto talis, qualem te dominus esse praecipit, qualem Apostolus iubet exhiberi Christo viduam. Esto sancta, humilis & quieta, misericordiae & iustitiae opera indefinenter semper exerce. Et quisque te in opprobrium habeat, quisque te subsannet & irideat, tu tantum deo placeas, & quae Christi sunt geras. Ante omnia incelsabiliter dominae meditare mandata, orationibus & psalmis instanter incumbere, ut si possibile est, nemo te aliquando nisi aut legentem inueniat aut orantem. Et cum fueris talis, nostri memento, qui te tantum diligimus, ut quod praesentes praestare non possumus, conferamus absentes.

DE ASSUMPTIONE BEATAE MARIAE VIRGINIS, LIBER VNVS.

AD LECTOREM.

Hic libellus ne pilum quidem habet Augustini.



**A**d interrogata de virginis & matris domini resolutione temporali, & assumptione perenni, quid intelligam responsurus, te deus omnipotens pater voto supplicis exoro, ut qui mandas nubibus & pluuias imbres, qui tangis montes & fumigant, qui aperis terram & germinat, quid dicam iubeas, quid proferam praebes,

**A** praebes, ad quid sermonem dirigam aperias. Venerabile est enim mihi domine, & precordiis meis reuerentissimum, de matre filij tui loqui, & de sanctissimo corpore eius linguam sermonibus occupare, quae sola meruit deum & hominem paritura suscipere, facta thronus dei & aula regis aeterni, secundum quod nos docuisti per sanctos tuos Patriarchas Prophetas & Apostolos, figuris & sermonibus quibus credimus & certi sumus, quia nunquam sefellisti, qui nec fallere nec falli nouisti, ostendens filium tuum coaeternum tibi & consubstantialem incarnandum, & incarnatum per virginis vterum, de qua carne assumpsit qui corporalia cuncta tecum creauit author, administrator & deus, ab homine factus est homo, ab eo naturam sumens, non originem, sanctificante spiritu sancto tuo in ea vterum humanum & purificante atque mundante ad conceptionem filij tui, cuius dignitatis & gratiae effectum nec cor concipere, nec lingua valet exprimere. Non enim talis conceptus, talisque partus, nisi deum decuerat, qui venerat redimere quos voluit creare, creare profecto potestate, redimere humilitate: humilitatis naturam sumens sanctam de sanctificato corpore, & immaculatam de immaculato. Ineffabilem enim sanctificationis gratiam quam concipiendus praebuit, conceptus & natus non abstulit. Quae quantum in corpore valuerit virginis, illi soli notissimum est, qui de eius natura naturam suscepit quam condidit: Per quem te quae domino, quia per illum bona cuncta tribuis, quae ut tribuas eligis, ut me inoffense de tanta sanctitate loqui tribuas. Et si non totum ut est, quod impossibile omni linguae humanae est, tamen ipsum ex parte quod est, dicatur ut est. Sonet ergo preciosissimum tui preciositate, sanctissimum certa sanctitate, inaccessibilissimum fidelissima veritate. Quae quia humanae rationem excedunt, spiritus tuus assit, qui suo sacro spiramine inducat nos in omnem dicendorum veritatem. Et quia de eius corpore & anima loquendum est, quod ipse praeter naturalem vsum sanctificauit & gratia contulit, non aliena nos dicere patiatur, sed propria ad laudem & gloriam tuam deus omnipotens pater, & ad honorem filij tui per virginem nati, & eiusdem spiritus sancti dei & domini nostri, cum quo est tibi regnum & imperium in omnia secula seculorum. Amen.

Quia profundissima & sua dignitate altissima sum responsurus quaestioni, lectorem meum obsecro, ut pro me deprecetur, & si quae a me pleniter dicta cognouerit, donis dei gratus existat: sin autem minus, nostrae compatiatur humilitati, quia licet minus valeamus, vera tamen proculdubio volumus. De sanctissimo igitur corpore perpetuae virginis Mariae, eiusque sacrae animae assumptione quantum dominus donauerit loqui suscipientes, hoc primum dicimus, quod in diuinis scripturis, postquam dominus in cruce matrem discipulo commendauit, ut castitas castis tueretur obsequiis, nihil de ea reperitur praeter id quod Lucas commemorat in Actibus apostolorum, commemoratis eisdem apostolis nominatum dicens, Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu & fratribus eius. Hoc dicimus, quia tanto quae magna existunt cautius tractanda sunt, quanto specialibus autoritatum testimoniis non possunt ad liquidum roborari. Sed quia quaedam scriptura sancta veris indagationum studiis quaerenda reliquit, quae non sunt superflua aestimanda dum vera indagatione fuerint patefacta. Foecunda est enim veritatis autoritas: & dum diligenter discutitur, de se gignere quod ipsa est cognoscitur.

scitur. Saepe enim discussa veram conuenientiam parit, quam manifestis sermonibus abscondit, & saepe apertis sermonibus insinuat, in quibus nihil praeter id quod sonat quaerendum inuitat: ut est illud, quod Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudam & fratres eius, & caetera talia in quibus sola tenenda est litera: quaedam autem sic commendat, ut pariter literam & mysticum intellectum insinuet, ut in transitu maris rubri, manna caelesti, & tabernaculo dei, atque arca testamenti, vbi futurorum figura, baptismi scilicet Christi & Ecclesiae ostensa est praerogatiua. Quaedam tantum mystice, ut cum deum dicit insufflasse in faciem Adae spiraculum vitae, qui tamen os ad spirandum non habet, nec manus ad operandum, licet dicat Propheta, Manus tuae domine fecerunt me & plasmauerunt me. Sunt & quaedam quae quantum commemorari ex toto omissa sint, vera tamen ratione creduntur, atque ipsa conuenientia rei quodammodo, quemadmodum dux & praemia creditur. Nihil enim de Melchisedech sacerdotis dei excelsi iustitia loquitur, cum ipsa praecessisset tantae laudis merita cognoscatur. Nihil de Heliae & Enoch postquam rapti sunt, vitae felicitate commendat, cunctis liquide scientibus eos beate viuere, quos dominus hinc in futurum saluandos voluit rapere. Quid ergo de Mariae morte, quid de eius assumptione dicendum est, vnde diuina scriptura nihil commemorat, nisi quaerendum ratione quod conueniat veritati? Fiatque ipsa veritas autoritas, sine qua nec est, nec valet autoritas. Memores enim conditionis humanae mortem illam subiisse temporalem dicere non metuimus, quam idem certe eius filius, qui & deus & homo est, lege fortis humanae sustinuit, & hoc, quia homo de eius susceptus & profusus est vtero. Sed si dicimus eam mortis teneri vinculis, & resolutam in communem putredinem, vermes ac cinerem: deliberandum est si hoc conueniat tantae sanctitati, tantae aulae dei praerogatiuae. Scimus enim dictum primo parenti, Quia puluere es, & in puluerem ibis. Quod si de morte dicitur, generalis est sententia: si de resolutione in puluerem, hanc conditionem Christi caro euasit, de carne Mariae sumpta, quae corruptionem non sustinuit. De hoc enim scriptum est per Prophetam dicentem, Quoniam niam non dereliques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. De quo autem sancto dictum sit, archangelus prodidit, qui ad Mariam ait, Et quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius dei. Et vere sanctum & sanctum sanctorum, vnde & illa sancta sanctorum dicuntur quae illa seruabant, quibus ille figurabatur qui veraciter solus sanctus sanctorum dicitur. Hic enim est de quo idem archangelus Gabriel Danieli loquitur, inter caetera quae futura ostendit dicens, Et impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Hic enim sanctus corruptionem non vidit, qui tertia die cum triumpho de inferis rediens resurrexit. Caro eius quae de Maria sumpta est, & si mortua est ex infirmitate, reuixit ex dei virtute. Sed hoc ille qui quando voluit mori, quando voluit resurgere, potuit. Excipitur ergo ab illa generali sententia de virgine sumpta natura. Quod si non Mariae congruit, congruit tamen filio quem genuit Iesu. Vocabulum Iesu gloriosum, omni ornatu cultuque dignissimum, nomen quod est super omne nomen, non decuit ab hominibus appellari, neque ab eis efferri in mundum, sed ab excellentiori quadam meliori que natura. Post haec quae Adae dicta sunt, de quibus excipitur

Quis sit verus Christianus. Cap. XIII.

1. Ioan. 2.

Iacobi. 4.

Quales se viduae exhibere debeant: & de triplici genere viduarum. Cap. XV.

Luc. 2.

1. Timo. 5.

De scripturarum veritate, & differententi modo exponendi eas. Cap. I.

Ioan. 19.

Acto. 1.

Matth. 11.

Iob. 10.

Psalm. 8. De veritate extra Bibliam contentorum. Cap. II.

E

Quod Adae maledicto Christus non subiacerit. Cap. III. Gene. 3.

F Psalm. 15.

Luc. 11.

Danic. 9.

1. Cor. 15.

Quod Mariam feminarum maledictio non tetigerit. Cap. IIII.

**G** Maria filius, contuenda sunt quae etiam Euae dicta sunt, si cunctis foeminis sint generalia, & si in aliquo excipiantur Maria. Scriptum quippe est, Mulieri quoque dixit deus, Multiplicabo erumnas tuas & conceptus tuos, in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Erumnas Maria sustinuit, cuius animam gladius passionis Christi pertransiuit. Sed conceptus non multiplicauit, nec sub viri, id est mariti potestate degit, quae integerrimis visceribus de spiritu sancto Christum suscepit, & virginitatis integritate manente virgo permansit. Quem quia sine peccati colluione, & sine virilis admixtionis detrimento suscepit, sine dolore genuit, & sine integritatis violatione pudore virginitatis integro permansit. Hoc enim potuit efficere de matre, quia sic deus elegit nasci de homine. Maria ergo & si communicat erumnas Euae, non comunicat parturiedo cum dolore. Promeruit enim hoc singularis sanctitas eius & singularis gratia, qua susceptione dei singulariter existimanda est digna. Non immerito ergo excipitur a quibusdam generalibus vera aestimatione, quam tanta seruat gratia & attollit dignitatis prerogatiua. Quantum enim Christi potestas possit, mundi ostendit vniuersitas: quantum gratia, Mariae monstrat integritas: quae sicut diuersa est a natura, ita diuersa est ab usu. Quid ergo si in tanta diuersitate eam dicimus humanae sortis mortem subiisse, nec tamen eius vinculis retineri, per quam deus voluit nasci, & carnis substantia communicare, nunquid impium erit? Scimus enim Iesum omnia posse, qui de seipso ait, Data est mihi omnis potestas in caelo & in terra. Si ergo voluit integrum Mariae virginitatis seruare pudorem, cur non velit incorruptam a putredinis seruare fetore? Dicit ergo qui cognouit sensum domini, & qui consiliarius eius fuit: nunquid non pertinet ad benignitatem domini, matris seruare honorem, qui legem non soluere venerat, sed adimplere? Lex enim sicut honorem matris praecipit, ita inhonorationem damnat. Qui enim in vita praeter ceteris illam gratia sui conceptus honorauit, pius est credere singulari saluatione eam in morte & speciali gratia honorasse. Potuit enim eam a putredine & puluere alienam facere, qui ex ea nascens potuit virginem relinquere. Putredo namque & vermis humanae est opprobrium conditionis, a quo opprobrium cum Iesus sit alienus, natura Mariae excipitur, quam Iesus de ea suscepisse probatur. Caro enim Iesu caro est Mariae, & multo specialius quam Ioseph Iudae ceterorumque fratrum eius quibus dicebat, Frater enim & caro nostra est. Caro enim Christi quauis gloria resurrectionis fuerit magnificata, & potenter super omnes caelos ascensione glorificata, eadem tamen carnis mansit & manet natura, quae suscepta est de Maria. Ipse enim est qui conceptus, genitus, atque a mortuis suscitatus est per gloriam patris, sicut profecto ipse testatur post resurrectionem, quando Apostolus dicit, Videte manus meas & pedes meos, quia ego ipse sum. Quid enim est, ego ipse sum? nisi quia alter non sum quam qui tunc erat quando passus sum. Et hoc siquidem cognoscere potestis, qui in manibus & pedibus meis clauorum signa clare videtis. Ipse ergo idemque caelos ascendit, & carnem quam de matre suscepit super astra transiuit, honorans omnem humanam naturam, sed multo magis maternam. Si igitur natura matris est filius, conueniens est vt sit & filij mater, non quantum pertinet ad aequam administrationem, sed quantum pertinet ad eandem reciprocam substantiam, vt homo de homine, caro de carne, mater

ad filio, filius a matre, non ad vnitatem personae, sed ad vnitatem corporalis naturae & substantiae. Si enim vnitatem potest facere gratia sine proprietate specialis naturae, quanto magis vbi gratiae vnitatis & corporis est specialis natiuitas. Vnitatis namque gratiae est, vt discipulorum in Christo, de quibus ipse dixit, Pater sancte, serua eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, volo vt sint vnum sicut & nos. Et iterum de omnibus iustis, Non pro his autem rogo tantum, sed & pro his qui credituri sunt per verbum eorum in me, vt omnes vnum sint sicut & tu pater in me: & ego in te: hoc est, vt ipsi sint per gratiam quod nos sumus per diuinitatem. Haec quippe gratiae vnitatis, quae cunctis in Christum credentibus seruatur, si Mariae etiam minus sapientium aestimatione non tollitur, quanto magis cum gratiae vnitatis ipsa specialitas naturae vnum efficit matrem & filium, & filium & matrem. Videndum est etiam quid de his quos secum per gratiam vnum esse voluit consequenter adiunxit. Ait enim, Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego, & illi sint mecum, vt videant claritatem quam dedisti mihi. O magnam & inestimabilem bonitatem dei, qui habere secum suos in gloria adducit, qui hic sua fide iuncti, vnum cum eo esse digni iudicantur. Si igitur eos secum habere vult, & hoc potest qui omnia potest, quid aestimandum est de matre vbi digna sit haberi, nisi in praesentia filij? Quantum igitur cōtueor, quantum intelligo, quantum credo, Mariae anima claritate fruatur Christi, & gloriosis conspectibus eum semper videre sciens, & semper conspiciens, dum inestimabiliter patitur, excellentiori quadam specialique prerogatiua a filio honoratur, possides in Christo corpus suum quod genuit, clarificatum in dextera patris, & si non suum per quod genuit, tamen suum quod genuit. Et quare non suum per quod genuit? Si enim non obtinuerit, necdum perspecta auctoritas, vere credo, & per quod genuit, quia tanta sanctificatio dignior caelo est quam terra, quoniam thronum dei, thalamum domini, domum atque tabernaculum Christi dignum est ibi esse vbi ipse est. Tam preciosum enim thesaurum dignius est caelo seruari quam terra. Tantam integritatem merito incorruptibilitas, non putredinis aliqua resolutio sequitur. Istud ergo sacratissimum corpus, de quo Christus carnem assumpsit, & diuinam naturam humanam vniuit, non amittens quod erat, sed assumens quod non erat, vt verbum caro, hoc est, deus homo fieret, escam vermibus traditum, in comuni sorde putredinis & futurum de vermibus puluerem, quia sentire non valeo, dicere pertimesco. De quo si nihil altius sentirem quam de proprio, nihil dicerem nisi quemadmodum de proprio. Quod absque vlla ambiguitate soluendum est in mortem, post mortem est futurum putredo, post putredinem vermis, post vermem, vt dignum est, abiectissimus puluis. Quod de Maria credendum non videtur, nec aestimabile, quia aestimationem procul pellit incomparabilis gratiae munus. Quod me dicere multarum consideratio rerum inuitat, quarum & quaedam illa est, quam suis alibi ministris ipsa veritas ait, Qui mihi ministrat, me sequatur: & vbi ego sum, ibi & minister meus erit. Si enim haec est generalis sententia omnium per fidem & bonam operationem Christo ministrantium, quanto magis quodammodo & specialius est Mariae. Mariam namque operis exhibitione & fidei rigidissima veritate ministrantem Christi fuisse omnis qui sanè sapit intelligit. Absque dubio enim omni operi ministratrix extitit, quae hunc in vtero gessit, partuque profusum aluit & fouit

**A** & fouit, atque, vt Euangelium ait, in praesepio reclinavit, & a facie Herodis in Aegyptum fugiens abscondit, & omnem infantiam eius pro matris affectu ita profecta est, vt vsque ad crucem, in qua filium iam virum perfectum vidit pendentem, ab eius indubitanter ministerio non recesserit, consecuta eum non solum gressibus pedum tanquam pro reuerentia dei, verum etiam imitationis affectu. Maria ergo ministratrix Christi spiritualium operum qualitatibus sicut deuotissima extitit, ita absque dubio religionis fide, id est, verae credulitatis charitate secutrix fuit. Non enim potuit nisi diuinitatis eius esse credula, quae se nouerat hunc non virili semine secundum ordinem naturae, sed diuino spiramine nunciante archangelo concepsisse, videns semper famulantium angelorum ei adesse frequentiam vt concepto & nato, quando videlicet facta est cum angelo multitudo caelestis exercitus clamantium & angelium in altissimis deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis: & in Aegyptum fugituro, atque inde iterum redituro, quibus liquido cognoscere potuit, quia talia obsequia non nisi deum decuerant. Vnde & stellae demonstratio, & Magorum de longinquis partibus inspirata inpiratio, quam maxime illi extitit iudicium veritatis. Similiter Simeonis atque Annae prophetae dignitate insolitus ceteris & huic specialis occurfus. Quae omnia profecto Maria conseruans, his cunctis altius ad fidem roborata, pio corde conferebat in tantum, vt omnino non turbanda, sed certa de filij potestate, tanquam de dei vera virtute, deficiente in nuptiis vino dixerit, Vinum non habent, sciens planè hoc illum potuisse, quod eum mox contigit diuino miraculo compleuisse. Ecce igitur Maria fide & opere Christi ministratrix, & deuota vsque ad eius mortem secutrix, non nisi gressum quam imitationis affectu, vt credendum est, si ibi non fuerit vbi Christus ministros suos vult esse, vbi ergo erit? Et si ibi erit, nunquid aequali gratia? Et si aequali gratia, vbi aqua dei censura, quae vnicuique reddit secundum sua merita? Si ergo merito Mariae viuere, praeter omnibus donata est gratia, mortuae erit minuenda? Absit. Quia si omnium sanctorum mors est preciosa, Mariae sanè est preciosissima, quam tanta comitata est gratia, vt mater dei dicatur, & sit. Consideratis igitur his vniuersis, vera ratione considerandum censeo, Mariam in Christo, & apud Christum esse: in Christo, quia in ipso viuimus, mouemur & sumus: apud Christum gloriose ad aeternitatis gaudia assumptam, benignitate Christi honoratius susceptam ceteris, quam hic gratia honorauit praeter ceteris, nec vsque ad communem humilitatem esse adductam post mortem, putredinis videlicet & vermibus, & pulueris, quae suum & omnium genuit saluatorem, in cuius si potestate est, sanctorum de capite capillum non perire, est & illam anima & corpore integram posse seruare. De cuius potestate si nullus dubitet ecclesiasticorum, quin possit matrem sine corruptione in perpetuum seruare, cur dubitandum est, voluisse quod attinet ad tantam benignitatis gratiam? Si elegit diuina voluntas sola gratia inter crepitanes vehementium ignium flammam, non solum puerorum corpora seruare illaesa, verum & ipsa vestimenta seruare iniusta, cur abnuat in matre propria quod elegit in veste aliena? Ionam seruare in ventre ceti praeter naturalem usum voluit incorruptum sola misericordia, Mariam incorruptam praeter naturam non seruabit gratia: seruatus est Daniel ab intemperatissima fame leonum, non seruanda est Maria tantis donata meritis dignitatum: Haec cuncta quae diximus, quia

naturam non seruasse cognoscimus, in Mariae integritate plus potuisse gratiam quam naturam non dubitamus. Diuinitatis enim sunt opera quae dicimus, & ideo possibilia, quia sunt ab omnipotentia. Christus autem dei virtus est & dei sapientia, cuius omnia quae patris sunt, sua sunt & velle: velle autem omnia quae sunt iusta & digna. Sic per hoc digne videtur latari Mariae laetitia inenarrabili anima & corpore, in proprio filio, per proprium filium, nec vllam sequi debere corruptionis erumnas, quam nulla secuta est tantum filium pariendo integritatis corruptio, vt sit semper incorrupta quam tanta perfudit gratia, sit integraliter viuens, quae omnium integram perfectamque genuit vitam, sit cum illo quem in suo gessit vtero, sit apud illum illa quae genuit, fouit & aluit illum, Maria dei genitrix, dei nutrix, dei ministratrix, & dei secutrix. De qua vt iam dixi, quia aliter sentire non audeo, aliter dicere non praesumo. Suscipiat igitur hunc sensum fraternae charitatis vestra, quem sanctus spiritus inspirauit. Ostensa sunt ex parte quae taliter hortata sunt me dicere. Si quis autem refragari his elegerit, quum dicere non velit, hoc non posse Christum: proferat quare non conueniat velle, ac per hoc non esse, Et quum se veraciter consilium dei de his nosse manifestauerit, incipiam credere, de quibus aliter non possum sentire. Mirabor illum altitudinem consilij diuini inuestigasse, quam me cum Apostolo digna reuerentia videor debere admirari dicente, O altitudo diuinitarum sapientiae & scientiae dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viae eius. Et quia secundum eundem Apostolum, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, dixi de his: & si non quantum est, tamen quemadmodum me dicere debuisse credidi. Si ergo vera sunt quae scripsi, tibi gratias ago Christus, quia de sancta virgine matre tua, nisi quod pius est ac dignum visum, sentire non potui. Si ergo dixi vt debuim approbare Christe tu & tui. Si autem non vt debuim, ignosce obsecro tu & tui: Qui cum deo patre & spiritu sancto viuas & regnas per omnia secula seculorum, Amen.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI Hipponensis episcopi, Liber de disciplina Christiana, vel de domo disciplinae.



**L**OCVTVS est ad nos sermo dei, & deproutus est ad exhortationem nostram, dicente scriptura, Accipite disciplinam in domo disciplinae. Disciplina a discendo dicta est, disciplinae domus est Ecclesia Christi. Quid ergo hic dicitur, vel quare dicitur? Qui discunt, vel a quo discunt? Discitur bene viuere. Propter hoc dicitur bene viuere, vt perueniatur ad semper viuere. Discunt Christiani, Docet Christus. Primo ergo quid sit bene viuere: deinde quae sit merces bonae vitae: tertio qui sint veri Christiani: quarto quis sit verus magister, pauca loquentibus nobis sicut dominus donat audire dignemini. Omnes in domo disciplinae sumus, sed multi nolunt habere disciplinam, & quod est peruersius, nec in domo disciplinae volunt habere disciplinam. Cum propterea debeant in domo disciplinae accipere disciplinam, vt seruent illam in domibus suis: ipsi contra disciplinam non solum in domibus suis habere

Gene. 3.

Luc. 2.

Matth. 28. Matrè Christi honorauit, Cap. V.

Matth. 5.

Gene. 37.

Luc. 14.

Ioan. 17.

L.

Cap. VI.

M.

Cap. VII.

Ioan. 12.

Luc. 2. Matth. 2.

Luc. 2.

Ioan. 2.

Cap. VIII.

Ag. 17.

Luc. 21.

Danic. 2. Ion. 2.

Danic. 6.

1. Cor. 13.

Cap. IX.

E.

Roma. 11.

1. Cor. 13.

Quid sit bene viuere, Cap. I.



**G** habere nolunt, sed nec ferre illam secum etiam ad domum disciplinæ. Ideo apud quos non vacat verbum dei, qui cor auro coniungunt, qui non sunt via ubi semen cum ceciderit ab auibus colligitur, qui non sunt petrosa loca, ubi semen altam radicem habere non potest, & ad horam exit & in aestu arefcit: qui non sunt ager spinosus, ubi semen cum germinauerit & in auras surgere cœperit, spinarum densitate suffocatur, sed qui sunt terra bona parata semen accipere, & fructum reddere, vel centenum vel sexagenū vel tricenum, recordentur non sine causa intrasse disciplinæ scholam, & has me similitudines ex Euangelio commemorasse. Qui igitur tales vult, accipiant quod per me dominus dicere dignatur. Ego enim, quoniam ille feminat, quid sum? Vix cophinus seminantis. Ipse in me dignetur ponere quod vobis spargat. Nolite ergo attendere ad vilitatem cophini, sed ad charitatem feminis & potestatem feminatoris. Quid est ergo bene viuere? Quid hic discitur? Præcepta multa sunt in lege, quibus ipsa bona vita continetur, imperatur & discitur. Multa omnino præcepta sunt & innumerabilia. Præceptorum ipsorum paginas vix quisquam enumerat, quanto magis ipsa quæ voluit.

**H** Tamē deus propter eos qui se possent excusare, vel quia eis non vacat legere, vel quia nō norunt legere, vel quia non possunt facile intelligere, vt excusationem nemo habeat in die iudicij, voluit, sicut scriptum est, consummare & breuiare verbū super terram, sicut de illo Propheta prædixerat, Verbum enim consummans & breuians faciet dominus super terram. Hoc ipsum verbum consummatum & breuiatum, nec obscurum deus esse voluit. Ideo breue, ne non vacaret legere: ideo apertum, ne dicat, non mihi licuit intelligere. Theaurus ergo est magnus diuinarum scripturarum, habens in se mirabilia præcepta & multa, tanquam multas gemmas, & preciosa monilia, & vasa ingentia, & magni metalli. Sed quis potest scrutari thesaurum istum, & vti eo, & peruenire ad omnia quæ ibi sunt? Quando hanc similitudinem dominus dedit in Euangelio suo, & dixit, Simile est regnum cœlorum thesauro inuento in agro: ne quis se minus idoneum diceret ad perferendum thesaurum: continuo dedit aliam similitudinem, Simile est, inquit, regnum cœlorum homini negociatori quærenti bonas margaritas, qui inuenit vnam preciosam margaritam, & vendidit omnia quæ habuit & emit illam: vt si piger eras ad perferendum thesaurum, non sis piger vnam margaritam sub lingua ferre, & quo vis securius ambulare. Quid est ergo verbum consummans & breuians? Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & diliges proximum tuum tanquam teipsum: In his duobus præceptis tota lex pendet & propheta. Ecce quid discitur in domo disciplinæ? Diligere deum, Diligere proximum tanquam teipsum? Deum tanquam deum, proximum sicut teipsum. Non enim inuenis parem deo, vt possit tibi dici, Dilige deum sicut diligis illum. De proximo inuenta est tibi regula, quia inuenis es proximo tuo par tuipse. Quæris quomodo diligas proximum, attende teipsum: & quomodo te diligis, sic dilige proximum. Nō est vbi erres. Volo ergo iam & tibi committere proximum tuum, vt diligas eum tanquam teipsum. Volo, sed adhuc timeo: Volo tibi dicere, Dilige proximum tuum sicut teipsum, & timeo: Adhuc enim discutere volo quomodo diligas teipsum. Noli ergo ægre ferre. Non es tuipse facile dimittendus, cui est proximus committendus, Non transitorie tecum agendum est. Tu vnus

homo es, proximi tui multi sunt. Non enim primo sic debes intelligere proximum, vel fratrem, vel cognatū, vel affinem. Proximus esto omni homini omnis homo. Proximi sibi dicuntur pater & filius, socer & gener. Nihil tam proximum, quā homo & homo. Sed si putamus non esse proximos, nisi qui de iisdem parentibus nascuntur, Adam & Eua attendamus, & omnes fratres sumus. Et quidem fratres secundum quod homines sumus, quanto magis secundum quod Christiani sumus? Ad id quod homo es, vnus pater fuit Adam, vna mater Eua. Ad id quod Christianus es, vnus pater est deus, vna mater Ecclesia. Videte ergo quantos proximos habeat vnus homo. Omnes homines, in quos incurrit, quibus iungi potuerit, proximi eius sunt. Quomodo ergo discutiendus est, vtum diligat se, cui committendi sunt tot proximi, vt sic eos diligat tanquam se? Nō ergo irascatur vnusquisque, si discutio quomodo se diligat. Certe ego discuto, ipse se inueniat. Vt quid enim discuto, quia ego inuenturus sum? Ideo discuto, vt ipse se interroget, ipse sibi appareat, ipse se nō lateat, ipse se sibi non abscondat, ipse sibi se ante oculos suos, non post dorsum ponat. Me loquente faciat hoc, me nesciente faciat hoc. Quomodo te diligis? Quisquis me audis, imō quisquis deum per me audis in hac domo disciplinæ, attende te quomodo te diligis. Profecto enim si te interrogem vtum diligas te, respondebis quia diligis. Quis enim se odit? Hoc dicitur es: quis enim se odit? Ergo non diligis iniquitatem, si te diligis. Nam si diligis iniquitatem, non ego dico, psalmum audi, Qui diligit iniquitatem, odit animam suam. Ergo si diligis iniquitatem, audi veritatem, veritatem non te palpatem, sed aperte tibi dicentem. Odis te. Quanto magis dicis, quia amas te, odis te. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Quid dicam de carne, quæ pars est vilior hominis? Si animam odit, quomodo carnem diligit? Denique qui amant iniquitatem, & odiunt animam suam omnem turpitudinem exercent de carne sua. Iam ergo qui diligis iniquitatem, quomodo tibi volebas committi proximum, vt diligeres eum tanquam te? Homo quid perdis te? Si enim tuipse sic te diligis, vt perdas te, sic profecto perditurus es & eum quem diligis sicut te. Nolo ergo quenquam diligas, vel solus peri. Aut corrige dilectionem, aut respice societatem. Dicitur es mihi, Dilige proximum tanquam teipsum. Audio planē, audio. Inebriari vis cum illo quem diligis tanquam teipsum. Bene nobis faciamus hodie, quantū possumus bibamus. Vide quia sic te diligis, & illum ad te trahis, & ad quod amas vocas. Necessē est vt quem diligis tanquam teipsum, illuc illum trahas ad quod & tu te amas. Humanus homo, imō beluinus, amando talia qualia beluæ. Beluas enim deus prostratas in faciem fecit pastum quærentes de terra, te in duos pedes erexit de terra. Tuam faciem sursum attendere voluit. Non discordet cor tuum a facie tua, non habeas faciem sursum, & cor deorsum, imō verum audi, & verum fac sursum cor, ne mentiaris in domo disciplinæ. Quando enim audis, responde, sed sit verum quod respondes. Sic te dilige, & diliges proximum tuum tanquam teipsum. Quid est enim sursum habere cor, nisi quod dictum est prius, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua? Quia ergo duo præcepta sunt, si vnus diceret, non sufficeret. Sufficit & vnus si intelligatur. Nam aliquando sic loquitur scriptura sicut Paulus apostolus, Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces: & si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur,

**A** recapitulatur, Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo autem legis est charitas. Quid est charitas? Dilectio. Nihil videtur dixisse de dilectione dei, sed solam proximi dilectionem dixit sufficere ad implendam legem. Quicquid est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur, in hoc sermone impletur. In quo? Diliges proximum tuum tanquam teipsum. Ecce vnus est. Certe duo præcepta sunt, in quibus præceptis tota lex pendet & propheta. Videte quomodo plus breuiatum est, & adhuc pigri sumus, Ecce quæ duo erant, vnus factus est. Prorsus proximum dilige, & sufficit. Sed dilige quomodo teipsum diligis, non quomodo teipsum odisti. Dilige proximum tuum tanquam teipsum: sed prius est vt diligas teipsum. Quæres habes quomodo diligas teipsum, & audire habes, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua. Homo enim quomodo à se fieri non potuit, sic nec beatus à se fieri potest. Alia res fecit enim hominem, quod nō est ipse homo, alia res eum factura est beatum, quod nō est ipse homo. Denique errans videt ipse, quia per se non potest beatus esse, & amat aliud vnde sit beatus. Vnde se fieri putat beatū, hoc amat. Quid putamus, amat, vnde putat se fieri beatum? Pecuniam, aurum, argentum, possessiones? Breuiter dico pecuniam. Totum enim quicquid homines possident in terra, omnia quorum domini sunt, pecunia vocatur. Seruus sit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horū est, pecunia dicitur. Et vnde est primum vocata pecunia? Ideo pecunia, quia antiqui totum quod habebant in pecoribus habebant. A pecore pecunia vocatur. Legimus antiquos patres fuisse diuites pastores. Ergo pecuniam diligis, o homo, vnde putas te fieri beatum. Pecunia est, & multum eam diligis. Volebas diligere proximum tanquam teipsum, diuide cum illo pecuniam tuam. Quid esses discutiebam. Inuentus es, apparuisti tibi, vidisti te, considerasti te, Non es paratus diuidere pecuniam tuam cum proximo tuo. Sed quid mihi respondet benigna auaritia? Quid mihi respondet? Si diuisero cum illo, minus erit, & mihi & illi minuetur quod amo, nec totum habebit ille, nec totum habebit ego. Sed quia diligo eum tāquā meipsum, opto illi vt tantum habeat, vt nec meum minuat, & ipse mihi coquetur. Optas vnde nihil perdas, atque vt inam hoc verum dicas vel potes? Timeo enim ne inuideas. Quomodo enim socialis erit felicitas tua, quam torquet felicitas aliena? Nōne cum cœperit ditescere vicinus tuus, & incipere quasi surgere & ire post te, times ne sequatur te, times ne transeat te? Certe diligis proximum tuum tanquam teipsum. Sed non loquar de inuidis: Auertat enim deus hanc pestem ab animis omnium hominum, nedum Christianorum, vitium diaboli, cum quo solus diabolus reus est, & inexpabiliter reus. Non enim dicitur diabolo vt damnatur, adulterium commisit, fur tuum fecisti, villam alienam rapuisti, sed homini stanti lapsus inuidisti. Inuidientia diaboli conuicium est, sed habet matrem suam. Superbia vocatur mater inuidiæ. Superbia inuidios facit. Suffoca matrem, & non erit filia. Ideo humilitatē docuit Christus. Non ergo loquor inuidis, bene optantibus loquor. Illis loquor qui optant bene amicis, vt habeant tantum quantum habet & ipsi. Optant bene agentibus, vt habeant quantum & ipsi, sed nolunt illis dare ex eo quod habet. Inde te iactas homo Christiane, quia optas bene. Melior te est mendiculus, qui plura tibi optat & nihil habet. Bene vis optare nihil à te accipienti. Da aliquid bene optanti. Si bonum est bene

optare, redde mercedem. Optat tibi bene pauper, quid trepidas? Addo aliquid. In domo disciplinæ es. Addo aliud quod dixi. Da bene optanti, Christus est: Ipse à te petit qui tibi dedit. Erubescere, Ille diues pauper esse voluit, vt haberes pauperes quibus dares. Da aliquid fratri tuo, da aliquid proximo tuo, da aliquid comiti tuo. Tu diues es, ille pauper est. Vita ista via est, simul ambulatis. Sed forte dicis, Ego diues, ille pauper, Simul ambulatis, an non? Quid est quod dicis, ego diues, ille pauper, nisi ego oneratus, ille leuis? Ego diues ille pauper. Sarcinam tuam commemoras, pondus tuum laudas. Et quod grauius est, constrinxisti ad te sarcinam tuam, ideo non potes porrigere manum. Onera te, liga te: quid te iactas? quid te laudas? Solue vincula tua, minue sarcinā tuam. Da comiti, & illum adiuuas, & te releuas. Inter has voces tuas laudantes sarcinam tuam, adhuc Christus petit & non accipit, & obtendis nomen pietatis crudelibus vocibus & dicis: Et quid seruo filiis meis? Christum illi oppono, filios suos mihi reponit. Ista vero iustitia magna, vt habeat vnde luxurietur filius tuus, egeat dominus tuus. Cum enim vni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti. Non legisti, non aduertisti: Cum vni ex minimis meis non fecistis, nec mihi fecistis. Non legisti, non timuisti. Ecce quis eget, & filios tuos numeras? Postremo numera filios tuos, adde vnus illum inter illos dominum deum tuum. Vnum habes, sit ille secundus: duos habes, sit ille tertius: tres habes, sit ille quartus: nihil horum vis. Ecce quomodo diligis proximum tuum, quem tibi facis socium ad istam perditionem. Quid tibi dicitur sum? Diliges proximum tuum? Quid illi in aures insuffurabis homo auare, nisi fili aut frater aut pater bonum est nobis, vt cum hic viuimus, bene sit nobis? Quantum habebis, tantus eris: Frange lunam, fac fortunam. Ista suffurabis proximo tuo, quæ non didicisti in domo discipline, nec audisti hic. Nolo sic diligas proximum tuum. O si possem facere, vt nulli iungereris: Corrupti enim mores bonos colloquia mala. Sed non possum facere vt nemini iungaris, cui mala ista quæ nō vis dediscere insuffurres, & non solum nolis dedoceri, sed affectes etiam docere: Nolo, imō volo, sed nō possum te disiungere ab auribus aliorū. Alios admoneam, ad quorum aures ambis, quorum aures penetrare moliris, ad quorum sorda per aures intrare disponis. O qui accipis verbum sanum in domo disciplinæ, sepi aures tuas spinis. Corrupti bonos mores colloquia mala. Sepi aures tuas spinis. Sepi, & spinis sepi, vt ille qui importune intrare ausus fuerit, non solum non repellatur, sed etiam compungatur. Repelle illum à te: Dic Christianus es, Christianus sum, non hoc accepimus in domo disciplinæ, non hoc didicimus in illa schola, quam gratis intrauimus, non hoc didicimus sub illo magistro, cuius cathedra in cælo est: Noli mihi ista dicere, aut noli ad me accedere. Hoc est enim: Sepi aures tuas spinis. Conuertam me ad illum: Auarus es, pecuniam amas. Beatus esse vis, deum tuum ama. Pecunia te non facit beatum: Tu eam facis ornatum, non illa te beatum. Sed quia multum amas pecuniam, & video quia pergis, quod iusserit cupiditas, piger perge quod iubet charitas. Respice & vide quā multum interfit inter pecuniam tuam & deum tuum. Pulchrior est iste sol, quā pecunia tua, & tamen iste sol non est deus tuus. Porro si pulchrior est lux ista quā pecunia tua, quantū est pulchrior qui fecit hanc lucem? An forte comparare vis pecuniam tuam luci? Ecce becudit sol: ostende mihi pecuniam tuam. Nitet & nocte, subtrahit lucernam. Ecce diues es, Ostende mihi diuitias tuas. Iam

Math. 13.

Esaie. 10.

Math. 13.

Math. 22.

Math. 22.

Pecunia.

Psal. 10.

M

Math. 22.

Roma. 13.

Math. 25.

1. Cor. 15.

Ecclesiastici 22.

F

**G** iam si lumine priueris, iam si non habeas vnde quod habes videas, ubi sunt diuitiae tuae? Et sic tamen horrenda profunditas auaritia non patet oculis, & scetetur animis. Vidimus & cecos auaros. Dicatur mihi vnde auari sunt caeci qui non vident? Quod habet non habet, & tamen auarus est cecus: Quare? Quia credit se habere, auarus est: Fides eum facit diuitem: Credendo diues est, non videndo. Quanto melius cum fidem conuertit ad deum. Non vides quod possides, & deum tibi sic praedico: Nondum vides, ama & videbis. Amas pecuniam o caece, quam nunquam videbis. Cecus possides, cecus moriturus es, quod possides hic relicturus es. Non tenebas & quando videbas, quanto magis perdis, quia non videbas quod habebas. De deo quid tibi dicitur? Ecce hoc tibi dicit ipsa sapientia, Ama illam tanquam pecuniam. Indignum est, iniuriosum est, vt sapientia pecuniae comparatur, sed amori comparatur. Video enim hic vos sic amare pecuniam, vt iubente amore pecuniae labores suscipiatis, ieiunia toleretis, mare transcat, ventis & fluctibus vos committatis. Habeo vnde eligam quod ametis, sed non habeo quod addam ad amorem quo amat. Sic me amate, plus nolo me amari dicit dominus. Improbis loquor, auaris loquor. Pecuniam diligitis, tantum me diligite. Certe melior sum incomparabiliter. Nolo a vobis ampliore amorem. Quantum diligitis pecuniam, tantum me amate. Erubescamus saltem, confiteamur & pectora tundamus, non vt super peccata nostra patientum solidemus. Nam qui tundit pectus & non corrigitur, solidat peccata & non tollit. Tundamus pectus & caedamus nos, & corrigamur a nobis, ne ille postea nos caedat, qui magister est, diximus enim iam quid hic discatur, quare discatur. Quare iuisti in scholam, & vapulasti, & a parentibus ductus, & fugitans quaesitus, & inuentus attractus es, & adductus extensus es? Quare vapulasti? quare tanta mala in pueritia pertulisti, vt disceres? Quid disceres? Literas. Quare? Vt haberetur pecunia, aut vt compararetur honor, & teneret sublimitas dignitatis. Vide quia periturus es propter perituram rem. Perituram rem cum tanto labore didicisti in tantis poenis, & amabat te qui te ad poenas trahebat. Ipse qui te amabat, ipse te ad poenas trahebat vt vapulares, amando faciebat vt disceres. Quid? Literas. Bonum sunt literae? Bonae. Noui dicitur es mihi: Quare & vos episcopi literas non legistis? Quare non diuinas scripturas in ipsa literatura tractastis? Ita vero: sed non ad hoc didicimus literas. Non enim parentes nostri, quando nos in scholam mittebant: hoc nobis dicebat, discite literas vt habeatis vnde legere possitis codices dominicos. Nec ipsi Christiani filiis suis hoc dicunt. Sed quid? Discite literas. Quare? Vt sis homo. Quid enim? Modo pecus sum? Quod dico vt sis homo, hoc est, vt sis eminens inter homines. Vnde & illud prouerbum: Quantum habebis, tantus eris: vt habeas quantum cateri, aut quantum pauci, aut plusquam cateri, aut plusquam pauci, habeas inde honores, habeas inde dignitatem. Et ubi erunt ista omnia cum mors venerit? Quomodo stimulat, quomodo metus iste interpellat? Quomodo nome ipsum a me commemoratum omnium corda percussit? Quomodo timorem vestrum teste gemitu declarastis? Audiui, audiui, genuisti, mortem timetis. Si timetis, quare non cauetis? Mortem timetis. Quid timetis? Ventura est. Timeam an non timeam, venire habet: sera an cito, ventura est. Si timeas, non efficies vt non sit quod times. Illud potius time, quod si nolis, non erit. Quid? Peccare. Peccare time, quia si amaueris peccata, in aliam mortem irrues,

quod posses non venire, si non amares peccata. Modo autem peruersus plus amas mortem quam vitam? Absit, inquis. Quis est hominum qui plus amet mortem quam vitam? Forte conuincio te, quia plus amas mortem quam vitam. Ecce vnde te conuincio, Amas tunicam tuam, bonam eam vis: Amas villam tuam, bonam eam vis. Amas filium tuum, bonum eum vis. Amas amicum tuum, bonum eum vis. Amas domum tuam, bonam eam vis. Quid est quod etiam bonam vis habere mortem? Quotidie enim rogas, vt quoniam mors ventura est, bonam mortem tibi det deus, & dicit: Deus auertat a me malam mortem. Plus ergo amas mortem tuam quam vitam tuam. Mori male times, & male viuere non times. Corrige male viuere, time male mori, sed noli timere. Non potest male mori qui bene vixerit. Profertur confirmo, audeo dicere, Credidi propter quod locutus sum: non potest male mori, qui bene vixerit. Tam tu dicit tibi: num multi iusti naufragio perierunt? Certe non potest male mori, qui bene vixerit. Num multos iustos gladius peremit hostilis? Certe non potest male mori, qui bene vixerit. Num multos iustos latrones occiderunt? Num multos iustos bestiae lanauerunt? Certe non potest male mori, qui bene vixerit. Et ego respondeo. Haec enim tibi videtur mala mors, naufragio perire, gladio percussus, a bestiis laniari, mors mala tibi esse videtur. Nonne has mortes martyres subierunt, quorum natalicia celebramus? Quod genus mortis non subierunt? Et tamen si Christiani sumus, si in domo disciplinae nos esse meminimus, vel cum hic sumus, vel cum hic audimus, si exeuntes hinc non obliuiscimur, si meminimus quod hic audimus, nonne martyres beatificamus? Quare mortes martyrum, oculos carnis interroga. Male mortui sunt, oculos fidei interroga: Preciosa in conspectu domini, mors sanctorum eius. Quicquid ergo est quod exhorres in morte, omnino non exhorreas, si eos imitaris. Id age vt bonam vitam habeas, & quaecumque occasio fuerit, vt exeat de hoc corpore, exis ad requiem, exis ad beatitudinem, quae non habet timorem nec finem. Nam quasi bona mors diuitis in purpura & bysso, sed mala mors sitientis & inter tormenta guttae aquae desiderantis. Quasi mala mors iacentis pauperis ante ianuam diuitis, inter linguas canum, in fame & siti micas de mensa desiderantis. Mala mors, auersanda mors, finem respice: Christianus es, fidei oculum intende. Contigit mori inopem illum, & deferri ab angelis in sinum Abraham. Quid proderat diuiti sepulchrum marmoreum sitienti apud inferos? Quid oberant pauperi panni cum sanie vicerum eius requiescenti in sinu Abraham? Longe vidit eum requiescentem, quem contempserat iacentem. Modo elige mortem. Dic mihi, Quis bene mortuus est, quis male? Puto quia melius ille pauper, quam ille diues. An vis aromatibus sepeliri, & apud inferos sitire? Respondes: Absit a me. Puto quod hoc dices. Disce ergo bene mori, si didiceris bene viuere: Merces enim bonae vitae aeterna est. Qui discunt, Christiani sunt: qui audiunt & non discunt, quid ad seminantem? Seminantis manu non terret via, non terrent lapides, non spinas, iactat ille quod suum est. Qui timuerit ne cadat in terram malam, non peruenit ad terram bonam. E nos dicimus, spargimus semina, iactamus semina. Sunt qui continent, sunt qui reprehendunt, sunt qui irrident. Istos si nos timeamus, nihil habemus seminare, & in messe habemus elurire. Ergo veniat semen ad terram bonam. Scio quod qui audit & bene audit, deficit & proficit. Deficit iniquitati, proficit veritati. Deficit seculo, proficit deo.

**K** **L** **M** **Quis**

Que sit merces bonae vitae. Cap. II.

Qui sit verus Christianus. Cap. III. Matth. 13.

**A** Quis est enim magister qui docet? Non qualiscumque homo, sed Apostolus, plane apostolus, & tamen non apostolus: An vultis, inquit, experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Christus est qui docet, cathedram in caelo habet, vt paulo ante dixi. Schola ipsius in terra est, & schola ipsius corpus ipsius est. Caput docet membra sua, lingua loquitur pedibus suis. Christus est qui docet. Audiamus, timeamus, faciamus. Et ne contemnas ipsum Christum, quia propter te in carne natus est, pannis mortalitatis circumdatus: propter te esuriuit & sitiuit: propter te lassatus ad puteum sedit: propter te fatigatus in nauis dormiuit: propter te contumelias indignas audiuit: propter te a facie sua sputa hominum non abegit: propter te alapas in faciem suam accepit: propter te in ligno pendit: propter te animam effudit: propter te in sepulchro positus est. Haec omnia forte contemnis in Christo? Vis nosse quis sit? Recole Euangelium quod audisti, Ego & pater vnum sumus. Nos conuersi ad deum praecipua eius custodiamus, vt aeterna praemia ab ipso percipiamus, praestante eodem domino nostro Iesu Christo, Qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

Luc. 2. Matth. 4. Ioan. 4. Matth. 3. Matth. 26. & 27. Ioan. 10.

**B**

FINIS.

**DIVI AVRELI**  
LII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, De decem chordis liber.

De timendo diuino iudicio. Cap. I. Psal. 102.



**D**OMINVS & deus noster misericors & miserator, longanimis, & multum misericors, & verax, qui largiter praerogat misericordiam in praesenti seculo, tam seuerè minatur iudicium in futuro seculo. Verba quae dixi scripta sunt, & diuinis auctoritatibus continentur, quia misericors & miserator dominus, longanimis & multum misericors & verax. multum delectat omnes peccatores & amatores huius seculi, quia misericors & miserator dominus, quia longanimis & multum misericors. Sed si amas tam multa mitia, time tibi & vltimum quod ait, & verax. Si enim nihil aliud diceret, nisi misericors & miserator dominus, longanimis & multum misericors, quasi iam conuerteres te ad securitatem & impunitatem, & ad licentiam peccatorum, & faceres quod velles, vtereris seculo, vel quantum tibi permetteretur, vel quantum tibi libido iussisset. Et si quis te bene monendo obiurgaret atque terret, vt cohiberes te ab immoderato fluxu eundo post concupiscentias tuas, & deserendo deum tuum, inter medias voces obiurgantis obstiteres, impudenti quidem fronte, veluti audita diuina auctoritate, & legeres de libro dominico: Quid me terret de deo nostro? Ille misericors est, & miserator, & multum misericors. Ne talia homines dicerent, vnum verbum addidit in fine, quod ait, & verax: & excussit latitiam male praesumentium, & induxit timorem dolentium. Gaudemus ad misericordiam domini, sed timeamus ad iudicium domini. Parcit dum tacet. Tacet, sed non semper tacebit. Audi dum non tacet in verbo, ne non tibi vacet audire dum non tacebit in iudicio. Modo enim licet tibi causam tuam componere. Ante vltimum iudicium dei tui compone causam tuam. Non est vnde

Esai. 42. De coponenda causa est aduersario in hac breui vita. Ca. II.

praesumas cum ille venerit, nec falsos testes adduces quibus ille fallatur, nec patronos fraudulentis circumventionibus & linguis artibus adhibebis, nec ambies aliquo modo, vt iudicem possis corrumpere. Quid ergo ages apud talem iudicem, quem nec fallere nec corrumpere poteris, & tamen est quod agas? Tunc enim ipse erit iudex causae tuae, qui modo est testis vitae tuae, Clamauimus & laudauimus, componamus causam nostram. Qui testis est operum nostrorum, ipse testis est vocum istarum. Non sunt inanes, conuertantur ad gemitum. Tempus est concordandi cum aduersario tuo cito. Tam longanimis est deus videndo iniqua & non puniendo, vt tamen cito sit futurum iudicium. More quippe humanae vitae prolixum est, quod deo breue est. Sed & ipsi seculo & humano generi quod longe videtur, quid consolatur? Nunquid si totius generis humani vltimus dies longe est, vniuscuiusque dies vltimus longe est? Hoc dico, ex Adam multi anni euoluti sunt, multi anni fluxerunt, & deinceps fluunt, non quidem tam multi, sed tamen vsque in finem seculi transibunt anni, sicut & illi transierunt. Longum videtur quod restat, quanquam non erit tantum quantum transactum est, & tamen ex transacto praeterito tempore sperandus est finis reliqui temporis. Fuit tunc quidem dies qui diceretur hodiernus, ex illo vsque ad tunc hodiernum, nonne quicquid fuit futurum, praeteritum factum est? tale habetur ac si non fuerit. Sic erit quicquid restat extremum. Sed sit & hoc longum, sit prolixum, quantum putaueris, quantum dixeris, quantum cogitaueris, quantum tibi non format scriptura, sed fingit cogitatio, quantumuis diem iudicij prolonga, nunquid vltimum diem tuum, id est, vitae tuae quo exiurus es de hoc corpore producturus es in longum? Sit tibi senectus certa si potest, cui autem potest? Nonne ex quo homo incipit viuere, iam potest & mori? Possibilitatem mortis initium vitae facit. In hac terra & in genere humano ille solus mori nondum potest, qui nondum cepit viuere. Incertus ergo dies tanquam quotidianus sperandus est. Si autem tanquam quotidianus est incertus dies, componatur cum aduersario dum est tecum in via. Via enim vocatur haec vita, per quam omnes transeunt, & non recedit iste aduersarius. Quis autem est iste aduersarius? Aduersarius iste non est diabolus: nam nunquam te hortaretur scriptura vt cum diabolo concordares: Est ergo alius aduersarius, quem sibi homo facit aduersarium: nam ille si aduersarius esset, tecum in via non esset. At hic est tecum in via, vt concordet tecum: Scit enim, quia nisi in via secum concordaueris, iam tradet te iudici, iudex autem ministro, minister in carcerem. Eloquia ista euangelica sunt, recordantur nobiscum, vel qui legerunt, vel qui audierunt, Ergo quis est aduersarius? Sermo dei. Sermo dei aduersarius tuus est. Quare aduersarius tuus est? Quia contraria iubet quam tu facis. Dicit tibi, Vnus est deus tuus, vnum deum cole: Tu vis dimisso vno deo tuo tanquam legitimo viro animae, fornicari per multa daemona: & quod est grauius, non quasi aperte deferens & repudiens sicut apostate faciunt, sed tanquam manens in domo viri tui admittis adulteros, id est, tanquam Christianus dimittis Ecclesiam, consulis mathematicos, aut haruspices, aut augures, aut maleficos, quasi de viri domo non recedens adultera anima, & manens in eius coniugio fornicaris. Dicitur tibi, Ne accipias in vanum nomen dei tui. Ne existimes creaturam esse Christum, quia pro te suscepit creaturam, & tu contemnis eum qui aequalis est patri, & vnus

Matth. 5.

Quare sermo dei sit aduersarius noster. Cap. III. F.

Exod. 20.

& vnus

**G** & vnus cum patre. Dicitur tibi vt spiritualiter obserues sabbatum, nō quomodo Iudæi obseruant sabbatum, carnali ocio: Vacare enim volunt ad nugas atque luxurias suas. Melius enim faceret Iudæus in agro suo aliquid vtile, quā in theatro seditiosus existeret. Et melius femine eorum die sabbati lanam facerent, quā tota die in Neomeniis suis impudice saltarent. Tibi autem dicitur vt obserues spiritualiter sabbatū, in spe futuræ quietis, quā tibi promittit dominus. Quisquis autem propter illam quietem futuram agit quicquid potest, quantum laboriosum videatur quod agit, tamen si ad fidem promissæ quietis id refert, nondum quidem sabbatum habet in re, sed habet in spe. Tu autē ad hoc vis requiescere vt labores, cum ad hoc debeas laborare, vt requiescas. Dicitur tibi, Honora patrem tuum & matrem tuam: contumeliam irrogas parentibus, quā non vis pati à filiis tuis. Dicitur tibi, Non occides: Tu autem occidere vis inimicum tuum. Et ideo forte non facis, quia times iudicem hominem, nō quia cogitas deum: Ignoras quia ille testis est cogitationum: Illo viuo quem vis mori, te homicidam tenet in corde. Dicitur tibi, Non mœchaberis, id est, non ibis ad aliquam aliam præter vxorem tuam: Tu autem exigis hoc ab vxore, & non vis reddere hoc vxori. Et cum debeas in virtute præcedere vxorem, quoniam castitas virtus est, & tu sub vno impetu libidinis cadis, & vis vxorē tuam vidtricem esse, tu victus iaces. Et cum tu caput sis vxoris tuæ, præcedet te ad deum, cuius caput es. Vis domum tuam capite deorsum pendere: Caput enim mulieris est vir. Vbi autem melius viuit mulier quā vir, capite deorsum pendet domus. Si caput est vir, melius debet viuere vir, & præcedere in omnibus bonis factis vxorem suam, vt illa imitetur virum & sequatur caput suum. Quomodo caput Ecclesiæ Christus est, & hoc iubetur Ecclesiæ vt sequatur caput suum, & vt per vestigia ambulet capitis sui, sic vniuersusque domus habet caput virum, & tanquam carnem feminam. Quod caput ducit, illuc debet sequi corpus. Quare ergo vult caput ire, quod non vult vt corpus sequatur? Quare vult ire vir quod nō vult vt sequatur vxor? Hæc iubendo sermo dei aduersarius est. Nolunt enim homines facere quod vult sermo dei. Et quid dicam? Quia aduersarius est sermo dei, quoniam iubet. Timeo ne ego ipse aduersarius sim quibusdam, quia hæc loquor. Quid ad me pertinet? Fortem me faciat qui terret vt loquar, vt non timeam querelas hominum. Nam qui nolunt castitatem seruare vxoribus suis & abundant, tales nolūt me ista dicere. Sed velint nolint, diciturus sum. Si enim vos non exhortor vt cum aduersario concordetis, ego cum illo in lite remanebo. Qui vobis iubet vt faciatis, ipse nobis iubet vt loquamur. Si non faciendo quod iubet vt faciatis, aduersarij eius estis: non dicendo quod iubet vt dicamus aduersarij eius remanebimus.

**H** Nunquid in cæteris quæ supra dixi multis immoratus sum? Hoc enim præsumimus de charitate vestra, quia vñ deum colitis, hoc præsumimus de fide catholica quæ in vobis est, quia filium dei æqualem patri creditis, nec in vanum accipitis nomen domini dei vestri, vt putetis creaturam esse filium dei, Quoniam omnis creatura vanitati subiecta est. Sed creditis eum æqualem patri esse, deum de deo, verbum apud deum, verbū deum per quod facta sunt omnia, lumen de lumine, cœternū illi qui genuit, vñ cum illo qui genuit: & hoc verbum creditis assumpsisse creaturam de virgine Maria assumpsisse mortalitatem, & passum fuisse pro nobis: ea legimus & credimus vt saluemur, nec in eo immoratus sum, vt

quicquid facitis, pro spe futura faciatis. Noui enim omnium Christianorum mentes de futuro seculo cogitare. Qui enim de futuro seculo non cogitat, nec propterea Christianus est, vt id quod in fine deus promittit accipiat, nondū Christianus est. Neq; in eo immoratus sum, vt dicit sermo dei: Honora patrem tuum & matrem tuam. Multi enim honorant parentes, & raro inuenimus parentes conquerentes de improbitate filiorum, quantum non desint: sed tamen quā raro fit, tam breuiter monendum fuit. Neque in eo vbi dictum est: Non occides, immorari volui, nō enim credo hic turbam esse homicidarum. Illud vero malum late serpens plus occupauit, & in eo vehementius irritatur aduersarius ille, qui ideo clamat, vt sit aliquando amicus. Querelæ quotidianæ sunt, quāquam ipsæ femine nec iam audent conqueri de viris suis. Ita inuadens omnia cōsuetudo, pro lege obseruatur, vt iam & mulieribus forte persuasum sit, licere hoc viris, nō licere mulieribus. Solent enim audire ad ductas esse mulieres ad forum quæ forte cum seruis inuentæ sunt: adductum virum ad forum, quia inuentus est cum ancilla sua, nunquam audierunt, cum sit per peccatum. In peccato pari innocentiorem facit videri virum, non diuina veritas, sed humana pueritas. Et si forte hodie acriorem quisquam passus fuerit vxorem suam, & liberius murmurantem, cui iam videbatur quia licebat viro, & audiuit in Ecclesia quia non licet viro. Si ergo passus fuerit vxorem suam liberius iam vt dixi murmurantem & dicentem sibi non licet quod facis simul audiuius, Christiani sumus, q; à me exigis, redde mihi: Fidem tibi debeo, fidem mihi debes, fide Christo ambo debemus: & si me fallis, eum non fallis cuius sumus, non fallis eum qui nos emit. Hæc atque huiusmodi audiens ille quæ non solet, dum non vult in se fieri sanus, in me fit insanus, irascitur, maledicit, fortassis etiā dicit: quomodo factum est vt huc ille veniret, aut vxor mea ipso die in Ecclesiam procederet? Et hoc credo quod in cogitatione sua dicat: nam libere erumperē in vocem non audet, nec ante solam vxorē suam. Fortassis enim si sic eruperit & hoc dixerit, potest illa respondere & dicere: Quare maledicis, cui pauloante acclamabas? Certe coniuges sumus, cum lingua tua discordas mecum, concorditer quomodo viuere poteris? Nos fratres pericula vestra intuemur, non voluntates vestras attendimus: nam & medicus si voluntatem ægri attendat, nunquam illum curat. Quod non est faciendum, non fiat, quod prohibet deus, non fiat. Qui deo credit, ab ipso audit quod dicimus. Certe melius erat quibusdam nolentibus corrigi, vt vel huc nō veniremus, si ista dicituri eramus, vel quia iam venimus nō ea diceremus. Nudiustertiano die meminimus me dixisse sanctitati vestræ quia si citharædi essemus, aut huiusmodi aliquid populariter exhibentes pro studiis nugacitatis vestræ, quæ iam quæsumus vt relinquatis, tenuisset nos vt daremus vobis diē, & quisquis pro modulo suo conferret mercedem. Quare ambularem delectati vanis canticis, nulli rei profuturus, ad tempus dulcibus, in posterum amaris? Talibus etenim turpitudinibus cantionum animi humani illecti enervantur & decidunt à virtute, defluentes in turpitudine, & propter ipsas turpitudines postea sentiunt dolores, & cum magna amaritudine digerunt quod cum dulcedine tēporali biberunt. Melius ergo nos amara vobis cantamus ad tempus, quæ postea dulcescant in vobis: nec mercedem aliquam exigimus, nisi vt faciatis quæ dicimus: imō non faciatis, si dicimus nos. Si autem omnibus ille dicit qui neminem timet, & per quem fit nomine

K  
Exod. 20.

L  
I  
M

**A** mine ipsius, & in gloria misericordiæ ipsius, vt & nos neminem timeamus, omnes audiuimus, omnes faciamus, omnes cum nostro aduersario concordemus. Putate me citharædum esse, quid vobis possum amplius canere? Ecce psalterium fero, decem chordas habet, hoc vos pauloante cantastis antequā inciperem loqui, chorus meus vos fuitis. Nōne vos pauloante cantastis: Deus canticum nouum cantabo tibi, in psalterio decem chordarū psallam tibi! Ipsas autem decem chordas modo percutio. Quare amara est vox psalterij dei? Psallam tibi in psalterio decem chordarum? Non vobis hoc canto quod vos non faciatis. Decalogus enim legis decem præcepta habet, quæ decem præcepta sunt sic distributa, vt tria pertineant ad deum, septem pertinent ad homines. Tria ad deum, quæ iam dixi, Vnus est deus noster, ei nullam similitudinem debemus facere, & non fornicari post deum, qui vnus est, qui deus, & Christus filius dei vnus est cum patre. Et ideo non debet à nobis accipi in vanum, vt putemus eum factum, id est, creaturam aliquam, per quem facta sunt omnia, quia ipse est vnus deus pater & filius & spiritus sanctus. In spiritu sancto, hoc est, in dono dei, requies nobis sempiterna promittitur: In dono pignus accipimus. Sic enim dicit Apostolus, Qui dedit nobis pignus spiritum. Si pignus accipimus vt incipiamus in domino & in deo nostro esse tranquilli, vt simus in deo nostro mites, simus in deo patientes, erimus etiam in illo vnde pignus accipimus, in æternum quieti, quod erit sabbatum sabbatorum propter ipsam requiem pertinentem ad donū spiritus sancti. Tertium itaque præceptum de sabbato, quod diximus, quod carnaliter Iudæi celebrant, nos spiritualiter agnoscamus. Nam quia spiritus sanctus septiformis dicitur, propterea septimum diem sanctificauit quando fecit omnia opera sua, sicut in Genesi scriptum legimus, non ibi habes nominatam sanctificationem, nisi illo die vbi dicitur, Requieuit deus ab omnibus operibus suis. Non enim fatigatus erat deus vt diceretur, requieuit deus ab omnibus operibus suis: sed in illo verbo tibi laboranti requiem promissit: vt quia fecit omnia bona valde, & sic dicitur, requieuit deus, vt intelligas etiam te post bona opera requieturum, & sine fine requieturum. Nam omnia superiora quæ dicta sunt, id est, dies superiores habent vesperam, septimus iste dies non habet vesperam, vbi deus sanctificauit requiem.

De diuisione decalogi: Et de præceptis ad deū pertinentibus Cap. V. Psal. 32.

Ioan. 1.

1. Cor. 11. & 5.

Gene. 2.

De septē decalogi chordis ad proximi spectantibus. Cap. VI. Matth. 22.

**B** Dicitur tibi, Factum est mane: vt fieret dies sine fine. Sic incipit ergo requies nostra quasi mane, sed non finitur, quia in æternum viuemus. Ad hanc spem quicquid facimus, si facimus, sabbatū obseruamus. Ipsa tertia chorda huius decalogi, id est, psalterij decachordi, in tribus enim chordis ad deum pertinent præcepta. Si diceretur nobis, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & de proximo nostro nihil diceretur, non esset decachordum, sed trichordum. Quia vero addidit dominus, Et diliges proximum tuum tanquam teipsum: & contexit dicens, In his duobus mandatis tota lex pendet & propheta. Tota lex in duobus præceptis est, dilectione dei, & dilectione proximi. Ad duo itaq; præcepta, id est, ad dilectionem dei & proximi pertinet decalogus. Ad primum præceptum tres chordæ pertinent, quia deus trinitas. Ad alterum vero præceptum, id est, ad dilectionem proximi, septem chordæ, quomodo viuatur inter homines. Nā ipse numerus septenarius tan-

quam septem chordarum incipit ab honore parentum, D Honora patrem tuum & matrem tuam. Ad parentes enim suos homo aperit oculos, & hæc vita ab eorum amicitia sumit exordium. Quisquis autem suis parentibus non defert honorem, quibus parcere poterit? Et dicit Apostolus, Honora patrem tuum & matrem tuam, hoc est primum mandatum. Quomodo primum, quando quartum mandatum est, nisi quia in septenario numero est primum? Ad dilectionem proximi primum est in secunda tabula: nam ideo due tabulæ legis datæ sunt. Deus enim famulo suo Moyfi in monte duas tabulas dedit, in quibus duabus tabulis lapideis conscripta erant decem præcepta legis, quod est psalterium decem chordarum. Tria in vna tabula ad deum pertinentia, septem in altera tabula ad proximum. In altera ergo tabula primum est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundum, Non mœchaberis. Tertium, Non occides. Quartum, Non furaberis. Quintum, Non falsum testimonium dices. Sextum, Non concupisces vxorem proximi tui. Septimum, Non concupisces rem proximi tui. Hæc iungamus illis tribus ad dilectionem dei pertinentibus, si in psalterio decem chordarum volumus cantare canticum nouum. Audiatur enim charitas vestra vt dicam vel quod deus suggererit. Accipit legē populus Iudæorum: ista in decalogo nō obseruauit. Et quicumque obtemperabant, timore obtemperabant poenā, non amore iustitiæ: portabant psalterium, non cantabant. Cantanti enim voluptas, timenti onus est. Ideo vetus homo, aut nō facit, aut timore facit, non amore sanctitatis, non delectatione castitatis, non temperantia, charitatis, sed timore. Vetus enim homo est, & vetus homo vetus canticum cantare potest, non nouum. Vt autē cantet canticum nouum, sit nouus homo. Quomodo autem possit esse nouus homo: audi non me sed Apostolum dicentem, Exuite vos veterem hominem, & induite nouum. Et ne quis putaret, cum dixit, Exuite vos veterem hominem & induite nouum: aliquid deponendum esse, & aliquid accipiendum, cum de mutando præcipere homine: subiecit & ait, Quapropter deponentes mendacium, loquimini veritatem. Hoc est quod ait, Exuite veterem hominem & induite nouum: hoc dixit, mutate mores: seculum diligebatis, deum diligite. Nugatoria iniquitatis, temporales voluptates diligebatis, proximum diligite. Si dilectione facitis, nouum canticum cantatis. Si timore facitis, facitis tamen, portatis quidem psalterium, sed nondum cantatis. Si autem nec faciatis, proicitis ipsum psalterium. Melius est tamen portare, quā proicere. Sed rursus, melius est cum voluptate cantare, quā cum onere portare. Nec peruenit ad canticum nouum, nisi iam cum voluptate cantans. Nam qui portat cum timore, adhuc in vetustate est. Et quid est fratres quod dico, attendite. Non concordauit cum aduersario suo, qui cum timore adhuc facit: Timet enim ne veniat deus & damnet illum. Nam nondum delectat castitas, nondum illum delectat iustitia, sed iudicium dei formidans à factis temperat: nondum concupiscentiam ipsam damnat, quæ fauit in eo: nondum illum delectat quod bonum est: nondum ibi habet suauitatem vt cantet canticum nouum, sed de vetustate poenas timet: nondum concordauit cum aduersario. Tales enim homines plerumque supplantantur tali cogitatione, vt dicant sibi: si fieri posset, non nobis minaretur deus, non talia per prophetas suos diceret quæ homines detererēt, sed antequam veniret, daret omnibus indulgentiam, ignosceret omnibus

Exod. 20.

Ephes. 6.

Exod. 31.

E  
De cantantibus in decachordo, portantibus eū & proiciētibus. Cap. VII.

Ephes. 4.

Matth. 5.

De hominis cum deo concordia, & de duplici imagine. Cap. VIII.

32. q. 6. Non mœchaberis

Ephes.

Quare sermonis dei recitator aduersarius indicent. Cap. III.

Roma. 8.



G omnibus, postea veniret, neminem mitteret in gehennam. Iam quia iniquus est, iniquum vult esse deum. Vult te deus facere similem sui, & tu conaris deum facere similem tui. Placeat tibi ergo deus qualis est, non qualem illum esse vis. Perieris enim es, & talem vis esse deum qualis es, non qualis est. Si autem placeat tibi qualis est, corrigere, & diriges in eam regulam cor tuum, à qua nunc alienus distortus es. Placeat tibi deus qualis est, amia qualis est: non te amat qualis es, sed odit te qualis es. Ideo tui miseretur, quia odit te qualis es, ut faciat te qualis nondum es. Faciat te dixi qualis nondum es: nam illud tibi non promittit, quia faciet te qualis est. Nam eris qualis est, sed ad quendam modum, id est, imitator dei velut imago, sed non qualis imago est filius: nam etiam imagines in hominibus diuersae sunt: Filius hominis habet imaginem patris sui, & hoc est quod pater eius, quia homo est sicut pater eius. In speculo autem imago tua non hoc est quod tu: aliter est enim imago tua in filio, aliter in speculo. In filio est imago tua secundum aequalitatem substantiae, in speculo autem quam longe est à substantia, & tamen est quaedam imago tua, quantum non talis, qualis in filio tuo secundum substantiam: sic in creatura, non hoc est imago dei quod est in filio, qui hoc est quod pater, id est, verbum dei, per quod facta sunt omnia. Recipe ergo similitudinem dei quam per mala facta amisti. Sicut enim imago in nummo imperatoris aliter est, & aliter in filio: nam imago & imago est, sed aliter impressa est in nummo, aliter in filio, aliter in solido aureo imago imperatoris. Sic & tu nummus dei es, ex hoc melior, quia cum intellectu, & cum quadam vita nummus dei es, ut scias etiam cuius imaginem geras, & ad cuius imaginem factus sis: nam nummus nescit se habere imaginem imperatoris. Ergo ut dicere coeperam, odit te deus qualis es, sed amat te talem qualem te esse vult, & ideo ille te ut materis hortatur. Concorda cum illo, & incipe primo bene velle, & odisse te qualis es: hoc sit tibi initium concordiae cum sermone dei, ut incipias primo tu odisse te qualis es. Cum coeperis & tu odisse te talem qualis es, sicut te talem odit deus, incipis iam ipsum diligere deum qualis est. Aegrum attendite. Aeger aegrotantem se odit qualis est, inde incipit concordare cum medico, quia & medicus odit eum qualis est. Nam ideo vult sanum esse, quia odit eum febrientem, & est medicus febris persecutor, ut sit hominis liberator. Sic auaritia, sic libido, sic odium, concupiscentia, luxuria, sic nugacitas spectaculorum, febres sunt animae tuae, debes illas odisse cum medico tuo: ita concordas cum medico, niteris cum medico, & libenter audis quod iubet medicus, libenter facis quod iubet medicus, & proficiente iam sanitate incipiunt etiam iam delectare praecipua. Quam onerosus est cibus aegris quando reficiuntur, & peiorem horam reputant aegri refectionis suae quam suae accessionis, & tamen cogunt se concordantes cum medico, & quantum inuiti & obliuantes vincunt se ut aliquid accipiant: quanta auaritate sani maiora percepturi sunt, vnde aegri minora vix accipiunt. Sed vnde hoc factum est? Quia oderant febrem suam, & cum medico concordauerunt, & simul persequebantur febrem medicus & aegrotus. Cum ergo & nos talia dicimus, non odimus nisi febres vestras, imò in nobis ipsis sermo dei febres nostras odit, cum quo concordare debetis. Nam nos quid sumus nisi liberandi vobiscum, sanandi vobiscum? Modo non me intueamini, sed sermonem dei. Nolite irasci medicamento vestro, non in-

ueni enim aliud quàm transire. Veni ad quintam chordam homo: qui tango psalterium decem chordarum, nunquid praetermissurus eram quintam? Imò assidue percussurus, in illa enim video iacere penè totum genus humanum, in illa video plus laborare. Ipsam percutiendo quid dico? Nolite mœchari post vxores vestras, quia non vultis ut mœchentur post vos vxores vestras. Nolite ire vos quod eas sequi non vultis. Sine causa vos excusari conamini, quando dicitis, Nunquid eo ad vxorem alienam ad ancillam meam eo. Vis ut dicat vxor tua tibi: nunquid eo ad virum alienum? ad seruum meum eo. Dicis, non est vxor aliena ad quam vado. Nunquid vis dicatur tibi, non est vir alienus ad quem vado? Abiit ut dicat hoc illa. Melius enim dolet te quam imitetur te. Illa enim casta & sancta femina & vere Christiana, quae dolet fornicantem virum, & nō dolet propter carnem, sed propter charitatem: non ideo vult ut non facias, quia & ipsa non facit, sed quia tibi non expedit. Nam si propterea non facit ut tu non facias, si feceris, faciet. Si autem deo illud debeat, si Christo illud debeat quod tu exigis, & ideo reddit, quia iubet iste, & si fornicatur vir, castitatem femina illa deo exhibet. Christus enim loquitur in cordibus bonarum feminarum, loquitur intus ubi non audit vir, quia nec dignus est si talis est. Loquitur ergo ille interius & dicit, & filiam suam consolatur huiusmodi verbis: De iniuriis viri tui torqueris: quod tibi enim fecit, dole, sed ipsum noli imitari ut male facias, sed ipse te imitetur in bono. Nam in eo quod male facit, noli eum putare caput tuum, sed time me deum tuum. Nam & si in eo quod male facit caput est, & secuturum est corpus caput suum, eunt ambo per praecipua. Ut autem nō sequatur malum caput suum, teneat se ad caput Ecclesiae Christum, huic debet castitatem suam, huic deferet honorem suum: absens sit vir, praesens sit vir, non peccet illa, quia nunquam est absens cui debet ut non peccet. Haec ergo fratres mei facite, ut possitis concordare cum aduersario: nec amara sunt quae dico, aut si amara sunt, curant. Potio ista si amara est, accipiat: quia in periculo sunt viscera, amara est, bibatur. Melius est modica amaritudo in faucibus, quam aeternum tormentum in visceribus. Mutate ergo vos: Quicumque non faciebatis hoc bonum castitatis, iam facite. Nolite dicere, non potest fieri. Fœdum est fratres mei, turpe est, ut vir dicat, non posse fieri quod facit femina. Scelus est ut vir dicat, non possum. Quod potest femina, vir non potest? Quid enim illa, carnem non portat? Prior à serpente decepta est. Casta vxores vestra ostendunt vobis, fieri posse quod non vultis facere, & dicitis fieri non posse. Sed forte dices, ideo illam facilius facere posse, quia multa illi custodia est, legis praecipuum, diligentia maritalis, terror etiam legum publicarum, est etiam verecundia & pudoris illius magnū munimentum. Multae custodiae faciunt feminam castam, virum castum faciat ipsa virilitas. Nam ideo mulieri maior custodia, quia maior infirmitas. Illa erubescit viro, tu non erubescis Christo. Tu liberior, quia fortior, quia facile vincis, ideo tibi commissus es. Super illam & diligentia viri, & terror legum, & consuetudo morum, & verecundia maior, & deus super te tantum deus. Inuenis enim facile pares viros, quibus non timeas erubescere, quia faciunt id multi. Et tanta est peruersitas generis humani, ut aliquando metuendum sit ne castus erubescat inter impudicos. Ideo nō cesso tangere istam quintam chordam propter ipsam peruersam consuetudinem & labem totius, ut dixi, generis humani. Si quis

K

De quinta chorda, f. de mœchando: &amp; de viris, adulteris Cap. IX.

Psal. 17.

De peccato fornicationis. Caput. X.

A inter vos faciat homicidium, quod auertat deus, pellere est vultis de patria, & continuo si fieri potest excludere. Si quis faciat furtum, odistis illum, nec videte vultis. Si quis dicat falsum testimonium, abominamini, nec vobis homo videtur. Si quis concupiscat alienas res, raptor & iniustus deputatur, si quis voluntatur cum ancillis suis, amatur, blande accipitur, conuertuntur vulnera in ioca. Si quis autem existat qui dicat se castum, non facere adulterium, notum autem sit quod non faciat, erubescit accedere ad illos non sui similes, ne insultent, ne irrideant, ne dicant non esse virum. Ad hoc delapsa est humana peruersitas, ut vir habeatur à libidine victus, & vir non habeatur victor libidinis. Triumphantes exultant, & non sunt viri, iaceant prostrati & viri sunt. Si spectares, ille tibi videretur fortior, qui iam iaceret sub bestia, quam si perimeret bestiam? Sed quia dissimulatis à pugna interiore, & delectant vos pugnae exteriores, ideo non vultis pertinere ad canticum nouum, ubi dicitur, Qui docet manus meas ad praesidium, & digitos meos ad bellum. Est enim bellum quod secum agit homo dimicans contra concupiscentias malas, frenans auaritiā, elidens superbiam, suffocans ambitionem, trucidans libidinem. Has pugnas facis in occulto, & non vincis in aperto. Ad hoc docentur manus vestrae ad praesidium, & digiti vestri ad bellum. Non est hoc in spectaculis vestris. In illis spectaculis non idem est venator quod citharista: aliud agit venator, aliud citharista. In spectaculo dei vnum est. Tange easdem decem chordas & feras occides, vtrunque simul facis. Tangis primam chordam, qua conlucit vnus deus, cecidit bestia superstitionis. Tangis secundam, qua non accipis nomen dei tui in vanum, cecidit bestia erroris nefandarum haeresum, quae id putauerunt. Tangis tertiam chordam, ubi pro se futurae quietis facis quicquid facis, interficitur crudelior ceteris bestiis, amor seculi huius. Propter enim amore seculi huius laborant homines in omnibus negociis: Tu autem in omnibus bonis operibus tuis laboras, non propter amorem seculi huius, sed propter requiem sempiternam, quam promittit deus. Vide quomodo vtrunque simul facis, & chordas tangis, & bestias occidis, id est, & citharista es & venator. Non nos delectant talia spectacula, ubi non promeremur oculos aeditoris, sed oculos redemptoris. Honora patrem tuum & matrem tuam, tangis quartam chordam, ut honorem parentibus deferas, cecidit bestia impietatis. Non mœchaberis, tangis quintam chordam, cecidit bestia libidinis. Non occides, tangis sextam chordam, cecidit bestia crudelitatis. Non furtum facies, tangis septimam chordam, cecidit bestia rapacitatis. Non falsum testimonium dices, tangis octauam chordam, cecidit bestia falsitatis. Non concupisces vxorem proximi tui, tangis nonam chordam, cecidit bestia adulterinae cogitationis. Aliud enim est non facere aliquid tale praeter vxorem: aliud non appetere alienam vxorem. Ideo duo praecipua sunt, non mœchaberis, & non concupisces vxorem proximi tui. Non concupisces rem proximi tui, tangis decimam chordam, cecidit bestia cupiditatis. Ita cadentibus omnibus bestiis, securus & innocens in dei dilectione & humana societate versaris, tangens chordas decem quot bestias occidis. Nam multa capita sunt sub istis capitibus. In singulis chordis non singulas bestias, sed greges interficis bestiarum. Sic ergo canticum nouum cum amore, non cum timore cantabis. Noli dicere tibi, quando forte te aliquid luxurianter vis agere, vxorem non habeo, facere possim quod volo: non enim post vxorem meam

Tomus nonus.

pecco. Iam nostri precium tuum, iam nostri quod accedis, D quid manduces, quid bibas, imò quem mādūces, quem bibas. Abstine te à fornicationibus. Ne forte mihi dicas, ad fornicem vado, ad meretricem pergo, ad prostitutam eo, nec illud praecipuum violo quod dictum est, Non mœchaberis: quia vxorem nondū habeo, nec possi illam aliquid facio: nec illud praecipuum violo, ubi dictum est, Non concupisces vxorem proximi tui. Qui ad publicam vado, in quod praecipuum incurrō? Nō inuenimus chordā quā tāgamus, non inuenimus chordā, quo neruo ligemus fugitiuum istum? Non fugiat, habet vnde ligetur, sed amet te. Non enim ligamentum, sed ornamentum in ipsis decem chordis inuenimus. Decem enim praecipua ad duo illa referuntur, sicuti audiuius, ut diligamus deum & proximum, & duo illa ad vnum illud: Vnum est autem, Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris: Ibi continentur decem, ibi continentur duo. Sed dicis furtum si faciam, id facio quod pati nolo. Si occidam, id facio quod ab altero pati nolo. Si parentibus meis honorem non deferam, quando volo ut deferatur mihi à filiis meis, id facio quod pati nolo. Si sim mœchus & aliquid tale moliar, id facio quod pati nolo. Nam si quis interrogetur, dicit, Nolo ut vxor mea tale aliquid faciat. Si concupisco vxorem proximi mei, nolo quisquam concupiscat meam, id facio quod pati nolo. Si concupisco rem proximi mei, nolo ut aufferatur mea, id facio quod pati nolo. Cum vero ad meretricem eo, cui facio quod pati nolo: quod grauius est ipsi deo. Intelligat sanctitas vestra: Etenim quod fieri tibi nō vis, alij ne feceris, ad duo praecipua pertinet: quomodo pertinet ad duo praecipua, si homini nō feceris quod pati non vis ab homine. Ad proximi praecipuum pertinet, ad dilectionem proximi, ad septē chordas. Si autem quod non vis pati ab homine, ipsi deo vis facere, quid est hoc, nō facis alteri quod pati non vis. Charior factus est tibi homo quam deus? Ergo quomodo facio, inquis, ipsi deo? Corruptis te ipsum. Et vnde iniuriam facio deo, quia corumpo me ipsum? Vnde tibi facit iniuriam qui voluerit forte lapidare tuam tabulam pictā, in qua tabula imago tua est in domo tua inaniter posita ad vanum honorem tuum, nec sentiens, nec loquens, nec videns? Si quis illum lapidet, nōne in te esse contumeliam factam attendis? Cum vero imaginē dei, quod es tu, corumpis in te per fornicationem & per diffluentias libidinis, attendis quia ad nullius vxorem accessisti, attendis quia post vxorē tuā nihil fecisti, quia vxorem non habes, & non attendis per libidines illicitas fornicationis, cuius imaginem violasti. Postremo deus qui cit quid tibi vile sit, qui vere sic suos gubernet ad vtilitatem illorum, non ad suam: non enim indiget seruis quasi ad adiutorium, sed tu indiges domini auxilio. Ipse ergo dominus qui scit quid tibi sit vile, vxorem concessit, nihil amplius. Hoc iussit, hoc praecipit, ne per illicitas voluptates corruat templum eius, quod esse coepisti. Nunquid hoc ego dico? Apostolum audite, Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Si quis templum dei corruerit, corrumperet illum deus. Videtis quomodo minatur. Non vis corrumpi domum tuam, quare corumpis domum dei? Certe non facis alicui quod pati nō vis. Nō est ergo quā euadatur. Tenetur ille qui se teneri non putabat. Omnia enim peccata hominum, aut ad corruptelam pertinent flagitiorum, aut ad facinora nocendi. Quia deo nocere non potes in facinoribus, in flagitiis eum offendis, in corruptelis illum offendis, in te illi facis iniuriam, Facis enim

Exod. 20.

Tobias. 4.

Tobias. 4.

F

1. Cori. 3.

G enim iniuriam gratia ipsius, domini ipsius. Si seruum si haberes, velles vt seruire tibi seruus tuus. Serui tu meliori domino deo. Seruum tuum non tu fecisti, & te & seruum tuum ille fecit. Vis vt tibi seruiat cum quo factus es, & no vis seruire ei a quo factus es. Ergo cum vis vt seruiat tibi seruus tuus homo, & tu non vis seruire domino deo, facis deo quod tu pati no vis. Ergo illud vnu praeceptum continet duo, illa duo continent decem, illa decem continent omnia. Cantate ergo in psalterio decem chordarum canticum nouum. Vt aut cantetis canticum nouum, estote homines noui. Diligite iustitiam, quia habet pulchritudinem suam. Ideo non vultis illam videre, quia aliud amatis. Nam si aliud non amaretis, ea vtique videretis. Quare illam videtis, quando illa exigitis? Illam exigitis, quare laudas fidem, quando illam exigitis de seruo tuo? Quam pulchra res est fides, sed tunc pulchra est, quando de seruo exigitur: tunc videtur quando ab altero expeditur: quando de te exigitur, non videtur. Aurum vides, fidem no vides. Sicut lucet aurum ad oculos corporis, sic lucet fides ad oculos cordis. Aperis ad illam oculos cordis, quando vis vt exhibeat illam tibi seruus tuus. Si tibi illam exhibuerit, laudas seruum tuum, & praedicas eum & dicis, Praclarum seruum habeo, magnum seruum habeo, fidelem seruum habeo, Quod laudas in seruo, non exhibes domino: & eo sceleratius, quia vis vt meliorem tu habeas seruum quam te deus. Iubet deus seruo tuo, vt bono sit erga te: quomodo iubet vxori tuae, vt & si tu moechaberis, non moechetur: sic iubet seruo tuo, vt & si tu non seruis deo, seruiat tibi. Sed hoc totum vide, vt ad monitionem tua valeat, non ad perniciem tuam. Etenim seruus ille quod tibi seruit indigno digne, id est, quod indigno tibi bene seruit, & fideliter seruis, & pure te diligit, deo debet non tibi. Iustus est ergo vt tu attendas, quia sub domino es ad quem & ille attendit, vt seruiat tibi. Imple ergo quod dictum est, Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris. Sed ipsum alij cum dicis, vt runque attende, & proximum & deum. Canta in psalterio, decem chordarum, canticum nouum, concorda cum sermone dei, cum est tecum in via. Concorda cum aduersario tuo cito, ne cum discordia venias ante iudicem. Si facis quod audis, concordaisti cum eo: si autem non facis, rixaris cum eo, & nondum composuisti quousque facias. Vt autem concordetis, abstinetes vos a detestabilibus corruptelis, & a detestabilibus inquisitionibus, a mathematicis, ab haruspiciibus, a fortilegis, ab auguribus, a sacrilegis: abstinete vos quantum potestis a nugatoriis spectaculis. Si quae delectationes seculi subrepunt in anima, exercete vos in misericordia, exercete vos in eleemosynis, ieiuniis, in orationibus. His enim purgantur quotidiana peccata, quae non possunt nisi surripere in animam, propter fragilitatem humanam. Noli illa continere, quia minora sunt, sed time, quia plura sunt. Attendite fratres mei, minuta sunt, non sunt magna. Non est bestia quasi leo, vt vno morsu guttur frangat, sed bestia plerumque minuta multae necant. Si proiciatur quisque in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quae etiam minutissimis bestiis interiri potest. Sic & modica peccata attendite, quia modica sunt: & caute, quia plura sunt. Quam minutissima sunt grana arenae, si arenae amplius in nauem mittatur, mergit illam vt pereat. Quam minutae sunt guttae pluuiae, nonne flumina implent, & domos deiiciunt? Ergo ista nolite contemnere. Sed dicturi estis: & quis potest sine istis? Ne hoc diceretis quae habere ne-

mo potest, deus misericors videtis nostram fragilitatem; posuit contra remedia. Quae sunt remedia? Eleemosynarum, ieiuniorum, & orationum, ipsa sunt tria. Vt autem verum dicas in oratione, perfecta implenda sunt eleemosynae. Quae sunt perfecte eleemosynae? Vt ex quo tibi abundat, des ei qui non habet: & cum te laedit aliquis, ignoscas illi. Sed ne putetis fratres, quia facienda sunt quotidie adulteria, & eleemosynis quotidianis mandanda sunt: ad illa scelera maiora non sufficiunt quotidiana eleemosynae, vt ea mudent. Aliud est vbi nitentes vitam, aliud est vbi tolentes vitam. Illa mutanda est: Si moechus eras, noli esse moechus. Si fornicator eras, noli fornicari. Si homicida, noli homicida esse. Si ibas ad mathematicum, & ad caeteras pestes sacrilegas, iam desine. Arbitraris haec, nisi fieri desinant, quotidianis eleemosynis posse mundari? Illa dico quotidiana peccata, quae aut per linguam facile committuntur, vt est verbum durum, aut cum labitur aliquis in risum immoderatum, aut in huiusmodi nugas quotidianas. In ipsis concessis peccata sunt: Cum ipsa vxore si exceditur concubendi modus procreandis liberis debitus, iam peccatum est. Ad hoc enim ducitur vxor: nam id etiam tabulae indicant, vbi scribitur liberorum procreandorum causa: quando tu vti vxore amplius quam necessitas procreandorum liberorum cogit, volueris, iam peccatum est: & ipsa talia peccata quotidiana eleemosynae mudant. In ipsis alimentis, quae vtique concessa sunt, si forte excedis modum, & amplius accipis quam necesse est, peccas. Quotidiana sunt ista quae dico, sed tamen peccata sunt, & non leuia, quia plura. Quia vero quotidiana & plurima, timenda est ruina multitudinis, etsi non magnitudinis. Talia peccata dicimus fratres quotidianis eleemosynis posse mundari. Sed facite eleemosynas, & nolite cessare. Attendite vitam vestram quotidianam ipsis peccatis scaturientem, mihi nutis ipsis dico. Et cum facis eleemosynam, non superbe facias, nec sic ores quemadmodum ille pharisaeus. Sed tamen quid tibi dixit? Ieiuno bis in sabbato, decimas de omnium quaecumque possideo, & nondum filius erat sanguis domini. Tantum pro nobis precium accepimus, & saltem nec tantum erogamus, quantum pharisaeus. Et habes alio loco aperte dicentem dominum, Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam scribarum & pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Ergo illi dant decimas, tu si centesimam dederis, aliquid magni te fecisse gloriaris. Attendis enim quid alius non faciat, non quid te iubeat facere deus. Metiris te de comparatione peioris, non de iussione melioris. Non quia ille nihil facit, ideo tu magnum aliquid facis, sed quia gaudeatis ad quaedam minima opera vestra, quia tanta est sterilitas vestra, vt ad modica gaudeat. Quasi securi vobis blandimini de minimis eleemosynarum granis, & acruos obliuiscimini peccatorum. Protulisti forte nescio quid paruum, quod alius aut non habuit, aut non protulit cum haberet. Noli attendere post te quis non faciat, sed quid te iubeat deus facere. Postremo, quare in istis affectionibus secularibus non vobis sufficiunt quos praecessistis? Sed vultis esse diuites, equeales ditioribus vobis. Non attenditis quantos pauperiores transcenditis? Vincere vultis ditiores, Sed in eleemosynis habetur modus. Hic dicitur, Iam quousque facio: & illic non dicitur quantis diuitibus ditior sum? Non attenduntur egestates innumerabilium mendicorum, non respiciuntur posteriores multitudines pauperum, sed paucitas praecedentium diuitum ante oculos ponitur. Cur in opere bono non attenditur ille Zachaeus, qui dimidium

Peccata quotidiana quae sunt.

De faciendis eleemosynis sine iactantia, & quomodo diuitiae proli feruandae sint. Caput. XII. Matth. 5.

Luc. 19.

A dium rerum suarum dedit pauperibus. Sed optare cogimur, vt attendatur saltem ille Pharisaeus, qui omnium quae possidebat decimas dabat. Noli parcere thesauris caducis, thesauris vanis. Noli sub imagine pietatis augere pecuniam. Filiis, inquis, meis seruo. Magna excusatio, filiis meis seruo. Videamus: seruat tibi pater tuus, seruas tu filiis tuis, filij tui filiis suis, & sic per omnes, & nullus facturus est praepcepta dei. Quare non illi potius impendis omnia qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ipse te pascit, ex his quae fecit ipse pascit & filios tuos. Neque enim melius committis filio tuo patrimonium tuum quam creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines, mala est, inquit, auaritia. Palliare se voluit nomine pietatis & dealbare, vt quasi propter filios videatur seruare homines, quod propter auaritiam seruant. Nam vt noueritis, quia sic plerumque contingit, dicitur de quodam, Quare non facit eleemosynam? quia seruat filiis suis. Contingit vt amittat vnum. Si propter filios seruabat, mittat post illum partem suam. Quare illam tenet in sacco, & illum relinquit ab animo? Redde illi quod suum est, redde quod illi seruabas. Mortuus est, inquit, sed praecessit ad deum, pars ipsius debetur pauperibus. Illi debetur ad quem perrexit, Christo debetur, ad ipsum enim perrexit. Et ille dixit, Qui vni ex minimis istis fecit, mihi fecit: Et qui vni ex minimis istis non fecit, mihi non fecit. Sed quid dicis? Seruo fratribus ipsis. Si viueret ille, non erat cum suis fratribus diuisurus? O fides mortua, mortuus est enim filius tuus. Quicquid dicas, mortuo debes quod viuo seruabas. Mortuus est filius meus, sed tamen parte filij mei seruo fratribus ipsis. Si credis quia mortuus est, si pro illo Christus mortuus non est, mortuus est ipse: si autem in te fides est, viuit filius tuus. Viuit proflus, non decessit, sed praecessit. Qua fronte venturus es ad filium tuum qui praecessit, cui praecedenti non mittis parte suam in caelum. An non potest mitti in caelum? Potest proflus. Audi ipsum dominum dicentem, Theaurizate vobis thesauros in caelo. Si ergo ille thesaurus melius est custoditus in caelo, nunquid tunc mittendus est filio quando si missus fuerit non peribit? Tenebitur hic vbi potest perire, non mittitur illic vbi Christus est custos. Certe ea quae hic tenes, & non vis mittere post filium tuum, quibus commendas actoribus tuis, commendas illius partem qui praecessit, & Christo non commendas ad quem praecessit: An idoneus est tibi procurator tuus, & minus idoneus est Christus? Videtis fratres, quia mendacium est quod dicunt homines, Filiis meis seruo. Mendacium est fratres mei, mendacium est, avari sunt homines: vel sic certe cogantur confiteri quod nolunt, cum erubescunt tacere quod sunt, fundant, vomant in confessione quod portant. Peccatus premitur crapula iniquitatis, euomat ea confessio, sed non canino more redeatur ad vomitum. Estote Christiani. Valde parum est vocari Christianus. Quanta donatis venatoribus, quanta turpibus personis, quanta donatis eis, qui vos occidunt? Per istas enim exhibitiones voluptatum interficiunt animas vestras, & insanitis quis plus donet? Si insaniretis quis plus seruet, non essetis ferred. Quis plus seruet insanire, auaritia est: quis plus donet insanire, profusio est. Nec auarum te deus, nec profusus vult: collocare te vult quae habes, non prolicere. Certatis quis vincat in peius, non datis operam quis sit melior, atque vti non daretis, quis sit peior. Et dicitis, Christiani sumus, ad fauorem populi proicitis res vestras, contra iussa tenetis res vestras. Ecce non iubet Christus, rogat Christus, eget Christus. Esurini, dicit Christus, & non dedisti mihi manducare: egere voluit propter te, vt ha-

beres vbi seminaret, qui dedit vt meteres vitam aeternam. Nolite pigri esse & male securi, mores emendate, peccata redimite, & cum haec feceritis, deo gratias agite, a quo accepistis bene viuere. Et sic ei gratias agite vt non insultetis his qui nondum bene viuunt, sed eos ipsos moribus vestris hortemini. Haec faciendo habetis perfecta, quantum in hac vita potest, iustitiam. Conuersantes in bonis operibus, in orationibus, in ieiuniis & eleemosynis propter minuta peccata, & abstinendo vos ab illis magnis peccatis concordatis cum aduersario, & securi dicitis in oratione, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Habetis enim quod quotidie vobis dimittatur, qui habetis quod quotidie dimittatis. Sic ambulando securi in via non timebitis latrocinia diaboli, quia Christus viam stratum magnam seipsum fecit, perducit ad patriam. Omnis ibi securitas, omnis quies, vbi & ipsa misericordia operacessabunt, quia nulla ibi erit indigentia miserorum. Erit ergo illud sabbatum sabbatorum, vt quod hic desideramus, ibi inueniamus. Amen.

Finis.

DE CANTICO NOVO.



Mnis qui baptismum Christi desiderat, vitam nouam concupiscit. Transeat ergo a vetustate, vt perueniat ad nouitatem. Prius enim fuit testamentum vetus, canticum vetus, homo vetus: nunc autem testamentum nouum, canticum nouum propter hominem nouum. Demonstremus hoc quod dicimus testimoniis sanctarum scripturarum, Hieremias propheta, Ecce, inquit, dies veniunt dicit dominus, consummabo super domum Iuda testamentum nouum: David quoque propheta, Deus canticum nouum cantabo tibi: & iterum, Cantate domino canticum nouum: Apostolus autem Paulus, Expoliantes, inquit, vos veterem hominem, induite nouum: & alibi, Vetera transierunt, ecce facta sunt oia noua. Quae vetera transierunt? Quae facta sunt noua? Si adit spiritalis auditor, non solum intelligit, verum etiam videt quae facta sunt noua. Si autem carnalis adit, qui totum per oculos carnis, nihil per aciem mentis intelligit, irridens respondet. Rogo te, dic quae facta sunt noua? Nunquid aliud caelum respicio quam antea, aut sidera in nouum splendorem micantia? Nonne iisdem curribus sol peragit diem, eiusdemque curricula luna peragit noctem? Nunquid mare terminos suos finesque transgressum est, aut terrae facies immutata, alia insolita germina procreauit? Nunquid sicut ex initio horis duodecim peragitur dies, eiusdemque crementis aetatis tempus, quibus detrimetis hyems peragitur? Progenies quoque ipsa mortalium alii decedentibus, alii succedentibus terminatos finiunt dies? Quum ergo omnia sicut ex initio constituta sunt, ita concurrunt, suos motus finesque seruantia, quid est quod nobis praedicatur, Vetera transierunt, ecce facta sunt noua? Responde de Paule talia de nobis requirenti, & quia minus valeo ad respondendum, te obsecro responde pro me. Ecce audi Apostolum, Quid quaris carnalis auditor per oculos carnis respicere? erige mentis aciem, vt quod dicitur possis intelligere, Vetera transierunt, ecce facta sunt noua. Quae vetera transierunt, quae facta sunt noua? Primus homo, inquit, de terra terrenus,

Quales nobis Christus nouitates auerit, & quibus veteribus succederent. Concio est, sed notha. Caput. I.

Hier. 31.

Psal. 95. Colo. 3.

2. Corin. 5.

F

1. Corin. 15.

**G** terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Transit Adā  
 1. Corin. 15. homo vetus factus ex limo, venit Christus deus homo  
 missus è cœlo. Transit vetustas mentium, accessit nouitas  
 credentium: transit vita carnalis, successit spiritalis.  
 An parua est hæc nouitas ita demonstrata per hominē  
 deum, vt moriendo susciperet vetustatem tuam, resur-  
 gendo ostenderet nouitatem tuam, ascendendo firma-  
 ret claritatem tuam? Vetera transferunt. Quæ vetera  
 transferunt? Quod eratis filij Adam, filij carnales. Noua  
 accesserunt: Quæ noua? Quod efficiamini filij dei, filij spi-  
 ritales. Vetera transferunt: terra eratis, Ecce facta sunt no-  
 uia: cœli iam penè effecti estis. Cœli enim enarrant glori-  
 riā dei. Non vobis impossibile videtur, quod quum sitis  
 terrestres, efficiamini cœlestes. De terra non fecit cœlū,  
 qui de nihilo fecit terram & cœlum. Vetera transferunt,  
 lapides colebatis. Noua accesserunt, deum verum ado-  
 ratis, Vetera transferunt, transit mortalitas: Noua acces-  
 serunt, promissa est immortalitas. Vetera transferunt,  
 perierat omnis caro per mulierem simul cum viro pec-  
 cante: Noua accesserunt, reparata est caro sine viro vir-  
 gine pariente. Vetera transferunt, transit regio vetusta-  
 tis: Noua accesserunt, succedit Hierusalem ciuitas cœ-  
 lestis nouitatis. Ad hanc ciuitatem nouam peruenire  
 cupitis, qui nomina vestra conscribenda dedistis.

**H** Eia fratres mei, ardentè desideremus propriā pa-  
 triam: peregrinationem istam, quæ nos ab ea adhuc de-  
 tinet, toleremus, non amemus, festinemus tamen. Non  
 est quare hic stare, nec inuenis in seculo quod tā possis  
 amare. Ipse enim amor parentum, coniugis, filiorum, fa-  
 cultatum, aut magnū quibusdam incusserunt laborē,  
 aut magnū parunt timorem non est, quare hic stare.  
 Melius enim festinando appetimus sempiterna, quam  
 hic remanendo seculi nos apprehendat ruina. Præpare-  
 mus sistraciam, apprehendamus & ascendamus nauem  
 fidei simul & crucem, nec desit ancora spes nostræ salu-  
 tis, extendamus funes diuersas virtutes, vela charitatis  
 colligamus, inuocemus vêtum prosperum verbum dei,  
 exhauriamus sentinā à peccatis, per elemosynas munda-  
 tur conscientia. Non impediatur huius nostri cursus  
 nauigij, operemur manibus vt possimus. Manibus suis  
 sentinam exhauriebat qui dicebat, Manibus meis corā  
 eo nocte, & non sum deceptus. Non negligamus nostra  
 peccata, minuta sunt, sed multa sunt. Fluctus vnus vali-  
 dus irruens obruit nauem, minaturq; naufragium. Hu-  
 mor autē per rimas influens & in sentinā veniens, nisi  
 subinde sicetur hoc idē facit. Ergo exhauriatur sentina,  
 ne negligatur misericordia, quia elemosyna à morte li-  
 berat, & ipsa purgat peccata. Assit nostra tutela Christi  
 gratia, ceulema nostrum dulce cantemus halleluia, vt  
 lati ac securi ingrediamur sempiternam ac felicissimā  
 patriam. Non metuat anima mare hoc magnum, seculū  
 scilicet, cuius fluctus acturbines sentim⁹ inimicas seculi  
 potestates. In deo sperantes multi iam sancti hos fluct⁹  
 spreuerūt, multi calcauerunt, multi super eius aquas am-  
 bulantes securi ad patriam peruenerunt. Sed exurgit vē-  
 tus validus & magna tempestas, sua cuiusque cupiditas,  
 titubant fides in mari: Clamet in te Petrus, Domine, per-  
 eoradabit manum mergenti, nec finit perire ille qui pro-  
 pter nos dignatus est super aquas ambulare. Vide Apo-  
 stolum Paulum, hoc nauigium non solum demonstran-  
 tem, verum etiam ascendentem, & quā plurimos in-  
 uitantem quando dicebat, Habentes victum & tegumē-  
 tum, his contenti sumus. Quid aliud quā competentē  
 sistraciam imponendam esse monstrabat, quando di-  
 cebat, Mihi autē absit gloriari, nisi in cruce domini no-

stri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est,  
 & ego mundo: Nauem ascendebat quando dicebat, In-  
 duite vos sicut electi dei, benignitate, humilitate, longā-  
 nimitate, mansuetudine. Quid aliud quā funes extē-  
 debat quando dicebat, Manet fides, spes, charitas, maior  
 horum charitas, Vela colligebat quando dicebat, Ver-  
 bum dei habet in vobis abundanter. Ventum prospere-  
 rum inuocabat quando dicebat, Infatigabiles itaque dū  
 iempus habemus operemur bonum ad omnes. Et, Ope-  
 rantes propriis manibus nostris. Quid aliud quā sen-  
 tinam exhauriri præcipiebat, quando dicebat, Gratia sal-  
 uī facti estis? Tutelam exorabat quando dicebat, In psal-  
 m⁹ & hymnis cantantes in cordibus vestris domino.  
 Celeuma sanctum docebat quando dicebat, Spe salui fa-  
 cti sumus. Ancoram in cordibus credentiū figebat, quā-  
 do dicebat, Hierusalem quæ sursum est libera est, quæ  
 est mater nostra. Ipsam patriam demonstrabat, quando  
 dicebat, Vbi est mors contectio tua? Gratias deo, qui de-  
 dit nobis victoriam per dominum nostrū Iesum Chri-  
 stum. Nō adhuc in mari periclitabatur, sed iam in pro-  
 pria patria lætabatur. O optime gubernator, o pulcher-  
 rime magister & doctor, docuisti & fecisti, & ideo cele-  
 riter peruenisti, quia quæ docuisti, prior ipse fecisti.

**L** Si quis forte vt assolet refugit nauigium, & insoli-  
 tos fluctus maris horrescit, desideratq; iter cōficere, quo  
 etiā tardius ad patriam valeat peruenire, demonstrabo  
 viam, imō ipsa demonstrat via. Ecce in Euangelio cla-  
 mat saluator, Ego sum via. Habes viam, ambula solici-  
 tus: tamen doma iumentum tuum, carnem tuam, ipsi e-  
 nim insidet anima tua. Quomodo si in hac via mortali  
 iumento insideres, quod te gestiando vellet præcipitare,  
 nōne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtra-  
 heres, & fame domares, quod fræno non posses? Caro  
 nostra iumentum nostrum est, iter agimus in Hierusa-  
 lem. Plerumque nos rapit caro, & de via conatur exclu-  
 dere. Tale ergo iumentum cohibeamus ieiuniis. Vide  
 illum gubernatorem eundemq; viatorem Apostolum  
 Paulum, vide illum iumentum suum domantem, In fame,  
 inquit, & siti, in ieiuniis sapius castigo corpus me-  
 um, & in seruitutem redigo. Ita ergo & tu qui ambula-  
 re desideras, doma carnem tuam, & ambula. Ambulas  
 enim si amas. Non enim ad deum passibus, sed affecti-  
 bus currimus.

**M** Via ergo ista nostra ambulantes  
 querit: tria sunt hominum genera quæ odit, remanen-  
 tem, retro redeuntem, aberrantem. Ab his tribus gene-  
 ribus malis domino adiuuante mundificetur & defen-  
 datur gressus noster. Iam vero cum ambulantes sumus,  
 alius tardius ambulat, alius celerius, ambo tamen am-  
 bulant. Excitandi sunt ergo remanētes, retro redeuntes  
 reuocandi, errantes in viam ducendi, tardi, exhortan-  
 di, celeres imitandi. Qui non proficit remansit in via:  
 qui forte à meliore proposito declinat ad id quod dete-  
 rius reliquerat, reuersus est retro: qui fidem deserit, à  
 via errauit. Cum tardis sit nobis & cum celerioribus ra-  
 tio, cum ambulantibus tamen. Quis est qui non proficit?  
 Qui se putauerit esse sapientem, qui dixerit, sufficit mi-  
 hi quod sum. Qui non attenderit eum qui dicit, Quæ  
 retro oblitus, in ea quæ ante sunt extētus secundum in-  
 tentionem sequor ad palmam vocationis dei in Chri-  
 sto Iesu. Currentem se dixit, sequentem se dixit, non re-  
 mansit, nō retrospexit, absit vt errauerit, qui viam ipsam  
 docebat, qui & tenebat & ostēdebat. Celeritate autē eius:  
 vt imitemur ait, Imitatores mei estote, sicut & ego  
 Christi, Arbitramur ergo vos dilectissimi in via nobiscū  
 ambulare, si tardi sumus præuenite nos, nō inuidemus,  
 quæritimus,

K Colo. 3  
 1. Corin. 13.  
 Colo. 3.  
 Galat. 6.  
 1. Thef. 4.  
 Ephē. 2.  
 Ephē. 5.  
 Roma. 8.  
 Galat. 4.  
 1. Corin. 15.  
 De via pe-  
 destri ad pa-  
 triā nauiga-  
 re volentib⁹,  
 & iumento  
 opportuno.  
 Caput. III.  
 Ioan. 14.  
 De errore  
 Manichæo-  
 rū, & ei⁹ im-  
 probitate.  
 Caput. VI.  
 Lucē. 24.  
 De ambula-  
 tū sexupli-  
 ci genere.  
 Caput. VIII.  
 Philip. 3.  
 1. Corin. 4.

**A** mus, quæritimus quod sequamur. Si autem nos putatis ce-  
 leriter ingredi, currite nobiscū, vnū est ad quod omnes  
 festinamus, & qui tardius, & qui celerius ambulamus.  
 Qui sunt & retro redeuntes? Qui ex continentia reuer-  
 tuntur in immūditiam, qui ex sancto & singulari bono  
 proposito virginittatis diuertuntur in turpitudines vol-  
 uptatis, & corrupta mente corrūpunt simul & carnem.  
 Hos increpat Apostolus Petrus dicens. Melius illis erat  
 non cognoscere viam salutis, q̄ cognoscentes retro res-  
 picere. O malum, retro respicere. Vxor enim Loth, quæ  
 liberata est à Sodomis contra præceptum retro aspexit,  
 q̄ euaserat perdidit, nec immerito in statuam salis re-  
 pente conuersa est, nisi vt fatuos suos etiam explendo cō-  
 daret. Qui sunt & aberrantes: Omnes hæretici, qui relin-  
 cta veritatis via errando per desertum latrocinantur, &  
 animas captant in peccatis, præpediuntq; ne quis ad pa-  
 triam valeat peruenire, effecti lupi semitarij induti oui-  
 na pelle, cum sint intus lupi rapaces, prædicantes Chri-  
 stum viam, & qui eos sequuntur ducentes ad mortem.

**B** Hic si aliquis dicat, Quid ego faciā nō inuenio. Ecce  
 homo Christum viam prædicat. Christi se dicit esse di-  
 scipulum, veritatem se dicit annunciare, quare non se-  
 quar talia prædicantem? Respondeo, quia aliud eius lin-  
 gua habet, aliud conscientia. Vnde noui, inquis? Nūquid  
 ego conscientias discutere possum? Christum ab eo au-  
 dio: quod audio hoc credo, hoc teneo. Nō te seducat fi-  
 lius falsitatis, si filius es veritatis. Disce iam Christiane,  
 qui Christum desideras & audire & videre. Si quis tibi  
 Christū prædicat, attende & considera, qualem prædicet  
 vbi prædicet. Christus enim veritas est, per scripturas  
 sanctas prædicatur, nō in angulis, nō occulte, sed palam,  
 publice. In sole posuit tabernaculum suū, hoc est, in mani-  
 festo collocauit Ecclesiam suam. Iam hic respice illū, qui  
 tibi Christum prædicat, dicat qualem Christū prædicet.

**C** Ecce hæreticus Manichæus, qui per suā doctrinā pro-  
 mittit introducere te in veritate, ipsū Christū dicit esse  
 fallacē. Nō habuit, inquit, verū corp⁹, phātaisma fuit, spiri-  
 tus fuit. Et hoc in illo fuisse negat nequissim⁹ Manichæ⁹.  
 O pessime hæretice Manichæe, si credere non vis veritatem  
 dicentē discipulis suis, Palpate & videte, quia spiri-  
 ritus ossa & carnem nō habet, sicut me videtis habētem.

**C** Si credere nō vis vt dixi veritati, Iudæo crede crucifigē-  
 ti. Nam cum tu dicis, Christus deus fuit, non homo: Iu-  
 dæus dicit, nō fuit deus sed homo. Catholica vtrosq; cō-  
 uincens, ego ait verum teneo q̄ Christus & deus est &  
 homo. Tu autem Manichæe, vnde probas Christum spi-  
 ritum fuisse? Spiritus a lapas accepit, spiritus spineam co-  
 ronā portauit, spiritus sibi crucē batulauit? Si spirit⁹ fuit,  
 cuius vestimēta milites diuiserunt? Si spiritus fuit, quo-  
 modo cum traheret spiritum, corpus eius propē dimi-  
 dium diem exanime pependit in cruce? Si spiritus fuit,  
 quomodo latus eius perforatum est lancea? Quomodo  
 susceptus est à Ioseph sepeliendus, quomodo sepulchro  
 est conditus? Omnia ista spiritus pati non potest. Sicut  
 de eo antea per Prophetas prædictum est, ita & factum  
 est. Erras tu nimis falsitas, in omnibus te superat veritas  
 Ergone hæretice vt doces, veritas mentita est, & tu verū  
 prædicas? Et vbi hoc prædicas? In absconso, in occulto. Si  
 veritati fulcitur prædicatio tua, publica sit doctrina tua.  
 Demōstra mihi Ecclesiam tuā, Sed nouimus quid aga-  
 tis & decepti & deceptores, Apostolus Paulus vos pro-  
 didit dicens, Quæ enim occulte fiunt ab eis, turpe est e-  
 tiam dicere. Nobis est turpe dicere, sed vos non quiesci-  
 tis agere. Manifesta est ignominia vestra, nudata est tur-  
 pitudo vestra. Ex cōfessione simul & scriptura vestra, o-

mnibus palā facta est turpis doctrina vestra: vtinā ali-  
 quando corrigatur corda vestra. Alij hæretici Ar-  
 riani ipsam viam Christum, per quam itur ad patrē, se-  
 cundum diuinitatem nolunt esse equalem patri. Et cum  
 ipse dicat, Ego & pater vnū sumus: illi dicūt, Si missus  
 est Christus, minor est: maior est vti que qui mittit illo  
 qui mittitur. Hæc argumentatio est humana, non autho-  
 ritas diuina. Alia est operatio trinitatis, quā tu hære-  
 tice non assequeris, quia carnaliter sapis. Mundū enim  
 cor nō habes, nec ad deum, Christus enim in quantum  
 hominē suscepit, missus dicitur: in quantum deus est, æqua-  
 lis est patri. Nam quod eum pater mitteret, vbi ipse cum  
 filio non esset? Aut quod filius venisset, vbi non simul cū  
 patre esset ille qui dicit, Ego in patre, & pater in me est.  
 Et, Philippe qui videt me, videt & patrē. Et qui per Pro-  
 phetam dicit, Cœlum & terram ego impleo. Et de quo  
 Salomon dicit, Attingit à fine vsq; ad finem fortiter, &  
 disponit omnia suauiter: Attingit vbiq; propter suā iudi-  
 ciam. Sed tu hæretice, ideo dicis maiorē esse qui mit-  
 tit, minorem qui mittitur, quia temporū spatia cogitas.  
 Sed multum erras, illi assignare tempora, per quæ facta  
 sunt tempora. Si patrem confiteris deum, deum filium, &  
 æternūq; credis & patrem & filium, noli minorem fa-  
 cere filiū in eo quod fecit te, quia ideo minor factus est,  
 vt redimeret te. Sed ipse, inquis, dixit, Pater maior me  
 est: Intellige secundum susceptū hominem, & depones  
 errorem. Secundum hoc ait, Pater maior me est: secun-  
 dum quod de eo ait Propheta, Minorasti eum, paulo mi-  
 nus ab angelis. Tu autem dic, secundū quid eum minore  
 asseris? Si secundū potestatem, Pater non iudicat quen-  
 quam, sed filius. Si secundū opera, omnia per filium  
 facta sunt. Si secundū tempus, hoc credis de deo tuo,  
 quia sicut tu maior es filio tuo, ita ipse filio suo. Auertat  
 hoc deus ab auribus fidelium. Indigna sunt ista credere  
 de deo. Si enim filius secundū deitatem dei verbum est,  
 sicut Euangelista Ioannes narrat, In principio erat ver-  
 bum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbū: fuit  
 aliquod tempus quando pater fuit sine verbo, aut fuit  
 aliquod principium ante ipsum principium? Quomā ipse  
 filius dixit se esse principium. Interrogātib⁹ quippe Iu-  
 dæis, Tu quis es? Respondit, Principiū. Ergo & illud quod  
 in Genesi scriptum est, In principio fecit deus cœlum &  
 terram: intelligitur in filio, qui est principium. Si ergo  
 semper deus pater, semper deus filius, quia nec ille  
 aliquando non pater, nec iste aliquando non fuit filius.  
 Nō enim vt pater generaret filium, minuit seipsum, sed  
 ita genuit de se alterum qualem se, vt totus maneret in  
 se. Spiritus autem sanctus non præcedit vnde procedit,  
 sed integer de integro, nec minuit eum procedēdo, nec  
 auget hærendo. Et hæc tria vnus deus de quo Propheta  
 dicit, Tu es deus solus magnus. Tu autem hæretice, cō-  
 pone gradus, separa trinitatem, fac patrem maiorem, fi-  
 lium minorem, spiritum sanctum sequentem. Sed & iam  
 de filio quod æqualis sit patri aliqua dixim⁹, & quod oc-  
 currit, diximus, audi & de spiritu sancto, quem minore  
 vis esse patre & filio. Nē spiritus sanctus ipse spirit⁹ est  
 dei. Audi & ipse quod simul sit cū patre & filio, & vbiq;  
 sit totus, Deus inquit Ioānes Apostolus, spirit⁹ est. Et ip-  
 se filius per Prophetam ait, Spiritus domini super me:  
 non ait post me, vt sequentem eum faceret, vel mino-  
 rem, sed ait, super me. Vnde & angelus Gabriel ad Ma-  
 riam, Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te. Dauid  
 quoque Propheta, Quod ibo à spiritu tuo, & à facie tua  
 quod fugiam? Si ascendero in cœlum, tu illic es, si de-  
 scendero in abyssum, tu ades. Ergo si spiritus dei & in  
 C iij cœlo

D De errore  
 Arrianorū,  
 & eius im-  
 probitate.  
 Caput. VII.  
 Ioan. 16.  
 Ioan. 14.  
 Hierē. 23.  
 Sapien. 8.  
 Ioan. 14.  
 Psal. 8.  
 Ioan. 5.  
 Ioan. 1.  
 Ioan. 1.  
 Ioan. 8.  
 Gene. 1.  
 F  
 Psal. 85.  
 Ioan. 4.  
 Esai. 67.  
 Lucē. 1.  
 Psal. 138.



**G** celo & in terra & in inferno adest cū illo qui dicit, Cœ- lum & terram ego impleo: ergo trinitas vnus est deus. Sed audi adhuc hæretice vnde cōuincaris, quod trinitas vnus sit deus. In ipso principio libri Geneleos, quod diximus scriptum est, In principio fecit deus cœlū & terram. Ecce deus pater, & principium filius secundū quod se dixit esse principium. Si autē & spiritus sanctū quæris, Spiritus, inquit, dei superferebatur super aquas. Cum ergo in cōsequētibus legitur, Dixit deus, fiat lux: &, finxit deus de terra: & fecit deus: hoc demonstrat q̄ inseparabilia sūt opera trinitatis. Euidētius hoc in cōsequētibus demonstratur. Nam cum ventum esset ad id vt homo formaretur, ait scriptura, Et dixit deus, Faciam⁹ hominem ad imaginem & similitudinem nostrā: non dixit, faciam ad imaginem & similitudinem meam, vt solus pater intelligeretur: nec dixit, fiat, vt filio veluti iuberet facere per quem facta sūt omnia: nec dictum est, fecerunt, vt singuli singula in eo conferrent opera sua: sed cum diceretur, faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā, vt trinitas vnus deus intelligeretur, statim subiunctum est, Et fecit deus hominem, ad imaginem suā fecit illum. Ecce per scripturas sanctas, trinitas vnus deus prædicatur, vt Arriani conuictus, aliquando cōfundatur. Sed audi adhuc hæretice Apostolum Paulum cōuincentem te, & docentē me, audi quid de deo filio dicat. Cum, inquit, in forma dei esset, nō rapinam arbitratus est esse æqualis deo. Ille eum prædicat æqualem, tū eum asserit minorem. Cui credendum est, Apostolo an tibi? Tibi quem totus orbis abiecit, an illi, quem totus mundus suscepit: Cedat igitur vel sero conuicta peruersitas tua, quia iam totum mundum possedit Euangelica & Apostolica doctrina. Alia quoq; spelunca latronum non bonorum, hæreticorum Pelagianorū & demonstranda est & cauenda: hæc est enim eorum peruersa doctrina. Cum scriptura dicat, Maledictus homo qui spem suā ponit in homine, & qui gloriatur, in domino gloriatur: isti contra hoc maledictū hominē nō incurere promittūt, si de se præsumperit, vel in se ipso gloriatus fuerit. Sed quid cōtra hos multa dicam? Hoc promisit & pater illorum diabolus illi primo homini, Non morte, inquit, morieris, eritis sicut dii. Deum contempserit, serpenti credidit, & quod acceperat, perdidit. Si tunc ille homo nō fuit cautus, nunc homo caueat ve expertus. Odit deus præsumptores de viribus suis. Quid enim valeat liberum arbitrium non adiutum, in iplo Adam demonstratum est. Ad malum sufficit sibi, ad bonum nō, nisi adiuetur à deo. Primus enim ille homo accepit liberum arbitrium rectū, & posuit deus ante eum, sicut scriptura dicit, ignem & aquā, ad quod volueris, inquit, porrige manum tuam. Elegit ignem, reliquit aquam, videte iustum iudicē. Quod elegit homo, liber accepit: malum voluit, hoc illum secutū est. Videte rursum illum iustum iudicem misericordiam facientē. Cū enim videret q̄ homo totam stirpem suā, male vsus libero voluntatis arbitrio, in se tanq̄ in radice dānasset, ipse non rogatus de cœlo descendit, & humanum genus superbia pereunte, sua humilitate sanauit, errantes perduxit ad viam, peregrinos perduxit ad patriam. Nō ergo gloriatur humana natura de se, sed in eo gloriatur qui fecit se. Iam vero cætera sc̄ta hæreticorū Christi viam prædicantiū, sed longe à via errantium, vna voce ipsius veræ viæ conuincunt atq; confundunt dicentis, Multi mihi dicēt in illo die, domine domine, nōne in tuo nomine prophetauimus, & in tuo nomine demonia eiecimus, & in tuo nomine virtutes multas fecimus?

Et tunc dicam eis, Non noui vos, Recedite à me omnes qui operati estis iniquitatem. Ideo operati estis iniquitatem, quia Ecclesiæ meæ perturbastis vnitatē. Vos autem fidelia germina sanctæ matris Ecclesiæ catholice per vniuersum mundū diffusa, fugite omnes hæreses, Si quis aliud euangelizauerit vobis anathema sit. Rectos cursus facite pedibus vestris, non declinetis nec ad dexterā præsumendo, nec ad sinistram desperando. Currite velociter rectā viam, ipsa enim vos perducit ad patriam: ad patriā illam cuius ciues angeli sūt, cuius templum deus, cuius splendor filius, cuius charitas spiritus sanctus, ciuitas sancta, ciuitas beata, ciuitas vbi null⁹ perit amicus, quō nullus admittitur inimicus, vbi nullus moritur, quia nullus oritur, nullus infirmatur, quia incorrupta salute lætatur. Cum illuc venerimus, non ibi esuriemus aut sitiemus, Visio ipsa satietas nostra erat, Non ibi dormiemus, quia non ibi laborabimus. Nulla cuiuslibet rei necessaria erit refectio, vbi nulla erit defectio. Viuemus, regnabimus, lætabimur. Si tantum delectat cū de ea loquimur, quid erit & videre: Videre deū, viuere cum deo, viuere de deo. Vita enim erit nostra laudare deū, & sine defectu amare. Beati enim, ait Prophetā, qui habitant in domo tua domine, in secula seculorū laudabunt te. Fratres dilectissimi, si cū nauigantibus laborauimus, & viatoribus ducatum præbuimus, si deuias fauces latronum, hoc est, hæreticorum sollicitè demonstrauimus, si ipsam patriam cœlestem declarata atq; demonstratam iam cernitis oculis cordis vestri, reddite nobis fructum laboris nostri, reddite fratres reddite, exigimus à vobis. Talis est enim merces nostra, quam à vobis exigimus, vt nec nos pudeat petere, nec vos pigeat erogare. Hoc quod exigimus, erogando cumulabitis magis quam detrimentū patiamini. Si non erogaueritis, quæ est ergo nostra merces? Nō querimus aurū vestrum, non argentum vestrum, non nummum vestrū, nec quicquam de rebus vestris, sed merces nostra est, vt in illo sancto fonte adiuuetis nos orationibus vestris.

AD LECTOREM.

**Q**uam hic sermo nihil prorsus habeat Augustini, tamē qui finxit, haberi Augustinus voluit. Sic enim homo suauis loquitur cap. 7. Non reputet quisquam hæc uerba esse Augustini, Meminit canonicorum, quasi hoc cognomen agnouerit etas Augustini. Sed impudentius est, quod eundem facit statum, canonicorum, clericorum, et monachorum. Negat eos posse remittere peccata, quum possident aliquid proprium, et pronuntiat, ut regnum cœlorum est pauperum, ita diuitum esse infernū. Eamus, et has indoctas uenas tribuamus Augustino.

DE CONTEMPTV MUNDI. LIBER VNVS.



**A**vdite fratres charissimi, salutiferam patris nostri doctrinam, qui non terrenam, sed æternam concupiscitis hæreditatem, qui non vultis sortem accipere in terra morientium, sed cum Psalmista decantare, Portio mea in terra viuentiū: qui Aegyptū reliquistis, & ad promissionis terrā festinatis. Audite itaq; habetes aures audiēdi piū patrē, ad hæreditatē cœlorum nos vocantem & dicentē, Venite filij audite me, timorē domini

De duplici madorum genere. Caput. I. Psal. 141. Psal. 33.

**A** domini docebo vos, Quis est enim homo qui vult vitā? Quis est qui ad vitā vis ingredi: serua mādāta dei. Quorum madorum alia sūt specialia, alia vero cōmunia. Specialia sūt proprie canonicorum siue clericorum & monachorum: cōmunia autem omnium catholicorum. Specialia igitur sūt hæc, Si vis perfectus esse, vade & vade omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. Et iterum, Omnis qui reliquerit domum, aut agrum, aut patrem, aut matrē, aut fratres, aut sorores, aut filios, aut agros propter me, centuplum accipiet, & vitam æternā possidebit. Et ad discipulos, Vos qui secuti estis me, i regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël. Hæc itaque fratres quanto singularia tanto præcipua, quanto acriora, tanto deo gratiora. Dicit iterum saluator noster inter cætera, Qui nō renunciauerit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Qui dixit, omnibus, nihil proprium à suis discipulis possideri voluit. Qui quicquam possidet in terra, remotus est à Christi disciplina: Qui autem nō est discipulus Christi, quomodo præsumit sibi ligandi atque soluendi potestatem? Intendite fratres verba Euangelij dicentis, Intrauit Iesus ianuis clausis ad discipulos, & insufflans dixit eis, Accipite spiritum sanctum, quorū remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sūt. Nūquid illi habebant propriū quibus magister indixerat, Nihil tuleritis in via? De quib⁹ Lucas Euangelista refert, Erant eis omnia cōmunia. Videte quid Petrus dixerit ad Iesum, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Qui omnia reliquerant, nihil sibi penitus retinuerāt. Vnde ergo sibi arrogat ligandi atq; soluendi potestatem, qui in terra præsumunt possidere facultatem? Quomodo non erubescunt dicere, Dominus pars hæreditatis meæ? Vbi est illud apostolicum, Quæ cōuetio Christi ad Belial? Qui terrenas possessiones relinquere nolunt, cur peccata populi comedunt? Si decimas cum filiis Levi accipiunt, quomodo inter cæteras tribus partem accipient? Si nominis sui etymologiā attendunt, cur clerici à forte dicti sūt: nisi quia dominus eorum fors vel hæreditas sit. Cur saltem clericatus sui signa, quibus à laicis discernuntur, non perpedunt? Non enim sine causa capita eorum raduntur & tōdentur, sed perspicacissima & euidentissima ratione. Nā his signis seceruntur à laicorum conuersatione. Quod vt multis deo propitiante proficiat, admonitioni vtilissima duximus inferere. Dicimus multorum patrum auctoritate cerebrum esse sedem sapientiæ: Christum vero, Paulo attestante, dei virtutem & sapientiā esse. Cum itaque cerebrum sit in capite, sapientiā vero iuxta patrū auctoritatem in cerebro habeat sedem, & sic per sapientiā sibi insulam cuncta mēbra regantur à capite, quod per cerebrum est, quod est sedes sapientiæ: sic inter nos & veram sapientiā, quæ vt diximus Christus est; qui etiā iuxta Apostolū caput nostrū est. Dicit enim, Caput mulieris est vir, caput vero viri est Christus, Christi autem caput est deus. Vt ostendamus, nullum obstaculum interesse, in ea parte pilos capitis incidimus, in qua nouā sapientiā, id est, Christum inesse cognoscimus, per hoc signātes malam terrenarum rerū sollicitudinem nostræ mentis oculos ad deum contemplandū impedire. Scimus enim q̄ quisque quanto magis terrenis occupationibus implicatur, tātō magis à sui cōditoris visione impeditur. Vnde Apostolus, Nemo militans deo implicat se negociis secularibus. Item, qui sine vxore est, cogitat quæ dei sūt. Hinc Moyses ait, Leuita radant pilos car-

Caput. III. Clerici quare radantur. 1. Corin. 11. 1. Corin. 11. 2. Timo. 2. 1. Corin. 7. Num. 8.

nis suæ. Leuita interpretatur assumptus. Quisque nanque in officiis diuinis assumpt⁹ est, pilos carnis, id est superfluas cogitationes cordis radere debet. Caput igitur radere signat cogitationes terrenas & superfluas à mente rescare. Nec incongrue per pilos & capillos significatur cogitationes superfluas. Sicut enim pili nō sūt pars corporis, sed quædam superfluitas procedens à corporis humore, sic bona temporalia non sūt nobis naturalia, sed aliena & superflua. Hinc itaque fideles Christi, qui ad æternā vitā medullitus suspirāt, qui mundū cū suis oblectationibus sub pedibus cōculcāt, qui in terra nihil possidere volūt, sed cū Apostolo dicūt, Nostra cōuersatio in cœlis est, capillorum minimā partē in capitibus retinēt, vt per eorū abrasionē se minimā terrenorū sollicitudinem habere designent. Quapropter etiā illā minimā particulam capillorum retinent, quia dum in hoc mundo sūt, à terrenis cogitationibus omnino vacui esse non possunt. Quisquis igitur clericus ad sortem domini vocatus, qui comam nutrit, & capillos radere vel tondere erubescit, profecto se non de dei, sed de mundi sorte esse testatur. Quanto enim quisque carnis crines diligit, fouet & nutrit, tanto cor suum non in cœlis, sed in terra fixum esse ostendit: quanto autem radit & edomat, tanto se non terrena sed æterna diligere comprobat. Si vero, vt prædictus crines idcirco radimus, vt inter nos & deum nihil interesse approbemus, profecto patet, q̄ cū in oratione persistimus, aliena velamina capitibus nostris apponere non debemus, præsertim cum Apostolus dicat, Vir nō debet orare velato capite, imago enim dei est. Cessent itaque clerici psalmodiæ hymnisq; spiritalibus insistentes, capillos, mitras, cæteraq; velamina in capitibus portare, ne dū cū deo loquimur, famulatus sui signa occultantes, eius indigni iudicemur propitiatione, cuius salubri doctrinā præsumimus non obedire, Qui enim non obedit Apostolo, contradicit Euangelio. Et iuxta eiusdem Apostoli vocem dicentis, An queritis experimentū eius qui in me loquitur Christus? Item, Si angelus venerit de cœlo, & aliud Euangelium nunciauerit vobis, anathema sit. Extirpetur ergo penitus de clero talis præsumptio: ne, quod ablit, à deo expellatur eius oratio. His igitur signis clericalibus prælibatis, quibus à laicis discerni debemus ad propitiā admonitionē redeamus. Audiamus Apostolū Ioannem dicentē, Nolite diligere mundū, neque ea quæ in mundo sūt. Audiamus & psalmistam mūdāmatorem increpantem, Filij hominum vt quid diligitis vanitatē, & queritis mendacium? Salomon quoque subsequitur dicens, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Libet inueneri quā bene consonant organa spiritus sancti, Monet Apostolus vt nō diligamus mundum: inuehit psalmographus in eius amatores: clamat Salomon, cuncta subiacere vanitati. Quare nō diligamus mundū, nec sequamur mēdaciū, Ecclesiastes declarat, ac si diceret, Ideo non sūt amanda ima, quia transitoria mendacia, quia quæ promittunt non conferunt, bona igitur nō sūt. Cū enim bonorum omnium author sit deus, & à fidelibus suis quæri & diligere quæq; bona præcipiat, si mundana vera bona essent, nec ipse quidē contēneret, nec suis sequacibus contēni præciperet. Quid igitur veritas de se testetur, audiamus, Vulpes foueas habent, filius autē hominis non habet vbi caput suum reclinet. Item si mundi gloria vana non esset, si diuitiæ terrenæ vera bona essent, nō earū possessoribus impropere dominus dicēs, Vx vobis

Philip. 3. 1. Corin. 13. Galat. 1. De bonis mundanis pro eorū vanitate & Christi exemplo contēnendis. Cap. V. Psal. 4. Ecclesiastes 1. Matt. 9.

G diuitibus, &c. Et alibi, Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem introire in regnum cœlorum. Audiamus etiam quid suis dicat imitatoribus, Si vis perfectus esse, vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus. Item, Nisi quis renunciauerit omnibus quæ possidet, nõ potest meus esse discipulus. Item, Nemo potest duobus dominis seruire, id est, deo & mammonæ. Vidit peritus magister suos discipulos lactaturos cū mūdō, qui si haberent vnde tenerentur, leuius deiicerentur. Tulit igitur arma suis & nostris hostibus, dum nos priuauit terrenis possessionibus. Nudus nãque latrones nõ solet timere: qui vero se mundanis implicat, tela parat, quibus confodiatur. Qui ergo non vult confodi, nudus procedat per viam huius exilij. Eortassis quæret aliquis. Cum deus sequaces suos mundana iubeat postponere, quæ sunt quæ iubeat appetere? Audi ipsum dicentē, Quærite regnum dei. Item, Thesaurizate vobis thesauros in cœlis. Quæret iterū aliquis, Si deus vult homines terrena odire, quæ debent diligere? Ista sunt quæ præcipit diligere, cum per Moysen respondit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & proximum tuum tanquam teipsum. Proximus in terra tantū diligi, præcipitur, quia cœlestis regni hereditatem nobiscum confortitur. In quo charitate diuina perfusi, scriptura testate, quæ ait, vt ciues nostros sicut nos ipsos diligamus, propitiante deo ibi facturi sumus, per quem & redempti sine fine viuemus: qui etiam cum propter opera nostra mala inimici eius essemus, prior dilexit nos, & cum essemus serui inuites, in filios suos nos adoptauit & heredes: filium suum vnigenitum tradēs pro nobis, vt nos eriperet à perpetuæ mortis laqueo. Quisnam puer tam benignum patrem digne potest diligere? Quis eius tãtis beneficiis aliquid dignum potest retribuere? Hæc tanta beneficia admirans Psalmista ait, Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Cui ipse inquisitioni deinde subiungit, Calicem salutaris accipia, &c. Quântalacunque sit hæc retributio, calicē scilicet domini accipere, nulla tamē alia ita digne videtur passioni dominicæ congruere. Hæc itaque ratione, vt quemadmodum sanguinem suum dedit pro nostra redemptione, sic & nos nostrū fundamus pro sui nominis confessione. Sed quomodo pro Christo suum dabit sanguinē, qui pro eo non vult abdicere mundi vanitatem, cum nos minus quam nostra diligamus? Quomodo pro Christovitam tradet, qui contra eius præcepta hæc vana & falsa possidet? Ipse enim dicit, Si diligitis me, mandata mea seruate. Loquitur & Ioannes Apostolus, Qui dicit se diligere deum, & mandata eius non custodit, mēdax est. Cōuincitur itaque se, & non deum diligere, qui mandata eius non vult custodire. Cum Christus pro nobis pauper factus sit & egenus, nos pro ipso cur pauperes esse erubescimus? Nunquid eius pauperes non facit diuites, veritate attestante, Regnum cœlorum non diuitum, sed pauperū est? Dicit namque pauperibus, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Si est regnum cœlorum pauperum, restat vt infernus sit diuitū. Hoc quoque declarat nobis Euangelium dicens. Homo quidam erat diues. Et post pauca subiungit, Erat autem & quidā mendicus, Lazarus nomine, qui iacebat ad ianuam eius, vlcibus plenus, & cætera. Factum est autem vt moreretur medicus, & portaretur ab angelis in sinū Abrahæ. Mortuus est autē & diues, & sepultus est in inferno. Nõ reputet quisquā hæc verba esse Augustini, nõ sunt hominis, sed veritatis, quæ nec fallere potest, nec falli. Quisquis ergo vis regnare cum Christo, elige pauperiem cū

Quid mūdā nis cōreptis sit requirēdi & amādum. Caput. VII. Matth. 6.

Deute. 6. H Leui. 10.

Psalm. 115.

Ioan. 14. I. Ioan. 2.

De paupertatis voluntarie sclicitate. Caput. VII.

Matth. 5.

Luca. 16.

ipso, vt requiescas cū Lazaro mendico. Nemo enim potest gaudere cum seculo, & regnare cum Christo. Audi Apostolum dicentem, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cœlorum. Et iuxta veritatis vocem, primo nos, oportet bibere calicem domini, vt sic pertingamus ad regni cōfessionē. Qui autem vult epulari cum diuite, præparet se epulas vermibus gehennæ, in qua pro gaudio momentaneo ardebit perpetuē cū capite suo diabolo. Infelix cōmercium, pro tam breui gaudio cœlesti priuari regno. Felix paupertas, per quā cœlestis acquiritur hereditas. Felix cōmercium, pro perituris aterna recipere, & quod ineffabile bonum est, cum Christo sine fine regnare. Ecōtrario ineffabilis miseria, perpetua cum diabolo pati supplicia. Quapropter fratres charissimi, nos illud euangelicum rumimantes, Quid prodest homini si vniuersum mundum lucretur, animæ vero suæ detrimentum patiat, vel quam commutationem dabit homo pro anima sua: voluntarie nūc pro Christo ponamus quandoque dimittenda: ne, quod absit, pro transitoriis amittamus aterna. Hauriamus antidotum momentaneæ amaritudinis, vt quandoque percipiamus immensæ gaudia salutis. Sic modo curramus, vt in futuro comprehendamus, vbi inuenimur, vbi iudicabimur. Non perdamus tempus acceptabile. Non enim erit apud inferos locus poenitentia. Dum igitur vacat, dum sumus in via, aduersario nostro legi dei cōsentiamus. Lex quippe diuina nostra: ideo dicitur aduersarius, quia nostris carnalibus omnino contradicit voluntatibus. Aduersario itaque nostro, id est, Euangelio, dū rex expectat, dum nos adhuc ad pacem inuitat, nuncios mittamus, cum eo pacis fœdus incamus, vt cum venerit ille magnus pater familiās, non vt seruos inuites puniendos, sed vt filios hereditandos inueniat, secumque introducat ad nuptias, vt de suis beneficiis sibi perennes reddamus gratias Iesu Christo domino nostro, qui cū patre & spiritu sancto viuat & regnat in secula seculorū. Amē.

K Acto. 14. Matth. 20. Caput. VIII. Matth. 16.

DE VANITATE SECVLI LIBER VNVS.

Non est Augustini.



In hac vita positi fratres, ita agite, vt cum hinc migraueritis, & caro vestra à vermibus coperit deuorari in sepulchro, anima ornata bonis operibus cum sanctis omnibus letetur in cœlis. Retrahat vos à malis operibus vel peccatis interitus eorum quos præmissistis. Attendite calamitates, considerate diuitū sepulchra, vel eorum qui ante pauca tēpora vobiscū erāt, quid sunt, vel quid fuerunt, vel quid eis diuitiæ & cupiditas seculi profuerint, ecce nihil ex eis nisi soli cineres remanserunt, qui si modo loqui possent, hæc vobis dicerent, Vt quid infelices tātum pro seculi vanitate discurristis? Vt quid vos criminibus & vitiis repletis? Considerate ossa nostra, & vel sic vobis horreat cupiditas & miseria vestra. Quod vos estis, nos fuimus: & quod nos sumus, vos eritis. Itaque omnia fratres charissimi, sollicita cōsideratione pēstate, & hæc cōsiderantes expauescite, diem mortis ante oculos semper ponite, ad emédationē quātū potestis festinate. Nolite negligere quod vos pius de peccātes sustineat, quia quātō diuitiū expectat vt emēdetis, tātō grauius iudicabit si neglexeritis. Si forte putetis quia finis mun di

De miseria huius vite, ex timore mortis, & laqueis diaboli, & poenarū inferni recordatione. Caput. I.

Jacobi. 4.

De felicitate patriæ. Cap. II.

Matth. 22.

A mūdī tardius veniat, vel suū vnusquisque cōsideret finē. Ecce dum libenter ac iucundissime moratur homo in mundo, multaque in longa tempora disponit agēdā, repente rapitur à morte, & ex improviso aufertur à corpore. Sed ille est beatus qui semper illam habuerit ante oculos, & festinauerit in illa hora mortis paratus inueniri. Quod si vultis scire charissimi quā magno metu magnisque doloribus anima separatur à corpore, diligenter aduertite. Veniunt enim angeli assumere eam ante deum, vt perducant illam ante tribunal iudicis mettēdi, & tunc illa memoras opera sua mala & peruersa quæ die noctaque gessit, cōtremiscit, & querit ea fugere induciasque petere dicēs, Date mihi vel vnus horæ spatium. Tunc quasi loquentia simul opera eius dicent, Tu nos egisti, opera tua sumus, non te deseremus, sed tecū semper erimus, tecumque pergemus ad iudicium. Hæc quidē cum peccatoris anima aguntur, quæ cum horrendo timore separata à corpore, & pergit plena peccatis & ingenti cōfusione: iusti vero anima cum separatur à corpore, non timet, nec expauescit, sed magis cum magno gaudio egreditur, & cum exultatione pergit ad deum, deducitibus se sanctis angelis. Illam horā fratres modo timete, vt non tunc timeatis: illam nunc præcaute, vt tunc securi esse possitis. Mementote iugiter quod in medio laqueorum diaboli ambulatis, & ideo semper parati estote, vt quando domini præceptū fuerit missum, liberè ab omni labe peccati ad requiem trāsire possitis. Non arbitremini vos in hoc mūdō diu mansuros, quia nimirum prouenit, vt post dominicum missum præceptum, nec vnus horæ momentum cōcedatur in hac vita consistere. Cauete igitur ne in exitu vestro tristitiam faciatis angelis, & gaudiū inimicis. Scitote vero, quod cum anima à corpore euellitur, statim aut in paradiso pro meritis bonis collocatur, aut certe pro peccatis in inferni tartara precipitatur. Eligite modo quod vultis, & hoc iā in vita vestra disponite, aut perpetually gaudere cum sanctis, aut sine fine cruciari cum impiis. Itaque fratres, saltē poenā vos terreat, si præmia nõ inuitant, & præfens seculum si despiciere non valetis, saltē cum iustitia possidete. Qui in adolescentia errauit, saltē iam in senectute respiciat, & mala quæ peccando commisit, pornitendo iam expurget. Ecce paulatim deficit mundus, & cuncta quæ videntur, velociter tanquā nebula, aut tanquam vespertina vmbra transcurrunt. Ecce quod olim prænunciabatur, præfenti iam tempore perspicue cernitur. Subtrahuntur, vt ipsi videtis, omnia bona, & crescunt quotidie mala. Nolite ergo fratres iam mundum diligere, quem tanta cernitis cum velocitate transire. Nolite in eius amore ancorā cordis iam figere, quem sic ad finem cōspicitis declinare, præsertim cum Apostolus Iacobus clamet, quod amicitia huius mundi inimica sit deo. Si enim ipse mundus nos diligeret, diligendus vtique non esset: quanto magis nunc, dum ipse nos obedire probatur, quos tãtis malis insequitur, à nobis omnino spernendus atque fugiendus est. Vitam ergo aternam ex omnibus præcordiis vestris amate, quam nunquā in secula finiat. Illuc festinate vbi semper viuatis, & vbi iam mori nunquam timeatis. Si enim sic amatis istam vitam miseram fluidamque, vbi cum tãto labore viuatis, & vbi vix currēdo, satagendo, sudādo, suspirando necessariis corporis satisfacitis, quanto magis amare debetis aternam vitam, vbi nullum laborem sustinebitis, vbi semper summa securitas, summa felicitas, summa libertas, felix beatitudo, vbi etiā implebitur illud quod dominus in Euangelio dicit, Erunt

homines similes angelis. Et illud, Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Qualis putatis tunc erit splendor animarum, quādo solis claritatem habebit lux corporum? Ibi iam nõ erit vlla tristitia, nullus ibi labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, sed perpetua semper sanitas perseverat: nulla ibi cōfurgit malitia, nulla carnis miseria, nulla egritudo, nulla omnino necessitas. Nõ erit ibi fames, non sitis, non frigus, non aestus, non lassitudo, ieiunij, nec vlla tentatio inimici, nõ peccandi voluntas, nec delinquendi possibilitas: sed totum lætitia, totum exultatio possidebit, hominesque sociati angelis, sine vlla carnis infirmitate vernabunt. Erunt ibi iucunditas infinita, beatitudo sēpitema, quā qui semel adipiscitur, semp tenet. Nihil hoc loco magnificētū, nihil gloriosū, nihil clariū, nihil pulchrius, nihil verius, nihil illa bonitate sinceriū, nihil illa abundantia copiosius. Ibi iam non formidabitur fortissimus hostis, qui cupit iugiter animas iugulare, nec facies omnino turbulenta tortoris. Non incutiet timorem barbarorum immanitas, nec vlla vltē timetur aduersitas. Nemo in illo loco glorioso indigebit vestimento, non est illic frigus, non æstus, nec vlla aëris inæqualitas. Nullus ibi elurit, nullus tristatur, nullus est ibi peregrin⁹, sed omnes qui illuc venire meruerunt, securi in propria patria viuunt. Nõ vltra aduerfabitur caro spiritui, sed cum angelis inenarrabilia sēpitema à Christo præmia tribuunt, & quod oculis non vidit, sicut dicit Apostolus, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Ecce qualem beatitudinem perditurus est, qui modo se dum licet, emendare noluerit. Idcirco nos fratres domino auxiliante dedignemur vltra seruire peccato, quibus tanta beatitudo præparatur in celo. Dū ergo tempus est, festinem⁹ propitium nobis habere dominum, despiciamus quæ terrena sunt, vt adipiscamur cœlestia, cogitemus peregrinos nos esse in hoc seculo, vt liberius festinemus ad cœlos. Velociter enim transeunt, & cito tanquam vmbra pereunt cuncta quæ hic videntur. Perpendamus charissimi fratres, quales erimus in die iudicij, dei & angelorum eius conspectui presentandi, quando opera nostra erunt nobis ante oculos nostros ponenda. Qualis erit tunc ista confusio, cui contigerit pro peccatis suis in conspectu dei omniumque hominum & angelorum erubescere, qui hic nec vnū quidē hominem in se peccantem vult nunc inspicere? Quis pauper erit, deum iratum videre, quem placatum nõ valet vniuersitas comprehendere? Illum ergo diem semper timeamus, quem modo prauidere nullatenus possumus. Illum diem iugiter pauescamus, & vel sic actus nostros reuocemus. Consideremus quis terror in die illo erit, cum dominus de cœlis ad iudicandum seculum venerit: qui metus erit, deum videre, ad cuius aduētum vniuersa elementa quatentur, & cœlum cum terra cōtremiscet, virtutesque cœlorum commouebuntur? Tunc nimirum præcinentibus angelorum tubis, omnes gentes quæcūque sub cœlo fuerint, & omnis homo tam viri quam fœminæ, in eo sexu vnusquisque quo natus fuerat in mundo, boni & mali, sancti & peccatores, vel quicūque ab initio nati & mortui fuerint, siue à bestijs deuorati, siue ab igne cōsumpti, siue etiam ab aquis absorpti, omnes simul in momento temporis, in ictu oculi resurgent, in ipsis sine dubio corporibus, atque in ipsa carne quam hic habuerunt, scilicet in virum perfectū, in mēsuram ætatis plenitudinis Christi, in qua & ipse dominus resurrexit à mortuis. Et omnes ante iudicium Christi veniēt, pariterque eum electi & reprobi oculis suis videbunt,

Matth. 19. D De terrore extremi iudicij. Ca. III. I. Cor. 15. Eph. 4.

debiunt, sicut & ipse dominus in Euangelio dicit, Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute magna & maiestate, costipatum agminibus angelorum, & congregabuntur ante eum omnes tribus terrae, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oves ab haedis, & statuet quidem iustos a dextris, impios autem a sinistris. Tunc dicit ad eos qui a dextris erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Esuri enim & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi potum, & cetera quae auditis in Euangelio. Tunc omnibus aspicientibus ostendet liuores fixurasque clauorum, in ipso sine dubio corpore quod pro nostris peccatis vulneratum est, & ita peccatores compellens dicit, Ego te homo de limo terrae manibus meis formavi, & in paradysum meum quem non merebaris, collocaui, sed tu me meaque iussa contempnens, deceptorem sequi maluisti, unde & iusta poena damnatus, inferni supplicii deputatus eras: postea misertus tui, carnem assumpsi in terris, inter peccatores habitauisti, contumelias & verbera pro te sustinui: vt te eriperet colaphos & sputa susceperis, & sustulisti patienter: vt tibi dulcedinem paradysi reddere, acetum cum felle bibi. Propter te vepribus coronatus, cruci affixus, lancea vulneratus sum, propter te mortuus, in sepulchro positus sum, ad inferna descendi, vt te ad paradysum reducerem: tartara adij, vt in caelo regnares. Agnosce ergo impietas humana quae pro te pertuli. Ecce liuores quos pro te susceperis. Ecce clauorum foramina, quibus affixus in cruce pependi. Susceperis dolores tuos, vt te sanarem, susceperis contumeliam vt tibi gloriam darem, susceperis mortem vt tu haberes vitam immortalē, conditus iacui in sepulchro, vt tu regnares in caelo. Hac omnia pro vobis sustinui. Ampliora horum quid vobis debui facere & non feci? Dicit mihi nunc, vel ostendite quid passi estis propter me dominator vestrum, vel quid boni egistis pro vobis? Ego cum essem inuisibilis & impassibilis, propter vos dignatus sum sponte pati, propter vos incarnatus sum: cum essem diues, propter vos egenus factus sum. Sed vos humilitatem meam & praecipua mea semper renouentes, seductorem magis quam me secuti estis. Ecce modo non potest iustitia mea aliud iudicare, nisi quod merentur opera vestra. Ergo quod ipsi elegeris, tenete. Contempnitis lucē, possidete tenebras. Amastis mortem, ite in perditionem. Secuti estis diabolum, ite cum illo in igne aeternum. Quis putas tunc erit moeror, quis luctus, quae tristitia, quae angustia, cum haec fuerit aduersus impios prolata sententia? Tunc erit malis dura separatio a dulcedine confortij sanctorum. Et tunc impij traditi in potestatem demonum, ibunt in ipsis corporibus suis cum diabolo in supplicium aeternum, & permanebunt semper sine fine in luctu & gemitu. Procul quippe exulati a beata paradysi patria cruciabitur in gehenna perpetua, nunquam lucem visuri, nunquam refrigerium adepturi, sed milia milium annorum in inferno cruciandi, nec inde in secula liberandi, vbi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec qui torquetur aliquando morietur. Sic enim ibi ignis consumit, vt semper referuet, sic tormenta aguntur, vt semper renouentur. Luxa qualitatem vero culpa, poenam vnusquisque sustinebit gehennae: & similibus culpa rei, suis similibus iunguntur cruciandi. Non ibi audietur aliud nisi stetus, & planctus & stridores detur. Non ibi erit aliud consolamentum, nisi flammam & terrores poenarum, ardebuntque miseri in igne aeterno semper in secula seculorum. Iusti autem ibunt in vitam aeternam, in ipsa sine dubio carne quam hic habuerunt,

& sociabitur angelis sanctis in gloria sempiterna, nunquam iam ulterius morituri, nunquam corruptionem visuri, sed semper laeti ac alacres, ac dulcedine Christi iugiter satiati, fulgebunt sicut sol in gloria & claritate, quam praeparauit deus diligentibus se. Et erit tunc, quanto quis amplius alio hic obediens deo fuit, tanto ampliorum illic mercedem accipiet: quantoque hic amplius quies deum amauit, tanto propius eum videbit. Benedicamus igitur dominum deum nostrum fratres, qui ad laetitiam spiritalē congregauit nos, simus in humilitate cordis semper, & gaudium nostrum penes ipsum sit. Non igitur de prosperitate aliqua huius seculi inflemur, sed nouerimus? foelicitatem nostram non esse nisi cum ista transferint. Modo gaudium nostrum fratres in spe futura sit, totum desiderium vita aeterna sit, omnia suspiria nostra Christo anhelent. Ille vnus pulcherrimus, qui foedos dilexit vt pulchros faceret, desideretur, ad illum vnum curratur, illi ingemiscatur, & dicat semper magnificetur dominus, qui volunt pacem serui eius: Amen.

Finis.

DE OBEDIENTIA ET HVMLITATE SERMO.

Hic sermo ne pilum quidem habet docti hominis, nedum Augustini.



Nihil sic deo placet quemadmodum obedientia. Cham maledictus fuit: & post multa secula manet quod dicitur, Semen Chanaan, & non Iuda, quia patri non est obsequutus. Ceterum Sem, qui obsequutus est patri, benedictionem habuit in omnia secula. Hoc itaque dico, non est filiorum iudicare de patribus. Nemo vadit ad magistrum & docet magistrum suum. Venisti ad me vt docerem te literas: si tibi scripsero & dixerero tibi, scribe quomodo ego scribo, vtique imitari debes quem magistrum elegisti. Ab aliquo doctus es, & vadis ad peritorem magistrum. Hoc totum quare dico? Vt obedientiam exhibeamus patribus nostris. Qui patribus non obsequitur, deo non obsequitur. Dicit enim dominus, Qui vos contemnit, me contemnit. Qui ergo contemnit Apostolos, contemnit Christum. Qui contemnit patres, contemnit Christum qui in patribus est. Hoc dico quia haec in nobis summa & sola est virtus obedientiae. Si ieiunaueris diebus ac noctibus, orationemque feceris, si in sacco fueris vel cinere, si nihil aliud feceris, nisi quodcunque praecipit in lege, & tibi vnus fueris quasi sapiens, & obediens patri non fueris, omnes virtutes perdidisti. Vna obedientia plus valet quam omnes virtutes. Ieiunium vel continentia, nisi te diligenter attenderis, superbiam tibi facit, superbia autem inimica est deo. Nihil sic odio habet deus, sicut superbiam. Quicumque non obedit, non facit de sanctitate, sed de superbia. Ideo enim non obedit, quia se meliorem putat illo, cui non obedit. Simpliciter dico vobis, omnia peccata odio habet deus, mendacium, peritium, furtum, & cetera, in quibus si quis deprehensus fuerit, non potest oculos leuare, sed sic eum habemus quasi execrabilem. Si quis superbus est, multo peius facit quam adulterium, & tamen loquimur cum eo. Qui fornicator est, potest aliquid dicere: Vicit me caro mea, superauit me adolescentia mea.

De laude & prerogatiuis obedientiae. Cap. I. Gene. 9. Danic. 13.

De malo superbiae. Cap. II.

tia mea. Non dico quod sibi hoc facere liceat, aut quod se excusare debeat, siquidem & hoc odio habet deus, sed in comparatione mali dico. Quicumque aliud peccatum fecerit, verbi gratia, si furtum fecerit, se excusare potest. Quid enim dicit? Propterea furtum feci quia algebam, quia fame moriebar, quia egrotabam. Superbus quid dicere potest? Ideo superbia maius malum est, quia excusationem non habet. Cetera vitia eis nocent, qui ea committunt: ceterum superbia plus omnibus nocet. Hoc ergo dico, ne cogitetis peccatum non esse superbiam. Quid enim dicit Apostolus? Ne quis incidat in iudicium diaboli. Videtis ergo quomodo quicumque inflatur, in iudicium diaboli incidit. Hoc ergo dico secundum quod scriptum est, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, vt omnia, inquit, peccata fugiamus, maxime superbiam. Dico vobis quid agat qui per superbiam sibi sapiens videtur. Si quis vni de fratribus dederit consilium & dixerit ei: Frater, non debes sic agere, non eum dignatur audire, quia se magis sapientem putat quam illum qui dat consilium. Et quid dicit in corde suo qui sibi videtur esse sapientior? Ego igitur non habeo consilium? Nunc tu es sapientior me? Licet non dicat, tamen ex eo quod contemnit consilium fratris, in corde hoc loquitur. Ergo hoc dico, Qui superbiam habet, sine causa habet alias virtutes. Habet virtutes, imo eas non habet, sed videtur habere. Qui enim hoc habet quod deo contrarium est, quomodo potest habere? aliquid quod deo amicum sit? Superbia in monasterio fit. Si ieiunamus, erigimur, si orationem facimus pro peccatis, in superbiam erigimur. Aliquis ieiunat pro peccatis suis, & pro peccatis suis poenitentiam agens in superbiam extollitur. Ideo ieiunas, ideo oras, ideo praecipua facis, vt contra deum facias? Monachus si superbus est, multum ei melius fuerat si uxorem duxisset. Ego simpliciter dico, & libera fronte hoc dico: quia quicumque superbus est, melius est ei, & hoc ad comparationem mali dico, vt omnia alia vitia haberet, & ex malis suis inclinaretur ad poenitentiam, & non omnes despiceret. Si autem post peccata ageret poenitentiam, vtique dei misericordiam mereretur. Qui autem superbus est, omnium malorum habet principium, & non agit poenitentiam, quasi iustus sit. Propterea superbia contraria est deo, quia deo non subiicitur. Sicut enim se habet quasi iustus. Superbus non agit poenitentiam pro malis, & gloriatur quasi pro bonis. Haec quare dixerim, & vos ipsi intelligitis, & aliorum ruinam nostra debet esse exempla. Propterea venimus in monasterium, libertatem seculi perdidimus, vt seruitutem Christi accipiamus. Deinde ista de fratribus loquor, qui solent longius sedere a monasterio, non eis debet nasci superbia de exemplo. In cenobio vixisti, placuit tibi vt maneres in decimo miliario, non propterea debes synaxim sanctorum fratrum contemnere: nec te ideo viliores putares, si ad fratres veneris in ciuitates. Si necessitatem haberes, ires & videres mulieres: & si necesse habuisses, ires in plateas, recteque non ires, ad synaxim sanctorum fratrum non vadis. O tu qui manes in secreto, aut melior es fratribus qui sunt in cenobiis, aut peior es. Si melior es, veni vt eis exemplum vitae tuae tribuas: si autem deterior es, veni vt dicas quae non scis. Superbia nascitur, quando aliquis dicit se in secreto sedere, & fratres non dignatur videre, & visitare, & in superbiam erigitur. Hoc propterea loquor praesente sancto fratre qui facit opere, vt hoc quod ego loquor, huc sciatis opus facere. Denique multi sancti patres, qui vere patres sunt, qui regunt animas sanctorum, quando aliquos viderint iuue-

nes ire ad secreta, & ad cenobium non venire, & in superbia esse, vadunt & vim eis faciunt, & adducunt eos, non vt eis noceant, sed vt tollatur eis superbia. Nec hoc propterea dico, vt illi qui manent in secretis, & veniunt ad cenobium, & fratres visitant, ab his qui sunt in cenobiis arguantur quasi sint impatientes, nec quasi humiles. Nemo dicat de vobis: Ecce ille qui in eremo sedet, quia non patitur, venit: propterea venit vt superbiam deponat: propterea venit vt te aedificet, & non destruat. Videte qualis vita. Sic viuit in deserto, & tamen gloriam non habet eorum qui in deserto sunt. Deus itaque omnipotens omnia quae loquuti sumus, orationibus sanctorum nos quoque implere faciat. Nihil enim grande est dicere, sed facere: & si quid facere non possumus & loquor, ideo loquor, vt qui potest facere, faciat. Qui habet aures audiendi, audiat in Christo Iesu domino nostro, cui est honor, virtus & potestas in secula seculorum, Amen.

Finis.

DE BONO DISCIPLINAE.

Non est Augustini.



Multi sunt qui sanae doctrinae aduersantur, iustitiam culpant, & disciplinam imperium esse iudicant, ac rationabilem castigationem superbiam assignant, cum non sit imperium, nisi vbi aliquid iubetur iniustum: nec sit superbia, nisi vbi negligitur disciplina. Disciplina igitur magistra est religionis, magistra verae pietatis, quae nec ideo increpat vt laedat, nec ideo castigat vt noceat. Denique mores hominum irata corrigit, inflammata custodit, ita Salomone dicente, Fili, ne deficias a disciplina domini, neque fatigeris cum ab eo increparis: Quem enim diligit dominus, increpat, flagellat autem omnem filium, quem recipit. Nihil profecto est quod non disciplina aut emendet, aut saluum faciat. Quam si quis sapiens apprehenderit, nec gratiam amicitiarum perdit, nec periculum damnationis incurrit. Nemo disciplinam irrationabilem putet, sub qua videt vnueris quae in caelo, & sub caelo sunt, verbo cooperante compositis omnipotentis dei stare consilium. In principio enim operis sui, deus nihil prius quam disciplinam fecit. Nam cum assistente sapientia, caelum suspenderet, terram pararet, maria concluderet, & suis locis, suisque temporibus cursum solis, lunaeque globum disponeret, omnia sub disciplina constituit. Quid autem non esset tenebrosum, quid non incompositum, quid non haberetur absurdum, nisi constitutis legibus cuncta starent elementa? Nunquid sine disciplina agitur solis cursus? qui quantum diurni itineris necessitatem infatigatus impleuerit, ad officium tamen suum matutinus occurrit, & se in parte caeli quorundam terrarum spatia lustraturus ostendit. Tanta est disciplinae ratio, vt intra temporum metas lege conscriptas ita indefessi itineris alternis vicibus syderum cursus agitur, vt nec luna deflectionis suae damna effugiat, nec solem diurni luminis flamma destituat. Nunquid sine disciplina est, quod tanti maris fluctus humili terrarum littore continentur, & in suo situ frequenter incitata ventis altior aggere vnda concluditur? Omnia profecto insipientis natura confunderet, nisi mundum disciplinae ratio gubernaret.

Hac

De laude disciplinae. Cap. I.

Proverb. 13.

Quod non sit disciplina irrationabile. Cap. II.

Prover. 8.



**G** Hæc ideo propoluimus dicere, vt disceretis obedire euangelicis præceptis, & cœlestibus obtemperare mandatis. Quid autem rationalem animam, & ad dei imaginem factam expediât, facile potest homo intelligere, cum videt sacratis per voluntatem dei constitutionibus disciplinae etiam elemēta seruire. Audite Prophetam dicentem: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinā, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta, Bene in omnibus causis timor obtemperat disciplinā, qui pro hoc ipso, quod imminentes periculorum casus aut iras iudicium cauere nouit, potestatem conseruandæ salutis obtrinit. Quid igitur adultero castū? quid furi esset tutum? quid latroni non peruium? Quis nō expauesceret concana littorum, secreta sylvarum? Quid nō præsumptio possideret, nisi furorem animorum sub metu pœnæ disciplina compesceret? Ac nisi constitutus esset ordo viuendi, nunquam profecto finem poneret natura peccandi. Nihil est quod non gula suadeat, si gula disciplina consentiat. Nihil est quod non perdat luxuria, si amore vitiorum a te disciplina discedat. Nihil est quod non habendi cupiditate animus occupet, nisi auaritiæ vitium disciplina cōdemnet. Omnia sub metu disciplinae vitia iacent. Iam non est in quo fides vnquam erubescat, si homo futurum dei iudicium respiciat, & causā reddendæ rationis intendat: nec est in quo vindex scelerum flamma deficiat, si intuitu disciplinae, aut quæ sunt honesta cogites, aut quæ sunt pudēda castiges. Multi tibi nomen crudelitatis imponunt, vbi pro amore disciplinae crimen admissi sceleris supplicio vindicatur latronis, cum sententia vindicantis iustis legibus seruiat, & non solum præsentibus, sed etiam futuris manū porrigat. Quis igitur non licite crederet se debere peccare, si impudicis & impiis actibus iudex non præscriberet disciplinam? Videamus quid lex loquatur, Nō occides, non adulterabis, non falsum testimonium dices. Hæc sunt disciplinae legis, quibus etiam districtio sententiæ secularis obsequitur, impugnando turpia, refecādo criminosa. Nam adicit scriptura, iudex non est vindex positus boni operis, sed mali: ita vt etiam vicarium pœnæ genus exigat, cum dicit, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed istam antiquam sententiæ feruorem facile vitare possumus, si flammam futuri iudicij cogitemus. Absolute autem docet Paulus Apostolus posse cōtemni secularis arma iudicij, qui dicit, Si vis potestatem non timere, quod bonum est fac. Sed hæc nō ociose tractanda sunt: nam cum de his terrenis potestatibus Apostoli doctrina commemorat, sensibus nostris cœlestis iudicij partes insnuat. Nam cum docet seruiendum seculari legibus, admonet necessario hominem futuris cauere temporibus. Si vis, inquit, non timere potestatem, quod bonum est fac: Hoc est dicere, si vis futurum non timere iudicium, Declina a malo, & fac bonū. Ergo hæc primam constitutionis formam, quæ seculi legibus caret, cauere debem? & vincere, vt possimus a nobis illud præiudiciū perpetuæ mortis excludere. Quia quos ista temporalis non affligit pœna, hos illa in æternum insatiabili tormentorum persequitur dolore. Nemo autē illum homicidij crimen euasisse æstimet, quem excusatum secularis iudicij corrupti sententia absoluerit. Nec ille adulterij facinus prætermisum putet, qui indulgentiæ lege deprehensus euasit. Nemo cum sanam dexterā videt, salutaris reo debita iure supplicia iudicet fuisse concessa. Defunctis corporibus salua sunt crimina, nisi fuerint prius apud deum lachrymarū intercessione pur-

gata. Expectat enim reum suum gehēna debitis armata suppliciis. Ad confusionem magis præsentis vitæ, non ad absolutionem criminis pertinet autoritas sententiæ secularis. Illa ergo nobis sunt ante omnia cogitanda supplicia, vbi homo viuet durate pœna, vbi nec tormēta corpori, nec desunt membra tortori. Quæ tamē facile vitare possumus, si habenas disciplinae teneamus, dicente Apostolo, Si vis non timere potestatem, bonū fac, & habebis laudem ex ea. Quis sapiens non ad hæc disciplinae bona animum lætus apponat, vbi potest homo non solum criminis pœnam vitare, sed & gratiam laudationis acquirere? Audite Prophetam dicentem: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. In hoc loco ad illos puto pertinet ista sententia, ad quos nōdum disciplina peruenit, qui adhuc in deuīs morantur, capti antiquo superstitionis errore. Probantur enim sub lege nūquam vixisse, qui admonentur vt apprehendant studium disciplinae. Sequitur in hoc psalmo, Ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta. Igitur si illos Propheta statuit reos, ad quos disciplina nunquam peruenit, quid de illis iudicandum putamus, quos disciplina desituit? Inter vtroque actus autoritas propheticae lectionis inculcat minorem planē culpam, non peruenisse ad disciplinam, quā legem disciplina respuit. Ecce dicit Propheta, Qui spernit disciplinam, odit animā suā. Et vere vt dixit ita est: nam hostis est & inimicus animæ suæ qui spretis disciplinae monitis, diabolicis occupatur officiis. Dicit aliquanti disciplinam satis duris legibus constitutam. Loquantur ista satis miseri, quos ad omne facinus ille diabolus author mortis inuitat, quorū mētes insatiabilis gula possidet, super quos regnat ebrietas, quos turpis luxuria captiuos tenet, & a quibus nūquam superbia ingrata discedit. Illis autem quibus est studium honeste fidem seruare continentia, humilitati pietatisq; seruire, dulce disciplinae onus est, & leue iugū domini, quod non grauat, nisi aut perditos, aut perituros.

Erubesco dicere in confusionem humanæ negligentie, quare apud aliquantos parum proficiat disciplina, cum videamus pastorale magisterium etiam apud muta animalia non perire. Doceat nos ecce seruare ordinem disciplinae tam dociles equorum animi, cum in gyrum ducti flexuosis gressibus membra componunt, & sub vnus habentæ retinaculo ita laxari se consentiūt, vt & currendi & standi modus sub quadam legum dispositione seruetur. Ita quos natura numero diuidit, studio disciplinae cōiungit. Videte quā fortia boum corpora plaustris subiaceant, quæ intantum imperio animū parāt, vt tumentia naturaliter leui iugo colla supponāt. Ita disciplinae constitutionibus seruiunt, etiam quæ in feritate nascuntur. Vnde miror aliquotiens hominem, cui inest sapientia & intellectus prudentia, passim præcepta disciplinae negligere, cum videamus mutum animal vitia cauere, iussis obtemperare, imperio deseruire, atque ita ad omnem obedientiam animum aptare, vt cum opus fuerit, armatis legionibus occurrat, & hostilibus se telis iustum obiciat. Audite in hoc loco Prophetam dicentem: Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israël autem me nō cognouit. Vereor dicere, ne nostram negligentiam pulset ista sententia. Non autem cognoscit dominum, qui conditionis suæ non cognoscit officium. Ostendā sanē quomodo dominus possit aut inueniri, aut cognosci, si tamen est animus videntis. Si vis videre dominū, require mendicum, respice ad pauperem, suscipe peregrinum,

**K** De utilitate disciplinae: & quib? vel leuis existat vel dura. Cap. V. Rom. 13. Psal. 2. De vita religiosa & bona fama. Cap. VIII. Sapient. 3. De disciplina in brutis, quæ homines nōnulli cauerent. Cap. VI. M. Eia. 1. Quis dñs vel inueniri, possit vel agnoscī. Cap. VII.

**A** visita infirmum, curte ad carcerem. Si vis videre deum, vitula captiuitatis absolue, nodos iniquitatis incide. Audi de hoc dominum dicentē, Esuristi, & dedisti mihi manducare: sitiisti, & dedisti mihi bibere: hospes fui, & suscepisti me: nudus fui, & cooperuisti me: infirmus fui, & visitasti me: in carcere eram, & venisti ad me. Moneo itaque ne despicias nudum, ne caeco manū subtrahas, ne inuolutum pannis contemnas. In hac enim veste primum dominus cum a Magis quæreretur inuentus est. Et quia de disciplina fecimus mentionē, sub qua fides Christiana viget, necesse est vt omnia in aures vestras vitæ ornamenta deferatur, vt intelligat vnusquisque parum sibi prodesse conuersationis famam, nisi in contemptu mundi amauerit disciplinam. Ergo cui studium est Christi colere, prius cordis & corporis suscipiat indumēta. Omnis igitur vita religionis professe, integritatis debet famam sentire, ne quem expectat corona virtutis, pudoris dāno feriat. Corporis integritas vitam munit, integritatem fides incontaminata custodiat, vt manente vtriusque partis beneficio, immaculatum hominem faciat regnare cū Christo. Sed in hoc solum constat conuersationis nostræ ratio, vt boni simus. Laborandum igitur ante omnia est, vt qui bonitatem sequitur, bonus esse indicetur. Nam quantum homo purum corpus immaculatumq; custodiat, laceratam vitam ad deum portat, cuius actus vultum infamat, licet sciamus cōscientiam solam bonis actibus posse sufficere. Sed quanto melius est vt semper de te bene sentiat qui circa ianuam tuam vanis suspicionibus frequenter agrotat? Insitum est enim naturaliter vulgo, vt de bonis semper male iudicet. Sed tu qui curam bonæ famæ colis, studio tuo gratiam integræ opinionis acquirere. Vita ergo nostra ita sit lucida, vt sit omnibus nota. Integritas religionis, pudor seruiat humilitati. Quem amor tenet seruandæ integritatis, ante omnia falsi ad se famam nō admittat erroris. Magnum est quidem & gloriosum, & vsque ad cœlum omnium ore proferendum, nunquam malis actibus locum dedisse: sed multo fortius est, nunquam falsis suspicionibus laborasse. Quid enim tibi prodest sobrietas, si vitia ebrietatis exerceas? Quis te non ebrium iudicet, si inter effluentes vino calices saltantiū gyros imiteris? Quis te castum putabit, si te viderit meretricum fabulis mixtum; scenico sermone compositis, aut loquentem turpia, aut inhonestam resonantem? Laudo quidem conscientiam castitatis in te, sed odi colloquium meretricis. In quo loco fortasse dicat tibi aliquis: Sufficit mihi pura conscientia. Quantum ad innocentiam pertinet tibi soli sufficit. Sed prouidendum est, ne facilitate tua alter peccet, & alienum peccatū in te redundet, iuxta illud quod dicit scriptura, Vt illi per quem scandalum venit. Quantum autem precioso serico corpus vestias, & niueo vellere membra componas, nō sine macula diem transigis, si camini ardentis ora contigeris. In omni igitur actu tuo vitam tuam disciplina comitetur. Si vis placere Christo, elabora vt professionem tuam fides adiuuet, fama commendet. Præcedat vos patientia humilitatis socia, assistat pudicitia integritatis magistra, fugiat cupiditas, erubescat ebrietas, luxuria actus suos lugeat, superbia confusa discedat. Quicumque igitur est qui festinat deum agnoscere, sub hoc disciplinae ordine Christi poterit inuenire. Multa quidem erant adhuc dilectissimi, quæ disciplinae ratio suadebat aperire, quæ interim putauimus differenda, ne ociosis auribus fastidium pareret longa narratio. Sanē ne quid in hoc opere subtraxisse videamur, elaborabimus

vt ea quæ religiosi actibus competūt sequenti tempore differamus.

**FINIS.**

**AD LECTOREM.**

**S**ermo locutulei, nec docti, nec disertī. Quid habuerunt vel frontis, vel mentis, qui talia scripta nobis obtruserunt nomine Augustini

**DIVI AVRELI**  
**LII AVGVSTINI HIPPONENSIS**  
episcopi, De visitatione infirmorum, Liber primus.

**V**isitatio gratia nepoti meo charissimo morienti extremū valedicturus hesternā die processisset tacto dolore cordis intrinsecus, non sine quantalacūque oculorū humectatione, vix in verbum aliquod tandem oratione resoluti, vnde nec digna me, nec digna se satis proferre potui. Si enim, quod omnium est aulus animus dolore nō minimo affectus, verba attemperaret, ipsa verborum attentatio lachrymarum esset augmentatio. Parcebam itaque verbis, vt parcere lachrymis. Non consolatorius siquidem effundere lachrymas, effeminatum est: porro nullas, cum gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus iubeamur, & inobediens & inhumanitas est: Nam & lachrymatus est Iesus. Plorabo igitur mi nepos dilectissime, ne si inobediens & inhumanus sum, non sim imitator saluatoris mei lesu, temperabo quoque me a lachrymis, ne nimis videar effeminatus. Tu quoque quia viam vniuersæ carnis nepos amatissime ingredi festinas, quo visurus es parentes tuos, Patriarchas sanctos, omnium etiam summam beatitudinem. Ad tanti igitur itineris ne deficiat in via subsidium, grande viaticum tibi est necessarium. In muro ciuitatis supernæ apponendus es lapis viuus, in cuius ædificatione nō auditur strepitus aut malleus. Hic perferendus est strepitus, hic adiciendus est lapidi malleus, hic conterendum est totum lapidis quadrandi superuacaneum. Streptus sit peccatorum tuorum recordatio, super quibus perstretet in aure sacerdotis humillima tua confessio, iuxta illud Apostoli Iacobi, Cōsternimini alterutrum peccata vestra. Malleus sit pœnitentia cordis plus quam pectoris percussio, quæ vtraque dum adhuc aliquantulum in hac vita prauales, ita modificentur, vt in ædificij dei appositione necessaria habeantur. Nam quō vadis? Ad vitā. Per quam viam? Audi deum dicentem, Ego sum via, veritas & vita. Non potes errare, Christus via est. Non potes falli, Christus veritas est. Non potes nō viuere, Christus vita est. Per Christum viam vadis ad Christum veram vitam: Christus via est, tu viator: Christum viaticū porta: cōducat te ad seipsum via, veritas & vita. Sed quomodo inuenies viam istam, quomodo inuenies viaticū? Christus deus est, deus autem vbique est. Si deus vbique est, & i te est, post te est, ante te est, & incircūritu tuo est, dei omnia plena sunt: ne longe deum arbitreris, vbicūque quaerieris, ipsum inuenies. Si ascenderis in cœlum, illic est: si descenderis ad infernū, adest. Si assumpseris pennas

Quo timor obtemperet disciplinae. Cap. III. Psal. 2. De disciplina legis diuine & humane. Cap. III. Rom. 13. Leui. 24. Roma. 13. Psal. 36.

De lachrymarum temperantia. Cap. I. Cap. II. Iacobi. 9. Ioan. 14. Psal. 138.

**G** pennas tuas diluculo, vt habites in extremis maris, et-  
 ent illic manus sua deducet te, & tenebit te dextera sua:  
 Dens igitur vbique est. Hospitem deum habes, hospitium  
 acceptum fac hospiti tanto, & tunc securus dices hospi-  
 ti tuo, vt in eundem deducat te, & in deducendo condu-  
 cat te, in conducendo perducet te, & in perducendo ho-  
 spitetur te. Dico tibi, si sibi gratum exhibueris ho-  
 spitium, gratum & gratius exhibebit tibi hospitium su-  
 um. O quam beatus eris si hospes dei fueris, si in ciuitate  
 sua, coelesti scilicet Hierusalem, mansionem acceperis.  
 Si deus in die aliqua tibi gratias agens dixerit: Hospes  
 fui, & collegisti me, & quando fecisti vni ex his mini-  
 mis meis, mihi fecisti: Veni benedicte patris mei, per-  
 cipe regnum. Erraueram equidem, quonia pro hospitio  
 tuo hospitium dei promiseram, ciuem iam concriptum,  
 imo iam conregnantem hospitem vocaueram. Non pro-  
 mittit tibi deus hospitium, promittit regnum, regnabis  
 cum Christo, eris haeres dei, coheres autem Christi. Sed  
 ad tantam felicitatem adipiscendam preparatio mul-  
 tifaria tibi charissime est necessaria. De confessione &  
 poenitentia superius breuiter notatum est: Confiteri &  
 poenitere, a malo est declinare. A malo declinare, quo-  
 dammodo bonum est. Sed audisti: Declina a malo, & fac  
 bonum. Bona est a malo declinatio. Sed necessaria est ad  
 bonum faciendum festina & efficax exhilaratio: Hilaris  
 enim datorem diligit deus. Et quid est bonum facere?  
 In publico est boni faciendi regula. Enarrat sibi bona  
 impensa doctor doctorum ita dicens: Hospes fui, nudus  
 & in carcere, sitiens & esuriens, & ministrasti mihi. Et  
 haec mihi fecisti quando vni ex minimis meis fecisti.  
 Grande bonum quod cum fit in pauperes, redundat in  
 deum. Sed in pauperes largitio non est totius boni ex-  
 hibitio. Dicit Apostolus, Si distribueris in cibos paupe-  
 rum omnes facultates meas, charitatem autem non ha-  
 buero, nihil mihi prodest. Ergo totius boni summa est  
 charitas. Distributio facultatum tuarum in pauperes, nisi  
 ex radice charitatis procedat in deum, non redundat.  
 Deus charitas est: quod ex deo procedit, in deum redun-  
 dat: quod in deum non redundat, ex charitate non pro-  
 cedit. Ex deo igitur processio, & in deum redudatio, dei  
 dona sunt. Distribue igitur tua sic in pauperes, vt in deum  
 distributio redudet. Sed quid distribues? Forfitan deest  
 quod distribuas. Audi Tobiam, Fili, si multum tibi fue-  
 rit, abundanter tribue: si autem exiguum, etiam illud exi-  
 guum impertiri stude. Si dederis alicui calicem aquae sal-  
 tem frigida, non perdes mercedem tuam. Sed forfitan  
 & aqua deest: sed habes quod distribuas, habes te ipsum  
 da te ipsum deo, & habebis ipsum deum, Quomodo da-  
 bis te deo? Dispone domui tuae, quia morieris tu & non  
 vines. Forfitan domum non habes, dispone tibi, si non  
 disponis domui. Qualis erit illa dispositio? Dilige  
 deum, & diligit te deus. Assume pennas cum quibus ad  
 deum euoles. Pennae quibus euoles sunt dilectio dei &  
 proximi. Dei & proximi dilectio, apta tuius est di-  
 spositio. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dile-  
 ctio proximi malum non operatur. De dilectione dei  
 quid dicam? Diliges dominum deum tuum ex toto corde  
 tuo, ex tota anima tua, ex totis viribus tuis. Diligat deum  
 oculus tuus, os tuum, manus tua, pes tuus, omnis sensus  
 tuus. Quicquid dilectionis in te est, tu totus diligas deum.  
 Haec sunt duae alae, quibus euoles ad caelos, transeharis  
 ad sanctos, inferaris inter angelos. Si ociosa sit manus  
 ab opere, pes a deambulatione, sed nunquam sancta a-  
 nima vel mens timens deum, vacare poterit a dilectio-  
 ne. Sed dicis, Dilige deum. Bene, vtinam sit in te quod

promissisti sermone. Dilectionis dei probatio, manda-  
 torum ipsius est completio. Operum suorum voluntaria  
 completio, amare quod amat deus, ardenti desiderio  
 amplecti quod facit deus. Si igitur deum diligis, quod  
 facit deus diligis. Et si quod facit deus diligis, discipli-  
 nam dei flagellantem te diligis, flagellum dei sustines,  
 nulli laboras, pulmone deficis, cibum stomacho respuit,  
 phthisi decoqueris, vinum fastidis, dysenteria sauciaris,  
 multimodo morborum genere afficeris. Sed & haec, si  
 oculum habes, si cordatus es, dei dona sunt. Disciplinam  
 patris ne abiicias fili, Nemo filius quem non corripit  
 pater, sed noli deficere a disciplina domini, & ne fati-  
 geris dum ab eo argueris: Quem enim diligit dominus,  
 corripit, & quasi pater in filio complacet sibi. Vis scire,  
 quia infirmitas corporis salutem animae parurit, audi  
 dominum Apostolo respondentem: Virtus in infirmi-  
 tate perficitur: ac si dicat, Complectere quam pateris in-  
 firmitatem, quoniam ita proficies de virtute in virtute,  
 si in infirmitate virtus augmentatur. Virtus autem est  
 salus animae, infirmitas corporis: quandoquidem per vir-  
 tutem animae parit salutem. Donum dei est: Non enim  
 est aliunde nisi ex deo salus animae. Flagellum ergo dei  
 ne contenas, sed flagellatus dic deo gratias. Dilige cor-  
 ripientem, dilige corrigentem, dilige arguentem. Non in  
 furore, non in ira, sed in misericordia aperi pulsanti, de-  
 uotus esto vocanti, gratias age miseranti, redi ad te, co-  
 gita paruimper: cogita de deo, pensa si potes, quoniam fit  
 per omnia opera sua ipse miseraciones. Ipse deus est,  
 ipse iudex est, nec te vult damnari, nec vult te male iu-  
 dicari, vult tui misereri, flagellat in te misericorditer  
 qui in eum deliquisti pertinaciter. Deus meus, de  
 meis audebo dicere, pace tua dicam, quoniam magno  
 repletus gaudio dicam: In quodam ecstasis tripudio de  
 te praesumendo dicam, nisi quia deus es, iniustus esles,  
 quia peccauimus grauiter, inhaeremus peccato pertinaci-  
 ter: gaudemus de peccato, post peccatum ambulamus,  
 extenso collo peccatum nostrum praedicamus, nec ab-  
 sccondimus, & tu placatus es: nos te prouocamus ad iram,  
 tu autem conducis nos ad misericordiam. Nos irritamus  
 te ad furorem, tu autem differs vindictam. Iusto exter-  
 minio punire poteris peccantes, subuertere negligentes,  
 & patientia tua expectat vt corrigamur poenitentes. De-  
 us meus misericordia mea. Nunquid non haec est iniuri-  
 stitia? Sed nunquid iniustitia apud deum? Absit. Quod  
 enim sustinet deus, iudex iustus patietur, quod iusta se-  
 ueritas flebitur misericorditer, totum deus est. Neque  
 enim aliter deus esles nisi fleteris, nisi patereris, nisi  
 misereris, nisi deus esles. Quodcumque igitur facis, tuum  
 est. Fac igitur deus quod facis, quia quod facis, tuum est:  
 quod tuum est, bonum est: quod igitur facis bonum est,  
 deus meus misericordia mea. Tu igitur chare mi,  
 ad modicum migraturus de mundo, tantam & tam in-  
 effabilem benignitatem domini dei tui ne spernas, fla-  
 gellum ipsius gaudeter suscipe: Flagellat in te quod ne-  
 scis, nec iniuste: Iusta enim sunt ipsius iudicia, morbus  
 hic corporis, medicina est spiritalis. Porro recogita quod  
 morbus tuus, vt aiunt medici, est incurabilis, & tecum  
 reuolue, quoniam si contra deum praesumpseris mur-  
 murare, & morbum velis nolis, sustinebis: nec murmu-  
 rando sanaberis, imo anima debilitaberis, dum contra  
 deum tuum, patrem tuum, medicum tuum, magistrum  
 tuum mansuetissimum & tranquillissimum, in ipso fla-  
 gello pacatissimum, qui nunquam iratus est, cum iratus  
 est misericordiae recordabitur, murmuraueris. Meis igitur  
 acquiesce consiliis, & quandoquidem murmurando  
 duo

Prou. 3.  
Hebr. 12.

1. Cor. 12.

De miseri-  
cordiae dei  
excellencia.  
Cap. V.

Roma. 9.

Consolatio  
moriuri dei  
mortalis vi-  
tae miseria,  
& mortis  
multimoda  
vilitate.  
Cap. VI.

De operum  
misericor-  
diae meritis.  
Cap. III.

Matt. 25.

Roma. 8.

1. Pe. 3.

1. Cor. 9.

Matt. 25.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 4.

Tobias. 4.

Esa. 38.

De dei dile-  
ctione, &  
correspondis  
vilitate.  
Cap. III.

Leni. 19.  
Roma. 13.

Deut. 6.

**A** duo mala sustineres, pacificus esto, & grauiamen corpo-  
 rale fac tibi antidotum spiritali: Non enim si in flagello  
 vis deum recognoscere, corpore & anima flagella-  
 beris, non enim flagellat deus bis in idipsum. O quam iu-  
 cundo pectore, quam laeto corde, visitationem diuinam  
 debes praoptare. Certe si corpore totus praualeres, infir-  
 mitatem medicinalem a deo debueras votis omnibus  
 expetere, ne sanitas corporis infirmitas esset animae me-  
 tuere. Nihil aliud scio, sed quia infirmitas, vtiliter debes  
 gaudere, quia iuxta est vocatio diuina: Debes ei totis  
 visceribus laetus adherere. Eia si episcopatum aut honore  
 alium, aut sanitatem infirmis optabilem tibi concessis-  
 set deus, nonne omni gaudio illud donum dei suscipere-  
 res? Certe maiori exultatione & affectuosiore volunta-  
 te, cum gratiarum etiam actione hanc dei animaduersionem  
 debes tibi vnicam habere, quia & hoc vtilissimum  
 donum dei est. Porro si de vitae istius naufragio,  
 deque compendiosa mortis comparando commercio cogi-  
 tares, quam inenarrabiliter viuere fastidires, quam  
 festinanter mori in domino concupisceres, Beati enim  
 mortui qui in domino moriuntur. Nam vt collatione  
 quandam breuiter faciamus, conferamus si placet de vi-  
 ta praesenti, quae initium dolorum est, & quasi per amicum  
 litigium quid potius appetendum sit, male viuere, an be-  
 ne mori, discutiamus: nam bene viuere praesentialiter  
 nemo potest. Omnis enim homo medax. Et Apostolus  
 homo praeter ceteris hominibus videns aliam legem in  
 membris suis legi mentis suae repugnantem, cupit dis-  
 solui & esse cum Christo. Et scimus quia omnis creatura  
 ingemiscit & parurit, vsquequo liberetur a seruitute  
 corruptionis per eum qui subiecit eam in spe. Denique  
 quis numerare potest praesentis vitae molestias? Esurire,  
 sitire, algere, calere, lassari, & innumerabilia ex ipsa co-  
 suetudine nobis domestica sunt: tamen initium dolorum  
 haec. Sed vt altius reuoluamus quae intra nos sunt, cupere,  
 amare, odire, fornicari, adulterari, occidere vel occi-  
 di, rapere, furari, nonne inimicae passionibus nobis sunt, ta-  
 me quis immunis, quis liber est ab his omnibus? Et quis  
 tot & tantarum obnoxiois passionum, immunis erit a  
 peccato? Et quis viuens sub peccato, bene viuunt? Ergo ma-  
 le viuunt omnes homo, & peccatum malum est. Denique  
 audenter pronuncio, quia principium vitae hominis ini-  
 tium dolorum est. Fuere philosophi hoc non ignorantes,  
 qui in ortu puerorum lugebant, in morte autem gau-  
 debant: hoc significantes, quia homo ad laborem nascitur,  
 ad requiem autem moritur. Sanctus etiam Dauid &  
 de ortu & de vita filij, quem de Bersabee susceperat, in-  
 tantum est contristatus, vt dum puer adhuc viueret, lu-  
 gens & incognatus maneret, mortuo autem puerulo &  
 gauderet & conaret. O mors desiderabilis, o mors om-  
 nium malorum praesentium finis, o mors laboris clau-  
 sula, quietis principium, quis excogitare queat tuarum  
 vtilitates beatitudinum? Nam male mori, Christiano-  
 rum non est: bene autem mori, cum Christo viuere est.  
 Et quis ipsius beneficia sufficienter expediat, quae homi-  
 nem Christo conglutinat, quae vt dictum est, finis ma-  
 lorum est, nutritrix initiumque securae felicitatis est. Valeas  
 mors mi dilectissima, cōfiteor si possem, libenter te cō-  
 plecter, libenter te gustarem, vltro subirem: & testor,  
 quia omnis mea cogitatio, & Epistolae praesentis frequē-  
 tata lectio instigat me ad tui dilectionem, tantum ne in-  
 tempestiua venias. Tu autē caro mea & os meum, quae  
 Epistola mea visitat, quam & extremam moriturus acci-  
 pias, de hac eadem Epistola, & de aliis quae in te sunt  
 exemplaribus, consolationem accipe, ne in extremo po-

Apo. 14.

Psal. 115.

Rom. 7.  
Philip. 1.

Roma. 8.

1. Reg. 12.

situs, tanquam desolatus ad curiam dei tui venias. His  
 omnibus expletis oratio tibi est necessaria, ergo deum  
 alloquere, & nihil secus egeris, de ipso securus ita affare:  
 Deus meus, deus meus, misericordia mea, refugium meum,  
 te desidero, ad te venire festino, ne despicias me sub tre-  
 mendo discrimine positum, adesto mihi propitius in  
 his meis magnis necessitatibus: non possum me redi-  
 mere meis operationibus, sed tu redime me & misere-  
 re mei. Diffido de meis meritis, sed confido de misera-  
 tionibus tuis, & plus confido de tuis miserationibus, quam  
 diffida de malis actibus meis. Tu es spes mea deus meus,  
 tibi soli peccaui, mea culpa: Qui fui tibi charus ad re-  
 dimendum, non sum vilis ad perdendum, & nunc ad te  
 venio qui nulli dees: cupio dissolui & esse tecum. In ma-  
 nus tuas commendo spiritum meum domine: Respice  
 in me domine deus veritatis, & praesta mihi deus meus,  
 vt in pace dormiam & requiescam: Qui in trinitate per-  
 fecta viuus & regnas deus, per oia secula seculorum: Amen.

Quod infir-  
mo oratio  
sit necessa-  
ria.

FINIS.

DIVI AVRELI AVGVSTINI HIP-  
 onensis Episcopi, De visitatione infirmo-  
 rum, Liber secundus.



**S**uperioris tractatus cursum me  
 clausisse putaueram, cum quida  
 de fratribus illum accipientes,  
 ipsi attentius inhaerentes, accu-  
 rate collaudauerunt, & sicuti te-  
 stabantur pro alia vtilitate sui  
 gratanter relegerunt, & eum co-  
 muni decedendum a seculo co-  
 solationi necessarium iudicauerunt: ego autem fraternum  
 gaudium meum existimans, ita illud complexatus sum,  
 vt in ipsorum laetitia mihi meum complaceret opuscu-  
 lum, & quod ipse impraemeditatus dictaueram, solita-  
 rio peragerem scrutinio. Erant autem quae scripta fue-  
 rant, simpliciter, sed vt reor catholice dicta. Vnde & di-  
 ctorum simplicitati propter fratrum beneuolentiam, qui  
 iam ita laudauerunt, peperi. Ipsi autem licet volumen  
 esset paruulum, Visitacionem illud infirmorum appel-  
 lauerunt: ego autem superiora vti erant, manere passus  
 sum. Sed quoniam Epistolari studueram breuitati, que-  
 dam praeter miseram quae ad eandem infirmi visitatio-  
 nem necessaria fuissent. Ea ergo quae compendij gratia  
 praeter miseram, necnon & ea quae super idem nogocium  
 a me postea requisita sunt, stylo subsequenti commen-  
 dauit. Erant quoque ordine praecedentia, sed ipsa praepo-  
 sterauit ad alia tendendi non inutilis velocitas. Mi  
 charissime recessurus a nobis, te etenim compellit dies  
 vltima, fidelis esto, sine fide enim non potes placere deo:  
 neque enim infidelis deo est acceptabilis. Sunt ergo de  
 deo multa credenda, ad salutem animae necessaria. Sa-  
 cramentis igitur diuinis fides plusquam verborum ar-  
 gumentatio adhibenda est: Neque etenim singillatim  
 de deo credenda per rationis argumenta possumus co-  
 prehendere, possumus autem & debemus credere: nam  
 neque de deo loquimur, quin a nobismetipsis aliquan-  
 tulum mente excedamus. Vbi igitur est mentis excessio,  
 idonea est fidei successio. Mirabile ergo illud de trini-  
 tatis vnitatem, de vnitatis deifica trinitate, sacramentum  
 magis est credendum quam exponendum: Enimvero  
 credatur sacre scripturae testimoniis. Sunt & alia de deo  
 filio, quasi nobis propinqua & contigua, & ex ipsa sui  
 propinqui-

Cap. I.

F

De credibi-  
lium saluifi-  
ca fide habet  
da ab infir-  
mo, & de  
spe reponen-  
da in Chri-  
stum.  
Cap. II.

**G** propinquitate & contiguitate nobis familiaria, & ex ipsa familiaritate delectabilia. Delectabile quippe est homini & salutare morienti, loqui & satiari de humanitate Christi. Quod enim verbum caro factum est, & habitauit in nobis, hominis est: quod homo deus factus est, hominis est: vtrunque igitur hoc ineffabile sacramentum hominis est. Quoniam ergo infirmus hominis intellectus ex suis ipsius humanitate ponderosa hebetatus, videns nunc per speculum in enigmate, dei non potest diuinitatem vt dignum est comprehendere, ad illam quae sua est, Christi humanitatem, oculum suum intellectualem reflectat. In illa delectetur, ex illa quoque satiatur, ad ipsam faciem suam conuertat, sicut de Ezechia dictum est, Conuertit Ezechias faciem suam cum lachrymis ad parietem. Parietis Christi, humanitas est. Vnde ita Salomon, En ipse stat post parietem nostrum. Diuinitas ipsius videlicet ad nullum deflexa vel deflectenda peccatum, sub carne nostra latitabat: Na & in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est. Ad hunc reuera parietem Ezechias sub mortis articulo, quem ei Propheta per spiritum praedixerat, faciem conuertit & ita conuuluit. Hac valedudinis expectatione tadem securus Iacob ita tripudiat: Vidi dominum facie diuinitatis, in qua erat deus, ad faciem humanitatis, quam erat assumptus, & sic salua facta est anima mea. Huius incarnationis desiderio flagrabat omnes sancti. Quippe quibus erat manifestum non aliter posse saluari genus humanum, nisi per filium dei incarnatum. Non enim est in aliquo alio salus, nec est nomen aliud sub caelo datum hominibus, in quo oporteat hominem saluum fieri. Ad hunc igitur parietem nostrum, mediatorem nostrum conuerte faciem tuam familiarius, quod tuum est, aggredere securus, sicut compati tuis infirmitatibus, qui factus est tuae infirmitatis participando consocius, praerogatiuam nostrae carnis in caelos euexit superius, quia exaltatus est super caelos homo deus, participatus est nostrae humanitatis, vt nos participaremur suae diuinitatis. Aude igitur fili mi de homine tuo deo facere quoddam participium, quia prior fecit deus de homine tuo puro sibi participium: ex diuinitate processit saluatio, & ex humanitate redemptio, vtrunque tamen ex vtroque. Sed quod meum est, & quod ex me mihi quadam agnatione & cognatione, & quadam secreta affectione conglutino, quodam proprio iure consanguinitatis mihi vendico. Tutius & iucundius loquor ad meum Iesum, quam ad aliquem sanctorum spirituum dei: plus debet mihi Christus quam alicui caelestium spirituum. Quod tu es, fieri dignatus est deus, non factus est quod est angelus: & si sit magni consilij angelus, te exaltauit super angelos, tu etenim iudicabis angelos. Nollem habere locum angeli, si possem habere locum debitum homini, Ad curiam dei sui, dei tui, praecessit deus tuus, homo tuus, tunica tua, tunica polymita, quam sibi decentissime coaptauit, indutus illa, assiduus interpellat pro nobis, non iam ab angelis minoratus, imo gloria & honore coronatus, & super opera manuum dei constitutus. Quem igitur habes intercessorem habes mediatorem, constitue tibi propitium adiutorem. Et si deus pro te, quis contra te? Firmiter igitur & fideliter credenda est dei incarnatio, passio & resurrectio, & super caelos ascensio, necnon & tui ipsius futura reformatio. Hac fili mi fides tua habeat, perscrutetur & teneat cor tuum, nihil dulcius sapiat, os tuum audacter confiteatur & concinat. Corde etenim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Et licet haec sufficere valeant ad salutem, tamen sunt quaedam

exteriora signa pigritantis etiam fidei aliquando excitoria, & quasi quandam compunctionem penetrantibus suis figentia, quae & Christianitatis religio vult obseruari, & amicorum ad infirmos conuenientium deuotio gaudet adimpleri. Haec & tu fili mi non negligas, erunt siquidem & tibi ipsi salubria, & mihi charisq; tuis consolatoria. Habent siquidem Christianorum arcana illius dominicae crucis quasi quoddam venerabile monumentum, quod de crucis ipsius imaginatione crucem cognominant, quod & nos omni veneratione dignissimum fatemur, & ad recordationem crucifixi nostri veneramus. Adicitur etenim super crucem quaedam hominis inibi patientis imago, per quod salutifera Iesu Christi nobis renouatur passio: hanc complectere humiliter, venerare suppliciter, tamen haec ad memoriae tibi reduces:

Nec deus est, nec homo, praesens quam cerno figura: Sed deus est & homo, quem signat sacra figura, Verus homo verusq; deus, tamen vnus vterque: Probra crucis patitur, mortem subit & sepelitur: Viuit idem, crucis haec per signa triumphat ab hoste: Id notum vobis crucis huius litera reddit: Scilicet ipsius nota sunt crux & crucifixus: Haec & ego veneror, Iesum quoque semper adoro.

Tu autem bone Iesu, qui pro me pendens ita passus es, misereri mihi digneris & praesta vt qui mihi mortuus es, & ad hoc mortuus es, vt mundo moriens, tibi vitam bone Iesu. Nec praetermittendum est illud apostoli Iacobi praecipuum, infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros ecclesiae, vt orent super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine Iesu, & oratio fidei saluabit infirmum. Ergo sic roges de te & pro te fieri, sicut dixit apostolus Iacobus, imo per apostolum suum dominum: Ipsa videlicet olei sacra delibutio, intelligitur spiritus sancti typicalis vinctio. Illud etiam viuificum dominici corporis supplementum suscipere fili mi non renuas, quin potius illud audivissime quaeras, fideliter comedas. Cibus ille etenim incomparabilis, ineffabilis, viaticum tibi erit saluberrimum, redemptionis tuae precium, redemptoris monumentum, & redempti munimentum. De confessione superiori tractatu te breuiter commone feci, quod vrgebat me ad alia tedendi curiosa necessitas. Nunc quoque de eodem confessionis capitulo, recapitulationem compendiosam facere dispono. Sunt quidam qui sufficere sibi ad salutem autumant, si soli deo, cui nihil occultum est, quem nullius latet conscientia, sua confiteantur crimina. Nolunt enim, aut erubescunt, siue dedignantur ostendere se sacerdotibus, quos tamen inter lepram & lepram discernere per legislatorem constituit dominus. Sed nolo vt ipsa decipiaris opinione, quatenus confundaris confiteri coram domini vicario, tabescens praerubore, vel ceruicosis praerindignatione: nam ipsius humiliter subeundum est iudicium, quod dominus sibi non dedignatur vicarium. Ergo ad te venire roges sacerdotem, & fac ipsum conscientiarum tuarum penitus participem. Non seducat te somniantium illa superstitio quae in visitatione confirmat, quia saluat sacerdotem inconsulto ad deum peccatorum confessio. Nos autem non abnegamus quin sit ad deum frequenter referenda confessio peccatorum. Beatus etenim qui tenebit & allidet paruulos vel maximos suos ad petram, Petra autem Christus est. Sed testatur, & testatur illud sana doctrina, ne tibi applaudentium faueas auribus, quonia prius eges sacerdotis qui mediator sit ad deum tuum salubri iudicio: alioquin & sub lege & sub gratia: Ite & ostendite

**K** passionis Christi memorialia. Cap. III.

**L**

De sacramento ab infirmo suscipiendi. Cap. III.

**M**

Psal. 136. 1. Cor. 10.

Luce. 17.

**A** ostendite vos sacerdotibus, responsum diuinum, quomodo consummaretur? Confitemini alterutrum peccata vestra, quomodo completeretur? Ergo cicatricum tuarum arbiter dei vice, dominus adhibeatur presbyter, & reuelat ei vias tuas, & ipse tibi exhibebit antidotum reconciliationis. Neque quidem, sicuti quidam faciunt, cum quadam calliditate alloquaris presbyterum, quonia talis allocutio tuipius foret deceptio. Accedunt siquidem deceptiosi ad sacerdotes, ita eis praesentibus confitentes: Ego peccator, domine sacerdos, peccavi periu-rando, adulterando, fornicando, hominem occidendo, mentiendo, sacrilegium committendo, furando, rapiendo, Haec omnia commisi, mea culpa, vel opere, vel voluntate. Ita isti deum irridentes, cum tamen non irridetur, confitentur quae non fecerunt interpolantes, reuelata velantes, vt sit idem in eodem peccato denudasse, & denudatum obumbrasse, de quo sacerdos tunc incertior recedit, cum certa incerte audierit. O quam bene & iuste huiusmodi versutiis sacerdos ille consuleret, si his omnibus quae audiuit, iudicium suum apponeret, & quasi reum de omnibus competenti correctione mulcasset, qui se de omnibus nihil excipies, nihil ex nomine detegens, semet infamando aggressus est, bona quoque inordinate dispensauit, & tunc non erat his locus, & teperrator locus esset quo generalem morbum medico detegere debuisset, si prius vulnera, liuores, plagas tumetes sibi singillatim, prout grauius visceribus instabant, eniscerasset. Tu vero fili mi, non ita facies, quonia saniori consilio crediturus es. Astantem coram te sacerdotem angelum dei existima. Labia quidem sacerdotis, ait Malachias, custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius: Angelus enim domini exercituum est. Et cum qua & deum & angelum eius decet reuerentia, dei ministrum affari. Aperi ei penetralium tuorum abditiissima latibula, conscientiarum verecundarum penitiora reuelare repagula. Non te pudeat coram vno dicere, quod te non puduit forsitan coram multis & cum multis facere: nam humanum est peccare, Christianum est a peccato destitisse, diabolicum est perseuerare. Ergo quae mentem grauius exacerbat facinora, dei angelo manifesta, nihil obsecurum diceas, culpam nullis ambagibus inuoluas, nullis circumuisionibus quod verum est operiens. Designanda etiam sunt in quibus peccasti loca, si recordaris & tempora, cum quibus peccasti personis, non nomina ipsarum, etiam vt a peccato desistant secreto corrigenda familiaritas, in qua peccasti labilis aetas, quo gradu iam Ecclesiae inseruiebas, vtrum semel an ex consuetudine, vtrum necessitate, an ex voluptate cecidisti. His enim omnibus sua instant iudicia: si enim in iudicis secularibus a locis loca discernuntur, alia censura vindicatur homicidium in regis curia, alia in via publica, alia in agresti villa: aliquid pro tempore temporibus ignoscitur infantie, defertur aliquando senectuti, quae media deseruet aetas, seuera cohibetur habena. In solennibus, praecipue natalitiis perpetrata, feroci plectuntur exterminio facinora, sic & cetera quanto districtioribus eliminanda sunt animaduersionibus, in locis deo sacratis, in temporibus festis deo dicatis, in aetate discretiori, in personis praeprie deo delegatis, in gradibus comissa sublimioribus: none cui plus committitur, plus ab eo exigitur? None minus est hominem occidisse quam homines? None leuius est semel deliquisse quam ceteris? None celeriore consequitur veniam ex necessitate cecidisse, quam ex voluntate? Et quauis vbicumque peccetur, peccatum semper sit peccatum, & nullum tempus, nulla aetas, nulla persona, nullus locus muniat peccantem

Qualis debeat esse fructus eius confessionis. Cap. V.

Malac. 2.

ad principum.

Quod grauius sit peccare voluntate, quam necessitate.

Tomus nonus.

a peccato, tamen haec omnia modo suo discutienda sunt, & quonia haec omnia corripienda & corrigenda sunt. Haec autem omnia si taceantur, vel dicta callide pallietur, animam iugulant. Si denudentur, cum poenitentia euanescent, in nihilum redigenda ordine competentis prosequere, sine circulo locutione edisserere peccata pro viribus, imo viriliter extirpare cõtende. Heu cur erubescis confiteri quod facere nequaquam erubuit? Melius est coram vno aliquantulum ruboris tolerare, quam in die iudicij coram tot milibus hominum graui repulsa denotatum tabescere. Confessionem tuam poenitentia comitetur, quonia ita tibi remittetur iniquitas tua. Et Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Peccati quoque confessio, peccatoris est damnatio, poenitentia vero confessioe parit uitam. Odium quoque peccatis adhibendum est, quonia peccatorum amicus, anime suae est inimicus. Et perfecto odio odienda sunt peccata, quonia facta sunt nobis inimica. Momentaneas autem ipsorum illecebras, quae ad momentaneam cordis percussione possunt annullari, pro quorum annullatione aeternam possidebis requies, per thesaurizationem in cruciatu ibis infernalis: nolle destruere cum possis, extrema est dementia. Confitere igitur chari mi nominetenus, quae te remordet flagitia, detege specialiter quae scis specialia, quotidiana de quibus non fuisti mundus, saltem cogitatione in collecta generali appone, sicq; ex indulgentia confide. Iam vero sacerdote consulto ad deum referenda sunt tua delicta, ipsi iam tunc erunt praesentanda. No enim talis praesentatio ultra erit infructuosa. Et quod forsitan oblitus praetermisseras, debitoribus tuis ex corde dimitte debita sua & omnes homines in deum propter deum dilige. Cap. VI.

Paginula nostrae quasi documenta vilia videntur & despicabilia, quia no sunt rhetorico flatu & fastu cothurnata: videntur & superflua, quonia eruditioribus haec omnia erant peruia. Sed est aliquando vt multa nouerint eruditi, de quibus no dubitauerunt, & cogitat vt in eodem discedi genere eade didicerint omnes. Sed nos de minus capaci numero fuimus, & quomodo lassus bos calcet, perspicue nouimus. Accesserunt etiam ad nos animabus suis consili concupiscentium copiosa frequentia, & quida ex simplicitate, quida ita loquebatur ex industria. Illis autem prout nobis collibuit consulimus, tibi vero cui cor nostrum arctius inuigilat, & quem Epistola respectus visitat, quonia dolor impatientissimus tollit colloquendi gratiam, ex his quae ex ipsis hausimus peritiores, hunc tractatum direximus. Tuum est igitur, tuum est, tibi quoque pernecessarium est, qui sub mortis articulo positus es. Iamq; si videri posset, mortem videres, quatenus ex nostra eruditione vigilantior, vel exitus ipsius necessitate circumspectior tibi inuigiles tibi puideas, tibi consulas. Si autem in nostris tractatibus quae nesciebas indicauit, vel quae sciebas iterum inculcaui, tibi tamen in vtroque ex summa erga te diligentia nostrum desudauit exercitium. Et si tibi non proderit, quoniam haec omnia sciebas, harum dictionum comonitoria connexio, quibusdam saltem minus sciolis prodesse habebit, mihi quoque cui te comonuisset voluptuosum est, quoniam mihi satis feci, valebit. Sed ne quaedam quorundam superstitiosus presbyterorum a nobis intacta quasi ignota transigatur, nunc aliquantulum nostri sermonis consummatio, quoniam coram illis consistendum est, respiciat presbyteros. Eset autem id scribere superuacaneum, nisi errori cuidam iam in multis serpenti praetederetur obuium. Melius est quoque ignoratiae presbyterorum consulere, quam ignorantes ignoratiam suam incaustigatos remanere. D Possit

Psal. 131.

Cap. VI.

Quibus sit sacerdotibus facta confessio. Cap. VII.



**G** Posset autem & tibi, quoniam nocuit multis, nocere, pro ut superius intimatum est, coram sacerdote confiteri habes, ipsiusque iudicium subire debes. Sed sicut stella differt à stella in claritate, sic sacerdos differt à sacerdote in sua conuersatione. Multorum siquidem est vocari sacerdotes, sed non est omnium esse sacerdotes. Si quidem multis presbyteratus committitur dispensatio, sed non omnes pariter committitur dispensationis inferiunt ministerio. Alius equidem commodis presentibus, quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi exquirens, in explebiliter inhiat alius præpeditur ex incuria: alius suffocatur ex ignorantia, & tamen ignorans ignorabitur: alius vero concreditur custodiæ competentem locum & tempus explorat, respondetque probati vita ministri necessitatibus iniuncti ministerij. Ex his vocandi sunt si noueris peritiores & curiosiores. Si enim morbis corporum medici probatiores exquiruntur, quanto magis spiritualibus animarum putredinibus adhibendi sunt medici subtiliores, & si dici liceat, spiritaliores. Non dico tamen ut dânes vel reprehendas domini sacerdotes, Nouit enim dominus qui sunt eius. Sed dico, si recipis prophetam in nomine Prophetæ, vel iustum in nomine iusti, mercedem vel Prophetæ vel iusti recipies. Ergo tales vocandi sunt. Iam uide quid de ignorantia ignoratum proueniat. Audiuit quidam ex minus eruditus sacerdotibus confessionem tuam, uidet infirmitatem tuam, nescit tamē res huiusmodi a qua lance pensare: ignorat quia uelox medicina subitaneis infirmitatibus vel in extremo positus sit per necessaria, respondet aegroto, Frater, si superuixeris ita ieiuna, ita fac elemosynam, ita ora: hæc cum omnia bene dixit, sed errorem impium animaduerte. Si autē ex hac infirmitate morieris, ne anima tua deo videatur impoenitens, per obedientiam iniungo tibi, quatenus anima tua vel totam septimanam, vel annum integrum, vel tantum temporis patiendo poenam quam meruisti, in poenitentia post mortem tuam sit. O exterminanda cordis cæcatio, ad consolandum uenerat infirmum, & cui maior & propera incumbit absoluendi necessitas, absolute interdicta ligationis adiicit particulam. O perditionis animarum occasio. Vtrum autem hæc sacerdotis allocutio contententi noceat? Certum est autem quod non iuuat, dei iudicio referretur. Sed quid huic consolatori, vel potius desolatori respondendum sit, si forte requiras, Absolute dico, quod docendus est iste, non sequendus: nec ibi erit inobediētia, ubi est eruditio humilis officiositas. Si autem huiusmodi putredinibus quod apponendum sit cataplasma scire desideras, ut saltem sub occasione tui doceantur presbyteri, & hoc etiā proficiat salutem, quod in extremo positus & tamen contententibus responderem subtexo, Nemini imponendum est quod aut impossibilitas ei abdicat, aut tempus euasens adimplere prohibeat. Si autē aliquid quod pauperibus prodesse habeat, manus eius inuenerit, aut amici sui de suo dare uoluerint, legale est ut peccata sua elemosynis redimantur, orationes etiam amicorum ei profuturas credimus. Si autem quantulacunque pecuniæ summa deerit, aut qui orent pro eo amicorum religiositas defuerit, & ex toto nihil nisi confiteri & poenitere valebit, enormitas quoque culparum eum aggravabit, quid isti faciam? Deducam eum, aut ego etiam de eo in desperationem deducam? Sed quis de bone Iesu de misericordia tua desperet? Audenter pronuncio, quoniam cumulatius delictum est, à te desperatio, quam qualiscunque humana fragilitatis offensio. Quare Apostolorum primicerio lachrymæ profuerunt nisi profint & mihi

Latronis illius in Euangelio memoria quare nobis tam venerabiliter recitata est: Quibus elemosynis quibusve operibus, vel orationibus respondisti mi Iesu benignissime, dulcissime, misericordissime, quasi sub iureiurando, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso: nisi fidei suæ orationique breuissimæ, Memento mei domine dum ueneris in regnum tuum? Dico itaque omnibus, dico tandē contententibus, dico confessis consulentibus ne confessi desperent, ne sacerdotes post mortem aliquos ligent, imò cum suo Iesu dicant, Soluite eum & sinite abire. Melius est enim ut talis profit, vel non noceat absolutio, quam obsit indiscreta ligatione. Nec præterdant sacerdotes de fallaci securitate occasionem, quoniam melius est ut morientem in manus misericordissimi dei commendent, quam desperantē cum quibusdam induciarum fabulis à regno dei eliminēt. Nā quomodo dicit sacerdos pro defuncto quæ ipse ligauit, Absolue domine animam famuli tui, vel ceteras solutionū eulogias? Absoluendi sunt itaque omnes absoluteionem dumtaxat rogantes, nec suspendendi sunt à fidelium comunione, quibus mors timetur sine dilatione, & quos peccatorum amara recordatio vel ciet in lachrymas, vel metus mortis ducit ad ueniam, sicut scriptura testatur, Et territi purgabuntur. Si tamen tales conualuerint, canonū diuinitā non negligant subire censuram. Subitaneum ergo dum diutius licuerit, hoc in extremo positus adhibeatur consiliū: hoc etiam charissime do tibi amice, ascēde oraturus in templum domini corde, si non potes corpore. Dic iustificandus cum illo iam iustificato peccatore, Deus propicius esto mihi peccatori, ut ascendas iustus ad deum, iustificatus ab ipso, qui uiuit & regnat per omnia secula seculorum, Amen.

Finis.  
DE CONSOLATIONE MORTUORVM, Sermo primus.

Eiusdem omnino farina cuius est superior.



**D**abete silentium fratres, ne vos prætereat sermo utilis, & in tempore necessarius. Nam tunc vel maxime opus est medicina, quando grauis nascitur ægritudo. Et tunc sollicitè collyrium adhibendum est, cum fuerit oculus dolore turbatus. Quicquid ergo non habent hunc dolorem, non extrepent, sed potius audiant, quia non impedit sanari scire medicinam quæ proficit. Qui uero per hunc casum turbatum habent oculum mentis, & doloribus cruciantur, magis intenti sint ut aperiant oculum ad suscipiendum salutaris uerbi collyrium, quo non solum consolationem, sed etiam remedium consequantur. Certum est, quia is qui dolet oculum, si non medico infundenti collyrium aperire uoluerit, collyrium quidem foras extra pupillam fundetur, oculus uero remanet in dolore. Sic & mens dolentis, si propter nimiam tristitiam oculos clauserit, & non recipiat saluberrimam admonitionem, incipiet plus dolere, & forsitan pati illud quod in scriptura continetur, Quia tristitia huius mundi mortem operatur. Beatus ille Paulus doctor gentium & medicus salutaris, duas esse dixit tristitias, unam bonam & alteram malam: unam uilem, & alteram inutilem: unam quæ saluat, & alteram quæ perdit. Et ne dubium alicui uideatur id quod dicitur, ipsa eius uerba recitabo. Ait enim, Quæ secundum

**A** secundum deum est tristitia, poenitentiam in salutem stabilem operatur: hæc est bona tristitia. Sequitur deinde: Nam huius mundi tristitia, mortem operatur: hæc est illa non bona. Videamus ergo fratres, ista tristitia quæ nunc habetur in manibus, quæ nunc agitur in pectore, & auditur in uoce, an utilis sit, an inutilis, prodesse uideatur aut nocere. Iacet ergo corpus exanime: iacet in tabula homo sine homine, membra utique sine spiritu: clamatur, nec respondet: uocatur, & non exaudit, iacet facies pallida, forma mutata, per quæ mors ipsa cernitur & horretur: cogitatur præterea perpetuum silentium eius, cogitatur aut delectatio quæ fuit, aut futura quæ erat uutilitas, cogitantur necessitates, ueniunt in mentem uerba dulcissima, longa consuetudo requiritur. Hæc sunt sine dubio quæ mouent lachrymas, incitant ululatum, & totum animum in tristitia mergunt profundam. Contra hæc tam ualida, tam fortia doloris arma, spiritualibus debemus armari præfidiis. Illud ergo primum omnium opponendum est, quia omne quod nascitur in hoc mundo, necesse erit mori. Hæc est lex dei & sententia immutabilis, quam post delictum princeps generis humani accepit, dicente domino, Terra es, & in terram ibis. Quia ergo noui contigit, si homo ad hoc natus, diuine legi ac sententiæ satisfecerit: Quid noui accidit, si ex mortalibus natus natura propria, quia nec poterat excusare, respondit: Non est inuitatum quod antiquum est, non est inauditum quod continuum est, non est proprium quod commune est. Si auos & proauos nouimus per hanc uiam mortis profectos, & ipsos denique Patriarchas & Prophetas, ab Adâ protoplasto, non sine hoc casu audiimus migrasse de seculo, eleuemus animum de profundo tristitiæ, quia quod debebat hic reddidit. Et utique debitum cum redditur, quam potest habere tristitia: Hoc est uere debitum, quod nulla potest pecunia redimi: hoc est debitum, quod nec sapientia, nec uirtus excusat, nec potestas, nec ipsi denique reges potuerunt declinare. Planè hortarer & ego, ut augeres tristitiam, si fuisset talis res, quæ cum posset tua substantia redimi, uide differrit, aut negligētia tua, aut parcitate prouenisset. At cum dei decretum firmum sit & immutabile, frustra dolemus, & de nobis querimus quare sit mortuus, cum scriptum sit, Domini domini exitus mortis. Ista ergo communis uitæ conditio si recipiatur in animo, incipiet grauatius cordis oculus, quasi prima infusione releuari. Sed dicis, Scio communem esse hunc casum: scio quia is qui mortuus est, debitum soluit, sed delectationem cogito, necessitates reputo, consuetudinem requiro. Si propter hæc tristitia afficeris, errore duceris, non ratione gubernaris. Scire enim debes, quia dominus qui hanc dederat dilectionem, dare potest & aliam potiore: & qui tibi hanc intulit necessitatem, sufficiens est per alium occasione supplere. Utilitatem uero sicut tuam uidere debes, & eius qui defunctus est cogitare, quia sic ei forsitan expediebat, sicut scriptum est, Raptus est ne malitia mutaret eius intellectum. Placita enim erat deo anima eius, ideoque properauit de media corruptione educere eum. De consuetudine autem quid fuisse uidetur: Quod ergo tempus præstat & dies, multo magis debet & ratio, & bona præstare cogitatio. Et illud maxime cogitandum est, quod diuina sententia per Apostolum definit, Quia tristitia huius mundi mortem operatur. Quod si tam oblectatio quam uutilitas præsens, siue consuetudo, res mundi sunt & gaudia seculi transitoria, propter hæc animum deicere, & spiritum contristari, uide quam sit mortifera ualutudo. Repetens autem iterum atque iterum dicam, Tristitia

mundi mortem operatur. Quare autem mortem operatur? Quia solet nimia tristitia aut ad dubitationem, aut periculosam perducere ad blasphemiam. Sed dicit aliquis, Prohibes lugere mortuos, cum & Patriarchæ plorati sunt: & Moyses ille famulus dei, & multi inde Prophetæ, præsertim cum Iob quoque iustissimus suam plagam super filiorum confiderit necem. Non ego prohibeo lugere mortuos, sed gentium illuminator Paulus, qui sic ait, Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut & ceteri qui spem non habent. Non potest Euangelij claritas obscurari, siue quia hi qui ante legem, aut sub legis umbra positi fuerant, suos mortuos flebant. Merito flebant, quia nondum de cælis uenerat Christus, qui fontem illum lachrymarum sua resurrectione siccaret. Merito flebant, quia adhuc sententia permanebat. Merito lamentabantur, quia nodum resurrectione prædicabatur. Sperabat quidem sancti aduentum dominum, sed mortuos flebant, quia nodum uiderant quæ sperabant. Denique Simeon unus de ueteribus sanctis, qui prius fuerat de sua morte sollicitus, postquam Iesum dominum adhuc puerum in manibus attrectare promeruit, de suo exitu gratulatur & dicit, Nunc dimittis seruum tuum in pace. Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. O beatus ille Simeon, qui quod sperauerat uidit, iam mortem suam pacem & requiem computabat. Sed dicis, In Euangelio ecce legitur, archisynagogi deploratam filiam, & sorores Lazari Lazarum fleuisse. Sed & illi adhuc secundum ueterem legem sapiebant, quia necdum à mortuis Christi resurrectione conspexerant. Fleuit planè & ipse dominus Lazarum iam sepultum, non utique ut flendi mortuos formam daret, sed ut se per lachrymas uerum corpus assumpsisse monstraret. Vel certe fleuit amore humano Iudeos, qui nec dei signo monstrato, erant in eum credituri. Neque enim mors Lazari causa esse poterat lachrymarum, quem ipse Iesus & dormisse dixerat, & resurrecturum se promiserat, sicut & fecit. Habuerunt ergo ueteres suum morem, suamque fragilitatem, Christi aduentum præcedentes. Iam ex quo uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: ex quo primi Adâ datâ sententiam, Adam nouissimus soluit, ex quo nostram mortem sua morte destruxit, & ab inferis die tertia dominus resurrexit, iam non est terribilis mors fidelibus, non timetur occasus, quia oriens uenit ex alto. Clamat ipse dominus qui mentiri nescit, Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, uiuet: & omnis uiuens & credens in me, mortem non uidebit in æternum. Manifesta autem fratres charissimi uox diuina: Quia qui credit in Christo, & eius madata custodit, etiam si mortuus fuerit, uiuet. Hanc uocem beatus Apostolus accipiens, & totis fidei uiribus retinens, instruebat dicens, Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, ut non tristes sitis. O mira pronuntiatio Apostoli, uno sermone ut utranque doctrinam proferat, resurrectionem commendat. Dormientes namque appellat illos qui moriuntur, ut dormientes eos dicens, resurrecturos sine dubio confignet. Ut non, inquit, de dormientibus, sicut & ceteri qui spem non habent, contristentur: nos autem qui spei filij sumus, colatamur. Quæ autem nobis spes sit, ipse commemorat, Si, inquit, credimus, quia Iesus mortuus est & resurrexit, ita & deus eos qui dormierunt, per Iesum adducet cum eo. Iesus nobis & hic uiuentibus salus est, & hinc recedētibz uita est. Mihi, inquit, uiuere Christus est, & mori lucrum. Lucrum planè, quia angustias & cogitationes quas habet longior uita, mors accelerans lucrificat. Iam uero ordinem & habitum spei nostræ describit

D ij Apostolus.

1. Cor. 15.  
Philipp. 3.  
1. Cor. 14.  
1. Tim. 2.  
Matt. 10.  
Cap. VIII.

Luc. 23.  
Ioan. 11.  
Luc. 18.

De duplici tristitia. Cap. I.  
Psal. 67.  
Consolatio super mortuis. Ca. III.  
Sapient. 4.  
1. Cor. 7.  
Ibidem.

Quare in ueteri testamento mortuos fleuissent. Cap. III.  
1. Thef. 4.  
E  
Luc. 2.  
Marci. 5.  
Ioan. 11.  
Quæ obrem causâ Iustus non habeant homines non uel testamētū Cap. V.  
F  
Ioan. 11.  
1. Thef. 4.  
Philipp. 1.

Tomus nonus.

1. Tes. 4. G Apostolus. Hoc, inquit, dicimus vobis in verbo domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu eius non praenuemus eos qui dormierunt, sed ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba dei descendet de caelo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi, deinde & nos qui viuimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. Quod dixit Apostolus hoc est, quia cum venerit dominus, inueniet multos in corpore Christianos, qui nondum experti sunt mortem, & tamen non ante rapiuntur ad caelum, quam mortui sancti de monumentis resurrexerint, in tuba dei & voce angeli suscitati. Cui autem fuerint suscitati sancti, pariter cum viuētibus rapiuntur in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Christo regnabunt. Nec sanē potest dubitari quod possint corpora gratia in aera alleuari, cum iubēte domino Petrus ipsum corpus habens super vndas ambulauerit Petrus, & Helias per huius spei confirmationē, per hunc aērem curru flammeo sit raptus per aera ad caelos. Sed quis forte, quales erunt qui a mortuis resurrexerint? Audi ipsum dominum dicentem, Tunc iusti fulgebunt in regno patris eorum sicut sol. Quid speciem decoremque commemorare solis, cum eos figurari necesse est ad ipsius claritatem domini, vt testatur Paulus, Nostra, inquit, conuersatio in caelis est: Vnde & saluatorem expectamus dominum Iesum, qui transfigurabit corpus humilitatis nostrae ad conformitatem corporis gloriae suae: & transfigurabitur sine dubio caro ista mortalis, ad conformationem Christi claritatis induet mortale immortalitatem. Quia quod seminatum fuerat in infirmitate, protinus surget in virtute. Non timebit caro amplius corruptionem, non patietur famē, non sitim, non aegritudines, non calus aduersos. Pax erit tota, & firma securitas. Vita utique caelestis, gloria ibi & gaudium sine defectione praestabitur. Haec in sensu & oculis gerēs beat⁹ Paulus dicebat, Optabā dissolui, & cū Christo esse. Multo enī melius & adhuc aperte docēs, Dū sumus, ait, in corpore, peregrinamur a domino, Per fidē enim ambulamus, & nō per speciem. Habemus autem magis bonam voluntatē peregrinari a corpore, & praesentes esse ad dominum. Quid agimus nos paruae fidei homines, qui anxiamur & deficiamus, si aliqui de charis nostris migret ad dominū? Quid agimus, quos peregrinatio ad Christi cōspectū separat? Vere vere peregrinatio est omne quod viuimus. Nā sicut peregrini in seculo sedes habemus incertas, laboramus, defudamus, vias ambulantes difficiles, periculis plenas, vndique insidias, a spiritalibus, a corporalibus inimicis, vbiq; errorū calliculi sine preparati. Et cū tantis periculis vrgeamur, non solum ipsi cupimus liberari, sed etiā liberatos tanquā pereuntes lugemus & plāgimus. Quid nobis praestitit de⁹ per suum vnigenitū, si adhuc mortis timeamus occasum? Quid nos renatos ex aqua & spiritu gloriamur, quos professio de hoc mundo, quae optabilis debet esse, contristat? Ipse dominus clamat, Si quis mihi ministrat, sequatur me, & vbi ego sum, & minister meus erit. Putas si rex terrestris ad suum palatium vel cōuiuium aliquē vocet, nōne libens & congratulans properabit? quanto magis ad caelestem currendum est regem, qui quos receperit, non solum conuiuas, sed etiam conregnatores efficiet, sicut scriptum est, Si cōmortui sumus, & conuiuemus: si sustinebimus, & cōregnabimus. Nec ego dico, vt quis manus sibi inferat, aut se interficiat cōtra voluntatem dei creatoris, aut animā de corporis sui expellat hospitio: sed hoc dico, vt laetus sit & gaudens, cū aut ipse

vocatur aut proximi sui vadunt, vt euntibus gratuletur. K Haec est enim Christianae fidei summa, vitam verā expectare post mortem, reditum sperare post exitum. Accepta igitur voce Apostoli, cum fiducia iam dicamus gratias deo, qui nobis contra mortē victoriā dedit, per Christum dominum nostrum; Cui est gloria & potestas nunc & in secula seculorum. Amen.

Finis.  
DE CONSOLATIONE MORTUORVM Sermo Secundus.

Sermo secundus eiusdem farinae.



Vperiori quidē libello perstrinximus breuiter de consolatione mortuorū, de spe resurrectionis, nunc planius ac validius de eisdem aliquid proferam⁹. Si quidem haec quae locutus sum, fidelibus quidem certa sunt; infidelibus autem & dubiis videtur esse fabulosa, ad quos pauca strictius proferamus. Certe quicumque estis increduli, omnem dubitationem de substantia corporis sustinetis. Discreditur enim a quibusdam, carnem conuersam in puluerem, iterum posse resurgere, iterum reuiuiscere. Ceterum de anima nullū hominem posse dubitare. Si quidem de anima immortalitate nec philosophi ipsi, cum sint Pagani, dissentiunt. Nam quid est mors, nisi separatio corporis animaeque. Recedente enim anima quae semper uiuit, quae mori nescit, quia de flatu dei est inspirata, solū corpus emortitur, quia aliud in nobis mortale, aliud immortale est: Sed recedens anima, quae carnalibus oculis videri non potest, ab angelis suscipitur & collocatur aut in sinu Abrahae, si fidelis est: aut in carceris inferni custodia, si peccatrix est, donec veniat statutus dies, quo suum recipiat corp⁹, & apud tribunal Christi iudicis veri reddat suorum operum rationem. Ergo quia de carne, tota contradictio est, huius est & infirmitas defendenda, & resurrectio consignanda. Quod si quis requirit a me dubius & incredulus, quomodo mortui resurgent, quo aut corpore venient; respondebo ei ore ac verbis Apostoli, Inspiens, tu quod seminas nō viuificatur, nisi prius moriatur: & quod seminas granum tritici, aut alterius cuiusque seminis, mortuum & aridum sine humore, cum putrefactum fuerit, forōdum surgit, sitque vestitum folliculis, aristas armatum. Qui ergo granum tritici suscitatur propter te ipsum, te non poterit suscitare propter se: Qui solem quotidie quasi de sepulchro nocturnum resuscitat, & lunam quasi de interitu reparat, & tempora recedentia renouat, ad vtilitatem scilicet nostram, nos ipsos, propter quos omnia reparat, non requiret, & cineres patietur extinguī, quos suo flatu accendit, quos suo spiritu animauit, vt non perpetuū iam viuat homo, qui illum pie & agnouit & coluit? Si iterū dubitas quomodo possis reparari post mortem, restitui post cineres & ossa consumpta. O homo, si dicere velimus, quid fuisti antequam in vtero matris concipereris, nihil utique. Deus ergo qui te creauit ex nihilo, nōne facilius potest facere quod antē iam fuit, qui potuit creare quod nō fuit? Qui te ex gutta informis liquoris in tuę matris vtero, in nervos, venas & ossa iussit excrecere, poterit, mihi crede, de vtero terrae iterum generare. Sed times ne forte ossa tua arida pristina carne vestiri nō possint. Noli

Quid sit mortui resurgēt. Cap. II.

Quo mor-tui resurgēt. Cap. II. M. 1. Cor. 15.

A Noli secundum tuam fragilitatem dei existimare maiestatem, Deus ille omnium creator, qui vestit arbores foliis, & arua floribus, poterit & tua ossa illo certo veris tempore in resurrectione vestire. Dubitauerat de hoc ipso Propheta Ezechiel, & interrogatus a domino vtrū uiuerent ossa arida, quae videbat aspersa per campum, respondebat, Tu scis domine. Sed postquam deo iubente, & ipso prophetante vidit ossa ad sua loca & ad iuncturas currentia, postquam vidit ossa arida nervis ligari, venis intexi, carne contegi, cute vestiri, postea prophetauit de spiritu, Et veniens spiritus vnus cuiusque, & introiuit in corpora illa iacentia, & surrexerūt, & mox steterunt. Sic confirmatus de resurrectione Propheta, scripsit visionem, vt ad posteros tante rei cognitio perueniret. Merito ergo clamat Esaias, Exurgent mortui, & resurgent qui in monumentis sunt, & letabuntur qui sunt in terra. Ros enim qui abs te est, sanitas est illis. Vere enim sicut rore madefacta semina germinant & exurgunt, sic rore sancti spiritus ossa fidelium visitata, cum suo corpore in aeternam gloriam germinabunt.

B Sed dubitas, quomodo de paruis ossibus totus possit homo restitui. Reuera tu ex modica scintilla ignis ingentem suscitasti flammam. Deus non poterit ex modico cineris sermone totum corpusculi tui reintegrare conspersum? Sed & iam dicis, Nusquam comparent carnis ipsius reliquiae. Forsitan enim aut igne combuste sunt, aut a bestiis deuoratae. Hoc primū scito, quia quicquid consumitur, in terrae visceribus continetur, vnde rursum poterit deo praecipiente produci. Nam & tu cum non appareat semen ignis, adhibes lapillum & modicum ferri, & excutis de visceribus lapilli quantum opus est ignis. Qui ergo per tuam industriam & sapientiam, quam ipse deus tibi concessit, tu facis vt producas quod non apparet, maiestas illa diuina facere sua virtute non poterit, vt quae interim non videtur, excutiat? Mihi crede, potest omnia deus. Hoc enim require, vtrū promiserit se facere resurrectionem, & cū promissam tantis didiceris testimoniis, imō cum ipsius domini Iesu Christi certissimam teneas cautionem, confirmatus fide, mortem desine iam timere. Qui enim timet, adhuc non credit, qui non credit, peccatum contrahit insanabile, quia sua incredulitate dominum aut impotentem, aut certe asseuerat mendacem. Sed non ita beati Apostoli, non ita sancti martyres probant. Apostoli propter hanc praedicationem resurrectionis, dum Christum resurrexisse praedicant, & in ipso mortuos suscitatuos annunciant, nec mortem nec tormēta reculare, nec crucis. Si ergo in ore duorum vel trium testium stat omnē verbum, resurrectio mortuorum, cui tot & tam idonei testes existunt, cui cum effusione sanguinis testimonium dicūt, quomodo potest in dubium reuocari? Quid autem sancti martyres putas habuerunt, certam ipsius resurrectionis spem, an dubiam? Si non habuissent certam, non utique per tantos cruciatos & pœnas mortem pro lucro maximo suscepissent: non cogitabant supplicia praesentia, sed praemia secutura. Sciebant dictum, Quae videntur, ad tempus sunt. Audite fratres virtutis exemplum, Mater septem filios hortabatur, & non lugebat, sed potius laetabatur: videbat filios vngulis tradi, ferro concidi, sartagine affari, & non lachrymas fundebat, non vlulatus tollebat, sed sollicita ad tolerantiam hortabatur filios. Non erat crudelis illa, sed fidelis: amabat filios, non delicate, sed fortiter. Hortabatur filios ad passionem, quam gaudens ipsa quoque suscepit. Erat enim de sua & suorum filiorum resurrectione securā.

Exc. 37.

Esa. 26.

Quo de paruis ossibus totus possit hō restitui. Cap. III.

De morte nō timenda exēplo martyru: & maxime matris in lib. Machabearū cū 7. filiis. Cap. III.

1. Cor. 4. 2. Mac. 7.

Quid loquar viros, quid foeminas, quid pueros, quid puellas? Quomodo se de ista morte luxerunt, quomodo de summa celeritate ad caelestem militiam transfulerunt? Poterant utique ad praesens viuere si voluissent, quia in ipsis erat positum, an Christum negando uiuerent, aut confitendo morentur: sed magis elegerunt vitam proicere temporalem, & vitam sumere sempiternam, excludi de terra, incolere caelum. In hoc fratres quis dubitationis est locus, vbi potest adhuc residere mortis formido? Si martyr sum⁹ filij, si eorum socij inueniri volumus, nec contristemur morte, non lugeamus charos, qui nos praecedunt ad dominum. Si planigere voluerimus, ipsi nobis insultant beati martyres, & dicunt, O fideles, o regnum dei cupientes, vos qui charos vestros delicate morientes in seculis utique & plummis, tanto moreore plangitis & lugetis, si eos a gentibus propter nomen domini cruciari & interfici videretis, quid facturi essetis? Aut non vos praecessit exemplum? Abraham patriarcha filium vnicum offerens sacrificiū, gladio obedientiae iugulauit, nec ei quem tanto amore dilexit, pepercit, ne domino inobediens videretur. Quod si dicatis, illum propter dei hoc fecisse praecceptum, & vos habetis praecceptum, vt non tristes sitis de dormitibus. Qui ergo minora non seruat, maiora quomodo seruabit? An nescitis quia animus qui in terribilib⁹ frangitur, ad fortiora reprobis inuenitur? Timēs quis riuū, mare quando ingreditur? Sic qui plangunt impatienter amissum, quando poterunt ad martyrij peruenire certamē? Nam qui in his constans & magnanimus existit, iam sibi gratiam ad potiora subternit. Sufficiunt haec fratres ad mortis cōtemptum, & ad spei futurae cōfirmationem: superest vt vnum de veteribus exemplū proferam, quod omnem cōsolationem faciat, quod etiā patentibus cordis auribus volo omnes audire, Dauid ille rex magnus filium dilectum, quem sicut animā propriam diligebat, infirmitate percussus impatientissime fiebat: & cum humana auxilia iam nihil prodesse, semetipsum conuertit ad dominum: deposita regali gloria, sedit in terra, iacuit in cilitio, non manducauit neque bibit, septem diebus continuis orans deum, si forte sibi filius donaretur. Accesserunt seniores domus eius, cōsolantes rogauerunt eum vt panem sumeret, veriti ne dum filium velit viuere, ipse antē deficeret. Non poterunt torquere, non cogere: amor enim impatiens solet pericula ipsa contemnere. Iacet rex in squalore cilitij agrotante filio, nec verba faciunt consolationē, nec ipsa elcarū necessitas auocauit, Mens tristitia patitur, pectus dolore reficitur, oculi lachrymis perpetuis fluūt. Inter hac factū est quod decreuerat deus. Moritur puer, vxor in luctu tanto, domus in planctu, famuli pauidi, quid facerent astuantes: nemo enim audebat domino filium mortuū nunciare, timētes utiq; ne ille qui sic adhuc impatienter viuū lugebat, si audisset mortuū, vita faceret finem, dū strepunt famuli inter se, dū cum tristes, & alter ad alterū occulta susurratiōe loquūtur, intellexit Dauid, praenit nuncios, an vitā eius exhalasset, interrogat, negare nō possunt factum, stertibus indicant. Fit concursus insolitus, expectatio gradis & metus, ne quid sibi periculi patris inferat. Surgit mox Dauid rex de terra, exiit se cilitio, surgit hilaris, quasi filium suum audisset incolumen, vadit ad balneas, lauat corpusculum, vadit ad templum, adorat deum, epulatur cum amicis, compressit suspiria, gemitu omni deposito, vultu iam lato, Mirantur domestici, stupent amici, nouam & subitam conuersionem: audent denique interrogare, quid sibi

Gen. 22.

1. The. 4.

De nō lugēdo mortuo exēplo Dauid. Cap. V.

2. Reg. 12.

F

**G** velit hoc, vt cū viuente filio sic doluerit, mortuo nō doleret. Respōdit vir ille magnanimitate prācipuus, Necesse fuit cum adhuc viueret filius, & humiliari, & ieiunare, & lugere in cōspectu domini, Erat enim spes impetrandi commeatus vitæ. At vero postquam voluntas dei facta est, stultum esse & nimium inutile, lamentatione animum inundare, sic dicens, Ego ibo ad illum, non ille reuertetur ad me. Ecce exemplum magnanimitatis atque virtutis. Quōd si ille David, qui adhuc sub lege positus erat, sub illa non dico licētia, sed necessitate lamentationis, sic animum à luctu irrationabili superauit, sic tristitiam suam suorūq; cōpescuit: nos qui sub gratia sumus, sub certa spe resurrectionis, quibus omnis tristitia interdīcta est, qua frōte mortuos nostros gentilium more plangimus, vlulatus insanos tollimus, veluti alio genere bacchātes, cum scissis tunicis pectora nudamus, verba inania & naniā circa corpus & tumultum defuncti cātamus? Postremo etiam qua ratione vestes nigras tingimus, nisi quos vere infideles & miseros non tantum ista fratribus, sed etiam vestibus approbemus? Aliena sunt ista fratres, extranea sunt, non licēt: & si licerent, non decerent. Sed aliquantos de fratribus & sororibus, licet fides propria & prāceptum domini fortes faciat, parentum tamen & vicinorum opinio debilitat & fragit, ne lapidei & crudeles iudicentur, si percerint vestimēto, si non fuerint insanis luctibus debacchati. Et hoc quā vanum est, & quā ineptum, opinioniones hominum errantium cogitare, & non timere ne quid minus de fide faciat quam susceperit. Quare non magis tolerat iam a mendicis ille qui diues est, quare non fidem ille qui dubius est? Quāuis etiam si dolor eius tantus sit, tacite tamen debet luctum sensu dirigere, & non lenitate sui animi publicare.

mus, eradicemus, diuino igne succendamus, vt in tali opere laborantes, domino deo nostro fiducialiter dicamus, Domine paterfamiliās, quoniam te adiūuante fecimus opus quod iussisti, redde mercedem quam promissisti. Quæ sunt illa quinque iuga bouū? Quinque sensus corporis sunt, visus in oculis, auditus in auribus, olfactus in naribus, gustus in faucibus, tactus in manibus. Et ista iuga sunt. Duo sunt oculi, duæ aures, geminæ nares, duæ manus, & in ipso gustu geminum quiddam inuenitur, quando sapor ipse faucibus atque palato iudicante discernitur. Ista ergo quinque iuga terram versant, quando suis officiis deseruientes, animum carnemque parant, aut vberes fructus si ros cœlestis infuderit, aut aridas spinas si sicca terra remanserit, & eorum opus in posterum subsequetur. Sed quoniam nos dominus atque paterfamiliās noster passim & sine vlla discretionē cuiuslibet glebæ semen verbi sui iacere præcepit. Inducit enim in Euangelio huius ministri similitudinem & dicit, Ecce exiit seminans seminare, & dum seminat, aliud cecidit inter spinas, aliud in via, aliud in petrosa, aliud in terram bonam: & cum demonstraret quæ esset spinosa terra, homines videlicet qui verbum dei spinis cupiditatum præfocant, tantum semen, & non reddunt fructus iustitiæ: similiter de alia terra petrosa, atque concalcata via suæ similitudinis proposiit reddens rationem, ad terram bonam peruenit, & ait, Quod autē cecidit in terram bonam, hi sunt qui cum acceperint verbum dei, custodiunt illud & faciunt, Quia non auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Non ergo nos dilectissimi aut timor spinarū, aut saxa petrarum, aut durissima via perterreat, dum tamen seminantes verbum dei, ad terram bonam tandē aliquando peruenire possimus. Accipe verbum dei omnīs ager, omnīs homo, siue sterilis, siue fecundus. Ego spargam, tu vide quomodo accipias: ego erogem, tu vide quales fructus reddas. Melius est enim vt de accepto tu pro te rationem reddas, quā nobis non erogantibus iuste dicatur, Serue nequam & piger, tu erogares, ego veniens cum vsuris exigerem. Si vero te terram infœcundam aut spinosam vel siccam sentis, recurre ad creatorem tuum. Hoc enim nunc agitur, vt in noueris, vt fecūderis, vt irrigeris, ab illo qui posuit desertum in stagna aquarum, & terram sine aqua in exitu aquarum, & habitare fecit illic esurientes, & constituerunt in ciuitatem habitationis, & seminauerunt agros, & plantauerunt vineas, & fecerunt fructum frumētī. Ex qua terra? Ex illa sterili, spinosa, & inaquosa. Et tu vnaquæque anima quæ accedis ad Christum, terra es spinosa & arida. Vnde probamus, quia talis es? Recole illam sententiam, quam in primis parentibus accepisti, & inuenies quid inde traxisti, Spinās, inquit, & tribulos pariet tibi. An respondebis, non te esse terram spinosam? Si spinas non haberes, capiti creatoris tui coronam spineam non imponeres. Quia ergo & tu talis es, spinarum multitudine, id est, peccatorū prægrauata es. Ideo tibi cultura impenditur, propterea crucis ligno exararis, propterea cœlesti pluuiā præpararis, vt cū fecunda effecta fueris, nō gratuleris de tuis quæ nulla sunt meritis, sed reddēs bonos fructus Christi prædices gratiā. Vis nosse qualis tibi adhibeatur cultura, qualis te desuper perfundat gratiā? Ecce agnosce. Christi cruce exararis, quando eius signo in frōte signaris: eius sanguine rigaris, quādo in morte ipsius baptizaris. Quotquot enī, ait Apostolus, i Christo baptizati sumus, i morte ipsius baptizati sumus. Multū est quod dictū est, eius sanguine rigaris, videamus

De varia semini parsione, & vltis requisitione Cap. II.

Matt. 13.

Roma. 2.

Matt. 25.

Psal. 106.

Gene. 3.

Anima fidelis Christi sanguine irrigat, & ex Iudæ traditōe, & Cain fratricidio ostenditur. Cap. III.

**A** mus quomodo per aliquam similitudinem hoc quod diximus probare possimus. Nō enim nostris sermonibus, sed documentis diuinis, fides accommodanda est. Ecce dilectissimi intēdite, Iudas ille malus & falsus discipulus venalis & venditor, fur & traditor, emptus à Iudæis, vt cum eis mancipium esset diaboli, precium accipiens de illo qui non habet precium, venditor sanguinis Christi, ex ipso precio, vt scriptura narrat, emit sibi agrum figuli, vt is qui hereditatem integram Christū non habebat in cœlo, partem aliquam habere vellet in seculo, quam nec ipsam possedit, quia sceleris tanti facti sibi met consciū collum sibi alligauit, & prostratus in faciem diruptus est medijs. Ager tamen ille qui ab eo comparatus est, vocatus est ager sanguinis, quoniam ex precio comparatus est tanti sanguinis. Vendidit discipulus sanguinem magistri, & emit exinde agrum figuli. Quid est hoc? Putam⁹ dilectissimi vacare hanc actionem in illa venditione vel emptione, vel in ipsa Christi mystica passione? Comparauit, ait scriptura, Iudas agrum figuli, & vocatus est ager ille, ager sanguinis. Clamat hic terra quali vel quo precio fuerit cōparata, imō precium ipsum clamat, sanguis ipse clamat, Abel ille iustus ab impio fratre occisus clamat. Nāque dilectissimi cum hac similitudo passionis Christi & nequitia Iudæ ac Iudæorum in illis duobus primis monstraretur fratribus, Cain & Abel, posteaquā à maiore fratre minor occisus est, ab Inuidio innocens peremptus est, à scelerato pius interfectus est, interrogat deus Cain, quasi nescius, quasi ignarus & dicit ei, Vbi est Abel frater tuus? Quæ vox non est ignorantis, sed peccatum ante oculos scelerati ponentis, vt inexcusabilis sit omnis homo, qui & admonitus penitere non vult in malo. Vbi est Abel frater tuus: hoc fuit dicere ei, Agnosce Cain, nō me potuisse latere id quod me putasti posse latere. Agnosce quid feceris, de proximo age penitentiam, vt possis accipere indulgentiam. Verum ille sensu durior, in scelere pertinacior, moribus peruersis in anima percussus, Respondit deo dicenti, Vbi est frater tuus, & dicit, Nescio. Nunquid ego custos sum fratris mei? Quid dicis Cain? cui dicis, nescio? Cum illo loqueris, qui omnia videt oculis suis. Quid est quod dicis, Nunquid ego custos fratris mei sum? Talia perpetrando repulisti à te in omnibus timorem dei. Et dominus illi, Quid fecisti vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Si enī esses fratris tui custos, eius non esses interfectō. Si cognosceres fraternitatem, tantam nō committeres immanitatem. Si timeres meum iudicium, in fratrem nō committeres parricidiū. Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Et nūc ait dominus, Maledictus tu à terra. Non maledicta terra, sed maledictus tu à terra, quæ accepit sanguinem fratris tui de manu tua. Agnosce iam terra, quoniam sanguine rigata es innocentis, conuince vocem negantis, suscipe sanguinem confitentis. In terrogentur & nunc Iudas & Iudæi, imō in Iuda omnes Iudæi. Interrogat dominus Iudam, & dicat ei, Iuda, vbi est Christus frater tuus? An forte dicturus es, o male frater, quod Christus tuus non fuit frater? conuincat te prius ipse dominus quod tuus fuerit frater. Dic nobis domine Iesu Christe, vtrum Iudas fuerit frater tuus. Respondet, & si fuit, fuit: non enim est quod fuit: & si fuit, fuit: ego enim generaliter de omnibus patri dixi, Annunciabo nomen tuum fratribus meis. Ecce Iuda cōuictus es, quod Christus fuerit frater tuus. Vbi est frater tuus? respōde, dic, sequere, dic quod dixit & ille, Nescio. Nunquid ego sum custos fratris mei? Non enim &

Gene. 4.

Psal. 117.

tu fuisse custos qui & proditor factus es & veditor. Dic, Nunquid sum custos fratris mei? vt respondeatur & tibi, Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quid enim dicit, omnis homo terra? Primus enim homo de terra terrenus: & qualis terrenus tales & terreni. Quid dicit: Omnis homo terra, quādo accipit sanguine Christi? amen dicit. Quid est amen? verum est. Quid est verum? Quia fusus est sanguis Christi. Quo faciente? discipulo Iuda tradente, amen dicendo, verum clamando dicit hoc, omnis homo terra. Ecce Iuda, vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: probauimus, quia eius sanguine rigaris. Vide terra quomodo accipias hunc sanguinem, quia qui cum bene accipit, accipit benedictionem: qui vero eum male accipit, iudicium sibi bibendo acquirit. Hoc figuratum est & in illo agro Iudæ, de quo dictum est quod esset ager sanguinis, secutus est enim vt diceretur, Fiat villa eius deserta. Si enim ad Iudam pertinet, si facta eius imitatis, si sanguine Christi non cum tremore accipis, eris villa deserta, maledicta, reproba & spinosa. Si autem sanguinem Christi cū reuerentia percipiens, cognoscis per illum tua tibi dimitti peccata, quoniam ager ille quem comparauit Iudas, figuli dictus est, Habet potestatem figulus lutī, ex eadem conspersione aliud quidem vas facere in honore, aliud in contumeliam. O terra tanto rigata sanguine, responde de tanto sanguine, nō sicut Cain & Iudas verba excusationis, sed sicut sancti martyres verba confessionis. Responde sicut respondit beatus Stephanus, qui in isto agro dominico vt bonus colonus plurimum laborando genu fixit, atque de terra petrosa vulneratus, ex ea lapides in suo corpore tanquam in sinu suo collegit, & sudando in opere, terram sancto sanguine rigando centenum fructum ex martyrio domino presentauit. Respōde sicut respondit Cyprianus, Laurentius, ceteriq; sancti pueri & puellæ. Aetas omnis & yterque sexus, qui percipientes sanguinem Christi, testimonium dicebant, & non negantes nomen Christi, pro sanguine quem biberunt, sanguinem suum fundere non dubitauerunt, simulq; cum perpetua felicitate in aeternū regnare meruerunt. Hoc in Apocalypsi reuelante angelo Iohānes vidit turbam multam, quam dinumerare nemo poterat. Hanc requirens quæ nam esset, responsum tale accepit. Hi sunt, dictum est, qui lauerunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine agni. Iam agnosce anima Christiana, quemadmodum & tu ex illo sanguine efficiaris candida, vt omnis & corpore & corde pulchra ascendas de fonte Christi consecrata in sanguine. Quid enim manauit ex illo latere crucifixi? Sanguis & aqua, ex sanguine rubor, ex aqua splendor. In istis duobus sacramentis decorantur singulæ animæ, ex quibus vna illa pulchra efficitur sponsa Ecclesia, cui dicitur in cantico canticorum, Quam speciosa es soror mea, dilecta mea, quā speciosa sunt genæ tuæ. Et cum ipse eam talem fecerit, ipsamq; pulchritudinem ei ipse donauerit, vidēs eam talem quasi miratus exclamat atque circumstantes interrogans dicit, Quænam est hæc quæ ascendit dealbata? Et illi, Aequitas dilexit te, ipsa est regina quæ astitit à dextris tuis in vestitu deaurato, circumamicta varietate linguarum diuersarum gentium, varietate decorata. Audiens hæc sponsi sui voces dicentis, Quænam est hæc quæ ascendit dealbata: verecunde etiam ipsa respondere cogitur, & dicit sponso, De me interrogas quænam sim quæ ascendi dealbata? Ego sum quam foedam inuenisti, pulchrāque fecisti. Ego sum cuius preces audisti, quando me in Psal-

1. Cor. 13.

De maledictōe hominū Christi sanguine nō mūdatorū. Cap. III.

Matt. 27.

E. Roma. 9.

Apo. 7.

Cap. V.

Psal. 44.

DE QVARTA FERIA, siue cultura agri dominici.

Sermo, non Augustini, sed locutuli cuiuspiam.

De cultura agri dñici opera quinque augetur Cap. I.



Cœlesti gratiæ & spiritali pluuiæ præparandus est ager Ecclesiæ, quia imber diuinus in proximo est. Operemur dilectissimi in isto agro quod nobis creditum est, nobis enim datum est plantare, rigare, arare, nouellare, sed dei est incrementum dare. Apostolus Paulus doctor gentium in fide & veritate, per semetipsum & operando & monēdo, hanc nos docuit dominicam exercere culturam dicens, Ego plātaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Et paulo post, Dei enim sumus cooperarij, dei agricultura, dei edificatio estis. Et alibi, Cooperatores mei estote fratres, & intendite eos qui sic ambulant sicut habetis formam nostram. In ista itaque fratres dominica agricultura, in qua nos dominus operari præcepit, sic operemur, vt mercedem promissam dono gratiæ accipere mereamur. Tempus est, operemur, laboremus, quinque illa iuga bouū, quæ ille inuitatus in Euangelio dum ad cenam venire nollet, probare se velle dixit, & propterea à cena se excusauit, quoniam sibi ea, non agriculturæ dominicæ comparauit: nos ea ipsa quinque iuga in agro dominico iungamus, terram durissimam sulcis spiritalibus exaremus, semen verbi dei proiciētes, quascunq; spinas malarum cupiditatum inuenierimus, euellamus

1. Cor. 3.

Philip. 3.

Lucæ. 14.



**Psal. 50.** G mo cantare fecisti, Lauabis me & super niuem dealba-  
 bor. Quid ergo miraris pulchritudine meam, cum scias  
 hanc esse opera tua: Quid interrogas, quod ipse fecisti  
 Vides me dealbatam, tu lotam super niuem fecisti can-  
 didam, vt videas me ascendentem te cognoui de celo  
 descendentem, te amavi in cruce pendentem. Humili-  
 tas tua facta est exaltatio mea, foeditas tua est pulchritu-  
 do mea. Nisi enim tu de cruce vulneratus descenderes,  
 ego dealbata de fonte non ascenderem. Vere dictum  
 est, Quia valida est sicut mors dilectio. Quousque se  
 sponsus hic inclinavit, qui quantum amando foedam vt  
 faceret pulchram, vsque ad mortis exitum venit: Et do-  
 mini domini, inquit, mortis exitus. Vidimus enim eu,  
 ait Propheta, & non habebat speciem, neque decorem.  
**Can. 3.** Quid miraris, amando talis factus est. Hanc tamen a-  
 millionem decoris huius timuit Petrus, quando prenu-  
 ciant domino passionem suam, dixit. Absit a te domi-  
 ne, propitius tibi esto, ne fiat istud. Sed ille talia sapientie  
 increpauit, & Apostolum diabolum vocauit dicens, Re-  
 di retrò satanas, nò eni sapis quæ dei sunt, sed quæ sunt  
 hominum. Aestimauit enim Petr<sup>9</sup> totam illam diuini-  
 tatis pulchritudinem absorberi potuisse in corporis hu-  
 mani specie, & nesciebat agi illud magnum sacramen-  
 tum quod propterea se illam pulchritudinem quodam-  
 modo expoliaret, vt quam sibi coniungere dignabatur  
 sponsam Ecclesiam, eandem ipsam pulchritudinem ipse  
 vestiret. Non enim dando perdebat illud quod ero-  
 gando crescebat. Ille dedit, hæc accepit, & ista quod non  
 habuit inuenit, & ille dando quod dedit nò amisit, quia  
 cum ipsa pulchritudine à mortuis resurrexit. Quid ex-  
 paueris Petre quasi perdidit Christum illam pulchrâ  
 vestem, quando eum nudum intendebas in ligno pen-  
 dentem? Noli expauescere, noli timere, noli negare: tun-  
 nicam illam diuinitatis atque immortalitatis Christus  
 non perdidit in cruce, quia sponsa suæ eam consignauit  
 in dote. Vidisti eum ô Petre non habentem specie neq;  
 decorem, & continuo negasti illum, quem omnibus re-  
 lictis tuis amasti, & non solum semel, sed stans in atrio  
 sacerdotis vna ancilla tertio interrogaris, & negas.  
 At vbi te gallo canente conuicit præsumptore, qui præ-  
 dixerat antea negatorem, respexit te intus in corde, &  
 vt amare feres, int<sup>9</sup> quodammodo tecum tacite loque-  
 batur illa ipsa eius diuinitas, & dicebat tibi, Vbi es Pe-  
 tre? Si possides amicum, in tentatione posside eum, vbi  
 est in tempore tribulationis illius permansit illi fidelis,  
 vt & in hereditate illius coheres sis, Vbi est, Petre, Ani-  
 mam meam pro te ponam, & tecum sum vsque ad mor-  
 tem? Quam celeriter negasti quasi hominem mortuum,  
 quem antea confessus fueras viui dei filium. Hæc dum  
 ille tecum in corde sermocinaretur, respexit diuinitas,  
 & fleuit humanitas. Agnita est dulcedo, & periit ama-  
 ritud, suscepta est charitas, & deleta est iniquitas, rediit  
 amor, & fugat<sup>9</sup> est timor. Ecce subito quem negauerat,  
 quia non habebat speciem neque decorem, agnoscit re-  
 surgentem speciosum forma præ filiis hominum, con-  
 iunctamque illi videt sponsam, tunicam illam immor-  
 talitatis, quam antea Petrus timuerat perituram: indu-  
 tam videt, cognoscit quod tali sit circumamicta veste,  
 & alloquitur illâ ipsam sponsam Petrus, vt seruaret hu-  
 ius tunicæ dignitatem, & dicit animæ humanæ. Chri-  
 stus pro nobis passus est, relinques nobis exemplum, vt  
 sequamur vestigia eius. Sequere sponsa, sequere vestigia  
 sponsi tui, nullus te metus reuocet à cõsortio dilecti tui:  
 Ama amantem, quia prius ille amauit non amantem:  
 require requirentem, quia prius ille quæsiuit non quæ-

rentem. Require & dic sponso tuo, vbi pascis, vbi cubas. **K**  
 in meridie: Ne forte fiam sicut operata super greges so-  
 dalem tuorum, quam sic delexisti, pro qua sanguinem  
 sudisti, cuius tabernaculum, in sole posuisti. Non fiam si-  
 cut operata super greges sodalem tuorum. **Psal. 18.**  
 Ecce dum te quæro vbi pascas, vbi cubes in meridie, meridies  
 Africa est, quæ in solis occasu est, & tamen quia ab ortu  
 solis vsque ad occasum laudatur nomen tuum, & sunt  
 qui te prædicant non caste, quærentes quæ sua sunt, non  
 quæ tua sunt, dum te quæro in meridie, id est, in Afri-  
 ca, ecce greges sodalem tuorum, scholæ pessimæ hæ-  
 reticorum, fraus Manichæorum, nequitia Pelagianorum,  
 superba congregatio Arrianorum, insultant velut  
 operata, id est, velut incognita, & dicunt mihi, Quem  
 quæris? Christum quæris? Ecce hic est, ecce illic est. Tu  
 autem quia me admonuisti dicens, Si autem dixerint,  
 ecce hic est, ecce illic est, ne abieris post eos, cum te no-  
 uerim vbi que totum esse, non partes defendere, sed v-  
 nitatem diligere, facta sum illis incognita & velut o-  
 perta, & derident me, quia nesciunt te. Et quid magnū,  
 quia ego ab eis sustineo tale opprobrium, cum tu eorū  
 nunc vsque contumeliosum sustineas verbum, qui te **L**  
 cum patre nolunt esse vnum, sed diuidendo inter patrem  
 & filium, inter sponsum & sponsam, magnum incurrit  
 sacrilegium, magnum suæ animæ inferunt morbum,  
 quia nec te vnius vnicum spolum, nec fidelē atque in-  
 tegrum habere desiderant medicum? Tu autem anima  
 Christiana quæ ascensura es ex sacratissimo fonte, ru-  
 bore atque decore perfusa, nimis speciosa & candida,  
 serua decorem tuum, agnosce quid fueris & quid eris,  
 vide ne deferas mensam sponsi tui. Vt pulchra perma-  
 neas, carnem eius quotidie manducabis: vt vitam æter-  
 nam habeas, sanguinem eius potabis: vide ne deferas  
 hanc mensam. Plurimos apparatus hæreticorum fuge,  
 & si plurima illic prauis disputationibus apponuntur,  
 aut foeda sunt, aut semisa sunt. Non est enim illic quic-  
 quam integrum, vbi est pater & filius & spiritus sanctus  
 non est vnum. Mensa sponsi tui panem habet integrū,  
 & calicem sanctum, quem panem, & si fractum com-  
 minutumque vidimus in passione, integer tamen mā-  
 sit in illa sua cum patre indiuidua vnitate. De isto pa-  
 ne & de isto calice dicebat ipse dominus, Panis quem  
 ego dederò, caro mea est pro seculi vita, Et calix quem  
 sanctificauerò, sanguis meus est, qui pro vobis fundetur **M**  
 in remissionem peccatorum. Superius enim dixerat,  
 Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis  
 sanguinem eius, nò habebitis vitam in vobis. Quod  
 verbum audientes, nec intelligentes discipuli dixerunt,  
 Durus est hic sermo, quis eum potest audire? Et multi  
 ex hoc verbo scandalizati discesserunt. Cum videret au-  
 tem Iesus, ait reliquis, Nunquid & vos vultis ire? Tunc  
 Petrus qui sanctæ figuram portabat Ecclesiæ, respondit  
 pro omnibus, Et ad quem ituri sumus? Verbum vitæ ha-  
 bes, & dimittimus te? Videtis dilectissimi, quid sit exire,  
 quid permanere. Qui exierunt, quia verbum Christi nò  
 intellexerunt, non iam discipuli, sed hæretici remanse-  
 runt: qui perstiterunt, verbum vitæ tenuerunt. Agnosci-  
 te hæretici exitum vestrum, quia minorem prædicatis  
 Christum nostrum. Et vos cum eo stare noluitis, quia  
 Christum vnum esse cum patre non intellexistis. Ideo  
 foras existis, quia verbum vitæ reliquistis. Non in vo-  
 bis manet, qui cum patre æqualis manet. Audi ipsum,  
 quia simul cū patre manet. Si quis, inquit, me diligit, di-  
 ligetur à patre meo, & ego diligam eum, & veniemus ad  
 eum ego & pater, & mansionem apud eum faciemus. Dic  
 mihi

1. Pet. 2.

**A** mihi obsecro hæretice Arriane, vnâ animam tuâ simul  
 habitat hæc trinitas, pater & filius & spiritus sanctus:  
 Quoniã & spiritus sanctus habitat in vobis. Nescitis, in-  
 quit Apostolus, quia templū dei estis, & spiritus sanctus  
 habitat in vobis: An diuersas mansiones in corde tuo  
 præparas trinitati, vt maiorem partem teneat pater ma-  
 ior, minorem filius minor, inferiorem spiritus sanctus  
 inferior? Nam ergo non habes vnum cor, sed duplum, aut  
 triplum. Non ergo illic habitat trinitas? Quare. Quia di-  
 ctum est, Vt duplici corde. Insensate, inepte, fatue: ignis,  
 splendor & calor simul atque inseparabiliter, nec distin-  
 cte, sed æqualiter habitant vnam lucernam, & vna tri-  
 nitas deus simul non potest inhabitare animam huma-  
 nam. Si apud te æqualitas vnitatis indiuiduæ trinitatis  
 non fuerit digna mansio inuenta, respondebitur tibi,  
 Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta, Non e-  
 nim de lapidibus viuis construis templum deo, quos re-  
 baptizando perfocas, ex honoras, reprobas, vastas, dam-  
 nas, exterminas. Nec fundamenta Apostolorum seque-  
 ris, cum sint ipsi columna dei viui, super quas fabricauit  
 sapientia domum suam, vt construeretur verum illud  
 templum, in quo erat pietatis magnum sacramentum.  
 De quo templo dicebat Iudæus, Soluite templum hoc, &  
 in triduo resuscitabo illud. In patribus tuis non habes la-  
 pidem angularem, quem secundum diuinitatem patri  
 æqualem non credis, nec tecum ex duabus pennis cha-  
 ritatis dilectione dei & proximi te habere demonstras,  
 quia nec deum diligis, sicut diligendus est, nec proximum  
 sicut te ipsum. Diliges enim dominum deum tuum,  
 dictum est, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex  
 tota virtute tua. Da cor tuum patri, animam filio, virtu-  
 tem spiritui sancto. Ecce tria trinitati, ex quibus vnum  
 hominem vni trinitati sacrificium obtulisti, hærens  
 Arrianam vicisti, quoniam deus dominus tuus nò tres  
 dii, sed dominus vnus est. Hæc est fabrica sancta, hæc est  
 aula vera, in qua sunt omnes Christi, non lupi diaboli.  
 Cauete dilectissimi fraudes hæreticorum, omnes Chri-  
 sti timete insidias luporum, videte quia nihil subtractū  
 est vtilitati vestræ, in quantum ipse dominus donauit de  
 annunciatione verbi dei. Quid Christus sit, & quid Ec-  
 clesia audistis, approbastis, clamastis, & quare tanta ma-  
 la patiamur, vel quibus meritis peccatorū in manus tri-  
 bulantium nos traditi fuerimus, dum ante paucissimos  
 dies loqueremur simul & agnouimus, simul fleuimus,  
 nunc etiam quid accepturi estis, vel quid eritis, adhuc in  
 auribus vestris insonat strepitus nostræ vocis, admone-  
 mus vos vt fratres, obsecramus vt patres, hortamur vt  
 filios. Nolite perdere tantum bonum, amor Christi in  
 cordibus vestris non refrigescat, amor matris huius cir-  
 ca vos non torpescat, quæ vos parturit, quæ curam ma-  
 gnam pro salutæ vestræ animæ gerit, quæ spem vestram  
 dirigit, quæ quotidie redeuntis materno sinu excipit,  
 quæ vobis spirituales cibos præparat, quæ ad æternam sa-  
 turitatem perducere desiderat. Immaculatos filios deo  
 patri vult assignare, quos tanta cura ac sollicitudine di-  
 gnatur nutrire. Hanc toto corde amate, hanc amando cõ-  
 seruos vestros, fratres vestros, dei ministros puro amo-  
 re diligite, atq; pro nostra mercede in illo sacratissimo  
 fonte pro nobis orate. Orate pro pace, orate pro libera-  
 tione huius terræ, orate vt misereatur qui iuste indigna-  
 tur. Nouelli filij, dū in vestra sancta natiuitate pater ex-  
 ultat, vestris orationibus & fletibus mitigare irascentē,  
 quem sentimus fortiter vindicantem. In summa autem  
 rei, Apostolorum sanctorum verbis vtentes commen-  
 damus vos deo in verbo gratiæ eius qui potens est cu-

Admonitio neophytorū ad amorē catholicæ ecclesiæ, & ad orationem pro ea. Caput. VII.

Ioan. 14.

stodire in vobis, quod ipse donauit, Ipsi gloria cum spi-  
 rituali sancto in secula seculorum.  
 Finis.

DE CATA CLYSMO SERMO.

Nihil habet Augustini.



Quoniã in proximo est dies re-  
 demptionis vestræ, percipite di-  
 lectissimi ea quæ vos erudiant,  
 atque corda vestra enutriat, eri-  
 gant, corroborent ad timorem  
 dei: & feruor iste tanti amoris  
 non pigrescat in cordibus ve-  
 stris, nec putet quis tantum esse  
 Christianum, quod his imbuitur mysteriis, q̄ renasci-  
 tur ex aqua & spiritu, & postmodū dimittat se volupta-  
 tibus variis: securusq; effectus q̄ sacramento baptismatis  
 munierit animam suam, non eã custodiat contra versu-  
 tias inimici, immo & ipse quantum potest custodiat &  
 custodiendam petat, ne tempestatibus huius mudi pro-  
 cellisq; depercat. Baptizatus est quis, nauis est in staura-  
 ta, subuncta, velificata, missa in mare, indiget guberna-  
 culo, quousque ad portum desideratum perueniat. Mare  
 hoc seculum scilicet, nò solum tempestatibus scopulisq;  
 periculosum est, verum etiam bestis cupiditatum insi-  
 diantibus abundans. Omni sollicitudine, omni cura, o-  
 mni industria excitati iam vigilent nauta, frequenter  
 etiam Christus inuocetur gubernator, vt nauem tantis  
 periculis ereptam ad portum securitatis ipse perducatur.  
 Baptizatus es, signatus es regio caractere, coepisti con-  
 sequi annonam de mēsa regis tui: noli esse desertor, nec  
 vt miles delicat<sup>9</sup> diffluas per voluptates, & te hostis dia-  
 bolus inermem diffluentemq; inueniat, sed vt fortis mi-  
 les quicquid potes age in hoc bello, vt virtus tua Chri-  
 stus non solum te tueatur, verum etiam alij proficiat ad  
 salutem. Postula à rege tu arma spiritalia, bellum tibi,  
 inquit, indicitur, in quo enitescas pugnando, vt ad ple-  
 nam pacem triumphando peruenias. Non cõtra vnum  
 dimicabis, multi enim contra te exient aduersarij: pu-  
 gnabis enim cum vitiis, & vt beatus martyr Cyprianus  
 ait, si depresseris auaritiã, exurget libido, q̄ et si libidi-  
 nē superabis, succedet ambitio, & si ambitio à te fuerit  
 deuicta, ira, zelus, emulatio, inuidentia, superbia, ebriosi-  
 tas cum ceteris suis pestiferis sociis in vnum contra te  
 dimicantia constituent castra. Sed non metuas, ha-  
 bes quod agas, inuoca dominum virtutum, induat te ex  
 alto virtute, vt illum proferas vocem, Si consistant ad-  
 uersus me castra, non timebit cor meū: & si exurgat in  
 me prælium, in hoc ego sperabo. In illo, in quo nisi in  
 domino virtutum, qui militem suum ita expectat dimi-  
 cantem, vt adiuet laborantem: Baptizatus es, mūdatus  
 es, vnctus es oleo, restauratum est corpus tuum ad prio-  
 rem statum primi illius hominis ante peccatum, noli  
 postmodum male securus esse. Ad agonem produceris,  
 cõtra diabolum vitiorum principem dimicabis in are-  
 na huius mundi, vtraq; partes, Christi scilicet & diaboli,  
 infinita populi multitudo te expectat luctantē, & quisnã  
 vincat vide omnem turbam nimia intentione penden-  
 tem. Non de te triumphet pars diaboli: Sis vis vincere,  
 noli de te præsumere, sed illi assigna victoriæ gloriam,  
 qui tibi donat vt victoriæ feras palmam. Vis vincere,  
 caput prius contere inimici, excludendo de corde tuo  
 suggestiones diaboli. Vis vincere, manus tuas fortes in-  
 ueniantur

De bello in-  
 dicto noui-  
 ter baptiza-  
 to quam sit  
 arduum. Caput. I.

Psal. 26.  
 De adiuto-  
 riis Christi  
 ni militis. Caput. II.

G ueniantur in bono opere. Vis vincere, fige pedes, nō nutent vestigia tua frequentando spectacula & deserendo Ecclesiam. Sed vt hanc etiam in tam magno agone & tā grandi luctamine possis implere victoriam, mittat tibi dominus auxilium de sancto, & de Sion tueatur te.

Ecce dilectissimi, venturi estis ad fontem aquæ, nō dicatis in cordibus vestris, hoc est totum quod pro magno desiderabamus: Fons iste visibilis, similitudo est æterni fontis. Renascemini ex aqua & spiritu. Aqua illa non solum corporis sordes mundat, sed animā à peccatis liberat. Debetis autem nosse cur virtus illius aquæ & animæ proficit & corpori. Non enim omnis aqua mūdāt sanctificatur hæc per consecrationem verbi. Tolle enim verbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum, virtus verbi per aquam mundauit nos, quia per aquas ambulauit. Vt autem à tepestate huius seculi liberaret vos, videte potentiam verbi dei, quemadmodū dominetur cunctæ creaturæ suæ. Quod dicturus sum nostis. In Euāgelio legitur, cū quarta noctis vigilia veniret dominus Iesus ad discipulos suos ambulans super aquas maris, & inueniret eos piscātes, quos iam fecerat hominum piscatores, perterriti discipuli putauerunt se phantasma videre. Accessit Iesus, & ait illis, Nolite timere, ego sum. Tunc vnus illorū Petrus ille præsumptor, & postea negator, post vero confessor & amator: Si tu es, inquit, domine, iube me venire ad te super aquas. Et dominus, Veni, inquit, Descēdit Petrus & cepit ambulare super mare plenus fiducia. Dū ambulat, trepidauit infirmitas, sed statim subuenit diuinitas. Cœpit mergi, clamat, domine pereō, Porrexit manum dominus, erexit mergentem, confirmauit diffidentem, & ait illi: Modicæ fidei, quare dubitasti? Videtis dilectissimi, quantum adiuuet fides, & quantum deprimat infidelitas. Si quis enim veniens ad aquas baptismi, fide plenus est, subleuatur: si quis infidelis est, mergitur. Sed porrigat manum dominus etiam infidelibus mergentibus & plenam fidem operetur in cordibus. Audite adhuc, aquæ sacramentum quid in vobis operabitur? Proponam figuram vt ex ea vobis veritas elucescat. Cum

Aegyptij duris operibus populum premerent Hebræū, clamor factus est populi in auribus dei, & deprecati sunt vt eos liberaret à dominatu gentis pessimæ. Missus est Moyses qui eos ex Aegypti educeret seruitute. Apud Pharaonem principem Aegyptiorum fidelissimus dei famulus allegat imperatoris sui iussionem, & quid rex omnium gentiū præceperit, auribus durissimi regis infinat. Obdurat Pharaon cor suum, nec scire se dicit deū, atque eius ministros repudians, grauioribus poenis affligit populum. Ex maiori angustia populi maior clamor exurgit. Suscipit certamen famulus dei Moyses cōgreditur cum Pharaone, nullo telo, nullo gladio, nulla visibilia indutus arma, sed munitus potestate diuina: inferuntur decem plagæ in Aegypto, & vindex ira in populum contumacem surgit, vt ex minutissimis animantibus, vermiculis, ramis & locustis ceruix caderet superborum: in quibus plagis, vltima mors primogenitorum Aegyptiorum omnium facta est, vt suos iuste perderent qui alienos iniuste detinebant. Dimittit populum Pharaon, non voluntate, sed nimia necessitate cōstrictus. Pergit populus erutus ad mare rubrum festinans, vt per aquas saluarentur, qui à pessimo hoste liberabatur. Sequitur Aegyptij, imminet populo fugienti: videt super se Israëlitarum hostes & inimicos suos, expectant gladiū. Mors in oculis, timor & tremor in manibus singulorum, ne in fauces caderent persequentium. Exurgit Moyses fa-

mulus dei portans virgam, quam à domino acceperat, & per quam iam multa signa fecerat, percussit mare, & diuisum est, Vbi est illa potentia, non numinum, sed demoniū? Vbi est vana superstitio Paganorum? Nunquid vt mare diuideretur ille Neptunus est inuocatus, quem regem maris esse volunt, qui regem verum deum suum agnoscere nolunt? Virga extensa manu aquas percussit Moyses, & statim cogitur fluctus in cumulum, & vnda in semetipsa repressa curuatur: soliditatem recipit liquor, & solum maris arefcit in pulueres. Ingressi sunt alij saluandi, alij damnandi. Vnum elementum aquarū autore totius creaturæ iubente iudicauit vtrosque, separauit enim pios ab impiis: illos abluit, istos obruit: illos mundauit, istos occidit Moyses figuram habuit domini Christi, quoniā dux fuit populi. In virga agnoscite crucem, in mari rubro agnoscite baptismū Christi sanguine purpuratum. Regem Aegyptiorū populosq; eius, autorem peccatorum diabolū cum omnibus ministris eius. Scitit diabolus quando nos videt per aquā baptismi à sua oppressione liberari. Exclamate ad Moysen vestrum dominum Christum, & virga crucis percussit mare baptismi, reuertatur aqua & operiat Aegyptios, vt quemadmodum nullus remansit Aegyptiorū, nihil remaneat etiam vestrorum peccatorum. Totum mundet, qui totum fecit: reparet perdita, qui creauit omnia integra: extinguat Pharaonem diabolū mortis authorē, & suum populum liberet per aquam salutarem. Audistis dilectissimi, figuræ illæ quomodo transferunt ad speciem veritatis: illud superest, vt noueritis quemadmodū celebrauerit pascha. Liberatus populus ex Aegypto, baptizatus, vt ait Apostolus, in nube & in mari rubro acceperunt præceptum domini per Moysen, vt in occisione agni celebrarent pascha, ex cuius sanguine postes domus suæ vnusquisque liniret, nec timerent angelum vastatorem, qui signum sanguinis agni occisi in lūæ fronte dominus haberent. Os, inquit, dictum est, non comminuetis ex eo, nec relinquetis quicquam in mane, cum picridiis & azymis comedetis agnum. Fecerunt quod præceptum est filij Israël. Demonstra & tu Israël spiritalis fili Abraham, secundum fidem, non secundum carnem, demonstra & tu quomodo celebras pascha, habes agnum occisum, demonstra, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Lini sanguine eius postes domus tuæ, demonstra & dic: Ecce crux sanguinis Christi in frontibus est pudoris nostri. Dic cum Paulo, Mihi absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi. Os non comminuetis ex eo, dictum est, Impletum est hoc in ipsa domini passione, ipsius sancti agni immolatione, quādo crucifixus cū duobus latronibus in medio pendebat ipsa summa iustitia, liberans vnum confitentem, aliū puniens blasphemātem. Ita factæ sunt tres cruces, tres causæ. Vnus latronum Christo insultabat, alter sua merita confessus Christi se misericordiæ commendabat: crux Christi in medio non fuit supplicium, sed tribunal. Mox vt peregit omnia quæ de se erant scripta, accepto felle & aceto, propter illud quod prædictum erat, Dederūt in escam meā fel, & in siti mea potauerunt me aceto, inclinato capite tradidit spiritum. Venerunt milites, frugerunt crurā latronibus in cruce pendentes: ad Iesum autem cum venissent, non frugerunt eius crura, vt impletur, ait Euāgelista, quod scriptum est, Os non comminuetis ex eo, sed vnus ex militibus latus eius aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua, quæ sunt matris Ecclesiæ gemina sacramenta. Percussit latus lancea persecutor, & fudit precium redemptor. Hic sanguis inebriat mētem, vt amorem

K  
ialis, hoim

De mysteriis paschalis in baptismo comprehendit. Caput. III. 1. Corin. 10.

Exod. 12. 1. Corin. 10.

M  
Ioan. 1.

Galat. 6. Exod. 12. Numer. 9. Luc. 23.

Matth. 27. Ioan. 19. Psal. 68.

Ioan. 14.

A rem obliuiscatur mundi. Hæc aqua mundat animam, vt corpus sordibus careat diaboli. Nec relinquetis ex eo quicquam vsque in mane. Hoc nunc agitur: Comeditur enim agnus per noctem huius seculi, vt cum mane illud venerit quod vesperum non habebit, non iam offeratur sacrificium imaginis agni, sed ipsum agnū quem quotidie immolamus, comedimus, & cuius sanguinem bibimus. Inueniamus illic eum sacerdotem perfectum quæ constat hic pro nostra salute occisum. Quæ sunt hæc picridiæ olera amaritudinis, quæ comedit Israël spiritalis, nisi vox illa amara ad tempus sanctorum martyrum emissa per sanctum David ac dicentium, Cibabis nos pane lachrymarum, & potum dabis nobis in lachrymis, in mensura. Et per Apostolum Paulum, In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, Demostra & azyma sancte Paule, ex Israëlita carnali spiritalis effectus: Celebraſti enim pascha cum populo vetere, & quæ admodum nouus populus figuras in veritate conuerteret, tu docuisti, tu demonstraſti. Ostēde ergo azyma cōspersionem nouam, Non in fermento, inquit, veteri, neq; in fermento malitiæ & nequitie, sed in azymis sinceritatis & veritatis. O agne occise, ò Christe sancte pro nobis crucifixe, qui vt lapsa reparares in cruce pedēdisti.

Psal. 79.

2. Corin. 4.

1. Corin. 5.

Ipsa est illa virga regni tui, crux ipsa, inquam, qua virtus in infirmitate perficitur, ipsa illa virga crux ipsa, illa virga quæ floruit ex radice Iesse, ipsa illa virga quam portabat Moyses, quæ conuersa in serpentē, glutiit magorū serpentes doctrina Christi diffusa per omnes gētes hereticos superas demētes. In illo enim populo fratres in quo multa signa faciebat Moyses per virgam, exurrexerunt magi Pharaonis, facientes & ipsi prodigia cōtra famulum dei Moysen. Sed ad hoc quadam mira facere permitti sunt vt mirabilius vincerentur. Magi Pharaonis quid aliud significabāt, nisi omnes hereticos ministros diaboli, qui sub nomine Christi deuorare cupiunt populum Christi. Scitent nunc hæreses in hanc terram tanquam serpentes magorum, quos deuorauit & deuorat ille serpens exaltatus in ligno. Sed quoniam non est temporis ire per multos, singulorum capita conterātur, quomodo exurgunt, sic deuorentur. Fuit hic, vt nostis dilectissimi, viperea doctrina Donatistarum, contrita est, consumpta est. Mox Maximinianistarū serpentina fraus pullulauit, contrita est, consumpta est. Manichæorum venenum apudis surreperat, contritum est, consumptum est. Pelagianorū nouum dogma à ministris diaboli tanquam à Magis Pharaonis excitatum, illi nostro serpenti certamen indixit, conteritur, consumitur. Cum tot serpentum capita catholica doctrina cōtriuertit, dissipauerit, cōsumpserit, ecce nobis vnus angelus Arrianus olim mortuus insultat, caput erigit, veluti viuum se demonstrare conatur, quem iam olim constat occisum. Redi Moyses noster, redi virga, redi serpens Christe sancte, æqualem potestatem cum patre habens redi contere capita draconum super aquas, confringe caput draconis magni, viuum se profitentis, sed veram vitam non habentis. Dic tu quid es, quoniam ille aliud docet quàm es. Dic, dic, audiamus vnde hereticos conuincamus. Audite quid dicat, Ego sum via, veritas & vita, Nemo venit ad patrem nisi per me. Secundum humanitatem via, secundum diuinitatem veritas & vita. Tu autem heretice Arriane, qui minorem vis esse in diuinitate vitam & veritatem, sequitur vt non per eum venias ad patrē. Sed adhuc domine Iesu contere caput draconis, dic quid sis cum patre, te audiamus docētem, non hereticū blasphemantē. Dic quid sis cum patre, Ego, inquit, & pater vnū

De hereticorum deuotione, per ecclesie Christi sanā doctrinā, exemplo virgæ Aaron Magorū virgas glutietis Caput. V.

Exod. 12. 1. Corin. 10.

Ioan. 1.

Galat. 6. Exod. 12. Numer. 9. Luc. 23.

Matth. 27. Ioan. 19. Psal. 68.

sumus. Dic adhuc, Ego in patre & pater in me est. Adhuc dic, Qui me videt, videt & patrem. Credis iam heretice tantę authoritatē? An ipse testimonium de seipso non admittis, sed alios de eo testes requiris? Ecce introducuntur aduersus te, dicant conuinceris, refutaris, & legis laqueis irretiris. Dic testis dei Paule, qui vsque ad sanguinem pro isto testimonio accessisti, & ne falsæ doctrinæ succumberes animam posuisti. Dic, audiat qui conuinci formidat: Conuincatur qui nec conuictus mutatur. Singuli quique, ait, Hoc sentite in vobis quod & in Christo Iesu, qui cum in forma dei eslet, non rapinā arbitratus est esse se æqualem deo. Audis æqualem, audis formam dei, & tu audes dicere, minorem filiū dei? Veniat & alius testis, vt in duobus vel tribus confirmetur æquitas veritatis. Dic & tu sancte Petre, quid tibi retulerit, non caro & sanguis, sed pater cœlestis: Tu es, inquit, Christus filius dei viui. Et in epistola sua ad gentes secūda: Noxam facinus vobis, inquit, dominum nostri Iesu Christi virtutem & præscientiam, & magnitudinem. Audis virtutem, audis magnitudinem, audis præscientiam. In quo heretice Christum dicis esse minorem? Sed audi adhuc quid aduersus te hic testis & de filio & de spiritu sancto dicat: Nō voluntate humana allata est, inquit, prophetia, sed spiritu sancto acti, locuti sunt homines dei. Fuerunt vero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui subinducunt sectas perditionis, & qui emit eos dominatorem abnegantes. Vides te validis testimoniis & demonstraſti & conuinci. Negantes, inquit, dominatorem esse, qui emit eos. Quem negas dominatorem, nisi filium quem dicis esse minorem? Et quis est qui vos emit, nisi qui vos suo sanguine redemit? Sed ingrediatur & tertius testis, vt tres vnum verum testimonium dicant vni trinitati & trinæ diuinitati. Dic & tu sancte Iohannes, qui super pectus saluatoris discumbebas, & videbas super cœlestia mirabilia verbum domini. Dic & tu qui noueris filium dei, In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud deum, & deus erat verbum. Et in epistola sua, Scimus, inquit, quoniam filius dei venit & dedit nobis intellectum, vt sciamus quid verum sit, & simus in vero filio eius: Hinc est enim verus deus & vita æterna. Tu autem minorem dicendo filium, qui est deus verus, nō habes vitam æternam. Sed ad confutandam contumaciam peruersam hæresis, ad deglutendum te serpens magice factus, non à veritate susceptus, ipse pater testimonium dicat de filio, vt nihil amplius quæras, nihil amplius credas. Per Prophetā, inquit, Tecum principium in die virtutis tuæ. Principium pater, principium filius, ergo pater & filius principium in eodem principio. Tecum principium in die virtutis tuæ, in splendoribus sanctorum ex vtero generauit: tanquam diceret, vt sancti illuminarentur, processisti ex me. Nec fuit dilectissimi alia causa cur vel ipsa nomina patris & filij & spiritus sancti seiuicta videretur, nisi vt sancti homines instruerentur. Cæterum quod dictum est Moyſi ab ipsa substantia trinitatis, Ego sum qui sum. Et sic dices, Qui est misit me. Ergo ex vtero in splendoribus sanctorum generatus est filius. Sed ne hæc generationem carnaliter vel temporaliter acciperes factā, audi quomodo eum genuerit. Eructauit, inquit, cor meum verbum, Iohannes testis dicit, In principio erat verbum: Deus pater dicit, Eructauit cor meum verbum. Propheta Abacuch dicit, Ambulauit verbum. Audis dominū verbum, & hoc esse in principio apud deum, & deum esse verbum. Testimoniorum vox, & ipsius trinitatis vnitas per totum mundum

D  
Ioan. 10.  
Ioan. 14.

Philipp. 2.

Matth. 16.  
2. Petri. 1.

E

Ioan. 7.  
1. Ioan. 5.

Psal. 109.

Exod. 3.

Psal. 44.

Ioan. 1.

**G** mundum contra te clamat, & tu velut canis rabidus contra totum mundum latras. Sed audi adhuc vnde plenus couincaris, quod trinitas vnus deus sit. Patris vox est per Prophetam ad filium: In splendore sanctorum ex vtero genui te. Patris vox est per Esaiam Prophetam de spiritu sancto: Spiritus, inquit, a me exiit. Et filij vox est in Evangelio, ostendens in se patrem esse & se in ipso vbi ait, Pater in me manens ipse facit opera. Filij vox est de spiritu sancto ostendens, quia quomodo procedit ex patre, ita ex ipso, vbi ait discipulis suis post resurrectionem, Accipite spiritum sanctum. Et insufflauit in eis, ait Euangelista, spiritum sanctum dans eis ac dicens: Si cui remiseritis peccata, remittetur illi. Vnde est & illud Apostoli Pauli, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si ergo filius in patre & ex patre, & spiritus sanctus simul est & in filio & patre: non est seiuincta trinitas, vbi est perfecta vnitas. Discedat Arrianus confusus reus, quia trinitas vnus est deus. Sed quando tibi peruersa haeresis verba mea proficiunt, cum sis aspissurda obturans aures, ne audias voces incantanti? Noueris te tamen a virga serpente esse comedendum, dum oues quas tenes captiuas, ad suum ouile ille pastor adduxerit, ut sit vnus grex, & vnus pastor. Ille pastor noster dilectissimi, qui in virga ferrea pascit & regit, confringit & restituit, ipse pastor est, ipse rector, ipse fabricator, ipse architectus noster. Magnum te pastorem video domine Iesu oues pascentem, errantes requirentem, inuertas cum gaudio ad gregem tuis humeris reportantem, magnum te architectum video virgam portantem, in virga pendentem, & de ista virga multa miracula facientem. Multum expauesco expositionem virgae huius dilectissimi, dum loca diuinarum scripturarum considero. Virga Maria sancta, virga ipse Christus, virga crux. Et de ista virga quam magna & mira fecit hic architectus, & arborem fecit crucis, vbi ipse angularis pependit lapis, & scalas caeli per quas hominem lapsum ad patrem lenauit. Quale miraculum fratres huius architecti, ut de virga sua faceret scalas, & tales, quarum caput in caelum poneret, & per eas ipse & ascenderet, & descenderet, & propter confirmationem ipse super eas incuberet. Ascende securus, qui desideras caelum: non te terreat earum nec angustia, nec longitudo, nec altitudo: nihil timeas, non nutant gradus eius quos ille architectus sic confirmauit, ut in eius ligno manus suas clauis affigi voluerit. Vide has scalas huius architecti, discipulum Apostolum Paulum & demonstrantem, & gradus quasi numerantem, & ascendentem, & quam plurimos inuitantem, Flecto, inquit, genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut det vobis comprehendere cum omnibus sanctis, quae sit altitudo & latitudo, longitudo & profundum. Quatuor gradus posuit crucis. Non ergo laboriosa sunt haec scalae. Quatuor gradus habent, & perducunt ad caelum. In altitudine crucis caput positum est crucifixi. Sursum cor habeat Christianus ad dominum, quod interrogatus quotidie respondet, & ascendit vnum gradum. In latitudine crucis manus affixae sunt crucifixi. Perseueret manus Christiani in operibus bonis, & secundum gradum ascendit. In longitudine crucis corpus pependit crucifixi. Castiget quis corpus suum observationibus, ieiuniis illud suspendat, ut seruituti animae subiiciat, & tertium gradum ascendit. In profundo crucis occultum est quod non vides, sed inde exurgit hoc totum quod vides. A sit fides Christiana, quod non potest comprehendere, credat corde, altiora se non querat, spes cum nutriat, & tunc quartum gradum ascendit. Per hos gradus ascende-

runt sancti omnes, continentes, coniugati fideles, euaferunt ruinas mundi, migrauerunt ad loca tutissima, vbi iam nec Barbaros timent, nec fragiles casus humanos exhorrent, nec corruptiones metuunt, nec agritudines patiuntur, nec tribulationibus affliguntur, nec ipsam iam mortem timent, sed cum deo de deo viuunt. Hanc vitam dilectissimi amemus, ac petamus, desideremus, ad quam omnis qui currit non graditur via pedum, sed via morum. Boni ergo mores requirantur, ipsi in omnibus inueniantur. Vterque sexus & omnis aetas habet in hoc sanctorum hominum imitationis exemplum. Imitetur senes mores Tobiae, qui cum caecus esset corpore, viam vitam filio demonstrabat in corde. Ille cum manu ducebat in terra, & pater monendo eum perducebat ad caelum. Imitentur adolescentes Ioseph sanctum, pulchrum corpore, pulchriorem mente, quem castitas sic possederat, ut irruentes minae dominae mulieris impudicae non possent eum violare nec mente nec corpore, cuius iam deus possederat mentem. Imitetur virgines sanctae sanctam domini sui matrem Mariam. Imitentur viduae religiosam viduam Annam. Imitentur & coniugata castam Susanna. Virgo mater quod vouit, impleuit. Anna vidua in orationibus atque ieiuniis usque in finem perseuerantiam tenuit. Susanna casta pro pudicitia coniugali usque ad periculum mortis accessit. Intendite coniugate, qualis vobis huius a scriptura sancta imitatio proponatur. Non enim pradicat eam, quod fuerit auro, molibus vel veste preciosa forinsecus conapta, cum fuerit intrinsecus pudore castitatis ornata. Omnibus vitam donauit qui bonos mores instituit. Propterea nanque ipse vir de foemina est nasci dignatus, quia ab ipso uterque sexus est liberatus. Multa diximus, intentissime audistis, epulas dominicas libentissime comedistis, rependite vicem ministratori vestro, ut si non verbo, saltem vestris orationibus pascar.

Finis.

DE TEMPORE BARBARICO.

Eiusdem farinae Sermo de tempore Barbarico.



**A** dmonet dominus deus noster, non nos debere negligere nostra peccata, quando talem demonstrat iram suam: ipse quippe iuste punit nocentem, quia nullum inuenit poenitentem. Quotiens dilectissimi intonauerunt atque intonat tubae diuinae: Agite poenitentiam, appropinquauit enim ad vos regnum caelorum: & clausis auribus cordis, magis operamur mala & petimus ut veniant bona? Sed talium iudicium iustum dicit Apostolus, In eo enim ipso quod talia sapiunt, qui tales sunt, ex malis operibus posse se bona suscipere obdurati sunt, poenitentiae locum non requirunt: Merito iuste iudicati, qui a semetipsis inueniuntur esse damnati, licet non omnes hic noster tangat sermo, omnes tamen astringit sermo diuinus, dicens, Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. Quomodo omnes, & quomodo non omnes? Quia sunt multi qui gemunt & dolent ob iniquitates quae fiunt in medio eorum, volentes resistere, sed timore secularium rerum non audentes, quas adhuc vel adipisci desiderat humana fragilitas, vel amittere formi-

K  
Genc. 39.  
L  
Prouerb. 20  
Luc. 18.  
Luc. 17.  
Iacobi. 4.  
De agenda poenitentiae antequam succidat arbor. Caput. II.  
Psal. 13.

**A** formidat infirmitas. Secundum id quod dolent, non omnes, secundum quod rem non timendam timet, omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt, quia plus existimatur timor hominum quam timor dei, & praerit homines res quas acceperunt a deo ipsi deo, ne eas tollat malus homo, contemnitur deus per quem factus est homo. Vellem vos quidem qui adhuc tales estis, & amore rerum secularium obligati peccantibus aut parcitis aut fauetis, vellem vos quidem aliquibus exhortationibus admonere, quid cui rei praeponeere debeatis, nisi nos fluius lachrymarum compelleret plangere eos qui peccant, & nolunt agere poenitentiam. Si esset in nobis humanus affectus, si esset compassionis sensus, vnus hominis mortem flere, dolere ac plangere deberemus. Quibus lachrymis, quo gemitu, quibus planctibus exagitamur, quando aut maximam partem, aut penes totam plangimus ciuitatem. Aeger est charus, & vena eius malum renunciat: omnes qui eum diligunt agrotant simul amico: Si eu & in ipsa vicinia mortis ridere viderint, quae ad modum ab eo omnem spem salutis ablatam sentiunt, eumque adhuc viuum tanquam mortuum merito plangunt. Inter tantas angustias, & in ipso sine rerum posita est vniuersa prouincia, & quotidie frequentantur spectacula, sanguis hominum quotidie funditur in mundo, & insanientium voces increpant in circo. O planctus omni tristitia acceptior, o planctus omni maestitia affligens cor, libet flere, plangimus enim dilectissimi & illos & nos, quia & nos digni sumus, qui cum talibus merito flagellamur. Nos enim, cum alios accensamus, omnes declinauimus simul inutiles facti sumus, prorsus omnes, nullus est excusatus, quia talis est iudex, ut omnis homo ab illo inueniatur reus. Cum enim rex iustus sederit in throno, quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Aduenit tempus illud quod praedixit dominus, Putas cum venerit filius hominis, fidem inueniet in terra? Quis habet fidem? Quis credit verbis diuinis? Audebit aliquis vestrum sibi assignare fidem, quando audit dominum dicentem discipulis, Si haberetis fidem sicut granum synapis, diceretis arbori huic, eradicare & plantare in mari, & obaudisset vobis: Quis sibi audebit assignare, quod faciat omnia quae praecipit deus? Nemo, prorsus nemo. Pradicamus, & non facimus: auditis, & facere non curatis. Merito omnes sumus sub flagello, & doctor & factor & auditor & contemptor. Studemus inuicem reprehendere, & non studemus opera nostra discutere. Detrahit proximus proximo, detrahit clericus clerico, detrahit laicus laico. Video quidem se inuicem acculantes, sed neminem video iuste se excusantem: vnusquisque enim dilectissimi proprium onus portat, Nolite detrahare alterutrum fratres, ait Apostolus Iacobus: Qui enim detrahit fratri suo, aut iudicat fratrem, detrahit legi, aut iudicat legem. Si autem iudicas legem, non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex, qui potest perdere & liberare. Tu autem quis es qui iudicas proximum? nec tamen voces detrahentium, silentium possunt imponere verbo dei. Clamat ille per bonos & per malos: Agite poenitentiam, appropinquauit ad vos regnum dei. Nolite esse auditores legis tantum, sed fautores: Facite dignos fructus poenitentiae. Ecce enim ait Euangelista: Securis ad radices arborum posita est: Omnis enim arbor non faciens fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Video, inquit, omnes homines diuersas arbores, fructus etiam diuersos habentes, sed bonus fructus qui trituri qui pascat, non qui pungat. Sunt enim & arbores spinosae igni deputatae merito incide-

da, quia in eis nullus fructus est anima. Putatis ne dilectissimi, nos omnes tales sumus, qui in istis malis pro peccatis nostris dimissi sumus? Exacuit agricola ferrum amputat inutile lignum, abscessum seruat incendio concremandum, hoc nunc agitur a vero agricola. Videntur sibi quidem mali adhuc stare, adhuc florere. Quisquis talis es, quisquis malus es, quisquis corrigi non vis, non te colescit altitudo tua, quia maior te expectat ruina, ampliorque sustinet flamma, quia securis haec ad te nondum venit. Ideo putas te posse semper stare, cum videas vel audias alias arbores te ampliores cecidisse. Quod te hic agricola differt, eius est patientia, ne forte intercedat apud eum locus poenitentiae. Colonus enim ille in Euangelio, qui intercedebat pro arbore, quam dominus eradicare volebat quod fructum per triennium non haberet, videte quid ait, Domine, dimitte illam, & hoc anno faciam ei fossam, adhibeam cophinum stercoris. Si fecerit fructum, bene: sin autem, veniens abscindes eam. Arbor haec sterilis, genus hominum est non habens fructum poenitentiae, Dominus eius, conditor eius est. Intercessor huius arboris Apostolus Paulus est. Vnde probamus? Audi in quadam Epistola sua quemadmodum intercedebat pro talibus, Flecto, inquit, genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ut det vobis virtutem. Hoc ergo eis petebat, ut acciperent quod non habebant. Faciam, inquit, ei fossam, adhibeam cophinum stercoris. Fossa, locus est humilitatis: cophinus stercoris, lachrymae sunt poenitentis, quem locum si quis contempserit, amplius sustinebit tormentum, quando illius agricolae acutissimum senserit ferramentum. Agite mali poenitentiam, corrigimini mali, quia vobiscum flagellantur & boni. Dicit aliquis: Si mali merito flagellatur, boni quare talia a malis, & cum malis patiuntur? Quare quia secundum quod modum dicuntur boni, secundum autem rectum verumque bonum, nemo bonus nisi solus deus. Ergo & ipsi boni quicunque sunt boni, non tales sunt quales esse debent boni: Non enim sunt perfectum bonum, proficiunt enim de die in diem. Si proficiunt, utique exercitationibus proficiunt. Nemo se iustificet, tanquam iam sit perfectus. Recedat de medio male iustificato Pelagianus, confundatur haereticus Arrianus: Nemo enim bonus, nisi solus deus: Quid ergo? Christus non est deus? Plane deus. De ipso quippe dicit scriptura diuina: Hic est verus deus, & vita aeterna. Quid spiritus sanctus, non est deus? Plane deus. Vnde probamus, quoniam & ipse deus? Audi in Actibus Apostolorum Petrum Ananiae fraudatori improperantem. Anania, inquit, cur impleuit satanas cor tuum, mentiri te apud spiritum sanctum? Non es mentitus hominibus, sed deo, Ecce & spiritus sanctus deus. Ergo trinitas vnus est deus: & verum est, quia nemo bonus nisi vnus deus. Patientes estote boni, ut sitis vere boni: Patientes estote vsque ad aduentum domini. Tolerate mala, quae patimini a malis cum malis, quia ista tentatio, vestra est examinatio. Si aurum es, quid times paleam, quid times ignem? Simul quidem eritis in fornace, sed ignis paleas in cineres vertit, tibi sordes tollit. Si frumentum es, quid times tribulam? Non apparebis qualis antea eras in spica, nisi tribula conteredo a te separauerit paleas. Si oleum es, quid times pressuram praeli? Non declarabitur species tua, nisi etiam podus lapidis a te separauerit amurcam. Veruntamen interroget se vnaquaeque anima, & videat si iniuste patitur, proferatur statera iustitiae, apprehendatur amor mundi cum amore dei, vide quemadmodum praeponderet amor mundi, proferatur speculum scripturae diuinae: Speculum hoc neminem palpat, qualis es, talem

D  
Luc. 19.  
E  
Eph. 3.  
Quare boni cum malis puniuntur, & de inordinato amore quo deo praefertur filij. Caput. III. Luc. 18.  
Act. 5.



**G**lem te tibi demonstrat. Intende, & vide, & si est aliquid quod offendat, abi cōsufus & redi correctus: an nō confundere, & in malis tuis gloriaberis? Eris enim perfectum malum, non qualecunq; bonum. Talis non vis flagellari cum mūdo, aut flagellatus murmurare sub flagello: Serue male, fecisti quod dominus iussit, qui ne vapulares ista flagella ante tibi prædixit. **Quis iussit? Dominus iussit, creator tuus iussit. Quid iussit? Qui amat, inquit, patrem aut matrem plusquam me, nō est me dignus. Ecce quid iussit? Ait: Qui amat filium aut filiam plusquam me, non est me dignus. Ecce quid iussit? Et qui est, inquit, qui odiat patrem aut matrem aut filios? Nec illos ille odire præcipit, sed vel quantum illos, tantum se diligi iussit. Plus quidem debueras diligere creatorem quam creaturam. Sed si non vales præferre, saltem vel æquare dignare. Vere filios tuos diligeres, si Christum filius præferres, ipsosq; filios ipsi cōmitteres. Vere filios tuos diligeres, si in ipso illos diligeres, qui eos tibi dedit vt diligas. An ideo eos videris diligere, quia eorum volūptatibus faues? Audis blasphemantes, & patienter fers Christiane quod rex Nabuchodonosor alienigena non potuit sustinere, dicens, Si quis dixerit blasphemiam in deum Sidrach, Misac & Abdenago, in interitū erit. Vides frequentare spectacula, & nō reuocas: vides luxuriantes, & non verberas. Nec potes te talem exhibere patrē, qui paratus sis indisciplinatos filios vel exhæredare vel abicere; cum paratus esse debueras sicut Abraham etiā immolare. Omnis enim qui filiorum trucidat voluptates, sacrificium tale quale Abraham offert deo. Sed dum ista non fiunt, & his moribus deprauatis male nutriuntur, qui isto mundo vtuntur, labefecit mundus, nec immerito ait Propheta, Defluxit terra, & omnes inhabitantes in ea. Non quiescunt vsque nunc murmurare homines, laudare tempora præterita, accusare tempora Christiana. Magna erant tempora patrum nostrorum, dicunt: O quam bona tempora habuerūt patres nostri. Sed videte quid fecerint patres nostri. Phinees sacrificatē vitum idolis manu propria peremit, vt placaret irā dei. Moyses populum oberrantem, vitulumq; fusilem adorantem, ita certa emendatione coercuit, vt vnam tribū ex duodecim ad se deuocās, quæ sequebatur deum, præceptum eis daret, vt acceptis gladiis in manibus suis filij percuterent parentes, & parentes occideret filios: nullus eos renouauit affectus, nullus humanitati reseruatus est locus, quia timor & amor dei præ omni desideriorum carnaliū amore ferebatur. Septe vt hostes diis ac demonibus immolantes superaret, vnicam filiam in sacrificio dedit. Sanson cum gentes dæmonicas virtute, quā a deo in capite acceperat, diutius bellis contereret atque fatigaret, seductusq; postea per mulierē oculos simulq; virtutē capitis perdidisset, posteaquam cognouit in opprobrium suum omnes illos conuenisse ad templū idolorum suorum, eosq; magnificare deos suos, q̄ eis tradiderant acerrimum inimicum suum, cum crescente coma capitis eius ei creuisset & virtus, a puero qui sibi ducatum præbebat, vt sibi manum porrigeret petiit, seq; ad illud templum deduci poposcit: ad quod cum venisset, columnas duas, super quas totum illud ædificiū ferebatur, singulis manibus singulas columnas apprehendens, ruinā se simul & illos voluit opprimi, ne laudes dæmonum in contumeliam dei sui a quoquam libenter pateretur audiri. Daniel ne a rege homine petitionem aliquam posceret, sed a deo viuo, qui præstat omnia bona suis, leonibus ieiunantibus in escam datus est vt periret, sed dominus fidelem seruum suum non deserens, & ipsum inta-**

ctum reseruauit, & per Abacuch Prophetā simul & ipsum & leones paut. Quid dicam de tribus pueris, qui cū nolent imaginem regiam adorare, ignes riserunt? In quibus pueris micans gratia, ita emittit, vt ligati in fornacem mitterentur, deambulantesq; viderentur, os aperientes, dominumq; laudantes, flammam ad se non admitterent, sed fugarent, vt secum filium dei habere meruissent, antequā mundo in homine apparuisset, vt esset eorum vindex flamma. Chaldaeorūq; ministros fornax denorans consumeret: producti quoque de fornace incolumes, populos in se mirabiles redderet, regemq; mutarent, eumq; facerent dei sui adoratorem, quē senserat ante persecutorē. Sed hæc omnia faciebat fides, timor & amor dei. Oderant isti non solum omnia quæ habebant propter deum, verum etiam animas suas. Et deus eos hic claros fecit, & aternę vitę remuneratione ditauit. Quid tale dilectissimi fecimus, imō e contrario quæ mala non fecimus? Illi nec minis, nec tormentis conueniunt, demonis sacrificauerunt. An non sacrificauit qui imagines idolorum per noctem ludentes, quod nocturnū vocant, libentissime spectauit? Sacrificauit, prorsus sacrificauit, & quod est peius, non tauri vel cuiuslibet pecoris aliquā victimam, sed ipsam animā hominis preciosam. In hoc tam nefando sacrificio non vnus vel pauci accusantur, tota hoc ciuitas fecit, quæ tota cōsensit: nec ab hostibus, nec a barbaris, sed a seipso omnis homo in anima se intus occidit videndo, consentiendo, non prohibendo, omnes remansimus rei. Et dum nolimus pacem ciuitatis turbare, peruersam pacem quam desideramus, nō accipimus rectam. Contemnimus pacem seruare bonorū morū, & perit pax temporum nostrorum. Discite nunc dilectissimi quid cui rei præponere debeatis. Nolite diligere vitia in filiis, in amicis, in seruis, in omnibus notis, præponatur singularis potestas omni potestati, honorem exhibeamus caesari tanq; caesari, timorē autē deo. Præferatur creator creaturæ, diligamus deū, quia diligit nos: & i hoc quod nos flagellat, diligit. Quis est enim filius cui nō det disciplinā pater eius? Qui sanā cōsiderationē habet, qui credit dei verbis, metuit pl̄ ignē eternū, quā cuiuslibet truculenti barbari ferrum, plus metuit mortem perpetuā morte qualibet hic pessima. Irrideant hæc infideles: irrideant stulti, nolunt credere nec rebus expertis. Ecce conteruntur, ecce omnia pereūt, ecce cum ipsis non potest stare mundus quem amauerunt, ecce ad deum attrahuntur, cuius præcepta contempserūt, non enim bona voluntate pergit, qui blasphemādo moritur. Ecce itur. Cum illucvētum fuerit, quid agitur? Quod itur? Per quem abitur? Quis iterum huc redire cogitur? Finitum est & quod male fecerat, & emendare finitū est. Redite filij redite, redite præuaricatores ad cor, facite gaudium ex conuersatione vestra, corrigātur corda vestra, displiceant vobis opera vestra, estote fortes, tribulatio mundi non vos frangat, dominus in proximo est, nihil solliciti sitis, habetis virorum fortium magna exempla.

Vicerunt martyres mundum. Inter quos martyres mares, etiam feminæ repertæ sunt fortiores. Ante paucos dies natalicia celebrauimus martyrum Perpetuæ & Felicitatis, & comitum. Et cum tot ibi sint viri, quare iste duæ præ omnibus nominātur, nisi quia infirmior sexus, aut æquauit, aut superauit virorum fortitudinē? Vna eorum erat prægnans, alia lactans. Felicitas parturiebat, Perpetua lactabat. Sed tandiu hæc Perpetua lactauit quādiu acciperet ab illo pastore simul & patre buccellam lactis, quæ accepta dulcedo felicitatis perpetuæ eam fecit contemnere filium, spernere patrē, non inharere mūdo

**K** Danic. 1.  
**L**  
**M**  
**N**  
**O**  
**P**  
**Q**  
**R**  
**S**  
**T**  
**V**  
**X**  
**Y**  
**Z**

**A**do, perdere animam pro Christo. Felicitas vero, quæ foctiam habebat Perpetuam & parturiebat & dolebat, obiecta bestias gaudebat potius quam timebat. Quæ virtus in feminis, qualis est gratia, quæ cum se infundit nullū indignum iudicat sexum. Gratias gratiæ dei, reparauit enim sexum muliebrem: in opprobrium magnum mulier remanserat, quia ab initio per mulierem peccatū, & propter hanc omnes morimur. Diabolus vnā Euam deiecit, sed Christus natus ex virgine, multas feminas exaltauit. Perpetua & Felicitas caput calcauerunt serpentis, quod Eua ad cor suum intus admisit. Istam seduxit falsa promittendo, illas non valuit superare sauiendo: illam decepit in paradisi felicitate, has non potuit adire nec substantiarum deposita potestate. Illius inter paradisi delicias ruinam, harum inter pœnas fortitudinis constantiam ipse quodammodo diabolus expauit. Merito sic sunt exaltata, merito viris vel coæquata vel prælata. Quauis enim in Christo Iesu non sit seruus neque liber, nō sit macculus neque femina, sed omnes sint vnū occurrentes in virum perfectum, descendit tamen hoc donum ex magna gratia. Perpetua enim & Felicitas nomina istarum sanctarum feminarū, merces est sanctorum omnium martyrum. Vicit mūdum etiam Iob ille omnibus notissimus totiens tentatus, sed minime superatus, impleuit dominicum præceptum, contempsit filios, ne blasphemaret qui dederat filios, repulit a se vxorem, quæ ei blasphemiam persuadebat, quam diabolus propterea solā dimiserat, quia sibi eam necessariam esse nouerat. Nō enim dimiserat marito consolatricem, sed suæ tērationis adiutricem fecerat eam nouam Euam, sed ille non erat vetus Adam. Existimauit etiam istum sicut illū per mulierem posse decipi, sed iste spernendo vxorem pessima suggerentē, diuinitus adiutus, etiam ipsū diabolū in illa valuit superare. Fortior fuit Iob in doloribus quā illi Adam in nemoribus: iste non cessit tormētis, ille superatus est in delitiis. Videtis dilectissimi quid agat tēratio, quā viles sint huius mundi pr̄ fluxu, & quemadmodū corumpat terrena delicia. Cōtempfit Iob vxorem, filios, omnia sua, postea & carnem suam: plus amauit eū qui dederat quā id quod dederat, vsus est quod acceperat tanquam bonus viator, possedit, nō possessus est. At vbi ea placuit auferre qui dederat, benedixit, non blasphemauit. Dominus, inquit, dedit, & dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Imitamini talem virum, imitamini tales filij esse etiam flagellati, vt mereamini recipi: Flagellat enim omnem filium quem recipit, disciplinā eius sustinet, sicut filios, ita vos aggreditur deus. Quod probat ille filius iunior in Euangelio positus, qui disciplinam paternam contempfit, substantiam suam in meretricibus erogauit, porcos paut, fame contritus est, siliquis porcorum ventrem suum implere non potuit, tandem aliquando reuersus est ad se, & inuenit se qui perdidit se, & in mentem ei venit quod multi, mercenarij patris sui abundarent panibus, ipse vero fame periret. Statim surrexit, ad patrem recurrit, non se filiū, sed tanquam vnū ex seruis computari rogauit. Inclinatatur humiliter, excitatur misericordia, voces filij penitentis concutiunt paternam viscera. Dicit se filius indignum, vt ille eum iudicet dignū, rogat vt in numero seruorum iubeatur suscipi: & pater ei illam primā stolam iubet afferri, mactat vitulum saginatum, chorū congregat, aduocat amicos, facit epulū magnū. Quare? Quia hic filius meus, inquit, mortuus fuerat & reui-

xit, perierat, & inuentus est. Hanc similitudinem dominus in Euangelio proposuit, quam ipse exposuit dicens, tale gaudium fieri in cœlo super peccatore penitentiam agente. Nunc vero quoniam tempus est exhortari omnes ad penitentiam, vt filij errantes reuertantur, eisq; conuiuium a patre saginati vituli præparetur, etiam nos dilectissimi parati simus huic conuiuiū tanq; amici domestici interesse, maxime quia cum isto patrefamilias ad mensam eius quotidie accedentes non nos iam dignatur vocare seruos, sed amicos. Percurrāmus, si placet, ipsam parabolam a domino in Euangelio propositam, in qua nobis & affectum patris demonstrauit piū, & filij perditū indicauit reditū, filijq; maioris, qui de paterna domo non disceserat, commotum retulit animum. Hoc quippe habet textus ipsius lectionis. Veniens, ait, filius eius primogenitus de agro cum audiret symphoniam, interrogauit seruos quid nam illud esset: Eiq; dixerunt, Frater tuus reuersus est, & occidit illi pater tuus vitulum saginatum / ed quod saluum illū susceperit. Et indignatus noluit introire. Egressus est autem ad illum pater suus vt eum introduceret. Improperauitq; ille patri suo, quod laborasset semper cum illo, & nunquā illi talia exhibuisset: at vbi venisset filius ille qui omnem substantiam paternam male consumpserat, occidisset illi vitulum saginatum. Et reddit pater rationem facti sui, consolaturq; filium suum secū permanentem, de domo non discedentem, & dicit illi, Fili, tu meus es, & mecum es semper, & omnia mea tua sunt: veruntamen oportuit nos ista facere, quoniam frater tuus mortuus fuerat & reuixit, perierat & inuentus est. Non vacat hæc talis a domino propositio. Donet itaque nobis qui ista proposuit, vt demonstrarem ab ipso fuisse impletum hoc quod per quandam similitudinem nos quodammodo excitauit ad aliquid inquirendum. Affectum paternum exhibuisse suis dominum nostrum Iesum Christū, nūquā ambigit Christianus. Illud magis requiramus, qui sit filius iunior, qui prodigē viuens substantiam paternam dissipauit, & qui sit filius primogenit⁹, qui indignatus quod filio perditō redeūti vitulus saginatus occisus sit, intrare noluerit. Quis est iste filius perditus, qui omnem substantiam paternā in meretricibus erogauit, nisi ille latro qui substantiam animā a deo sibi datam per scelera dissipando etiam in cruce pependit? Porcos paut, quando dæmonum voluptates suis factis impleuit. Fortasse illos porcos paut, quos petierat diabolus a domino dicens, Iube nos introire in gregem porcorum. Fame contritus est, quia panem verbi dei non inueniebat. Siliquis cupiebat saturare ventrem suum, quando tortuosis cogitationibus replebat animam suam. Sed reuertatur ad se, videat se latro in cruce pendentem, concurrat ad patrem, dicat pendens in cruce, Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Domine memento mei, non sum dignus vocari filius tuus, suscipe me sicut vnū ex seruis. Domine memento mei. Latro enim sua attendens merita de seipso diffidebat, sed dominus tanquam pius pater latroni filio, quod desperauerat offerebat. Proferbat huic pater stolam illam primam, induat filium immortalitate, quem secum videt in cruce pendētem, introducat eū in domum, dicat Christus latroni, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Mactet vitulū saginatum, hominem illum susceptum etiam pro latronibus crucifixum, aduocet amicos suos discipulos, quibus dicebat, Si feceritis quæ mando vobis, iam vos non dicam seruos, sed amicos. Præparetur illud conuiuium

March. 10.  
Danic. 3.  
Gen. 22.  
Esaie. 24.  
De laude quorūdam patrū in quibus erat fides, timor & amor dei. Caput. IIII.  
Iudic. 11.  
Iudic. 16.  
Danic. 14.

Galat. 3.  
Eph. 4.  
De patientia Iob. Caput. VI. Iob. 1. & 2.  
Math. 22.  
Hebr. 12.  
Esaie. 46.  
Philip. 4. De fortitudine animi sanctæ Perpetuæ & Felicitatis. Caput. V.

**D**  
**E**  
**F**  
**G**  
**H**  
**I**  
**J**  
**K**  
**L**  
**M**  
**N**  
**O**  
**P**  
**Q**  
**R**  
**S**  
**T**  
**V**  
**X**  
**Y**  
**Z**


Lucę. 7. G uium cęleste, astet ille chorus angelorę suauiter de-  
clamans, Gloria in excelsis deo, & in terra pax homi-  
nibus bonę voluntatis. Veniat & primogenitus filius  
ille & nolit intrare. Quis est iste filius primogenitę qui  
noluit intrare, nisi ille primus Apostolorę Petrus, qui  
Math. 2.6. ad interrogationem vnus ancillę, in atrio sacerdotis  
ter dominum ausus est negare: Dixisti quidem, o Petre  
Ioan. 13. tanquam patri Christo, ego tecum laboraui, quando di-  
cebas saluatori, Tecum sum vsque ad mortem, animam  
meam pro te ponam. Vbi est quod promisisti? Interro-  
gari semel, & negas: secundo interrogari, & negas: ter-  
tio, & negas. Non vis ad conuiuium intrare, ideo ausus es  
ter dominum negare. Vbi est, Animam meę pro te po-  
nam? Ter negante non terruit vngula, sed vna oppressit  
muliercula. Certe tecum sum vsque ad mortem. Vide,  
vide igitur Petre, quantum de te antea pręsumperis:  
Ecce nunc ter negado, gallo teste couinceris. Sed egre-  
diatur pater ad primogenitum filium nolentem intrare,  
dicat Christus Petro, intra in gaudium domini tui:  
respiciat negantem, & faciat confessorum: compungat  
flentem, faciat amatorem: exhortetur eum paterna vo-  
ce, Fili, inquit, tu meus es, tu es Petrus: & si me negasti  
meus es. Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo  
Ecclesiam meam. Tu meus es, & omnia mea tua sunt.  
Tibi dabo clauis regni cęlorę. Apud te Petre sunt cla-  
ues, dignare iam ad conuiuium intrare, oportebat hęc  
fieri, quoniam frater tuus latro mortuus erat, & reui-  
xit, perierat & inuētus est. Si Petrus anteq; Christus pro  
omnibus crucifigeretur, regni cęlorum clauis accepit,  
quę illuc introiit latro, ille iam non reus, nisi per latus  
quod aperuit Iudęus: Et nunc veniant omnes quicunq;  
amant paradysum locum quietis, locum securitatis, locum  
perpetuę felicitatis, locum in quo non pertimescas bar-  
barum, in quo nullum patiaris aduersarium, nullum ha-  
bebis inimicum. Venite omnes, intrate omnes, est quę  
possitis intrare, patet latus. Ostendit enim ille latro, quod  
debeant omnes intrare, neminem suo exemplo docuit  
desperare. Cõtendite, ait dominus, intrare per angustā  
portā. Quid angustius illo foramine, quod vnus  
& militibus percutiendo latus crucifixi aperuit, & tamę  
per has angustias penę iam totus mundus intrauit: Ven-  
nite & vos Iudęi, vocat vos quę crucifixi, filius dei,  
I contēdite intrare per angustam portam, per hęc enim  
introierunt patres vestri: Illi qui vt crucifigeretur cla-  
mauerunt, qui in ligno suspensum viderunt, qui irrise-  
runt, qui caput agitauerunt, per istas tamen angustias in-  
troierunt. Non enim inaniter clamabat ille pendēs in  
Luce. 23. cruce, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Per  
has ergo vt dixi, angustias, per angustam portam late-  
ris Christi ingressus est latro mutatus, pœnitēs Iudęus,  
conuersus omnis Paganus, & ab eo exiit foras malus he-  
reticus Arrianus. Exiit, quoniam non erat de numero  
permanētium. De illis enim erat, de quibus Ioannes di-  
cit, Ex nobis exierunt, sed non erāt ex nobis: si enim ex  
nobis essent, mansissent vtiq; nobiscum. O heretici Ar-  
riani, agnoscat latro in cruce pendentem, ipsi inimici  
Iudęi expauescunt resurgētem, & vos male tractatis  
in cęlo regnantem. Cauete dilectissimi Arrianam pe-  
stem, non vos separent a Christo terrena promittēdo,  
propter tunicam non vos expolient fide, membra Chri-  
sti seruate vnitatem atque integritatem vnus tunicę,  
quę nec persecutores Christi ausi sunt scindere. Nolite  
iniurias irrogare capiti vestro, pro vobis ille mortuus  
est, ne vos moremini. Quem Christus per baptisum  
vniificauit, quare eū Arrius rebaptizando occidit? Erubescite,

erubescite heretice. Negauit Petrus & reuersus est, K  
& fledo deleuit quod timore negauit. Christum in suis  
persecutus est Paulus, sed ad eius vocem cecidit & sur-  
rexit. Aliter cecidit, aliter surrexit. Cecidit persecutor,  
erectus est prędicator. In Christianis Christum perse-  
cuti sunt reges, sed multum eis presterunt, quado me-  
bra ad caput suū velociter transierunt. Nemo talia dā-  
na, qualia tu ingeris Christo, animas enim multorum  
cupis interficere, pro quib; Christ; in carne venit occi-  
di. Erubescite, erubescite heretice. Quid iteras quod simul  
datur in membris suis: lam intus est Christus, noli in  
istis ipsum velle rebaptizare. Semel enim pro omnibus  
cum Ioanne in aquam dignatus est ipse descendere. Re-  
demt Christ; animas, custodite quod ille redemit. In-  
tegro Christo integrum assignate prędium. Nemo in-  
uadat, nemo inualori consentiat, characterem domi-  
nicum nullus abstergat, titulos Christi nemo deponat.  
Reddaturi estis rationē domino rei, boni serui, data est  
vobis occasio bene operandi. Abundāt peregrini, capti-  
ui, expoliati. Facite vobis amicos ex māmōna iniquita-  
tis, vt & ipsi recipiant vos in habitacula aterna.

Finis.

DE SOBRIETATE ET VIRGINITATE.

Sermo nescio cuius, certe nec pilum habet Augustini, ne scri-  
ptoris quidem eruditi.



Vum mortaliū mutabilis mēs, De laude sobrietas, & multiplici ebrietatis cõtumelia, & pręcipue in sacerdotibus Caput. I.  
vel bonis aliquando vel malis intentionibus delectetur, ple-  
riq; seu pœnitundine malor; ad actus bonos, siue cõcordia mē-  
tis ex bonis ad malos pręcipites transferantur, disputandi  
materias morum ponderato-  
ribus gignunt, quibus agniti correcti latentur, incõuer-  
tibilis autem in suis iniquis moribus cõfundantur. Dif-  
ficilius nanque bonorum appetitores inuenias, quām  
malorum desertores: quia quamplurimis & penę cun-  
ctis mortalibus dulcia sunt magis ea quę carnē fouēt,  
quām quę a vitiiis frenant. Et quoniam studij commo-  
da a nobis suggerenda sunt honestatis, admonemus in-  
tali proposito militare volentem, segnem, somnolentū  
atque temulentum esse non debere, quoniam ab his vitiiis  
tribus, nisi quis fuerit declinatus, securus nunquam  
esse potest vel tutus, imo & periculis omnibus, & ipsi e-  
tiam morti erit is semper obnoxius. Fortitudo enim  
inimicum opprimit: vigilantia tendētibus insidias ob-  
stat, sobrietas vero pręparatū cor hominis facit. Pro-  
pterea enim dominus deus noster paterno affectu per  
Prophetas & Apostolos suos nobis pręcepit, ab omni-  
bus vitiiis, & maxime ab ebrietate: quę omnium vitio-  
rum gurgis est, penitus abstinere. De cuius vitij malo  
volumus lectori aliquanta profere, quem tantum mo-  
nitis hortamur, animum intētum apponere, & sermo-  
ni nostro, et si minus lucenti quām auditis exigit elo-  
quentium, veniam dare. Suademus enim, auditores ra-  
tionem dicti debere aduertere, non fucum spumantis  
sermonis, aut artificiosam eloquentiam expectare. Vn-  
de primitus propter libelli titulum vel decorem, fru-  
ctus & bona sobrietatis in quantum possumus profe-  
ramus, & postea ebrietatis indecoras molestias publi-  
cemus.

Sobrietatis cõditiones. A cemus. Sobrietas nanque castitas est sensus & mentis, membrorum omnium corporisq; tutela, castitatis pudicitiaq; munimen, pudori proxima, amicitia pacisq; serua, honestati semper cõiuncta, criminum vitiorumq; omnium profuga, recti iudicij tenax, memoria recõdationisq; inseparabilis sapientia, secretorum custos, arcani velamen, lectionum & doctrinę capax, studiorum & artium bonarum discipula pariter & magistra, ingeniorum capiendorum pedisequa, bonę famę semper auda, in cogitationibus salubria atque vtilia creans, virtutis singulare auxilium, cuncta cum ratione disponens, in cõgregatione honestorum seipsum semper ingerens. Sobrietas temeritatem fugit, pericula cuncta declinat, mutuis officiis obtemperat, superbiam detestatur, domum familiamque cum moderatione gubernat, fidem sibi committentibus seruat: vt & summam breuitate dicam, sobrietatis perseuerantia inastimabilis est animi fortitudo: omnes eam virtutes, & omnes laudum semper tituli concupiscunt, quia sine ipsa ornari aut placere non possunt. E contra ebrietas ab animę iniuria incipit, & flagitiorum omnium mater est, culparum materia, radix criminum, origo omnium vitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguę, procella corporis, naufragium castitatis. Ebrietas temporis amissio est, infania voluntaria, ignominiosus languor, mentis sanę debilitatio, turpitudine morum, dedecus vitę, honestatis infamia, animę corruptela. Ebrietas, vt cernimus, quotidie ampliarum familiarum plurimos labefacit, & cura gubernationis destitutos, parentum auorūque suorum bene diuq; congregata, atque ingenti precio comparata vili nummo distrahere fecit. Ebrietas in vtroq; sexu cuncta mala semper appetit, & nefanda committit. Ebrietas timorem dei aufert, futurum dei iudicium de corde se habentium tollit. Ebrietas, vt ait Apostolus, regna cęlestia appetentibus denegat. Ebrietas temulentis tempora furatur, dies surripit, depositi sui non reminiscitur, & ante illum posita nec mente nec oculis contuetur. Famulo vero non solum fidem aufert, sed etiam fraudum & seruitutis officio inutilem facit, & alia mala quę comprehendendi non possunt. Et quoniam ab aliquantis vini non temperatur vltus, sed potius appetitur excessus, habitus corporis & vitę periculum & opinionis ac famę grauissimum acquiritur damnum: nam fomentis corporalibus prouisum est vini munus: abutentibus penitus interdicitur, & sobrietatis disciplina custodienda sancitur. Est quidem in multis vitę mortalium vinum necessarium, debilem stomachum reficit, vires deficientes reparat, algentem frigore calefacit, vulneribus infusum medetur, antidotis etiam diuersisq; medicaminibus adiunctum salutem operatur, tristitiam remouet, languores omnes animi delet, lætitiā infundit, conuiuas honesta miscere colloquia facit: paulo amplius vero sumptū potanti quodammodo conuertitur in venenum. Propterea enim vini abstinentiam sacerdotibus primo & Leuitis a domino legitimam imperatā, quia oportebat vt illi primitus sobrietatis modum obseruandum susciperent, qui ceteris mortalibus non dictis sed factis pręcepta diuina obseruanda traderent, & castitatis & sanctitatis moribus adimplerent. Leuitico libro dicente, Et dixit ad Aaron, Vinum & omne quod inebriare potest, non bibes tu & filij tui quando intratis in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia pręceptum sempiternum est in generationibus vestris. Ezechiel quoque propheta similiter dicit, Et vinum non Tomus nonus.

bibet omnis sacerdos cum introire cęperit in atrium D  
interius. Authorum vero secularium quām plurimi sobrietas pręcepta libris plurimis addiderunt, quorum assertiones contra ebrietatis vitia non proferimus, quia humana decet diuinis, non diuina humanis testimonij confirmari. Quare debet congrua obseruatione sobrietas cum sacerdotali affectu certare, quia qui non sobrius accesserit ad diuinę maiestatis altarium, sentiet immaturę mortis interitum. Quicunque erit honore sacerdotali pręditus, & proximus fuerit ebrietati, vicinus est vltioni. Et in eos qui deo proximant si fuerint temulenti, procul non sunt vindictę scruentis. Ergo quisquis diuino munere sacerdos constitutus, vinolentus accesserit ad sacramenti celebrationem, mortis cõsequenda non habet dilationem. Contrarius nanque est vnicuique rei semper excessus, & in quocunq; sexu nimietas adhibita fuerit, vitium facit. Quare quicquid immoderatum indisciplinatūque est, proximum ruinę consequitur casum: quia vbi modus non est, periculum totum est: & quęcumque res non habet temperamentum, pręcipit in exitium. Sic itaq; dum quisquis immoderatus conuiuioque medius amissis modestiæ frenis, insana fuerit ebrietate prostratus, auersos respicit nutantes, quos integros videre nequit, aut sermone longo superflua verba emittit, & vana dicta componit, male clamans & bene sibi sonans, vultu deiecto supinus accumbit, vomens & sui omnino nescius, spectaculum conuiuio præbet: & dum nihil consequitur sanum, nullo alio cogente præter vinum, cordis sui arcana patefacit, & amicorum sibi commissa secreta in medium prodit. Ad vniuersa autem vel crudelitatis vel turpitudinis facinora perpetranda facilis inuenitur, cui nulla sobrię mentis ratio, sed ebrietatis dominatur. Assumit inter pocula iniusta certamina, & nullis stantibus causis asperam excitat rixam, quia interponendo verba vana, aliorum sana dicta non patitur, & in contumeliam erigitur conuiuarum & crimina proximorum. Illa lector vt libenter accipias, admonendum te credidi. Quare lege caute Petri apostoli epistolam ad gentes, Pauli ad Romanos, ad Corinthios primam, ad Ephesios, ad Thessalonicenses, ad Titum. Præterea ad ebrietatem cauendam dominum nostrum Iesum Christum audi in Euangelio dicentem, Attendite vobis, ait, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Et dominus seruo irascitur, cui multas plagas in aduentu suo imponere comminatur. Quare abstinete vos talia agentes vel facientes, abstinete vestram insaniam, & homines vos humanos cognoscite, & tantam turpitudinem a vobis abiicite, & ebrietatis crimina totis viribus declinate. Rusticanum quidem, sed sanum dictum aduertite, Vinum medicamentum, plus iusto sumptum, venenum esse cognoscitur. Tantam ergo turpitudinem a vobis abiicite, & ebrietatis crimina totis viribus declinate. Incontinenti, non ebrietati creata est vini natura, per cuius moderationem sitis extinguatur, non tamę vt vsq; ad ebrietatem bibatur. Fugite crapulam, eaq; loquentes aut facientes quibus sobrii non erubescant. Fugite crapulam, quę solis lugentibus a consolantibus amicis vel proximis in exequis ingeritur. Dolor enim amissū funeris sine vini quouis nimietate temperari nõ potest. Tu vero, o homo incolumis, quotidie vino cogente desideras vomere, & tanto repletis, quanto possent plurimi cum incontinentia lætari & sobrię saturari. Non consideras turpe esse plus sibi velle inferre hominem quām capit, nec stomachi sui nosse mensuram? Non

De angustā portā, & cauenda heretici malitia. Caput. VIII. Luce. 13.

Luce. 23.

Ioan. 2.

Quare sacerdotibus vltus vini inbibit; fuerit.

Leuit. 10.

Ezech. 44.

Luce. 11.

F

Proverb. 31.

E Non

**G** Non consideras ebrietati deuinctum, sua potestatis esse non posse? Ut quid potando facis excessus, nisi ut per prouocationem vini inolescas in peius? Nascitur ex hac potandi infelicitate inter prouocatos & prouocantes ignominiosa certatio, & uicenti est turpitudine deterior. Ex hoc enim multorum membra cibos recusant, & uino dedita, praecoqua debilitate & cruda senectute marcescunt, & adhuc atate uirides tremula vibratione qualantur. Inde pulmones uisione uini quotidiana putrefeunt, & per ora ueluti mortuorum spiritus tetros mittunt. In his ergo talibus non ratio ulla, non ullum gerenda uita consilium, no gestorum aut lectio memoria, nec ulla artium aut industria prouidentia, utpote quem prandio accumbentem solis occidentis uidet occassus, & cena pernoctantem insperatus occupat dies, & dum iugi amentia die nocteque discumbendo dormitat aut bibit, in hac uita adhuc positus quotidie se pelitur. Sed quid iam dicam, uel quid taceam? Huius igitur ebrietatis si quippiam in foeminis ceciderit, quae uirilem sexum superius tactis criminum molibus oneravit, nihil tacendum est, imo laborandum est, ut & quae tales sunt foeminae, hac diuina admonitio corrigat, & sobrietas metu correptionis ab ebrietate compescat. Sed quoniam in admonendis uiris a sacerdotibus & leuitis uel ministris huius libelli opusculum inchoauimus, merito conuenienterque in foeminilem sexum admonendum a dominicis sacrisque uirginibus sumamus exordium, quo generaliter omnis dignitas, uel sexus ab hac admonitione inexcusabilis habeatur. Dominica uirgo debet agnoscere quibus praecipis conueniat insistere, uel a quantis uitiis debeat abstinere, si uult & in seculo posita cum deo, & cum eodem post huius uita resolutionem in claritate caelesti regnare. Dominica uirgo primitus publicos debet uitare conspectus, & platarum frequentiam declinare, atque in domo posita laudatam insistere uel lectio diuina. Dominica uirgo in foeminarum laicorum conuentu confidens uel consistens, ne uerbis scurrilibus neque lubricis earum aut canonicis praesentiae tuae copiam facias, sed magis fugias, oculos tuos auresque concludas, ne dei timore priuata, diabolicas cogitationes sensibus tuis immittas, quibus in breui forte dispereas. Dominica uirgo nec ornatu capitis, nec habitu comae, nec oculis erectis aut latis, sed pronis ad terram cum uultu procedat, ne in seruales indurata amores: & si ipsa non pereat, aliis causa perditionis existat. Oculorum enim cupiditas quos animae interitus faciat, euangelica uox nobis pronunciat. Dominica uirgo ab omni inuerecundo sermone uel risu se debet penitus abstinere, & cum silentio & disciplina omnem uitam suam ornare. Dominica uirgo quae uultum suum ob splendorem genarum aliquo fuce insecerit, in Esaia propheta de filiabus Sion promissam sententiam pertinebit. Dominica uirgo, ut de uidiis Apostolus docet, aut sermone garrula, aut loquacitate uerbosa, uel curiositate superflua, casta non potest iudicari, imo prostituta ad luxuriam alios magis accendit. Dominica uirgo nulli te uirorum cuiuslibet aetatis sine grauisimorum mulierum praesentia singulari habitaculo uel colloquio credas: & cum sola in tabernaculo consistis, clausis super te ianuis sedeas, nullique uirorum pulsanti facile ianuam tuam pandas, ne forte in suspicionem turpissimam, aut in pudoris tui naufragium cadas. Dominica uirgo in locis in quibus uiri cubant non debet accedere, ne ipsa se uelut scortum credatur suis corruptoribus prebuisse. Dominica uirgo male do-

centi miserabilisque uita foeminae, aut aliquando sinistra opinione vexata, consortium colloquiumque declina, quoniam corrumpi mores bonos colloquii malis, Paulus apostolus docet. Dominica uirgo, ob extinguendas libidinis uel omnis lasciuiae flammam, ieiunium & abstinentiae debet operam dare, orationibus die nocteque insistere, si cupit & laqueos & insidias diaboli insidiantis euadere, & ad promissa uirginitatis praemia peruenire. Dominica uirgo omnem fratrem, quem uitandum mala fama commendat, nimis fuge, & quantum potes ab eo, uel ab eius conuiuio tuos accessus declina. Dominica uirgo non nesciat, ex conuiali colloquio inolefcere libidinis uitia, & exinde ad fornicationis uenire peccata. Dominica uirgo, ut cito concludam, ab omnibus illecebris gulae abstinentes esse debet, & parco uictu uel potu debet esse contenta, & honesta tacurnitate semper ornata. Dominica uirginem, dei beneficium est, irasce nescire, nosse magis iracundiam cohibere, cunctis benignam existere, oculis non annuere, dolo & malitia linguam non fabricare, alienae domus secreta nec auscultare, nec prodere, auaritiam cupiditatemque fugere, sibi deposita non negare, in uisuris pecuniam non habere, sorori culpam ex corde dimittere, scandalum nulli apponere, tribulatis consolationem praebere, infirmantibus ministrare, detraheri alteri non consentire, & a detractioe se penitus abstinere. Dominica uirginem in Ecclesia cum silentio stare debere, & nihil legis docere, Apostolum audi loquentem, Mulieres in Ecclesia taceant, turpe est mulieribus loqui in Ecclesiis. Item ait, Mulieres in silentio discant. Item mulieribus docere non permitto. Si ergo mulieribus turpe est docere, aut in Ecclesia loqui, quanto magis uirginibus, quas castitatis deo promissa cura professioque constringit, ut eas magis alia in bonis operibus imitentur. Dominica uirgo ne quid prauum aut scurrile aut simulate loquatur, & omne mendacium ex ore suo penitus eradicet. Loquentes enim mendacium dominus perdet, ut in quinto Psalmo Dauid, & eius filius in libro sapientiae docet. Dominica uirgo quantum fidem debet in omnibus exhibere, tantum caueat iurare. De his quae egerit, propter ueritatem confirmandam iuramenta persoluere, ne in totum, aut omnino iuret, dominum agnoscat in Euangelio praenonem. Dominica uirgo furta fraudesque facere, aut falsa testimonia dicere, aut ea facientibus consentire caueat, quia ea committentes beatus Paulus obiurgat. Dominica uirgo maritalibus conuiuio, quibus uiri miscetur, interesse declinet, ne concupiscentiae peccatum secum inter pocula loquentibus uiris importet. Dominica uirgo contra omnes sonos musica arte prolatos, contra cuncta cantica secularia, contra omnia quae dulciter delectentur audire aures, & cor tuum concludere ne diabolicum melos Christi de corde eius abscondat amorem. Dominica uirgo motibus, flexibusque saltatium, cymbalistrarum uel tympanistrarum, omniumque uirilium ludicrorum, quantum potes, uultum tuum auerte, ne cuiuslibet eorum repentino amoris telo percussa, grauius incipias interire. Dominica uirgo non tantum ne superbia litiget caueat, sed etiam a superbentibus & litigantibus quantum potest procul abscedat. Superbis namque deus resistit, humilibus autem dat gratiam, Salomon in prouerbis clamat. Dominica uirgo, nec sermonis iactantia, nec diuitiis, nec generis nobilitate se debet extollere, sed in humilitate & paupertate spiritus Christo accepto debet quandiu uixerit permanere: In iudicio enim dei non natales, sed actus proprii

1. Cor. 15.

1. Cor. 14.

1. Tim. 2.

Sapient. 1.

M. 1. Cor. 6.

Prouerb. 3.

Iacob. 4.

**A** proprii pensabuntur, ex quibus singuli mercedem sicut gesserunt non sicut nati sunt reportabunt. Dominica uirgo uigilias funebres uel ceteras, quae in priuatis domibus eneniunt, debet effugere, ubi praecipue sine discretione sexus commixti conueniunt. Dominica uirgo quae secundum proprias uires ulli manum porrigit, non potest ancilla dei uel dici uel credi. Sed ut breuiter dicam, dominica uirgo quae pudoris sui domino promissi custodiam gerere nititur, nec incesso notabili, nec nutu aut dicto molli, nec ociositate uerbi, nec corpore, nec mente debet omnino peccare. Et quoniam quae in admonendis uirginibus sacris dicta sunt, credamus posse sufficere, ex quibus praecipis etiam dei seruis uel laicis cunctis conueniat obseruari: iam debemus ad uinolentiam criminum enumeranda uenire, & docere ebrietatem cuncta uitia superare. Ipsi primo uirginibus ebrietas castitatis promissa implere non permittit, quia sanctae pollicitationi in utroque sexu inimica semper extitit, & ideo ebrietas pudori comes esse non potest, quia nec castitas fuit aliquando comes temulentiae. Sobrietas in foeminis ad terram deponit aspectum: ebrietas autem amisso pudore inuerecundos erigit uultus. Sobrietas enim cum summa trepidatione irreprensibile, & cum silentio propinquum emittit uerbum: ebrietas impudoratum facit foeminae & uultum. Elicite namque atque extorquet ebrietas infandam inuerecundiam de omnibus se habetibus uocem, & cui surreperit per audiatem nimietas uini, nullum potest habere tacendi pudorem: ex qua temulentia membrorum consequitur infirmitatem: & ita fit, ut sicuti nauis quae ualidissimi maris fluctibus scopulo illisa comminuitur, ita foeminae corpus ac mens grandi uini procella illisa, membris omnibus dissoluatur. Nam quae naturaliter firma figere non potest gradiendo uestigia, quomodo incedere ualebit, cum uini fuerit ingenti procella percussa, lassabunda gressu ac innuens semper contortis oculis resupina, aut inclinata ceruice famula regente pedilequa de temulentiae suae culpa sibi sanitas & cura domus nulla, uel familiae gubernatio, lingua balbutiens sermonis officio priuatur, aut in uocem prorumpere uolens, non tantum non intelligitur, sed etiam ab audientibus deridetur. Est autem mente alienata, & sui omnino nescia, cui cultus capitis uergit in partem, & seminudam monstrat uidentibus ceruicem, & omni ex parte dimissa a conspiciendis erubescitur, & quid domigeratur, ignorat. Periclitatur in tali sine dubio pudor, & omne secretum quod sobrietas in foeminis custodit, temulentia publicat. Quae cum humi fuerit uertigine rapta lectoque prostrata, circumcurrere sibi cunctos conspiciet parietes, culminaque domus in imo, & ima in altum putat esse porrecta, & uelut sepulta somno recipitur. Lectisternia uero quae ab infantibus contumeliosius deformantur, a cunctis foeminis uel ancillis non iam occultis sed uidentibus cachinnis talis dominae temulentia deridetur. Sic itaque transiente tempore & ebrietatis uitio permanente de eius corde omnis euolat timor, nec correptionem, nec terrorem saepe obiurgantis uiri cogitat, aut uigorem. Inde quotidie neglecta domus per illapsum tempus ornatu quotidiano intantum desinitur, ut semper sibi maritus mortem exoptet, cuius labor gubernatioque sub tali dominae cotidie minuitur, & in lapsum uenit. Non est cum qua quippiam de cura domus conferatur, ut in melius aliquid disponatur, quia scilicet uxoris nomen tantum, non mores ostendit. Nihil ea disponente, maritalis quotidiana cu-

De uinolentia criminibus cuncta uitia superantibus, maxime in uirginibus uel laicis. Cap. III.

ra non sine tristitia fatigatur, quia uelut iuncti in uehiculo boues, si unus conari sub onere cesset, alterum conatus dirumpet. Vinolentia igitur dominae subtractis locorum clauibus, omnia tentantur, cellariorum plenitudo furtis quotidie seruilibus inanitur, indisciplinataque familiae clamoribus domus omnis perstreperit. Lanificij uero aut negligens, aut nulla, aut abominabilis efficitur cura. Tali enim dominae ancilla charior atque amabilior erit, quae capaciore poculum porrexit, quam quae pensum integrum ante uesperum assignauerit. Cathinis enim aut variis perfinisque coloribus in uino, non in tunicis delectatur, & non uestium faciendarum, sed uini quae allatam mensuram. Non tuenda castitatis causa telas ad texendum erigit, quae uisum telae olim de domo per ebrietatem amittit, & telas quas ancillis oiantibus subtraxit, texendas araneis dedit. Haec cum cibos capit, uix comedendo semiuinciam panis attingit, & pocula deinceps absorbet, & propterea pulmentorum sibi cataplasmata quaerit. Haec quam diu uigilauerit, bibit: aut si obdormierit, sitis ei somnum abrumpit. Sed adhuc quid immoror? Si ebrietatis uoluerit cuncta uitia enarrare, ante me tempus deficiet, cum potiora in Ecclesiastico Salomonis spiritu sanctus clamet, dicens, Mulier ebria, ira est magna, & contumelia & turpitudine eius non tegetur. Et de utroque sexu, Multos, ait, exterminat uinum: & iterum, Prudentiam absorbet ebrietas: & iterum, Vinum multum potatum, iritationes & iras & ruinas multas facit. Amritudo animae uinum multum potatum. Quare ut sine libri faciam, summam cuncta perstringam. Per uinum enim castitas submersa est, & plurimae a corruptoribus turba deceptae sunt. Multae uirginum etiam pellente uino thori genitalis oblita, pudicitiam suam adulteris tradiderunt, & cum moechis de morte pactae fuerunt maritorum. Quamplures impellente uino praecipites indecentibus se conuentibus polluerunt, & de genitoribus aut genitricibus, de filiis aut filiabus, de fratribus aut fororibus, de generis aut nuribus per nefandos, ut dictum est, concubitus sibi filios genuerunt. Per uinolentiam enim plurimi plurimaeque a sancto pioque proposito exciderunt, & sui obliti amissis honoribus ignobiles remanserunt, & sedibus patriis profugi, uitam non ubi sumperunt finierunt. Per hoc quippe uinum fortes ab infirmis elisi sunt, & in mortem quamplures istu muliebri prostrati: & iniuncti exercitus uino dominante extincti sunt, & seruitutis iugo subacti. Innumerabiles iugum dominationis diu reculantes, uinolentia in alienum redegit arbitrium. Consuetudine uini quamplures in insaniam sunt conuersi, ac mentis durante infania ab humana conuersatione seiuncti, ferino sunt plerumque dente consumpti. Quamplures uini immoderatus excessus ex diuitibus pauperes reddidit & egenos. Infiniti numero uino impellente iniusta impiaque homicidia commiserunt. Quamplurima urbes diu obsessa nec captae, custodibus somno uinoque sepultis, ab hostibus patefactae sunt & incendiis concrematae. Sunt quoque alia multa nephanda & innumera, quibus per ebrietatis uitia mundus iste dudum frequenter est vexatus, & nunc vexatur: quarum rerum si de dominicis uel secularibus libris uellem ad singula exempla personaeque, per quas res gestae sunt, proferre, enormitas libri legentibus fastidium afferret. Nos tamen in hoc opere propterea sacerdotibus & leuitis uituperationem simul & admonitionis initium fecimus, ne ab hac inuentione, qua cunctos huic uitio deditos de dominica correptione con-

E ij fundimus,

De uirginu dominicarum regulis ad moru laudabilem institutione apprimo necessarius. H. Cap. II.

Math. 5.

Esaie. 3.

1. Tim. 5.

E. Ecclesiastica. 26.

Ecclesiastici 34.




G fundimus, immunes forte clericos, aut dei ministros facere videremur, quibus magis conuenit, vt qui populum à diuersis culpis abstinere docent, ne in aliquod vitium aut culpam cadant, cauta obseruatione procurent, & eos iusta increpatione Apostolus obiurgat dicēs, Aestimatis autem, ò homo qui iudicas eos qui talia agunt, & facis ea, quoniam tu effugies iudicium dei? Item, Qui alium doces, te ipsum non doces: Qui abominaris idola, sacrilegium facis. Et cetera quibus arguit eos qui à vitiiis, quibus prohibent, ipsi se non abstinere: & in quo alios iudicant, se ipsos condemnant. Quare omnibus clericis & laicis in diuersis huius mundi dignitatibus constitutis, hanc libellum frequentius lectitandum suademus, vt cum moribus bonis & sobrietate deo gratus quis profecerit, de correptione nostra in domino deo laetus semper exaltet, agens deo gratias per dominum nostrum Iesum Christum, cui honor & gloria in secula seculorum, Amen.

FINIS.

TRACTATVS QVI SPECVLVM peccatoris intitularur.

Eiusdem omnino farina cuius est superior.

De eo quod à deo nobis per Moysen dicitur: Vtinam sapiant &c. Caput. I.



QVONIAM charissimi in via huius vitæ fugacis sumus, dies nostri sicut umbra prætereunt. Necessè est igitur corde sollicito sepius memorari, quod nostra fragilitas, nostra mortalitas infirmitas totiens cogit oblitisci. Quid est istud quod ipse omnipotens deus noster in sua gratia volens profectum, per beatum Moysen nobis consuluit dicens, Vtinam sapienter & intelligenter, ac nouissima prouiderent? Eia frater mi, ecce felicitet possumus euadere mortis periculum, si diligenter studeamus sequi diuinum consilium, quod nobis intimat dominus dicens, Vtinam sapienter & cetera. O felix & vtile consilium, mortis remedium, salutis antidotum, peccatoris speculum, vtinam sapienter & cetera. O salutifera nostri redemptoris sententia, ex qua nobis instructio sapientia, admonitio continentia, speculum prouidentia, exultatio penitentia, acquisitio diuinæ gratia datur. Ait ergo, Vtinam sapienter & cetera. O admiranda bonitas nostri creatoris, ò ineffabilis charitas nostri redemptoris, ò prædicanda humanitas nostri saluatoris, nos serui nequæ sumus, serui negligentes, serui inutiles, qui nostris exigentibus meritis mortem meruimus potius quam vitam. Ecce pius author, ipse dator venia, ipse largitor gratia, nos inuitat ad salutem dicens, Vtinam sapienter & cetera. Quis nisi periturus homo hæc audiens ista considerans, non vehementissime gratuletur, & vltra quam fari possit, exultat in gaudio spiritus in vtero eius, quod ipsi omnipotenti deo, ipsi regi cælorum, ipsi domino angelorum, ipsi creatori omnium creaturarum cura est de nobis infirmis ac miseris mortalibus? Cura ergo maxima nobis inesse debet, quatenus præ omnibus & supra omnia sacris eius præceptis diligenter obediamus, & ea denote diligamus, & studiosè eadem impleamus. Væ nobis in perpetuum, quoniam teste Apostolo, Miserabiliores omnibus hominibus erimus ac deteriores, si hæc non fecerimus. Vere ad obsequenda domini mandata ociosi & inanes existimus, nisi in primis omnia odio

Deut. 32.

1. Cor. 15.

habeamus, quæ ipsi domino displicere cognoscimus: & illa fideli corde diligamus, quæ tremenda eius maiestati placere credimus. Proinde die noctuque exorandus est ipse clemens & misericors deus & dominus, vt nobis largiatur auxilium, qui suum tam salutare præstare dignatur consilium dicens, Vtinam sapienter. Valde mira & utilis est sententia illa non semel tantum, sed sepius repetenda, Vtinam sapienter, &c. Frater mi charissime, intellige quæso quæ legis. Consideratio enim huius sententia, destructio est superbia, extinctio inuidia, medela malitia, effugatio luxuria, euacuatio vanitatis & iactantia, constructio disciplina, perfectio sanctimoniam, præparatio salutis aternæ. Ait ergo, Vtinam sapienter, & cetera. Heu heu quam paucorum est ista virtus. Pauci sunt qui salutarem hanc saluatoris nostri sapiant sententia. Pauci sunt, quibus est ante oculos propria fragilitatis cognitio, corruptibilis carnis corruptio, peccatorum recordatio, instantis mortis meditatio, feruentis gehænae putei consideratio. Ecce quam vtile speculum peccatorum. Reuera charè frater, si te sapius in huiusmodi speculo prospexeris, eris absque dubio Samsone fortior, Dauid cautiior, Salomone sapientior. Illi autem in hoc speculo se sapius considerare neglexerunt, ideo in carnis suæ desiderii cæcati conuertunt. Igitur si tanti viri tam horribiliter lapsi sunt in culpam, quibus tanta affuit fortitudo & sapientia, quanta cautela, quantoque studio nobis est vigilandum, quibus inest tanta debilitas, tantaque imperitia? Porro isti tres viri validi ideo leguntur in sancta ecclesia, vt fidelibus non ad exemplum sint ruina, sed ad speculum cautela, quatenus nemo nostrum in sua confidat fortitudine, nemo præsumat de sua sapientia, imò semper timidi, semper reatus nostri conscij, semper de nostra salute sumus solliciti, nunquam nostræ corruptionis & nostræ mortalitatis oblitii. Qui vero huiusmodi verba negligenter attendunt, non sapiunt, nec intelligunt, nec nouissima prouident, & sic in mortem & damnationem vadunt. Vt igitur mens nostra circa prudentia studium euigilet, dominica nos hortatur sententia dicens, Vtinam sapienter & cetera. Hanc admonitionem omnino salutiferam, oculo rationis considera charissime, non in transitu, sed cum studio & deliberatione sapissime reuoluendo, quia sicut thus non redolet nisi ponatur in igne, ita nulla sacra scriptura sententia, nisi cocta sit in corde. Vtinam sapienter & cetera. Ecce hic frater mi, tria in hoc versu proponuntur, scilicet scientia, intelligentia & prouidentia. Vult ergo deus vt scias & intelligas, insuper & prouideas. Vult vt scias vitam præsentem fugitiuam, periculosa, breuem, miseris tabescentem, vniuersæ vanitati subiectam, peccatorum sordibus pollutam, cupiditate corruptam, in breui perituram, vt quanto infeliciior mundus iste esse conspicitur, tanto facilius pro amore cælestis patriæ contemnatur. Vult itaque deus vt fragilem tuam conditionem intelligas, sic meditando videlicet, quia nudus egressus es ex vtero matris tuæ, & nudus reuertes illuc: quia terra es, & in terram ibis: in huius vitæ miseriam nudus intrasti, lugens dies tuos in dolore & erumna pertransisti, cum luctu & labore hinc exiturus es. Intelligas ergo quantum sit exitus & ingressus tuus flebilis, progressus tuus debilis, & egressus horribilis. Intelligas ergo quantum sis in hac valle miseriam exul & egenus, virtutibus pauper & mendicus, labilis & infirmus, ac in proximo moriturus. Frater, felix eris, si huiusmodi admonitionem intelligas, & in corde tuo quasi in libro

L

M

De scientia, intelligentia, & prudencia. Cap. III.

De speculo multiplici considerationis: de exemplo Sasonis, Dauid & Salomonis. Cap. III.

Verfus. A scribas, & hanc vnam quam tibi trado regulam, seruare studeas. Viue deo gratus, toti mundo tumultus, crimine mundatus, semper transire paratus. O quam beatus vir, cuius anima circa huiusmodi studij euigilat, quam prudenter sapit & intelligit, ac nouissima prouidet. Charissime & tu fac similiter. Legisti iam in hoc speculo peccatoris, quid sanè sapias, quid intelligas, restat vt nouissima prouideas. Ora ergo, & dic cum Propheta, Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierum meorum quis est, vt sciam quid desit mihi. O utilis oratio, ò felix cõtemplatio, ò necessaria postulatio. Non planè tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua potestate præscire deposcas, sed quod tibi aduena & peregrinus in huius peregrinationis ærumnosæ exilio, homo infirmus & exigui temporis super terram, intelligas & cognoscas. Ergo, Vtinam sapienter, scilicet peccata præterita quam sint amara: Vnde Hieremias, Vide quam amarum est & malum, dereliquisse te deum tuum, malum est in culpa, & amarum est in pœna. Et intelligenter scilicet præsentia quam sint vana. Ecclesiastes, Vanitas vanitatum & omnia vanitas. Et nouissima prouiderent. Prouiderent contra sterilitatem futuram sicut Ioseph. Vnde Salomon, In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Reuera charissime frater, si præsentis vitæ breuitatem attendas, & quid tibi deest in agenda deo condigna penitentia, in disciplina præceptorum eius obseruanda, in sanctitate coram ipso proficienda, sapiens & intelligeres, & mortem ante oculos prospiceres, proculdubio mox sine mora, spretis pœpis, postpositis mundi curis, despectis carnis illecebris, proiectis voluptatibus, contemptis delitiis, in tui custodia vigilares, ac nouissima prudenter prouideres. Sapientis enim est, non tam cuiuslibet rei principium prospicere, quam finem exitumque prouidere. Denique felix esse comprobatur, qui sic cogitat de supplicio ante supplicium, vt postea supplicij effugiat periculum. Dicis ergo mihi, Paratus sum præ omnibus acquiescere diuino consilio, vt sapiam & intelligam, ac nouissima prouideam, sed quæ sunt mea nouissima? Illa vtique de quibus spiritus sanctus tibi per Salomonem loquitur dicens, Fili, in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternum non peccabis. Non melius poterit caro luxuriosa dormari, quam qualis erit post mortem præmeditari: & si huiusmodi assiduum habueris meditationem, felicem te dicent omnes generationes. Meditatio enim nihil est quam mentis ditatio. Peroptime ergo mens tua ditatur, quando contra cuncta aduersantia prouidentia scientia illustratur. Legitur in poëta, quod Centum luminibus cinctum caput Argus habebat, quod ex omni parte ita potest intelligi, quod mentis suæ circumspeditionem & prudentiam possidebat. Igitur si tantæ studio cautela pollebat poëta paganus, multo fortius puriorem prouidentia oculi debet habere clericus Christianus. Esto ergo alter Argus, imò illo cautiior, illo studiosior, illo prouidentior, vt sapias & intelligas, ac nouissima prudenter prouideas. Sed quæ sunt nouissima tua, quæ prouidere sollicitè debes? Summa totius prouidentia est vtique illa terribilis hora, in qua misera anima tua ex hoc corpuscule corruptibili timens est egressura. Frater, crede mihi, ad huius rei tremendam considerationem maluisse debueras prouidentiam possidere, quam totius mundi dominationem. Vtinam ergo sapiens & intelligeres quæ mundi sunt, & prouideres quæ inferni sunt, profecto deum timeres, superna appetes, mundum contemneres, & infernum horreres. In illa nimis metuenda extrema hora tua, quis amicorum, quis parentum tuorum veniet cum gladius & armis auxilium ferre? Non enim erit tunc qui consoletur te ex omnibus charis tuis. Respicientibus etiam ad auxilium & adiutorium hominum, sed refugium tuum tantummodo est apud deum. Cogita igitur tecum, charissime, quo timore timendus, quo amore diligendus, quo honore reuerendus sit ipse dominus Iesus Christus deus noster, qui salutis præsidium solus præstare poterit post mortem. Reduc ergo fili mi sedulus in memoriam illum extremum exitus tui diem, & antequam misera anima tua de carcere carnis exeat, prouideas quò vadat. Istiusmodi recordatio contritionem concipit, contritio compunctionem parit, compunctio contemplationem, scilicet pium & humilem affectum in pium deum, videlicet ex fiducia & adiutorio diuinæ bonitatis & clementia, humilem considerationem propria fragilitatis & miseria. Hic lector attende, quid enim est in omniscientia, quod hominem prouocet facilius ad sui custodiam & omnem iniustitiam expellendam, ad sanctitatem in timore dei perficiendam, quam sua corruptionis consideratio, suæ mortalitatis certa cognitio, postremo tremenda mortis suæ recordatio? Quando enim homo sit non homo, hoc est, quando ægrotescit, ægrotando ægritudo crescit, peccator expauescit, cor contremiscit, caput obtusecit, sensus euanescit, virtus exarefcit, vultus pallefcit, facies nigrescit, oculus tenebrescit, auris surdescit, natus putrescit, lingua fatefcit, os obmutescit, corpus tabescit, caro marcescit: tunc carnis pulchritudo fetor efficitur, & putredo tunc soluitur in cinerem & vertitur in vermem. Post hominem vermis, post vermem fetor & horror: sic in non hominem vertitur omnis homo. Ecce frater mi charissime, ecce satis horribile spectaculum, quoniam nulla artis medicina, nullaque doctrina sic superat superbiam, nec sic vincit malitiam, nec sic extinguit libidinem, nec sic mundi calcet vanitatem, sicut huiusmodi horrenda mortis recordatio. Vtinam ergo sapienter. Et quid huic mundo tantum vilefcit, sicut homo cuius corpus cum sit exanime, nõ permittitur esse intra domum triduo præ fetore, sed vt vile stercus foras proicitur, & in profundo terræ absconditur. Erubescat ergo, quia vermis datur, cadaver efficitur. Erubescat ergo superbus & infelix peccator, & timeat, elatione cæcatus, ira inflammatus, impatientia vitio fœdatus, scientia inflatus, cui plus placet ars Aristotelis, quam scientia de apostolis, plus codex Platonis quam liber diuinus, quem nulla lectio latificat, nulla scientia ædificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grammaticè conceptus, dialecticè imaginatus, rhetoricè purpuratus. Stultus es, qui hæc ignoras, & erras, quoniam qui talia agunt, & in talibus dies suos consumunt, peccatum sibi generant, & mortem parant, quia ex simili studio similem concipiunt scientiam, hoc est, folia colligunt, non fructus, scilicet verba, & non virtutes: verba enim in ventum proferrunt, & aërem verbis verberant, verbostatem sonant, iactantiam ostentant: de quibus per Psalmistam dicitur, Turbati sunt & moti sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Sicut enim homo ebrius nescit quid agat, aut quò vadat, eò quod seipsum ignorat: ita insipientes clerici seculares in habendo huiusmodi scientiam se conturbant, libros deuorant, sententias multiplicant, sed quid agant penitus ignorant, quia ad quem finem miserum tradant, miseri non attendunt. Si enim fugientis

Psal. 38.

Hiere. 2.

Ecclesiastes. 1.

Gene. 41.

Ecclesiastici 7.

De nouissimorum rememoratione. Cap. III.

Ecclesiastici 7.

De horæ mortis terrore. Ca. V.

Tomus nonus.

terres, mundum contemneres, & infernum horreres. In illa nimis metuenda extrema hora tua, quis amicorum, quis parentum tuorum veniet cum gladius & armis auxilium ferre? Non enim erit tunc qui consoletur te ex omnibus charis tuis. Respicientibus etiam ad auxilium & adiutorium hominum, sed refugium tuum tantummodo est apud deum. Cogita igitur tecum, charissime, quo timore timendus, quo amore diligendus, quo honore reuerendus sit ipse dominus Iesus Christus deus noster, qui salutis præsidium solus præstare poterit post mortem. Reduc ergo fili mi sedulus in memoriam illum extremum exitus tui diem, & antequam misera anima tua de carcere carnis exeat, prouideas quò vadat. Istiusmodi recordatio contritionem concipit, contritio compunctionem parit, compunctio contemplationem, scilicet pium & humilem affectum in pium deum, videlicet ex fiducia & adiutorio diuinæ bonitatis & clementia, humilem considerationem propria fragilitatis & miseria. Hic lector attende, quid enim est in omniscientia, quod hominem prouocet facilius ad sui custodiam & omnem iniustitiam expellendam, ad sanctitatem in timore dei perficiendam, quam sua corruptionis consideratio, suæ mortalitatis certa cognitio, postremo tremenda mortis suæ recordatio? Quando enim homo sit non homo, hoc est, quando ægrotescit, ægrotando ægritudo crescit, peccator expauescit, cor contremiscit, caput obtusecit, sensus euanescit, virtus exarefcit, vultus pallefcit, facies nigrescit, oculus tenebrescit, auris surdescit, natus putrescit, lingua fatefcit, os obmutescit, corpus tabescit, caro marcescit: tunc carnis pulchritudo fetor efficitur, & putredo tunc soluitur in cinerem & vertitur in vermem. Post hominem vermis, post vermem fetor & horror: sic in non hominem vertitur omnis homo. Ecce frater mi charissime, ecce satis horribile spectaculum, quoniam nulla artis medicina, nullaque doctrina sic superat superbiam, nec sic vincit malitiam, nec sic extinguit libidinem, nec sic mundi calcet vanitatem, sicut huiusmodi horrenda mortis recordatio. Vtinam ergo sapienter. Et quid huic mundo tantum vilefcit, sicut homo cuius corpus cum sit exanime, nõ permittitur esse intra domum triduo præ fetore, sed vt vile stercus foras proicitur, & in profundo terræ absconditur. Erubescat ergo, quia vermis datur, cadaver efficitur. Erubescat ergo superbus & infelix peccator, & timeat, elatione cæcatus, ira inflammatus, impatientia vitio fœdatus, scientia inflatus, cui plus placet ars Aristotelis, quam scientia de apostolis, plus codex Platonis quam liber diuinus, quem nulla lectio latificat, nulla scientia ædificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grammaticè conceptus, dialecticè imaginatus, rhetoricè purpuratus. Stultus es, qui hæc ignoras, & erras, quoniam qui talia agunt, & in talibus dies suos consumunt, peccatum sibi generant, & mortem parant, quia ex simili studio similem concipiunt scientiam, hoc est, folia colligunt, non fructus, scilicet verba, & non virtutes: verba enim in ventum proferrunt, & aërem verbis verberant, verbostatem sonant, iactantiam ostentant: de quibus per Psalmistam dicitur, Turbati sunt & moti sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Sicut enim homo ebrius nescit quid agat, aut quò vadat, eò quod seipsum ignorat: ita insipientes clerici seculares in habendo huiusmodi scientiam se conturbant, libros deuorant, sententias multiplicant, sed quid agant penitus ignorant, quia ad quem finem miserum tradant, miseri non attendunt. Si enim fugientis

Threno. 11

E


De studiis vanorum vanis insectatoribus. Cap. VI.

Psal. 105.

E iij vitæ

DE POENITENTIAE MEDICINA D  
LIBER VNVS.

Hic libellus De poenitentiae medicina, non omnino ineptus est, sed plurimum discrepans ab Augustino, quemadmodum sequens.



QVAE sit utilis & necessaria poenitentiae medicina, facillime homines intelligunt, qui se homines esse meminerunt. Scriptum est enim, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et dominus in Euangelio dicit, Qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Magis: iustificatus descendit de templo ille publicanus peccatorum confessione sollicitus, quam pharisaeus meritorum enumeratione securus, quantumvis etiam gratias egit deo dicens, Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, quomodo & publicanus iste, Ieiunabis in sabbato, decimas de omnibus quae possideo: & tamen ei praeratus est ille qui longe stabat, neque oculos ad caelum leuare audebat, sed percutiebat pectus suam dicens, Deus propicius esto mihi peccatori. Non enim tam ille pharisaeus sanitate, quam morborum alienorum comparatione gaudebat. Ut ille autem illi erat, quoniam ad medicum venerat, ea de quibus agrotabat, confitendo monstrare, quam dissimulare vulneribus, & de cicatricibus auderet gloriari. Non ergo mirum si publicanus magis curatus abscessit, quem non puduit ostendere quid doleat. In rebus quippe visibilibus, ut excelsa quisque contingat in excelsum erigitur. Deus autem cum omnium sit excellentissimus, non elatione, sed humilitate contingitur. Unde per Prophetam dicitur, Prope est dominus omnibus qui obtruerunt cor. Et iterum, Excelsus est dominus, & humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Excelsa ipse posuit pro superbis. Illa ergo respicit ut attollat, ista cognoscit ut deprimat & deiciat. Cum enim ait, quod a longe excelsa cognoscit, satis eum ostendit humilia de proximo atterere, ipsum tamen deum excelsum esse praedixit. Solus enim deus arrogans non est, quantumvis se praedicatione laudauerit. Non igitur arbitretur se ab oculis dei abscondi quatacunque superbia. Deus enim excelsa cognoscit, Nec se rursus deo coniunctam putet, excelsa enim a longe cognoscit. Quisquis itaque poenitentiam humilitatem recusat, deo propinquare non cogitat. Aliud est enim leuare se ad deum, aliud eleuare se contra deum. Qui ante illum se proicit, ab illo erigitur: qui aduersus illum se erigit ab illo proicitur. Alia est soliditas magnitudinis, alia est inanitas inflationis. Qui foris tumescit, intus tabescit. Qui eligit abiici in domo domini, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum, eligit eum deus ut inhabitet in atris eius. Unde in Psalmis, Beatus vir cuius est susceptio eius abs te domine. Ne putes eum qui se humiliat semper iacere, cum dictum sit, exaltabitur, Et ne opineris, eius exaltationem in oculis hominum per sublimitates fieri corporales. Cum enim dixisset, Beatus vir cuius est susceptio eius abs te domine, consequenter annexit, & ostendit eiusdem susceptionis celsitudinem spiritalem. Ascensus, inquit, in corde suo disposuit in conuale plorationis, in locum quem disposuit. Vbi ergo disposuit ascensus in corde? In conuale plorationis: hoc est, Qui se humiliat, exaltabitur. Sicut enim ascensus exaltationem indicat, ita valles humilitatem, & conuales plorationes. Sicut enim comes esse poenitentiae dolor creditur,

Quod ad poenitentiam via existat humilitas & lachrymae. Caput. I. Iacobi. 4.

Luc. 14.

Luc. 18.

Psal. 33.

Psal. 137.

Psal. 83.

Psal. 83.

Luc. 14.

E iiii ita

**A** prouidetis? Hinc est quod nos peccatores terribiliter deus alloquitur, dicens, Ego, inquit, in interitu vestro ridebo & subsannabo vos, cum in vobis quod timebatis aduenerit, O quam metuenda est illa dominica sententia. Utinam lector sciret, & in palato cordis ruminaret, quantum contineat amaritudinis, quantumve formidinis, quia reuera si sciret, omni hora vitam suam cautius custodiret. Si dicis forsitan quod deriso & subsannatio non cadunt in ipsum deum, nec eius reuerenda sanctissimaque simplex natura huiusmodi passiones siue ironias admittit, cur ergo ab omnipotenti deo peccatoribus dicitur, Ego in interitu vestro ridebo? Attende qui interrogas, quomodo dicta tibi debeat exponi sententia. Ego in interitu vestro ridebo: hoc est, cum finis vester venerit, vos derisione dignos clamabo, & cum irruerit super vos repentina calamitas, subsannabo: id est, cum amara mors vos momorderit, aeterna subsannatione dignos damnabo. Audi tu peccator terribile sententiam, quam si intelligeres, sine dubio expauesceres. Sed quare non intelligis? Quia scripturas sacras negligenter legis, actus tuae vitae male quos facis, peccataque committis, facta & dicta & opera tua mala non sapienter respicias: velox ad mensam, tardus ad Ecclesiam: potens ad potandum, sed piger ad psallendum: peruius ad fabulas, somnolentus ad vigilias: procius ad loquendum, sed tardus & mutus ad canendum: promptus ad iram & detractionem, piger vero ad orationem: inuidiae amator, pauperum Christi persecutor: festucam in alieno oculo respicias, sed tragem in oculo tuo non considerans: ceteros reprehendens, te ipsum non considerans: alios vituperans, te collaudans: malitiae inuentor, disciplinae destructor: amicus vitiorum, hostis virtutum. Haec sunt quae hominem excacant, & a deo ipsum separant: haec sunt quae monachum conuersum efficiunt peruersum, clericum haereticum, Christianum antichristum. Qui enim Christianus non est, antichristus est. Non est Christianus, qui vita & moribus Christo est contrarius. Heu heu vir insipiens non cognoscit, & stultus non intelligit. Et ideo dicit Propheta, Simul insipiens & stultus peribunt. Sed quae distantia est inter insipientem & stultum? Omnis stultus est insipiens. Insipiens enim dicitur quasi non sapiens. Multi enim manent qui sapientes non sunt, tamen stulti non sunt. Multi iusti sunt, & multi iniusti non sunt, & tamen iniusti non sunt. **C** Vis noscere quis sit insipiens, & quis stultus? Respondeo, Insipiens est, qui se a paradisi gaudiis peregrinum esse non considerat, & se exulem in hoc exilio non attendit: stultus est, qui licet ista cognouerit, liberari tamen a mundi miseria per vitae meritum non intendit. Item insipiens est, qui non credit futura supplicia reproborum esse perpetua, & gaudia iustorum aeterna: stultus autem est, qui licet credat, tamen ut mortem perpetuam euadat, & gloriam aeternam caste viuendo, pieque conuersando acquirat, non intendit. Iusto igitur dei iudicio simul insipiens & stultus peribunt. Quod tamen non fieret si scirent & intelligerent, ac nouissima prouiderent. Ecce frater mi, iam legisti, iam vidisti, in hoc speculo peccatoris, quid sapias, quid intelligas, quomodo nouissima prouidere debeas: superest igitur ut diligenter discas, & in corde firmes, ut sane sapias, & recte intelligas, quomodo nouissima tua prudenter prouideas, ut per haec aeternam damnationem euadas, & cum domino nostro Iesu Christo vitam aeternam possideas, Amen.

Prouerb. 1.

Psal. 91.  
Psal. 48.

Insipiens & stultus quomodo differant.

F I N I S.

Tomus nonus.

tusque & quam magnus terror & timor ac tremor erit in ea, quae lingua potest dicere, quis liber exponere? Quid tunc proderit scientiae iactantia, seculi pompa, mundi vanitas, terrenae dignitatis cupiditas? Nunquid proderint luxuriae, appetitus cibi exquisitus, potus delicatus, vestitus curiositas, calciamenti speciositas, carnis mollicies, ventris ingluuies, ciborum superfluitas, crapula & ebrietas, domorum constructio, praebendarum acquisitio, diuitiarum aggregatio: nunquid omnia ista poterunt animam miseri hominis eripere de ore horridi & horribilis leonis, ac de faucibus maledicti draconis. Hanc vitalem lectionem legat aliquis, sapiat sane, & intelligat, & in corde suo retineat, qui est implicatus peccatis, amore mundi & carnis inebriatus & cacatus, cui plus placet luxuriosi cadaueris venenosa voluptas, quam animae suae sanitas, qui plus studet circa arcam quam circa Martham, cui plus est de mundo quam de Christo, cui plus est de lege bouina, quam de lege diuina. Legat igitur lectionem istam insipiens ille qui eiusmodi est, & speculetur in hoc speculo peccatoris speciem suam, & consideret diligenter, unde veniat, quid sit, & quod vadat, perpedat ex premissis, per quam semitam vehementer metuendam, per quod iter tenebrosum, per quorum horrendas manis misera eius anima transitura est. O stulte peccator, qui ista considerare nescis, siue praemeditari non vis, & quia ista prauidere negligis, ideo saepe te inuadit superbia, exagitat ira, excruciat malitia, vulnerat inuidia, inflammat luxuria, fatigat pigritia, ligat auaritia. Et quoniam horrenda imminet tibi tormenta prudenter non prospicis, idcirco contumax, iniuriosus, obstinatus saepe efficeris piger, acidiosus ad opus diuinum accedis, illud negligenter & desidiiose agis. Quare hoc? Quia non vis prouidere quod vadis, quia si ille serpens venenosus diabolus & satanas ausus fuit cum furore impetum facere in sanctissimam beati Martini animam, qui erat, ut dicitur, gemma sacerdotum, quam felicem animam praesentibus angelis euntem in caelum curabat impedire: quomodo timendum est tibi peccatori, & trementer praemeditandum, quam horribiliter occurret miserae animae tuae ille doli artifex, ille filius iniquitatis, ille animarum hostis amarissimus: quomodo poteris stare ad horrendum aspectum tremendi vultus eius, ad intolerabile fetorem oris eius, ad flammam sulphuream oculorum eius? Certus esto, quod timor huius horrendae bestiae omne genus tormentorum superat, plus quam in hoc mundo cogitari queat. Quod Propheta pauidus expauescens, ad orationem confugit dicens, Exaudi deus deprecationem meam cum deprecor, & a timore inimici eripe animam meam. Non dicit, a potestate, sed a timore. Quare? Ad insinuandum quae maxima iam sit poena, quae horribilis, quam intolerabilis sit terror ipsius inimici. Heu heu frater mi, si talis & tantus tremor est animae peccatrici ex solo satanae visu, quanta confusio, quantusque horror, quanta afflictio, quanta lamentatio erit eius consortium? O stulti filij hominum, vani filij hominum mentientium. Qui enim diligit iniquitatem, odit animam suam. Et, Odibiles sunt deo impius & impietas eius. Unde Psalmus, Nonne qui oderunt te domine, oderam, & cetera. Perfecto odio oderam illos. Item, Altissimus odio habet peccatores, & miseratus est poenitentibus. Quare tam horrendam tamque horribilem non circumspectis miseriam? quare non proicitis superbiam? quare non extinguitis auaritiam? quare non contemnitis luxuriam? quare mores vestros non corrigitis? quare mandatū dei salutiferumque eius consiliū negligenter auditis? quare non sapitis & intelligitis, ac nouissima prouidetis?

De insipientia & peruersitate speculorum non insipientium. Cap. VIII. Psal. 138. Ecclesiastici 12.

**G** vita sua breuitatem perpenderent, si damna dierum suorum ante oculos conuertissent, si quem tremendo iudicio, non tantum de mortuis eorum operibus, imo de omni verbo ocioso quam districte responsuri sunt, prauidissent, mox terrore perterriti, mox diuino amore percussi, vana huius vitae studia reliquissent, & de studio vanitatis venissent ad studium veritatis, & de studio stultitiae ad studium sapientiae, hoc est, de studio curiositatis ad studium sanctae humilitatis, de schola luxuriae & prauitatis ad scholam munditiae & sanctitatis, hoc est, de vita fornicationis ad vitam beatam religionis, id est, de domo conuersationis mundanae ad domum sanctae disciplinae. Unde ipse spiritus sanctus per prophetam peccatoribus praecipit, dicens, Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur dominus. O quam terribilis est sententia & nimis metuenda his qui disciplinam non apprehendunt: ex hac spiritus sancti sententia pater quod peribunt. Hinc est quod dominus per Moysen ait, Omnis anima quae non fuerit afflictata die hac, peribit de populo meo. Notanda sunt attentius verba ista diuina, Anima, inquit, quae non fuerit afflictata, subaudi, per disciplinam, per mortem correctionem, per poenitentiae satisfactionem, per cordis contritionem, per conscientiae purificationem. Et dicebat, die hac, in praesenti tempore gratiae, sed die huius vitae: quoniam qui non suscipit modo tempus poenitentiae, post mortem non inuenit locum indulgentiae. Quapropter time tu peccator, tu caro superba, tu vile cadauer, quem adhuc viuentem vermes quotidie corrodunt, qui de tuo corruptibili corpore generantur: contremisce superbiam, proice vanitatem, fuge luxuriam, apprehende disciplinam ne pereas. Vide in hoc speculo quis es, & quid eris, cuius conceptio tabes menstrua, origo lutum, putredo finis, Utinam ergo scires, & cetera. Ecce miser, causas mille dolorum habes, & adhuc superbis. Iterum te frater commoneo, ut quicquid agat alij, sis memor ipse tui, vilescat tibi mundus plus quam tu mundo. Huius igitur tantae calamitatis miseriam considera attentius, & cum Propheta ingemiscens dicit, Iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo, Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Iterum dic cum Apostolo, qui fragilem humanae conditionis statum deplorabat dicens, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Haec salutifera Apostoli sententia exigit prudentem lectorem. Adhuc corpore Apostolus vixit, quando tamen corpus mortuum nominauerat, quia qui sapiens est, iam mortem ante oculos considerat, iam se mortuum reputat, cum se mortuum pro certo sciat. Attende ergo in illa terribili hora, de qua loquimur, misera peccatoris anima, quando de mundo exitura & itura es, aderunt mox ministri maligni illi, scilicet maledicti diaboli: illa vera tartarea monstra, illi spiritus terribiles & pessimi, velut leones rugientes, ut rapiant praedam, sed tuam peccatricem & miseram animam, tunc horribilia patebunt loca, poenarum chaos, & caligo tenebrarum, horrorem miseriam, & tribulationis tremor, timor angustiae & confusio, dolor horrendae visionis, tremor tremendae mansionis, locus flentium, ubi stridor dentium, ubi morsus vermium, ubi clamor dolentium, ubi luctus gementium, ubi est vox clamantium peccatorum & dicentium, Va va nobis filiis Euae. Cumque haec & his similia, imo millesies plus quam dici possunt peiora, de corpore egressura misera anima, imo miserissima audierit, viderit, & senserit, qualis quae-

Psal. 1.

Leuit. 23.

Psal. 37.

Roma. 7.

De horrore damnandae animae tam ex demonum aspectibus quam iudicis ira proueniente. Cap. VII.

**G**ita lachrymæ sunt testes doloris. Optime autem sequitur & dicit, Etenim benedictionem dabit qui & legem dedit. Ad hoc enim lex data est, vt superbo infirmitatē suam notam faceret, infirmo poenitentiam suaderet. Ad hoc etiam lex data est, vt vulnera ostenderet peccatorum, quæ gratiæ benedictione sanaret. Ad hoc etiam lex data est, vt diceremus in conuale plorationis, Video aliam legem in membris meis, repugnātem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et cum ipso ploratu clamaremus, Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et succurret nobis exaudiente deo qui erigit elisos, & soluit compeditos, illuminat cæcos gratia dei, per Iesum Christum dominum nostrum. Tres autē sunt actiones poenitentia, quas mecum vestra eruditio recognoscit. Sunt enim vſitatae in Ecclesia, & diligenter attendentibus notæ. Vna est, quæ nouum hominem per baptismum parurit, donec salutaris omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio, vt tanquam nato puero dolores tranſeant, quibus viscera virgēbatur ad partum, & tristitiam lætitia conſequatur. Omnis enim qui iam voluntatis suæ factus est arbiter cum accedit ad sacramenta fidelium, nisi eum poeniteat vitæ veteris, nouam non potest inchoare. Ab hac poenitentia cum baptizantur, soli pueri immunes sunt, Nondū enim vt possunt libero arbitrio. Quibus tamen ad consecrationem remissionemq; originalis peccati prodest eorum fides, à quibus offeruntur, vt quascunq; maculas delictorum per alios ex quibus nati sunt contraxerunt, aliorū etiam interrogatione ac respōsione purgantur. Verissime quidem in Psalmis plangitur, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea. Item scriptum est, Non esse mundum nec infantem in conspectu dei, cuius est vnus diei vita super terram. Et Apostolus Petrus clamat Iudæis, Poenitentiam agite, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine domini nostri Iesu Christi. Et dominus, Poenitentiam agite, appropinquabit enim regnum cælorum. De hac etiam Ioannes baptista plenus spiritu sancto, præcurſor & præparator vitæ domini ita dicit, Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentia. Altera vero poenitentis est, cuius actio per totam istam vitam, qua in carne mortali degimus, perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primo, quia vitam æternam, incorruptibilem, immortalemq; nullus desiderat, nisi eum vitæ huius temporalis, corruptibilis, mortalisq; poeniteat. Nō enim sic quisque in vitam nouam per sanctificationem baptismi nascitur, vt quemadmodum deponit ibi omnia peccata præterita, ita etiam statim mortalitatem ipsam carnis corruptionemque deponat. Quod si ita non est, restat vt illud quod scriptum est, quod etiam quisque in se sentit adhuc dum in hac vita est, Corpus quod corrumpitur aggrauat animam: & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Quod tunc in illa beatitudine quia non erit, cum absorbebitur mors in victoria, quis dubitet, in quacunq; temporali foelicitate versemur, poenitere tamen huius vitæ nos debere, vt ad illam incorruptionem tota auidentate curramus? Inde est illud quod Apostolus ait, Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à domino, per fidē quippe ambulamus, & non per speciem. Quis ergo festinat atque optat ad patriam remeare, & illam per speciem quæ est facie ad faciem contemplari, nisi quem peregrinationis suæ poenituerit? Ex quo dolore poenitentis etiam vox illa mi-

ferabilis erumpit & sonat, Heu mihi, quoniam peregrinatio mea longinqua facta est. Et ne putes nondum fidelem ista loqui, vide quid sequatur. Inhabitauit cum habitantibus cedar, Cum eis qui oderūt pacem, eram pacificus, cum loquerer eis, impugnabant me valde. Non solum hominis fidelis, sed etiam euangelistæ firmissimi, & martyris fortissimi hæc verba sunt, Scimus autē quia etsi terrena domus nostra huius habitationis dissoluatur, ædificationem habemus ex deo, domum non manu factam, sed æternam in cælis. Quapropter sanctus Iob non ait esse tentationem in hac vita, sed hanc ipsam vitam tentationem dixit esse, ita loquens, Nunquid non tentatio est vita humana super terram? Quo in loco etiam mysterium lapsi hominis mirabiliter tetigit dicens, Tanquam seruus fugiens dominum suum, & consecutus est vmbra. Non enim hæc vita dicenda est potius quàm vmbra vitæ. Nec immerito fugitiuus Adam post offensionem peccati abscondit se à facie domini, reclusus foliis arborū, quibus opacantur vmbacula, tanquam fugiens dominum suum, & consecutus vmbra, sicut dictum est. Quæ vniversa ad hoc dicta sunt, ne quis per baptismum, quanuis iustificatus sit à prioribus peccatis, tamen superbiere audeat, etiam si nihil committat. Vnde ab altaris participatione priuetur, quasi iam de plena securitate se iactans, sed potius seruet humilitatem, quæ penē ima disciplina Christiano est, Nec superbiat terra & cinis, donec ista nox tota transeat, in qua pertranſeunt omnes bestia syluæ, catuli leonum rugientes, quærentes à deo escam sibi. In hac esca Iob ipse petitus est, qui dixit, Tentatio est vita hominis super terram, Quæ quanuis singula non letali vulnere ferire sentiantur, sicuti homicidium vel adulterium vel cætera huiusmodi, tamen simul omnia congregata, velut scabies, quo plura sunt necant, aut nostrum decus ita exterminant, vt ab illius sponsi speciosa forma præ filiis hominum, castissimis separent amplexibus, nisi medicamento poenitentia quotidiana desiccantur. Quod si falsum est, vnde quotidie tundimus pectora? Quod nos quoque antistites ad altare assistentes, cum omnibus facimus. Vnde etiam orantes dicimus, quod in tota vita ista oportet vt dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Non ea dimitti precamur, quæ iam in baptismo dimissa credimus, nisi de ipsa fide dubitamus: sed vtique de quotidiana peccatis hoc dicimus, pro quibus etiam sacrificia elemosynarum, ieiuniorum & ipsarum supplicationum ac orationum quisq; pro suis viribus offerre non cessat. Quisquis itaque se diligenter attendens, nulla seipsum adulatione seducit, satis intelligit cum quanto periculo morti sempiternæ, & cum quanta penuria perfectæ iustitiæ peregrinetur à domino, quanuis iam in Christo, hoc est, in via constitutus, redire conetur. Nam si non habemus peccata & tundetes pectora, dicimus, Dimitte nobis debita nostra: ex hoc ipso certe & grauius nullo dubitante peccamus, cum inter ipsa sacramenta mentimur. Quamobrem inquantum deo nostro fide & charitate connectimur, & eum inquantum possumus imitamur, nō peccamus, sed filij dei sumus: inquantum autem ex occasione carnalis infirmitatis, quia nondum morte resoluta, nondum resurrectione mutata est, motus reprehensibiles improbique subrepunt, peccamus. Quod fateri nos conuenit, ne dura ceruice nō languiorum nostrorum sanitatem, sed damnationem superbiæ mereamur. Vnde scriptum est, Et qui natus est ex deo, nō peccat. Et quod in eadem Epistola Ioannis legimus, Si dixit-

**A** Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Sed neque facilius ab inimico deicimur, quàm cū eum superbiendo imitamur: nec vehementius eum prosternimus, quàm cū humilitate deum sequimur: nec acriores ei dolores infigimus, quàm cum plagas peccatorum nostrorum confitendo & poenitendo sanamus. Tertia actio poenitentia est, quæ pro illis peccatis subeunda est, quam legis decalogus continet, & de quibus Apostolus dicit, Quoniam qui talia agunt, regnū dei non possidebunt. In hac ergo poenitentia maiorem in se quisq; seueritatem debet exercere, vt à seipso iudicatus, nō iudicetur à domino, sicut ipse Apostolus ait, Si enim nosmetipsos iudicauerimus, non vtique iudicauerimur. Ascendit itaq; homo aduersus se tribunal mentis suæ, si timet illud quod oportet nos exhiberi ante tribunal Christi, vt illic recipiat vnusquisque quæ per corpus gessit, siue bonum seu malum: Constituat se ante faciem suam, ne hoc ei postea fiat: nam minatur deus hoc peccatori dicens, Arguam te & statum contra faciem tuam. Atque ita constituto in corde iudicio, assit accusatrix cogitatio, testis conscientia, carnifex timor: inde quidē sanguis animi contentis per lachrymas profuatur: postremo ab ipsa mente talis sententia proferatur, vt se indignum homo iudicet participatione corporis & sanguinis domini, vt qui separari à regno cælorum timet per vltimam sententiam summi iudicis, per Ecclesiasticam disciplinam à sacramento cælestis panis interim separetur. Verſetur ante oculos imago suū iudicij, vt alij accedant ad altare dei, quo ipse nō accedit: cogitet quàm sit contremiscenda illa poena, qua percipientibus aliis vitam æternam, alij in mortem præcipitantur æternam. Ad hoc enim altare quod nunc in Ecclesia est, in terra positum, terrenis oculis expositum, ad mysteriōrū diuinorum signacula celebrāda, multi etiam scelerati possunt accedere, cum deus cōmendat in hoc tempore patientiam suam, vt in futuro exerat seueritatem suam. Accedunt enim ignorantes, quoniam patientia dei ad poenitentiam eos adducit: Illi autem secūdum duritiam cordis sui & cor impoenitens, thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnique secundum opera sua. Ad illud autem altare quod præcurſor pro nobis introit Iesus, quod caput Ecclesiæ præcessit, membris secuturis cæteris, nullus eorū accedere poterit. De quibus vt iam commemorauit, dixit Apostolus, Quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Quomodo ergo interiora veli, & in illa inuisibilia sanctas sanctorum intrare audebit aut poterit, qui medicinam disciplina contemnens, noluit paulisper à visibilibus separari? Qui enim noluit humiliari vt exaltaretur, cum exaltari noluerit, deicietur, & in æternum seiungetur ab æternis sanctis. Quisquis hoc tempore per merita obedientia, & per satisfactionē poenitentia non sibi prouidet locum in corde sacerdotis, qua fronte impudentia tūc volet auerti faciem dei à peccatis suis, qui nunc toto corde non dicit, Quoniam facinus meum ego agnosco, & peccatum meum contra me est semper? Quo pacto quælo deus dignatur agnoscere, quod in seipso homo dedignatur agnoscere? Aut illud quale est, in quo sibi blandiuntur, qui sua vanitate se seducūt, perseverantes in malitiis atque luxuriis suis, cum audiunt Apostolum dicentē: Quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt: audent sibi præter regnum dei, salutem quā desiderant polliceri, atque ita inter se loquuntur dum recusant agere poenitentiam pro peccatis suis, & perdi-

tos mores suos in melius commutare? Angeli ergo nuncij sunt. Nuncios autem rectissime accipimus omnes, qui salutem cælestem hominibus nunciant: vnde etiam Euangelistæ boni nuncij interpretantur. Et de beato Ioanne baptista dictum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. His ergo vt dicere cōperam exceptis, cætera omnium multitudo, sicut in ipsius domini verbis manifestum est, in duas partes diuidetur. Positurus est enim oues ad dexteram, hædos autem ad sinistram, & dicitur ouibus, Venite benedicti patris mei, possidete regnū præparatum vobis à cōstitutione mundi. De hoc regno dicit Apostolus, Quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Item ad impios, Ite, inquit, in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quapropter qui gaudet de nomine Christiano, & non cum omni obedientia & timore, audiat Apostolum dicentem, Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut auarus, aut immūds, quod est idolorum seruitus, nō habet hereditatem in regno Christi & dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: Propterea enim venit ira dei in filios diffidentia: Nolite effici participes eorum. Nolite errare, neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque molles, neque masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum dei possidebunt. Sed videte quemadmodum timorē & desperationem salutis abstulerit eis, qui hæc in vita veteri commiserunt. Et hæc quidē, inquit, fuitis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & spiritu dei nostri. Quisquis ergo post baptismum aliquorum pristinorū malorum opere obligatus tenetur, vsq; nunc sibi inimicus est, vt adhuc dubitet vitam mutare cum tempus est, cum ita peccat & viuat. Nam vtique quod ita perseveranter peccat, thesaurizat sibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Quod autem adhuc viuat, patientia dei ad poenitentiam eum adducit. Implicatus igitur tam mortiferorum vinculis peccatorum, detrectat, aut differt, aut dubitat ad ipsas clauas Ecclesiæ confugere, quibus soluitur in terra, vt sit solutus in cælo, & audeat post hanc vitam, quæ tantum Christianus dicitur, salutem aliquam polliceri: nec veridico illo dominico tonitruo contremiscit, Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum. Et Apostolus scribens ad Galatas inter cætera dixit, Manifesta autē sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, ira, rixæ, dissensiones, hæreses, inuidia, ebrietates, comestiones, & his similia, quæ prædico vobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non consequentur. Iudicet ergo seipsum homo in istis voluntate dum potest, & mores conuertat in melius, ne cum iam non poterit, etiam præter voluntatem à domino iudicetur. Et cum ipse protulerit seuerissimæ medicina, sed tamen medicina sententiam, vnde ad antistites, per quos in Ecclesia clauas ministrantur, & tanquam bonus incipiens iam esse filius, maternorum membrorum ordine custodito, à præpositis sacramentorum accipiat satisfactionis suæ modum, vt in offerendo sacrificio cordis contribulati deuotus & supplex, id tamen agat quod non solum illi proficit ad recipiendam salutem, sed etiam cæteris ad exemplum. Vt si peccatum eius non solum in graui eius malo, sed etiam in scādalo est aliorum, atq; hoc expedire utilitati Ecclesiæ

Roma. 7.  
Psal. 145.  
De triplici actione poenitentia. scilicet pro peccatis originali, veniali, & mortali actuali. Cap. II.  
De poenitentia. scilicet. Tres sunt. scilicet. 1. c. Tres sunt. 4. scilicet. dicitur. c. Prædictis. De cōsuetudine. dicitur. 4. c. Ois qui.

Psal. 119.  
K  
2. Cor. 5.  
Iob. 7.  
Ecclesiastici 10.  
Psal. 103.  
Iob. 7.  
Matth. 6.  
M  
1. Ioan. 5.

Marci. 1.  
Malac. 3.  
Matth. 23.  
Eph. 4.  
1. Cor. 6.  
Roma. 12.  
Matth. 7.  
Galat. 5.  
De fugiendis peccatis mortalibus adhortatio: & qui sunt merito à cōmunionis suspensione & de secretorū reuelatione. Cap. III.



**G** Ecclesiae videtur antistiti in notitia multorum, vel etiam totius plebis, agere poenitentiam non recuset, non resistat, non letali & mortiferae plagae per pudorem addat tumorem: meminerit tamen semper, quod superbis deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Quid est enim infelicis, quid peruersus, quam de ipso vulnere, quod latere non potest, non erubescere, & de figurata illius erubescere? Nemo arbitretur fratres propterea se consilium salutiferae huius debere poenitentiae contemnere, quia multos forte aduertit & nouit ad sacramenta altaris accedere, quorum talia crimina non ignorat. Multi enim corrunguntur vt Petrus, multi tolerantur vt Iudas, multi nesciuntur, donec veniat dominus qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: nam plerique propterea nolunt alios accusare, dum se per illos capiunt excusare. Plerique autem boni Christiani propterea tacent & sufferunt aliorum peccata quae nouerunt, quia documentis saepe deferuntur, & ea quae ipsi sciunt, iudicibus Ecclesiasticis probare non possunt. Quamuis enim vera sint quadam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communi prohibitione quaequam non possumus, quamuis haec prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue seculari, siue Ecclesiastico iudicio nominatum atque conuictum. Quis enim sibi vtunque audeat assumere, vt cuiquam ipse sit accusator & iudex? Cuiusmodi regulam etiam Paulus Apostolus in eadem ad Corinthios Epistola breuiter insinuasit intelligitur, cum quibusdam commemoratis criminibus, Ecclesiastici iudicij formam ad omnia similia ex quibusdam daret. Ait enim, Scripti vobis in Epistola, non committeri fornicariis: non vtique fornicariis huius mundi, aut auaris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exire. Non enim possunt homines in hoc mundo viuere, nisi cum talibus viuere: nec eos possunt lucrificare Christo, si eorum colloquium conuictumque vitauerint. Vnde & dominus cum publicanis & peccatoribus comedens, Non est opus, inquit, sanis medicus, sed male habentibus, Non enim veni vocare iustos, sed peccatores. Et ideo sequitur Apostolus & adiungit, Nunc scripti vobis non commiseri. Si quis frater nominatur in vobis, aut fornicator, aut idolis seruientis, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt vos iudicatis? De his autem qui foris sunt deus iudicabit. Auferite malum a vobis ipsis. Quibus verbis satis ostendit, non temere aut quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab Ecclesia communione, vt si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius, ne peruersi malos quisque euitando, ab Ecclesia ipse discedens, eos quos fugere videtur vinciat ad gehennam. Quia ad hoc nobis sunt in scripturis sanctis exempla proposita, velut in messe vt palea sufferatur vsque ad vltimum ventilabrum, vel intra illa retia vbi pisces boni cum malis vsque ad segregationem quae futura est in litore, id est, in fine seculi, aequo animo tolerantur. Non enim contrarium est huic loco id quod alio loco dicit Apostolus, Tu quis es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat aut cadit. Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio, sed potius ex lege dei secundum ordinem Ecclesiae, siue vltro confessum, siue accusatum atque conuictum. Alioquin illud cur dixit:

Si quis frater nominatur aut fornicator, aut idolis seruientis & cetera, nisi quia eam nominationem intelligi voluit quae fit in quenquam, cum sententia ordine iudicarij atque integritate profertur? Nam si nominatio sola sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia saepe falso in quoquam crimina nominantur. Non ergo illi, quos monemus agere poenitentiam, querant sibi comites ad supplicium, nec gaudeant quia plures inuenierint: non enim propterea minus ardebunt quia cum multis ardebunt: non est enim hoc sanitatis certum consilium, sed malevolentiae malum solatium. An forte attendunt multos etiam in ipsis honoribus Ecclesiasticis praepositorum & ministrorum, non congruenter viuere sermonibus & sacramentis, quae per eos populis ministrantur? O miseros homines, qui hos intuendo Christum obliuiscuntur, qui tanto ante praedixit, vt legi dei potius obtemperaretur, quam imitandi videantur illi qui ea quae dicunt non faciunt, & traditorem suum tolerans vsque in finem, etiam ad euangelizandum cum ceteris misit. Tam sunt autem isti absurdi & praeposteri & miseri, qui praepositorum suorum malos mores imitari eligunt, quam per eos praedicta domini praepcepta seruare, quam si quisquam viator remeandum sibi esse existimet in itinere, cum viderit miliaria lapidea literis plena, viam docere & non ambulare. Cur enim non potius si peruenire desiderat, tales comites intueatur & consequatur, qui & viam bene demonstrant, & in ea perseuerant, atque alacriter non ambulant? Quod si isti desunt, vel potius minus appareant: nam deesse non possunt: non enim sic querunt homines charitate studiosa quod praedicent ad imitationem, quomodo querunt iniquitate suspitiosa quod murmuret ad deceptionem, partim non inueniendo bonos, dum ipsi mali sunt, partim timendo inuenire, dum mali esse semper volunt. Sed tantum concedamus non apparere nunc homines dignos imitatione. Quisquis hoc putas, deum mente intueri, qui homo factus est vt te hominem viuere doceret, Si habitat Christus in interiore homine per fidem in corde tuo, recordarisque illud quod Ioannes ait, Qui dicit se in Christo manere, debet quemadmodum ille ambulauit & ipse ambulare: & ita non tibi de erit quem sequaris. Et cum te alius viderit, de bonorum inopia conqueri desinet. Si enim non nosti quid sit recte viuere, diuina praepcepta cognosce. Fortassis enim multi recte viuunt, sed propterea tibi nullus videtur, quoniam quid sit recte viuere ignoras. Si autem nosti, age quod nosti, vt & tu quod queris habeas, & aliis quod imitentur ostendas. Christum animo attende, attende Apostolos, quorum nouissimus est ille qui dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Attende animo tot martyrum milia. Cur enim te natalitia eorum conuictus turpibus celebrare delectat, & eorum vitam sequi honestis moribus non delectat? Ibi videbis non solum viros, sed etiam foeminas, postremo pueros & puellas, nec impudentia decipi, nec iniquitate perueri, nec periculi timore frangi, nec seculi amore corrumpi. Ita te non inuenientem quid excuses, non solum praepceptorum inuenitabilis rectitudo, sed etiam exemplorum innumera bilis multitudo circumdabit. Sed de utilitate ac salubritate poenitentiae, vt quod instituimus aliquando peragamus, si iam de sanitate desperans, addis peccata peccatis, sicut scriptum est, Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnet. Noli contemnere, noli desperare, clama etiam de profundo ad dominum, & dic ei, De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi

1. Cor. 5.  
K  
Quod non fit in malis multitudi sequenda. Cap. III.  
1. q. 1. cap. Si significatis.  
Math. 25.  
Math. 10.  
L  
Ephes. 3.  
1. Ioan. 2.  
M  
1. Cor. 4.  
De refugio recidiantium ad dei misericordiam per vera cordis contritionem & remissionis confidentiam. Ca. V. psal. 129.

**A** exaudi vocem meam: Fiant aures tuae intendentes in vocem obsecrationis meae: Si iniquitates obseruaueris domine, domine quis sustinebit? Quoniam apud te propitiatio est. De tali profundo Niniuitae clamauerunt, & hanc propitiationem inuenierunt. Faciliusque est euacuatam comminatio Prophetae, quam humiliatio poenitentiae. Hic fortasse dicis: Sed ego iam baptizatus sum in Christo, a quo omnia mihi peccata praeterita dimissa sunt, vilis factus sum, nimis iterans vias meas, & canis horribilis oculis dei, conuersus ad vomitum suum, Quod abibo a spiritu eius, & a facie eius quod fugiam: Quod frater, nisi ad eius misericordiam poenitendo, cuius potestatem peccando contempseris? Nemo enim recte fugit ab illo nisi ad illum, ab eius feruente ad eius bonitate. Quis enim locus te excipiet fugientem, vbi eius praesentia te non inueniat? Si ascenderis in caelum, ibi est: si descenderis ad infernum, adest. Recipe ergo pennas tuas in directum, & habita in spe in extremo huius seculi. Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Quicquid enim feceris, quaecumque peccaueris, adhuc in hac vita es, vnde te deus si sanare nolle, auferret. Cur ergo ignoras, quia patientia dei ad poenitentiam te adducit? Qui enim clamando tibi persuasit vt non recederes, parcendo clamat vt redeas. Intuere David regem, iam vtique & ipse illius temporis sacramenta perceperat, iam circumcisis erat vtique, quod patres nostri pro baptismo habebant: nam ad hoc dicit Apostolus, sanctum Abraham signaculum iustitiae fidei recepit. Iam etiam vnctus erat vnctione venerabili, qua regale sacerdotium praefigurabatur Ecclesiae. Repente autem factus est & adulterij & homicidij reus. Non frustra tamen de tam immani & abrupto profundo sceleris poenitens clamauit ad dominum dicens, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Quo tandem merito, nisi quia item dicit, Iniquitatem meam ego agnosco, & peccatum meum ante me est semper? Quid autem obtulit domino vnde illum propitiaret sibi? Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique, holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Non solum ergo deuote obtulit, sed etiam ista dicendo quid offerri oportebat, ostendit. Non enim sufficit mores in melius commutare, & a factis malis recedere, nisi etiam de his quae facta sunt, satisfiat deo. **C** per poenitentiae dolorem, per humilitatis gemitum, per contriti cordis sacrificium cooperantibus elemosynis. Beati enim misericordes, quoniam ipsorum miseribitur deus. Non enim dictum est vt tantum abstinere a peccatis, sed & de praeteritis, inquit, deprecare dominum vt tibi dimittantur. Et Petrus iam erat fidelis, iam in Christo & alios baptizauerat. Intuere ergo Petrum praesumentem accusatum, timentem vulneratum, flentem sanatum. Iam etiam post aduentum de caelo spiritus sancti, quidam Simon pecunia voluit eundem spiritum emere, sceleratissimum & impium mercimonium cogitans, iam baptizatus in Christo, & tamen poenitentiae consilium ab ipso Petro correptus accepit. Dicit etiam Apostolus Paulus, qui vtique fidelibus mittebat Epistolas, Ne iterum cum venero ad vos, humiliet me deus vt lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt poenitentiam super immunditia & luxuria, & fornicatione quam gesserunt. Circumstant ergo nos & praepcepta recte faciendi, & exempla non tantum recte facientium, sed etiam ad recipiendam salutem poenitentium, quae fuerat amissa peccando. Sed fac incertum esse

vtum ignoscat deus. Quid perdit cum supplicat deo, qui salute perdere non dubitauerit cum offenderet deum? Quis enim certus est quod etiam Imperator ignoscat? Et tamen pecunia funditur, maria transmeantur, procellarum incerta subeuntur, & penes vt mors vitetur, mors ipsa suscipitur: supplicatur deinde per homines homini, sine dubitatione fiunt ista, cum sit dubium quo sine proueniant, & tamen certiores sunt clauas Ecclesiae quam corda regia. Quibus clauibus quodcumque in terra soluitur, etiam in caelo solutum esse promittitur. Et multo est honestior humilitas, qua se quisque humiliat Ecclesiae dei, & labor minor imponitur, & nullo temporalis mortis periculo mors aeterna vitatur.

Hic liber de poenitentiae medicina habetur multo prolixior Tomo. 10. in fine. 50. Homiliarum.

DE UTILITATE POENITENTIAE TRACTATUS.



**V**o poenitentis in his verbis agnoscitur, Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Vnde cum sermonem ad vestram charitatem non praepararem, hinc nobis esse tractandum domino cooperante cognoscimus: Vollebamus enim hodierna die vos in ruminacione permitttere, scientes quam abundantes epulas coeperitis. Sed quia salubriter quod apponitur accipitis, quotidie multum esuritis. Praestet ergo dominus ipse deus noster, & nobis virium sufficientiam, & vobis vtilem audientiam. Neque enim ignoramus, esse seruendum bonae vestrae & vtili voluntati. Achiuemur ergo a vobis & voto & studio, voto ad deum, studio ad verbum, vt ea dicamus quae vobis esse vtilia ipse iudicat, qui vos pacit per nos. Vox igitur in his verbis poenitentis agnoscitur: Auerte faciem tuam a peccatis meis, & omnia facinora mea dele. Proinde aliquid de poenitentia dicere diuinitus iubemur. Neque enim nos istum Psalmum cantandum lectori imperauimus, sed quod ille censuit vobis esse vtile ad audientium, hoc cordi etiam puerili imperauit. Dicamus aliquid de utilitate poenitentiae, praefertim, quia & dies iam sanctus anniuersarius imminet, quo propinquante humiliori animas & domari corpora studiosius decet. **T**riplex autem consideratio agenda poenitentiae in sacra scriptura inuenitur. Nam neque ad baptismum Christi, in quo omnia peccata delentur, quisquam bene accedit, nisi agendo poenitentiam de vita pristina. Nemo enim eligit vitam nouam, nisi quem veteris poenitet. Hoc autem etiam autoritate diuinorum librorum probare debemus, vtum baptizandi egerint poenitentiam, quando spiritus sanctus missus est ante promissus, & impleuit dominus fidem pollicitationis suae. Accepto spiritu sancto discipuli, vt nostis, coeperunt loqui omnibus linguis, vt in illis qui aderant linguam suam quisque cognosceret. Hoc autem miraculo territi, consilium vitae ab Apostolis petierunt. Tunc eis Petrus annunciauit, eum colendum quem crucifixerunt, vt eius iam sanguinem nossent bibere credentes, quem viderant salientes. Annunciato autem illis domino nostro Iesu Christo, & agnoscitibus reatum suum, vt impletur in eis quod Propheta ante praedixerat: Conuersus sum in erumnam mea dum cogitatur spina. Conuersi enim sunt in erumnam do-

De poenitentia ad baptismum venire e voluntatem, & de eiusdem figuris. Ca. I.  
F  
Acto. 2.  
De cose. dif. 2. c. Tunc eis.  
Psal. 37.

**G**nam doloris, cum figeretur spina peccati recordationis. Nihil enim se mali fecisse putauerunt, nondum infixam erat spina. Loquente autem Petro, ut agnoscas infixam spinam, scriptura dixit, Petro loquente compuncti sunt corde. Proinde in eodem Psalmo, cum dictum est: Cōuersus sum in erumna mea dum configitur spina: sequitur, Peccatum cognoui, & facinus meum non operui. Dixi, proloquar aduersum me delictum meum domino, & tu dimisisti impietatem cordis mei. Cum ergo spina illa recordationis cōpuncti dicerent Apostolis: Quid ergo faciemus? Ait illis Petrus: Agite poenitentiam, & baptizetur vnusquisq; vestrum in nomine domini Iesu Christi, & remittuntur vobis peccata. Ergo interim nunc si qui fortē assunt ex eo numero qui baptizari disponunt, credimus enim eos adesse tanto ad verbum studiosius, quanto ad indulgentiam vicinius: hos primum paucis alloquimur, vt erigat mentes in spem, ament fieri quod non sunt, oderint quod fuerunt. Nouum hominem nascitur iam voto concipiant, quicquid de vita praterita remordebat, quicquid angebat conscientiam, quicquid omnino vel magnum vel paruum, vel dicendum vel non dicendum, non dubitent posse dimittere: contra se teneat humana dubitatio. Exemplum etiam in primo illo populo exhibitum, vnusquisque fideliter recordetur. Ait enim Apostolus, Omnia hęc figurę nostrę fuerunt: cum de rebus talibus loqueretur. Quid enim dixerat? Nolo enim vos ignorare fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eundem cibum spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant enim de spiritali sequenti petra: Petra autem erat Christus. Has figuras nostras fuisse ille dixit, cui nemo fidelis vnquam contradixit. Et cum multa enumeraret, vnā rem solam soluit, quia dixit: Petra autem erat Christus. Soluendo vnā aliquid, cętera proposuit inquirenda. Sed ne recedens a Christo inquisitor erraret, vt firmus quęrat, in Petra fundatus est, Petra, inquit, erat Christus. Dixit illas figuras nostras fuisse, & obscura erant omnia. Quis reuolueret inuolucra ista figurarum, quis aperiret, quis discutere auderet? In quibusdam quasi dumentis densissimis & crassa vmbra lumen accendit. Petra, inquit, erat Christus. Iam ergo lumine illato quęramus quid cętera significant, quid sibi velint, mare, nubes, manna: Hęc enim non exposuit, sed petra quid esset ostendit. Per mare transitus, baptismum est. Sed quia baptismum, id est, salutis aqua non est salutis, nisi Christi nomine consecrata, qui pro nobis sanguinem fudit, cruce ipsius aqua signatur, & vt hoc significaret ille baptismus, mare rubrum fuit. Manna de cęlo aperte ab ipso domino exponitur. Patres vestri manducauerunt, inquit, manna in eremo, & mortui sunt. Quando enim viuerent: figura pręnunciare vitam posset, vita esse non posset. Manducauerunt, inquit, manna, & mortui sunt, id est, manna quod manducauerunt, non illos potuit de morte liberare: nō quia ipsum manna mors eis fuit, sed quia a morte nō liberauit. Ille enim liberaturus erat a morte, qui per manna figurabatur. De cęlo certe manna veniebat, attende quem figurabat, Ego sum, inquit, panis viuus qui de cęlo descendi. Sicut studiosi autem & bene vigilantes, verba dominica attendite, vt proficiatis & legere & audire noueritis. Eundem, inquit, cibum spiritalem manducauerunt. Quid est, eundem, nisi quia eum quem etiam nos? Video aliquantum esse ad promēdum explicandumq; difficile quod dicere institui, sed adiu-

uabor beneuolentia vestra, hęc mihi a domino impetrat facultatem. Eundem, inquit, cibum spiritalem manducauerunt. Suffecerat vt diceret, cibum spiritalem manducauerunt. Eundem, inquit. Eundem nō inuenio quomodo intelligam, nisi cum quem manducamus & nos. Quid ergo, ait aliquis? Hoc erat manna illud quod ego nunc accipio? Ergo nihil modo venit si antē iam fuit? Ergo euacuatum est scandalum crucis? Quomodo ergo eundem, nisi quia addidit spiritalem? Nam qui manna illud sic acceperunt, vt tantummodo indigentię suę corporali satisfieri putarent, & ventrem suum pasci, non mentem, nihil magnum manducauerunt: factum satis est eorū indigentia. Alios deus paut, aliis aliquid nunciavit. Hi tales & cibum corporalem manducauerunt, non cibum spiritalem. Quos ergo dicit patres nostros cibum spiritalem eundem manducauisse? Quos putamus fratres, nisi qui vere patres nostri fuerunt, imō patres nostri non fuerunt, sed sunt? Omnes enim illi viuunt. Sicut enim quibusdam illis infidelibus dicit dominus, Patres vestri manducauerunt manna in eremo, & mortui sunt. Quid est enim, patres vestri, nisi quos infidelitate imitami, quorum vias non credendo, & deo resistendo sectamini? Secundum quem intellectum quibusdam dicit, Vos a patre diabolo estis. Neque enim diabolus aliquem hominem vel potentia creauit, vel generando procreauit, & tamen dicitur pater impiorum, non propter generationem, sed propter imitationem. Sicut econtra de bonis dicitur, Ergo semen Abrahamę estis: cum loquatur Gentibus, quę stirpem carnis ex Abrahamę genere non ducebant: Filij enim erant non nascendo, sed imitando. Abrogatur autem & aliis natura perfidis pater Abraham, quando eis dominus dicit: Si filij Abrahamę essetis, opera Abrahamę faceretis. Et vt malę arbores de Abrahamę paternitate gloriantes eradicarentur, filij Abrahamę de lapidibus promittuntur. Sicut ergo hoc loco dicit, Patres vestri manducauerunt manna in eremo, & mortui sunt: non enim intellexerunt quod manducauerunt, itaque non intelligentes, cibum non nisi corporalem acceperunt: sicut & Apostolus dicit, patres nostros, non patres infidelium, non patres impiorum, manducantes & morientes, sed patres nostros, patres fidelium, spiritalem cibum manducaisse, & ideo eundem: Patres nostri, inquit, eundem cibum spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt: Erant enim ibi qui quod manducabant, intelligebant. Erant ibi quibus plus Christus in corde quam manna in ore sapiebat. Quid de aliis loquamur? Inde erat primitus ipse Moyse famulus dei fidelis in tota domo eius, sciens quid dispensaret. Et quia illo tempore ita dispensari debuerunt, causa presentium aperta futurorum, breuiter ego dixerim: Quicunque in manna Christum intellexerunt, eundem quem nos cibum spiritalem manducauerunt: quicunque autem de manna solam saturitatem quęsierunt, patres infidelium, manducauerunt, & mortui sunt. Sic etiam eundem potum: Petra enim Christus. Eundem ergo potum quem nos, sed spiritalem, id est, qui fide capiebatur, non qui corpore hauriebatur. Audisti eundem potum, petra erat Christus. Non enim alter Christus, altera quidem illa petra, alter lapis quem sibi posuit ad caput Iacob, alter agnus occisus vt manducaretur Pascha, alter aries herens in vepribus immolandus, quando filio suo pepercit Abraham iustus, quem iustus obtulerat, altera ouis & altera ouis, alter lapis & alter lapis, idem tamen Christus: ideo eundem cibum, ideo eundem potum. Denique percussa est ipsa petra ligno,

**E**rgo, vt aqua deflueret. Virga enim percussa est. Quare ligno, non ferro, nisi quia crux ad Christum accessit, vt nobis gratiam propinaret: Et eundem ergo cibum, eundem potum, sed intelligentibus & credentibus. Non intelligentibus autem illud, solum manna, illa sola aqua, ille cibus esurienti, potus iste sitienti, nec ille, nec iste credenti: credenti autem idem qui nunc. Tunc enim Christus venturus, modo Christus venit. Venturus & venit, diuersa verba sunt, sed idem Christus. Aliquid etiam, quoniam res venit in medium, de dubitatione famuli dei Moyse volo dicere. Figura enim erat veterum etiam ista sanctorum. Dubitavit ad aquam Moyse, quando petram virga percussit, vt aqua flueret dubitavit. Dubitationem autem eius legens quis forte transiret, nec intelligeret, quia nec quęrere auderet. Domino autem deo dubitatio illa displicuit, & eam notauit, non solum arguendo, sed etiam vindicando: nam propter hanc dubitationem dicitur Moyse, Non introduces tu populum in terram promissionis. Ascende in montem & morere. Deus hic vtique apparet iratus. Quid ergo de Moyse fratres charissimi: Omnis ille labor eius, omnis pro populo ætus eius, & illa charitas dicens, Si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo: hac subita & repentina dubitatione damnata est. Et quid est quo concludit lector cum Apostolum legeret: Charitas nunquam cadit: Cum quędam soluenda proponeret studium vestrum, me fecit & aliud proponere, quod forte non quęreretis. Videamus ergo, & adhuc quantum possumus conemur penetrare mysteriū. Irascitur deus, dicit eum nō introducturum populū in terram promissionis: iubet vt ascēdat in montem & moriatur, & tamē multa iniungit agēda eidem Moyse: iubet quid agat, quomodo populū disponat, quomodo non relinquat passim & negligenter. Nunquā ista damnato iniungere dignaretur. Aliud accipe mirabilius, quoniam dictū est Moyse, hoc enim placuit deo certi mysterij dispensationisq; gratia; quod ipse in terram promissionis non introduceret populum: eligitur alius Iesus Naue, & iste homo non hoc nomine vocabatur, vocabatur Osee: & cum ei introducendum populū Moyse cōmendaret, vocauit eum, & mutauit ei nomen, & appellauit eum Iesum, vt non per Moysem, sed per Iesum, id est, non per legē, sed per gratiam populū dei in terram promissionis intraret. Sicut autem Iesus ille non verus sed figuratus, ita etiam terra promissionis illa nō vera sed figurata. Illa enim populo primo temporalis fuit, nobis quę promissa est, æterna erit. Sed figuris tēporalibus promittebantur & pręnunciabantur æterna. Sicut ergo ille nō verus Iesus, nec illa terra promissionis, vera sed figurata: ita manna nō cibus vere cęlestis sed figuratus, ita petra illa non vere Christus, sed figuratus, & sic omnia. Quam ergo sibi exigit cōsiderationem dubitatio Moyse? Ne forte & ibi aliqua figura expressa sit & innuerit intelligenti, & ad inquirendum cōmouerit & prouocauerit animum. Video enim & post illam dubitationem, & post iram dei, & post minas mortis, & post remotionē ab introductione populū in terrā promissionis, multa deū sic dicere ad Moysem, tanquā ad amicum quo & antea loquebatur, vsque adeo, vt ipsi Iesu Naue obedientię exemplum de Moyse proponatur, & hoc eum moneat deus, vt sic ei seruiat quomodo seruiuit Moyse, & sic se pollicetur cum eo futurū quomodo cum Moyse. Euidenter charissimi cōstringit nos ipse deus, non passim reprehendere, sed intelligere dubitationem Moyse. Figura petra iacens, figura virga percussiens, figura aqua fluens, figura & Moyse dubitas:

& ibi dubitavit vbi percussit. Hinc facta est dubitatio Moyse, quando lignum accessit ad petram. Iam veloces pręualeant, imō tardos patienter expectent. Dubitavit Moyse quando lignū accessit ad petram: dubitauerunt discipuli quando viderunt dominū crucifixum. Horum figuram gerebat Moyse. Figura erat Petri illius ter negantis. Quare Petrus dubitavit? Quia lignum petre propinquauit. Cum mortis suę genus, id est, crucem ipsam pręnunciaret deus, ipse Petrus expanit: Absit a te domine, non erit hoc. Dubitas, quia petre imminere virgā vides. Adeo spem suam, quam gerebant de domino discipuli tunc perdiderunt, quodammodo intercepta est quando crucifixum viderūt, quando planxerūt occisum. Inuenit eos post resurrectionē, loquentes inter se de hac re, tristi colloquio, & tenens oculos eorū ne ab eis agnosceretur: non se auferens credentibus, sed differens dubitantes, se tanquam tertium collocutorem sermoni cōmiscuit, & quęsiuit ab eis vnde loquerētur. Mirantur illi quia solus ignorat quod in eo factū fuerat qui quęrebat: Tu solus, inquit, peregrinaris in Hierusalem: & cōmemorant quę gesta sint de Iesu. Et cōtinuo iam desperationis suę medullas aperiuunt, & vulnus medico licet nescientes ostēdunt: Nos autem, inquit, sperabamus q; in illo redemptio esset Israel. Ecce facta est dubitatio, quia lignum accessit ad petram, impleta est figura Moyse. Videamus & hanc: Ascende in montem & morere. Per mortem corporalem Moyse, figurata est mors ipsius dubitationis, sed in monte. O mira mysteria. Hoc certe expositum & intellectum, quanto dulcius, q; magna ad petram nata est dubitatio. In monte mortua est, quando fuit humilis Christus in passione, quasi petra facebat ante oculos: merito in illo dubitabatur, humilitas illa nihil magnū prętendebat: merito ipsa humilitate factus est lapis offensionis, resurrectione autē clarificatus magnus apparuit, iam mons est. Iam ergo illa dubitatio quę nata erat ad petrā, in monte moriatur. Agnoscant discipuli salutē suam, reuocēt spem suam. Attende quemadmodū oriatur illa dubitatio, attende quemadmodū moriatur Moyse in monte, non intret in terrā promissionis: nolumus ibi dubitationē, moriatur. Ostendat nobis eam Christus mori: trepidauit Petrus & negauit ter. Petra enim erat Christus, Resurrexit, mons factus est, firmavit & Petrus, sed moritur dubitatio. Quomodo moritur? Petre amas me: Cordis inspector, cordis cognitor, interrogat, & vult audire q; ametur, & parum est. Semel interrogat, hoc audit propē cū tēdio ipsius Petri: miratur enim interrogari a pręscio, sed etiā totiens interrogari, cum semel sufficeret respondere etiam nescienti. Sed tanquam tibi diceret dominus: Expecto, numerus legitimus impleatur tertio: confiteatur ter per amorē, quia ter negauerat per timorē. Quod ergo dominus totiens interrogabat, dubitationem illā in mōte occidebat. Quid ergo charissimi, si patent hęc: Non ad fraudem, sed ad incunditatē clausa erant. Neq; enim tam dulciter caperentur, si prompta vilescerent. Respiciat ergo negocium suum competiturus baptismū, quem alloqui cęperam. Mare rubrum baptismus erat, sed in nube. Adhuc enim nubilabatur quod pręnunciabatur: adhuc occultabatur quod promittebatur. Iam modo pręcessit nubes, manifesta veritatis serenitas facta est, quia recessit & velū per quod loquebatur Moyse. Hoc velum & in templo pendeat, ne secreta templi viderentur, sed in cruce domini velū cōfissum est vt pateret. Veni ergo ad baptismū, ingredere intrepidus viam per mare rubrum: noli esse de peccato pręterito

Exod. 15.

A

Num. 20.

Exod. 32.

1. Cor. 13.

Ioan. 6.

L.

Ioan. 8.

Ibidem.

Math. 3.

Ioan. 10.

1. Cor. 10.

M

Hebra. 1.

Gen. 28.

Exod. 12.

Gen. 22.

Math. 26.

Math. 16.

Luc. 24.

E

Deut. 32.

Math. 28.

1. Cor. 10.

Ioan. 21.

F

Math. 27.

**G** praterito tanquam de Aegypto sequente sollicitus: premebant te peccata tua duro onere seruitutis, sed in Aegypto, in amore huius seculi, in peregrinatione longinqua: cogebant te sectari opera terrena, tanquam lateres facere, opera lutea operabaris, premunt te peccata, veni securus ad baptismum, vsque ad aquam hostis sequi potuerit, ibi morietur. Time aliquid de vita praterita, crede aliquid remansurum tuorum peccatorum, si aliquid remansit Aegyptiorum. Audio vocem pigrorum: Ego, inquit, de prateritis peccatis non timeo, omnia mihi in aqua sancta per Ecclesia etiam charitatem dimitti non dubito, sed timeo futura peccata. Placet ergo in Aegypto remanere: Interim hostem praesentem euade qui iam te premit, & iam subiugauit. De futuris quid tibi hostes meditaris? Quod iam fecisti, & si nolueris erit: quod futurum te putas, si volueris non erit. Sed periculosa est via: Neque enim cum rubrum mare transiero, iam ero in terra promissionis. Ductus est ille populus per longa deserta. Interim ab Aegypto liberare. Quid ergo putas defuturum tibi auxiliatorem in via, qui te eruit de vetusta captiuitate? Nouos tuos inimicos non compefcit, qui te a vetustis hostibus liberauit? Tantum intrepidus transi, intrepidus ambula, obediens esto, noli amaricare Moysi illi, cuius typum ille portabat, in hac obedientia fateor non desunt hostes. Sicut enim no deerant qui sequerentur fugientes, ita no deerant qui impedirent ambulantes. Prorsus charissimi figurae nostrae fuerunt: Interim in te non sit quod contristet Moysen: noli esse aqua amara, quam post mare rubrum non potuit ille populus bibere: Erat enim & ibi tentatio. Et tamen ista quando eueniunt, quando amaricat populus; ostendimus eis Christum, quae pro eis tulerit, quomodo pro eis sanguinem fuderit: & mitescunt, tanquam nobis lignum in aquam mittentibus. Plane hostem aduersantem itineri tuo habebis Amalech. Tunc orabat Moyses, tunc extendebat manus: & vbi deponerat manus, conualefcebat Amalech: vbi extendebat manus, deficiebat Amalech. Et tuae manus extentae sint, deficiat Amalech tentator, & huius itineris impeditor: esto vigil & sobrius in orationibus, in operibus bonis, non tamen praeter Christum, quia extensio illa manuum Christi crux fuit. In illa extenditur Apostolus cu dicit, Mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. Ergo deficiat Amalech, vincatur, & non impediatur transitum populi dei. Sed si demittis manus a bono opere, a cruce Christi, praeualebit Amalech. Tamen noli omnimodo aut continuo te fortem futurum putare, aut penitus desperando deficere. Alternatio enim illa defectus & fortitudinis in manibus serui dei Moyfi, forte alternatio tua fuit. Aliquando enim in tentationibus deficis, sed non succumbis. Deponebat ille paululum manus, non omnino ruebat. Si dicebam, motus est pes meus, ecce misericordia tua domine adiunabat me. Noli ergo timere, adest in itinere auxiliator, qui in Aegypto non defuit liberator. Noli timere, aggredere viam, praesume securus aliquando ille deponebat manus, aliquando erigebat, tamen victus est Amalech: debellare potuit, superare non potuit. Itaque admonemur iam de altera loqui poenitentia. Triplicem quippe eius consideratione in sancta scriptura esse propoliti. Illa prima competentium est, & ad baptismum venire sitientium. Hanc de scripturis sanctis ostendi. Est alia propo quotidiana: & vbi illam ostendimus poenitentiam quotidianam: Non habeo vbi melius ostendam, q in oratione dominica, vbi dominus orare nos docuit, & quid ad patre dicamus ostendit, & in his verbis posuit,

Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quae debita fratres? Quandoquidem debita hic intelligi non possunt nisi peccata, quae debita dimisit & in baptismo, iteru vt dimittat oramus. Certe mortuus est omnis Aegyptius qui sequebatur. Si nihil de sequentibus hostibus residuum factum est, quid oramus vt dimittatur, nisi propter manus deficientes contra Amalech? Dimitte nobis sicut & nos dimittimus. Constituit medicinam, firmavit pactum. Hic preces constituit, ibi precanti responderet: nouit quo iure res agatur in caelo, quomodo impetrari possint desiderata: Dimitti vis, dimitte, ait. Quid enim habes quod deo praestes, a quo vis vt praestetur tibi? Nunquid iam Christus saluator in terra ambulat? Nunquid suscipit illum modo in domum gaudens Zachaeus? Nunquid ei hospitium & epulas praeparat Maria? Nihil horum indiget, ad dexteram patris sedet. Sed quando vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Hac est extensio manuum, sub qua defecit Amalech. Et erogas quidem pauperi, quando aliquid das esurienti: forte id quod dederis, minus habebis, sed in domo, no in caelo. Sed hic quoque in terra, quo iubente praestitisti, ipse supplet quod dedisti. De hac re cu loqueretur Apostolus, ait, Qui administrat semen seminanti, & panem in escam subministrabit. Operarius enim dei es, quando das egenti, feminas hyeme quod metas aestate. Quid ergo metuis infidelis, ne in hac magna domo tantus paterfamilias no pascat operarium suum? Erit & ibi quod sufficiat tibi. Dabit deus totum necessitati, no cupiditati. Operare ergo intrepidus, extende manus, deficiat Amalech. Sed hinc, vt dixi, aliquid in domo tua cu dederis vel minus vides: vides quod ibi videbas, no ibi vides cum dederis, donec iteru det deus. Dic mihi cum ignoscis de corde, quid perdis? Cum ignoscis ei qui peccat in te, quid minus habebis in corde tuo? Inde enim dimittis, sed nihil amittis: imo vero vnda quadam charitatis ibat in corde tuo, & tanquam de vena interiore manabat. Tenes odium contra fratrem, obturasti fontem. Non solum ergo nihil perdis cum ignoscis, sed abundantius irrigaberis. Charitas non angustatur. Ponis ibi lapidem offensionis, & tu tibi facis angustias. Vindicabo me, vlciscar me, ego illi ostendam, ego faciam, estuas, laboras. Cuilibet ignoscendo esse securu, securum viuere, securu orare. Nam ecce quid acturus es, oraturus es: Quid dicat? Quando hodie oraturus es, an no es oraturus ira & odio impletus? Vindictam minaris, non dimittis ex corde. Ecce M oras, ecce venit oradi hora, incipis verba illa vel audire vel dicere. Dictis & auditis superioribus, venturus es ad hunc versum: At si no venturus, quod iturus? Ne ignoscas inimico, deuiaabis a Christo. Plane si in oratione deuiaabis, vt noueris dicere, Dimitte nobis debita nostra: quare no potes dicere, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Ne tibi cito respondeatur: Sic dimitto quomodo & tu dimittis. Ergo quia hoc non potes dicere, & non vis dimittere, deuiaabis ab hoc versu, & praetermittere, & diceres quod sequitur, Ne nos patiaris induci in tentatione. Ibi te capiet creditor tuus, cuius quasi faciem deuiabas. Quomodo quisque in vico cum occurrerit ei cui aliquid debet, si ad manum est diuerticulum, dimittit quod ibat, & it per aliam partem, ne facie videat creditoris. Hoc tu in isto versu te fecisse arbitrat? es, deuiaasti dicere, Dimitte sicut ego dimisi, ne sic dimitteret, id est, non dimitteret, quia no dimittis, & noluisse dicere deuians facie creditoris. Que deuitas? quid deuitas? quod ibis, vbi tu esse possis, & ille non esse? Dicitur es, Quod abibo a spiritu tuo, & a facie tua quod fugiam? Si ascendero in caelum, tu illic es: si descendero in infer-

Exod. 17.

Galat. 6.

Psal. 93.

De poenitentia quotidiana vel quotidie necessaria. Cap. II.

Math. 6.

K

Luc. 19.

Luc. 10.

Math. 25.

L

2. Cor. 9.

Math. 6.

Psal. 118.

De poenitentia luctuosa pro mortaliibus. Cap. III.

Ioan. 11.

Math. 18.

**A** in infernum, ades: Quantum potest a Christo debitor fugere, quam vt eat in infernum? Adest & iste creditor. Et ibi quid facturus es nisi quod sequitur, Si assumpsero pennas meas in directum, & volauero in extrema maris, id est, spe mea finem seculi meditabor in praecipis tuis viam, duabus alis charitatis atollat. Imple ergo duas alas charitatis, Dilige proximum sicut teipsum, & non teneas odium vnde fugias creditorem. Restat poenitentiae tertium genus, vnde aliquid breuiter dicam, vt adiuuante domino proposita & promissa persoluamus. Est poenitentia grauior atque luctuosior, in qua proprie vocantur in Ecclesia poenitentes, remoti etiam a sacramentis altaris participandi, ne accipiendo indigne, iudicium sibi manducet & bibant. Illa vero poenitentia luctuosa est, graue vulnus est: adulterium forte commissum est, forte homicidium, forte aliquod sacrilegium. Grauis res, graue vulnus, letale, mortiferum: sed omnipotens medicus, iam post suggestionem facti, & delectationem, & consensionem, & preparationem, quasi quadriduanus mortuus putet, sed nec ipsum dominus defernit, sed clamauit, Lazare prodi foras. Cessit voci misericordiae moles sepulturae, cessit mors vitae, cessit infernus superno. Eleuatus est Lazarus, processit de tumulo, & ligatus erat, sicut sunt homines in confessione peccati agentes poenitentiam. Iam processerunt a morte, nam non confiterentur nisi procederent. Ipsum confiteri, ab occulto & a tenebroso procedere est. Sed quid ait dominus deus Ecclesiae suae: Quae solueritis in terra, soluta erunt & in caelo: Proinde Lazaro procedete, quia implet dominus misericordiae suae bonum, perducere ad confessionem mortuum latentem, putentem, iam caetera implet Ecclesiae ministeria: Soluite illum & finite abire. Sed charissimi, hoc genus poenitentiae nemo sibi proponat, ad hoc genus poenitentiae nemo se praeparat: tamen si forte contigerit, nemo desperet. Iudam traditorem non tam scelus quod commisit, quam indulgentiae desperatio fecit penitus interire. No erat dignus misericordia, ideo ei non fuit lumen in corde, vt ad eius indulgentiam concurreret quem tradiderat, sicut illi qui eum crucifixerat, sed desperando se occidit, & laqueo suspendit se, suffocauit se: Quod fecit in corpore suo, hoc factu est in anima ipsius. Spiritus enim dicitur etiam iste ventus aeris huius. Quomodo ergo qui sibi collum ligant inde se occidunt, quia non ad eos intrat C spiritus aeris huius: sic illi qui desperant de indulgentia dei, ipsa desperatione intus se suffocant, vt eos spiritus sanctus visitare non possit. Solent inde Christianis Paganis insultare de poenitentia quae instituta est in Ecclesia, & contra nonnullas haereses tenuit Ecclesia catholica istam veritatem de poenitentia agenda. Fuerunt enim qui dicerent, quibusdam peccatis non esse dandam poenitentiam, & exclusi sunt de Ecclesia, & haeretici facti sunt. In quibuscumque peccatis non perdit viscera pia mater Ecclesia. Ergo solent inde etiam Paganis quasi insultare nobis, nescientes quid loquantur, quia ad verbum dei, quod linguas infantium facit disertas, nondum peruenerunt: Vos, inquit, facitis vt peccet homines, cum illis promittitis veniam si egerint poenitentiam. Dissolutio est ista, non admonitio. In hanc sententiam exaggerant verba quanta quisque potest, lingua vel sonanti vel titubanti, non tacent: non tamen quando eis loquimur, & si vincantur, nobis consentiunt. Tamen quomodo vincantur, breuiter accipiat charitas vestra, quia domini misericordia totu optime constituit in Ecclesia sua. Dicunt nos dare peccatis licentiam, quia portum poenitentiae pollicemur.

**D** Si clauderetur aditus poenitentiae, nonne ille peccator tanto magis adderet peccata peccatis, quanto magis sibi desperaret ignosci? Diceret enim sibi: Ecce peccauit, ecce scelus admisi, iam mihi veniae nullus est locus, poenitentia infructuosa est, damnatus sum. Quare iam non viuo vt volo: Quia ibi non inuenio charitatem, hic saltem pacis cupiditatem. Quare enim me abstineam? Ibi enim mihi locus omnis clausus est, hic quicquid non fecero, perdo: quia alia vita quae post hanc futura est, non mihi dabitur. Quare ergo non seruiuo libidinibus meis, vt eas impleam & saturem, & faciam quicquid non licet, sed libet? Diceretur ei fortassis, sed miser capieris, accusaberis, torqueris, punieris. Sciunt ista homines mali ab hominibus dici, & inter homines seruare: attendit multos male & scelerate viuentes impunita habere peccata, occultare possunt, redimere quae occultare non possunt. Redimere vsque in senectutem vitam lasciuam, blasphemam, sacrilegam, perditam. Enumerant sibi, cur ille qui tanta fecit, no senex mortuus est? Nunquid attedis ideo illum peccatorem & sceleratum senem mortuum, vt ostenderet in illo deus patientiam, expectans poenitentiam? Vnde Apostolus dicit, Ignoras quia patientia dei ad poenitentiam te adducit? Ille autem secundum duritiam cordis sui & cor impoentens, thesaurizauit sibi iram in die irae & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet vnicuique secundum opera sua. Opus est ergo vt hic timor mentes possideat, opus est vt ille qui peccare non vult, praesente deum sibi cogitet, non in publico solu, sed etiam in domo: non in domo solu, sed in cubiculo, in nocte, in lecto suo, in corde suo. Ergo si tuleris portum poenitentiae, desperatione augebuntur peccata. Ecce nihil dicunt illi qui putant ideo augeri peccata, quia portum poenitentiae in Christiana fide proponitur. Quid ergo: deus ne per illam spem indulgentiae rursum auerentur peccata, no dehinc prouidere debuit? Quomodo enim prouidit ne sperando augeantur, sic prouidere debuit ne desperando augeantur. Quomodo enim reuera auget peccata qui desperauerit, sic potest auertere peccata & qui veniam sperauerit, vt dicat sibi, faciam quod volo: deus bonus est, quando me conuertero, ignoscet mihi. Ita plane dic tibi quando me conuertero, ignoscet mihi, si crastinus dies certus est tibi. Nonne ad hoc te admonet scriptura dicens, Ne tardes conuerti ad dominum, neque differas de die in diem, subito enim venit ira eius, & in tempore vindictae disperdet te? Ecce ad vtrumque vigilauit pro nobis prouidentia dei: ne desperando augeamus peccata propositus est poenitentiae portus: rursum ne sperando augeamus, datus est dies mortis incertus. Finis.

Roma. 2.

E


Ecclesia. ses. 5.

F

DE CONFLICTU VITIORVM & virtutum, Liber vnus.

Ceteris sanior, sed nihil habens Augustini.

Vetera exemplaria praeserunt titulum Leonis papae.



POSTOLICA vox clamat pro orbem, atque in prociuncta fidei positus, ne securitate torpeat, dicit, Omnes qui pie volut viuere in Christo Iesu, persecutionem patietur. Et ecce quia iam Christianitas in principibus iam religiofa, iamque fidelis est, defunt pie viuentibus in Christo Iesu vincula, verbera, flagra, eculei, carceres, cruces, & si qua sunt diuersa genera tormentorum. Quomodo ergo verum erit quod per apostolum

De coeliis multiplici. Caput. I.

2. Timo. 3.



**G** stolum sonuit, vt omnes pie viuentes persecutionem patiantur? An forte pacis tempore nemo vult pie viuere in Christo Iesu, & ideo desunt ista? Quis modo hoc vel desipiens dixerit? In hac ergo Apostoli sententia, non specialis quorundam, sed & generalis omnium persecutio debet intelligi. Et quidē sunt multi intra sinum matris ecclesie constituti, qui pie viuentes in Christo, cōtume- liis afficiuntur, opprobriis, iniuriis, derisionibusq; lacel- luntur: ista nec est illa generalis persecutio quam Apo- stolus omnes pie viuētes in Christo pati descripsit, cum sint quidam religiosi, quibus nemo prauorum audeat in faciem derogare. Alia ergo intelligenda est, quæ immā- nior & magis noxia est, quam nō mortalis t̄ intorquet seueritas, sed vitiorū gignit aduersitas. Dum enim cōtra humilitatem superbia, contra domini timorem inanis gloria, contra veram religionem simulatio, contra sub- iectionem pugnat contemptus, contra fraternam con- gratulationem inuidia, contra dilectionē odium, contra libertatem iustæ correptionis detractio, contra patien- tiam ira, cōtra mansuetudinem proteruita, contra satisf- actionem tumor, cōtra spiritale gaudium secularis vi- ta, contra virtutis exercitium torpor vel ignauia, contra firmam stabilitatem dissoluta vagatio, contra spei fidu- ciam desperatio, cōtra mundi contemptum cupiditas, contra misericordiam obduratio, contra innocentiam frigus & furtum, contra veritatem fallacia atq; menda- cium, contra ciborum parsimoniam ventris ingluuies, contra moderatum mœrorem inepta lētitia, cōtra dif- cretam taciturnitatem multiloquium, cōtra carnis in- tēgritatē immunditia atq; luxuria, contra cordis mū- ditiam spiritualis fornicatio, cōtra amorem patriæ cœ- lestis, appetitus huius seculi opponens semet immergit, quid aliud quā pie viuentium crudelis persecutio ad- uersus cōglobatas virtutū acies desēuit? O quā durus, o quā amarus est superbiæ congressus, quæ angelus de cœlo proiecit, homines de paradiso minauit, cuius ex- ercitus atq; armorum conflictus vitia sunt, quæ breuiter comprehēsa tetigimus. Sed videamus quemadmodum castra cœli & inferni dimicent, arma Christi & diaboli collisa t̄ decerent. **S**uperbia nanq; di. **M**ultis, imō penē omnibus melior es, verbo, scientia, diuitiis, hono- ribus, cunctisq; quæ carnalibus vel spiritualibus suppetūt charismatibus. Cunctos ergo despice, cunctis temetip- sum superiorē attende. **H**umilitas vera. **M**emento quia puluis es, quia cinis es, quia putredo & vermis es **I** quiq; & si aliquid es, nisi tantum te humiliter quantum magnus es, perdes omnino quod es. Nūquid tu altior es quā primus angelus? Nūquid tu splendidior in terra quā Lucifer in cœlo? Quod si ille de tanta sublimitate cecidit per superbiam, quomodo tu ad tantam sublimi- tatem superbiens de imis conscendes, qui illa quamdiu hic viuis cōditiōne teneris? De qua per quendam sapien- tem dicitur, Corpus quod corrūpitur aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitan- tē. Quā densissimis putamus in terra tenebris super- bia lutum inuolui, si potuit in cœlo stella quæ mane o- riebatur lucis suæ globos amittere? Audi ergo potius lu- cem veritatis dicentem, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. In quo autē esset se- quenda, alibi præmonuit dicēs, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Audi tumor superbiæ, audi dicentem ad hanc hu- militatis magistrum, Qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Et iterum, Super quē requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietū & tremētē

sermones meos? Audi etiā de illo quid Apostolus dicat, **K** qui te adhuc ad sectandam humilitatē inuitat, ait enim, Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualē deo, sed semetipsum exinaniuit, serui for- mam accipiens, in similitudinē hominum factus, & ha- bitu vt homo inuentus, humiliavit semetipsum, factus obediens vſq; ad mortem, mortem autē crucis. Si igitur tanta humilitate se deprimit diuina maiestas, superbire debet humana fragilitas? **I**nanis gloria dicit, Age bonum quod vales, ostēde cunctis bonum quod agis, vt bonus a cunctis dicaris, vt sanctus & venerabilis ab ho- minibus prædiceris, vt dei electus voceris, vt nemo te contemnat, nemo despiciat, sed vniuersi tibi debitū ho- norem persoluat. **D**omini timor. **S**i boni aliquid agis, non pro transitoriis, sed pro æternis honoribus id age. Occulta quod agis in quantum vales: quod si ex toto non vales, sit in animo occultandi voluntas, & non erit de ostentatione vlla temeritas, nec criminis erit aliquā- do manifestare, quod semper vis celatū habere. Sic has duas deniq; redemptoris sententias, sibiq; quasi contra- rias videberis adimplese, quibus dicitur, Te faciente e- leemosynā, nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, sed sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui vi- det in abscondito, reddet tibi, Vt videant opera bona ves- tra, & glorificēt patrem vestrum qui in cœlis est. Caue prorsus ne tibi illa sentētia conueniat, quæ de hypocri- tis dicitur: Omnia opera sua faciunt vt beatificentur ab hominibus: Amē dico vobis, receperunt mercedē suam ab hominibus, laudes quas amauerunt. Attende in cun- ctis quæ agis, ne elatione pulsatus cū his quidem qui de miraculorum signis gloriabantur, audias, Videbam sa- tanam sicut fulgur de cœlo cadentē. Timor domini glo- ria & gloriatio, & latitia, & corona exultationis. Timor domini delectabit cor, & dabit latitiam & gaudium in longitudine dierum. Timenti deum in extremis bene- erit, & in die defunctionis suæ benedicetur. Timor do- mini scientiæ religiositas, & religiositas custodiet & iu- stificabit cor, iucunditate atq; gaudium dabit. Plenitudo scientiæ timere deū, & plenitudo ad fructibus illius. Co- rona sapientiæ timor domini. Radix sapientiæ est timere deum: rami enim illius longæui. **S**imulatio veræ religionis di. **Q**uia nihil boni in abscondito facis, ne a cunctis cognitus detesteris, finge te foris esse quod intus non appetis. **R**eligio vera. **I**mō magis satage esse quod non es: nam ostendere te hominibus quod nō es, quid aliud q̄ damnatio est? Memor esto igitur quod di- citur, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mū- datis quod deforis est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditiis. Pharisæe cæce, mūda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat id quod foris est mundum. Itemq; illud quod inculcando repe- titur, Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris apparent homi- nibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorū & omni spurcitia: sic & vos, foris apparetis hominibus iusti, intus autem pleni estis hypocriſi & iniquitate. Nec non & illud quod de talibus legitur scriptum, Veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autē sunt lupi rapaces. **I**nobediencia di. **Q**uis tu es vt peioribus obtemperes, deterioribus famulatum exhibeas: te magis quā illos decuerat imperare, qui tibi non possunt in genio vel industria coæquare? Obtempera igitur magis domini imperio, & nō sit tibi cura de aliquo. **L**beata subiectio. **S**i domini obtemperandum est imperio, humano subdi necesse est magisterio. Ipse enim dixit, Qui

Philip. 2.

De inani gloria contem- nenda, Cap. III.

Math. 6.

Luc. 16.

Ecclesi. 1.

De vera iu- sticia contra pharisæicam religionem, Cap. III.

Math. 23.

Math. 7.

De humili & spontanea subiectione cuiuscunque sa- periori contra elationē, Cap. V.

Luc. 10. Roma. 13.

Math. 20. Luc. 22.

Math. 23.

De excellen- tia inter a- lios nō am- biēda cōtra inuidiam, Caput. VI.

Sapient. 2.

De dilectio- ne inimicorū cōtra odiū, Caput. VII.

Math. 5.

Roma. 12.

Proverb. 25.

1. Ioan. 3.

1. Ioan. 2.

Math. 5.

1. Ioan. 4. Roma. 5.

Proverb. 10. & 1. Petri. 4.

**A** Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit. Ita, inquis, oportet. Sed si talis qui imperat esset qualis debet esse, nō talis est per quē imperat deus. Sed Aposto- lus cōtra ait, Non est potestas nisi a deo: Quæ autē a deo sunt, ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati, dei ordi- nationi resistit. Quales enim esse debeant hi qui impe- rant, non est a subditis discutiendū. Et quidē prius eccle- siæ pastoribus dñs dicit, Scitis quia reges gentiū domi- nantur eorū, & qui potestate exercent, inter eos benefici vocātur, Vos autē nō sic, sed qui vult in vobis maior ef- se, erit omnū seruus. Sicut filius hominis non venit mi- nistrari, sed ministrare, & animā suam dare pro multis in redēptionē. Sed tamen quia non omnes tales futuros præmonuit dicēs, Super cathedrā Moysi sederunt scribæ & pharisæi, quæ dicunt vobis, facite: quæ autē faciunt, fa- cere nolite. Imponūt enim humeris hominū onera gra- uia & importabilia, digito autem suo nolūt mouere ea. **I**nuidia di. **I**n quo illo vel illo minor es? Cur ergo eis vel æqualis vel superior nō es? Quāta vales ipse quæ ipsi non valēt? Non ergo tibi aut superiores aut æquales esse debent. **C**ongratulatio fraterni profectus. **S**i ceteros virtutibus antecellis, tutius in loco infirmo q̄ in summo temetipsum cōseruas. Semper enim de alto pe- ior fit ruina. Quod si tibi, vt asseris, quidā superiores vel æquales sunt, quid te lædit, quid te nocet? Caue prorsus ne dū alij locū celsitudinis inuides, illū imiteris, de quo scriptū retines, Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū, Inuitantur autem illum, qui sunt ex parte illius. **L**odiū di. **A**bsit vt illū ames, quē in omnibus cōtra- rium habes, qui tibi derogat, qui tibi insultat, qui te in- iuriis exasperat, qui tibi peccata tua impropere, qui te dicitis, operibus, honoribus semper præire festinat, nisi enim tibi inuideret, nequaq; se tibi ita præferret. **V**era charitas. **N**unquid quia hæc quæ narras odio habēda sunt in homine, propterea nō est amanda dei imago in homine? Sicut Christus qui in cruce positus, inimicos suos dilexit, & ante crucis tormēta admonuit dicēs, Di- ligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderūt, & orate pro persequētibus & calūniātibus vos, vt sitis filij patris vestri, qui in cœlis est. Et sicut per Apostolū & Sa- lomōnē dicitur, Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, pota illum, hoc enim faciens carbones ignis cōge- res super caput eius. Cui sententiæ idem Apostolus ex proprio subiunxit dicens, Noli vinci a malo, sed vince in bono malo. Quo cōtra de his qui fratres odisse noscū- tur, per Ioannē dicitur, Qui odit fratrem suum, homicida est. Et scitis, quia omnis homicida non habet vitā in se- metipso æternam manētē. Et rursum, Qui odit fratrem suum, in tenebris ambulat, & in tenebris est vſq; adhuc, & nescit quō eat, quoniam tenebræ obcæuerūt oculos suos. At inquis, Sufficit mihi quod amantes me diligo. Sed dominus contrā, Si enim diligitis eos qui vos dili- gunt, quā mercedē habebitis? Nōne & publicani hoc faciunt? Quid tu quoq; ad hoc obijcere vales? Certe qui odit fratrem suum, manet in morte: & qui diligit, in deo manet, & deus in eo. Omnem ergo amaritudinem fellis euome, & quoquo pacto valueris, charitatis dulcedinem sume. Nihil enim suauius, nihil illa beatius. Ioānes Euā- gelista hoc affirmans ait, Deus charitas est. Et egregius prædicator Paulus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. Vnde nec immerito delictorū facinora tegere dicitur, sicut scriptū est, Vniuersa delicta operit charitas. **D**etractio di. **Q**uis potest sustinere, quis silentio tegere, quāta ille pra-

ua cōmittit, nisi forte qui cōsentit? **L**ibertatis iustæ cōr- reptionis. **N**ec tacenda sunt mala proximi, nec cōsen- tiēda, sed charitate fraternā in facie proximi est redar- guendus, nō autē occulte detrahēdus. Quod si obicitur, idcirco fratrē corā oculis increpare nolle, ne exaspera- tus increpatione non proficiat, sed magis ex correptione scādaliū sumat, occurrat scriptura diuina, & verba vice hoc magis scādaliū esse denunciat, dicēs, Sedens aduer- sus fratrem tuū loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas detractiōnē. Maius enim scādulum sumit, qui se detrahentē intelligit, q̄ qui corripitē sustinet. Et quia nonnunq; errata delinquentiū ad tempus silentio tēgē- da sunt, vt aptiori tempore corrigantur, propterea sub- iungitur, Hæc fecisti, & tacui. Ne autē ex hoc discreto si- lentio detractores sibi applaudent, qui dū semper oc- culte derogare malūt, nunq; in apertā increpationē pro- siliunt, adhuc subinfertur, Existimasti inique, q̄ ero tui similis: ac si diceret, Iniquū est cogitare vt inde detractō- ri similis appareat, vnde ad tempus reticēs nec derogās, locū apte correptionis expecto. **V**nde & protin⁹ subdit, Arguā te, & statuā te contra faciē tuā: veluti diceretur, Nō occulte, vt est tua cōsuetudo, sed in aperto, vt est mea sollicitudo, aptū corrigendi tempus expectans, peccatorē arguā, vt eius delicta cōtra faciē eius statuam. At inquis, Nō odio, sed amo, quē ita in absconditis diuicās repre- hendo: imō magis hinc odis & nō diligis, vnde detra- his & nō corripis. Quā sit autem detestāda detractio proximi, pleriq; in locis diuina eloquia testantur, vt est illud, Detrahentē aduersus proximum suum occulte, hunc persequebar. Et iterū, Qui detrahit fratri, detrahit legi. Et illud, Qui detrahit fratri, eradicabit. Necnon & illud Apostoli, Videte ne dū inuicē mordetis, ab inuicē cōsu- mamini. **I**lla di. **Q**uæ erga te aguntur, hæc æquani- miter ferri non possunt, imō tolerare peccatū est: quia si non eis cū magna exasperatione resistitur, contra te de- incipit sine mētura cumulatur. **P**atientia. **S**i pas- sio redēptoris ad mentē reducitur, nihil tam durū quod non æquo animo toleretur. Christus enim, ait Petrus, passus est pro nobis, nobis relinquēs exemplū, vt sequa- mur vestigia eius. Ipse enim dicit, Si patrefamilias Beel- zebub vocauerūt, quanto magis domesticos eius. Si me persecuti sunt, & vos persequentur. Sed quanta sunt in cōparatione passionum eius, quæ patimur? Ille enim op- probria, irrationes, contumelias, alapas, spina, flagella, spi- neā coronā, crucemq; sustinuit, & nos miseri ad nostrā cōfutionem vno sermone fatigamur, vno verbo deici- mur. Et quid agimus de eo quod dicitur, Si non cōpati- mur, non conregnabimus? Quapropter retundēdi sunt ire stimuli & eius metuenda dānatio. Vnde scriptū legi- mus, Qui irascitur fratri suo, reus est iudicio: Qui autē dixerit fratri suo racha, reus erit concilio: Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Vbi tamen reme- dium inuenitur, cum subinfertur, Si offers munus tuum ante altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, remitte ibi munus tuum ante alta- re, & vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc veni offerre munus tuum: ac si aperte diceretur, ne in corde taci- tam precē effundas, nisi prius offensum proximū satisf- aciendo ad lenitatis mansuetudinem perducas, Munus enim nostrū est oratio nostra, altare vero cor nostrū est. Ille enim qui hoc facere, quoties inter duos ira sine cau- sa fuerit excitata, studuerit, præmissam damnationē ne- quaq; incurrit. Sed sūt multi qui petēt sibi veniā delicta non remittant, contra quos illa sententia domini venit qua dicitur, Si nō remiseritis hominib⁹ peccata eorū de

De corre- ctione fra- ternā sine detractiōne Caput. VIII

Psal. 49.

E

Psal. 100. Iacobi. 4.

Galat. 5. De æquan- imi indulgē- tiā in fratē molestiam cōtra exaspe- rationem, Caput. IX. 1. Petri. 2.

Math. 10. Ioan. 15.

F

2. Timo. 2.

Math. 5.

Math. 6.

f alius, ma- terialis.

† confilia. De humili sentire de seipso cōtra suggestiones superbiæ. Caput. II. Gene. 3. Iob. 25.

Ecclesiastici

Sapient. 9.

Ioan. 8.

Math. 17.

Luc. 14. Esai. 66.



**G** verū est, Ne enim homo fame moreretur, omnia ad eū deus creauit: sed ne mensuram comedendi excederet, & abstinentiā imperauit. Nam inter cetera sua mala, saturitate panis maxime Sodoma perit, domino attestante, qui ad Hierusalē per Prophetam loquitur dicens, Hac est iniquitas fororis tuæ Sodoma, saturitas panis. Quapropter sicut ager ad medicinā, sic ad sumendas dapes debet quisq; accedere, nequaquā videlicet in illis voluptatem appetēs, sed necessitati succurrens. Hinc veritas per Euangelium dicit, Attendite ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate. Quo cōtra de insatiabili Iudæorum voracitate Apostolus dicit, Multi ambulat, quos sape dicebā vobis: nunc autē & flens dico, inimicos crucis Christi, quorū finis interitus, quorum deus vester est, & gloria in pudendis eorū, qui terrena sapiunt. Et rursum, Esca ventri, & venter escis, deus autem hunc & has destruet. Ille autē plene hoc vitium superat, qui in sumēdis dapibus non solum parsimoniā, vt scilicet refectiōnem semper esuriens imperet, verum etiā accuratiorē & suauiores epulas, excepta corporis infirmitate, & hospitū susceptiōne contēnit. Inepta latitia di. Vt quid animi gaudiū intus abscondis? Egredere in publicū latus, dic aliquid foris vnde vel tu vel proximi rideāt, fac eos latus tua latitia. Moderatus moror. Vnde tibi inest tanta latitia? Nūquid iam diabolus vicisti? Nūquid iam inferni pœnas euasisti? Nūquid iam de exilio ad patriam venisti? Nūquid iam de tua electione securitatē accepisti? An forte in obliuionem venit quod dominus dixit, Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. An forte memoriā excessit quod idem alibi dicit, Vx vobis qui nunc rideatis, quia plorabitis & flebitis. Quod quidē per Salomonē dicitur, Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et e contra per Euangelij, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Rursum per Salomonē, Nescit homo vitū amore, an odio dignus sit, sed oia in futurū reseruat incerta. Cōprime ergo inanē latitiā, qui necdum euasisti pœnalē erumpnam. Nōne apud omnes infanus iudicatur is, qui tenebris reclusus carceris gaude-re conatur? Multi loquū di. Non ille reus tenebitur, qui plura quidē, sed bona loqui, sed ille qui saltem rara, sed mala dicere probatur. Discreta taciturnitas. Verum est quod dicit, sed dum multa bona proferri videntur, sape cōtigit vt à bonis locutio inchoata, ad ali-quod prauum deriuetur. Hoc ipsum sancta scriptura denūciat, quare, In multiloquio, inquit, peccatū non deerit. An forte inter innumera verba declinantur criminosa? Sed nunquid declinari poterunt inutilia atq; ociosa, de quibus utiq; ratio in futurū erit reddenda? Tenendus est ergo modus in loquēdo, & ab ipsis nonnunquam vitibus verbis parcendū, sicut Psalmista legitur fecisse. Dicit enim, Humiliatus sum & silui à bonis. Immūditia di. Non est grande facinus sine cōcubitu maris & fœminæ, vel propriis, vel alterius inquinari manibus. Integritas carnis. Nō sic ait Apostolus, Quid ergo ait? Neque immundi, inquit, regnum dei possidebunt. Luxuria di. Cur te in voluptate tua nō dilatas modo, cum quid te sequatur ignoras? Acceptū ergo tempus in desiderijs perdere non debes, quia cito pertranseat, nescis. Si enim miseris deus hominē involuptate coitus nollit, in ipso humani generis exordio masculū & fœminā non fecisset. Castitas illibata. Nolo vt ignorare te fingas, quid post hęc vitam recipias. Si enim pie & caste vixeris, sine fine gaudebis: si vero impie & luxuriose, æternis incendijs subiacebis. Inde autē castius ma-

gis debes viuere, vnde quāam citius tēpus acceptum per-trāseat ignorare te dicit. Quod quia in exordio generis humani ad hoc masculū & fœminam deū create profiteris, vt mutuis se amplexibus miscere deberent, omnino verissime dicit. Sed quia nubedi licentiā quibusdam tribuitur, hoc est, qui virginalem, vel viduāle castimoniam nequaquam profelli sunt: quibusdā autē nō tribuitur, id est, qui virgines vel continentes esse decreuerūt: fornicatio vero nulli impune cōceditur. Non attendis, aut contemnendum putas, quod Apostolus iubens dicit, Fugite fornicationem: omne enim peccatum quocūq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Quod si hoc paruipendendū existi-mas, audi quid postea in sempiternum gemas & deploras, Neque adulteri, inquit, neq; fornicarij, neq; masculo-rū cōcubitores regnū dei possidebunt. O quāam parua est cōcubitus hora qua perditur vita æterna. Quod ergo emolumentū asserit corpori, quōdve tribuit lucrū, quod tam cito ducit animā ad tartarū? Spiritualis fornicatio di. Nunquid damnādū aliquid agit is, qui in corde libidini consentit, & ad opus cōcupitæ libidinis non pertransit? Mūditiā cordis. Ommino delinquit, qui castimoniā animæ nō custodit. Vnde & author munditi-æ in Euangelio dicit, Qui viderit mulierē ad cōcupi-scendū eā, iam mœchatus est eam in corde suo. Quo cōtra per beatum Iob dicitur, Pepigi fœdus cū oculis meis, vt ne cogitarem quidē de virgine. Quam enim partem in me haberet deus desuper, & hereditatem omnipotēs deus in excelsis. Nisi enim authori nostro cogitatio praui cōsensūs displiceret, nequaquam per Esaiam diceret, Auferte malū cogitationū vestrarū, & cetera. Et in Euā-gelio, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Sed nec Paulus Apostolus diceret, Cogitationū inter se inuicem acculantū, aut etiam defendentiū, in die quo iudicabit deus occulta cordiū hominū secundum Euangelij meū per Iesum Christū. Amor seculi di. Quid pulchrius, quid honestius, quidve potest esse delectabilius q̄ quod in presenti vita quotidie cernimus? O quāam mirabilis cœli camera in aère iucundo, in lumine solis, in augmē-to luæ atq; defectū, in varietate stellarū & cursū, quāam oblectabilis terra in nemorum floribus, in fructū suauitatis, in pratorū riuulorumq; amœnitatis, in se-getum culmis luxuriantibus, in vinearum vitibus & bo-trionibus plenis palmitibus, in sylvarum vmbris & planis exitibus, in equorum & canum cursibus, in certiorū & caprarū saltibus, in accipitrū volatibus, in pannonū, col-lumbarum, turturumq; pennis & collis, in domorū pi-ctis muris & laquearibus, in organorum omniumq; mu-sicorum tinnulis cantibus, in mulierum venustis aspe-ctibus, earumq; supercilijs, & crinibus, & oculis, & ge-nis, gutture & labijs, naso & manibus, atque extrinsecus adhibitis auro & gemis, distinctis monilibus, & si qua sunt alia quæ modo non recolat sensus. Amor patrię cœlestis. Si te ista delectant, quæ sub cœlos sunt? Si carcer ita pulcher est, patria, ciuitas & domus qualis est? Si talia sunt quæ colunt peregrini, qualia sunt quæ possi-dent filij? Si mortales & miseri in hac vita taliter sunt remunerati, immortales & beati qualiter sunt in illa vi-ta ditati? Quapropter recedat amor presentis seculi, in quo sic nullus nascitur, vt non moriatur, & succedat a-mor futuri seculi, in quo sic oēs viuificatur, vt nō deinceps moriant. Vbi nulla aduersitas turbat, nulla necessi-tas angustat, nulla molestia inquietat, sed perennis lætitia regnat. Si quaris quid ibi sit, vbi talis & tanta beatitudo p̄sistit? Aliter dici nō p̄t, nisi quicquid boni est, ibi est: & quicquid

**K** De munditia cordis cōtra spiritalē fornicationem contēditur. Cap. XXV. Matth. 5. Iob. 31. Esaię. 1. Matth. 9. Roma. 2. De amore cœlestis patrię amorē seculi continente. Ca. XXVI.

Ezechie. 16. Lucę. 21. Philip. 3. 1. Corin. 6. De morum grauitate cōtra inceptam lætitiā. Cap. XXI. Ioan. 16. Lucę. 6. Prouerb. 14. Matth. 5. Ecclesiastes 9. De prouida taciturnitate cōtra multiloquium. Cap. XXII. Prouerb. 10. Matth. 12. Psal. 38. De carnis integritate cōtra immūditiam. Cap. XXIII. 1. Corin. 6. De illibata castitate seruanda cōtra luxuriam. Ca. XXIII

**A** quicquid mali est, ibi nūquā est, Quod inquis, illud bonū est? Quid me interrogas? A Propheta & Apostolo definitum est, Quod oculus, inquit, non vidit, & auris nō audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ preparauit deus diligentibus eum. Ad hanc felicitatē multis seculi diuinitis constipatus Dauid anhelabat cū diceret, Quid enim mihi est in cœlo, & a te quid volui super terram? Dulcis regalibus dapibus abundans dicebat, Satiabor cum manifestabitur gloria tua. Et rursum, Sitiuit anima mea ad deum fontē viuū, quando veniā & apparebo ante faciē dei. Rursumq; Heu me quia incolatus meus prolōgatus est. Hinc & Paulus ait, Cupio dissolui & esse cum Christo: multo enim melius. His itaq; decursis, quanquam multa præter miseriam, tamē vt mihi videtur, hostis nostri fortia castra monstraui, quibus modis pie viuētes in Christo Iesu nō desinit impugnare. Sed necdū his contentus diabolus ad alia conuertitur argumenta, dū quibusdam in somnis sapius vera pronunciat, vt eos quandoq; ad falsitatem pertrahat, dū dormietes ante horam vel ipse excuscitat, vt eos vigiliarum tēpore, grauissimo somno deprimat, cū psallētes atq; orātes sibi, vel fridoribus atq; lacratibus diuersis & incognitis vocibus, iactis etiā lapidibus vel stercorebus perturbat, vt eos quoquo pacto à spiritali opere retrahens, inane efficiat. Tu autē homo dei, vigilanti studio attende quæ dico, & mihi magis adhuc stupenda narranti fidem præbeto. Cuiusdam relatione, nuper cognoui quod dico. Vir quidā religioſus atq; in monachico habitu constitutus, nostro nunc tempore antiqui hostis est inaudita tentatione pulsatus: ita vt idem malignus spiritus vestimentorum eius particulas extra illum etiā incompositas immunda colluuiōne crebrius fœdaret. Quæ intātum erat horrēda, fœtida, & noxia, vt pars vestium, quam tetigisset, nulli deinceps esset vni apta, quāquam fuisset abluta. De quo cum interrogatus fuisset, cur omnipotens deus talem versuto serpenti potestātē in eum dederit, respondi, vt cordis eius immunditiam foris ostenderet, quod nunq̄ in exteriori habitu fecisset, nisi interiorē omnino corripisset, scilicet aut infidelitate & blasphemia, aut certe inani & vana gloria. Sanies quippe in corde, foras per vestimenta manauit. Quem, quia longe positus erat, ego quidem non vidi, sed tamen, vt arbitror, hæc in illo vere præuidi. Quod si non est ita, nunquid tamen factum putatur sine causa? Est propterea gestū, vt in eo munditiā cordis fœditas illa seruaret, ne hæc callidus hostis inanis glorię macula fœdaret, sicuti Paulus ne de magnitudine reuelationū tumeret stimulū carnis accepit. Sit itaq; horum quodlibet. Aut certe si non fuerit, nunquid tamen quod extremum positurus sum verū non erit? Verū est omnino, verum est quod dico, nō esse colluuiōnem illam extrinsecus animæ noxiam, si ipsa seruare studuerit intus cordis munditiam. Interea, sicut tu ipse indicare curasti, audio quosdā apud vos dicere, non posse aliquem in patria suæ natiuitatis perfectum esse: illud in argumentum assumētes quod dominus dixit, Nemo Propheta acceptus est in patria sua. Quos prima oportet ratione veritatis refelli, & sic demū qualiter intelligenda sit prolata sententiā demonstrari. Audiant igitur patienter qui hæc dicunt, quia dū sensum sacrę scripturę prudenter non cōsiderant, penē omnes sanctos cōtemnunt. Si enim ita est vt asserunt: ergo quotquot ex Romanis conuersi, apud Romanos degunt: quotquot ex Græcis, apud Græcos: quotquot ex Italis, apud Italos: quotquot ex Hiberis, apud Hiberos: quotquot ex Germanicis, apud Germanicos: quotquot ex

Aquitanicis, apud Aquitanicos: quotquot ex Britannicis, apud Britannicos: quotquot ex Anglis, apud Anglos religioſe viuunt, imperfecti erunt. Ecce Paulus & Antonius ex Thebæis, apud Thebæos perfecti sunt: ecce Hilariō ex Palestinis, apud Palestinos perfectus est: ecce Macharius ex Aegyptijs, apud Aegyptios perfectus est: ecce Oxirincus ciuitas, ex propriis ciuitas tota perfecta est: ecce vt ad vicinos nostros veniamus, Prothasius & Gervasius in propria hac Mediolanensī ciuitate, propriāq; domo manentes, ac per decem annos monachorum vitam exercentes: ita perfecti sunt, vt martyres fierent. An forte sola vestra prouincia extra hanc regulam erit excepta, vt non de propriis, sed tantum de extremis habeat monachos? Satagēdum igitur magis est, vt vbi quis fuerit iuxta perfectorum regulam viuat, non parentum, non propinquorum, non affinium illecebris, à via perfectionis declinet. Sic certe iuxta saluatoris sententiam, patri matrisq; fratribus, fororibus, vxoribus, filiis, domibus, agris, & cunctis quæ possidet renunciare valebit. Hoc autē dico non quod successores, qui de regno ad regnū, de publico ad eremum transeunt, summa laude non ducam, sed quod illos etiam qui magis affectibus patriam fugiunt quām gressibus felices atq; perfectos ostendā, Obsecro itaq; illos, qui hæc apud vos fieri posse denegant, vt vigilanti studio considerēt, cur non dixerit dominus, nemo Propheta perfectus est in patria sua. Sed vbi quid aliud intelligendum est, nisi quia non acceptū dixit nequaquam receptum: quodq; de antiquis Prophetis, & seipso dictum intelligi voluit, qui apud incredulos Iudæos non fuerunt accepti, sed magis spreti, Stephano ad eos dicente, Quem Prophetarum non sunt persecuti patres vestri, qui prænucciabant de aduentu iusti, cuius vos nunc homicidæ & proditores fuistis: Quis autē non videat quantā temeritatis, quantaq; sit præsumptionis, aliquem sibi Prophetæ nomen assumere? Tu igitur cum charitatis affectione tales redargue, & iuxta regulam patrum viuere semper stude, maxime autem sancti & confessoris Benedicti. Non declines ab ea quoquam, nec illi addas quippiam nec minuas. Totum enim quod sufficit habet, & nusquam minus habet: cuius verba atq; imperia, sectatores suos perducunt ad cœli palatia. Ecce frater charissime, inter ceteras meas occupationes, hunc tibi sermonem nocturnis horis, licet inculta venustate dictaui atque conscripsi: quem quia epistolarem modum transire cognoui, libellum potius de conflictu vitiōrum atq; virtutū nūcupare malui, in quo si ædificationis aliquid repereris, hunc legendum & alijs tradere debes.

DE QUATVOR VIRTVTIBVS CHARITATIS TRACTATVS.

Non est Augustini.



**D**esiderium charitatis vestræ à nobis exigit debitū sermonis officium, sed tāta sunt quæ terrent & reuocant animum nostrum, vt si velimus parere desiderio vestro, non sit sine periculo nostro. Primum, q̄ iuuenis loqui cogor presentibus se-nibus: deinde temerarium esse arbitror, loqui velle imperitiam inter eos, quos roborauit antiqua doctrina. Optabam ergo silētio præterire, & illum locum tutissimū eligere, audire potius quāam aliquid dicere. Sed quid facio? Instat vester amor, reuocat noster pudor, cogit

Caput XXVIII.



**G** sanctorum patrū iussio, à quibus si velim obsecrans veniam petere dicens, Ignoscite patres, ignoscite, parcite nostræ verecundiæ, parcite nostræ atati, maxime cū recolam vobis fuisse præceptum, Loquimini seniores, decet enim vos. Ipsi sancta charitate qua prævalent, respondebunt mihi, Loquere iuuenis, delectat enim nos. Quibus si reperam, Sancti patres quid loquar? Rursum mihi respondebit, Quod à nobis saepe audisti, Memento fili, quia ab infántia sacras literas didicisti. Sed nec sic vobis excusatus esse potero, quorum corda ita ista me sua voce pulsabant, Quid metuis proferre verbum? Si atas renocat? Paulus Timotheo iuueni præcipiebat dicens, Nemo adolefcentiam tuam conténat, prædica verbū. Si sermo deest, pete & accipies. Non enim vos estis qui loquimini: sed quod donatur vobis, hoc ministratis nobis. His coarctatus angustiis, quò me conferam, nisi ad sancta vestigia charitatis, eamq; deprecor vt donet mihi aliquid dignum de se dicere, quo & meum supplèa ministerium, & vestro satisfaciā desiderio. Inter cæteras virtutes eius, quas cõmemorat Apostolus Paulus, quòd charitas non æmulatur, non agit perperā, non iritatur, non inflatur, non cogitat malū, & cætera: in vltimo quatuor eius virtutes breuiter cõprehendit dicens, Omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet, charitas nunquam excidit. Ex his igitur quatuor virtutibus sanctæ charitatis loqui conuenit sanctitati vestræ, delectatq; primitus intueri, quemadmodum velut quatuor cardines orbis continens, totum possederit mundū. Requiramus igitur, si placet, aliquorum exempla sanctorū, eorū scilicet qui his virtutibus sanctæ charitatis possessi sunt, & eis singulis ita singula tribuamus, vt omnes in omnibus esse noscamus. Quoniam omnis qui pie tolerat, recte credit: & omnis qui recte credit, aliquid sperat: & qui sperat, sustinet ne ab spe cadat. Sed iam qui nā isti sint videamus, quorum fidem inquantū desuper adiuuamur, assequi valeamus. Virtus charitatis quæ omnia tolerat, emittit in sancto Noë, quæ omnia credit in sancto Abraham, quæ omnia sperat in patribus nostris, id est, in populo Israël: vnde ipse noster exortus est dominus, quæ omnia sustinet in ipso capite nostro domino nostro Iesu Christo, qui est vera charitas, quæ nunq; cadit. Nec cæteros sanctos ab his virtutibus vestra charitas deputet alienos, quos pro breuitate tēporis, & pro sermone suscepto, ita prætermisissos esse cognoscite, vt tamen certissime noueritis omnes esse in Christo, & in omnibus Christum. Sed iam videamus quemadmodū sanctus Noë possederit vel possessus sit virtute charitatis quæ omnia tolerat. Prædixit ei deus, quòd iniquitate hominum crescente, diluuiò perderet mundum. Statim ille admonitus confugit ad lignum, & post camporum amœnorū faciem, angustiis se reclusit arcæ, tolerat cæli fremitum, sonitum aquarum, fragorem nimborum. Et post ista omnia, qui solet gaudere consortio hominum, socius quodāmodo efficitur serpentium ac ferarum. Nec expauescit vir iste, q̄ cum eo sint feræ in arca: imò ibi agnoscit ordinem suum feritas, quia se cognouit humanitas: & iubenti homini obediunt, quia hominem superiori domino obedisse cognoscunt. Ostensum est in Noë, quid Adam præceptum contemnēdo perdidit, & demonstratum est, posse homines bestiis etiam dominari si subdantur obediētia creatori. Exspectat & tolerat sanctus iste finē diluuii, nec anteq̄ finiatur, causa ferarū arca relinquitur. Tolerat bonus mala, & donec in fine etiam corpore separentur, intus manens, corde non corpore separatur. Si qua es anima, quæ cupis possidere virtutem

charitatis, quæ omnia tolerat, relinque mundū, confuge ad crucis lignum, nō metuas procellas & turbines huius diluuii, nō mergeris, si ligno portaberis, nouit gubernare, qui dignatus est creare, tantum alit virtus charitatis, quæ omnia tolerat. Nulla res te ab arcæ soliditate euellat. Permane bonus, & tolera malos: melius enim est vt intus positus propter bonos tolere malos, quàm foras exiens & periens, & bonos relinques & malos. Si ergo sunt tecū feræ, id est, si sunt tecū in Ecclesia praua docentes, falsa sentiētes heretici vel schismatici, aut etiam ipsi mali catholici, more ferarū animas deuorare querentiū, tolerantur vsq; ad finem seculi, tanq̄ finē diluuii, rugiant licet, fremant dentibus, atq; ipsam arcā confringere conentur, non expauescas: finito diluuii, illas rapiet inanitas ac spinosa sylua, te fertilis suscipiet terra. Post finem seculi, impij rapiuntur ad tenebras exteriores, vbi est fletus & stridor dentiū, pios suscipiet terra viuentiū. Nam & ipse sanctus Noë post finem diluuii obtulit sacrificiū deo, sed de animalibus mundis, non de immūdis. Simul enim & munda & immūda animalia in arca natate potuerūt, sed mala ad sacrificiū dei non peruenerūt. Sed iā hinc aliquādo transeamus, vt cætera perscrutari valeamus. Procedat in medio sanctus ille Abraham, & suo nos doceat exemplo possidere virtutē charitatis, quæ omnia credit, qui nō est cunctatus ad vnā uocationē relinquere patriam, sedem, domū, familiā: omnia relinquuntur, vt domino præcipienti pareatur. Exi, inquit ei deus, de cognatione tua, & de domo tua, & veni in terrā quācūq; tibi ostendero. Nec apud se iste sanctus cogitauit aut dixit, Quò eam, cui me cõmittā, in quam terram vadā: sed statim atq; audit, surgit, currit, festinat, accelerat. Terram promissam nō videt, sed credēdo eam firmiter retinet, ambulat recto itinere, nec aberrantibus vestigiis alibi q̄ debuit declinauit: quia qui eum ad ignotam terrā mittebat, non dimittebat, nec eum ipse fessellit. Redditur merces credēti, ad terrā peruenit, dilatatur, multiplicatur, ex paupere efficitur diues, ex ignobili potēs, ditatur omnibus bonis. Et in illo impletur: quod dominus in Euāgelio suis discipulis promissit dicēs, Si quis dimiserit domū, aut agrum, aut parētes causa nominis mei in hac vita, cētuplū accipiet, & in futuro seculo vitā cõsequetur æternam. Cumulatur adhuc huius fidei merces, & feni promittitur filius. Adest virtus charitatis, quæ omnia credit, audit, exultat, amplius diligit, suscipit filiū ex cõiuge sterili, quā spe pariendi destituta sterilitas etasq; iam fecerat, atq; in illo benedictionem omnium gētiū promissam firmissime tenet. Sed adhuc eum charitas probat, probatumq; cõmendat, & quemadmodū nihil deo præferat, posteis mōstrat, Vocat eum dominus de cælo dicēs, Abraham Abraham. Et ille tāquam seruus obediēs, Ecce assum ait. Et dominus, Accipe filium tuū illū, quem diligis Isaac, & vade in terram excellam, & offeres eum holocaustū in vnum montium, quē tibi dixerō. Nec hac quidem iussione turbatur aut frangitur seruus fidelis, adest ei virtus charitatis, quæ omnia credit. Surgit, domū pergit, asinam sternit, ligna concidit, gladiū & ignem sumit, puerum simul adducit & pergit ad locum. Tunc intentus factus Isaac, patrem interrogat dicēs, Pater, ait. Et ille, Quid est fili? Et filius, Ecce ait, ignis & ligna, vbi est ovis quam immolaturus es ad holocaustum? Et pater respondit, Deus prouidebit sibi ouem ad sacrificiū fili mi. Magnum hic & grande video sacramentum. Aliud Abraham corde gestabat, aliud filio promittebat. Sed neq; quæ promittebat, filium fallabant: neque aliqua infirmitas cor eius à proposito immutauerat.

Prima virtus charitatis. Gen. 6. & 7.

Math. 2. Gen. 8.

Secūda charitatis virtus.

Gen. 12.

Gen. 13.

Math. 19. Marc. 10.

M Gen. 18.

Gen. 22.

**A** mutauerat. Quid pluribus? Pergit viam, videt locum de longe, & statuens pueros suos ibi, eis talia verba profert dicens, Sedete hic cum asina, ego autem & puer ibimus vsq; illuc, & cum adorauerimus, reuertemur ad vos. O sancte Abraham, quid est quod dicis, cum aliud tibi de puero agendum sit? Nunquid aut te, aut tuos fallis? Non, inquit, sed quod Prophetice vel dico vel gero, virtus charitatis in me manēs, quæ omnia credit, & facit & dicit. Audio enim eam sine strepitu vocis intus ad cor loquentem & dicentem mihi, Tu quidem licet resurrexerim credens, pleno & perfecto voto puerum ducas immolandum, filius tuus in isto sacrificio non crematur, quia resurrexerit filio dei seruatur. Merito huius viri fidem cõmemorans Iacobus Apostolus ait, Credidit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam, & amicus dei appellatus est. Amicos, vt nouimus, coniunctio animorū facit. Vnde quidam sapiens huius mundi ait, Idem velle atq; idem nolle, ea demum firma amicitia est. Ergo amicos, vt nouimus, coniunctio animorum facit. Quemadmodum iste sanctus animum coniunxit deo, vt ei⁹ amicus appellaretur, vultis nosse? Sicut enim de⁹ pater vnico suo filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: ita & iste vnico filio non pepercit, sed iubente vt immolaretur ei qui dederat eū, deuoto corde obtulit eum. Sed quæ sequuntur videamus. Delectat enim nos, adiuuante domino deo nostro, huius historię plenā vobis reddere notionem. Postquam relictis pueris, ad locū sacrificij pater cum filio venit, aram construit, ligna cõponit, manus filio ligat, imponit eum in aram supra ligna, deponit humana paternæ pietatis indicia, induit sacerdotis diram constātiā, educit gladium vt perimat filium. Quid videtis fratres charissimi? Nihil hic sentimus humanum, quia totum cognoscimus diuinum. Sed & ille filius qui paulo ante ouem requirebat, sub ingenti silentio talia fieri in se sentiebat: & ita patiens inuenitur, tanquam iam ille esset, qui sicut ovis ad immolandum ductus est, & tanquam agnus coram tondente se sine voce, sic non aperuit os suū. O & tu sancte Isaac, indica nobis silentij huius tam grande secretum. Paulo ante nihil in te fieri sentiebas, & à patre arietem requirebas, nunc autem manibus ligaris, in aram imponeris, ligno quodammodo suspēderis, & modo taces. Taceo, inquit, Dic quare obsecro, vt nouerimus. Vultis nosse ait, quare modo taceo? Quia figuram illius gesto, qui voluntate ponit animam suam, non necessitate. In hoc tam grandi mystico fidei sacramēto, & Abraham sanctus apparuit probatus, & filius in presenti est liberatus, in quo est Christus prænunciatus. Si qua es anima, quæ cupis sequi vestigia fidei patris nostri Abraham, exi de terra tua, & de cognatione tua, relinque populū tuū, & domum patris tui: id est, fideliter renuncia diabolo, pompis, & angelis eius, & sequere viam rectam, quæ te perducit ad terrā, in qua ditescas & emineas, & efficiaris socius Abraham. Sed cum ista feceris, si virtus charitatis, quæ omnia credit, est in te, adhuc tentabit te, & probatū coronabit te, & expetit à te sacrificiū dilecti tui. Quid à te expetit? Quod Abraham illi dictum est, Da mihi vnicum dilectum filium tuū: tibi dicit sapiētia, Da mihi fili cor tuū. Ipse est dilectus vnicus. Quid metuis offerre cor tuum? Offer sacrificiū contritionem cordis domino deo tuo, & dic ei cum Propheta, Holocaustis non delectaberis. Sacrificiū deo spiritus contribulatus, cor contritū & humiliatum deus non spernit. Nihil metuas tali sacrificio oblato, & tibi acceptum erit, & quod obtuleris integrum permanebit. Aliam virtutē charitatis, quæ omnia sperat,

Iacobi. 2.

Roma. 8.

Gen. 22.

Isa. 53.

Ioan. 10.

Gen. 12.

Gen. 22. Prouerb. 23.

Psal. 50.

Tertia virtus charitatis.

placet inspicere: hāc superius plebi Israël & patribus nostris assignasse cognoscimus. Eius namq; virtutis vox est in versu illo Prophetico, In te sperauerūt patres nostri, sperauerūt & liberafisti eos. Et ipsi ex Aegypto fugere iubentur, terra eis lac & mel fluens promittitur. Per mare rubrū transeunt, ad eremū veniunt, ducebat eos spes charitatis, vt discerēt deū amare gratis. Redditur & his merces fidei. Non enim potest non reddere qui se donando dignatur facere debitorē. Post eremū mella de petra suxerunt, panem cæli manducauerunt, non sunt priuati à desiderio suo. Quod sperauerunt, terram etiam promissionis acceperunt. Exurgit anima quæ huius charitatis virtute cõprehēsa est: estugiat ex Aegypto, id est, ex huius seculi desiderio: pergat ad mare rubrū, scilicet Christi baptisimū, ideo rubrū, quia Christi sanguine purpuratū. persequatur hostes, peccata cū suo authore diabolo, tanq̄ Aegyptij cum suo rege Pharaone, seuiant, sequantur fugientes. Quid metuis? Vsq; ad aquā, sãuiant. Ingredieris tu, ingredientur & illi post te, sed aqua cõuersa, illis erit in perniciē, tibi proficiet ad salutē: illos obruet, te abluet: illos dānabit, te liberabit. Post hac suscipies mel de petra, quo sitim tuā saties. Petra enim erat Christus, ex cuius præceptis tanq̄ ex fontibus dulcedinis satieris. Gustabis & panem illum, scilicet qui dixit, Ego sum panis vitus qui de cælo descēdi. Gustabis & videbis, quoniam suavis est dominus. Et si in te eminet virtus charitatis, quæ omnia sperat, per eremū te necesse est trāsire, id est, vtaris hoc mundo tanq̄ non vtēs: & in hac vita peregrinatus te noueris esse, si terrā promissionis cupis intrare. Hæc terra est, de qua Propheta cātat & dicit, Credo videre bona domini, in terra viuentiū, Vltima virtus charitatis restat, quæ omnia sustinet & nunquam cadit. Hæc ipsi capiti nostro domino Iesu Christo cõuenire nouimus. Ideo in vltimo, quoniam finis legis Christi est. Quarta autē ipse pro nobis sustinuit, puto charitatem vestrā ignorare non possit: tamen exinde aliquid dicam, si tamen de tanto aliquid digne dicā. Prius illud, q̄ deus homo, q̄ verbū caro factum est, q̄ multa bona fecit, & mala perpeffus est, q̄ mortuos sulcitant, & mortuus est, q̄ singularis illa patientia pertulit diabolū tentatorē, discipulū traditorē, quòd ipsum ludam priusquam ostēderet traditorē, pertulit furem, & ante experimentū vinculorum crucis ac mortis, labijs eius dolosis nō negauit osculum pacis. In ipsa autem morte quāta sustinuit: Pertulit odiorum flammās, ministras pessimi cordis linguas. Clamauerunt Iudæi, Crucifige, crucifige vt rei remanerent Iudæi, innocens ab eis crucifixus est filius dei. Ad crucem ducitur, expalmatur, qui est vera palma victorię. Spinis coronatur, qui spinas peccatorum venit confringere. Ligatur, qui soluit cõpeditos. Ligno suspenditur, qui erigit elisos. Aceto potatur fons vitæ, disciplina ceditur, salus vulneratur, vita moritur: occidit ad tēpus vitā mors, vt in perpetuum à vita occideretur mors. Quid hic Iudæi in hac morte Christi exultauerūt quasi victores, & cum terrenū & caducum regnū timuerunt perdere, regē cæli & terræ nō dubitauerunt occidere. Sed nec sicut putauerunt victores extiterunt. Si enim vicerunt, regnū quomodo perdidērunt? Quomodo nunc vsq; serui remāserunt? Ista nāq; causa est qua ab eis Christus occisus est. Dixerūt apud se principes Iudæorū, vt Euangelista narrat, Videtis, inquiunt, quia totus mundus post eum abiit, si dimiserimus eum viuere, venient Romani & tollent nobis locum & gentem. Et Christū occiderunt, locum & regnum gentemq; perdidērunt. Quid vobis profuit, o insani Iudæi, quòd tantum scelus

Psal. 11. Exod. 3. Exod. 14.

Exod. 16. Psal. 77.

E

1. Corin. 10.

Ioan. 6. Psal. 33.

2. Corin. 7.

Psal. 6.

4. virtus charitatis.

1. Corin. 13. Rom. 10.

Ioan. 11.

F. Luc. 22.

Ioan. 19.

Psal. 145.

Ioan. 11.

DE LAVDIBVS CHARITATIS TRACTATVS.

Non est Augustini.



**D**ivinarum scripturarum multiplicem abundantiam, latissimamque doctrinam, patres charissimi, sine vilo errore comprehendit, & sine vilo labore custodit, cuius copiam plenam est charitate, dicente Apostolo, Plenitudo autem legis est charitas. Et alio loco, Finis autem precepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Si ergo non vacat omnes paginas scripturarum reuoluere, tene charitatem, & in ea inuenies omnem scientiam. Quid est autem precepti finis, nisi precepti adimpletio? Quid est precepti adimpletio, nisi legis plenitudo? Quod ergo ibi dixit, Plenitudo legis est charitas: hoc etiam hic dixit, Finis precepti est charitas. Nec dubitari vilo modo potest, quod templum dei sit homo, in quo habitat charitas. Respice ad munera Ecclesie, & vniuersis excellentius charitatis munus cognosces, quae, ut oleum, non potest premi in imo, sed semper superbullit. Dilige, & fac quod vis. Charitas causa est & mater omnium virtutum, quae si desit, frustra habentur caetera: si autem assit, habentur omnia. Omnia sunt familia charitatis. Mandatum dei non habet graue. Quomodo enim est graue, cum sit dilectionis mandatum? Aut enim quis non diligit, & iam graue est, aut diligit, & graue esse non potest. Dicit enim & Ioanes, Deus charitas est. Haec autem dicentes Apostoli, & nobis praecellentiam charitatis commendantes, non vtiq; aliud nisi quod comederant, ructare potuerunt. Ipse quidem dominus pascens eos verbo salutis, verbo charitatis, quod est ipse panis viuus qui de caelo descendit, Mandatum, inquit, nouum do vobis, ut vos inuicem diligatis sicut dilexi vos. Et iterum: In hoc scient omnes quia discipuli mei estis, si vos inuicem dilexeritis. Ille ergo qui venit per crucis irrisione, carnis perimere corruptionem, & vetustatem vinculi mortis nostrae, suae mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fecit hominem nouum. Res enim vetus erat, ut homo moreretur: quod ne semper valeret in homine, res noua facta est, ut deus moreretur. Sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate, per sempiternam vitam diuinitatis, non permisit esse sempiternum interitum carnis. Itaque sicut dicit Apostolus, Christus mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Qui ergo contra mortis vetustatem attulit vitae nouitatem, ipse contra vetus peccatum opposuit nouum mandatum. Quapropter quisquis vetus peccatum vis extinguere, mandato nouo extingue cupiditatem, & amplectere charitatem. Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, ita & radix omnium bonorum est charitas. Totam magnitudinem diuinorum eloquiorum & latitudinem secura possidet charitas, quae deum proximumque diligimus. Docet enim nos coelestis vnus magister, & dicit, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: & diliges proximum tuum tanquam teipsum. In his duobus preceptis tota lex pendet & Propheta. Si ergo non vacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia inuolucra sermonum euoluere, omnia scripturarum secreta penetrare, tene charitatem, ibi pendent omnia: ita tenebis

Charitatis descriptio.

**A**nebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nodum didicisti. Si enim nostri charitatem, aliquid nostri vnde & illud pedet quod forte non nostri. Et in eo quod in scripturis intelligis, charitas patet: in eo quod non intelligis, charitas latet. Ille itaque tenet & quod patet & quod latet in diuinis sermonibus, qui charitate tenet in moribus. Charitas est, ut mihi videtur, recta voluntas, ab omnibus terrenis ac praesentibus prorsus auersa, iuncta deo inseparabiliter, & vnita igne quodam spiritus sancti, a quo est, & in quem refertur incensa, inquinamenti omnis extranea, corruptionis nescia, nulli commutabilitati obnoxia, super omnia quae carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, diuinam contemplationis auida, in omnibus semper inuicta, summa actionum bonorum, salus morum, finis coelestium preceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum, arma sanctarum mentium, causa meritum bonorum, praemium perfectorum, sine qua nullus deo complacuit, fructuosa in penitentibus, lata in proficientibus, gloriosa in perseuerantibus, victoriosa in martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus, ex qua quicquid est boni operis, viuunt. Quapropter fratres sectamini charitatem, dulce ac salubre vinculum mentium, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Haec in aduersitatibus tolerat, in prosperitatibus temperat, in duris passionibus fortis, in bonis operibus hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter veros fratres latissima, inter falsos patientissima. In Abel per sacrificium grata, in Noe per diluuium secura, in Abrahae peregrinatione fidelissima, in Moysae inter iniurias lenissima, in David tribulationibus mansuetissima: in tribus pueris blados ignes innocenter spectat, in Macchabaeis senos ignes fortiter tolerat, casta in Sulanica erga virum, in Anna post virum, in Maria praeter virum: libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendum, diuina in Christo ad ignoscendum. Sed ego de charitate quid maius aut vberius possum dicere, quam per os Apostoli laudes eius innotat dominus, supereminentem viam demonstrantis atque dicentis, Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut cymbalum sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita vt montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Charitas magnanima est, benigna est, charitas non amulatur, non agit perperam, non inflatur, non dehonestatur, non querit quae sua sunt, non iritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, cogaudet autem veritati, omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat, omnia suffert, charitas nunquam cadit. Quanta est ista vita animarum, prophetiae virtus, sacramentorum solum, scientiae solidamentum, fidei fructus, diuitiae pauperum, vita morientium. Quid tam magnanimum, quam pro impiis mori? Quid tam benignum quam inimicos diligere? Sola est quam felicitas aliena non premit, quia non amulatur: sola est quam felicitas sua non extollit, quia non inflatur: sola est quam conscientia mala non pungit, quia non agit perperam. Inter opprobria secura est, inter odia benefica est, inter iras placida est, inter insidias innocens, inter iniquitates gemens, in veritate respirans. Quid illa fortius, non ad retribuendas, sed ad non curandas iniurias? Quid illa fidelius, non vanitati, sed aternitati? Na ideo tolerat omnia in praesenti vita, quia credit omnia de futura vita: & suffert omnia

omnia quae hic irrogatur, quia sperat omnia quae ibi promittuntur. Merito nunquam cadit. Ergo sectemini charitatem, & eam sancte cogitantes afferte fructum iustitiae. Et quicquid vberius quam ego dicere potui, vos inueneritis in eius laudibus, appareat in vestris moribus. Oportet enim vt senilis sermo non solum sit grauis, sed etiam breuis.

FINIS.

DE HONESTATE MULIERVM.

Liber vnus.



**N**emo dicat fratres, quod temporibus nostris martyrum certamina esse non possint: Habet enim pax martyres suos: na sicut diximus frequenter iracundiam mitigare, libidinem fugere, iustitiam custodire, cupiditatem contemere, pars magna est martyrij. Contemnenda nanque est cupiditas, quae quidem velut ignis quanto amplius accipit, tanto amplius requirit. Iracundia vero est mitiganda, quae prius nocituris nocet quam nocendis. Quod autem libidine fugiendam esse diximus, Apostolo doctore, euidenter didicimus, quia cum omnibus vitiis resistendum esse praedixerat, contra libidinem non dixit, resistite: sed ait, Fugite fornicationem: ac si diceret, reliquis vitiis deo adiuuante debemus in praesenti resistere, libidine vero fugiendo superare. Sic & in scripturis alibi legimus. Noli attendere in facie virginis, ne scandalizet te vultus eius. Nam & beatus Ioseph vt impudicam dominam posset euadere, pallium quo apprehensus erat, reliquit & fugit. Contra libidinis impetum apprehende fugam si vis obtinere victoriam. Nec sit tibi verecundum fugere, si castitatis palmam desideras obtinere. Videte fratres quomodo ab omnibus Christianis, praecipue tamen a monachis seu clericis, indigna & inhonesta familiaritas fugienda sit, quia sine vlla dubitatione qui familiaritate mulierum non vult fugere, cito dabitur in ruina. Sed forte negligens quisque & minus de anime suae salute sollicitus responderet & dicit: Ecce ego & familiaritatem habeo mulierum extranearum, & tamen arma castitatis custodio. Infelix est & nimis periculosa praesumptio. Multi enim se putant vincere cum victi sunt. Sed adhuc addet aliquis & dicit, Ego inter extraneas mulieres habito, & continentiam seruo, & volo habere quod vincam. Quid est, volo habere quod vincam, nisi hoc volo habere quod peream? Sed ego, inquit, libidinis impetum tanquam aduersarium meum retinere volo. Vide ergo ne contra te incipiat captiuitas ipsa praualere, & vnde putabas obtinere triumphum, inde aeternum incurras opprobrium. Inter omnia enim Christianorum certamina, sola dura sunt praelia castitatis, vbi quotidiana pugna & rara victoria. Grauem nanque castitas sortita est inimicum, cui quotidie resistitur, & semper timetur: & ideo sicut dictum est, nemo se falsa securitate decipiat, vt de suis viribus periculosum praesumat: sed audiatur Apostolum clamantem, Fugite fornicationem. David enim ille sanctissimus in mille passionibus pressus vidit mulierem nudam, & adamauit eam, & statim homicidium simul fecit & adulterium. Et qui cum mulieribus habitantes putant se castitatis obtinere triumphum, ignorant se apud deum dupliciter reos existere, dum seipos

De nostri temporis multiplici martyribus de quibus fugienda libidine. Caput. I.

1. Cor. 6.

Eccle. 9.

Gene. 39.

De periculo tentationibus se exponendum. Ca. II.

F

seipos

**G**ommisistis: Nunquid quia Christo domino, vt decuit, seruire nolulistis, ideo eius dominio caruistis? Dum illi seruiunt reges, quibus vos seruitis, facti estis mali serui bonorum seruorum Christi. Per ipsos conterit cotumaciam vestram, per ipsos dissipat consilia vestra, per ipsos retribuet scelera in capite vestra. Ipse autem dominus quem vos interemistis, non vos seruos, sed liberos esse cupiebat, quando dicebat, Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. Vos autem deum dominum & regem, & ipsam veram libertatem non solum repudiastis, verum etiam necare cupientes clamastis, Non habemus regem nisi solum Caesarem. Sed ne in hoc quidem gloriemini quod Christum occidistis, actum est de vobis potius & nescitis: audite ipsum dominum dicentem per Prophetam, Ego dormiui, & somnum cepi: somnum appellans mortem a vobis illatam. Caeterum qualis mors potuit esse tridiana, maxime illius qui per eundem Prophetam alio loco dicit, Nunquid qui dormit, non adiuuet vt resurgat? Ego, inquit, dormiui, Ego qui potestatem habeo ponendi animam meam. Ego dormiui, non quia saeuistis, non quia insanistis, ego impleui quod volui: vos autem in scelere remansistis. Quis exigit tanta de deo nostro fratres pro nostra salute ac redemptione, nisi charitas quae nunquam cadit: O charitas, quam magnas vires habes. De caelo deum deposuisti. O chara sanitas, o sancta ac vera charitas, quae tanta es in terris, quanta eris sanctitas in caelis: Quae tantum potes in hac pugna mortalitatis adhuc sollicita, quantum poteris in illa perfecta pace securus? Enigila itaque omnis anima Christiana, & si in te eminet virtus charitatis, quae omnia sustinet, domini tui imitare vestigia. Christus enim, ait Apostolus Petrus, pro nobis passus est, relinquens vobis exemplum vt sequamini vestigia eius. Et si ille propter te de caelesti sede ad terrena descendit: tu propter te fuge terrena, appete caelestia. Si dulcis est mundus, dulcius est Christus. Si amarus est mundus, omnia pro te sustinuit Christus. Via tibi factus est ipse saluator: surge ambula, pigrescere noli, habes quod. Sed forte queris, quid? Vides enim viam, & queris quid ducat hae ipsa via? Ad veritatem & ad vitam ducit. Si amas veritatem, si amas vitam, & cupis ad veritatem & ad vitam venire, a via noli errare. Video, inquit, viam, & cupio ambulare, sed amara est, aspera est. Arcta enim & angusta via est, quae ducit ad vitam. Christus transiuit, & adhuc aspera est: Caput transiuit, & membra dubitant: Sed Christus, inquit, deus & homo, ego autem homo. Tot milia martyrum transierunt, & adhuc tibi aspera est: Transierunt senes, transierunt iuuenes, transierunt pueri, puellae transierunt, viam quam timebas trita tibi fecerunt. Ambula ergo viam, securus ambula. Quid enim metuis in hac via? Mortem? Et mortem times, qui ad vitam curris? Si bonus es, bene in hac via curris, mors tibi ianua erit, quae te representet, non quae auferat vitam. Ambula ergo viam, imo ipse qui propter te factus est via, ipse te ducet per seipsum ad seipsum. Ipse enim est via, veritas & vita, Dic ergo domino deo tuo, O anima fidelis & pia, dic, secura dic, & cum Propheta veraciter exclama, Deduc domine me in via tua & ambulabo in veritate tua. Tunc ad te securus perueniat, si in fine vsque tua gratia non deserat. Haec fratres dilectissimi quae dono ipsius charitatis dicta sunt sanctitati & charitati vestrae, ita haereant cordibus & sensibus vestris, vt eadem ipsa charitas fructum in vobis inueniat operis non folia laudis, Amen.

Finis.

Ioan. 8.

Ioan. 19.

Psal. 3.

Psal. 40.

Ioan. 10.

1. Corin. 13.

1. Petri. 2.

Matth. 7.

Ioan. 14.

Psal. 138.

K

Roma. 13.

1. Timo. 1.

L

1. Ioan. 4.

Ioan. 6. Ioan. 13.

1. Cor. 12.

M

Roma. 4.

1. Timo. 6.

Matth. 22.

G seiplos in periculum mittunt, & aliis exemplum peruersa familiaritatis ostendunt. Quanti enim per illarū inhonestam familiaritatem, castitatis decorem perderunt...

De Christianorum cōmuniū martiribus. Cap. III.

De Christianorum cōmuniū martiribus. Cap. III. Sicut castitas, veritas & iustitia Christus est, sic & ille qui eis insidiatur, persecutor Christi est...

Pro. 6.

H sed plures coronas domino remunerante percipiet. Et vt hæc obtinere mereamur, cum dei adiutorio, non solum extraneorum mulierum, sed ancillarum nostrarū & quorūcūque vicinorum, aut filiarū, aut ancillarū vnusquisque nostrum colloctionem vitare procurat...

De peccatorū periculo sūmo statu. Cap. III.

I De peccatorū periculo sūmo statu. Cap. III. Sed dicit aliquis, Iuuenis homo sum, faciam quod me delectat modo, & postea penitentiam agā...

Hiere. 50.

I Hiero. 50. Quāvis post aduentum domini nostri Iesu Christi per vniuersa monasteria monachorum, & per clericos vel etiam laicos castitate seruantes, quasi contractus malleus ille videatur, tamen quod multo peius est, adhuc multo plures sunt qui ab illo malleo quotidie confringuntur...

Matt. 5.

Matt. 5. Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est in corde suo. Pro qua re, sicut iā dictum est, non solum ab extraneis mulieribus, sed etiā a vicinis & domesticis, & ancillis nostris refrenāda est, & secreta familiaritas & oculorum incauta fragilitas: ne illud eueniat nobis, quod dominus per Prophetam

terribiliter clamat dicens, Mors intravit ad animas nostras per fenestras nostras. Per quas per vsum oculorū, & auditum aurium. Si per linguam tuā amico tuo aut famulo tuo iusseris vt ad te meretrix adducatur, aut tuipse cum meretrice locut⁹ fueris per os tuum, ad animam tuam gladius aternæ mortis ingreditur...

Hiere. 9. K De sensuum mortiferis infectionibus. Cap. V.

Matt. 5.

Pro. 4. Psal. 115. L

Psal. 24.

FINIS.

DE PASTORIBVS.



S Pes tota nostra quia in Christo est, & quia omnis vera & salubris gloria nostra ipse est, non nunc didicit primum charitas vestra: Estis enim in eius grege qui intendit & pascit Israël. Sed quoniam sunt pastores qui pastorum nomine gaudere volūt...

De pastoribus nō oues, sed semetipsos pascētib⁹, & de prepositōrū periculo statu. Cap. I.

M

pastoris autem officium implere nolūt, quid ad eos per prophetam dicat, sicut lectum audiui⁹, recenseamus. Audite vos cum intētionē, audiamus nos cum tremore. Et factum est ad me verbum domini dicens, Fili hominis prophetiza super pastores Israël. Hæc lectionem cum legeretur audiui⁹. Hinc cum vestra sanctitati aliquid loqui decreuimus, adiunxit ipse vt vera dicamus si non nostra dicamus. Si nos nostra dicamus, pastores erimus pascētes nos, non oues: si autē illius sunt quæ dicimus, per quælibet ipse nos pascet. Hæc dicit dominus deus, Væ pastoribus Israël, qui pascunt se solos. Nunquid oues pascunt pastores? id est, nō se pascunt pastores, sed oues? Hæc prima causa est quare arguātur pastores isti, quia seiplos pascunt, non oues. Qui sunt qui seiplos pascūt? De quibus dicit Apostolus, Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi, Nos enim quos in loco isto, de quo periculosa ratio redditur, dominus secundum dignationem suam, non secundū meritum nostrum cōstituit, habemus duo quædam: vnum, quod Christiani sumus: alterum, quod prepositi sumus. Illud quod Christiani sumus, propter nos est: quod autē prepositi

Ezechielis. 34.

Philip. 2.

Eccle. 12.

A prepositi sumus, propter vos est. In eo quod Christiani sumus, attenditur vtilitas nostra: in eo quod prepositi, non nisi vestra. Sunt autē multi Christiani & non prepositi, qui perueniūt ad deum faciliore fortasse itinere, & tanto forte expeditius ambulantes, quanto minorem sarcinam portant. Nos autem excepto quod Christiani sumus, vnde rationem reddemus deo de vita nostra, sumus etiam prepositi, vnde rationem reddemus deo de dispensatione nostra. Ad hoc istam difficultatem proponimus, vt compatientes nobis oretis pro nobis. Veniet enim dies quo cuncta adducuntur in iudicium. Et ille dies si seculo longe est, vnicuique homini vitæ suæ vltimus prope est. Tamen vt nunquam latere deus voluit, & quando veniat finis seculi, & quando sit in vnoquoque homine huius vitæ finis. Vis non timere diem occultū, quando venerit inueniat te paratum. Cum ergo prepositi ad hoc sint, vt his qui subiecti sunt consulant, nō in eo quod præsumunt, omnino vtilitatem suam attendat, sed eorum quibus ministrant. Quisquis ita prepositus est, vt in eo quod prepositus sit gaudeat, & honorem suum quærat, & commoda sua sola respiciat, se pascit, non oues. Ad vos sermo dirigitur. Audite tanquam oues dei & videte quemadmodum vos securos fecerit deus: qualescūque sunt qui vobis præsumunt, id est, qualescūque nos sum⁹, vobis deus securitatem dedit qui pascit Israël. Nā deus non deserit oues suas, & mali pastores pœnas debitas luunt, & oues promissa percipient. Videamus ergo quid loquatur pastoribus seiplos pascētib⁹ non oues, sermo diuinus neminem palpans. Ecce lac consumitis, & lanis vos tegitis, & quod crassum est interficitis, & oues meas non pascitis, quod infirmatū est non confortastis: & quod agrotat, nō corroborastis: & quod contribulatum est, non colligastis: & quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis: & quod forte fuit, confecistis, & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sit pastor. Dicitur in pastores pascētes semetipsos, non oues, quid diligant, quid negligant. Quid ergo diligit? Lac consumitis, & lanis vos tegitis. Propter quod dicit Apostolus, Quis plantat vineam, & de fructu eius non sumit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Inuenimus ergo esse lac gregis quicquid a plebe distribuitur prepositis ad eorum sustentandum victū temporalem. Inde enim loquebatur Apostolus cum hæc diceret quæ commemorauit. Et quidem Apostolus quæquæ elegerit manibus suis laborare, nec ipsum lac quærere ab ouibus, tamen lactis potestatem percipiendi habere se dixit, & sic dominum disposuisse, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. Et dicit alios coapostolos suos vsos fuisse hac potestate, non vsurpata, sed data. Plus ille fecit, vt nec quod debebatur acciperet. Ipse ergo donauit & debitum, sed alius non exegit indbitum: ille plus fecit. Fortassis enim illum significabat, qui ægrum cum adduceret ad stabularium dixit, Si quid amplius erogaueris, in redeundo reddam tibi. De his ergo qui non indigent lacte gregis, quid plura dicamus? Misericordiores sunt, vel potius ipsius misericordiae officium largius impendunt. Possunt enim, & quod possunt faciunt. Laudentur hi, neque damnentur illi. Nam & ipse Apostolus datum non quærebat, fructuosas tamen oues esse cupiebat, non steriles sine lactis vbertate. Itaque cum esset quodam tempore in magna indigentia victus, in confessione veritatis, missum est illi a fratribus vnde necessitati & indigentia eius ministraretur. Respondit autem illis gratias agens & dixit, Bene fecistis communicare necessitatibus meis. Ego e-

B

Quid sit pastores lac sumere, & quæ liceat. Cap. II.

1. Cor. 9.

2. The. 3.

Matt. 10.

1. Cor. 9.

Lucæ. 10.

Philip. 4.

nim didici in quibus sum sufficiens esse: Scio & abundare, & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat. Veruntamen vos bene fecistis vsibus meis mittere. Sed vt ostenderet in eo quod illi bene fecerūt quod non ipse quæreret, ne inter illos esset qui seiplos pascūt, non oues, non tam suæ gaudet subuentum esse necessitati, quàm illorum gratulabatur fecūditati. Quid ergo ibi quærebat? Non requiro, inquit, datū, sed requiro fructum. Nō ergo, inquit, vt explear, sed ne vos inanes remaneatis. Qui ergo non possunt facere quod Paulus, vt manibus suis se transigant, accipiant de lacte ouium, sustentent suam necessitatem, sed non negligant ouium infirmitatem: non hoc sibi quærant tanquam commodū suum, vt ex necessitate suæ penuriæ videantur annunciare Euangelium, sed hominibus illuminandis præbeant lucem verbi veritatis. Sunt enim tanquam lucernæ, sicut dictum est, Sint lumina vestri præcincti, & lucernæ ardentes: & nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videant bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in cælis est. Si ergo tibi lucerna accenderetur in domo, nōne adiceres oleum ne extingueretur? Porro si lucerna accepto oleo non lucret, non erat planè digna quæ in candelabro poneretur, sed quæ continuo frangeretur. Vnde ergo viuatur, necessitatis est accipere, charitatis est præbere, non tanquam venale sit Euangelium, vt istud sit precium eius, quod sumunt qui annunciant vnde viuant. Si enim sic vendunt, magnam rem vili precio vendunt. Accipiant sustentationem necessitatis a populo, mercedem dispensationis a domino. Non enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangelij seruiunt: non expectent illi mercedem, nisi vnde & isti salutem. Quid ergo isti increpantur, vnde arguuntur? quia cum lac sumerent, & lanis se tegerent, oues negligebat. Sua ergo tantum quærebat, non quæ Iesu Christi.

Lucæ. 11. Matt. 5.

Philip. 2. Quid sit lanis se tegere. Cap. III.

Sed quoniam diximus quid sit lac sumere, quæramus quid sit lanis se tegere. Qui præbet lac, victū præbet: qui præbet lanam, honore præbet. Ista sunt duo quæ a populis quærunt, qui semetipsos pascunt, non oues: cōmodum supplendæ necessitatis, & fauorem honoris & laudis. Etenim vestimentum propterea bene intelligitur in honore, quia nuditatem tegit. Etenim vnusquisque homo infirm⁹: & quid est qui quis vobis præest, nisi quod vos estis? Carnem portat, mortalis est, manducat, dormit, surgit, natus est, moriturus est. Si ergo cogitatis quid sit secundum seipsum, homo est, tu tamen honorando eum velut angelum, contegis quod infirmum est. Huiusmodi indumentum acceperat a bona dei plebe idè Paulus cum diceret, Sicut angelū dei suscepistis me, testimoniu vobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi. Sed cum tātus honor exhibitus esset, nūquid propter ipsum honorem sibi exhibitum, ne forte cum argueret negaretur, & minus ipse Apostolus laudaretur, pepercit errantibus? Nam si hæc fecisset, esset inter illos qui seiplos pascunt, non oues: diceret apud seipsum, Quid ad me pertinet? Quisq; quod velit agat, victus meus saluus erit, & lac & lana, satis est mihi, eat quisque quod potest. Ergo integra tibi sunt omnia, sic eat quisque quod potest. Nolo te prepositum facere, vnum te constituo de ipsa plebe, si patitur vñ mēbrum, compatiuntur omnia membra. Proinde ipse Apostolus cum eos commemoraret quales fuerint erga illum, ne quasi oblitus eorum honorificentiæ videretur, & testi-

Gala. 4.

1. Cor. 12.



**G** & testimonium perhibet, quod sicut angelum dei suscepit eum: & quod si fieri posset, oculos suos vellent eruere, & illi dare, & tamen accedit ad ouem laquidam, ad ouem putridam, secare vulnus, non parcere putredini. Ergo, inquit, inimicus factus sum vobis verum predicans? Ecce & accepit de lacte ouium, sicut paulo ante memorauimus, & indumentum ex lanis ouium, sed tamen oues non neglexit. No enim sua quarebat, sed quae Iesu Christi. Absit ergo vt dicamus vobis: Viuite vt vultis, securi estote, deus neminem perdit, tantummodo fidem Christianam tenete: no perdet ille quod redemit, non perdet pro quibus sanguinem suum fudit: & si spectaculis volueritis oblectare animos vestros, ite: quid mali est? Et festa ista quae celebrantur per vniuersas ciuitates in letitia conuiuantium & publicis mensis seipfos vt putant iucundantium, reuera magis perdetium, ite, celebrate: Magna est dei misericordia, quae totum ignoscit. Coronate vos rosas antequam marcescant. In domo dei vestri quando volueritis conuiuamini, implemini cibo & vino, cu vestris: ad hoc enim data est ista creatura, vt ea perfruamini: non enim impiis & Paganis ea dedit deus, sed vobis eam dedit. Haec si dixerimus, forte congregabimus turbas ampliores: & si sint quidam qui nos sentiant hoc dicentes non recte sapere, paucos offendimus, sed multitudinem conciliamus. Quod si fecerimus, non verba dei, non verba Christi dicentes, sed nostra, erimus pastores nosmetipsos pascentes, non oues. Cum autem dixisset quae diligant isti pastores, dixit & quae negligant. Vicia enim ouium late patent, sana atq; crassa oues perpaucae sunt, id est, solide in cibo veritatis vtentes pascuunt bene de munere dei. Sed mali illi pastores non parant talibus, parum est quod illas languentes & infirmas & errantes & perditas non curant, sed istas fortes & pingues necant, quantum in ipsis est. Illae viuunt de misericordia dei, tamen quantum ad pastores malos attinet, occidunt male viuendo, malum exemplum praebendo. An frustra dictum est seruo dei emineti in membris summi pastoris, Circa omnes te ipsum bonorum operum praebere exemplum, & forma esto fidelibus. Attendit enim ouis etiam fortis plerumque praepositum suum male viuentem, si declinet oculos a regulis domini, & intendens in hominem, incipit dicere in corde suo, Si praepositus meus sic viuunt, ego quid sum qui non faciam quod ille facit? Si fortem ergo occidit ouem, iam de ceteris quid faciet, qui illud quod non ipse fortificauerat, sed forte aut robustum inuenerat, male viuendo interfecit? Dico charitati vestrae, iterum dico, & si viuunt oues, & si fortes sunt oues in verbo domini, & tenent istud quod audierunt a domino suo: Quae dicunt facite, quae autem faciunt facere nolite: tamen qui in conspectu domini male viuunt, quantum in illo est, eum a quo attenditur occidit. Non sibi ergo blandiatur, quia ille non est mortuus: & ille viuunt, & iste homicida est. Quomodo cum lasciuus homo intendit in mulierem ad concupiscendum eam, ecce illa casta est, & moechus est iste. Domini enim vera & aperta est sententia, Quisquis viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Non peruenit ad illius cubiculum, & in interiore iam suo cubili volutatur. Sic omnis qui male viuunt in conspectu eorum quibus praepositus est, quantum in ipso est, occidit & fortes oues. Qui ergo imitatur praepositum malum, moritur: qui non imitatur, viuunt: tamen quantum ad illos pertinet, ambos occidit. Et quod crassum est, inquit, interfecistis, & oues meas non pascebatis. Iam audistis quid diligant, au-

ditate quid negligant: Quod infirmum est, non confortastis: & quod tabuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, id est, contractum, non colligastis: & quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis: & quod forte fuit, confecistis, id est, interfecistis & occidistis. Infirmum quippe animum gerit ouis, quando tentationes sibi profuturas non credit. Pastor negligens, quando sic credit talis infirmus, non illi dicit, Fili accede ad seruitutem dei, sta in iustitia & timore, & praepara animam tuam ad tetationem. Qui enim hoc loquitur, confortat infirmum, & ex infirmo facit firmum, vt non ille cum crediderit, prospera huius seculi speret. Si autem doctus fuerit sperare prospera seculi, ipsa prosperitate corrumpitur. Superuenientibus autem aduersitatibus sauciatur, aut fortassis extinguitur. Non ergo eum aedificat super petram qui sic aedificat, sed super arenam. Petra autem Christus est. Christi autem passiones imitanda sunt, non a Christiano deliciae conquirenda. Confortatur infirmus cum ei dicitur, Spera quidem tentationes huius seculi, sed ab omnibus eruet te dominus, si ab illo non recedet retro cor tuum. Nam ad confortandum cor tuum, venit ille pati, venit ille mori, venit ille spiritus liniri, venit spinis coronari, venit opprobria audire, venit postremo ligno configi: omnia haec ille pro te, tu nihil pro illo, sed pro te. Quales autem sunt qui timet eos laedere quibus loquuntur, non solum non praeparant ad imminentes tentationes, sed etiam promittunt felicitatem huius seculi, quam deus ipsi seculo non promittit. Ille praedicat labores vsque in finem, venturos ipsi seculo, & tu vis ab istis laboribus exceptum esse Christianum, quia Christianus est, aliquid plus passurus est in seculo. Etenim ait Apostolus, Omnes qui pie volunt in Christo viuere, persecutionem patientur: Nam si tibi placet pastor tua quarens non quae Iesu Christi, ille dicit, Omnes qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patientur: tu dic, Si in Christo pie vixeris, abundabunt tibi omnia bona: & si filios non habes, suscipies, & nutries omnes, & nemo tibi moritur. Haecine est aedificatio tua. Attende quid facias, vbi ponas, super arenam est quod constituis, venturus est imber, influxurus est fluuius, flaturus est ventus, & impingent in domum istam, & cadet, & fiet ruina eius magna. Leua de arena & pone supra petram, in Christo sit quem vis esse Christianum. Attendat ad passiones Christi indignas, attendat ad illum sine vilo peccato, quae non rapuit, exoluentem: attendat scripturam dicentem, Flagellat autem omnem filium quem recipit. Et para te flagellari, aut certe non queras recipi. Flagellat autem omnem, inquit, filium quem recipit. Et tu dicis, forte exceptus eris? Si exceptus a passione flagellorum, exceptus a numero filiorum, ita ne, inquit, flagellat omnem filium? Prorsus flagellat omnem filium vt & vnicum. Et vnicus ille de patris substantia natus, aequalis patri in forma dei, verbum, per quem facta sunt omnia, non habebat vnde flagella retur, ad hoc carne indutus est vt sine flagello non esset. Qui ergo flagellat vnicum sine peccato, nunquid relinquit adoptiuum non flagellatum cum peccato? In adoptionem vocatos nos esse Apostolus dicit, Adoptionem filiorum accepimus, vt essemus vni cohaeredes, essemus etiam haereditas eius. Postula, inquit, a me, & dabo tibi gentes haereditatem tuam. Exemplum nobis proposuit in passionibus suis. Sed ne futuris tentationibus deficiat infirmus, nec falsa spe decipiendus est, nec errore frangendus: dic ei, Praepara animam tuam ad tentationem. Sed forte incipit labi, contremiscere, nolle accedere:

**K** **L** **M** **F**

**A** dere habes aliud, Fidelis deus qui non vos sinit tentari supra quam ferre potestis. Illud autem promittere & praedicare futuras passiones, infirmum confirmare est. Timenti autem nimium & ex hoc deterrito cum pollice-ris misericordiam dei, non quia tentationes deerunt, sed quia non permittit tetari supra quam potestis ferre, fractum colligare est. Sunt enim qui cum audierint venturas tribulationes, armat se magis, & quasi potum suum sitiunt: paruum enim sibi putant fidelium medicinam, sed quaerunt & martyrum gloriam. Sunt alij qui auditis futuris & necessario venientibus tentationibus, quas proprie oportet venire Christiano, quas nemo scit nisi qui voluerit esse vere Christianus: imminentes ergo sibi aliquibus, franguntur & claudicant. Affer consolationis alligamentum, aliga quod fractum est, dic, ne timeas, non deerit in tentationibus ille in quem credidisti, fidelis deus, qui non sinit te tentari supra quam potes ferre. Non hoc a me audis, Apostolus dicit, qui etiam dicit, An vultis experimentum eius accipere qui in me loquitur Christus? Hoc ergo cum audis ab ipso Christo, audis & ab illo pastore qui pascit Israel. Illi enim dictum est, Potabis eos in lachrymis, in mensura. Quod enim ait Apostolus, Non sinit tentari vos supra quam potestis ferre: hoc ait Propheta, in mensura. Tantum tu noli dimittere corripientem & hortantem, terrentem & consolantem, percutientem & sanantem. Quod infirmum est, inquit, non confortastis: pastoribus malis dicit, pastoribus falsis, pastoribus sua quarentibus, non quae Iesu Christi, ex commodo lactis & lanae gaudentibus, oues omnino non curantibus, & quod male habuit, non corroborantibus. Infirmum, id est, non firmum. Nam dicuntur infirmi etiam agrotantes: sed inter infirmum & agrotum, id est, male habentem, hoc mihi videtur interesse. Etenim ista fratres quae distinguere vtuntur: conamur, forte & nos possumus maiore diligentia melius distinguere, & alius peritior vel lumine cordis plenior: interim ne fraudemini, quantum ad verba attinet scripturae, quod sentio loquor. Infirmo ne accidat tentatio & eum frangat, timendum est: languens autem iam cupiditate aliqua agrotat, cupiditate aliqua impeditur ab intranda via dei, a subeundo iugo Christi. At tede itos homines volentes bene viuere, iam statuentes bene viuere, & minus idoneos mala pati sicut parati sunt bona facere. Pertinet autem ad Christianam firmitatem, non solum operari quae bona sunt, sed & tolerare quae mala sunt. Qui ergo videntur feruere in operibus bonis, sed imminentes passiones tolerare nolle, aut non posse, infirmi sunt. Qui vero aliqua cupiditate mala amatores mundi ab ipsis bonis operibus reuocantur, languidi & egroti iacent, quippe in ipso languore tanquam sine vllis viribus nihil boni possunt operari. Talis in anima paralyticus ille fuit, quem cum ad dominum inferre non possent qui eum portabant, tectum aperuerunt & deposuerunt: id est, tanquam si in anima hoc velis facere, vt tectum aperias, & deponas ad dominum animam paralyticam, dissolutam omnibus membris, & vacantem ab omni opere bono, granatam vtique peccatis suis, & languentem morbo cupiditatis suae. Si ergo dissoluta sunt membra omnia, & est paralyticus interior vt peruenias ad medicum. Forte enim latet medicus & intus est, id est, verus intellectus in scripturis occultus est, exponendo quod occultum est, aperit tectum & depono paralyticum. Quod qui non faciunt, & qui facere negligunt, audistis quae audiant, Quod male habuit, non corroborastis: & quod contribulatum est, non colligastis. Iam hinc dixi-

mus, Fractus enim erat terrore tentationis. Accidit aliquid vnde quod fractum est, colligetur consolatione illa, Fidelis deus qui non vos sinit tentari supra quam potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum vt possitis sustinere. Et quod errabat, non reuocastis: Ecce vnde inter haereticos periclitamur. Et quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis. Hic inter manus latronum, & dentes luporum furentium vtique versamur. Et pro his periculis nostris vt oretis, oramus. Et contumaces sunt oues quia quaeruntur errantes, & alienas sese a nobis dicunt: errore suo & perditione sua dicunt, Quid vos vultis? Quid nos quaeritis? quasi non ipsa causa sit vt quaerere eas velimus. Et quare quaerimus? Quia errant & pereunt. Si in errore, inquit, sum, si in interitu, quid me vis? quid me quaeris? Quia in errore es, reuocare volo: quia peristis, inuenire volo. Sic volo errare, sic volo perire. Sic vis errare, sic vis perire, quanto melius ego nolo. Prorsus audeo dicere, Importunus sum. Audio enim dicentem Apostolum, Praedica verbum, in ista opportune importune. Quibus opportune quibus importune? Opportune vtique volentibus, importune nolentibus. Prorsus importunus audeo dicere: tu vis errare, tu vis perire, ego nolo. No vult postremo ille qui me terret. Si voluero, vide quid dicat, vide quid increpet. Quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non inquisistis. Te magis timebo quam ipsum? Oportet nos omnes exhiberi ante tribunal Christi. Non te timeo, non enim potes euertere tribunal Christi, & constituere tribunal Donati: reuocabo errantem, requiram perditum, velis nolis id agam. Et si me lanient iniquitatem vepres sylvarum, per omnia angusta me coarctabo, omnes sepes excutiam, quantum mihi virum dominus terrens donat, omnia peragrabo, reuocabo errantem, requiram pereuntem. Si me pati non vis, noli errare, noli perire. Parum est quod doleo te errantem atque pereuntem, timeo ne negligens te, etiam quod forte est occidam. Vide enim quod sequitur, Et quod forte fuit, confecistis. Si neglexero errantem atque pereuntem, & cum qui fortis est delectabit errare atque perire, cupio lucra exteriora, sed timeo plus damna interiora. Si in differetiam habuero errorem tuum, attendit qui fortis est, putat nihil esse, ire in haereticum, quando aliquod commodum de seculo reluxerit vnde mutetur. Statim mihi dicit fortis ille periturus, cum te perditum non requiro: & haec & haec deus. Quid interest, homines inter se litigantes hoc fecerunt, vbi cumque colendus est deus. Si forte illi dixerit aliquis Donatista, Non tibi do filiam meam nisi fueris de parte mea: ille opus est vt attendat & dicat, Si nihil mali esset esse de parte eorum, non contra illos dicerent tanta pastores nostri, non pro illorum errore fatagerent. Si ergo cessemus & taceamus, contraria locuturus est, vtique si malum esset esse in parte Donati, loquerentur contra, redarguerent eos, fatagerent lucrari illos: si errant, reuocarent illos: si pereunt, quaerent illos. Non frustra ergo cum iam dixisset superius, Quod crassum est, interfecistis: hic iterum in nouissimo posuit, & quod forte fuit confregistis: Ipsi enim repetita sententia, nisi quia ex his quae supra dixit nata est. Quod errabat, non reuocastis: & quod periit, non requisistis: & hoc faciendo, quod forte est interfecistis. Proinde audi quid sequitur de ista negligentia malorum, imo falsorum pastorum. Et dispersa sunt oues meae, eo quod non sit pastor, & facta sunt in comesturam omnibus bestis agri. Furantur lupi insidiantes, rapiunt leones frementes, cum oues non haerent pastori. Nam praefens est pastor,

**D** **E** **F**

Gal. 4. Philip. 2. Sapien. 4. De maculibus oues pingues. Cap. III. Titim. 2. Matt. 23. Jalsis, populi. Matt. 5. Ezechie. 34. Cap. V.

falsis, Infirmatur ouis, id est, infirmum cor gerit, vt possit cedere tentationibus, quae incauto & imparato superueniunt. Pastor &c. 1. Tim. 3. Psal. 68. Heb. 13. Ioan. 1. Gala. 4. Psal. 2. Ecclesiastici 2.

1. Cor. 10. Quod sit importune cras ouis reuocata a pastore rebono ne intereat. Cap. VII. 1. Tim. 4. 1. Cor. 5. De moribus in quibus negligentia pastoris oues errant: & de monte vno verorū pastorum refert. Cap. VIII.

G pastor, sed male agentibus non est pastor: & inhærent pastoribus, seipfos, non oues pascētibus, & letalis error consequitur. Eunt in bestias deprædantes se, & de illarū morte se satiare cupientes. Tales enim sunt omnes, qui gaudent de erroribus alienis, bestie sunt pastæ morib⁹ dispersarum. Et dispersæ sunt, & errauerunt oues meæ in omnem montem, & in omnem collem altum. Bestiæ à motibus & collibus, tumor terrenus, & superbia seculi. Extulit se superbia Donati, fecit sibi partē, subsequēs Parmenianus illius confirmavit errorem. Ille mōs est, ille collis est. Sic omnis cuiuslibet author erroris terrena elatione intumescens, promittit ouibus requiem, bona pascua, & aliquando inueniūt ibi oues pascua de pluvia dei, non de duritia montis: Habent enim & ipsi scripturas, habent sacramenta: Non sunt ista montium, sed cum inueniuntur in montibus, male remanent in montibus. Errando enim in montibus, & in collibus deserendo gregem, deserunt vnitatem, deserit vnitatis phortēs aduersus leones & lupos. Inde ergo reuocet deus ipse: reuocet, modo audietis ipsum reuocantem, Errauerunt, inquit, oues meæ in omnem montem, & in omnē collem altum: hoc est, in omnem tumorem terrenę superbiæ. Sunt enim & montes boni, Leuauit oculos meos in montes, vnde venie auxilium mihi. Et vide quia non tibi in montibus spes est: Auxilium, inquit, meum à domino, qui fecit cælum & terram. Noli putare iniuriam facere te montibus sanctis, quando dixeris, Auxilium meum non à montibus, sed à domino qui fecit cælum & terram. Ipsi montes hoc tibi clamant. Mons erat qui clamabat: Audio in vobis schismata fieri, vt vnusquisq; vestrum dicat, Ego sum Pauli, ego Apollo, ego Cephæ, ego autem Christi. Leua oculos in istum montem, audi quid dicat, & ne in ipso remaneas. Audi etiam quid sequatur: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis: Ergo posteaquam leuaueris oculos tuos in montes, vnde veniet auxilium tibi, id est, in authores scripturarum diuinarum, atq; de omnibus medullis suis, omnibus ossibus clamantem, Domine quis similis tibi: vt securus si ne vlla iniuria montium dicas: Auxilium meum à domino qui fecit cælum & terram. Non solum tunc tibi non succensebunt montes, sed tunc amabunt, tunc magis fanebunt: si in ipsis spem tuā posueris, contristabuntur. Angelus multa diuina & mira ostendens homini, ab homine adorabatur, tanquam leuauerit oculos in montem, ait ille sed reuocans ad dominum, Noli, inquit, facere, illum adorare: nam ego conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. In omnem montem, & in omnem collem, & in omnem faciem terræ dispersæ sunt, & in omnem faciem terræ lucent. Quid est, in omnem faciem terræ dispersæ sunt: Omnia terrena sectantes, ea quæ in faciem terræ lucent, ipsa amant, ipsa diligunt. Nolunt mori, vt abscondatur vita ipsorum in Christo super omnem faciem terræ & dilectionem terrenorum. Et quia errantes oues sunt super omnem faciem terræ non omnes hæretici per totam faciem terræ, sed tamē hæretici per totam faciem terrę, alij hic, alij ibi, nusquam tamen desunt, ipsi se non nouerunt. Alia secta in Africa, alia hæretis in Oriente, alia in Aegypto, alia in Mesopotamia. Verbi gratia: Diuersis locis sunt diuersa, sed vna mater superbia omnes genuit, sicut vna mater nostra catholica omnes Christianos fideles toto orbe diffusos. Non ergo mirum si superbia parit dissensionem, charitas vnionem: tamen ipsa catholica mater & ipse pastor in ea vbique quærit errantes, confortat infirmos, curat languidos, alligat fractos, alios ab istis, alios ab illis nõ

se inuicem scientibus. Sed tamen illa omnes nouit, quia cum omnibus fusa est. Verbi gratia: Est in Africa pars Donati, Eunomiani non sunt in Africa, sed cum parte Donati est hic catholica. Sunt in Oriente Eunomiani, ibi autem non est pars Donati, sed cum Eunomianis ibi est catholica. Illa sic est tanquam vitis crescēdo vbique diffusa, illi sunt tanquam sacramenta inutilia agricolæ falce præcisa, merito sterilitatis suæ, vt vitis putaretur, non vt amputaretur. Sarmenta ergo illa vbi præcisa sunt ibi remanserūt. Vitis autem crescens per omnia, & sarmenta sua nouit quæ in illa mæserunt, & iuxta sunt, quæ de illa præcisa sunt. Inde tamen reuocat errantes, quia & de ramis fractis dicit Apostolus, Potens est enim deus iterum inferere illos, siue dicas oues errantes à grege, siue dicas ligna præcisa de vite. Nec ad reuocandas oues, nec rursus ad inferenda ligna minus idoneus est deus, quia ille summus pastor, ille verus agricola. Et in omnem faciem terræ dispersæ sunt, & non fuit qui reuocaret, sed in malis illis pastoribus non fuit homo qui requireret. Propterea pastores audite verbum domini, Viuo ego dicit dominus deus. Videte vnde cepit. Tanquam iuratio est dei testificatio vitæ: Viuo ego dicit dominus, mortui sunt pastores, sed securæ oues: Viuit dominus. Viuo ego dicit dominus deus. Qui autē pastores mortui sunt: Sua quærentes, non quæ Iesu Christi. Erunt ergo & inuenientur pastores, non quæ sua sunt quærentes, sed quæ Iesu Christi: Erunt planè, & inuenientur planè, nec desunt, nec deerunt. Videamus ergo quid dicat dominus, qui se dicit viuere, vtrum dicat ablaturū se oues à pastoribus malis, pascētibus seipfos, nõ oues, & daturum se eas pastoribus bonis, pascētibus oues, nõ se. Viuo ego dicit dominus deus, quia pro eo quod factæ sunt oues meæ in comesturam omnibus bestiis campi, eo quod non esset pastor. Rursus pastorem dicit, & pau loante, & nunc non ait ex eo quod non sint pastores. Ouibus enim talibus male errantibus male pereūtibus non est pastor, & si præsens est pastor: quia & cum præsens est lux, non est cæcis lux. Et non quæserūt pastores oues meas, & pauerunt pastores seipfos, oues autē meas non pauerūt. Propter istud pastores audite verbum domini. Sed qui pastores audite? Dicit dominus deus: Ecce ego super pastores, & requiram oues meas de manibus eorum. Audite & discite oues dei: à malis pastoribus inquit deus oues suas, & de manibus eorum inquit mortem earum. Dicit enim alio in loco per eūdē prophetam, Fili hominis speculatorem dedi te domui Israël, & audies ex ore meo sermonem, & præmonstrabis eis ex me. In eo cum dixerō peccatori, Morte morieris, & non fueris locutus, vt impius caueat à via sua, ille facinorosus in suo facinore morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Tu autem si prænuiciaueris facinoroso viam eius vt auertatur ab ea, & non fuerit auersus à via sua, ille in facinore suo morietur, & tu animam tuam liberabis. Quid est fratres? Videtis quam sit tacere periculosum: moritur ille, & recte moritur, in impietate sua & in peccato suo moritur: Negligentia enim eius occidit eum. Nam pastorem inueniet viuētē qui ait, Viuo ego dicit dominus deus: sed cum fuerit negligens, non admonente illo qui ad hoc est præpositus & speculator vt admoneat, & ille iustè morietur, & ille iustè damnabitur. Si autem dixeris, inquit, impio, morte morieris: cui ego fuero gladium comminatus, & ille neglexerit vitare imminentem gladium, & venerit gladius & interfecerit eum, ille in peccato suo morietur, tu autem animā tuam liberaſti: propter hoc ad nos quidē pertinet

Roma. II.

De pena negligentia pastorum. Cap. IX. Eccl. 34.

Philip. 2.

Ezech. 3.

A De ratione reddēda pro ouibus. Caput. X.

Mat. 23.

Mat. 15.

Mat. 23.

Roma. 2.

Mat. 7.

A pertinet non tacere: ad vos autem & si taceamus, de scripturis sanctis verba pastoris audire. Videamus ergo, quia sic proposueram, vtrum auferat oues à pastoribus malis, & det eas pastoribus bonis. Video eum auferentem oues à pastoribus malis. Hoc enim dicit dominus, Ecce ego ipse super pastores, & inquirā oues meas de manibus eorum, & auertam ab eis vt non pascant oues meas, nec pascant amplius pastores semetipfos: Cū enim dico, pascant oues meas, illi se pascunt non oues meas. Auertam vt non pascant oues meas. Quomodo auertit vt non pascant oues ipsius? Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: tanquam diceret, mea dicunt, sua faciunt. Si diceret, Facite securi quod faciūt, ipsos damnabo male viuētēs, vobis autem parco qui secuti estis præpositos vestros. Si hoc diceret, dederat malis pastoribus pascendas oues, pascētibus non oues, sed se. Sed quoniam terret non solum cæcum ducentē, sed & cæcum sequentem: Neque enim ait, Cadit in foueam ducens, & non cadit sequens: sed, Cæcus cæcū ducens, ambo in foueam cadunt. Admonuit oues, & ait, B Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Cū enim non facitis quæ faciunt mali pastores, nõ vos ipsi pascunt: cum facitis autem quæ dicunt, ego vos pascō: Mea enim dicunt, & non faciunt, Securi, inquit, sequimur episcopos nostros. Dicunt hoc sæpe hæretici, quando veritate manifestissima conuincuntur: Nõne oues sumus? illi de nobis reddent rationē. Reddent planè malā de morte vestra. De morte ouis malignæ reddet malus pastor malam rationem. Nunquid ideo viuūt ouis, quia designatur pellem ipsius? Increpatur pastor, quia neglexit ouem errantem, & propterea in fauces lupi irruit vt deuoraretur. Quid illi prodest, quia affert pellem signatam? Paterfamilias vitā ouis inquit. Sed ecce malus pastor attulit pellem, reddat de pelle rationem. Forte mentiturus est. Videat desuper qui postea ita dicat: Cui verba ille fista numerat, cogitationes inspiciat. Reddat pastor malus rationem de pelle ouis mortuæ. Clamaui ei verba tua, & sequi noluit, dedi operam vt à grege non aberraret, & non obtemperauit. Planè si hoc dicat, & verum dicit: nouit autem ille vtrum verū dicat, reddit bonam rationem de oue mala. Si autē inspiciat deus quia neglexerit errantem, quia non quæsiuit pereūtē, quid prodest quod inuenit pellem quam referret? Ipsam reuocaret ne pellem mortuæ demonstraret. Si ergo non bonam rationem reddit, quia non quæsiuit errantem, qualem reddet qui fecit errantem? Hoc est quod dico, Si in catholica constitutus episcopus non bonam rationem reddit de oue, si non quæsiuit errantem de grege dei: qualem rationem redditurus est hæreticus, qui non solum non reuocauit ab errore, sed etiā impulit in errorem? Sed videamus, vt dixi, quomodo reuocet deus oues à pastoribus malis: Iam commemorauit, Quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Et non vos ipsi pascunt, sed deus, quia velint nolint pastores vt perueniāt ad lac & lanam: verba dei dicturi sunt, Qui prædicat non furandum, furaris: dicit Apostolus ad eos qui bona dicunt, & mala faciunt. Tu audi prædicantem: ne fureris, noli imitari furantem. Si furantem imitari volueris, ipse te pascet facto suo, tibi venenum subministrat, non cibum. Si vero hoc ab illo audis quod non dicit de suo, sed de deo, non potest quidem vna de spinis legi: Nam & ipsius domini sententia est, Nemo colligit de spinis vnam, & de tribulis ficus. Nec ideo tamē quasi calumniaris domino tuo & dicas, Domine noluit me, quia fieri non potest, de spinis legere

vuam. Et rursus dixisti mihi de quibusdam: Quæ dicit, D facite: quæ autem faciunt, facere nolite. Nempe mala facientes vtiq; spinæ sunt. Quomodo vis de spinis me colligere vnam verbi? Respondebit, Nõ est illa vna spinarum, sed aliquando increpans sarmentum implicat se in seipem, & pendet vna inter densa spinarum, sed nõ surgit de radice spinarum. Tu si esurieris, & aliud non habes vnde sumas, caute manū mitte ne lacereris à spinis, id est, ne facta imiteris malorum, & lege vnam inter spinas pedentem, sed de vite nascentem. Ad te perueniet botri alimentum, spinis seruatur ignis tormentum. Extraham, inquit, oues meas de ore eorum & de manibus eorum, & non erunt eis adhuc in cibū. Hoc & in Psalmo dicitur, Nõne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant populum meum vt cibum panis? Et non erunt eis adhuc in cibum: quoniam hæc dicit dominus deus, Ecce ego ipse abstuli à malis pastoribus oues monendo, vt dixi, ne quod faciunt, faciant: id est, ne quod faciunt mali pastores, faciāt incaute negligētēs oues. Et quid ait, Cui dat quod illis abstulit: Forte bonis pastoribus. Non hoc sequitur. Et quid dicemus fratres, nõne sunt pastores boni? Nõne alio loco scripturarum dicitur, Et constituam eis pastores secundum cor earum, & pascēt eas scientia & disciplina: Quomodo ergo oues quas malis pastoribus tollit, non dat bonis, sed tanquam omnino nusquam remanserint boni dicit, Ego pascam? Petro dixerat, Pisce oues meas. Quid ergo facimus: Cū Petro commendantur oues, non ibi dixit dominus, Ego pascam oues meas, non tu: sed Petre, amas me, pascē oues meas. An forte quia modo nõ inuenitur Petrus? Iam enim assumptus est in requiem apostolorum & martyrum, Non est cui dicat securus dominus ouium, Pisce oues meas: & quodammodo quasi necessitate descendit ad officium pascendi oues suas, non habens quibus commendēt, nec tamē deserēt. Hoc enim videtur sequi. Hec dicit dominus deus, Ecce ego ipse. Videamus, Qui pascis Israël, intende, qui de lucis tanquam oues Ioseph populum in Aegypto constitutum. Iam diffusus in gentibus Israël, ipse est Ioseph: Nostis enim quia migravit Ioseph in Aegyptum: vendentibus fratribus factum est. Vendiderunt Christum Iudæi sine causa, & inter Apostolos ipse Iudas venditor fuit. Cæpit esse Christus in gentibus, ibi honoratus est, ibi creuit populus eius, nõ cum deseruit pastor eius. Excita, inquit, potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Planè facit & faciet. Ait enim, Ecce ego ipse, & inquiram oues meas, & visitabo eas sicut visitat pastor gregem suum. Non curauerunt mali pastores: non enim suo sanguine redemerūt. Sicut visitat, inquit, pastor gregem suum in die. In qua enim die: Cum fuerit nimbus & nebula, id est, in pluuia & nebula. Pluuia & nebula error seculi huius, caligo magna surgens de cupiditatibus hominum, & nebula valida contegens terram: & difficile est, vt non errent oues in ista nebula, sed pastor nõ deserit eas, inquit, eas, penetrat nebulam oculis acutissimis, non impeditur caligine nubium, videt vndique, errantem reuocat, tantum vt fiat quod dicit in Euangelio, Quæ sunt oues mee, audiunt vocem meā, & sequuntur me. In medio ouium dispersarum, sic inquirā oues meas, & educam eas ab omni loco quo dispersæ sunt. Illic in die nubis & nimbi, quando difficile est eas inueniri, tūc ego inueniam. Crassa nebula est, pinguis nimbus est, oculus enim eius nihil latet. Et educam eas de gentibus, & colligam eas de regionibus, & inducam eas in terram earum, & pascam eas super montes Israël. Constituit

De sedulitate pastoris veri Christi in ouiu suarū custodia eas pascētis in irriguis montibus. Caput. XI.

Hierc. 3.

Ioan. 21.

Psal. 79.

Gen. 27.

F

Ioan. 10.

**G** Constituit montes Israël, authores scripturarum diuinarum: ibi pascite, vt secure pascatis: quicquid inde audieritis, hoc vobis bene sapiat: quicquid extra est, respicite, ne erretis in nebula. Audite vocem pastoris: Col ligite vos ad montes scripturæ sanctæ, ibi sunt delitiæ cordis vestri, ibi nihil venenosum, nihil alienum, vberissima pascua sunt, vos tantum sanè venite, sanè pascimini, In montibus Israël & in riuis & in omni habitatione terræ. A montibus enim quos ostendimus, manauerunt riui prædicationis euangelicæ, cum in omnem terram exiuit sonus eorū. Et facta est omnis habitatio terræ ad pascendas oues lacta atque fecunda. In pascuis bonis pascam eas, & in montibus altis Israël: & erunt stabula earum illic, hoc est, vbi requiescant, vbi dicant: Bene est, verum est, manifestum est, non fallimur. In gloria dei requiescent tanquam in stabulis illis & dormiēt, hoc est, requiescent in delitiis bonis, & in pascuis pinguibus pascunt super montes Israël. Iam dixi, montes Israël, montes bonos, quò leuamus oculos, vt inde nobis veniat auxilium nostrum à domino qui fecit cælum & terram. Ideo ne vel in montibus bonis esset spes nostra, cum dixisset, Pascam oues meas super montes Israël, rursus ne tu spem poneris in motibus, subiecit statim, Ego pascam oues meas. Leua tu oculos tuos in montes, vnde veniet auxilium tibi: sed attende dicentem: Ego pascam. Auxilium enim tuum à domino qui fecit cælum & terram. Et ego requiescere faciam eas, dicit dominus deus. Sed vt requiescere faciat, quid primo curauit? Quod enim primo curauit, posterius dicit: Hæc dicit dominus deus: Quod perit, requiram: & quod errauit, reuocabo: & quod comminutum est, colligabo: & quod exanime est, confortabo: & quod pingue est & forte, custodiam. Quod non faciebant mali pastores, seipsos pascetes, nõ oues, Non ait dominus, constituam alios bonos pastores qui faciant hæc, sed, ego, inquit, pascam oues meas, nulli committam. Securi vos fratres, securæ vos oues: nobis videtur timendum, quasi desit pastor bonus. Et addit sic, Et pascam eas cum iudicio. Vide, quia sic solus pascit cum iudicio pascēs. Quis enim homo iudicat de homine? Temerariis iudiciis plena sunt omnia. De quo desperauimus, subito conuertitur & fit optimus: de quo multum præsumpsimus, subito deficit & fit pessimus.

**H** Nec timor noster certus est, nec amor noster certus est. Quid sit hodie quisque homo, vix nouit ipse homo: tamen vtcunque ipse quid hodie, quid autem cras, nec ipse. Pascit ergo ille cum iudicio, dispertiens propria propriis: hæc istis, illa illis, debita eis quibus debetur hoc aut illud. Nouit enim quid agat, cum iudicio pascit, quos iudicatus redemit. Pascit ergo ipse cum iudicio. In propheta enim Hieremia clamauit quidam, Perdix congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas nõ cum iudicio, Contra istum perdicem facientem diuitias suas non cum iudicio, pascit iste pastor cum iudicio. Quare ille sine iudicio? Quia congregauit, quæ non peperit. Quare iste cum iudicio? Quia fouet quod peperit. De pastore tamè bono loquitur. Pastores boni aut nõ sunt, aut latent. Si non sunt, quid agimus? Si latent, quare de eis tacetur? Perdix quidem ille à quibusdam maioribus, & ante nos scripturas tractatoribus diabolus intelletus est, congregans quæ non peperit. Nõ enim ille creator, sed deceptor est, faciens diuitias suas non cum iudicio. Non enim ad eum pertinet, quis isto aut illo modo erret: omnes errantes vult quibuslibet erroribus. Quam diuersæ sunt hærefes, quam diuersi errores, ille in omnibus vult errare homines. Non dicit diabolus, Dona-

tista sint, & non Arriani: siue illi sint, siue isti, ad eum pertinent cõgregantem sine iudicio. Idola, inquit, adoret, meus est: in ludæorum superstitione remaneat, meus est: deserta vnitate in illam vel in illam hæresim pergat, meus est. Congregat ergo sine iudicio faciens diuitias suas. Sed quid sequitur, In dimidio dierū eius derelinquet eas, & in nouissimis suis erit insipiens? Venit ille congregans vndique oues suas in dimidio dierum eius, priusquam sperabat, antequam putabat, derelinquet eas, & erit insipiens in nouissimis eius. Quare in primis suis sapiens erat: vt in nouissimis suis sit insipiens. Audite fratres, Dicitur aliquando in scripturis sapientia pro stultitia abusione verbi, non proprietate. Vnde etiam dicitur, Vbi sapiens, vbi scriba, vbi conquisitor huius seculi? Nõne stultæ fecit deus sapientiam huius mundi? Et iste perdix, idem draco, idem serpens tanquam sapiens erat, quando Adam per Euam decepit: verum dicere putatus est, bonum consilium dare existimatus est, contra deum creditus est. Quòd vero dicitur sapientia abusione verbi & in malo, cõsuetudine quidem scripturarum nostrarum: nam quemadmodum loquantur authores mundi, quid ad nos? Habes in eodem libro, Erat ibi serpens sapientior omnibus bestiis. Iste sapientior omnibus bestiis, astutus & acutus ad decipiendum agnoscitur, postea non ei creditur. Et dicitur ei, Renunciam tibi, sufficiat quòd incautus primò decepisti. Ergo ita erit in nouissimis suis insipiens: aperta erūt fraudes eius, & ideo iam fraudes non erunt. In nouissimis suis erit insipiens, qui congregauit quæ non peperit, & fecit diuitias suas non cum iudicio. Pascit contra illum demptor noster cum iudicio. Existat & aliquis hæreticus, & si non frater diaboli, certe adiutor & filius, & ipsum dixerim perdicem contentiosum animal. Hoc enim animal, vt aucupes norunt, etiam contendendi studio capitur. Contendunt isti contra veritatem, & contendentur ex quo se diuiserunt. Modo dicunt, contèdere nolumus, quia iam capti sunt. Non habet quod dicat, Nolo contendere. O capte, aliquando tu eras qui primis temporibus seditionis tuæ traditores arguebas, innocentes damnabas, iudicium imperatoris querebas, iudicio episcoporum non consentiebas, victus totiens appellabas, apud ipsum imperatorem studiosissime ligitabas, congregabas quæ non peperisti: vbi est nunc ceruix tua, vbi lingua tua, vbi sibilus tuus? Certe in nouissimis tuis factus es insipiens, pauisti sine iudicio. Non enim verum vis, vel de errore tuo, vel de veritate iudicare, pascit contra te Christus cum iudicio, discernit oues suas ab ouibus non suis. Quæ sunt oues meæ, inquit, audiunt vocem meam & sequuntur me. Hic inuenio omnes pastores bonos in vno pastore. Non enim vere pastores boni desunt, sed in vno sūt. Multi sunt, qui diuisi sunt. Hic vnus prædicatur, quia vnitas cõmendatur. Neque enim vere modo ideo tacetur pastores, & dicitur pastor, quia non inuenit dominus cui commendet oues suas: tunc autem ideo commendauit, quia Petrus inuenit, imò vero & in ipso Petro vnitatem commendauit, multi erāt Apostoli, & vni dicitur, Pisce oues meas. Absit vt desint modo boni pastores, absit à nobis vt desint, absit à misericordia ipsius vt non eos gignat atque constituat. Vtiq; si sunt bonæ oues, sunt & boni pastores: nam de bonis ouibus sunt boni pastores, Sed omnes boni pastores in vno sunt, vnum sunt. Illi pascunt, Christus pascit. Non enim vocem suam dicunt amici sponsi, sed gaudio gaudent propter vocem sponsi. Idem ergo ipse pascit cum ipsi pascunt: & dicit, Ego pascam: quia in illis vox ipsius, in

**K**  
jalias, de-  
relinquet eū,  
& sic deinceps.

fastitia.  
Esa. 33.  
1. Cor. 1.

**L**  
Gene. 3.

**M**

Ioan. 10.  
Quòd veri  
pastores sint  
qui in vno  
Christo pas-  
tores exi-  
stunt, & non  
preter Chri-  
stū pascunt.  
Cap. XIII.

Ioan. 21.

illis

**A** illis charitas ipsius. Nam & ipsum Petrum cui cõmendauit oues suas, quasi alter alteri vnum secū facere volebat, vt sic ei oues cõmendaret, vt esset ille caput, ille figuram corporis portaret, id est, ecclesiæ, & tanquam sponsus & sponsa essent duo in carne vna. Proinde vt oues cõmendaret, quid illi prius dicit, ne illi tanquam alteri cõmendaret? Petre amas me? Et respondit, Amo. Et iterum, Amas me? Et respondit, Amo. Et tertio, Amas me? Et respondit, Amo. Cõfirmat trinitatem, vt consolidet vnitate. Ipse ergo pascit vnus in his, & hi in vno, & tacetur de pastoribus: sed non tacetur, Gloriantur pastores, sed qui gloriatur, in domo gloriatur. Hoc est Christum pascere, hoc est Christo pascere, in Christo pascere, præter Christū sibi non pascere. Neq; enim vere inopia pastorū tanquam ista futura mala tempora Propheta prædiceret, dixit, Ego pascam oues meas, non habeo cui cõmendem. Etiam cum ipse Petrus erat, & cum adhuc ipsi apostoli erant in hac carne & in hac vita, tunc ait ille vnus, in quo vno omnes vnus, Habeo alias oues quæ non sunt de hoc ouili, oportet me & eas adducere, vt sit vnus grex & vnus pastor. Sint ergo omnes in pastore vno, & dicant vocem pastoris vnā, quam audiāt oues & sequantur pastorem suum, & non illum, aut illum, sed vnum: & omnes in illo vnā vocem dicant, diuersas voces non habeant. Obsecro vos fratres, vt id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata. Hanc vocem aliquam ab omni schismate, purgatam ab omni hæresi audiant oues, & sequantur pastorem suum dicentem, Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Nam vis nosse hæretice quā non habeas vocem pastoris, & periculose te sequantur oues testum indumento ouium, & intus lupum rapacem: audiunt vocem tuam. Videamus an Christi sit, Ecclesiam quærit infirma ouis à grege aberrans, nesciens vbi sit grex, quærit quò se aggreget, quò intret vberem. Vocem audiamus an Christi sit: audiamus vtrum agnoscit, an perdis. Ouis dei gregem suum quærit. Puta ouem de Oriente venisse in Africam, quærit gregem suum, incurrit in te, incurrit in basilicam tuam, intrare vult, commoueris ignota facie, vel tu, vel minister tuus, stans vel sedens ad ostium, interrogat ouem quærentem gregem suum, imò gregem dei cū grege suo intrare vult, vbi eum esse putat, quæris Paganus sit, an Christianus? Respondet, Christianus. Ouis est enim dei. Quæris ne forte catechumenus sit & inquit sacramentis? Respondet, Fidelis. Quæris cuius communionis sit. Respondet, Catholicus. Christianum fidelem catholicū reprobas: qui sunt intus quos tenes: Ita vero protice, reproba. A te reprobatus, à Christo probatus. Vtinam & illi qui sunt apud te cognoscant te, & in dimidio dierum tuorū derelinquant te. Quidam fratres nostros hæsterno die ierunt ad basilicam eorum, & si ad malos fratres, tamen ad fratres. Attendite fratres mei, quid intersit inter fiduciam veritatis & timorem falsitatis. Quando aliquos eorū in hoc populo agnoscitis, quomodo gaudeatis, quia in vobis ille est qui quærit quod perierat? Sugeretur aliquando vobis, Audiet & discedet. Et vos audiat & discedat. Audiet & irridebit. Audiat & irrideat. Aliquando sapiet, aliquando agnoscer, aliquando relinquitur à populo suo, remanet cum corde suo, renunciat errori suo, gratias agit deo suo. Illi autem quid? Quid estis? Christiani sumus. Non, sed exploratores. Et illi, Catholicus sumus. Conati sunt iniuriare meliori consilio. Pœnitent eos, atque vtinā sic pœniteat & ibi remanere, quomodo pœnituit eos qui ingressi sunt iniuriare. Tamen nonus.

Hiere. 9.

Ioan. 10.

1. Cor. 1.

Mat. 7.

**C**

Ioan. 10.  
Quòd veri  
pastores sint  
qui in vno  
Christo pas-  
tores exi-  
stunt, & non  
preter Chri-  
stū pascunt.  
Cap. XIII.

Ioan. 21.

illis

men quos proiecerunt Christianos, fideles, catholicos, quos tenuerunt, nolo dicere, quos proiecerunt video, quos tenuerunt ipsi dicant: Dicant ergo vocem suam, Videamus an Christi sit vox, an pastoris sit vox, quam sequantur oues: siue per bonum sit vox ista, siue per malum hominem, vtrum pastoris sit vox, attendamus.

Quærit infirma Ecclesiam, quærit errans Ecclesiam, tu quid dicis? Partis Donati est Ecclesia. Ego vocem pastoris inquirō. Lege hoc mihi de Propheta, lege mihi de Psalmo, recita de lege, recita de Euangelio, recita de Apostolo. Inde ergo recito Ecclesiam toto orbe diffusam & dominum dicentem, Quæ sunt oues meæ, vocem meam audiunt, & sequuntur me. Quæ est vox pastoris? Et prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Ecce vox pastoris, agnosce eam, & sequere si ouis es. Sed illi codices tradiderunt, & illi thus idolis posuerunt, ille & ille. Quid ad me de illo & de illo? Si fecerunt, non sunt pastores: tu vocem pastoris edicito, quia nec de illis vocem pastoris annuncias. Tu accusas non euangelium, tu accusas nõ propheta, non Apostolus, de quo mihi vox ista loquitur, de illo credo, aliis nõ credo. Sed acta proferes, acta profero. Credamus tuis, crede & tu meis. Non credo tuis, noli credere meis. Auferantur chartæ humana, sonent voces diuinæ. Aede mihi vnā scripturæ vocem pro parte Donati, audi innumerabiles pro orbe terrarum. Quis eas numerat? Quis eas terminat? Tamen vt pauca cõmementemus, legem attende, primum dei testamentum, In semine tuo benedicentur oēs gentes. Et in Psalmo, Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatē tuā, & possessionem tuā terminos terræ. Cõmementabitur & conuertentur ad dominum omnes fines terræ: & adorabunt in conspectu eius vniuersæ patriæ gentium. Quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi. Quis enumerare sufficiat? Prope omnis pagina nihil aliud sonat, quàm Christum & ecclesiam toto orbe diffusam. Exeat mihi vna vox pro parte Donati. Quid magnum est quod quæro? Ecclesiam toto orbe diffusam perituram esse dicunt. Peritura prædicta est tot testimoniis mansura? Nec vna vox ista per legem, per prophetas, per cantica pastoris est. Neque enim illi verum dicere sine verbo dei poterunt, quod est Christus. Audi vocem verbi, & ex ore verbi: miratus fidem Centurionis, Amen, inquit, dico vobis, non inueni tantam fidem in Israël. Propterea dico vobis, quia multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Ab oriente multi & occidente venient: ecce ecclesia Christi, ecce grex Christi: tu vide si ouis es. Non enim te latet grex qui vbiq; est. Non habebis quid respondeas iudici tuo, quem non vis esse pastorem tuum: non habebis, inquam, quod respondeas iudici tuo, Nescimi, non vidi, non audiui. Quid est quod non fecisti? Nec est qui se abscondat à calore eius. Quid est quod non videristi? Viderunt omnes fines terræ salutare dei nostri. Quid est quod non audisti? In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed recte à vobis quæritur vox Christi, vox pastoris, quam oues audiant & sequantur. Non inuenitis quid dicatis, vocem pastoris non habetis. Audite & sequimini. Dimitte vocem lupi, sequimini vocem pastoris, aut date vocem pastoris.

Quòd veri  
pastoris verā  
vocem audiāt  
oues, & se-  
quantur: &  
quæ sit vox  
vera.  
Cap. XIII.  
Ioan. 10.

Luc. 24.

**E**

Gene. 22.

Psal. 2.

Psal. 21.

Psal. 95.

Psal. 71.

Mat. 2.

Psal. 18.

Quòd nõ in  
meridionali  
tanti Africa  
læcet eccle-  
sia, vt Dona-  
tiste finistre  
scripturas ex-  
ponendo fin-  
gunt: sed in to-  
to mūdo sul-  
geat aperte  
quidē catho-  
licis, aperte  
aut hæreticis  
Cap. XV.

**G**  
mus,

Psal. 18.

Psal. 120.

Quòd est iudicio  
Christi pascat,  
alij vel teme-  
rario vel pr-  
sus iudicio  
nullo.  
Cap. XII.

Hiere. 17.

illis



**G** mus, inquit, Audiamus. Damus & nos vocem pastoris. Audiamus. In canticis, inquit, canticorum loquitur sponsa ad sponfam, ecclesia ad Christum. Nouimus cantica canticorum, sancta catica, amatoria cantica: sancti amoris, sancta charitatis, sancta dulcedinis. Planè volo inde audire vocem pastoris, vocem dulcissimi sponsi Ecclesie. **Quid habes? Audiamus.** Sponsa, inquit, dicit ad sponsum, Annuncia mihi què dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas? Et ille, inquit, respondet, In meridie, manifesta tibi testimonia proferebà, nò erat quemadmodum aliter interpretareris: Postula à me, & dabo tibi gètes hereditatè tuam, & possessionè tuam terminos terræ: Còmemorabuntur & còuertentur ad dominum vniuersi fines terræ. **Quid est quod mihi de canticis canticorum profers, quod forte non intelligis?** Etenim illa catica canticorum anigmata sunt, paucis intelligentibus nota sunt, paucis pulstantibus aperiuntur. Tene, & deuotè accipe aperta, vt merito tibi pandantur obscura. Quomodo eris penetrator obscurorum, contemptor manifestorum? Ecce tamen vt possumus fratres, hæc verba discutimus: aderit dominus vt videatis ibi sanum intellectum.

**H** Primo, quod ab omnibus & imperitis facillimè iudicatur, verba ipsa male distinguunt. Nunc audietis, nunc probabit. Etenim sic se habet textus ipse lectionis. Sponsa loquitur ad sponsum, Annuncia mihi què dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas? Quod sponsa sponso dicat, quod Ecclesia Christo dicat, nec nos dubitamus nec illi. Sed omnia verba sponsæ audi. Quare verbum quod adhuc sponsa est, vis tribuere iam sponso? Omnia quæ dicit sponsa, dicat, tunc respondet sponsum. Audi euidentius: hac distinctione quæ dicitur sum, nò inuenies aliquid plus. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Ipsa adhuc dicit, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Et vide quia ipse adhuc dicit. Sequitur enim, Ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Puto omnes peritos imperitosque discernere genus masculinū & femininū. Operta, quæro cuius generis sit, ab omni homine quæro, masculini est, an feminini? Annuncia, inquit, mihi què dilexit anima mea: què, cum dicit, masculinū alloquitur, sponsum alloquitur. Quia vero femina virū alloquitur, còsequentia verba indicant, Annuncia mihi, vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne forte fiam sicut operta. Audi tu operta, vt fiat tibi hæc aperta. Annuncia mihi què dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne forte fiam sicut operta super greges sodalium tuorum. Hucusque verba sponsæ. Iam incipiunt verba sponsi de manifesto. Nisi cognoueris temetipsam. Agnosce euidentè femininā. Temetipsam ò pulchra inter mulieres. Nisi cognoueris temetipsam. Opulchra inter mulieres, exi tu in vestigiis gregum, & pascere hædos tuos in tabernaculis pastorum, non in tabernaculo pastoris. Vide quomodo còminetur sponsum: vide què admodum in periculo, quāuis ille dulcis abstulit de medio blandimenta. Quam blande illa: annuncia mihi què dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Veniet enim dies medius, quando ad vmbracula concurrant pastores, & forte latebit me vbi tu pascis, & vbi cubas in meridie, & volo mihi annuncies ne forte fiam sicut operta, id est, sicut occulta & nò cognita. Ego enim manifesta sum, sed ne sicut occulta & sicut celata incidam super greges sodalium tuorum. Omnes enim hæretici à Christo exierunt, omnes qui facti sunt pastores mali, habentes greges suos sub nomine Christi, illius sodales fuerunt, illius conuiuium acceperunt. Sodales enim dicuntur tanquam vnus conuiuij. Latina enim lingua sic

dicti sunt sodales, quasi simul edales, eo quod simuledant. **K** Audi illum in Psalmo arguentem sodales malos, id est, vnus conuiuij: Si inimicus, inquit, meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique, & si super me magna locutus fuisset, abscondissem me vtique ab eorum vno vnanimis & notus meus, dux meus, qui simul mecum dulces capiebant cibos. Ergo multi sodales ingrati mensa donatica exierunt foras, mali sodales fecerunt sibi mensas suas, & exerunt sibi altaria contra altare, in eos ista timet errare. Et si putas quia meridies Africa est, quāquā possem obtinere magis mundi meridie esse partes Aegypti, & illas exustas sole regiones vbi pluuia non apparet, quia ipse est meridies vbi feruet medius dies, ibi autè eremus plena milibus feruorum dei. Vnde si ad meridiem locorum velimus aduertere, quare non ibi pascat magis ille & ibi requiescat, quando antè prædictum est, Vbera erunt deserta eremi? Sed ecce còsentio, Africa sit meridies. Hic sunt sodales mali. Ecclesia transmarina in aliquo suorum nauigante, in Africa sollicita ne erret, inuocat sp̄sum suum, & dicit ei, Abundare audio hæreticos in Africa, abundare audio rebaptizatores in Africa: esse autè ibi tuos non minus audio. Et illud audio, & hoc audio, sed qui sint tui, à te volo audire, Annuncia mihi què dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie? Audio duas partes esse, vnā Donati, alterā vniuerso tuo coherente. Tu mihi dic quod eam, ne forte velut operta, id est, ignota fiam super greges sodalium tuorum, & incurram in greges hæreticorum, commantes ponere lapidem super lapidem qui destruitur, ne irruam in rebaptizatores, annuncia mihi. Et ille qui còmendat vnitatem pastoris, qui in hac lectione dixit, ego pascam. Pastores autè reprobant, qui multi esse voluerunt, vnitatem amiserunt. Seuerissime non blande respondens, sed pro magnitudine periculi: Nisi cognoueris, inquit, temetipsam ò pulchra inter mulieres. Pulchra es inter mulieres, sed agnosce te. Vbi te agnosces? In toto orbe terrarum. Si enim pulchra, vnitatem est in te: vbi diuisio, sceditas est, non pulchritudo. Nisi cognoueris temetipsam, in me credidisti, agnosce te in me. Quomodo credidisti? Quomodo & illi mali sodales consentiunt, verbum carnè factum, natum ex virgine, crucifixum, resurrexisse, ascendisse in cælos. Si talè me credidisti, talem & illi sonant. Cognosce & tu me in cælo, & in toto orbe terrarum. Vnūquëlibet ex Ecclesia tanquam ecclesiam Christum alloquitur. Nam quomodo Ecclesia quærit Ecclesiam? Secundum ipsos loquor. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas? **Quid quærit Ecclesiam?** Et ille tanquam ostendens Ecclesiam dicit, In meridie, sicut illi volunt. Respondeant mihi, quomodo Ecclesia quærat Ecclesiam: annuncia mihi què dilexit anima mea. Quæ loquitur? Ecclesia. **Quid sibi vult annūciari?** Vbi pascis, vbi cubas, id est, vbi sit ecclesia. Ecclesia loquitur & interrogat, vbi sit Ecclesia: & respondet ille, vt putat, in meridie. Si in solo meridie est, vt dicunt, in Africa, quomodo ipsa interrogat vbi ipsa sit? An vero portio Ecclesie transmarina bene interrogat de meridie ne hic erret? Alloquitur vnūquodque membrorum Ecclesie sue Christus, tanquā suam Ecclesiam, & dicit, Nisi cognoueris temetipsam ò pulchra inter mulieres, exi. Exire hæreticorum est. Aut cognosce te, aut exi: quia si te non cognoueris, exitura es. Exitura es, quo? In vestigiis gregum, sequendo malos greges. Ne forte putas quia oues sequeris si exis, audi quid sequitur, Exi tu in vestigiis gregum, & pascere hædos tuos, iam non oues. Nostis fratres, vbi erunt hædi? Ad sinistram erunt omnes

**K**  
Psal. 54.

**A** omnes qui exierunt ab Ecclesia. Manenti Petro dicitur, **Ioan. 21.** Pascere oues meas: exiisti hæretico, pascere hædos tuos. Est, inquit, & aliud testimonium nihilominus contra te. Dic, audiamus. Erit sic còtra te, quomodo hoc quod putabas pro te. Si meridiem, inquit, interpretaris Aegyptum: multis quidem modis interpretamur meridiem, & Aegyptum possumus ad locum mundi, & ipsam Africam sic intelligere. Audi quid intelligam per meridiem, intelligo feruorem spiritualium, flagrantem igne charitatis, splendens lumine veritatis. Nam dicitur in quodam Psalmo, Dexteram tuam notam fac mihi, & eruditos corde in sapientia. Dexteram, non hædos: & eruditos corde in sapientia, ipsi sunt meridies. Vnde dicitur, à propheta, Et tenebræ tuæ sicut meridies erunt. Multis ergo modis possumus intelligere meridiem, sed prorsus Africam intelligo. Accipio à te aliquid forte melius quàm saperem, nisi à te commemorarer, Africa sit meridies. Timet Ecclesia transmarina incidere in rebaptizatores, timet incidere tanquam ignota in greges sodalium, quærit ab sponso suo vt annūciat illi vbi pascat, vbi cubet in meridie, quia à ipso meridie in aliis pascit, in aliis non pascit: in aliis cubat, in aliis non cubat. Audi ad consilium, veniat ad catholicam Ecclesiam, nò incurrat in greges sodalium, non pascat hædos suos. Sed dic aliud quod te dicebas esse diciturum. **Propheta, inquit ait, Deus ab Africo veniet.** Et iam vbi Africus, vtique Africa. O testimonium, Deus ab Africo veniet, & ab Africa veniet deus. Alterum Christum in Africa nasci, & ire per mundum hæretici annunciant. Rogo quid est, Deus ab Africo veniet. Si diceretis, Deus in Africa remansit, vtique turpiter diceretis: nunc autem etiam ab Africa veniet dicitis Christus. Nouimus vbi sit natus Christus, vbi sit passus, vbi in cælum ascenderit, vnde discipulos miserit, vbi eos spiritu sancto repleuerit, vbi per totum mundum euangelizare iusserit, & obtemperauerunt ei, & adimpletur orbis terrarum Euangelio, & tu dicitis, Deus ab Africa veniet. Ergo tu mihi, inquit, expone quid est, Deus ab Africo veniet? Dic totum, & fortassis intelliges. Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso. Tu mihi expone, si iam ab Africa, quomodo de monte vmbroso? De Numidia nata est pars Donati, ipsi missi sunt primi in disensionem & tumultum, & scandalum, querentes ingens vulnus. Numidæ miserunt, Secundus Tigistanus misit. Vbi sit Tigis, notum est. Qui missi sunt clerici, extra congregauerunt ab Ecclesia, ad clericos Carthagini accedere noluerunt, visitatorem posuerunt, à Lucilla suscepti sunt. Author totius huius mali Numidia, hæreticus fuit in Numidia, vnde ventum est huc: cum tanto malo viscarium vix inuenitur, cum incurisionibus habitant, quomodo mons vmbrosus Numidia? Dic mihi ergo, noli mihi hucusque recitare, Deus ab Africo, exigo & sequentia, Et sanctus de monte vmbroso. Sed ostende mihi partem Donati à Numidia, de monte vmbroso venire. Inuenis nuda omnia, pingues quidem campos, sed frumentarios, non oliuetis fertiles, non ceteris nemoribus amœnos. Vnde ergo mons vmbrosus in Numidia partibus? Vnde hoc scandalum venit. Tu mihi, inquit, ergo expone quid est, Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso? Vide quàm facile exponam. Primo illud audi quod ait dominus, Oportebat Christum pati, & resurgere tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem, Ecce vnde venit, incipientibus cum dicit: inde vtique se in sanctis suis ad alias gentes ven-

**B** in aliis non pascit: in aliis cubat, in aliis non cubat. Audi ad consilium, veniat ad catholicam Ecclesiam, nò incurrat in greges sodalium, non pascat hædos suos. Sed dic aliud quod te dicebas esse diciturum. **Propheta, inquit ait, Deus ab Africo veniet.** Et iam vbi Africus, vtique Africa. O testimonium, Deus ab Africo veniet, & ab Africa veniet deus. Alterum Christum in Africa nasci, & ire per mundum hæretici annunciant. Rogo quid est, Deus ab Africo veniet. Si diceretis, Deus in Africa remansit, vtique turpiter diceretis: nunc autem etiam ab Africa veniet dicitis Christus. Nouimus vbi sit natus Christus, vbi sit passus, vbi in cælum ascenderit, vnde discipulos miserit, vbi eos spiritu sancto repleuerit, vbi per totum mundum euangelizare iusserit, & obtemperauerunt ei, & adimpletur orbis terrarum Euangelio, & tu dicitis, Deus ab Africa veniet. Ergo tu mihi, inquit, expone quid est, Deus ab Africo veniet? Dic totum, & fortassis intelliges. Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso. Tu mihi expone, si iam ab Africa, quomodo de monte vmbroso? De Numidia nata est pars Donati, ipsi missi sunt primi in disensionem & tumultum, & scandalum, querentes ingens vulnus. Numidæ miserunt, Secundus Tigistanus misit. Vbi sit Tigis, notum est. Qui missi sunt clerici, extra congregauerunt ab Ecclesia, ad clericos Carthagini accedere noluerunt, visitatorem posuerunt, à Lucilla suscepti sunt. Author totius huius mali Numidia, hæreticus fuit in Numidia, vnde ventum est huc: cum tanto malo viscarium vix inuenitur, cum incurisionibus habitant, quomodo mons vmbrosus Numidia? Dic mihi ergo, noli mihi hucusque recitare, Deus ab Africo, exigo & sequentia, Et sanctus de monte vmbroso. Sed ostende mihi partem Donati à Numidia, de monte vmbroso venire. Inuenis nuda omnia, pingues quidem campos, sed frumentarios, non oliuetis fertiles, non ceteris nemoribus amœnos. Vnde ergo mons vmbrosus in Numidia partibus? Vnde hoc scandalum venit. Tu mihi, inquit, ergo expone quid est, Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso? Vide quàm facile exponam. Primo illud audi quod ait dominus, Oportebat Christum pati, & resurgere tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem, Ecce vnde venit, incipientibus cum dicit: inde vtique se in sanctis suis ad alias gentes ven-

**C** in aliis non pascit: in aliis cubat, in aliis non cubat. Audi ad consilium, veniat ad catholicam Ecclesiam, nò incurrat in greges sodalium, non pascat hædos suos. Sed dic aliud quod te dicebas esse diciturum. **Propheta, inquit ait, Deus ab Africo veniet.** Et iam vbi Africus, vtique Africa. O testimonium, Deus ab Africo veniet, & ab Africa veniet deus. Alterum Christum in Africa nasci, & ire per mundum hæretici annunciant. Rogo quid est, Deus ab Africo veniet. Si diceretis, Deus in Africa remansit, vtique turpiter diceretis: nunc autem etiam ab Africa veniet dicitis Christus. Nouimus vbi sit natus Christus, vbi sit passus, vbi in cælum ascenderit, vnde discipulos miserit, vbi eos spiritu sancto repleuerit, vbi per totum mundum euangelizare iusserit, & obtemperauerunt ei, & adimpletur orbis terrarum Euangelio, & tu dicitis, Deus ab Africa veniet. Ergo tu mihi, inquit, expone quid est, Deus ab Africo veniet? Dic totum, & fortassis intelliges. Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso. Tu mihi expone, si iam ab Africa, quomodo de monte vmbroso? De Numidia nata est pars Donati, ipsi missi sunt primi in disensionem & tumultum, & scandalum, querentes ingens vulnus. Numidæ miserunt, Secundus Tigistanus misit. Vbi sit Tigis, notum est. Qui missi sunt clerici, extra congregauerunt ab Ecclesia, ad clericos Carthagini accedere noluerunt, visitatorem posuerunt, à Lucilla suscepti sunt. Author totius huius mali Numidia, hæreticus fuit in Numidia, vnde ventum est huc: cum tanto malo viscarium vix inuenitur, cum incurisionibus habitant, quomodo mons vmbrosus Numidia? Dic mihi ergo, noli mihi hucusque recitare, Deus ab Africo, exigo & sequentia, Et sanctus de monte vmbroso. Sed ostende mihi partem Donati à Numidia, de monte vmbroso venire. Inuenis nuda omnia, pingues quidem campos, sed frumentarios, non oliuetis fertiles, non ceteris nemoribus amœnos. Vnde ergo mons vmbrosus in Numidia partibus? Vnde hoc scandalum venit. Tu mihi, inquit, ergo expone quid est, Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso? Vide quàm facile exponam. Primo illud audi quod ait dominus, Oportebat Christum pati, & resurgere tertio die, & prædicari in nomine eius poenitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem, Ecce vnde venit, incipientibus cum dicit: inde vtique se in sanctis suis ad alias gentes ven-

Quod nò ab Africa, sed à Hierusalem exiit lex & origo catholica ecclesie toto orbe diffusa. Cap. XVI. Luc. 24.

turnum esse prædixit. Lege diuisionem terræ filiorum Israel in omnibus tribubus in libro Iesu Naue, vbi aperte dictum est, Hæbus ab Africo, quæ est Hierusalem. Lege, quare, & inuenies. Vtinam cum inuenieris, credas: vtinam animositatem deponas. Hæbus ab Africo quæ est Hierusalem. Et dominus, Incipientibus ab Hierusalem, hoc est, deus ab Africo veniet. Quomodo ergo à mote vmbroso? Euangelium iam lege. De monte oliueti Christus ascendit in cælum. Sequere. Et quid lucidius? Audis, ab Africo: audisti, de monte vmbroso. Legem recitamus, Euangelium recitamus. Audisti, Incipientibus ab Hierusalem, audi, per omnes gentes, in eodem propheta. Sequere verba illa, quæ contempsisti, Verba illa quæ prætermisisti, Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso. Cooperiet montem vmbra eius, & gloria eius plena est terra. Per omnes ergo gentes incipientibus ab Hierusalem? Quomodo incipientibus ab Hierusalem? Deus ab Africo veniet, & sanctus de monte vmbroso & condensio: id est, à monte oliueti vnde ascendit in cælum, vnde misit discipulos suos, vbi etiam ascensus ait, Non enim vestrum est scire tempora quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis virtutem ex alto, & eritis mihi testes, Videte quomodo incipit Euangelium, Et eritis mihi testes in Hierusalem & in Iudæa & Samaria, & in tota terra. Ergo deo veniente Christo, & nomen eius, & prædicatio Euangelij eius ab Hierusalem, id est, ab Africo & à monte vmbroso, id est, à monte oliueti, per omnes gentes diffamatum est Euangelium. Operuit montes vmbra eius, id est, refrigerium eius, protectio eius, & laudis eius plena est terra. Cantate ergo cum tota terra canticum nouum, non canticum vetus cum angulo terræ. Dicunt & aliud, Cyrenæ, inquit, quidam Simon angariatus est vt tolleret crucem domini. Legimus, sed quid te adiuet volo scire. Cyrenæus, inquit, Afer est, Quare ipse angariatus est qui crucem tolleret? Vbi sit Cyrene, forte nescis, Libya Pætopolis est, contigua est Africæ, ad Orientem magis pertinet, vel in distributione prouinciarum imperatorem cognosce. Imperator orientalis mittit iudicem ad Cyrenem. Breuiter respondeo, Vbi est pars Donati, non inuenitur Cyrene: vbi est Cyrene, non inuenitur pars Donati. Manifesta veritas conuincit errorem. Det mihi Cyrenem vbi est pars Donati, det mihi partem Donati vbi est Cyrene. Manifestum est enim fratres, in Pentapoli Ecclesiam esse catholicam, partem Donati ibi nò esse. Sed securi irrideamus scèdos, & fleamus irridèdos. **Quid dicis?** Meritum Cyrenensis huius magnum commemoras, quia tulit crucem domini, & Afrum dicitis, Orientalis est. Libya enim duobus modis dicitur, vel ista quæ proprie Africa est, vel illa Orientis pars, quæ contigua est Africæ, & omnino collimitanea. Sed Afer fuerit Cyrenensis, beatum putas quod angariatus crucem tulerit? Quanto melius forte diceret quis in Arimathia remansisse Ecclesiam Christi, quia Ioseph ille diues ab Arimathia, habens ante oculos regnū dei, non angariatus, non coactus venit ad crucem domini, cum ceteri formidarent, petit à Pilato sepeliendū corpus domini, de ligno depo-

**A&L.**  
**E**  
Caustatio quædam Donatistarū de Cyrenæo angariato conuincitur. Cap. XVII.

**Ioan. 19.**

FINIS.

Gij Diui

Sodales.

G DIVI AVRELI AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

De ouibus Liber siue Homilia.

Quis sit pastor, & que oues. Cap. I.

Psal. 94.

Psal. 114.

De pastoribus ca. primo

Psal. 94.

Quare fecerit iniquitas est esse gregem dei. Cap. 11. Ezech. 34.

Psal. 97. Psal. 110.



Erba quæ cantauimus continet professionem nostram, quia oues dei sumus, nec impertite poscimus cum lachrymis eius misericordiam cuius oues sumus. Diximus enim, Ploremus ante dominum qui fecit nos, quoniam ipse est dominus deus noster. Ne quisquam plorans se exaudiri posse desperet, commemorata est necessitudo quædam exaudiendi nos deo, quoniam ipse est dominus deus noster qui fecit nos. Ille deus noster, nos populus pascuæ eius, & oues manu eius. Pastores homines, vel etiam patrefamilias domini pecoribus quas habent, non ipsi fecerunt: oues quas pascunt, non ipsi creauerunt: noster autem dominus deus, quia deus & creator est, fecit sibi oues quas habeat, & quas pascat, nec alter instituit quas ipse pascit, nec quas ipse instituit, alter pascit. Ploremus ergo ante illum. Neque enim in bono sumus, dum in hoc seculo sumus. Cum enim placeamus domino in regione viuorum, tunc detergentur lachrymæ nostræ, & dicemus ei laudes qui nos exemit de vinculis mortis, pedes nostros à lapsu, oculos nostros à lachrymis, ut placeamus domino in regione viuorum: quia difficile est ut ei placeatur in regione mortuorum. Est autem & hic vnde illi placeamus, eius misericordiam in his deprecando, à peccatis nos quantum possumus abstinendo, in quantum autem non possumus confitendo atque plangendo. Ita in hac vita sumus sperantes aliam vitam, plorantes in spe, imò plorantes in re, gaudentes in spe. Professi ergo in hoc cantico, quia sumus oues eius, populus pascuæ eius, oues manuum eius: audiamus quid ad nos loquatur, tamquam ad oues suas. Pridem pastoribus loquebatur superiore lectione, presentem autem & hodiernam ouibus loquitur. In illis ergo eius verbis, nos cum tremore audiebamus, vos cum securitate. Quid ergo in istis verbis hodiernis? Nunquid vicissim nos cum securitate, vos cum tremore? Nō vti que. Primo, quia etiam pastores sumus, pastor non solū quod dicitur ad pastores, cum tremore audit, sed etiam quod dicitur ad oues: si enim securus audit quod ad oues dicitur, non est illi cura de ouibus. Deinde iam & tunc diximus charitati vestræ, duo quædam in nobis esse consideranda: vnum quod Christiani sumus, alterum quod præpositi sumus. Quod ergo præpositi sumus, inter pastores deputamur, si boni sumus. Quod autem Christiani sumus, & nos vobiscum oues sumus. Siue ergo dominus pastoribus loquatur, siue ouibus, nos omnia cum tremore oportet audire, nec recedat sollicitudo de cordibus nostris, ut ploremus ante dominum qui fecit nos. Audiamus itaque fratres, vnde dominus oues suas improbas corripit, & quid promittat ouibus suis. Et vos, inquit, oues meæ, hæc dicit dominus deus. Primo, quæta felicitas est esse gregem dei, si quis etiam cogitet, fratres, etiam in istis lachrymis, & in istis tribulationibus magnum gaudium concepit. Neque enim in eius grege est quem lupi possunt flagellare, aut cuius somnium possunt captare prædones. Illi enim dictum est, Qui pascit Israël: de quo dictum est, Non dormiet neque dormitabit, qui custodit Israël. Vigilat ergo super nos ille vi-

gilantibus nobis, vigilat & dormientibus nobis. Si ergo de pastore homine securum est pecus hominis, quanta debet esse nostra securitas pascente deo, non tantum quia pascit nos, sed etiam quia fecit nos? Vna est nostra sollicitudo quæ nobis imponitur, audire vocem pastoris, & est nunc tempus audiendi, quia ille nondum assumpsit tempus iudicandi. Qui loquitur modo, tacet. Loquitur enim modo in præcepto, tacet in iudicio. Ideo dicit quodam in loco, Tacui, nunquid semper tacebo? Quomodo tacuit, cum hoc ipsum loquendo dixerit? Qui dicit, tacui, non tacet, quia & hoc ipsum dicere, tacui, non tacere est. Audio ergo te loquentem in tot præceptis, in tot sacramentis, in tot paginis, in tot libris. Audio denique in hoc ipso quod dicis. Tacui, nunquid semper tacebo? Quomodo ergo tacuisti? Quia nondum dico, Venite benedicti patris mei, percipite regnum: & nōdum dico aliis, Ite maledicti in ignem æternum, qui præparatus est diabolo & angelis eius, & nondum hæc ipsa ita dico ut iam prædicauit. Vltimam sententiā quæ dicitur est iudex, in tabella descripturus manu sua, vltra quam sententiā nihil iam iudicaturus est, partes non audiunt. Illis foras exeuntibus scribitur, attonitæ sunt ambæ partes atque suspensæ, contra quam vel pro qua sententiā illius procedat. Magnum secretum iudicis, vnde secretarium nominatur. Magnus timor eorum qui in causa sunt, quid ille cogitet, & quid scribat ignoratur, & homo est, & illi de quibus ille iudicat, vti que homines sunt. Ille autem deus noster est, & nos populus pascuæ eius, & oues manuum eius. Et cum sit ille creator, nos creatura, ille immortalis, nos mortales: ille inuisibilis, nos visibiles, noluit nos latere in hac vita, quæ vltimam sententiā in fine diciturus sit. Nemo ante dicit, damno, qui vult damnare: nemo ante dicit, ferio, qui vult ferire. Magna ergo lenitas, magna misericordia, magna mansuetudo, sed non abutatur patientia eius ad nostram nequitiam, & illo peccata nostra portante, nos quasi faciendo ei onus augeamus peccata peccatis, quasi ut ille plus portet qui non laborat cum portat peccata nostra, quibus adhuc parcat, quia adhuc sustinet, & illius ostendunt patientiam, nostram cumulat sarcinam. Ignoras, inquit, quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Patientia dei illa est, quam taciturnitas tem vocat, de qua dicit, Tacui, nunquid semper tacebo? Ergo cum argueret quosdam & diceret, Qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non adulterandum, adulteras, &c. ait, an diuitias bonitatis eius & longanimitatis contemnis? Quia ille bonus est, quia longanimitas, quia videt & tacet, quia videt & sustinet, putas illum iniquum? Ignoras quia patientia dei ad penitentiam te adducit? Et vide si semper tacebit, qui modo tacet. Tu autem, inquit, secundum duritiam cordis tui & cor impetens thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Ergo tacet, nunquid semper tacebit? Item dicit post quædam enumerata peccata, hæc fecisti & tacui, id est, hæc fecisti & non vindicaui, suspicatus es iniquitatem, quod ero tui similis. Et reuera hoc cogitant mali, cum multa fecerint mala, & mali sibi accidere nihil viderint, non tantum placent eis facta sua mala, sed etiam deo placere putant: intantum procedit impietas, ut & deum similem sibi existimet impius contemptor. Et cum deus adducat eum monendo, docendo, corripiendo ad similitudinē suam, non solum nō sequitur similitudinē dei, sed deū vult ducere ad similitudinem suā. Hæc est iniquitas maior, dū ipsa peccata, à quibus se nō corrigat,

Quod sollicitudo ouis debet esse, audire pastorem. Cap. III.

Esa. 42. Psal. 49. Matt. 25.

Psal. 94.

De patientia & bonitate pastoris. Cap. III.

Roma. 2.

Psal. 49.

A corrigit, deo placere putat. Suspiciat es iniquitatem quod ero tui similis. Et quid sequitur? Arguā te. Quare hoc? Tacui, nunquid semper tacebo? Itaque fratres, quoniam sermo iste, qui de ore procedit & me terret & vos: omnes enim vnam spem habemus bonam in illo, & omnes pariter timere debemus, ne illo offenso non inueniamus quod speramus, sed experiamur quod contempnimus, audiamus omnes tamquam oues dei, dum loquitur qui tacet, dum monet nos, & nondum iudicat nos qui fecit nos, dum vacat audire, dum licet & legere. Et vos, inquit, oues meæ, hæc dicit dominus deus, Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Quid hic faciunt hirci in grege dei? In iisdem pascuis, in iisdem fontibus, & hirci tamen sinistrae destinati, dextris miscuntur, & prius tolerantur quam separabuntur, & hic exercetur ouium patientia ad similitudinē patientiæ dei. Separatio enim ab illo erit, aliorum ad sinistram, aliorum ad dexteram. Nunc autem ipse tacet, tu vis loqui. Sed vnde dico, tu vis loqui? Vnde ipse tacet? A vindicta iudicij, non à verbo correptionis. Ipse nondum separat, tu vis separare? Ipse mixta tolerat qui seminavit. Si ante ventilationem frumentum vis esse purgatum, tuo vento pessime ventileris. Licuerit dicere seruis, Vis, imus, & colligimus eas. Stomachati sunt enim videndo zizania, & doluerunt segeti bonæ permixta zizania, & dixerunt, Nōne bonum semen seminasti, vnde ergo apparuerunt zizania? Ille rationem reddidit vnde apparuerunt, non tamen permisit ut ante tempus euellerentur: quauis & ipsi serui stomachati aduersus zizania, consilium tamen & præceptum à domino expectierunt. Displicebant illa inter segetem, sed videbant serui, quia si vel in ipsis zizaniis euellendis aliquid sua spōte facerent, ipsi zizaniis annumerarentur. A domino expectauerunt præceptum, iussionem regis sui quaesierunt: vis imus & colligimus? Et ille, Non. Et reddidit inde causam, Ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Sedabat eos ad indignatione, nec reliquit in dolore, Graue enim videbatur seruis esse zizania inter frumētum, & vere graue erat. Sed alia est agri conditio, alia quies horrei. Tolera, ad hoc enim natus es: tolera, quia forte tolerat es. Si sepe bonus fuisti, habeto misericordiam: si aliquando malus fuisti, noli perdere memoriam. Et quis est semper bonus? Facilius si te deus diligenter discutiat, inueniet te etiā nunc malum, quam tu te semper bonum. Ergo toleranda sunt zizania hæc inter frumentum, hirci inter arietes, hirci inter oues. Quid autem ille de frumento? In tempore, inquit, messis dicam messoribus, Colligite primum zizania, & alligat fasciculos ad comburendum ea, triticum autem meo recondite in horreo. Transiet ergo agri cōcretio, veniet messis discretio. Exigit nunc dominus de nobis patientiam, quam proponit in se dicens tibi, Ego certe si voluero modo iudicare, nunquid inique iudicabo? Ego certe si voluero iudicare, nunquid falli poterō? Si ego qui semper recte iudico, & qui falli non possum, differo iudicium meum, tu ignorans quemadmodum iudicandus sis, audes tam præpropere iudicare? Videte fratres quemadmodum illis seruis volētibz ante tempus eradicare zizania, hoc opus nec in messe concessit. Ait enim, In tempore messis dicam messoribus: nō ait, dicam vobis. Sed quid si ipsi serui mellores erunt? Non. Nam exponens omnia singulatim, mellores ait angeli sunt. Homo ergo carne sepius carnem portans, aut forte caro totus, id est, caro corpore, carnalis animo, audes vniuspare officium alienum, quod nec in messe erit tuū? T omnis nonus.

De non euellendis zizaniis ante messē, & nō separandis ouibus ante iudicium. Caput. V.

Matt. 13.

C

Hoc de separandis zizaniis. De hircis autem quid? Cum venerit filius hominis & omnes angeli cum eo, sedebit in sede gloriae suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eas sicut pastor separat oues ab hircis. Et veniet & separabit, veniet messis, & separabitur. Modo ergo tempus separationis non est, sed tolerationis. Nec ideo ista dicimus fratres, ut corripiendi dormiat diligentia, immo vero ne in illud iudicium incauti veniamus & cæci, negligentes cecitatem nostram subito nos ad sinistram veniamus. Disciplina exerceatur, iudicium non præcipitur. Quid ergo dominus? Ecce ego iudico inter ouem & ouem, & hircos & arietes. Ecce ego iudico. Magna securitas, ipse iudicat, securi sunt boni. Iudicē ipsorum nullus aduersarius corrumpit, nullus aduocatus circūuenit, nullus testis illudit. Sed quantum securi sunt boni, tantum timeant mali. Non talis iudicat, cui aliquid abscondetur. Nunquid enim deus iudicans quæsturus est testes, per quos discat quis sis? Vnde potest falli qui sis, qui nouerat quid esses futurus? Te interrogat, non alium de te. Dominus, inquit, interrogat iustum & impium. Interrogat autem te, non ut discat à te, sed ut confundat te. Habentes vero talem iudicem, quem nemo contra nos fallit, nemo pro vobis: sic agamus ut eius iudicium venturum non timeamus, sed expectemus & desideremus. Nunquid enim frumenta timent ne mittantur in horreum? Immo optant vehementer & desiderant. Nunquid oues timent ne ponantur ad dexteram? Immo nihil eis tam tardum est quam donec fiat. Hi vero ex animo & tota sinceritate dicunt cum orant, Adueniat regnum tuum. Mali vero hominis in his verbis & cor trepidat, & lingua titubat. Quomodo enim dicit, Adueniat regnum tuum? Ecce venit. Qualem te inueniet? Sic ergo age ut securus ores. Et si quid forte inest in conscientia errati atque peccati, habes in ipsa oratione medicinam, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Voluit enim deus sic te esse debitorē, ut habeas debitorem. Peccando quippe inimicum te facis deo, sed attēde ne forte tu habeas inimicum. Dimitte, & dimittetur tibi. Quod facis qui potes in peccato inueniri, hoc in te faciet, qui de nullo peccato poterit iudicari. Si autem ut homo in peccato positus, peccatori tuo non parcis, nec tuam in illo conditionem respicis, nec de cætero lapsum tuæ fragilitatis horrescis, quid tibi facturus est qui tam securus iudicat, quomodo qui nunquam peccat? Danda ergo opera est pura conscientia, & si forte aliquis inest scrupulus, præueniamus faciem eius in confessione. In psalmo autem cum nunc cantaretur, audiui mus: Præueniamus faciem eius in confessione. Præueniamus eum, ne ipse nos præueniat. Post confessionem non afferet vltionem, si & tu post confessionem non repetas iniquitatem. Præueni antequam præueniaris. Quia enim vlturus est, certum est: perdes, si non desideras quod futurum est. Nam & te nolente venturus est. Nunquid eū dilaturus es recusando, ne veniat? Sicut nouerat horā, qua iudicari debuit, sic nouit & horam qua debeat iudicare. Veniet ille, tu vide qualis futurus sis. Hodie inest scrupulus, hodie sit confessio, hodie renuncietur scrupulo, hodie dimittatur, hodie laxetur. Nō est ut dicas, differre deus veniam: tu noli differre medicinam tuam. Habes enim aliquid in animo quod te angat: & si angit, & sollicitat. Vti que si in domo tua esset lapis offendens oculos tuos, iuberes eum auferri de medio, maxime si aliquem paulo maiorero hospitem in domo tua esses recepturus. Cum ergo deum inuocas, in

Matt. 25.

De securitate bonorum & trepidatione malorum ouium. Cap. VI.

Psal. 101.

E

Matt. 6.

Matt. 6.

F

Psal. 94.

G iij te vocas:

G te vocas: quomodo veniet ad te, cui locum quò recipias, non mundasti? Sed minus idoneus es auferre de corde tuo, quod tibi ipse fecisti, ipsum inuoca, vt mundet: ipsum inuita, vt intret: dum tamen quod facturus es, modo facias, cum loquitur monendo, & tacet iudicando. Dixit hic hircos, dixit & arietes, & indicat inter eos.

Et quid eis dicit? Nunquid non sufficit vobis, quia bona pascu pascebatis, & reliquias pascu vestrae conculcabatis pedibus vestris, & potabatis aquam, quae subsidebat, id est, quae pura & tranquilla erat, & reliquias pedibus vestris turbabatis, & oves meae conculcationem pedum vestrorum depascebant, & conturbatam pedibus vestris aquam potabatis: Quid est hoc? Pasca dei bona sunt, & fontes dei puri sunt. Habemus hoc in scripturis sanctis. Qui sunt ergo qui quod tranquillum est inde bibunt, & quod mundum est inde pascentur, & conculcant reliquias & turbant aquam, vt oves aliae conculcatas herbas accipiant, & aquam conturbatam bibant? Et hoc vtique videtis displicere pastori, qui dicit dum sunt ista, Ego iudico inter ouem & ouem: ad hoc vtique ne fiant. Sunt multi qui tranquille discunt, perturbate docent, & cum habeant doctorem patientem, saeuunt in discipulum. Quam nos enim tranquille doceat ipsa scriptura, quis nescit? Veniet ergo aliquis & legit praecipua dei, legit & capit, capit tranquillius de tranquillo bibens, de viridi & mundo pascent. Velit aliquis audire ab illo aliquid, indignatur, perturbatur: tarditatem aliquando serius intelligetis accusando turbatam facit minus intelligere quod potuit audire tranquillius. Nec hoc ideo dixerim fratres, quia non est aliquando corripienda dicitia, quam ipsa tanta veritatis tranquillitas corripit dicens, O insensati & tardi corde ad credendum: si ista sunt ea dilectione, qua volumus curam incutere hominibus ad incutiendam diligentiam intentionis, & ad ferendam forte nubem mentis suae, quam de curis seculi contraxerunt, & forte cogitando alia inutilia, quod vtile est audire non possunt. Deinde etiam si in se aliquis videat tarditatem, non sine causa ille accusatur, vt deum roget, & soluat tarditatem, donec veritatem. Aut enim si negligentia nostra minus intelligimus quod audiimus, vtique negligentia corripienda est. Aut si tarditas est, cum fuerit accusata, erit vnde rogetur deus.

Nec doctores ergo tales reprehendendi sunt: sed qui hoc faciunt animo amaro, animo inuido, ipsi conculcant pascu & conturbant fontes, quicquid forte nouerint, ita volunt nosse vt alij non nouerint. Malignae mentis homines, tartareo zelo pleni, liuidi non in corpore, sed in corde, legerunt & intellexerunt: cum interrogati fuerint, multum est ad te, Ego tibi ista credam, & tu dignus es ista legere vel audire? Quid turbas aquam? Ambobus fons manat. Quid conculcas herbas communes? Non tu pluisti vt nascerentur. Est aliud in his verbis, quod non absurde potest intelligi. Sunt homines qui putant sibi in bene viuendo sufficere conscientiam, & non valde curant quid de illis alter existimet ignorantes, quia cum homo viderit hominem bonae conscientiae negligentem, habentem scientiam quod nihil sit idolum, & tamen in idolo recumbentem, conscientia illius cum sit infirma, adificatur non ad ea quae perscrutatur, sed ad ea quae suspicatur. Neque enim homo pater tuus, frater tuus, intrare potest in conscientiam tuam quam nouit deus. Conscientia tua coram deo est, conuersatio tua coram fratre tuo. Si de te ille aliquid mali suspicans, perturbatus adificatur ad aliquid faciendum, quod te

putat facere dum sic viuus, quid prodest, quia veteri conscientiae tuae hausit aquam puram, & ille de tua negligentia conuersationem bibit turbatam: Et audis tales cum corripiuntur ne ista faciant, respondere nobis & dicere, Apostolus dixit. Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem, Et hic aquam turbas, pascu conculcas. Attende melius, ne & tibi aqua turbet quod ait Apostolus, Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem. Optime accipio apostolicam sententiam, libere agnosco. Sed aliud in Apostolo non legisti? Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, non quaerens quod mihi prodest, sed quod multis, vt salui fiant. Rursus eundem Apostolum non audisti? Si ne offensione estote iudaeis & Graecis & Ecclesiae dei. Tertio eundem Apostolum non audisti? Prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Ait ergo ille, Expone itaque mihi, quomodo intelligam diuersa atque contraria haec dicentem Apostolum, Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem: ac dicentem, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, ac dicentem, Gloria nostra haec est, testimoniū conscientiae nostrae: ac dicentem, Prouidemus bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Si tranquillius audias, si tibi ipsi aquam tuae mentis non perturbes, quantum potero fortassis exponam. Sunt homines temerarij iudices, detractores, susurriones, murmuratores, querentes suspicari quod non vident, querentes etiam iactare quod nec suspicantur, contra tales quid remanet, nisi testimoniū conscientiae nostrae. Neque enim fratres etiam in illis quibus placere volumus, gloriam nostram quaerimus, aut gloriam nostram quaerere debemus, sed illorum salutem: vt si bene ambulamus, nos sequendo non errent: imitatores nostri sint, sicut & nos Christi: si autem nos non Christi, imitatores sint Christi. Ipse enim pascat gregem suum, & cum omnibus bene pascentibus, ipse solus est, quia omnes in illo sunt. Non ergo vtilitatem nostram quaerimus, quando hominibus placere volumus, sed gaudemus eis placere quod bonum est, propter ipsorum vtilitatem, non propter nostram dignitatem. Contra quos autem dixerit Apostolus, Si hominibus placere vellem, Christi seruus non essem, manifestum est: & propter quos dixerit, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus placeo per omnia, manifestum est: vtrunque dilucidum, vtrunque tranquillum, vtrunque purum, vtrunque non perturbatum: tu tantum pasce & bibe, noli conculcare, noli perturbare. Nam & ipsum dominum Iesum Christum magistrū vtique audisti, Luceant opera vestra bona coram hominibus, vt videant bona facta vestra, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est: id est, qui vos fecit tales. Nos enim populus pascu eius, & oves manuum eius. Ille ergo laudetur, qui te fecit bonum, si bonus es, non tu, qui per te ipsum non poteris esse nisi malus. Quid autem vis in contrariū ducere veritatem, vt quando boni aliquid facis, te velis laudari: quando mali aliquid facis, dominū velis vituperari? Vtique enim qui dixit, Luceant opera vestra bona coram hominibus: ipse dixit in eodem sermone, Nolite facere iustitiam vestram coram hominibus. Sed sicut in Apostolo ista tibi contraria videbantur, sic & in Euangelio, Si autem non perturbes aquam cordis tui, & hic agnosces pacem scripturarum, & habebis pacem cum eis & tu. Si autem tu cum eis habere noluieris pacem, tu in te committis litem tuam, illa non amittent pacem suam. Propter illos enim qui se hominibus iactando commendant, & ita ventilant opera sua bona, vt finem bonorum

A bonorum operum suorum in laude hominum ponant, eandemque laudem hominum quasi pro mercede computent bonorum operum suorum, de his dicitur, Amen dico vobis, percipiet mercedem suam. Contra eos dicitur, Cauete iustitiam vestram facere coram hominibus. Proinde sequitur, Vt videamini ab eis. Vltra non porrexit intentionem, hic fecit finem, Nolite sic facere coram hominibus, quicquid boni facitis, vt videamini ab eis, vt sit ipse finis operis vestri, videri ab eis. Nolite ergo sic, vt videamini ab eis. Hic autem, non ibi ponit finem, vt videamur ab hominibus, coram quibus vult esse bona facta nostra, sed ait, Luceant opera vestra coram hominibus, vt videant bona opera vestra. Non quieuit, neque hic remansit, sed duxit te hinc rursus, & tulit te a te. Caderes enim si esses in te, & vbi tuus esses, posuist. Videant, inquit, bona opera vestra, & glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Noli irasci, quia ille glorificatur. Apud illum esto, & in illo glorificaberis, vt non gloriatur, ait Apostolus, omnis caro coram illo. Ergo sine gloria remanebitur. Nam & testimoniū conscientiae nostra in nobis gloria est, quia in illo est. Nam si ita est gloria nostra, vt nobis placeamus & efficiamur placetes nobis, valde stulto homini placeat qui sibi placet. Currem ergo fratres, non tantum viuere, sed etiam coram hominibus bene conuersari, nec tantum amemus habere bonam conscientiam, sed quantum potest nostra infirmitas, quantum vigilantia fragilitatis humanae, curemus, nihil etiam facere quod veniat in mala suspicionem infirmo fratri, ne forte puras herbas mandendo, & puras aquas bibendo conculcemus pascu dei, & oves infirmas conculcatū manducant, & turbatum bibant: & vel propter istum qui dicit, Ego iudico inter ouem & ouem. Pro istis haec dicit dominus deus ad eos, Ecce ego iudico inter ouem fortem & inter ouem imbecilem. Aliud aliquid dicat. Iam audiuius de his qui conculcant herbas, & qui conturbant aquas: audiamus aliud genus mali, & magnum genus mali. Postea de hircis nullam facit mentionem, semel illos nominauit, vt sciremus eos esse. Ipse enim illos bene nouit. Postea sic loquitur, tanquam omnes sint oues. Primo quomodo ipse videt, postea vero quomodo nos videmus, locutus est. Hirci enim quia insunt, & quia in fine separabuntur, notum sit ouibus, modo tanquam inter ouem & ouem discerno. Nam scit praedestinatione & praescientia oues & hircos ille solus, qui praedestinare potuit, qui praescire. Modo quia omnes sub iugo Christi sunt, & omnes ad gratiam dei accedunt, ouem te putas, hircum te forte deus nouit, sed tanquam ouis audi quod audis, Ecce ego iudico inter ouem fortem & inter ouem imbecilem, quoniam lateribus & humeris vestris impellebatis, & cornibus vestris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quoadusque dispergeretis eas foras. Quis hoc non intelligat? Quis non exhorrescat? Si mille oues foris sunt, non est factum. Si autem multas oues foris errare plangimus, va quorum humeris & lateribus & cornibus factum est. Non enim haec facerent nisi fortes oues. Quae sunt fortes? De suis viribus praesumetes. Quae sunt fortes? De sua iustitia gloriantes. Non diuiserunt oues, non foras miserunt, nisi qui se iustos esse dixerunt: humeris audaces ad impellendum, quia non portant sarcinam dei: latera mala, conspirantes amici, societates pertinaciae: cornua erecta, elata superbia: impelle lateribus & humeris, vtilia cornibus, mitte foras quod non emittit: certe ipsa tota causa est, quia tu iustus, & alij iniusti, & indignum erat vt iustus esset cum iniustis: indignum videlicet, vt frumenta essent inter zizania: indignum vt oues inter hircos pascerentur, donec pastor veniret qui in separando non errat. Ita ne tu angelus eradicans zizania? Non te agnoscerem angelum eradicantem zizania, nec si iam messis venisset. Ante messem non tu, sed quisquis fuerit non est verus. Qui designauit messem, designauit & tempus. Possent & homines se dicere angelos. Inuenimus fortasse in scripturis & homines dictos angelos: sed tamen ego tempus messis attendo. Angeli tibi nomen potes imponere, tempus messis non potes breuiare. Itaque falsum dicit, qui sis, quia nodum venit quando sis. Proinde cum venerit, & veri messores missi fuerint, nescio vbi te inueniant, vtrum purgandum qui in horreo recondaris, an alligandum qui in ignem proiciaris. Ideo enim dico, forte, quia non audeo iudicare. Modo te foris doleo: vtrum sis futurus intus, ignoro. Interim audi ex alio scripturae testimonio de te scriptum esse, dum viuus, & noli velle zizania eradicare, quando tepus non est, sed tu ipse intro redi cum tempus est. Dicit alia dei scriptura, Filius malus ipse se iustum dicit, Hi sunt humeri & latera & cornua tua. Male fortis, quantum melius esses infirmus. Male fortis, sed non sanus. Male fortis phreneticus cadit & medicum. Dicit se perfectum vt facias defectum. Quanto potius, quanto vtilius esses infirmus, vt ille te perficeret qui nouit imperfectum tuum. Et apostolus Paulus vas electionis, ne extolleretur in reuelationibus, quod dicere non auderemus, nisi ipsi dicenti crederemus, In magnitudine, inquit, reuelationum me extollar, datus est mihi stimulus carnis meae angelus satanae, qui me colaphizet. Ne cornua erigeret, colaphizari se dicebat. Propter quod, inquit, dominum ter rogavi vt auferret eum a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Est ergo vtilior infirmitas quae perficitur, quam illa firmitas quae impellit oues, quae ventilat vt excludat. Filius ergo malus ipse est, tu te iustum dicit: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluuit. Attendite fratres mei sententiam quandam breuem numero verborum, sed ingentem pondere veritatis. Iustus se dicit vt exeat & excludat. Iustus se dicit, sed malus est, ideo exitum suum non abluuit. Quid est non abluuit? Non purgat, non defendit, non excusat. Quare enim te separasti, quare existi? Quare tibi tremit cor quando audis ex libris diuinis, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si tamen illa mala fortitudo, qua oues dei impellis & impingis & ventilas, permittit tremorem ad cor tuum? Nam vtique cum audis: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, ille loquebatur qui in Ecclesia erat. Ecclesia toto orbe diffusa est, tu quid facis foris? Neque enim ego annuncio Ecclesiam toto orbe diffusam: prophetae annunciauere, Apostoli annunciauere, ipse dominus annunciauere Ecclesiam toto orbe diffusam. Modo cum Psalmus legeretur, audiuius, Non repellit dominus plebem suam: tanquam quaereretur, quoniam in manu eius, inquit, omnes, fines terrae. Ipse non repellit, & tu impellis. Impellis, ventilas, excludis, iactas, traditor es, non comprobas. Cornua sunt ista ventilantis, non mansuetudo pascentis. Ecce plebs dei in finibus terrae, ecce plebs dei gemens & plorans ante deum qui eam fecit, dicit in Psalmo ipsi domino ante quem plorat, A finibus terrae ad te clamaui, dum angeretur cor meum. Vide quemadmodum se humiliat in angore cordis, & quid sibi praestitum dicit: In petra exaltasti me. In petra Christo exaltasti, non de monte Donati

Mat. 6.

Gal. 1.

1. Cor. 10.

1. Cor. 8.

1. Cor. 1.

Ezec. 34.

1. Cor. 4.

De eradicatib' zizania ante tempus extra ecclesiam agrū vt sunt heretici Cap. X.

Mat. 5.

Psal. 94.

Mat. 6.

Psal. 94.

Psal. 60.

Tomus nonus.

stus esset cum iniustis: indignum videlicet, vt frumenta essent inter zizania: indignum vt oues inter hircos pascerentur, donec pastor veniret qui in separando non errat. Ita ne tu angelus eradicans zizania? Non te agnoscerem angelum eradicantem zizania, nec si iam messis venisset. Ante messem non tu, sed quisquis fuerit non est verus. Qui designauit messem, designauit & tempus. Possent & homines se dicere angelos. Inuenimus fortasse in scripturis & homines dictos angelos: sed tamen ego tempus messis attendo. Angeli tibi nomen potes imponere, tempus messis non potes breuiare. Itaque falsum dicit, qui sis, quia nodum venit quando sis. Proinde cum venerit, & veri messores missi fuerint, nescio vbi te inueniant, vtrum purgandum qui in horreo recondaris, an alligandum qui in ignem proiciaris. Ideo enim dico, forte, quia non audeo iudicare. Modo te foris doleo: vtrum sis futurus intus, ignoro. Interim audi ex alio scripturae testimonio de te scriptum esse, dum viuus, & noli velle zizania eradicare, quando tepus non est, sed tu ipse intro redi cum tempus est. Dicit alia dei scriptura, Filius malus ipse se iustum dicit, Hi sunt humeri & latera & cornua tua. Male fortis, quantum melius esses infirmus. Male fortis, sed non sanus. Male fortis phreneticus cadit & medicum. Dicit se perfectum vt facias defectum. Quanto potius, quanto vtilius esses infirmus, vt ille te perficeret qui nouit imperfectum tuum. Et apostolus Paulus vas electionis, ne extolleretur in reuelationibus, quod dicere non auderemus, nisi ipsi dicenti crederemus, In magnitudine, inquit, reuelationum me extollar, datus est mihi stimulus carnis meae angelus satanae, qui me colaphizet. Ne cornua erigeret, colaphizari se dicebat. Propter quod, inquit, dominum ter rogavi vt auferret eum a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Est ergo vtilior infirmitas quae perficitur, quam illa firmitas quae impellit oues, quae ventilat vt excludat. Filius ergo malus ipse est, tu te iustum dicit: Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autem suum non abluuit. Attendite fratres mei sententiam quandam breuem numero verborum, sed ingentem pondere veritatis. Iustus se dicit vt exeat & excludat. Iustus se dicit, sed malus est, ideo exitum suum non abluuit. Quid est non abluuit? Non purgat, non defendit, non excusat. Quare enim te separasti, quare existi? Quare tibi tremit cor quando audis ex libris diuinis, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis: si tamen illa mala fortitudo, qua oues dei impellis & impingis & ventilas, permittit tremorem ad cor tuum? Nam vtique cum audis: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, ille loquebatur qui in Ecclesia erat. Ecclesia toto orbe diffusa est, tu quid facis foris? Neque enim ego annuncio Ecclesiam toto orbe diffusam: prophetae annunciauere, Apostoli annunciauere, ipse dominus annunciauere Ecclesiam toto orbe diffusam. Modo cum Psalmus legeretur, audiuius, Non repellit dominus plebem suam: tanquam quaereretur, quoniam in manu eius, inquit, omnes, fines terrae. Ipse non repellit, & tu impellis. Impellis, ventilas, excludis, iactas, traditor es, non comprobas. Cornua sunt ista ventilantis, non mansuetudo pascentis. Ecce plebs dei in finibus terrae, ecce plebs dei gemens & plorans ante deum qui eam fecit, dicit in Psalmo ipsi domino ante quem plorat, A finibus terrae ad te clamaui, dum angeretur cor meum. Vide quemadmodum se humiliat in angore cordis, & quid sibi praestitum dicit: In petra exaltasti me. In petra Christo exaltasti, non de monte Donati

De doctrinis non amaro corde conculcatis. Cap. VIII.

H Contra praedicatorum nimium seueros

Luc. 14.

Quod non sufficit bene viuere, nisi etiam quisque coram hominibus bene studeat conuersari. Cap. IX.

1. Cor. 8.



**G** præcipitasti. I nunc & iacta cornua, extende latera, infla humeros tuos, & impelle oves & dic: iustus sum. Respondebit tibi scriptura: Malus, non iustus, filius malus ipse se iustum dicit. Si iustus es, quare exis foras? Quid eiicis foras? Quid cum his quos eiicis facis foras? Tanquam ovis inter hircos fuisti, melius ab istis a pastore ad dexteram separaris, quam cum ipsis ad sinistram confutaris. Hirci erant, tu ovis, pascaris cum hircis. Quid te pascua, quid te fontes offenderant? Postremo quid te ipse pastor offenderat, qui ad tempus gregem vtrunque permiscuit, qui etiã sibi quando libet hoc bene facienti, tamen separationem in finem seruauit: Neque ille etiã si modo separaret, erraret. Ille in finem differt, tu ante tempus separas. Non expectas finem nesciens quando tibi sit finis. Vnde hoc, nisi quia & ipsos quos tanquam hircos accusasti, falsò accusasti? Nam si vere accusasses, non te separasses. Tua separatio illorum est purgatio. Si zizania erant, quid ea voluisti ante tempus separare, cum ipsis permixtum triticum esses, & eodem agro radicaretis, eadem pluuia rigaretis? Quare ergo existis? Nunquid inuenis causã? Quos accusas non conuincis, exequendo autem ante tempus & te separando, ipse conuincis. Vide quia filius malus es, ipse te iustum dicit, exitum autem tuum non abluis. Ego nõ dico tibi, tu es potius traditor. Quod si etiam dicam, facile probò: sed ideo nolo dicere, quia tui fecerunt, non tu fecisti. Noh tibi imputo facta aliena, etiam tuorum: tuum factum attendo, quod foris es arguo. Exitum tuum arguo, proflus certe omnia remoueo quæ in vos dici possunt. Omitto ebriolitates vestras, fœnus & vfuras, superufuras, omitto greges & furias Circuncellionum, omitto hæc omnia & quæcunque alia quæ enumerare non possum. Non omnes forte apud vos ista faciunt. Ille qui ibi ista non facit, ille cui displicet ista quæ ibi fiunt, ipse ergo accedat, ipse loquatur: nõ ei obiciò crimen alienum, abluat exitum suum. Vides quia recte illi dicitur, Filius malus ipse se iustum dicit. Dominus enim dicit, qui verum dicit, Filius malus ipse se iustum dicit: Non ego, sed ipse. Si vult vt ego dicam iustum, veniat, bonos fructus in catholica pace afferat, in catholica pace custodiat, quia & fructus non est, vbi non est tolerantia: Et fructum, inquit, afferent cum tolerantia. Vis videre quemadmodum grandinatus es? Audi ex alio loco, Væ his qui perdidit tolerantiam. Modo aliquem putate cogitare, quia & sæpe contingit, vbi sit Christianus. Motus est vt sit Christianus, attendit in nomen Christi concurrere genus humanum, nulla tẽporali proposita commoditate vult esse Christianus, non vt maiorem amicum conciliet, non vt ad concupitam vxorem perueniat, non vt aliquam pressuram huius seculi euadat, quanquam multi etiam sic intrantes corriguntur ingressi. Sed faciamus aliquem cogitantem de anima sua & volentem esse Christianum, attendit vbi duas partes videt, quærat causas quare se illi ab illis separauerunt. Respondent illi: Separauimus nos tanquam iusti a peccatoribus. Quasi vero cæco loquantur audienti quid dicant, non videnti quid agant. Si itaque inspiciens morem ipsorum & ea quæ pauloante commemorari dicat illis: Rogo vos, iustos vos esse dicitis, & ideo vos recte separasse contenditis, quare apud vos sunt tales & tales: Et illi fortasse, quia negare non audet, quia ea dicuntur quæ oculis obiciuntur, sunt quidem apud nos tales, sed nõquid omnes sumus tales? Optime. Video te foris cum peccatoribus. Quare non intus? Merces enim separationis tuæ esse debuit, cum peccatore nõ viuere. Si foris sic esses, vt quales te fingis fugisse

nõ haberes, quoquo modo ferrẽ separationẽ tuam. Attendat ergo iste cupiens esse Christianus, vbi sit Christianus, Videt illos separatos quasi a peccatoribus, plenos peccatoribus. Rursus attendat ecclesiã Christi secundum probabile vitam morum generis humani, secundum quos mores potest ipse etiã veniens de seculo vtrunque iudicare. Videat & hinc aliquos sobrios, aliquos ebriosos, aliquos patientes pauperes, aliquos rapinã rerũ alienarum appetentes: & cetera talia, videt hinc, videt & ibi, attendat iam deũ, quid dicat de ecclesia sua: inuenit deũ dicentẽ per omnes gẽtes ecclesiã suam, inuenit deũ etiã in ista similitudine zizaniorũ dicentẽ: Ager est hic mundus. Non ager est Africa, sed hic mundus. Per totũ mundum frumentũ, per totum mundũ zizania, tamen ager est mundus. Seminator filius hominis, messores angeli, nõ principes Circuncellionũ. Sinite crescere vtrunq; vsq; ad messem, nõ crescere zizania, & decrescere frumenta, sed vtrunq; crescere vsq; ad messem. Quã messem? Ipsũ audi: Messis est finis seculi. Audit hæc planẽ, & recte iudicans quid dicit: Nõ ero in illa concisione, hæc ero, & bonus ero in nomine eius cuius ero, & bonus ero, non me ipsum bonum faciens, sed ab illo fieri expectans, nõ me ipsum bonum & iustum dicens, sed ab illo dici desiderans. Intrat, fit catholicus, ecce ipse abluat ingressum suũ, abluat & tu exitum tuũ. Non potes. Filius enim malus ipse se iustum dicit, exitum autẽ suum nõ abluat.

Lateribus & humeris vestris impellebatis, & cornibus vestris percutiebatis, & omne quod deficiebat conprimebatis, quoad usq; dispergeretis eas foras. Et saluabo oves meas. Sicut detestanda illorũ iniquitas & crudelitas, ita laudanda pastoris nostri veri dei nostri misericordia, saluauit oves suas. Forte fratres mei quamuis per minimos seruos suos, forte per indignos, hoc facit cum hoc dicimus, Saluat oves suas, audiant vocem pastoris sui & sequantur eũ: non quærant ecclesiã ex ore hominum, ex ore dei quærant, ex ore Christi quærant. Ille quẽ dicit impium, impius est: quẽ dicit iustũ, iustus est: quẽ dicit ouem, ouis est: quẽ dicit hircũ, hircus est. Ipse est veritas, ipse loquatur, ab illo ecclesiã quæratur. Dic nobis domine, vbi est ecclesiã tua? Et ille omnibus: Vbi ego sum, scitis. Respondent omnes: In cœlo ad dexteram patris. Integra fides. Hanc docui, hæc seminavi, sed per mundũ seminavi. Cum me inquit, cõfitemini in cœlo, venit vobis certe in mentẽ ille psalmus, Exaltare super cœlos deus. Ecclesiã quæratis, legite quod sequitur: Et super omnem terram gloria tua. Vbi fratres, vbi dictum est, Exaltare super cœlos deus: de Christo resurgente & ascendente: ibi statim sequitur, Et super omnem terram gloria tua. Sponsus in cœlo est, sponsa in terra est: ille super omnes cœlos, illa super omnem terram. O hæretice, credis quod in cœlo non vides, negas quod in terra vides. Dicat ergo hæc, dicat & audiatur, saluat oves suas. Et saluabo, inquit, oves meas, & iam nõ erunt in vastatione, & iudicabo inter ouem & ouem, & excitabo super eas pastorem vnum. Nonne ipse in superiori lectione dixerat: Ego pascam? Modo excitat pastorem vnum ille qui pascit. An forte intra tam paruum interuallum lectionis tadio affectus est pascendo, & excitauit pastorem cui commendaretur curam omnium vt ipse esset securus? Audiamus quem pastorem dicit, & ibi intelligimus quare & ipse pastor etiam excitato isto pastore ipse pascat, & solus pascat. Excitabo super eas pastore vnum, & pascet eas. Seruus meus Dauid ipse pascet eas. Prophetiam esse de Christo veniente ad homines ex semine Dauid intelligitis fratres, si tempora

Matt. 13.

L

De misericordia dei p pastorem Christi oves suas ab hereticorum vastationibus liberatis Cap. XI.

Ioan. 14.

Psal. 107.

M

**A** tempora cognoscatis. Ipse Propheta Ezechiel tempore captiuitatis fuit, quæ facta est ex transfmigratione populi in Babyloniã. A tempore Dauid vsque ad tempus huius transfmigrationis, generationes sunt. quatuordecim. Ecce quanto post dicit: Et Dauid pascet eas. Si hoc diceretur tempore Noë, aut tempore Abraham, aut tempore Moyfi, aut tempore saltem ipsius Saulis, cui successit in regno Dauid, recte intelligeremus de ipso Dauid filio Iesse dictum esse hoc, quod ipse futurus esset pastor gregis dei, cui regnanti populus ille cõmissus est: nõ vero iam regnauerat Dauid, iam de vita ista exierat, iam patribus appositus erat, iam pro merito suo quiescebat. Quid est quod dicit, Excitabo Dauid, & faciam eum pastore vnum: nisi quia Dauid ille est, qui venit ex semine Dauid? Quomodo ergo erigit nobis pastorem deus? Quẽ pastorem vnum? Et pascet eas seruus meus Dauid. Iam dudũ ipse pascere nos, deo pascere nos, modo pascit nos seruus eius Dauid. Quare tanquam alter? Nam vtique cũ ille pascerebat, deus pascerebat: & cũ deus pascerebat, pater & filius & spiritus sanctus pascerebat. Modo excitatur & fit tanquam alter pastor, sed non alter. Non alter secundum formam dei, quia in forma dei ipse & pater vnus deus: in forma autem serui tanquam alter excitatur vt pascat, quia maior est pater. Audi vnum pascere, & Christum pascere, Ego & pater vnũ sumus. Audi excitari Christum pascere, Pater maior me est. Vnus ergo pascit, quia cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Excitatur autem vt pascat, quia semetipsum exinanivit formam serui accipiens. Hoc & hic ipsa verba testantur: Pascet eas seruus meus Dauid. Seruus in forma serui: seruus, quia semetipsum exinanivit formam serui accipiens, in similitudine hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliavit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Excitatur ergo vt pascat. Propter quod, inquit, deus exaltauit eum a mortuis, & donauit ei nomen quod est super omne nomen. Iam excitato seruo suo Dauid, iam excitata forma serui, quam posuit ad dexteram suam, donauit ei nomen quod est super omne nomen. Vide quemadmodum pascat, quam late pascat, vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ad quam angustam partẽ latum possessorem vanitas hæretica impingit? An tantum fides superbis humeris & cornibus tuis, vt non congreges ad pastore, sed & ipsum pastore a grege coneris excludere? Pascet eas seruo meo Dauid. Audite oves pascete vos Dauid. Audite vocẽ pastoris vestri Dauid, nõ vocẽ latronũ, non vlulatus luporũ. Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas. O commendada res, ipse pascet eas. Nemo se dicat pascere præter ipsum, ipse pascet eas. Qui vult pascere, in illo pascat, quia ipse pascit eas. Deus pauloante dicebat. Ego pascam: modo dicit, Ipse pascet eas. Respondeat filius & dicat vobis, Vtrunq; vere dictum est. Ego & pater vnũ sumus. Qui dicit, ego pascam: nõ mentitur dicendo, ipse pascet: & cum dicit, ipse pascet: nõ mētitur dicendo, ego pascam. Non credis, inquit, quia ego in patre, & pater in me est: Philippe, qui videt me, videt & patrem, Recte dicitur, Ego pascam: recte dicitur, Ipse pascet. Distinctio est, non separatio, ipse pascet eas. Nolite oves expauescere, non relinquet vos qui dicit, ipse pascet eas. Deus pascit pater & filius & spiritus sanctus: ipse deus pascit. Sed distinguenda erat forma serui, non separanda & alienanda, & in aliam personam constituenda. Accepit in se creator creaturam, nõ mutatus est creator in creaturam, assumpsit quod non erat, non amisit quod

Ioan. 10.

Ioan. 14.

Philip. 2.

Philip. 2.

Ioan. 10.

Ioan. 14.

erat. Pascet eas seruus meus Dauid. Ipse pascet eas, & erit eis in pastore, & ego dominus ero illis in deum. Attendite fratres, Videte vnitatem deitatis, & personarum tamen distributionem, ne dicamus eum esse filium qui pater est, aut eũ esse patrem qui filius est. Ecce dicit, Ipse pascet eas: qui pauloante dixerat, Ego pascam eas. Et erit eis, inquit, in pastorem, & ego dominus ero illis in deum. Expone nobis domine. Nemo aquã turbet, quod purum manat de puro fonte potemus. Quid enim quasi singillatim quod dixisti, erit ipse in pastorem, ego ero in deum, tanquam ipse sit pastor noster, tu sis deus noster? Quare domine tu non es pastor noster, & ille non est deus noster? Tranquille audi, esto mansuetus ad audiendum verbum, vt intelligas. Forte enim modo audit me aliqua auris diuersa sentiens & hæretico veneno tabefacta, & irridet me dicentem, patrem & filium vnum deum, cum non irrideat tot milia fratrum habentium animam vnã, & dicit mihi, ecce aperte deus dicit, Erat eis in pastorem seruus meus Dauid, quẽ tu ipse Christũ intellexisti, nec aliter potest intelligi. Rationem enim reddidisti, hæc esse dicta, cũ iam dormisset Dauid. Christus ergo erit eis in pastorem, & ego, dominus ait, ero illis in deum. Ille in pastorem, ille in deum. Tu ergo mihi expone, quid est, Ego pascam? Quis dicebat, ego pascam? Certe deus loquens dicebat, ego pascam. Quomodo nõ separauit Christum a pascendo, cum diceret, ego pascam: sic non separauit Christum a deitate, cũ diceret, ego deus. Ecce pastor est Christus, pastor est & pater. Sic deus est pater, deus est & Christus. Sicut a pastore Christo non separas patrem, sic a deo patre non separes Christum. Habet cum filio pater pascendi miserationẽ, habet cum patre filius diuinitatis æqualitatẽ. Sed nisi ita diceret, putares eum esse patrem qui est filius. Ergo ad vnitatem deitatis te admonuit, & ad personarum distributionem, vt quod dicit, ipse pascet, & ego ero illis in deum: non se separans a filio pascente, nec filium separans a se dominante, & in patre intelligas deum filium, & in filio intelligas pastore patrem. Ego, inquit dominus, ero illis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Quare in medio eorum? quia verbum caro factum est & habitauit in nobis. Princeps in medio eorũ, inde & mediator dei & hominum, quia deus cũ patre, homo cũ hominibus. Non mediator homo præter deitatem, non mediator deus præter humanitatem. Ecce mediator. Diuinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine diuinitate non est mediatrix, sed inter diuinitatem solam & humanitatem solam mediatrix est humana diuinitas & diuina humanitas Christi. Et seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego dominus locutus sum. Non nescio quis hæreticus. Ego dominus locutus sum, Et disponam ad eos testamentum pacis, per ipsum vtique qui ait, Pacem meam do vobis, pacem meã relinquo vobis. Hoc est testamentum patris nostri, testamentum pacis. Quelibet hæreditas diuidatur inter consortes, pacis hæreditas diuidi non potest. Pax nostra Christus est, pax facit vtraq; vnum, nõ duo de vno. Ipse enim pax nostra dixit, qui fecit vtraque vnum. Testamentum dei est, hæreditas pax est. A concordibus consortibus possideatur, non a litigantibus diuidatur. Et disponam ad eos testamentum pacis. Vigilate hæretici, audite a pastore testamentum pacis, venite ad pacẽ: irascimini Christianis Imperatoribus, quia testamẽta vestra valere noluerunt in domibus vestris, videte quã digna sit pœna. Et quid est quod testamentum vestrum non valet in domo vestra? Quid est? Quatũ est? Dolor iste admonitio

De deitatis vnitatem & personarum distributione Caput. XII.

Ioan. 17.

F

De testamẽto pacis in ecclesia quo carent heretici. Cap. XIII. Ioan. 14.

Eph. 6.

Ecclesiastici 2.

**G**nitio est, nodū dānatio: Voluit enim de<sup>o</sup> cōpati testamēto pacis suae. Cōdoles testamēto tuo, si non stet testamētū tuū in domo tua. Certe moritur<sup>o</sup> es, & quid agat in illa domo, postea nescitur<sup>o</sup>. In illa enim die peribūt, inquit, oēs cogitationes eius, & non cognoscat amplius locum suum. Nō ergo sciturus quid postea agatur in domo tua, cum mortuus fueris, doles tamen testamentum tuū non stare in domo tua. Christus mortuus resurrexit, de caelo respexit, vt stet testamētum eius. Euigila ex dolore tuo, corrigere ex cruciatu tuo. Ligno male curuo nosti calorem solere adhiberi: corrigat te dolor iste, nondum est flamma ignis aeterni, tanquā calor foci est ad motus curuo cordi tuo, vt hic admoneatur & corrigat. Dole prorsus. Re & te doles, non stare testamentum tuum in domo tua. Domus dei cor tuum est. Si vis valere testamentum tuum in domo tua, quare non vis valere testamētū dei in domo sua? Dimittis filiis tuis parietes, & si aliter filios tuos diuisuros noueris q̄ tu disposueris, doles. De vna domo vilissima, de tecto ruituro quantam curā habes, quantam sollicitudinem concipis: quemadmodum ardentibus febribus prementi morbo, ipsi morti virgēti quantum potes resistis, anhelans verba extrema vt impleas testamentum. Quot iuris peritos consulis, quantas fraudes, vt stet testamentum tuum contra ipsam legem Imperatoris, inquiris? De proximo tibi respondet deus, Noli fraudes quarere, noli calumniosas formulas aucu pari. Vis stare testamentum tuum, stet in te meum. Doles, quia acquisitionem tuam tollit alius quem nolebas, quid de hāreditate mea tam lata, tam pia? In semine tuo benedicuntur omnes gentes. Dixi ego seruo meo, dicit tibi deus, & credidit cū hāc non videret, tu vides & negas. Ecce ille factum testamentum seruauit, tu apertū didicidisti. Tunc enim testamentum seruatum est, quando auditum est: tunc apertum est, quādo impletum est. Vsq; ad manus tuas seruatum est testamentum. Certe hares vis esse. Nunquid sic tecum contendit cohāeres tuus, vt dicat tibi, tolle istam partem, ego illam: aut, tolle tu minore, & ego maiorem? Nō dicit, simul diuidamus, sed simul habeamus: hoc enim voluit, qui testatus est. Aperi & lege: & clamas, ne intenderetur t̄ ego feci, ne intederetur ego seruati, ne intederet t̄ seruasti. Aperi & vide, quia vnde intendereris, t̄ seruasti, quāuis te seruasse abfit, vt credam, quem video non seruare quod iubet. Et ponam ad eos testamētū pacis, & exterminabo bestias malas à terra. Bestias, hostes testamēti pacis. De illis bestiis dicitur in Psalmo, Increpa feras calami. Quid est feras calami? Bestias aduersarias sacrae scripturae, quia calamo scriptae sunt. Exterminabo bestias malas à terra, & habitabo in eremo in spe. Quid est in eremo? In solitudine. Quid est in solitudine? Intus in cōscientia. Magna solitudo, quia non solum nullus hominum trāsit, sed nec videt. Ibi habitemus in spe, quia nondum in re. Etenim totum quod foris est nostrum, fluctuat tempestatibus & tentationibus seculi. Est interior eremus, ibi interrogemus fidem nostram, interrogemus si est charitas intus, videamus si non labia sonant, sed & pectus cū dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittim<sup>9</sup> debitoribus nostris, si verum sonat, si verum dicimus, vbi nemo hominum videt: ibi est eremus, vbi requiescimus in spe, quia trāsit hāc omnis tribulatio: & quae spes erat, fiet res, & erit totum nostrum in requie, quia iā cōspicui nobis erimus, & non erit ovis tanquam abscondita cogitatio, & non erit eremus conscientia, quia omnes sibi noti erunt, & cogitationes suas ignotas non habebūt, cū venerit dominus, & illuminauerit abscondita tenebra-

rum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit vnicuiq; à deo. Nunc vero vides duos homines in tribulatione, cor ipsorum videre non potes. Forte alius conscientia mordetur, alius in conscientia tanquam in eremo requiescit, & habitabunt in eremo in spe, & somnū habebunt, id est requiem, tanquam alienatis sensibus ab omni strepitu seculi intus ibi requiescēt in riuus. In ipsa intus eremo sunt riuus quidā memoriae manantes, liquores diuinos scaturientes, ex mente scripturam tenentis & recolentis. Etenim quod legisti, quod audisti, si purū & liquidum & sanctum memoriae mandaueris, cū cōperis in illa interiore eremo, id est, in bona conscientia requiescere, eliquatur de interioribus mentis tuae, & manat quodammodo recordatio verbi dei, & cum ceteris requiescis in spe & dicis: Verum est, bene mihi est, ipsa est spes mea, hoc mihi promisit deus, non mentitur, securus sum. Et ista securitas somnus est in riuus. Et somnū habebunt in riuus, & dabo eis in circumitu collis mei benedictionem. Mons licet sit, collis licet sit in circumitu eius, bene sit nobis. Collis ipse Christus est. Sic enim ipse in medio nostrum, nos sumus in circumitu eius. Iam enim dudum dixerat, Dauid princeps in medio eorum. Et quia princeps, ideo collis, lenis, non arduus & difficilis ascendenti, sed si nō de alto pedes ponat. Et dabo eis in circumitu collis mei benedictionem, & deferam imbrem in tempore suo, pluuiam verbi dei. Est enim & imber malus, qui deiicit domum super arenam constitutā, cui magnum est vt resistat domus super petram fundatā: tentationis enim imber est, ruinam quāres, non terram rigans. Non erit talis imber iste quem se dicit deferre dominus: Quid enim ait? Imbres benedictionis erunt. Suspectum te fecerat nominatus imber. Imbres erunt benedictionis, non tentationis. Imbres erunt benedictionis. Et vide quid profecit ille imber. Et ligna quae in campo sunt dabunt fructum suum. In campo, in planicie quadam, non arduis, in facilitate quadam vitae. Facilitatem quadam vitae huius nihil in se habentem ardui, laboriosi, difficilis, campum dixit, qualis est vita fidelium multorum in Ecclesia dei, habentium cōiuges, filios, domos suas, velut in campo sunt ligna, arduū nihil accendere valuerunt, sed accipiant imbrem, dabūt & hāc ligna fructum suum. Horum lignorum fructus est: Frange esuriētī panem tuum: & egenum sine tecto induc in domum tuam. Talibus lignis dicebat Apostolus, Non quia quāro datum, sed requiro fructū. Et ligna quae in campo sunt dabunt fructum suū: & si non habent maiorem, habent tamen quendam suum. Et terra dabit generationē suam, tota terra, & inhabitabunt in terra sua. Iam cāpi, colles, montes dabūt generationes suas. Quid potest campus? Quid potest collis? Quid potest mons? Solus agricola agnoscat, & habitabunt in terra sua in spe. Videtis quia ea promittit quae hoc tēpore donat nobis. Quādiu dicit in spe, adhuc in hoc tempore intelligo: cum enim peruenerimus ad promissa, iam non erit spes, sed res ipsa erit. Et scient quoniam ego sum dominus in eo, cum confregero furcas iugi eorum. Furcas quibus premitur collum eorum. Domine frange furcas eorum, quibus haeretici premunt colla infirmorū. Quid enim tam angustum & furca compressum, q̄ noli audire Christum, audi me? Remoue furcā, respirare permittite. Nescio quid dicas. Audio vocem pastoris mei per omnes gētes, incipientibus ab Hierusalem, sine me sequi pastorem. Quid premis? Tolle furcam de collo meo, tolle iam iugum leue domini mei, Hāc audit & premit. Domine non vult haeretici furcam suspendere, tu furcam frange

**K**  
**L**  
**M**  
**N**  
**O**  
**P**  
**Q**  
**R**  
**S**  
**T**  
**V**  
**X**  
**Y**  
**Z**

Psalm. 145.  
Psalm. 102.

Genes. 22.

Talibus, incēderetur, & sic deinceps talibus, incēderetur.  
De cōscientia eremo in qua requiescimus in spe, & de ei<sup>9</sup> delinīs.  
Cap. XIII.

Math. 6.

1. Corin. 4.

Ezechiel. 34.

Math. 7.

Esai. 58.

Philip. 4.

De seruitute simplicium seductorum ab haereticis quos liberat dominus & in vnitatem reducit ecclesie.  
Caput. XV.

Luc. 14.

Ioan. 8.

Psalm. 55.

Psalm. 121.

**A** frange. Crux domini sursum leuat, furca haeretici deorsum premit. Sed confringentur in eo cum confregero furcas iugi eorum. Dominationem enim suam volunt hominibus imponere, volentes eos sub se esse, non sub deo. In eo cum confregero furcas iugi eorū, & eximam eos de manu eorum, qui eos in seruitutem redigebant. Quid est in seruitutem redigebant? Ad peccatum eos cogebant. Omnis enim qui facit peccatū, seruus est peccati. Videte quid eis persuaserint fratres, vt dicant, Illi de nobis reddent rationem, nos oues sumus, quō duxerint sequimur. Ovis es, pastorem audi, non lupum. Et nō erunt in vastationem gentibus. In omnibus enim gentibus non desunt alij hic, alij ibi, non illi ibi qui hic, sed tamen non desunt furcis preinētes colla fidelium, nec hic nec ibi. Dissentiunt inter se, contra vnitatem omnes cōsentiunt. Vnitas autem non dissentit à se, sed cōtra omnes dissentientes à se vbique pugnat, vbique laborat. Sed est requies in eremo. Et non erunt adhuc in vastationē gentibus, & bestiae terrae iam non comedent eos. Audiētes vocem pastoris seruentur à dentibus luporum, bestiae illae calami non comedent eos, volentes ad sensum suum conuertere scripturas, ab apertis scripturis auertēt es aures, volentes se audiri, & scripturas non audire. Et bestiae terrae non comedent eos, & inhabitabunt in spe. Videte quotiens ostendat, quia quod nūc promittit, hic promittit, de rebus loquitur, quas adhuc hic exhibet. Et non erit qui eos terreat. Quomodo nō erit qui eos terreat? Non erit prorsus. In domino confido, iam cum cōperit dicere homo, In domino laudabo sermonē, in deo laudabo verbum: in deo speravi, nō timebo quid faciat mihi homo: non in me. Illi laudabant verbum in se dicentes, Quod vobis dicimus, credite. Nos laudamus verbum in domino dicētes, quod nobis dicitur à domino, credamus. Non erit qui eos terreat. Et excitabo eis plantarium pacis, testamentum pacis. Plantarium pacis germinet quod plātat deus, & exterminetur quod seminavit haereticus. Quod plantauit deus de se, de Ecclesia sua: de se in caelo, de Ecclesia in terra: de se super omnes caelos, de Ecclesia per omnes terras, hoc plantauit deus. Veni autem huc, esto in parte Donati, in sola Aphrica Ecclesia est. Non plantauit deus, non agnosco plātam dei: eradicandum est quod loqueris, non rigandum. Et excitabo eis plantarium pacis, & iam non erūt qui exterminetur fame in terra. Vere fratres quia fames est, quērite & videte quantum famem patiantur, & quod peius est, circum os habent escam, sed non manducāt: prorsus quomodo agri moriuntur saepe fastidio, non quia deest quod comedant, sed quia comedere nolūt & auersantur. Nam vtiq; & scripturae ista loquuntur, & hic vtiq; & ibi sonat Psalmus, Cōmemorabuntur & conuertentur ad dominum vniuersi fines terrae, & adorabunt in conspectu eius vniuersae patrie gentium. Ecce esca posita est in vasculo. Si sanus esles & manducares, nūquid ibi remaneres? Et iam non erunt qui exterminentur fame in terra, & iam non portabunt maledictum gentium. Vere fratres in tātum culmen in nomine Christi erecta est Ecclesia, vt iam confundantur omnes maledici, nec audeant maledicere. Hoc solū illis remāsīt, quod contra nos dicant, quare inter vos non cōsentitis? Gentiles Pagani qui remanserunt non habentes quod dicant cōtra Christi nomen, diffensionē Christianorum Christianis obiciunt. Ergo quicumque ab haereticis transferunt ad catholicā, non habebunt hoc opprobrium gentium, nec portabūt maledictum diffensionis, quia permanēt in radice vnitatis, in plantatione charitatis, nō reportabūt maledictū.

Et scient quia ego sum dominus deus eorum, & ipsi D  
populus meus domus Israël, dicit dominus deus. Ecce Qui sint, oēs  
sunt oues, ecce est & vinea. Quomodo cum de vinea lo-  
queretur Esaias, arguens quandam vineā malam, ne di-  
ceret vitis, non intellexi, exposuit in fine dicens, Vinea  
autem domini sabaoth, domus Israël est: ne dicerent nō  
nobis dictum est, sed vinea nescio cui. Sic & hic, quum  
loquutus esset de ouibus, ad extremū ne quis dicat, forte  
sunt aliqua oues dei nescio vbi, quas curat deus, & ego  
illas nō noui, quanq̄ absurdus est nimis humano sensui,  
qui ista cogitauerit: tamen pastor ille compatiens infirmis  
vsque ad tales cogitationes descendit, & quae essent  
oues eius apertissime exposuit. Et vos oues meae, & oues  
gregis mei homines estis. Sed qui homines? Omnes homines?  
Non. Beatus enim cuius est dominus deus spes  
eius: Et, quā bonus deus Israël rectis corde. Beatus vir  
cuius dominus deus est ipsius. Super omnes deus est: tamen  
nescio quomodo nō facile quicumque audeat dicere:  
Deus meus, nisi qui in eum credit, & qui eum diligit, ipse  
dicit, deus meus: tuum fecisti tibi, cuius es. Hoc amat  
ipse, prorsus dulcedine affectus tui, & secura, & praefidēti  
dilectione dic, deus meus. Securus dicit, verū dicit, quia  
tuus est, & non fecisti vt non sit alterius. Nō enim sic dicit,  
deus meus, quomodo, equus meus. Equus enim tuus  
est, non alterius equus. Deus & tuus est, & eius qui sic dicit,  
deus meus, quomodo tu dicit. Singuli dicunt, deus  
meus & deus meus, ille omnium est, cōmuniter omnibus  
se ad fruendū praebens, in omnibus integer, in singulis  
integer: non enim qui dicunt, Deus meus, singuli diuidunt  
inter se. Si sermo iste quem iacto lingua & sono cōstante  
literis & syllabis, totus ad singulos peruenit, nec diuidunt  
illū inter se qui audiūt, si sermo ad aures corporis  
corporaliter sonans, in propinquo clarius, in longinquo  
languidius, ab omnibus tamen audiētibus totus excipitur,  
non inter se syllabatim eum diuidentibus, sed omnibus  
totū accipientibus: quāto magis ille deus vbique praesens,  
implens omnia, non propinqua clarius, & longinqua  
languidius, sed pertendens à fine vsque ad finem foriter,  
& disponens omnia suauiter, aequaliter possideatur ab omnibus.  
Lux ista fratres mei certe corporea de caelo fulget, oritur,  
occidit, circumit, de loco in locū mutatur, tamen procedunt  
in ea & diriguntur oculi omnium, & omnium oculi pariter  
eam possident, non eam diuidūt, nullus in ea diues  
limitem fixit, nec prior praecipit vt videret oculos  
pauperis aut exclusit aut angustauit. Dicat pauper,  
Deus meus: dicat diues, deus meus: minus ille habet,  
plus hic habet, sed argentum non deū: vt perueniret ad  
deum Zachaeus diues, dedit dimidium patrimonij sui:  
vt perueniret Petrus, retia & nauem dimisit: vt  
perueniret vidua, duo minuta dedit: vt perueniret  
pauper, calicem aquae frigidae porrexit: vt perueniret  
pauper & egenus, solam bonam voluntatem tribuit.  
Diuersa dederunt, sed ad vnum peruenerunt: quia non  
diuersa amauerunt. Sic & vos homines oues dei,  
oues gregis dei, nolite perturbari temporalibus  
diuersitatibus vestris: alij in honore, alij sine honore,  
alij cum pecunia, alij praeter pecuniam, alij pulchri  
corpore, alij minus pulchri, alij tate fessi, alij iuuenes,  
alij pueri, alij viri, alij foeminae, deus omnibus  
aqualiter adest. Ille apud eum plus habet loci, qui plus  
attulerit, nō argenti, sed fidei. Et vos, inquit, oues meae & vos  
greges mei homines estis, & ego deus vester, dicit dominus  
deus. O beatos nos tali possessione, & tali possessore.  
Nam & possidet nos, vt possideamus illum, Possidet nos,  
vt colat nos, possidemus illū vt colamus illum. Sed nos  
tāquam deum

Qui sint, oēs  
ues veri pastoris.  
Caput. XVI  
Esai. 5.

Psalm. 39.

Psalm. 72.

E

Sapient. 8.

Luc. 19.

Math. 4.

Luc. 27.

Math. 10.

G deum colimus, ille colit tanquam agrum. Ille colit nos vt fructum afferamus, nos eum colimus vt fructum demus. Totum ad nos recurrit, ille nostri non eget. Dabo, inquit, tibi hereditatem tuam, & possessionem tuam fines terræ. Ecce possessio eius sumus. Dominus, inquit, pars hereditatis meæ & calicis mei. Ecce possessio nostra est, sed tamen qua distinctione: vos homines estis, ego dominus deus vester, dicit dominus deus noster, Qui viuunt & regnat deus in secula seculorum, Amen.

Finis.

DIVI AVRELI AVGVSTINI HIPPONENSIS Episcopi, De symbolo vel regula fidei ad catechumenos, Liber primus.

De omnipotentia patris & filij, & creatione reru visibilium & invisibilium Caput. I.



Accipite filij regulam fidei, quod symbolum dicitur, & cum acceperitis, i corde scribite, & quotidie dicite apud vos, antequam dormiatis, antequam procedatis, vestro symbolo vos munite. Symbolum nemo scribit vt legi possit, sed ad recordandum, ne forte deleat obliuio quod tradidit diligentia, sit vobis, eodex vestra memoria. Quod audituri estis, hoc credituri, & quod credideritis, hoc etiam lingua reddiduri. Ait enim Apostolus, Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hoc est enim symbolum quod referuntur estis & reddiduri. Ista verba qua audistis per diuinas scripturas sparsa sunt, sed inde collecta & ad vnũ redacta, ne tardorum hominum memoria laboraret, vt omnis homo possit dicere, possit tenere quod credit. Nunquid modo audistis, quia deus omnipotens est? Sed incipitis eum habere spiritum, quando nati fueritis per Ecclesiam matrem. Inde ergo iam accepistis, meditati estis, & meditati tenuistis vt dicatis: Credo in deũ patrem omnipotentem. Deus omnipotens est: & cũ sit omnipotens, mori nõ potest, falli nõ potest, metiri nõ potest, & quod ait Apostolus, negare seipsum non potest. Quam multa non potest, & omnipotens est. Et ideo omnipotens est, quia ista nõ potest: nam si mori posset, nõ esset omnipotens: si mentiri, si falli, si fallere, si inique agere, nõ esset omnipotens: quia si hoc in eo esset, non fuisset dignus qui esset omnipotens. Prorsus omnipotens pater noster peccata non potest. Facit quicquid vult, ipsa est omnipotentia, facit quicquid bene vult, quicquid iuste vult, quicquid autem male fit, non vult. Nemo resistit omnipotenti, vt non quod vult faciat. Ipse fecit cœlum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt, invisibilia & visibilia. Inuisibilia, sicut sunt in cœlis sedes, dominationes, principatus, potestates, archangeli, angeli, si bene vixerim, ciues nostri. Fecit in cœlo visibilia, solem, lunam, stellas. Suis animalibus terrestribus ornavit terram, impleuit aërem volatilibus, terram ambulantiibus & serpentiibus, mare natantibus, omnia impleuit suis creaturis propriis. Fecit & hominem ad imaginem & similitudinem suã in mente: ibi enim est imago dei, ideo mens ipsa nõ potest comprehendere nec a seipsa, vbi est imago dei. Ad hoc facti sumus vt creaturis ceteris dominemur, sed per peccatũ in primo homine lapsi sumus, & in mortis hereditate

Roma. 10.

Gene. 1.

omnes deuenimus. Facti sumus humiles mortales, impleti sumus tumoribus, erroribus, hoc merito peccati, cum quo merito & reatu nascitur omnis homo. Ideo sicut vidistis hodie, sicut nostis & paruuli exuffantur & exorcizantur, vt pellatur ab eis diaboli potestas inimica, quæ decepit hominem, vt possideret homines. Non ergo creatura dei in infantibus exorcizatur aut exuffat: sed ille sub quo sunt omnes qui cum peccato nascuntur, est enim princeps peccatorum. Ac per hoc propter vnũ qui lapsus est, & omnes misit in mortem, missus est vnus sine peccato, qui omnes in se credentes perducatur ad vitam, liberans eos a peccato. Ideo credimus & in filium eius, id est, in dei patris omnipotentis vnicum dominũ nostrum. Quando audis vnicum dei filiũ, agnosce deum. Non enim filius dei vnicus posset esse non deus. Quod est, hoc genuit, et si non est quem genuit. Si verus est autem filius, hoc est quod pater: si hoc non est quod pater, non est verus filius. Mortales & terrenas creaturas attendite: quod est res quæque, hoc generat, nõ generat homo bouem, non generat ouis canem, nec canis ouem. Quicquid est quod generat, id quod est generat. Tenete ergo fortiter, firmiter, fideliter, quia hoc genuit deus pater, quod est ipse omnipotens. Creatura ista mortales per corruptionem generant. Nunquid sic deus generat? Mortalis natus id quod est generat, immortalis quod est generat, corruptibilis corruptibilem generat, incorruptibilis incorruptibilem, corruptibilis corruptibiliter, incorruptibilis incorruptibiliter, vsque adeo hoc quod est, vt vnus vnus, ideo vnicum. Scitis quoniã cũ vobis prænunciarem symbolum sic dixi, & sic credere debetis quia credimus in deum patrem omnipotentem, & in Iesum Christum filium eius vnici. Iamq; vnicum crede omnipotentem: nõ enim deus pater facit quod vult, & deus filius non facit quod vult, vna voluntas est patris & filij, quia vna natura: nec enim voluntas filij potest a patris voluntate aliquantulum segregari. Deus & deus, ambo vnus deus: Omnipotens & omnipotens, ambo vnus omnipotens. Non introducimus duos deos, quomodo quidã introducunt, & dicunt: Deus pater & deus filius: sed maior deus pater, minor deus filius. Ambo quid? Duo dii? Erubescis dicere, erubescere credere. Dominus deus pater dicitur, & dominus deus filius: & dicit ipse filius, Nemo potest duobus dominis seruire: in familia ipsius sic erimus, vt quomodo in domo magna, vbi est paterfamilias & habet filium: dicamus & nos, dominus maior, dominus minor. Auerfamini talem cogitationem: si vobis talia feceritis in corde, idola ponitis in anima, vna prorsus repellite. Prius credite, postea intelligite. Cui autem donat deus, vt cum crediderit cito intelligat, dei donum est, nõ humana fragilitas. Tamen si nõdum intelligitis, credite: Deus vnus pater, deus Christus, filius dei, amboque vnus deus. Et quomodo ambo vnus deus dicitur? Quomodo miraris in Actibus Apostolorum, Et erat, inquit, credentium anima vna & cor vnus? Multæ animæ erant, fides easdem vnã fecerat: tot milia animarum erant, amauerunt se, & multæ sunt vna: amauerunt deum in igne charitatis, & ex multitudine ad pulchritudinis vnitatem venerunt. Si tam multas animas fecit animam vnã charitas, qualis charitas est apud deum, vbi summa bonitas & integra æqualitas? Si in terris & in hominibus potuit esse tanta charitas, vt de tot animabus faceret vnã animã, vbi semper inseparabilis fuit pater a filio, filius a patre, potuerint ambo esse nisi deus vnus. Sed illæ animæ, & multæ animæ dici potuerunt & anima vna, deus autem vbi est ineffabilis &

De vnico filio dei Christo Iesu con substantiali patri & eius de voluntatis & operationis cum eo. Caput. II.

L

Math. 6.

Acto. 4.

vbi nulla diuersitas, sed integra &c.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Ioan. 16.

De filio dei quid propter nos fecerit, quid passus sit: de naturitate quoque eius eterna, & exemplo patris tunc in passionem. Caput. III. falsas, iacobus. falsas, pradamus.

Psal. 115.

lis & summa coniunctio, vnus deus dici potest, non duo. Facit quod vult pater, facit quod vult filius. Nolite putare omnipotentem patrem & nõ omnipotentem filium, error est, delete hoc in vobis, nõ hæreat in memoria vestra, nõ habeat i fide vestra, & si forte aliquis vestrum biberit, vomat. Omnipotens est pater, omnipotens filius. Si omnipotens nõ genuit omnipotentem, non verũ filium genuit. Quid enim dicimus fratres? Si pater maior, minorem filium genuit: quid enim dixi genuit? Homo enim maior generat filium minorem, verũ est, sed quia senescit ille, crescit iste, & ad formam patris sui, vel crescendo peruenit. Filius dei nõ crescit, quia nec potest deus senescere, perfectus natus est. Perfectus quidẽ natus, si non crescit, & minor nõ remansit, æqualis est. Nam vt sciatis omnipotentem de omnipotente natum, ipsum audite qui veritas est: de se quid dicat veritas, hoc est verum, quod ait veritas. Quid ait filius, qui est veritas? Quæcumque pater facit, hæc & filius similiter facit. Omnipotens est filius, omnia faciẽdo quæ voluerit: nam si facit aliqua pater, quæ nõ facit filius, falsum dixit filius: Quæcumq; pater facit, hæc & filius facit similiter. Sed quia verũ dixit filius: credite quæcumq; pater facit, hæc & filius facit similiter, & credidistis in filium omnipotentem. Quod verbum & si in symbolo nõ dixistis, tamen hoc est quod expressistis, quando in vniciũ ipsum deum credidistis. Habet aliquid pater quod non habet filius: Hoc Ariani hæretici blasphemici dicunt, nõ ego. Sed ego quid dico? Si habet aliquid pater quod non habet filius, mentitũ filius qui dicit, Oia quæ habet pater, mea sunt. Multa & innumerabilia sunt testimonia, quibus probatur, quia filius, verus dei patris est filius, & pater deus verum genuit filium deũ, & pater & filius vnus est deus. Sed iste filius vnici dei patris omnipotentis videamus quid fecit propter nos, quid passus est propter nos, natus est de spiritu sancto & Maria virgine. Ille deus tantus æqualis patri natus de spiritu sancto & virgine Maria, humilis vnde sanaret superbos, exaltauit se homo & cecidit, humiliavit se deus & erexit. Humilitas Christi quid est? Manũ deus homini iaceti porrexit: nos cecidimus, ille descendit: nos gemebamus, ille se inclinavit: prouideamus & surgamus, vt non in poenam cadamus. Ergo inclinatio ipsius hæc est. Natus est de spiritu sancto & virgine Maria: & ipsa humana natiuitas, humilis & excelsa. Vnde excelsa: Quia de virgine virgo concepit, virgo peperit, & post partum virgo permansit. Quid deinde? alius sub Pontio Pilato, qui præsidentem agebat, & iudex erat ipse Pontius Pilatus, quãdo passus est Christus, iudicis nomine signata sunt tempora, quãdo passus est, sub Pontio Pilato, quãdo passus est, crucifixus, mortuus, & sepultus. Quis, quid, pro quibus? Quis? Filius dei vnicus dominus noster. Quid? Crucifixus, mortuus, & sepultus. Pro quibus? Pro impiis & peccatoribus. Magna dignatio, magna gratia. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Natus est ante omnia tempora, natus est ante omnia secula. Natus ante quid, vbi non est ante? Prorsus nolite cogitare aliquid tepus ante natiuitatem Christi, quia natus est de patre, de ipsa natiuitate loquor: quia est filius dei omnipotentis vnicus dominus noster, de ipsa prius loquor. Nolite cogitare in hac natiuitate initium temporis, nolite cogitare vllũ spatium aternitatis, quãdo erat pater & nõ erat filius. Ex quo pater, ex eo filius. Et quid est, ex quo, vbi nõ est initium? Ergo semper pater sine initio, semper filius sine initio. Et quomodo, inquit, natus est, si non habet initium? De aeterno coæternus. Nunquam fuit pater & non erat

filius, & tamẽ filius a patre est genitus. Vnde datur quilibet similitudo: In rebus terrenis sumus, in creatura visibili sumus: det mihi similitudinem terra, nõ dat: det mihi aliquam similitudinem vndarum elementum, nõ habet vnde: det mihi similitudinem aliquod animal, nec hoc potest. Animal quidem generat, & quod generat, & quod generatur: sed prior est pater, & postea nascitur filius. Inueniamus coæuum, & credamus coæternũ. Si potuerimus inuenire patrem coæuum filio suo, & filium coæuum patri suo, credamus deum patrem coæuum filio suo, & filium deum coæternum patri suo. In terra possumus inuenire aliquã coæuam, non possumus inuenire aliquã coæternã. Intendamus coæuã, & credamus coæternã. Intentos faciet forte aliquis & dicet, Quando potest inueniri pater coæuus filio suo, aut coæuus filius patri suo? Vt generet pater, antecedit aetate, vt nascatur filius, sequitur aetate, sed hic coæuus pater filio, vel filius patri quomodo potest esse? Occurrat vobis ignis pater, splendor filius: ecce inuenimus coæuos. Ex quo ignis esse cœpit, cõtinuo splendorem gignit, nec ignis ante splendorem, nec splendor post ignem. Et si interrogemus, quis quem generat, ignis splendorem, aut splendor ignem, continuo vobis occurrat sensu naturali prudentia insita mentibus vestris: omnes clamatis, ignis splendorem, non splendor ignem. Ecce pater incipiens, ecce filius simul, nec antecedens, nec sequens. Ecce ergo pater incipiens, ecce filius simul incipiens. Si ostendi vobis patrem incipientem, & filium simul incipientem, credite patrem non incipientem, & cũ illo filio nec ipsum incipientem, illum aeternũ, illũ coæternũ. Si proficiscitis, intelligetis, date operã proficere, nasci habetis, sed & crescere debetis, quia nemo incipit a perfecto. Dei filio licuit nasci perfectum, quia natus est sine tempore, coæternus patri, antecedens omnia, non aetate, sed aternitate. Iste ergo natus patri coæternus, de qua generatione dicit Propheta, Generationem eius quæ enarrabit: Natus de patre sine tempore, natus ex virgine est in plenitudine temporis, istam natiuitatem antecesserat tempora: opportunitate temporis, quãdo voluit, quãdo sciebat tunc natus est: non enim nolens natus est. Nemo nostrum quia vult nascitur, & nemo nostrũ quãdo vult moritur. Ille quando voluit natus est, quãdo voluit mortuus est, quomodo voluit natus est de virgine, quomodo voluit mortuus est in cruce. Quicquid voluit fecit: quia sic erat homo, vt lateret deus, susceptor deus, susceptus homo, vnus Christus deus & homo. De cruce ipsi quid loquar, quid dicã? Extremum genus mortis elegit, ne aliquod genus mortis eius martyres formidaret. Doctrinam ostendit in homine, exemplum patientiæ demonstravit in cruce: ibi opus, quia crucifixus: exemplũ operis, crux: præmiũ operis, resurrectio. Ostendit nobis in cruce quid tolerare, ostendit in resurrectione quid sperare debeamus. Prorsus tanquam agonothera summus dixit, fac & tolle, fac opus & accipe præmiũ, certa in agone, & coronaberis. Quod est opus? obedientia: quod est præmiũ? Resurrectio sine morte. Quare addidi, sine morte? Quia resurrexit Lazarus, & mortuus est, resurrexit Christus, iam non moritur, mors ei vltra non dominabitur. Scriptura dicit, Patientiam Iob audistis, & finẽ domini vidistis, Iob quanta pertulerit, legitur & horretur, expaulescit, contremiscitur. Et quid recepit? Dupla quæ perdidit. Ergo ne homo propter præmia temporalia velit habere patientiam, & dicat, si tolero damnũ, reddet mihi deus filios duplos, Iob omnia dupla recepit, & tot filios genuit, quod extulerat. Nõ ergo dupla sunt? Prorsus dupla sunt, quia & illi viuebant. Ne quis dicat, feram mala

Esai. 53.

Ioan. 11. Roma. 8. Iacobi. 5.



**G** mala & reddet mihi deus quemadmodū reddidit Iob, vt iam non sit patientia, sed avaritia: nam si patientiam ille sanctus non haberet, nec ea quæ contingebant fortiter sustineret, testimonium quod ei dominus reddidit vnde haberet: Aduertisti, ait dominus, puerum meū Iob, non enim est illi similis quisquam in terris, homo sine querela, verus dei cultor. Quale fratres testimonium hic sanctus vir à domino meruit: Et tamē eum sua persuasione mala mulier decipere voluit, habens & hæc figurā illius serpentis, qui sicut in paradiso decepit hominem primum factum à deo, ita etiam nūc blasphemiam suggerendo putauit posse decipere placetem hominem deo. Quanta passus est fratres? Quis potest tanta pati in re sua, in domo sua, in filiis suis, in carne sua, in ipsa quæ remanserat tentatrice vxore sua? Sed etiam ipsam quæ remanserat, olim auferret, nisi adiutricem sibi seruasset, quia primum hominem per Euam debellauerat, Euam seruauerat. Quanta ergo passus est, perdidit omnia quæ habebat, domus ipsius cecidit, vti nā sola, oppressit & filios. Et quia in illo patientia magnum locum tenuerat, quid responderit, illum audite, Dominus dedit & dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factū est, sit nomen domini benedictum. Abstulit qui dedit, nunquam perit qui dedit: Abstulit quæ dedit, tanquā diceret, abstulit omnia, auferat omnia, nudum dimittat me, & seruet mihi se. Quid enim mihi deerit, si deum habuerō? Aut quid mihi alia profunt, si deum non habuerō? Accessum est ad carnem, percussus est vulnere à capite vsq; ad pedes, sanie distillabat, vermibus scatebat, & se in deo suo immobilem demonstrabat atq; figebat. Voluit illic mulier, diaboli adiutrix, non mariti consolatrix, persuadere blasphemiam. Quādiū, inquit, ista & ista pateris? Dic aliquid verbum in domino, & morere. Ergo quia humiliatus erat, exaltandus erat & fecit hoc dominus vt ostenderet hominibus: nam ipsi seruo suo in celo maiora seruauit. Ergo humiliatum Iob exaltauit, elatū diabolum humiliat, quia hunc humiliat, & hunc exaltat. Ne quis autem fratres charissimi quādo aliquas eiusmodi patitur tribulationes hic expectet mercedem: verbi gratia, si dāna aliqua patiatur, ne forte eo animo dicat: Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum, vt duplū accipiat. Patientia deum laudat, non avaritia. Si ea quæ perdidisti, dupla quæris recipere, & ideo deū laudas, de cupiditate laudas, non de charitate. Non tibi occurrat ipsius sancti viri exemplum, fallis te. Quando Iob omnia tolerabat, dupla non sperabat, & in prima eius confessione quādo damna pertulit, & filios extulit, & in secunda cum iam tormenta vulnerum pateretur in carne, potest aduerti quod dico. Prioris eius confessionis hæc verba sunt, Dominus dedit, dominus abstulit: sicut domino placuit, ita factum est, sit nomen domini benedictum. Poterat dicere, dominus dedit, dominus abstulit: potest iterum dare qui abstulit, potest plura reuocare quæ tulit: non hoc dixit, sed sicut domino placuit, inquit, ita factum est, quia ei placet, placeat mihi. Quod placuit bono domino, non displiceat subdito seruo: quod placuit medico, non displiceat agrotō. Audi ipsius aliam confessionem: Locuta es, inquit vxori suæ, tanquā vna ex insipientibus mulieribus: si bona percepimus de manu domini, mala quare non sustinebimus? Non addidit, quod si diceret, verum diceret, potens est dominus & meam carnem in pristinum reuocare, & quod nobis abstulit multiplicare, ne ista spe illa tolerasse videretur. Ista non dixit, ista non sperauit. Sed vt nos doceremur, non sperati

dominus præstitit, quo nos doceremur, quia deo illi affuit, quia si & illa illi non redderet, occultam coronam eius videre mihi me poteram. Et ideo quid ait scriptura diuina exhortando ad patientiā & spem futurorum, non mercede præsentium: Patientiam Iob audistis, & finem domini vidistis. Quare patientiam Iob, & finem ipsius domini vidistis: Fauces si aperires, ad dupla dices, deo gratias, sustineam, duplum recipio, sicut Iob, patientiam Iob, finem domini. Patientiam Iob nouimus, & finem domini nouimus. Quem finem domini? Deus deus meus, vt quid me dereliquisti? Verba sunt domini pendētis in ligno: quasi reliquit illum ad præsentem felicitatē, sed non eum reliquit ad aternā immortalitatem. Ibi est finis domini, tenent Iudæi, insultant Iudæi, ligant Iudæi, spinis coronant, sputis dehonestāt, flagellāt, opprobriis obruunt, ligno suspendunt, lancea fodiunt, postremo sepeliunt, quasi relictus est. Sed quibus? Illis insultantibus. Ideo ergo habeto patientiam, vt resurgas & non moriaris, id est, nūquam moriaris, sicut Christus. Sic enim legimus, Christus surgens ex mortuis, iam non moritur. Ascendit in cælum, credite. Seder ad dexteram patris, credite. Sedere, intelligite habitare, quomodo dicitur de quocunque homine: In illa patria sedet per tres annos. Dicit illud & scriptura, sedisse quendam in ciuitate tantū tempus: Nunquid sedit, & nunquam surrexit? Ideo hominū habitationes sedes dicuntur, vbi habitantur sedes nunquid semper sedetur, non surgitur, nō ambulatur, non iacetur? & tamen sedes vocantur. Sic ergo credite, habitare Christum in dextera dei patris vbi est. Ne dicat vobis cor vestrum, quid agit? Nolite querere quod non licet inuenire, ibi est, sufficit vobis. Beatus est, & à beatitudine, quæ dextera patris vocatur, ipsius beatitudinis nomen est dextera patris. Nā si carnaliter acceperimus, quia sedet ad dexteram patris, ille erit ad sinistram, nunquid fas est vt sic illos cōponamus, filiū ad dexteram, patrem ad sinistram? Ibi omnis dextera est, quia ibi nulla est miseria. Inde vēturus iudicare viuos & mortuos. Viuos, qui superfuerint: mortuos, qui præcesserunt. Potest & sic intelligi, viuos, iustos, mortuos, iniustos. Vtrosq; enim iudicat sua cuiq; retribuens, iustus dicitur est in iudicio, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi. Ad hoc vos parate, hæc sperate, propterea viuite, propterea credite, propterea baptizamini, vt possit vobis dici, Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est à constitutione mūdi. Sinistris quid? Ite in ignē aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sic iudicabuntur à Christo viui & mortui. Dicta est prima sine tempore natiuitas Christi. Dicta est alia in plenitudine temporis de virgine natiuitas Christi: dicta est passio Christi, dictum est iudicium Christi. Totum dictum est quod dicendum erat de Christo filio dei vnico domino nostro, sed nondum perfecta est trinitas. Sequitur in simbolo: & in spiritum sanctum, ista trinitas vnus deus, vna natura, vna substantia, vna potētia, summa æqualitas, nulla diuisio, nulla diuersitas, perpetua charitas. Vultis nosse quod est deus spiritus sanctus? Baptizamini, & templū eius eritis. Apostolus dicit, Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à deo? Templum habet deus: nā & Salomon rex & Propheta iustus est edificare templū deo. Si edificaret templum soli, aut lunæ, aut stellæ alicui, aut alicui angelo, nōne damnaret illum deo? Quia ergo templum edificauit deo, ostendit se colere deum. Et vnde edificauit? de lignis & lapidibus, quia dignatus est

**K** fuit, quia si & illa illi non redderet, occultam coronam eius videre mihi me poteram. Et ideo quid ait scriptura diuina exhortando ad patientiā & spem futurorum, non mercede præsentium: Patientiam Iob audistis, & finem domini vidistis. Quare patientiam Iob, & finem ipsius domini vidistis: Fauces si aperires, ad dupla dices, deo gratias, sustineam, duplum recipio, sicut Iob, patientiam Iob, finem domini. Patientiam Iob nouimus, & finem domini nouimus. Quem finem domini? Deus deus meus, vt quid me dereliquisti? Verba sunt domini pendētis in ligno: quasi reliquit illum ad præsentem felicitatē, sed non eum reliquit ad aternā immortalitatem. Ibi est finis domini, tenent Iudæi, insultant Iudæi, ligant Iudæi, spinis coronant, sputis dehonestāt, flagellāt, opprobriis obruunt, ligno suspendunt, lancea fodiunt, postremo sepeliunt, quasi relictus est. Sed quibus? Illis insultantibus. Ideo ergo habeto patientiam, vt resurgas & non moriaris, id est, nūquam moriaris, sicut Christus. Sic enim legimus, Christus surgens ex mortuis, iam non moritur. Ascendit in cælum, credite. Seder ad dexteram patris, credite. Sedere, intelligite habitare, quomodo dicitur de quocunque homine: In illa patria sedet per tres annos. Dicit illud & scriptura, sedisse quendam in ciuitate tantū tempus: Nunquid sedit, & nunquam surrexit? Ideo hominū habitationes sedes dicuntur, vbi habitantur sedes nunquid semper sedetur, non surgitur, nō ambulatur, non iacetur? & tamen sedes vocantur. Sic ergo credite, habitare Christum in dextera dei patris vbi est. Ne dicat vobis cor vestrum, quid agit? Nolite querere quod non licet inuenire, ibi est, sufficit vobis. Beatus est, & à beatitudine, quæ dextera patris vocatur, ipsius beatitudinis nomen est dextera patris. Nā si carnaliter acceperimus, quia sedet ad dexteram patris, ille erit ad sinistram, nunquid fas est vt sic illos cōponamus, filiū ad dexteram, patrem ad sinistram? Ibi omnis dextera est, quia ibi nulla est miseria. Inde vēturus iudicare viuos & mortuos. Viuos, qui superfuerint: mortuos, qui præcesserunt. Potest & sic intelligi, viuos, iustos, mortuos, iniustos. Vtrosq; enim iudicat sua cuiq; retribuens, iustus dicitur est in iudicio, Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab initio mundi. Ad hoc vos parate, hæc sperate, propterea viuite, propterea credite, propterea baptizamini, vt possit vobis dici, Venite benedicti patris mei, percipite regnū quod vobis paratum est à constitutione mūdi. Sinistris quid? Ite in ignē aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sic iudicabuntur à Christo viui & mortui. Dicta est prima sine tempore natiuitas Christi. Dicta est alia in plenitudine temporis de virgine natiuitas Christi: dicta est passio Christi, dictum est iudicium Christi. Totum dictum est quod dicendum erat de Christo filio dei vnico domino nostro, sed nondum perfecta est trinitas. Sequitur in simbolo: & in spiritum sanctum, ista trinitas vnus deus, vna natura, vna substantia, vna potētia, summa æqualitas, nulla diuisio, nulla diuersitas, perpetua charitas. Vultis nosse quod est deus spiritus sanctus? Baptizamini, & templū eius eritis. Apostolus dicit, Nescitis quia corpora vestra templum sunt spiritus sancti, qui in vobis est, quem habetis à deo? Templum habet deus: nā & Salomon rex & Propheta iustus est edificare templū deo. Si edificaret templum soli, aut lunæ, aut stellæ alicui, aut alicui angelo, nōne damnaret illum deo? Quia ergo templum edificauit deo, ostendit se colere deum. Et vnde edificauit? de lignis & lapidibus, quia dignatus est

**A** est deus facere sibi per seruum suum domū in terra, vbi rogaretur, vbi moraretur. Vnde dicit beatus Stephanus, Salomon edificauit illi domū, sed altissimus nō in manus factis templis inhabitat. Si ergo corpora nostra templū sunt spiritus sancti, qualis deus est, qui edificauit templum spiritui sancto? Sed deus. Si enim templū spiritus sancti sunt corpora nostra, ille spiritui sancto edificauit templum, qui & corpora nostra. Attendite Apostolum dicentem, Deus tēperauit corpus ei cui deerat, maiorem honorē dans: cum loqueretur de diuersis mēbris, vt non essent scissuræ in corpore. Deus creauit corpus nostrū, herbam quis creauit? Vnde probamus, quia herbā deus creat, qui vestit, ipse creat. Euangeliū lege, Si ergo fenū agri, ait, quod hodie est, & cras in clibanū mittitur, deus sic vestit: ille ergo creat qui vestit. Et Apostolus, Stulte quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, nō corpus quod futurum est seminas, sed nudū granū, vt forte triticum, aut alicui ceterorū. Deus autem illi dat corpus quomodo voluerit, & vniciq; seminum proprium corpus. Si ergo deus corpora nostra edificat, & corpora nostra sunt templū spiritus sancti, nolite dubitare, deum esse spiritum sanctū, & nolite adde- dere quāsi tertiu deum, quia pater & filius & spiritus sanctus vnus est deus. Sic credite. Sequitur post sanctæ trinitatis cōmendationē, sancta Ecclesia. Demonstratus est deus & templū ipsius. Templū enim dei sanctū est, ait Apostolus, qd estis vos. Ipsa est Ecclesia sancta, Ecclesia vna, Ecclesia vera, Ecclesia catholica, contra oēs hæreses pugnans, pugnare potest, expugnari tamen non potest. Hæreses omnes de illa exierunt, tanquam sarmenta inutilia de vite præcisā, ipsa autem manet in radice sua, in vite sua, in charitate sua, portæ inferorum nō vincunt eā. Remissionem peccatorū. Habetis symbolum perfectē in vobis, quando baptizamini. Nemo dicat, illud feci, forte mihi non dimittitur. Quia fecisti, quantū fecisti, dic immane aliquid quod commisisti, graue horrendum, quod etiam cogitare horres, quicquid vis feceris, nūquid Christū occidisti? Non est isto facto aliquid peius, quia & Christo nihil est melius. Quantum nefas est occidere Christum, Iudæi tamen eum occiderunt, & multi in enim postea crediderūt, & biberūt eius sanguinem, dimissum est illis peccatum quod cōmiserunt. Cū baptizati fueritis, tenete vitam bonā in præceptis dei, vt baptismum custodiatis vsq; in finē. Non vobis dico, quia sine peccato hic viuētis, sed sunt venialia: sine quibus vita ista non est. Propter omnia peccata baptismus inueni- tus est: propter leuia, sine quibus esse non possumus, oratio inuēta, Quid habet oratio? Dimittite nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Semel abluimur baptismate, quotidie abluimur oratione, Sed nolite illa cōmittere, pro quibus necesse est vt à Christi corpore separemur, quod absit à nobis. Illi enim quos videtis agere pœnitentiam, scelerā cōmiserunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania inde agunt pœnitentiā: nam si leuia peccata ipsorum essent, hæc quotidiana oratio delendo sufficeret. Ergo tribus modis dimittuntur peccata in Ecclesia, in baptismate, in oratione, in humilitate maioris pœnitentiæ: tamen deus non dimittit peccata, nisi baptizatis. Ipsa peccata quæ primum dimittit, nisi baptizatis dimittit, quando baptizatur. Peccata quæ postea orantibus dimittuntur, Nam quomodo dicūt, Pater noster qui nondū nati sunt? Et pœnitentibus, quibus dimittit, baptizatis dimittit. Catechumeni quādiū sunt, super illos sunt peccata eorum. Si catechumeni, quanto magis Pagani: quanto magis hæretici? Sed hæretici ba-

ptimū non mutamus. Quare? Quia sic habent baptismū, quomodo desertor habet characterem: ita & isti habent baptismum: habent, sed vnde damnentur, non vnde coronentur. Et tamen si desertor ipse correctus incipiat militare, nunquid audet quisquam ei characterem mutare? Credimus etiam resurrectionem carnis quæ præcessit in Christo, vt hoc etiam speret corpus, quod præcessit in Icapite. Caput Ecclesiæ Christus, Ecclesia corpus Christi. Caput nostrum surrexit, ascēdit in cælum: vbi caput, illic & membra. Quomodo carnis resurrectionem? Ne forte putet aliquis quomodo Lazari, vt scias non sic esse, additum est, in vitam aeternam. Regeneret vos deus, cōferuet & tueatur vos deus, in se, qui est ipsa vita aeterna, perducatur vos deus, Amen.

Libri primi Finis.  
**DIVI AVRELI AVGVSTINI**  
**HIPPONENSIS EPISCOPI,**  
 De simbolo ad catechumenos,  
 Liber alter.



**S**acramentorum rationem, siue transactę noctis, siue præsentis sancti symboli exponendam suscepimus sanctitati vestræ, donante illo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Diues est enim in omnibus qui inuocant illum. Ipse quippe potest adiuuare intentionem nostram, acceptabilem pro nobis faciens orationem vestram. Accipite itaq; vos qui fidem desideratis verbum dei, tanquam competentem cibum, ex quo vobis dominus operetur incrementum. Nondū quidem adhuc per sacrum baptismū renati estis, sed per crucis signum in vtero sanctæ matris Ecclesiæ iam concepti estis. Aget itaq; hæc mater congruis alimentis prius pascere quos portat, vt post partū lateretur se tales suscipisse, quos spiritaliter nutriat. Quid est quod hac nocte circa vos actū est, quod præteritis noctibus actū non est, vt ex locis secretis singuli produceremini in conspectu totius Ecclesiæ, ibiq; ceruice humiliata quæ male fuerat antea exaltata, in humilitate pedum cilicio substrato in vobis celebraretur examen, atque ex vobis extirparetur diabolus superbus, dum super vos inuocatus est humilis altissimus Christus: Omnes itaq; humiles eratis, humiliterq; petebatis, orando, psallendo atque dicendo, Proba me deus & scito cor meū. Probauit, examinauit corda seruatorum suorum, suo timore tetigit, diabolum sua virtute fugauit, atque ab eius dominio suam familiā liberauit. Non aliter hic exactus est pauper, aliter diues, aliter dominus, aliter seruus, quia vnus est omnib; introitus ad vitam. Et si sic ad hanc fragilem atque caducam, quanto magis ad illam immortalem atque sempiternā. Purgata itaq; familia redemptoris, posteaquam cantauit canticum salutis, accepit symboli remedium contra antiqui serpentis venenū, vt si quando voluerit aduersarius diabolus denuo insidiari, nouerit redemptus cum symboli sacramento & crucis vexillo ei debere occurri, vt talibus armis indutus facile vincat Christianus, de cuius oppressione male antea triumphauerat nequissimus diabolus. Ex qua re nobis factus est aduersarius diabolus, nisi ex hac, quia videt liberos quos tenebat antè captiuos, quia videt sanos quos suis iaculis prostrauerat vulneratos, quia videt vestiri denuo immortalitate quos nudauerat propinando iniquitatē, quia miscipula eius cōmunita

Iob. 1.

Gene. 3.

Iob. 1.

Iob. 1.

Luc. 14.

Iob. 1.

Iob. 2.

Iacobi. 5.

Psal. 21.

Roma. 6.

De ascensione ad celos, & sessione ad dexteram patris & aduentu ad iudiciū Caput. III.

Math. 25.

De spiritu sancto & catholica ecclesia. Caput. V.

1. Corin. 6.

Acto. 7. Iohannis, memoraretur.

1. Corin. 12.

Math. 6.

1. Corin. 15.

1. Corin. 3.

De remissione peccatorū, & carnis resurrectione & vita eterna. Caput. VI.

Math. 6.

Tribus modis peccata dimittuntur

Eph. 5.

De incipitium necessaria humilitate, & armis, quibus vincantur arma diaboli, volupras, & timor. Caput. I.

Psal. 138.

Gnata est, & nos eruti sumus? Adiuutoriū nostrum in nomine domini. Si adiuutoriū nostrum in nomine eius est, renūciemus diabolo, pōpis, & angelis eius. Hoc audistis, hoc & vos professi estis renūciare vos diabolo pōpis, & angelis eius. Videte dilectissimi, quia hāc professionem vestrā in curiam profertis angelicā, nomina profertentū in libro excipiuntur vita, non a quolibet homine, sed a superiore cœlitus potestate. Optimi iam tyrones dei, fortes milites Christi, dū arma sacramentorū suscipitis, pugnam aduersus diabolum indicitis, dū eius operibus renūciatis, vehemētius in vos eius furias prouocatis. Sed nō metuat miles Christi, induemini enim ipsum Christū, vt per eū velociter superetis aduersariū vestrū diabolum. Quibus armis pugnat ille? Illecebrosis & subdolis. Duo sunt genera armorum eius valde fortia, cōtra quæ vigilant ac fortiter stare debet omnis miles Christi, qui triumphare cupit & superare virtutē diaboli. Quæ sunt ista duo genera armorū? Voluptas & timor. Alios enim voluptate capit, alios timore frangit. Confirmetur & nostra acies, preferantur arma spiritalia cōtra timorē diaboli, aslit timor domini castus, permanēs in seculū seculi. Cōtra voluptatē turpissimæ delectationis nō desit fides orationis. Et quid metuit Christianus, quando admonetur sic orare, sic præsumere, sic fidere, vt dicat, Dominus mihi adiutor est, & ego despiciā inimicos meos? Plures tamen noueritis dilectissimi capere aduersarium per voluptatē q̄ per timorē. Nam quare quotidie mulcipulam spectaculorum, insaniam studiorum ac turpium voluptatū proponit, nisi vt his delectationibus capiat, quos amiserat, ac lætetur denuo se inuenisse quos perdidit? Quid nobis opus est ire per multa? Breuiter admonendi estis quid spernere, & quid diligere debeatis. Fugite dilectissimi spectacula, fugite caueas turpissimas diaboli, ne vos vincula teneant maligni. Sed si oblectādus est animus, & spectare delectat, exhibet vobis sancta mater Ecclesia veneranda, hāc salubria spectacula, quæ & mentes vestras oblectent sua delectatione, & in vobis non corrumpāt, sed custodiant fidem. Amator es quispiam circi? Quid delectat in circō? Aurigas videre certantes, populos insana furia anhelantes, quemlibet celere procedentē, aduersarij sui equum fraudentem, ista est omnis delectatio, clamare, quia vicit quem diabolus vicit, exultare & insultare, q̄ aduersa pars perdidit equum, cum is qui tali spectaculo delectatur, iam perdidit animū. Vide econtra nostra sancta, sana, suauissima spectacula. Intuere in libro Actuum Apostolorū, claudum ex vtero matris nunq̄ ambulante, quem Petrus fecit currentē: vide subito sanum, quē antea intuebaris infirmum, & si in te est sanitas mentis, si in te fulget ratio equitatis ac delectatio salutis, vide quid debeas expectare, vide vbi debeas exclamare: illic vbi equi sani frāguntur, an hic vbi homines fracti saluantur? Sed si te pōpa illa, figura ea equorū, cōpositio curruū, ornatus & aurigæ superstantis equos regētis, vincere cupientis: si hāc te, vt dixi, pōpa delectat, nec hanc tibi denegauit, qui pōpis diaboli renūciare præcepit: habemus & nos spiritalem nostrum aurigam sanctum Prophetā Heliam, qui quadrigæ igneæ superimpositus, tantū cucurrit, vt metas prenderet cœli. Et si aduersarios quos & vera virtus vicit, & quos ille volando transiit, atq; ex quorum victoria palmam supernæ celsitudinis accepit, videre desideras: currus Pharaonis & omnē virtutē eius proiecit in mare. Alius fortassis theatri amator admonendus sit, quid fugiat, & quo delectetur, ac sic voluntatē spectandi non perdat, sed mutet in theatri labes morū, discere turpia,

audire inhonesta, videre pernicioſa. Sed adiuuante domino ea ex cordibus nostris fortiter repellamus, singula singulis cōparemus. Illic intuetur spectatores propositum nescio quē confictum deum louem, & adulterantem & tonantē: hic respiciemus verum deū Christū, castitatem docentē, immūditā destruentem, salubria prædicantem. Illic fingitur, q̄ idem Iouis Iunonem habeat sororem & coniugē: hic prædicamus sanctā Mariā matrem simul & virginē. Illic stupor ingeritur visu, ex vsu hominem in sine ambulante: hic magnū miraculum, Petrum mare pedibus transeuntē. Illic per inimicā turpitudinē castitas violatur: hic per castā Susannā castitatem; Ioseph libido cōprimitur, mors cōtemnitur, deus amatur, castitas exaltatur. Chorus illic & cantio Pantomimi illic auditū, sed expugnat sanū affectū: & quid tale nostro cantico cōparandum sit, in quo dicit qui amat & cātatur, Narrauerunt mihi peccatores delectationes suas, sed nō ita vt lex tua domine, Omnia mandata tua veritas? Nā illic vniuersa fingit vanitas. Scandalistarū quis illic forte peritiā admiratur, videre paruulos in aëra ludentes, diuersas historias exhibentes, sed videte nostrorum lusus infantū, In vtero Rebeccæ duo certāt infantes procedente maiore, minoris manu, emissa ex vtero planta maioris apprehensa est. In quorū certamine magni sacramenti figura mōstrata est, vt minor supplantaret maiore, eiq; postmodū primatū atq; benedictionem auferret. In quibus paruulis quasi ludentibus & sacramētū, vt dixi, magnū exhibentibus, & reprobī in Esau demōstratur ludæi, & prædestinati in Iacob apparent Christiani. Ille enim Iacob vn⁹ paruul⁹ sic garries multos in se prædestinatos etiā paruulos demōstrabat. Infantes qui ex vtero matris suscipiuntur manib⁹ fidelij, nec eos sic excutiunt, vt in aëre pendeant, sed vt renati in cœlo viuunt. His igitur oblectamenti mens delectetur, pascatur anima Christiana, hanc sobrietatem retinens mētis fugiat ebrietatē diaboli. Nec amphitheatri certamina seducāt, aut pertrahant Christianū, ad quod quidem tāto auidi⁹ curritur, quanto tardius exhibetur. Sed etiā ibi quid nō periculolum ingeritur aspectibus, quid nō cruentū, vbi, vt ait beatissimus Cyprianus, volūtas noxia ad feras homines nullo crimine dānat? Non ergo vos dilectissimi illud spectaculū crudele inuitet intueri, nouem vrsis duos altercantes venatores, sed delectet videre vnum nostrum Danielem orando superante septē leones. Discerne spiritalis amator certamina, vide duos noxios volūtate, vide vnum innocētē ac plenum fide: vide illos pro præmio terreno suas animas bestiis obtulisse: vide istum in oratione clamantē, Ne tradideris bestiis animas cōfidentes tibi. In illo spectaculo contristatur auditor, si venator euadat illaesus, qui ei plures bestias interemit: in isto nostro sine ferro pugnatur, nec Daniel læditur, nec fera occiditur, & sic vincitur, vt rex miretur atq; mutetur, & populi pertimescant, & inimici dispareāt. Admirabile spectaculū nostrū, planē admirabile, in quo deus adiuuat, fides vires impetrat, innocentia pugnat, sanctitas vincit, præmium consequitur tale, quod & tu ille qui vicerit accipiat, & qui donauerit nihil amittat. Ista spiritalia munera cōcupiscite, ad hæc intuemda & cū omni securitate expectādā alacriter ad Ecclesiam cōuenite, ab omni cupiditate carnali propositū cordis reuocate, omnem sollicitudinē vestram deo gubernādā committite, vt aduersarius reueatur, nihil in vobis inueniens sūt, vosq; illū repudiantes, eiusq; pōpis renūciates, postquam ab eius insidijs vestra fuerit eruta libertas, ne vos inueniat vacuos ille nefarius, quē nouimus etiā nō suos tenere

Psal. 123. Psal. 18. Psal. 117. Quid neophyti in virtutibus & fide debeant vitare: & de spectaculis ecclesie suauissimis: quibus reficiantur animæ. Caput. II. Acto. 3. 4. Reg. 2. Exod. 15.

Psal. 118. Genes. 25. Danic. 14. Psal. 73.

A tenere cupientem. Fideliter credite in deum patrē omnipotentem. Omnipotentem deum credimus, qui omnia faciens factus non est, & ideo omnipotens est, quia de nihilo fecit quæcumque fecit. Non enim em aliqua materies adiuuit, ex qua demōstraret artis suæ potentiam, sed ex nihilo, vt dixi, cuncta creauit. Hoc est enim esse omnipotentem, vt non solum fabrica ipsa, sed etiam materies ab illo inueniatur esse, qui non habuit initium, vt esset & is qui sempiternus est, crearet non id quod ipse esset, sed ab illo vt essent, iam accepisse. Omne enim quod est, ab illo est: ipse autē a seipso est qui nō ab aliquo factus est. Fecit ergo facta nō factus, creauit creaturam non creatus, qui etiam ipsi creaturæ conuenientibus gradibus per diuersas ordinationes constituit potestates. Potest quippe secundum datam potestatem quilibet angelus vel homo dici potens, sed nunquid potest dici omnipotens? Potest dici rex vel imperator, quod multa quæ velit possit, non tamen eum qui sanum sapit audebit dicere omnipotentem, nam si voluerit eū adulādo ita laudare, incipit & illum & seipsum fallēdo decipere. Quomodo enim audebit dicere omnipotentem, quem videt multum velle viuere & vitam succedente morte finire? Si omnipotens est, non moriatur, a morte excludatur. Si autem ei mors terminum dabit, omnipotentem eum non fuisse ipsa mors demonstrat. Nō ergo quispiam audebit quālibet creaturam siue cœlestē siue terrestrem dicere omnipotentem, nisi solam trinitatem, patrē scilicet & filium & spiritum sanctum. Nō enim cum dicimus nos credere in deum patrem omnipotentem, sicut heretici Arriani, negamus filium omnipotentem, aut spiritum sanctum negamus omnipotentem. Si filium negaueris omnipotentem, negabis & patrem omnipotentem. Sed maior est, inquit, pater, minor est filius: hoc in hominibus, hoc in omnibus, & tu in omnibus perturbaris. Diuinam naturam considera, deū attende, sempiternum cogita, nam vanē conturbaris. Si sempiternus est pater, sempiternus est vtique & filius. Si enim fuit filius quando non fuit filius, fuit & pater quādo non fuit pater: quod si aliquando fuit pater non pater, non fuit omnipotēs: minus enim habuit in eo quod postea effectus est pater. Si das initium filio, das initium & patri, Pater enim a filio appellatus est pater. Si autem semper fuit pater, semper fuit & fili⁹: & si deus est pater, deus est & filius: nō enim aliud potuit procedere de deo quā deus. Quod si deus est pater, deus est & filius, & si sempiternus est pater, sempiternus est & filius, quem nō præcessit ætate nec dignitate, nam enim minus equalitatem. Apostolum audi quid de deo filio dicat. Cum in forma dei esset, inquit, non rapinam arbitratus est esse equalis deo, Non rapuit, quia naturaliter habuit. Omnipotentia itaque patris in filio, omnipotentia filij in patre, quia neque aliquando pater sine filio, neque aliquādo filius sine patre. Diuinam illam natiuitatem qua fili⁹ processit ex patre, qua natus est deus de deo, sine initio, sine tempore, sine matre, sine aliqua fragilitate, sine vlla sui diminutione: non possumus explicare, Natiuitatem autem eius, ait Propheta, quis enarrabit? Et reuera quis cōprehendere vel dicere potest quomodo natus sit, qui semper est in patre, & nunquam recedit a patre? Digne, vt dixi, non possumus enarrare, sed debemus corda nostra ipsi filio præparare, vt illuminando & per fidem gubernando perducat nos ad speciem veritatis suæ, ne remaneamus in tenebris infidelitatis nostræ, ne aliud æstimādo de filio quā quod est pater, ipse filius non docendo, sed increpando nos admoneat sicut Philippū, di-

gens, Philippe qui videt me, videt & patrē. An nō agnoscs, quia ego in patre & pater in me est? Sicut ergo deus de deo natus est, & lux de lumine, & dies ex die, ita & omnipotēs ex omnipotente. In ista enim mortali nostra generatione qui est pater, aliquādo non fuit pater, & qui est filius, non semper est filius, quia & ipse filius cū accessu temporis patrem amiserit, cōiugē accepit, prolemq; susceperit, nō erit filius, sed ipse vocabitur pater, & quilibet pater antequam suscipiat filiū nō vocabitur pater. Accedit ergo aliquid tempore quod præcedat tempore, Non ergo æstimemus hoc in illa diuinitatis esse substantia, in illa generatione sempiterna. Non enim illic deficiendo moritur pater, vt filius crescendo perueniat ad patris dignitatem: aut sunt ibi tempora, quia per ipsum facta sunt tempora. In quo autē tu heretice audes dicere filium minorē, quē nos cōstemur æqualem? In ætate: Non ibi sunt tempora. In diuinitate: Deus est pater, deus est filius. In opere: Omnia per filiū facta sunt. Dicit quidem scriptura, quod deus fecerit mūdum, sicut & in libro Geneseos, In principio fecit deus cœlum & terrā. Sed nos audientes deum patrē cognoscimus filiū & spiritum sanctum. Tu forsitan dicis, Deus pater fecit mundum. Sed audi quid Ioannes Euangelista dicat, In principio erat verbum, & verbum erat apud deū, & deus erat verbum, Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factū est nihil. Ecce, sine filio dicit nihil esse factum, quoniam omnia per ipsum facta sunt. Sine filio factum est nihil. Quid fecit pater quod nō fecit filius, de quo dicit Euangelista, q̄ sine filio factū est nihil? Si autem, sicut vera fides catholica habet, in filio operante constitutus patrē, & in patre operante constitutus filium, quoniam filius in patre est, & pater in filio, omnipotēs inuenietur filius, si in ipso omnipotens est pater: si autem nō est omnipotēs filius, vt prædicat hereticus Arrian⁹, nō est in illo omnipotēs pater, si filiumq; erit secundū ipsos quod ipse filius ait, Ego in patre & pater in me est. Absit autē vt falsum sit quod veritas dicit. Cōfundatur Arrianus qui veritati cōtradicit. Demonstramus ex scripturis, dictum filium omnipotentem sicut & patrem, vt non solum ratio vera, sed etiam diuina testimonia hereticorum frontem percutiant impudentē. Dicitur est pater omnipotens, Propetia dicente, Hæc dicit dominus omnipotens. Dicitur est & filius omnipotens, Ioanne Apostolo in Apocalypsi dicente, de Iesu Christo domino nostro, qui est & qui fuit & qui venturus est omnipotēs. Dicitur est spiritus sanctus omnipotēs, Salomone prophetatē, Spiritus domini repleuit orbem terrarum, & is qui continet omnia scientiam habet. An non est omnipotens qui cōtinet omnia? Dicit enim scriptura quod deus iudex sit, dicente Apostolo, Omnes astabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque secundū ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Sed nos quando audimus deum iudicem, totam intelligimus trinitatem: Tu autem heretice, dic quis sit iste deus iudex, pater, an filius? Si dixeris, pater est, negas filium iudicem, quem in symbolo etiam tu confiteris venturum viuos mortuosq; iudicaturum. Contradicis etiam Euangelio dicenti, Cum filius homini uenerit in claritate sua, cōgregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut separat pastor oues ab hædis. In quo loco Euangelistæ, expressius iudex demonstratus est filius, vt etiam eiusdem iudicis sententia panderetur, dicentis, Ibunt impij in combustionem æternā, iusti autem in vitam æternā. Si nolens subfistere tātæ authoritati dixeris filiū iudicem, patrem ergo negabis iudicē. Nō, inquis, nego patrem iudicem.

De equalitate personarū diuinarū. Caput. III. Ioan. 1. Genes. 1. Ioan. 1. Ioan. 14. Apoc. 1. Sapient. 1. 2. Cor. 13. 5. Math. 25.

G Quomodo non negas? Quia pater, inquis, potestatem dedit, filius accepit. Video quidem haeretice, quod strabis oculis intendas, quod peruersae mentis acie intentionem dirigas. Recitaturus enim mihi es ex Euangelio & diciturus, Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. In eo, inquis, quod pater dedit, filius accepit, maior est vtique qui dat, quam qui accipit, maior est pater, minor est filius. Non ex hac sententia gloriatur tua vanitas: quoniam ex ipsa te nunc diuina conuincit autoritas. Pater, inquis, non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Cognoscimus: nouit quippe sana fides quomodo hoc intelligat. Homo enim ille susceptus, qui etiam ipse appellatus est dei filius, accepit potestatem, sed dante patre & filio, quoniam filius in patre est, & pater in filio. Ceterum si tu haeretice secundum illam peruersam vestram doctrinam illi hoc volueris assignare diuinitati, qua filius aequalis est patri, quare abs te diligentius, & vt mihi respondeas celeriter, insistas, qui sit ille qui in libro Deuteronomij Moysi dicebat, In die iudicij reddam illis. Non potes dicere pater est, quoniam secundum Euangelij sententiam a te prolata, pater non iudicat quenquam. Ergo filius est qui dicebat, In die iudicij reddam illis, Filius est. Responde, quid dubitas? Filius dixit hoc, an non? Non est quod dicas, nisi filij dixisse. In die iudicij reddam illis, quoniam pater non iudicat quenquam. Sed vide sequentia huius libri, quemadmodum te prouocet, quemadmodum conuincat. Cum enim dixisset, In die iudicij reddam illis, post paululum securus adiunxit, Videte, inquit, quoniam ego sum deus, & non est alius praeter me. Quid agis Arriane? non est qua ex eas. Dic si audes, filium solum hoc dixisse, & negabis patrem nec deum esse nec iudicem. Depone vel nunc fouicus animositatem, audi veritatem, intellige deum iudicem trinitatem: audi quod & spiritus sanctus iudex sit, ipse dominus in Euangelio ait, Cum venerit paracletus, ipse arguet mundum de peccato, de iniustitia, de iudicio. Quid quaeris amplius? Item demonstrat scriptura diuina, quod simul habitet pater & filius & spiritus sanctus in homine tanquam in templo suo. In Euangelio filius, Si quis me, inquit, diligit, diligetur a patre meo, & veniemus ad eum, ego & pater, & mansionem apud illum faciemus. Ecce pater & filius. Quid spiritus sanctus? Apostolus audi, Nescitis, inquit, quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in vobis? Item demonstratur quod simul deserat impios pater & filius & spiritus sanctus. Salomon Propheta, Peruersi, inquit, cogitationes separant a deo. Ecce deus pater deserens peruersas cogitationes. Quid deus filius? Sequitur: Quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia. Christus est enim dei virtus & dei sapientia. Ecce filius deserit maleuolam animam, in qua sunt peruersae cogitationes, quas deseruit pater. Restat de spiritu sancto. Audi post paululum quid sequatur, Spiritus, inquit, sanctus disciplinae effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus quae sunt sine intellectu. Audi, sine intellectu deserere hominem spiritum sanctum. Quando ista idem ipse spiritus sanctus per prophetam dicebat, vos praeuidebat. Ecce tam illa inseparabilis trinitas testimonij diuinarum scripturarum demonstratur, quod simul habitat, simul regnet, simul possideat, simul deserat, qua vos Arriani separando & per diuersos gradus filio & spiritu sancto iniurias irrogando, non in vobis habitare finitis: quoniam & deus pater auferet se a cogitationibus peruersis, quae sunt in vobis, & in maleuolam animam non introibit sapientia, quae per vestrae animae malitiam sicut

filium a patre, ita gregem separatis a summo pastore: & spiritus sanctus effugiet fictum, id est, fictionem peruersae vestrae doctrinae, in qua demonstratum est, nec patrem, nec filium, neque manere spiritum sanctum. Quoniam igitur de vnitatem agitur trinitatis, patris & filij & spiritus sancti, quam vnitatem non audemus dicere tres deos, nec tres omnipotentes, nec tres inuisibiles, nec tres immortales, sed vnum deum, de quo dicit Apostolus, Immortali, inuisibili, incorruptibili, soli deo honor & gloria. Non ergo nobis ipsis dilectissimi fingamus patris & filij & spiritus sancti diuersas dignitates, separabiles & inaequales aetates, ampliores & infirmas potestates, ne quod ipse dominus saluator noster virtute ac maiestate sua idola eradicauit & templa, rursus in cordibus Christianorum diabolus fabricet idola. Fides itaque catholica haec est, Omnipotentem, immortalem, atque inuisibilem credere deum, patrem omnipotentem, immortalem atque inuisibilem credere deum, filium secundum diuinam naturam: visibilem autem, mortalem, minoremque angelis factum secundum susceptam humanitatem. Omnipotentem, immortalem, atque inuisibilem credere spiritum sanctum secundum equalem diuinitatem, visum autem in specie columbae propter filij attestationem. Et haec est trinitas simplex vnitatis, inseparabilis, inenarrabilis, semper manens, semper praesens, ubique regnans vnus deus, de quo Propheta Dauid dicit, Tu es deus solus magnus. Credimus in filium eius Iesum Christum, natum de spiritu sancto ex virgine Maria. Hanc naturam incredibilem quid expauescis? Noli credere, si tantum homo erat qui natus est: si autem deus homo erat, de qua voluit natus est, quia sicut voluit natus est. Illud potius mirare, quia verbum suscepit carnem, nec est mutatum in carnem, quia manens deus suscepit hominem. Ceterum quid miraris, quia genitrix suum genuit genitoris, quia creauit creatura factorem? Sic voluit nasci excelsus humilis, vt in ipsa humilitate ostenderet maiestatem. Portabat filium mater, filium intacta, mirabatur & ipsa in aspectu suae prolis quam amplexus non strinxerat maritalis. Sed incredule audi, praedictum cognosce impletum. Dauid Propheta dicit, Mater Sion dicit homo, & homo factus est in ea, & ipse fundauit ea altissimus. Ipse qui fundat eam altissimus, ipse in ea factus est homo altissimus, quia talem matrem creauit altissimus, quia sic se in eam formauit, vt procedens ex eius utero, & filium ei redderet, & integritate non corrumpere. Quae est gratia matris huius & virginis, quae est gratia huius foeminae quae virum nesciens filium portat? Quae est gratia audite Gabrielem angelum eam salutantem, Ave, inquit, gratia plena, dominus tecum. Quando angelus istam virginem sic salutauit, tunc eam spiritus sanctus fecundauit, tunc illa foemina virum sine viro concepit, tunc est repleta gratia, tunc dominum suscepit, vt esset in ea qui fecerat eam. Neque enim dilectissimi credendum est quod illo iam praesente ac protegente poterat illi foeminae dominari corruptio, in qua non erat ardoris libido, nouerit tamen quae portauit virgo, mater nouerit, stupor abscedat, fides accedat. Ecce quem portat nascitur, nondum loquitur & totum concutit mundum. Clamat coelum noui syderis radians fulgorem, clamat terra turbata per Herodem, veniunt Magi admoniti, inquirunt Iudei turbati, quaerunt ubi esset qui ubique totus est, quaeritur in mundo fabricator mundi: ad hoc autem quaerebatur, non vt agnosceretur, sed vt occideretur, quia mundus per eum factus est, & mundus eum non cognouit. O munde immunde, venit qui te redimat, & turbaris: & hunc tu vis perdere, quando ille te disposuit

Ioan. 5.

Deut. 32.

Ioan. 16.

Ioan. 14.

1. Cor. 3.

1. Retra. 10.

Sapient. 1.

1. Cor. 1.

1. Timo. 7.

Matth. 3.

Psal. 87.

De nativitate filij temporalis ex Maria virgine & infantia eius. Cap. V.

Psal. 86.

M

Luc. 2.

Ioan. 1.

A disposuit liberare. O Iudaeorum terra impia, non congruis caelo. Caelum demonstrat vt adoretur, tu quaeris vt infans necetur. Ille tibi annunciat deum hominem suscepisse pro te, & tu vis perdere eum qui venit redimere te. Expecta paululum, ad hoc quidem venit, vt tuam etiam pessimam impleat voluntatem, sed sustine vt suam ipse colligat haereditatem. Collige collige redemptor, non gloriatur disperfor, vindica in eos qui te paruulum persequantur, paruuli ipsorum pro te moriantur. Super se in te crudeles existunt, paruuli ipsorum pro te moriantur. Vindica sic vindica, Insultent filij parentibus nondum loquentes, conuincant saeuientes, infantes dicant testimonium de tua innocentia, quia non est in te vlla malitia, & ij qui te volunt innocentem occidi, hoc eis proueniat vt suos paruulos ab eis facias separari. Lugearis licet Iudaei atque plangatis filios vestros, non illi moriuntur, quia a vita suscipiuntur: vobis irrigatur poena orbitatis, ceterum illis gloria offertur immortalitatis. Nunciatis Herodi ubi occidendum inueniri potest filius dei, sed ille filios vestros occidens pro filio dei, & vos orbitatis poena nesciens punit tanquam proditores, & filios vestros dei fecit haereditas. Sic vos irridebat ille: ille qui habitans in caelo, iacebat in terra, sic furias vestras, vestrique regis subannabat, quando mala vestra in vos retorquebat, & de malis vestris multa ille bona faciebat. Agnouisti virgo mater filij tui infantiam, agnosce & pueritiam, Euangelium loquitur, Perrexerunt, ait, cum puero Iesu parentes eius in Hierusalem, vt pro eo offerrent sacrificium secundum legem. Et factum est rememantibus illis, puer Iesus remansit in templo, & erat disputans cum senioribus & Scribis, & mirabantur omnes in sapientia quae erat in eo, & turbabat multos. Sed cum reuersi essent quaerentes illum, inuenerunt illum sedentem in medio seniorum interrogantem & respondentem illis. Et ait illi illa mater, Fili, quid fecisti nobis? Ecce enim solliciti & anxij quaerebamus te. Tunc ille, Quid sollicita eras, inquit, nescis quia oportet me in his quae patris mei sunt, operari? Quando talia mater a filio puero audiuit, corde expauit: non enim patrem nominabat ille quem nesciebat in terra, sed illum qui fecit caelum & terram. Agnosce & eius adolescentiam, videat multa & magna miracula, conuersionem aquarum in vinum. In quo primo miraculo tetauit illa foemina iubere se filio posse tanquam mater, domina quae se agnoscebat ancillam, Fili, ait, defecit illis vinum, fac rursus, vt aquae conuertantur in vinum. Et ille vt distingueret inter deum & hominem, quia secundum hominem minor erat, secundum hominem subditus erat, secundum deum autem supra omnes erat. Quid mihi & tibi est, inquit, mulier? Nondum venit hora mea: tanquam ei diceret, veniet hora quando id quod natum est de te in cruce pendes, agnoscat te, & discipulo dilecto commendet te. In hoc autem miraculo quid mihi & tibi? Non enim hoc processit ex te, sed in eo qui fecit te, non competit tibi vt iubeas deo, coepetit autem vt subdita sis deo. Sed pia mater quae non asperere tulit admonitionem filij dicentis, Quid mihi & tibi videat in ceteris miraculis deum operantem quem intuebatur filium adolescentem, videat caecorum illuminationem, leproforum mundationem, claudorum cursus, surdorum auditus, demonum fugationes: & quod maius his omnibus, mortuorum resurrectionem. Sed adhuc agnoscat haec mater, expauescat filij sui etiam iuuentute. Quid restat inueni, nisi vt procedat velut sponsus de thalamo suo, accipiat sponsus sponsam, quaeratur, inueniatur quae ei coniungatur. Non est solus homo, sed deus

Luc. 2.

Ioan. 2.

De passione Christi & ortu ecclesiae & hominum redemptione. Cap. VI.

est & homo. Quaeratur quae ei coniungatur. Qualis est de qua natus est, talis ei inueniatur, quae & matrem reddat fecundam & virginem seruet intactam: filius permanentis virginis virginem permanensuram accipiat. Ecce tempus est, Modo Iudaei suam impleant voluntatem, quando dignatur ipse dare potestatem. Agite Iudaei nescientes nuptias agni, date praemium pecuniae malo Iudae. Agite vt ille qui natus est de virgine, a Pontio Pilato suspendatur in cruce. Ascendat sponsus noster thalami sui lignum. Ascendat sponsus noster thalami sui lectum, dormiat moriendo, aperiatur eius latus, & Ecclesia prodeat virgo: vt quomodo Eva facta est ex latere Adae dormientis, ita & Ecclesia formetur ex latere Christi in cruce pendentis. Percussum est enim eius latus, vt Euangelium loquitur, & statim manauit sanguis & aqua, quae sunt Ecclesiae gemina sacramenta. Aqua, in qua est sponsa purificata: sanguis, ex quo inuenitur esse dotata. In isto sanguine sancti martyres amici sponsi stolae suas lauerunt, candidas eas fecerunt ad nuptias agni inuitati venerunt, a sponso calicem acceperunt, biberunt, eique propinauerunt, sanguinem eius biberunt, sanguinem suum pro illo fuderunt. Quid egit vasana impietas Iudaeorum, quia inuitati non solum venire noluerunt, sed insuper sponsum occiderunt. Quid egit iniquitas Iudaei qui eum vedit, a quo redimi debuit? Ecce nec Iudas tenuit precium nec Iudaei quem coparauerant Christum. Illi dico, ubi est quod accepisti? Iudaei dico, ubi est quod emisti? Illi dico, quando vendidisti, tunc te decepisti: isti dico, quod emisti, possidere non potuisti. Exulta Christiane in commercio inimicorum tuorum, tu vicisti: quod Iudas vedit, & Iudaeus emit, tu acquisisti. Exulta exulta sponsa Ecclesia, quia nisi ista in Christo facta essent, tu ab illo formata non esses: veditus redemit te, occisus dilexit te. Et quia te plurimum dilexit, mori voluit propter te. O magnum sacramentum huius coniugij. O quam magnum mysterium huius sponsi & huius sponsae, non explicabitur digne humanis verbis. De sponso sponsa nascitur, & vt nascitur, statim illi coniungitur, & tunc sponsa nubit, quando sponsus moritur: & tunc ille sponsa coniungitur, quando a mortalibus separatur. Quando ille super caelos exaltatur, tunc ista in omni terra fecundatur. Quid est hoc? Quis est iste sponsus absens & praesens? Quis est iste sponsus praesens & latens, quem sponsa Ecclesia fide tantum concipit, & sine villo amplexu membra eius quotidie parit? Quis est iste qui sic natus est, sic creuit, sic mortuus est? Quis est iste qui infans regem terruit, puer Iudaeos conuicit, iuuenis Pontium Pilatum turbauit? Quis est iste, vultus noster? Dominus virtutum ipse est rex gloriae. Si dominus virtutum ipse est rex gloriae, ergo nec Iudaeos timuit quando armati venerunt, nec iudicem iniuste iudicantem, nec milites irridentes, nec inimicos subsannantes, nec coronam spineam imponentes, nec sua vestimenta diuidentes, nec fel, nec acetum, nec crucem, nec lanceam, nec mortem. Quando enim ista Iudaei potius quam Pilatus faciebant, dominus virtutum negocium nostrum agebat, quae non rapuerat, tunc exolvebat: non rapuit iniquitatem, & pro iniquis suscepit mortem, vt impleteret quod de eo scriptum est, Quae non rapueram, tunc exolvebam. Denique vt noueritis pro nobis reddidisse quod non debebat, Christus enim pro impiis mortuus est, mox sacculum carnis suae in crucis ligno persoluit, & precium nostrum exaltatori reddidit. Ibi statim illum latronem fecit confesorem, vt per eum impiorum restauraret ruinam, videntem redemptum quem diabolus possederat homicidam. Videte dominum virtutum & in ipsa morte miracula

Ioan. 19.

E

Psal. 23.

Psal. 68.

Roma. 6.

Luc. 23.



G facientem. Tunc latro confitebatur, quando Petrus turbabatur: tunc iste agnouit, quando ille negavit. Sed nunc quid quia dominus acquisiuit latronem, Petrum perdidit negatorem? Absit, absit. Agebat mysterium qui fundebat precium, in Petro demonstrans, non in se quam iustum debere presumere: in latrone, nullum impium conuersum posse perire. Timeat bonus ne pereat per superbiam non desperet malus de multa malitia. Colligantur presumentes, colligantur desperantes. Magnū precium pro nobis datum esse cognoscimus, quia sanguine Christi redempti sumus. Agamus quomodo tali domino non displiceamus. Ecce amauit seruos, & quos redemit, saluos fecit liberos. Ecce parum est, quia donat libertatem suam, exhibet fraternitatem, promittit etiam hereditatem. Habes amplius quod expectes? Suscepit veniendo mortem tuam, donauit resurgendo vitam suam. Habes amplius quod expectes? Ille ille qui crucifixus est pro te, die tertio a mortuis resurgens, super caelos exaltauit te, filium dei fecit te. Habes amplius quod expectes? Quid retribuamus domino pro omnibus quae retribuit nobis? Fecit nos antequam essemus, donauit vitam, donauit aetatem, donauit liberam voluntatem, donauit substantiam, donauit ingenium, donauit rationem, donauit scientiam, donauit omnia sua ut essent tua, & his omnibus bonis male vti sumus, superbi effecti sumus, creatorem tanta bona largientem, merito prauaricationis offendimus. Periuimus, quae fuit: captiuus ducti sumus, subuenit: ad mortem perpetuam ducebamur, liberauit. Quid tibi minus exhibuit, qui seipsum pro te tradidit? Et dubitas quod tibi donet vitam suam, qui tecum communicauit mortem suam. Quid retribuemus ei? Si non est quod ei tribuamus, ab ipso accipiamus quod ei offeramus. Hoc a te quaerit Christus, hoc tibi dicit, Quod feci pro te, hoc & tu fac pro me, animam meam posui pro te, & tu pro fratribus tuis animam tuam pone. Noli timere mortem, quia cum vincere non posses, ego sum mortuus ut tu vinceres, vinceres non per te, sed per me, quia & ego quod sum mortuus, non est propter me, sed propter te. Tu enim mori noueras, resurgere non noueras, suscepi mortem quam noueras, demonstrari resurrectionem quam ignorabas. Credendo amare resurgente, ut per illum & tu resurgas. Diximus & quantum ille donauit, exposuimus has tres sententias, quod natus sit de virgine Maria, crucifixus sub Pontio Pilato, & sepultus, tertia die a mortuis resurrexit. Si enim de singulis, ut dignum est, loqui possemus, prolixitas sermonis fastidium vobis quam delectationem incuteret. Quia ergo diximus, quousque ille altissimus descenderit propter nos, nunc dicamus quomodo id quod suscepit ex nobis in caelum leuauerit, ad dexteram patris collocauerit, ac fidei nostrae certum pignus dederit, ut secreta sint membra de tanto capite, fideliterque speret ad ipsum se posse peruenire, quem iam credunt ad dexteram patris sedere. Assumptus in caelos. Sessionem istam dilectissimi non accipias humanis membris positam, tanquam pater sedeat in sinistra, ut filius sedeat ad dexteram, sed ipsam dexteram intelligite potestatem, quem accepit homo ille susceptus a deo, ut veniat iudicaturus qui prius venerat iudicandus. Ad hoc enim ascendit in caelum, ut fides suum impleat locum. Praedictum quippe hoc inuenitur per Dauid Prophetam. Ait enim, Congregatio populorum circundabit te, & propter hanc in altum regredere, dominus iudicat populos. Hoc quippe ait, Quoniam humiliatus es in forma serui usque ad crucis opprobrium, Et hi qui te viderunt crucifixum, aliqui crediderunt, multi

dubitauerunt. Resurgens a mortuis in altum regredere, K super caelos dignare ascendere, ut congregatio populi fidelis congregetur in vnum per fidem, ut fides deducat eos ad speciem. Ipsa est virtus omnipotentiae tuae, ut plus possis in ipsis fidelibus, quando absens ab eis in homine illo suscepto sentiris. Ceterum praesentiae tuae maiestatis de cordibus fidelium tuorum nunquam discedis. Videte autem dilectissimi, quid donauerit iste qui ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus: videte quid donauerit, venit mirabiliter, creuit mirabiliter, exhibuit multa miracula, quae superius commemorauimus, salus aeterna multis praestitit salutem, qui infirmitates nostras suscepit, multas variasque infirmitates curauit. Circundatus etiam tunc fuit multitudine populorum, quos adduxerat non fides, sed curiositas oculorum. Denique visa miracula multi laudabant, alij detrahebant, Nam vnde est illud detractionis verbum dicentium, quod in Beelzebub principe demoniorum eiecerit daemonia? Cum tanta tamen miracula faceret, contemptus est, non solum digne habitus non est, sed insuper occisus est. Quare tunc non factum est, ut praesentia eius numerus ille colligeretur, nisi quia oportebat impleri omnia quae de eo erant scripta? Etenim quando illa agebantur, iam illi ab ipso praeparabantur, iam captiuitas eorum captiua erat. Expectabatur ut ascenderet saluator, & donaret dona. Quae dona? Dona quae acceperunt discipuli, quae accepit Petrus ut moreretur pro absente quem desperado negauerat praesentem. Videte quid idem Petrus dicat in epistola sua, quid effundat ex dono illo sancti spiritus, Credentes, inquit, in eum quem non videtis, gaudete inenarrabili gaudio. Gaudeamus & nos credendo in eum quem non videmus, ut securi illum videamus, cum ad ipsum peruenierimus. Veniet autem & ipse, sed non talis qualis antea venit. Venturus est enim viuos & mortuos iudicare. Veniet ut iudicet qui stetit sub iudice, veniet in ea forma in qua iudicatus est, ut videant in quem pupugerunt, & cognoscant Iudaei quae negauerunt, conuincat eos ille homo susceptus, & ab eis crucifixus. Fortasse dilectissimi, quoniam veritas euangelica non tacuit eum cum cicatricibus resurrexisse, qui posset si vellet de corpore suscitato & clarificato omnem maculam cuiuslibet cicatricis abstergere, sed sciebat quare cicatrices in corpore suo seruari, ut vulnera dubitationis in cordibus discipulorum sanaret. Fortasse ergo, ut dixi, sicut demonstrauit Thomae non credenti, nisi tangeret & videret: ita etiam inimicis suis vulnera demonstraturus est sua. Propter quod dictum est per Prophetam, Videbit in quem pupugerunt. Non ut eis dicat sicut Thomae, Quia vidisti, credidisti: sed ut conuincens eos veritas dicat, Ecce hominem quem crucifixistis, ecce deum & hominem in quem credere nolulistis. Videtis vulnera quae infixistis, agnoscitis latus quod pupugistis, quoniam & per vos & propter vos apertum est, nec tamen intrare voluistis. Qui non estis redempti precio mei sanguinis, non estis mei, discedite a me in ignem aeternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Sed illorum mors proficiat ad nostram salutem. Si illi contempserunt, nos timeamus eum qui sic venturus est iudicare. Festinet vnusquisque cum viuere ut viuat, currat ut eius precioso sanguine redimatur, ne cum non fuerit inuentus in numero redemptorum, in numero maneat perditorum. Hic dum viuere, melior eligatur locus. Hic est tempus fidei. Ceterum, in inferno, ait Propheta, quis confitebitur tibi? Qui semper vult viuere, & non timere mortem, teneat vitam, ut mors superetur a vita. Qui non vult timere istum iudicem iudicantem, ipsum

Psal. 67.  
Luc. 11.  
I. Petri. 1.  
De aduentu Christi ad iudicium. Cap. VIII. Zacha. 12. Apoc. 3.  
M Ioan. 20.  
Zacha. 12.  
Matth. 25.  
Psal. 6.

A nunc sibi adhibeat defensores. Credimus in spiritum sanctum, Spiritum sanctum deum credimus aequalem patri & filio, quia simul est & in patre & in filio, Quomodo est in patre? Filium audi, Spiritus, inquit, qui procedit a patre, ipse introducet vos in omnem veritatem. Quomodo est in filio? Ipse filius post resurrectionem mittens discipulos suos praedicare Euangelium insufflauit in faciem ipsorum, & ait illis, Accipite spiritum sanctum. Quomodo est spiritus patris? Ipse dominus in Euangelio, Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Quomodo est & spiritus filij, Apostolus dicit, Si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quomodo idem ipse spiritus patris & filij procedens a patre & filio, attestatur filium suscepisse carnem. Ioannes Euangelista dicit, Spiritus, inquit, nondum erat datus quia Iesus nondum erat clarificatus. Quando autem clarificatus est filius, ipse dicit, Aperti sunt ei caeli, & descendit super baptizatum Iesum spiritus sanctus in specie columbae, voxque facta est dicens. Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Hoc tu haereticae Arriane cum audis vel legis, filium clarificatum, spiritum sanctum in specie columbae de caelis esse transmissum, hac auctoritate carnalis tua cogitatio & phantasia spiritus mali, qui operatur in filiis diffidentiae, patrem inducis maiorem, quia visus non est filium minorem, quia visus est in homine: spiritum sanctum filio multo inferiorem, quia in specie apparuit columbae. Dicis enim tibi, & peruersae rationis, quantum distat visibilis ab invisibili, tantum distat filius a patre, & quantum distat species hominis ab specie columbae, tantum distat honor filij ab honore spiritus sancti. Haec cogitans, illi proximus es praecipitio erroris, neque enim defuerunt qui hoc sentirent de humana anima quod tu vis asserere de substantia diuina. Introduxerunt enim quidam, pro meritis animas dari corporibus, & esse reuolutiones & circulos. Propheta Dauid diuina voce dirumpens, In circuitu, inquit, impij ambulat. Qui talia credunt vel praedicant, impij sunt. Et tanquam ei deus diceret, Quid tu de propagine hominum sentis? secutus adiunxit, Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum. Sed haec alia quaestio est, in qua nunc non opus est diutius immorari. Veruntamen quia de specie hominis & columbae nostra tecum haereticae est disceptatio, In hoc enim filium ampliores esse a spiritu sancto dicis, quia pro dignitate gradus sui, sicut multum distat inter naturam hominis & columbae, tantam distantiam vis esse filij & spiritus sancti. Possem quidem tibi respondere, quia innocentiam quam habet columba, non habet homo, sed non dico, De illo enim homine agimus qui venit sine peccato. Sed si hoc te mouet, quia filius hominem suscepit, spiritus in columba apparuit, mouere te & hoc debet, quia & ipse homo a filio dei susceptus, a scriptura diuina dicitur esse agnus. Nam & Ioannes Baptista dicit, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi, & Efaias Propheta dicit, Sicut ovis ad immolandum ductus est, & sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. Et Ioannes Apostolus in Apocalypsi dicit, Vidi agnum stantem quasi occisum. Dic mihi si valueris tu exponere, quare sit dicitur agnus filij dei, exponat tibi & ego columbae speciem spiritus sancti. Si mihi dixeris, agnus filius dei propter innocentiam, hoc & ego tibi de spiritu sancto referam, ideo columba spiritus sanctus propter innocentiam. Si Christus agnus propter innocentiam, & spiritus sanctus columba propter innocentiam. Custodi & tu innocentiam, & vide

Tomus nonus.  
H iij demum

acquiritatem. Vides acquiritatem, si patris & filij & spiritus sancti intelligis unitatem. Sed adhuc vanas tuas machinas diuersasque comparationes de patris & filij & spiritus sancti substantia, catholica doctrina suffodiat, ut adificium tuum, quod super arenam, non super petram adificas, flatu veterum diuinorum scilicet eloquiorum, & pluuia gratiae descendente subuertat, subuersumque fiat ruina magna. Quauis nos inuisibilem totam trinitatem nouerimus, credamus, teneamus: dic tu nobis haereticae, qui sit ille qui apparuit Moyse in flamma ignis in monte Sina, cuius posterior vidit Moyses ipse se demonstrante: nam cum ille quaereret faciem dei videre, dicens, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi faciem tuam. Hoc ei dominus respondit, Ascende in Oreb, & sta super petram, & transiet claritas mea ante te, & posteriora mea videbis, facies autem mea non videbitur tibi. Quis est qui ducatur praebuit filiis Israel exeuntibus de Aegypto? Deus, ait liber Exodi, praebat illos die quidem in columna nubis, nocte autem in columna ignis. Quis est iste? Pater est, an filius? Si dixeris, pater est, visus est ergo & pater in aliqua specie, Non autem audes dicere, filius est, ne rursus ipsius testimonio Moyse obruaris, Tu es deus solus, & alium non nouimus absque te. Ergo deo patri assignabis, quod apparuit in columna ignis vel nubis. Si deo patri hoc assignabis, redi modo ad illam ratiocinationem tuam, & dic mihi quae sit melior natura, ignis, nubis, aut hominis. Et si dixeris, ignis vel nubis, irriteris non solum ab hominibus, qui certa ratione sunt praediti, non qui vestra vana seductione decepti, sed etiam ab ipsis pecoribus, quibus etsi non sit rationalis intellectus, inest tamen naturalis sensus, qui non est attributus igni vel nubibus. Si autem dixeris, hominis est melior, filius a te demonstratur patre maior, quia filius apparuit in homine, pater apparuit in igne. Hoc Arriani secundum vos dictum sit: secundum rectam autem veramque doctrinam, quantum ad modum non est filius patre maior, quia filius apparuit in homine, pater in igne, sic non est spiritus sanctus minor filio: quia in specie apparuit columbae diuina illa substantia trinitatis manens in seipsa sicuti est, ut in nouaret perdita, nostramque restauraret ruinam pro captu hominum, & pro congruentia cuiuslibet rei se inuisibiliter demonstrauit, unitatem, aequalitatemque suam non amisit in igne deus, sed non est ignis in homine filius, sed non hoc solum quod videbatur erat, erat & quod latebat, Nam si totum quod videbatur erat, quid est quod dicebat discipulis suis, Qui me diligit diligetur a patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo meipsum illi? Quid manifestaturus erat, si totum quod videbatur erat? Ergo erat & quod latebat. Ita & spiritus in columbae apparuit specie, sed non columba erat spiritus. Totum hoc homo quod factum est, propter te factum est, Noli iniuriam facere illi qui te fecit, ut consequaris ab illo quod in isto facto symbolo sequitur. Remissionem omnium peccatorum. Noli minorem praedicare eum, qui te perducit ad regnum caelorum in remissionem peccatorum. Sine ista fide si quis ad baptismum accedit, ipse contra se ianuam indulgentiae claudit. Nec propter aliud dilectissimi, factum est, ut & pater mitteret filium, & ipse filius suscipere hominem sanandum, & spiritus sanctus hoc effunderet donum, nisi ut nostrae animae eruerentur a sarcinis peccatorum. Totum quidem hominem suscepit ille curandum, sed ampliore curam demonstrauit adhibendam esse animae quam corpori. Nam cum ipse saluator inter cetera quae praesens faciebat, paralyticum antiqua valetudine oppressum videret, prius enim animam censuit esse sanandam, tunc

Exod. 33.  
Exod. 13.  
E  
Ioan. 14.  
De peccatorum remissione per Christum. Cap. X.

Psal. 111.  
De ascensione domini & sessione ad dexteram. Cap. VII.  
Psal. 7.  
Phillip. 2.

**G** demum etiam eius corpori dignatus est donare salutē. **M**ath. 9. **M**arci. 2. Fili, inquit, confide, quoniam remissa sunt tibi peccata tua. Magna salus, non est contemnenda. Hanc appetere debet quisquis interius & exterius saluus esse desiderat. **M**ath. 25. Mundate, ait ipse dominus, quæ intus sunt, & quæ foris sunt munda erunt. Veruntamen intentio illa peruersa Iudæorum, quæ non fideliter sequebatur Christum, sed ad hoc eum frequentabant, quia ei dolosi dolose insidias præparabant, quando audierunt dominum paralytico dicentem, Dimissa sunt tibi peccata tua, continuo susurratio illa cogitationis pessimæ, ubi eos audiebat qui corda inspiciebat: quis est iste, inquit, qui peccata dimittit? Blasphemat, Nemo enim potest dimittere peccata, nisi solus deus. Ille autem ut eis demonstraret se esse deum, eorumque nequitiam ostenderet, ac suam demonstraret potentiam, ait illis, Quid cogitatis malum in cordibus vestris? Quid est amplius dicere, Dimissa sunt peccata tua tibi, aut dicere, surge & ambula? Ut autem noueritis quia habet potestatem filius hominis in terra dimittendi peccata, ait paralytico, Surge, tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit, & tulit grabbatum suum, & abiit. O quam melius illi esset, si post acceptam remissionem peccatorum, non de lecto ad peccandum iterum surgeret, sed de sepulchro ad veram vitam liber securusq; surgeret. Non enim vacat dilectissimi quod ei dictum est, Tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam. Sic enim eum dominus curari exterius volebat, ut iam interius non laboraret. Tolle autem grabbatum tuum, quid est, nisi porta rursus sarcinam delictorum tuorum? Non erunt scapulae tuæ liberae, portabis quod te premit, curuus eris sub onere, caput iam liberum iterum grauabitur seruitute. Omnis enim, ait dominus, qui facit peccatum, seruus est peccati. Si post remissionem peccatorum ille paralyticus ex hac vita migraret, plenam acciperet libertatem. Quod autem hic vitare postea permissus est, & si non peccauit, quod credere difficile est, multum periclitatus est, quia tota hæc vita tentatio est. Quisquis itaque dilectissimi fideliter credit, & hanc professionem fidei suæ, in qua remittuntur omnia peccata, indubitanter tenet atq; amplectitur, præparet voluntatē suam voluntati dei, ut si eum post baptismū dignatus fuerit in hac vita aliquantulum detinere, iste non quiescat orare ac dicere, Adiutor esto meus, ne derelinquas me. Si autem dignatus fuerit liberum, atque ab omni fece peccati mundatum ad se vocare, incūctanter ac sine tristitia pergat ad eum, cum quo & per quem incipiat & ipse regnare, nec vehiculum mortis timeat, in quo prior ascendit ipse qui vocat. Sicut enim ipsum resurgendo perduxit ad patrem, ita & te illi per resurrectionem representauit, Quia ut te inuaret ad cælum, ad terram descendit, sed non deseruit cœli. Carnis resurrectionem. Resurrectionem esse omnem carnem, rationalem scilicet creaturam fideliter teneamus. Hęc est summa fidei nostrę quę separat ab infidelibus. Neque enim de pecudibus vel cæteris animantibus, quibus non est attributa imago creatoris, fas est nobis disputare. Ista enim omnia ad vsus nostros creata esse cognoscimus. Legat quis quid deus dixit homini quando eum formauit atq; benedixit, & inueniet ita scriptum in libro Geneseos, Fecit deus hominem, ad imaginem suam fecit illum, masculū & feminam fecit eos, & benedixit eos dicens, Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris, pecorum terrę, volatiliū cœli. Ista ergo omnia propter vsus nostrę infirmitatis, ut di-

xi, creata sunt. Sed quemadmodum non resurgit nobiscum nostra corruptio, neque infirmitas, ita nec ea quę sunt necessaria nunc nostrę infirmitati. Qualia futura sunt nostra corpora, Paulus Apostolus dicit, Seminatur, inquit, in corruptione, resurget in incorruptione: seminatur in infirmitate, surget in virtute: seminatur in cōtumelia, surget in gloria: seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. Incorruptio hæc virtus & gloria & spiritus viuificās faciet nos, sicut ipse dominus promittere dignatus est, æquales angelis dei, ut viuamus cū ip-sis in aeterna vita, in vnā immortalitatē ac sempiternā patriam, in qua patria vita nostra aeterna ipse Christus erit. Ipse enim est verus deus & vita aeterna. Hoc sequitur etiam in isto sancto symbolo quod post resurrectionem carnis credamus. Et vitam aeternā. Non nostri iam dominabitur corruptio immortaliter viuētibus, & cum ipsa aeterna vita manentibus. Neq; enim indigebimus illic vestimento, ubi erimus immortalitate vestiti: nec cibus nobis deerit, quādo ipse panis viuus, qui propter nos de cœlo ad terras vsq; descendit, sui præsentia nostras animas satiabit: nec potus nobis deerit, præsentē fonte vitæ. Saturabit enim nos ab vbertate domus suæ, & torrētē deliciarū suarum corda nostra, rigabit. Aestus illic non patiemur. Illic est enim refrigerium nostrum, qui nos sub vmbra alarum suarum protexit & protegit. Frigus illic non patiemur: est enim ibi sol iustitię, qui suo amore calefaciens corda nostra, radiis diuinitatis suæ illuminat oculos nostros, ut videant diuinitatē, æqualitatemq; patris & filij & spiritus sancti. Non ibi fatigabimur: nobiscum enim erit virtus nostra, cui nunc dicimus, Diligam te domine virtus mea. Non ibi dormiemus, non enim ibi sunt tenebrę quę excludere possunt permanentē diem. Nulla ibi erit negotiatio, nulla seruitus, nullū opus. Et quid illic acturi sumus? Fortasse illud quod scriptum est: Vacate & videte, quoniam ego sum deus. Vacuitas ista contemplationis, erit opus nostrę actionis, ut contemplantes delectemur, & delectabiliter cōtemplemur videre. Quid videre? Bona domini. Quę bona? Possumus exprimere illud quod nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit? Possumus explicare quomodo erit deus omnia in omnibus? Possumus explicare quomodo ipse filius cum tradiderit regnum deo & patri, id est, sanctam cōgregationem fidelium, ita illum hominem susceptum, ampliusq; clarificatum non dimittat, ut tamen claritatem quam habet cum patre antequam mundus fieret, ipsis iam fidelibus demonstrare non differat? Possumus explicare quemadmodum sponsa Ecclesia, quę ex viris & sceminis constat, omnis conuertatur in virum perfectum, atq; ita dignitatem virilem accipiat, ut tamen sponsa nomen non perdat? Possumus explicare sanctorum corpora resuscitata, ex qua gloria in quam gloriam transeant? Possumus explicare quō Christū sequantur virgines, quō eum sequi nequeant non virgines, atque illas nescio quō vbiq; manens secum ducat, nec tamē eas, quę non sunt virgines deserat? Quis audet de his rebus positus in hac mortali carne, quę aggrauat animam, aliquid dicere, cū Paulus Apostolus hoc non valuit explicare, qui in isto positus corpore, vsq; in tertium cœlum gratia operante valuit ascendere? Non sumus curiosi ad inuestigandū, quod Apostoli exprimere minime potuerūt. Certe ex me nemo scire querat quod nescire scio, nisi forte vt nescire discat, quod scire non posse sciendū est. Sed per fidem & patientiam & sanctam matrem Ecclesiam speremus nos accipere, quicquid magnis & pusillis dignatus fuerit ille

**K** **1. Cor. 15.** **Math. 22.** **De vita aeterna. Cap. XII.** **Psal. 35.** **L** **Psal. 17.** **Psal. 45.** **Esaie. 64.** **1. Cor. 15.** **M** **Sapient. 9.** **1. Cor. 12.**

**A** ille donare. Sancta Ecclesia, in qua omnis huius sacramenti terminatur autoritas, mater & virgo corpore casta, prole fecunda, sponsa Christi superius declarata, pie nutrit filios, quos deo patri dignos assignare contendit. Filij boni amate tantam matrem, filij boni nolite deserere quotidie vos requirentem, rependite vicem, amate amantem. Tanta est, talis est, nobilis est, regia prole fecunda est, non eam patiamini aut filiorum malorum, aut pessimorum seruiorum iniuriis atque insidiis macerari: agite causas matris vestrę, exerite eius amplissimam dignitatem: seruus malus non insultet dominę. Hæreticus Arrianus non insultet Ecclesię. Lupus est, agnoscite: serpens est, eius capita conuassate. Blanditur, sed fallit: multa promittit, sed decipit. Venite, inquit, defendam: si necessitas est, pascam: si nuditas, vestiam: dabo pecuniam, statuum quid per singulos dies quisque accipiat. O lupo male, o serpens inique, o serue nequissime, dominam calcas, veram matrē impugnas, Christum exufflas, catholicum rebaptizas, & quod est pessimum, artis tuę aliquos potentia premis vt perdas, alios pecunia comparas vt occidas. Ergone hæretice ad hoc vestis nudum, vt expolies intus Christo vestitum? Ad hoc pascis esurientem, vt animę auferas cibum cœlestem? Ad hoc das pecuniam, vt sic tibi isti vendant Christum rebaptizandum, quemadmodum Iudas Iudęis Christum crucifigendum? Pecunia tua tecum fit in perditionem. Peiora hæretice facis quā quis fecit Iudæus. Ecce enim Iudæus et si premio comparauit Christum occidendum, semel latus in cruce pendens pupugit, sed totum eius corpus integrum reseruauit: tu vero ad hoc eum quotidie comparas pecunia, vt sedentis in cœlo diuersa laceres membra. Vos autem dilectissimi, qui ab initio vberibus sanctę matris Ecclesię nutriti, vsque ad solidum cibum estis ab ea perducti, manete in ea. Si quis eius vel disciplinam, vel quamlibet admonitionem asperere tulit, & iratus abscessit, agnoscat matrem, redeat ad eam libenter, & hæc suscipit quę requirit, gaudebit filium perditum fuisse cōuersum. Sed licet multum gaudeat filium perditum fuisse conuersum, stabilitatis dignitatem non quiescit predicare secum permanentium filiorū.

**FINIS.**  
**DIVI AVRELI AVGVSTINI**  
**Hipponensis episcopi, De symbolo ad catechumenos, Liber alius.**

**S**ACRAMENTVM symboli quod accepistis, memoriaq; mandatum pro vestra salute retinetis, noueritis hoc esse fidei catholice fundamentum, super quod ædificium surrexit Ecclesię constructum manibus Apostolorum & prophetarum. Aedificium enim domus dei lapides sunt viui, quod estis vos. Ita enim credentibus scribit Apostolus, Nescitis, inquit, quia templum dei estis, & spiritus sanctus habitat in vobis? Sed & Apostolus Petrus alloquens fideles, Vos, inquit, tanquam lapides viui ædificamini in domum spiritalem. Quisquis huic ædificio coniungi desiderat, renunciet diabolo, pōpis & angelis eius. Pompe diabolus sunt quęque illicita desideria quę turpant, non quę exornant animam, vt sunt, desideria carnis, desideria oculorum, ambitiones seculi. Ad cōcupiscentiam carnis pertinent illecebrę voluptatum. Ad cōcupiscentiam oculorum, nugacitas spectaculorum. Ad ambitionem seculi, insana superbia, ubi est sumus inflatus, vt homo positus in aliqua potestate, hominem se esse non agnoscat cum de homine iudicat. Qui ergo vult mūdum vincere, tria ista vincat quę sunt in mundo, & per hæc illum vincit etiam qui suadendo per superbiam decepit mundum. Postquam autem homo renunciādo diabolo excludit pessimum inuaforem, introducat optimum possessorem, credat in deum patrem omnipotentem &c. Magnum donum gratiæ credere & intelligere deum. Sed quid Propheta dicit? Nisi credideritis, non intelligetis. Credamus ergo vt intelligamus, sed oremus vt mereamur videre quod credimus. Peccata enim & author peccati diabolus, separauit animam a deo: & dum creatura secuta est seductorē suum, deseruit saluatorem, facta est ruina magna, & errauit anima vt pro vero deo coleret idola, & adoraret ipsa quę fecit, deserendo illum a quo facta est: adorando enim lapidem nullam habentem vitam, ipsa perit deserendo deum, qui est eius vera & aeterna vita. Hinc error omnis & desertio bonorum, hinc cultus Paganorum & peruersitas hæreticorum, & errauerunt animę per diuersas voluptates & peruersas, vt alij colerent solem, alij lunam & stellas, alij montes, alij lapides & quęque virgulta, vt sibi quisque credidit inuenisse, non adiutorem deum, sed deceptorem diabolum, atque ita per diuersa anima errauit a creatore suo, vt omne quod ei dederat deus ad seruitium, hoc illa colleret vt deum. Nonne omnia propter hominē creata sunt? Legat quis scripturas sanctas, & inueniet deum dixisse homini quem de limo terrę formauit. Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris, & auium cœli, & pecorum terrę. Et paulo post: Ecce, inquit, dedi vobis omnia in vsum & ad escam. Eos autem qui scripturas sanctas legere nolunt, ipsa rerum natura, ipseq; mūdus operibus famulatus sui, incredulus sua quadam voce conuincit, & animam peruersam increpans dicit, Quid est misera quod erras in me, & de gener facta oblita es, a quo quanta creata sis, cui cœlū & terra tam pulchra domus nullis meritis præcedentibus constructa est? Respondent & singula quęq; elementa, clamantia, & ipsis suis operibus suum demonstrātia artificem. Clamat cœlū: non sum deus, nam si deus essem, nulla me nubilitatio obumbrare potuisset, nec tenebrę succederēt luci meę, sed lux integra, incorrupta, inuolataq; mansisset, sicut manet lux illa vera, quę istam lucem tēporalem creauit in me propter te. Clamat & sol: quid me homo colis vt deum, quem vides ortu occasuq; concludi? Deus nec ortum habet nec occasum, sed tu illum deserendo magnū incurristi casum. Sed confideras magnum atq; mirabilem esse me: ego autē agnosco habere super me, qui & me creauit & te: cum autem opera & splendores & calores mei tibi deseruiant, quomodo me pro deo colendum ducis, nisi quia verū deum colere nescis? Ita luna & stella istam similem proferunt vocem: non vides, inquit, o homo spatium non agere nocturnum, excludi luce, nec terminos transgredi constitutos, quos ad solatiū quietis tuę omnipotens artifex terminauit? Non sumus deus, Conuincimus falsitatem tuam seruiendo tibi ad pœnam tuam. Clamat mare, & omnia quę in eo sunt. Non sumus deus: Prebeo enim vt mihi iustum est, famulatum peruium, iter carinæ suscipiens, motus cōgruos, flatus ventorum, dirigens gressus, vt ad portum desideratū etiam rapiente te auaritia, nulla interposita tarditate perducam. Animalia vero quę

cupiscentiam oculorum, nugacitas spectaculorum. Ad ambitionem seculi, insana superbia, ubi est sumus inflatus, vt homo positus in aliqua potestate, hominem se esse non agnoscat cum de homine iudicat. Qui ergo vult mūdum vincere, tria ista vincat quę sunt in mundo, & per hæc illum vincit etiam qui suadendo per superbiam decepit mundum. Postquam autem homo renunciādo diabolo excludit pessimum inuaforem, introducat optimum possessorem, credat in deum patrem omnipotentem &c. Magnum donum gratiæ credere & intelligere deum. Sed quid Propheta dicit? Nisi credideritis, non intelligetis. Credamus ergo vt intelligamus, sed oremus vt mereamur videre quod credimus. Peccata enim & author peccati diabolus, separauit animam a deo: & dum creatura secuta est seductorē suum, deseruit saluatorem, facta est ruina magna, & errauit anima vt pro vero deo coleret idola, & adoraret ipsa quę fecit, deserendo illum a quo facta est: adorando enim lapidem nullam habentem vitam, ipsa perit deserendo deum, qui est eius vera & aeterna vita. Hinc error omnis & desertio bonorum, hinc cultus Paganorum & peruersitas hæreticorum, & errauerunt animę per diuersas voluptates & peruersas, vt alij colerent solem, alij lunam & stellas, alij montes, alij lapides & quęque virgulta, vt sibi quisque credidit inuenisse, non adiutorem deum, sed deceptorem diabolum, atque ita per diuersa anima errauit a creatore suo, vt omne quod ei dederat deus ad seruitium, hoc illa colleret vt deum. Nonne omnia propter hominē creata sunt? Legat quis scripturas sanctas, & inueniet deum dixisse homini quem de limo terrę formauit. Crescite & multiplicamini, & replete terram, & dominamini eius, & habete potestatem piscium maris, & auium cœli, & pecorum terrę. Et paulo post: Ecce, inquit, dedi vobis omnia in vsum & ad escam. Eos autem qui scripturas sanctas legere nolunt, ipsa rerum natura, ipseq; mūdus operibus famulatus sui, incredulus sua quadam voce conuincit, & animam peruersam increpans dicit, Quid est misera quod erras in me, & de gener facta oblita es, a quo quanta creata sis, cui cœlū & terra tam pulchra domus nullis meritis præcedentibus constructa est? Respondent & singula quęq; elementa, clamantia, & ipsis suis operibus suum demonstrātia artificem. Clamat cœlū: non sum deus, nam si deus essem, nulla me nubilitatio obumbrare potuisset, nec tenebrę succederēt luci meę, sed lux integra, incorrupta, inuolataq; mansisset, sicut manet lux illa vera, quę istam lucem tēporalem creauit in me propter te. Clamat & sol: quid me homo colis vt deum, quem vides ortu occasuq; concludi? Deus nec ortum habet nec occasum, sed tu illum deserendo magnū incurristi casum. Sed confideras magnum atq; mirabilem esse me: ego autē agnosco habere super me, qui & me creauit & te: cum autem opera & splendores & calores mei tibi deseruiant, quomodo me pro deo colendum ducis, nisi quia verū deum colere nescis? Ita luna & stella istam similem proferunt vocem: non vides, inquit, o homo spatium non agere nocturnum, excludi luce, nec terminos transgredi constitutos, quos ad solatiū quietis tuę omnipotens artifex terminauit? Non sumus deus, Conuincimus falsitatem tuam seruiendo tibi ad pœnam tuam. Clamat mare, & omnia quę in eo sunt. Non sumus deus: Prebeo enim vt mihi iustum est, famulatum peruium, iter carinæ suscipiens, motus cōgruos, flatus ventorum, dirigens gressus, vt ad portum desideratū etiam rapiente te auaritia, nulla interposita tarditate perducam. Animalia vero quę

De malorū exclusionē incipientibus necessaria. Caput. I.



1. Cor. 3.  
1. Petri. 2.

De unitate dei & pagani erroris inducitur reprobatio. Cap. II. Esaie. 7.

Gene. 1.

**G**ignuntur ex me, tibi in escam donata esse cognoscis. Cum ergo per omnia agnoscam modulum meum, tu quare deservis ordinem tuum, deserendo omnium creatorem deum? Clamat terra: Ergone homo deitatis mihi nomen ascribis, ideo non agnoscis quid sim, quia oblitus es qui sis? Non agnoscis materiam tuam? Non agnoscis quia limum meum es, ex me quidem formatum, sed non sicut ego animatum? Non agnoscis quia inter omnia animalia quae ex me procreata sunt, tu solus sub deo penes mundi dominus constitutus es? Merito non intelligis, quia cum in honore esses, non intellexisti, comparatus es iumentis insipientibus, & similatus es illis.

Psal. 48.

De omnipotētia dei creatoris visibilia & invisibilia. Cap. III.

Nos autem dilectissimi, quibus donatum est credere, nec solem credamus deum vel regem caeli, nec mare, aut nescio quem regē eius Neptunum, quem fingit vanitas, non veritas, nec terram & Plutonē, sed credamus in deum patrem omnipotentem, vniuersorum creatorem, regem caelorum. Qui enim cuncta quae voluit de nihilo fecit, ipse regit quae fecit. Immortales isti quia nobis superius commemorati sunt, ideo dii non sunt, quia & comprehendi & videri his oculis possunt: ceteros autem quos vani vane colunt, Iouem, Saturnum,

**H** Martem, Iunonem, Mineruam, Venerem, & cetera portenta, non numina bona, sed numina mala homines mortales fuisse, etiam eorum literae clamant, qui talibus erroribus delectantur. Nostrae autem sacrae literae qualem deum praedicent, Paulū audite Apostolum, Immortali, inquit, inuisibili, incorruptibili, soli deo honor & gloria. Non videtur deus noster oculis carnis, sed videtur oculis cordis: non videtur ad tempus, sed videtur in aeternum. Sed dicit Paganus, Ostende mihi quem colis? Respondeo: Ego quidem habeo etiam modo quem tibi ostendam, sed tu non habes oculos vnde videas. Beati enim, ait saluator noster, mundo corde, quoniam ipsi deum videbunt. Cor immundum & tenebris peccatorum obuolutum, deum quaerit videre. Lux lucet in tenebris, sed tenebrae eam non comprehenderunt. Nunquid quia caecus non videt, ideo lux non luceat? Si nosse

1. Timo. 1.

Math. 5.

Ioan. 1.

Psal. 12.

1. Cor. 13.

in fidelis dicere deo vero, Illumina oculos meos: videres nobiscum nunc per speculum in aenigmate, ut posses videre facie ad faciem. Si ex operibus intelligeres artificem, ex creatura conuerteres creatorem. Si expauesceres in te, quia non totum capis te, agnosceres deum qui fecit te. Non enim vides animam tuam, cum omnia videat anima tua per carnem tuam. At si vides animam tuam, dic mihi qualis vel quanta sit, vtrum quadra an rotunda, vtrum lenis an aspera, vtrum calida an frigida, vtrum alicuius caloris an omni calore carens. Video defecisti ostendere animam tuam qualis sit. Non potes. Ecce immortalis est anima tua, & viuificat mortalem carnem tuam. Immortalē dico animam tuam ad vtrunque. Si credit immortalis est ad vitam: si non credit, immortalis est ad poenam. Credimus ergo deum immortalem & inuisibilem, non illum quē vos infideles deum fingitis, simul & adulterantem & tonantem, sed deum verum, totius mundi fabricatorem atque rectorem.

De filij dei gratiosa incarnatione ex virgine & paruulorum innocētium crudeli & saluifica necē. Cap. IIIII.

Esaie. 7.

Filium eius Iesum Christum olim promissum per Prophetas tenemus, quod iam impletum esse cognoscimus. Sed ideo etiam hoc credere iubemur, quia quando factum est, praesentes non fuimus, aderant tunc Iudaei, ex quorum gente ipse saluator Apostolos elegit, per quos ad nos fides ista peruenit. In ipsa autē gente in qua & ex qua nasci dignatus est, Ioge antea Esaías Propheta praedixerat, Ecce virgo in utero concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel, quod interpreta-

tur, nobiscū deus. Et alio in loco, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet: virgam significans virginem Mariam, & florem virgae, filium virginis dominum Iesum Christum. Iudaei antequam ista fierent, legebant, & non intelligebant. Ceperunt impleri quae promissa sunt, & non gaudebant, sed potius inuidebant. Nascitur Christus ex virgine sicut flos ex virga, sine villo composito semine. Nascitur infans paruus, rex magnus. Procedunt certa indicia & signa magni regis: pastori- bus nunciant angeli: per stellam velut ver nouam linguam clamant caeli. Adducuntur de longinquo Magi, veniunt vt adorent adhuc in praesepi iacentem, sed iam in caelo & in terra regnantem. Annunciantibus Magis regem natum turbatur Herodes, & ne regnum perdat vult eū occidere, in quē si crederet, & hic securus, & in illa vita sine fine regnaret. Herodes à Iudaeis vbi Christus nascatur inquirunt. Querunt simul non sicut Magi adorandum, sed inuentum necandum. Quid times Herodes quia audis regem natum? Non venit ille vt te excludat, sed vt diabolus vincat. Sed tu haec non intelligens turbaris & sauis: & vt perdas vnum quem quaeris, per tot infantum mortes magnus efficeris crudelis. Nō te vlla pietas plangentium matrum, aut lugentium par-

Esaie. 11. K

trium funera filiorum, non mugitus & gemitus reuocat infantum. Necas paruulos corpore, quia te necat timor in corde: & putas si hoc quod cupis impleueris, diu te posse viuere, cum ipsam vitam quaeras occidere. Ille autem fons gratiae paruus & magnus, qui in praesepi iacet, thronum tuum terret: agit per te nescientem causas tuas, & à captiuitate liberat diaboli animas. Suscipit filios inimicorum in numerum adoptatorum. Moriuntur paruuli pro Christo, nescientes parentes plangunt martyres morientes. Ille nondum loquentes idoneos suos effecit testes. Ecce quomodo regnat, qui sic regnare venerat. Ecce iam liberat liberator, & salutem praestat saluator. Sed tu Herodes nesciens hoc, turbaris & sauis, & dum contra paruulum sauis, iam illi obsequium praebes, & nescis. Ille enim rex magnus qui ad hoc venit, vt per te & per alios suos hinc congreget, tu illi prior ad regnum caelorum tot milia candidatorum infantum innumerabilem praemittis exercitum. Hanc turbam Apocalypsis illa beati Ioannis Apostoli demonstrabat dicens, Vidi turbam multam quam dinumerare nemo poterat ex omni tribu, stantes in conspectu dei, & induti erant alba veste, & palmae fuerunt in manibus eorum.

Apoc. 7.

**M**O magnum donum gratiae: quibus eorum meritis praestitum est, vt sic vincerent infantes? Necdum loquuntur, & Christum confitentur. Necdum motibus membrorum valent suscipere pugnam, & victoriae iam efferrunt palmam. Quomodo regnas Herodes qui sic vinceris? Paruus ille non te armatorum virorum fortium superauit manu, sed innumerabili vicē turba morientium paruulorum. Vis nosse quid infantibus quos trucidasti praestiteris? Ideo accelerasti ad eorum vitam, ne cum suis parentibus occiderent veram vitam: hoc illo per te agente, qui nouit bene vti etiam malis tuis, illorum animas liberauit à parentum interfectione suae societate, & te solum inanem reliquit in scelere. Egit & agit gratia causas suas, & per inimicos suos, & per ipsos, & in ipsos: nam & ipsi qui moriebantur, natura filij irae erant sicuti & ceteri. Sed quid eis praestitit gratia, nisi vt erueret eos de potestate tenebrarū? Praestitit eis Christus vt pro Christo morerentur, praestitit vt suo sanguine ab originali peccato diluerentur. Nati sunt ad mortem, sed continuo eos mors reddidit vitae. Hisdem gradibus

**A** dibus dilectissimi, quibus perierat humana natura, à Iesu Christo domino nostro reparata est. Adam superbus, humilis Christus: per feminam mors, per feminam vita: per Euam interitus, per Mariam salus. Illa corrupta secuta est seductorem, haec integra peperit saluatorem. Illa poculum à serpente propinatum libenter accepit & viro tradidit, ex quo simul mererentur occidi: haec gratia caelesti desuper infusa vitam protulit, per quam caro mortua posset resuscitari. Quis est qui haec operatus est, nisi virginis filius & virginum sponsum, qui attulit matris fecunditatem, sed non abstulit virginitatem? Quod contulit matri suae, hoc donauit & sponsae suae. Denique sancta Ecclesia quae illi integro integra coniuncta est, quotidie parit membra eius & virgo est. Crucifixum sub Pontio Pilato & sepultum. Et hoc credimus, & ita credimus, vt inde gloriemur, Mihi enim, ait doctor gentium apostolus Paulus, absit gloriari, nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: Et nos in hoc gloriemur, in hunc speremus, illi haereamus, simul enim vetus homo noster cum illo crucifixus est cruci: Nisi enim crucifigeretur ille, mundus non redimeretur. Poena illa salus est nostra. Quod Iudaeus & gentilis detestatur, Christianus inde saluatur. Sed quare Iudaeus detestatur? Quia sicut Apostolus dicit, Illorum delicta salus est gentibus. Quod delictum Iudaei commiserunt? Christum tenuerunt, vinctum Pilato tradiderunt, clamauerunt, Crucifige crucifige. Quare, quam ob causam? Quoniam suscitauit mortuum. Audit Pilatus, inuenit innocentem, videt populum saeuientem, excusat & dicit, Ego in isto causam non inuenio: accipite eum vos & crucifigite. Quando dicebat Pilatus, Ego in isto non inuenio causam, accipite eum vos: quid aliud dicebat, quam hoc, Ad iudicem quasi cum reo venistis, sed innocentem legibus tradidistis, in quem nullum crimen probare valuistis? Non ero iustus si secundum desiderium vestrum innocentem occidero, ero ab hoc facto, à vestra seditione alienus si eum vobis tradidero. Accipite eum, inquit, vos, & secundum legem vestram iudicate. Et illi: Nos scimus, inquit, quia reus est mortis. Quid scit caecus corde, nō corpore? Clamat quod nescit, & vt impleat quod scuit, dicit se scire quod nescit. Iterum Pilatus audit Iesum, & responsis eius in metum missus, consilium inuenit quomodo eum dimitteret. Egressus ad Iudaeos dixit, Est consuetudo vt dimittam vobis vnum in pascha, vultis ego dimittam vobis regem Iudaeorum? Clamauerunt & dixerunt, Noli ipsum dimittere, sed Barrabam. Fuit autem Barrabas, vt euangelista narrat, insignis latro. O caecitas Iudaeorum, & furia phreneticorum: Noli ipsum dimittere, sed Barrabam: quid fuit aliud dicere, quam occidatur Christus saluator, quia suscitauit mortuum: dimittatur latro vt iterum perpetret homicidium? Sed clamate. Quid clamatis nescientes? Occidatur à vobis Christus, & redimantur gentes. Medicus autem ille animarum qui vos videbat phrenesi laborare, somnum salutis ingerebat, & ideo etiam ipse pro nobis dormire volebat: tanquam diceret, Medicus sum, infirmi estis: infirmitas vestra magna refugit somnum salutis. Ecce dormio propter vos, vt me viso dormire delectet & vos, & à poenali morte liberemini vos. Sed illis & de illis hoc dicebat, quos credituros in se postmodum nouerat, & pro quibus in cruce pendens patrem rogabat dicens, Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Inter eos erat ille phreneticus, prius Saulus, postea Paulus, prius superbus, postea humi-

7 aliis, integritatem.

De Christi amarissima passione. Cap. V. Galat. 6.

Roma. 6.

B

Roma. 11.

Math. 27.

Ioan. 19.

Ioan. 8.

Marci. 15.

Luc. 23.

lis, & ipse phrenesi laborabat, somnum salutis repudiabat. Sed quid ei fecit medicus? Prostrauit saeuientem, erexit credentem: prostrauit persecutorem, erexit praedcatorem. Prostratus ad terram dormiuit phreneticus, surrexit, & factus est medicus. Cœpit in aliis curare morbum, quo ipse laborabat, & effectus discipulus, caelestis archiatri antidotum bibit confectum ex sanguine medici, prior ipse bibit, & bibendum amatoribus propinauit. Hoc antidotum ex sanguine crucifixi confectum, etiam ipsi reges terrae biberunt, & qui erant ecclesiae persecutores, eius facti sunt defensores. Sepulturam vero huius crucifixi sanctum indicat euangelium, quod susceptus sit à Ioseph, obuolutusque linteaminibus, cum aromatibus positus sit in monumento nouo. Homo enim nouus sine vlla corruptione ex virgine procreatus, in monumento nouo positus est, in quo nō dum quisquam positus erat mortuus, vt sanctitas virginis vteri in omnibus ornaretur ex conuenientia inuolabilis sepulchri. Tertia die à mortuis resurrexit. Quatuor multi sancti multa hinc senserunt atque dixerunt. Nam quidam volentes tres dies & tres noctes vsq; in diem dominicum exprimere, à nocte praecedente sextae feriae, & ipsam sextam feriam concluderunt in vnum diem, & noctem sabbati & sabbatum, & noctem dominici diei & ipsum diem resurrectionis. Alij autem ab ipsa sexta feria, & nocte, quae medio die facta est, voluerunt tres dies & tres noctes vsque in diem dominicum exponere, propter illam sententiam domini in euangelio positam: Sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet esse filium hominis in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus. Sed nos neutram eorum vacuantes sententiam melius tamen, si placet, in his spiritalem requiramus intellectum, quomodo filius hominis fuerit in corde terrae tribus diebus & tribus noctibus: tres dies, tria tempora seculi ponentes, ante legem, sub lege, sub gratia: & tres noctes tres mortes, id est, tres mortuos quos suscitauit dominus praesens in carne. Filium archiSynagogi in domo, filium viduae foris in porta, & Lazarum quadriduanum de sepulchro: Vnde enim mors nisi per peccatum? Et quid sunt peccata, nisi magna tenebrae, quae faciunt grauem noctem? Ita ergo conueniunt sibi, vt vnus dies sit ante legem, quando peccatum latebat, & huic antecedit nox illa, quod puella mortua in domo iacebat, tanquam peccatum intra conscientiam latebat. Secundus dies sit sub lege, quando dictū est homini, Non concupisces: & peccatum processit ad publicum: & hinc accedit nox illa, quod filius viduae foris portam, tanquam peccatum animae quod intus latebat, processit ad publicum. Tertius dies sit sub gratia, quando iam plus peccat anima, quia scit voluntatem domini sui, & facit digna plagis, & supplantat plenitudinem gratiae & merito peccatorū iam putet: & hinc accedit nox illa mortis Lazari in sepulchro iacentis, tanquam animae peccatis obrutae & fetentis. In his tribus diebus & noctibus fuit Christus in corde terrae, hoc est, iacuit fides Christi in cordibus eorum qui habitant in terra. Habent ergo animae in his diebus & noctibus & praecipua legis & voces poenitentiae, vt resurgere possint cum Christo. Ad diem & noctem latentis peccati, lex illa est generalis, Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris. Et vox poenitentiae eius est, Delicta inuentus & ignorantiae meae ne memoria fueris. Ad sequentem diem manifestati peccati, lex illa est, Non concupisces. Et vox poenitentiae eius est, Tibi soli peccaui & malum coram te feci.

D Acto. 9.

De Christi honorifica sepultura & resurrectione à mortuis tertia die in mysterio. Cap. VI.

E

Math. 12.

Math. 9.

Luc. 7.

Ioan. 11.

F Exod. 20.

Luc. 23.

Tob. 4.

Psal. 24.

Exod. 20.

Psal. 50.



**G** feci. Ad tertium diem & noctem iam sepulta anima consuetudine peccati, lex illa est, Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Et vox poenitentiae eius est, Domine libera animam meam de morte: Et, Eduxisti ab inferis animam meam. Per ista tria tempora veluti per tres dies resurgunt anima cum Christo, quibus dicitur per prophetam: Resurgunt mortui, & excitabuntur qui in monumentis sunt, & exultabunt omnes qui sunt super terram. Et quibus per Apostolum dicitur, Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. Etiam resurgentibus, hoc est, a peccatis liberatis dicit, Si consurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens, quia dominus Iesus resurgens a mortuis, assumptus est in caelos, & sedet ad dexteram patris. Quis est qui sedet ad dexteram patris? Homo Christus: nam inquam deus, semper cum patre & ex patre, & quando ad nos processit, a patre non recessit: Hoc est enim esse deum, vbi que esse totum. Totus ergo filius ad patrem, totus in caelo, totus in terra, totus in vtero virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradiso quod latronem introduxit. Non per diuersa tempora vel loca dicimus vbi que esse totum, vt modo ibi totus sit, & alio tempore alibi totus, sed vt semper vbi que sit totus. Si enim deus hoc praestitit huic luci, quae videtur nostris aspectibus, vt simul tota vbi que sit: Neque enim quando hic est in Oriente, vel in aliis partibus terrarum non est, sed vbi que tota est, & in omnibus tota est, & omnium oculos satiat, & ipsa integra perseuerat. Si hoc potest creatura, quanto amplius ipse creator? Sed hoc quod filius dicitur sedere ad dexteram patris, demonstratur quod ipse homo quem suscepit Christus, potestatem acceperit iudicantis. Inde enim venturus est iudicare vivos & mortuos. Aduentum eius liber indicat Actuum Apostolorum. Postea enim quam a mortuis resurrexit, conuersatus est cum discipulis suis quadraginta diebus & quadraginta noctibus, intrans & exiens, manducans & bibens: non quod haberet infirmitatem, sed vt doceret veritatem. Quadagesimo die ipsis videntibus & quodammodo in caelum oculis deducentibus, astiterunt illis duo viri in veste alba, qui dixerunt eis: Viri Galilaei, quid statis intuentes in caelum? Iste Iesus qui assumptus est in caelum a vobis, sic veniet: quemadmodum vidistis eum euntem in caelum. Veniet ergo fratres mei, veniet ille qui prius venit occultus, veniet in potestate manifestus. Ille qui iudicatus est, veniet iudicaturus. Ille qui stetit ante hominem, iudicaturus est omnem hominem. Deus manifeste veniet. Quid est deus manifeste veniet? Non sicut prius homo humilis, sed sicut deus homo maiestate sublimis, & iudicabit. Quomodo iudicabit? Non enim vt iudex terrenus quaesiturus est testes vt te conuincat, aut veritatem per tormenta requisiturus est vt confessum puniat, cum sedeat iudex ipsa iustitia, & testis sibi sit mala conscientia. Ille iudex dilectissimi, nec gratia praenitur, nec misericordia iam fleatur, nec pecunia corrumpitur, nec satisfactione mitigatur. Hic dum tempus est, quicquid potest anima agat pro se, vbi locus est misericordiae: Nam ibi quid pro se agat non habebit, quia iustitiae solius locus erit, hic agat anima poenitentiam, vt ille possit mutare sententiam: hic det panem, vt accipiat postmodum salutem: hic faciat misericordiam, vt ibi inueniat indulgentiam. Credimus in spiritum sanctum. Spiritum sanctum deum dicimus, nec tamen dicimus patrem & filium & spiritum sanctum tres deos, sed vnum:

quia vna est aeternitas, vna maiestas, vna potestas, Pater non est filius, sed pater est filij: Filius non est pater, sed filius est patris: Spiritus sanctus nec pater est, nec filius, sed spiritus est patris & filij, tres personae, sed vnus deus. Quomodo, inquis, tres nomina & vnum dicitur? Ostende hoc aut ratione, aut aliqua similitudine, per quam intelligi possit, quid nam illud sit. Quae ratio, aut quae similitudo illi rei inuisibili comparari potest? Det tamen veniam eiusdem maiestas, quia aliquam similitudinem quae occurrit ex eius creatura ponit nostra infirmitas, per quam intelligere possit vestra charitas. Nisi enim ille permitteret, quis nostrum de eius diuinitate loqui auderet? Non vacat quod omnem creatura subiecta sit creatori, in nulla tamen alia specie voluit apparere deus noster quam in igne: Nam & sancto Moyse in rubo in flamma apparuit, & filiis Israel ducatum in columna ignis praebuit, & super discipulos congregatos donum spiritus sancti in linguis igneis effudit. Habet enim hoc elementum magnum sacramentum, per quod exerceat quaerentis ingenium. Ecce in igne tria quaedam conspiciamus, lumen ignis splendorem & calorem, & cum sint tria vnum lumen est, simul exurgunt, simulque consistunt, Nec ignis praecedit splendorem, nec splendor calorem, & haec non confuse vnum sunt, nec disiuncte tria, sed cum vnum sint tria sunt, simul operantur, & cum inseparabiliter operantur, aliud igni tribuitur, aliud splendori, aliud calori: Nam cum ad ignem refertur visionem, tibi operatur & splendor & calor: & cum ad splendorem refertur illuminationem, simul operatur & ignis & calor: cum vero ad calorem refertur calefactionem, simul operatur ignis & calor & splendor. Ita cum dicitur, quod deus fecerit mundum, intelligitur pater cum filio, & per filium, & cum spiritu sancto. Et cum dicimus filium pro nobis passum, intelligimus passionem filij operatum fuisse & patrem & filium & spiritum sanctum. Et cum remissio peccatorum tribuitur spiritui sancto, intelligimus totam trinitatem etiam hoc donum inseparabiliter operari. Haec propter hereticos Arrianos, vel alios qui aliter de deo sentiunt quam dignum est, dicta sunt vestrae charitati. Caterum illud quod est ineffabile & incomprehensibile, nec verbis angelicis explicari potest, quanto magis humanis.

Remissionem peccatorum. Omnia prorsus delicta delet sanctum baptisma, & originalia & propria: dicta, facta, cogitata, cognita, incognita omnia dimittuntur. Innouat hominem qui fecit hominem, donat delicta qui non quaerit merita, praenit gratia etiam ipsam infantiam, vt sint liberi per Christum liberati, qui in Adam a diabolo tenebantur ante captiui. Carnis resurrectionem. Omnis spes fidei nostrae haec est, quoniam resuscitabimur. Omnes quidem resurgemus, ait Apostolus, sed non omnes immutabimur. Resurgent boni, resurgent mali, sed boni vt sempiterna beatitudine perfruantur, mali vt perpetuo igne puniantur. Ibi discernetur fidelis ab infideli, vt accipiat fides praemium, & perfidia supplicij obtineat locum. Nec sibi frustra blandiantur increduli, qui audiunt in Psalmo, Non resurgent impij in iudicio. In iudicio dictum est, id est, non vt iudicentur resurgent, quia per infidelitatem olim iam damnati sunt secundum illam sententiam dominicam. Qui non credit, iam iudicatus est. Apostolus autem vt tolleretur de cordibus infidelium omnem dubitationem, seminantis proposuit similitudinem, & ait, Stulte tu quod feminas non viuificatur nisi prius moriatur. Quid autem fiat in femine, puto neminem vestrum ignorare,

Exod. 3.  
Exod. 13.  
Apo. 2.

f. alias, com-  
bultionem.

De peccato-  
rum remif-  
sione, & car-  
nis resur-  
rectione.  
Cap. X.

1. Cor. 15.

Psal. 1.

Ioan. 3.

1. Cor. 15.

De spiritu  
sancti figu-  
rationis unis-  
sonibus.  
Cap. IX.

**A** rare, quemadmodum grana tritura, purgata, recon- dita proferantur, proniciantur, obruantur. Nisi enim esset mellis fertilitas nota, ista crederentur insana. At tamen cum obruuntur & ab oculis dimittuntur, sub terra mortua iacent. Iam si curiositas exigit & videre antequam pluuia descendat, videt putrefactum atque corruptum quod dimiserat integrum, ac si spes mellis desit, dolor cor vrit, perdidisse se credit quod reconditum habuit. Cum autem pluuia aduenerit, quomodo delectat respicere herbam virentem, calamus surgentem, ad nodos peruenientem, culmum producentem, spicas proferentem? Delectat ne videre quod mortuum iacebat sic reuixisse? Sed non sibi assignet terra fertilitatem, quoniam dominus dat suauitatem. Si enim pluuia desuper non descendat, etiam terra bona non spicas, sed profert spinas quae igni tradantur, non quae horreo recondantur. Similiter & terra nostra, hoc est caro nostra, siue hic, siue ibi, non sibi assignet merita, sed agnoscat etiam illic accepturam se gratiam pro gratia.

In vitam aeternam. Bonum omne illud, quod resuscitabimur, quod a peccatis liberabimur, sempiternum erit, & ideo bonum sempiternum erit, quia in aeterna vita manebit. Quod sit autem illud bonum quod promittit deus sanctis suis, quis explicet verbis suis? Facilius tamen possumus dicere in illa vita aeterna quid ibi non sit, quam quid ibi sit. Non est ibi mors, non est ibi luctus, non est ibi lassitudo, non est infirmitas, non est fames, nulla sitis, nullus astus, nulla corruptio, nulla indigentia, nulla molestia, nulla tristitia. Ecce diximus quid ibi non sit. Quid autem ibi sit vultis nosse? Hoc nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit deus diligentibus se. Si in cor hominis non ascendit, cor hominis illuc ascendat, Mundetur cor ab omni immunditia, vt possit portare deum, qui est vera sempiternaque iustitia. Manet enim deus in corde credentis & se diligentis, & manet homo in deo, id est, in aeterna vita, quod est praemium deum amantis. Nec amare, nec diligere quis potest, qui in Ecclesia eius non est: quoniam omnis qui praeter illam est nec cum deo est qui vita aeterna est. Ideo sacramenti huius conclusio per Ecclesiam terminatur, quia ipsa est mater fecunda, integra & casta, vbi que diffusa, quae filios deo spiritaliter parit, quae paruulos lacte verborum eius spiritaliter nutrit, quae pueros sapientiam docet, quae adolescentes ad luxuria atque impudicitia sua sancta castitate custodit, quae iuuenes robore virtutis contra diabolum armat, quae senes prudentiam docet, quae seniores aetate prouectos venerabiles facit. Per hanc iuuenes & virgines, seniores cum iunioribus, aetas omnis & vterque sexus laudent nomen domini. Haec errantes filios reuocat, mortuos grauitate dolet, secum perseuerantes indeficientes pascit. Hanc dilectissimi amemus omnes, tali matri sic amanti, sic prospicienti, sic consulenti inseparabiliter inhaereamus, vt simul cum illa & per illam deo patri coniungi perpetuo mereamur.

De vita aeterna & ecclesiae commu-  
nionem.  
Cap. XI.

Elia. 64.  
1. Cor. 2.

Psal. 143.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTI-  
ni Hipponensis episcopi, De sym-  
bolo ad catechumenos,  
Liber alius.



**D** VM per sacratissimum crucis signum vos suscepit in vtero sancta mater Ecclesia, quae sicut & fratres vestros cum summa letitia spiritaliter pariet noua proles futura tantae matris quousque per lauacrum sanctum regeneratos verae luci restituat, congruis alimentis eos quos portat pascat in vtero, & ad diem partus sui latos lacta perducatur: quoniam non tenetur hac sententia: Vae quae in tristitia & gemitu parit filios, nec ipsos gaudentes, sed potius flentes, haec soluit quod illa ligauerat, vt prolem quam per inobedientiam sui morti donauit, haec per obedientiam restituat vitam. Omnia sacramenta quae acta sunt & aguntur in vobis per ministerium seruatorum dei, exorcismis orationibus, canticis spiritalibus, insufflationibus, cilicio, inclinatione cervicium, humilitate pedum, pavor ipse omni securitate appetendus, haec omnia, vt dixi, eadem sunt, quae vos reficiunt in vtero, vt renatos ex baptismo hilares vos exhibeat mater Christo. Accepistis & symbolum protectionem parturientis contra venena serpentis: in Apocalypsi Ioannis apostoli scriptum est hoc, quod staret draco in conspectu mulieris quae paritura erat, vt cum peperisset, natum eius comederet. Draconem diabolus esse nullus vestrum ignorat. Mulierem illam virginem Mariam significasse, quae caput nostrum, integra integrum peperit, quae etiam ipsa figuram in se sanctae Ecclesiae demonstrat, vt quomodo filium pariens virgo permansit, ita & haec omni tempore membra eius pariat, & virginitatem non amittat. Ipsas sententias sacratissimi symboli adiuvante domino exponendas suscepimus, & quid singulae contineant, vestris sensibus intimemus. Parata sunt corda vestra, quia exclusus est inimicus de cordibus vestris. Mundata est domus non remaneat inanis, ne cum vacuum defertor inuenerit, adducat secum alios septem nequiores se, & efficiantur hominis illius posteriora, vt euangelium loquitur, peiora prioribus, Mox cum exclusus fuerit pessimus inuasor, introducatur optimus possessor. Quis est inuasor? Diabolus. Quid inuasit? Hominem quem non fecit, insuper & deceptit. Promisit ei immortalitatem, & propinavit iniquitatem. Huic vos renunciare professi estis: in qua professione non hominibus, sed deo & angelis eius conscribentibus dixistis, renuncio. Renunciate non solum vocibus, sed etiam moribus, non tantum sono linguae, sed & actu vitae: nec tantum labiis sonantibus, sed operibus pronunciantibus. Scitote, vos cum callido, antiquo & veteroso inimico suscepisse certamen: non in vobis post renunciationem inueniat opera sua, non iure vos attrahat in feruitatem suam. Deprehenderit enim & detegeris Christiane, quando aliud agis & aliud profiteris: fidelis in nomine, aliud demonstras in opere, non tenens promissionis tuae fidem: modo ingrediens Ecclesiam orationes fundere, post modicum in spectaculis cum histrionibus impudice clamare. Quid tibi cum pompis diabolique quibus renunciauisti? Vt quid claudicatis ambobus inguinibus? Si deus est, ite post illum: si mundus est, ite post illum: si deus eligitur, seruiatur illi secundum ipsius voluntatem: si mundus eligitur, vt quid fictum cor quasi deo accommodatur? Quisquis contempto deo sequeris mundum, & ipse te deserit mundus. Non vis bonus implere voluntatem dei, & de te malo impletur voluntas dei. Sequere adhuc quantum potes fugitium, & si

Caput. I.

Apo. 12.  
E

Luc. 11.

Gen. 3.

F

Reg. 18.

G & si potes apprehende eum, tene eum: sed video, non potes, fallis te. Ille enim labiles motus suos torrentis icu percurrans, dum te videt inhaerentem sibi & tenentem se, ad hoc te rapit non vt saluet, sed vt perdat te. Quid tibi cum pompis diaboli amator Christi: Noli te fallere, odit enim tales deo, nec inter suos deputat professores, quos cernit via sua desertores. Ecce ruinosus est mundus, ecce tantis calamitatibus replevit dominus mundum ecce amarus est mundus, & sic amatur, quid faceremus si dulcis esset? O munde immunde, teneri vis periens, quid faceres si maneres? Quem non deciperes dulcis, si amarus alimenta mentiris? Vultis dilectissimi non inhaerere mundo, eligite amare creatorem mundi, & renunciate pompis mundanis, quibus princeps est diabolus cum angelis suis.

De fide & fructibus eius: & dei cognitione qualiter consequenda. Cap. II.

Credite Sic crede, vt desideres videre quod credis. Dicit aliquis: Ecce credo, & desidero videre quod credo, vtinam mihi ostenderetur, vt fides mea ipsa visione lataretur. Si nunc videres, non crederes: ideo credis, quia non vides, sed ita crede vt videas. Fides, opus est: visio dei, merces est. Præpostere vis accipere mercedem, qui non laborasti in opere. Nonne omni operanti penes te, recte à te merces non datur, nisi opus perficiatur? Quod agis cum seruo tuo, hoc pete à domino deo tuo. Tibi confert, quod per fidem te exercet differendo visionem suam: commendat donum suum, non negat, vt amplius desideres dilatatum, ne vilescat cito datum. Nec tamen te deserit, qui vtiliter nunc visionem suam subtrahit. Oculi tui cum non capiunt. Ceterum ipse te omni tempore attendet, adhibe oculos fidei. Nonne faciem respicis eius, cum in eius vnigenito filio credis? Nonne manus eius vides cum vniversam creaturam attendis? Nonne os eius audis, quando præcepta eius recitari aduertis? Orationem tuam quomodo fundis, nisi scias te ad illum peruenire, de quo dicit Propheta, Ecce oculi domini super iustos, & aures eius ad preces eorum? Si autem & pedes eius quaris nosse, audi quos voluit esse pedes suos. Quam speciosi pedes, inquit, eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona. Conscriptimus membra, sed non his membris humanis continetur deus, quoniam non est in loco, sed vbiq; totus est. Diximus secundum modum intelligentiæ humanæ, non secundum ineffabilem virtutem maiestatis diuinæ. Vis nosse qualis sit, vide facturam, & intelliges factorem: perscrutare quæ fecit, & intelliges eum qui omnia creauit, Ecce ait deo Propheta, Cæli cælorum non te capiunt. Et quem non capiunt spatia cælorum, capiunt angustiæ cordis humani, ipso dicente: Inambulabo in illis & inhabitabo: Et dominus Iesus, Qui me diligit, diligitur à patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum, & veniemus ad eum, & mansionem apud eum faciemus. Ecce qualem te fecit omnipotens qui te creauit. Agnosce te prius quis sis, & cognosces qui te fecit quis sit. Rex terrenus, ideo mortalis, quia visibilis: rex cælestis immortalis quia inuisibilis. Rex terrenus cum nihil creauerit, omnia tamen in potestate accipit: & non credis regem qui omnia creauit, quod cuncta gubernet & regat? Quomodo, inquis, cuncta gubernat & regit? ecce tanta mala fiunt in mundo, & non indicat. O homo, ideo negas eius potentiam, quia magnam ille exhibet patientiam? Peccatam quidem impunitum non dimittit, seruat eum, aut penitendo corrigendum, aut vltimo iudicio puniendum. Crede mihi o tu quisquis es qui de malis queraris, quoniam omnes mali sumus. Si vt vis, deus malis

Psal. 33.

Eccl. 51.

2. Para. 6.

Ioan. 14.

statim retribuere mala, nullus remaneret qui de alio murmuraret. Sed ideo ille rex magnus, qui nouit quomodo regat quod creauit, non implet voluntates peruersas, sed suam perficit rectam, vt te doceat patientiam suam. Non tu deum velis conuertere ad furias tuas: regat te, qui fecit te: nam si uolueris regi à te, statim cades per te. Tamdiu primus homo ille stetit quamdiu deo adhæsit, dimisit, & dimissus est: uoluit probare vires suas, & inuenit miseras & nostras & suas. Quam bonum illi esset si hoc faceret quod Psalmus admonet, Ista in domino curam tuam, & ipse te enutriet. Si tunc ille homo noluit esse cautus, nunc homo caueat vel expertus. Consteamur, intelligamus habere nos regem immortalẽ & inuisibilem, quem nemo hominum vidit, nec videre his oculis potest. Apostoli hæc verba sunt. Si nemo hominum videt, quomodo locutus est cum Moyse os ad os, sicut quis loquitur ad amicum suum? Irruit quæstio non parua. Aitenim dominus, Non quomodo cum aliis per anigmata, ita loquar ad Moysen famulum meum, sed os ad os loquar illi. Et subiunxit scriptura quæ supra diximus: quoniam loquebatur Moyses cum deo os ad os, sicut quis loquitur ad amicum suum. Si os ad os loquebatur cum eo, & videbat eum, quomodo verum est illud apostolicum, quod deum nemo vidit vnquam, nec videre potest? Si autem videbat eum Moyses, quid est quod idem ipse post paululum pro magno petit, & dicit, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi faciem tuam? Et dominus illi, Facies quidem mea non videbitur tibi: non enim videbit quis faciem meam & viuet. Vbi est illud quod videbat, & si videbat, cur desiderabat videre quod videbat? Aut quomodo illi negabatur id quod iam demonstrabatur? Exercet ingenium querentis. Videbat Moyses deum non oculis corporeis, sed oculis mentis. Et quia lux illa perpetua, quod deus est, plus eum quam ceteros illustrauerat, ideo dictum est: Os ad os loquebatur illi: ac si diceretur, plus omnibus manifestatus est illi. In eo autem quod dictum est: non enim quis poterit videre faciem meam & viuere: ostensum est neminem his oculis corporeis deum posse videre. Quid autem concessum sit fidelissimo famulo dei Moysi, ne tam magnum eius desiderium in omnibus frustraretur, debet nosse charitas vestra. Dictum est illi à domino, sicut eadem scriptura narrat: Vade, ascende super petram in Oreb, & sta ibi, & transiet claritas mea ante te, & posteriora mea videbis, facies autem mea non videbitur tibi. Ne forte surrepat peruersus intellectus, aut hæreticus sensus, & putet quis deum esse corporeum, vigilet pia fides & catholica doctrina. Mystici enim figuris loquitur scriptura diuina, seruans rebus tempora, quibus recognitis manifesta exerceat veritate: quoniam nec hoc vacat à mysterio, quod in monte Oreb super petram iussus est ascendere Moyses, & stare. Ipsa est illa petra, quæ percussa produxit aquas populo sitienti: de qua dicit sanctus Dauid, Dirupit petram, & fluxerunt aquæ. Apostolus autem exponens hoc, ait, Patres nostri escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt: Bibebant autem de spiritali confluence eos petra: Petra autem erat Christus. Ipsa sunt illa posteriora dei, Christus dei. Hoc vidit Moyses prophetado quod Paulus exponit dicendo, Cum venit, inquit, plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere. Mulierem hic ponit, consuetudinem seruans locutionis Hebraicæ, quæ omnes feminas mulieres appellat: Nam scriptum est, Seruate mulieres quæ

Psal. 74.

1. Timo. 6.

De visione dei qualis possibilis. Cap. III. Exod. 33.

L

Ioan. 1. & 1. Timo. 6.

M

Exod. 17.

Psal. 77.

1. Cor. 10.

Galat. 4.

Appellatio- ne mulieris intelligitur etiã virgo in scripturis. Nume. 31.

nondum

Gene. 2. De duplici filij dei natiuitate & Magorum adoratione. Cap. III.

Ioan. 1.

Luc. 2.

March. 2.

A nondum cognouerunt virum. Et de ipsa Eva dictum est, Formauit eam in mulierem: antequam illam viro coniungeret, eam mulierem appellauit. Fides autem & veritas hoc prædicat, quod Christus sit natus ex virgine. Si accepistis, sic vos credere dixistis. Credo, hæc natiuitas dei & hominis facta est causa hominis, vt sublimis illa maiestas procedens ex corde patris, infunderet se in vtero matris. Causa exegit pietatis, vt homo inueniretur perditus, & deo patri per mediatorem restitueretur inuentus. Mira tamen hæc natiuitas secunda fratres dilectissimi. Ceterum illam primam, qua de patre natus est sine aliqua matre, quis enarrabit? Si hanc non possumus explicare, illam quando valeamus vel inchoare? Si hæc ita nos exercet vt fidei deo locum, illam quando attingimus, quam nec corda potuerunt comprehendere prophetarum? De hac tamen secunda mira & ineffabili dicamus aliquid quod factum est pro nobis, vt verbum caro fieret, & habitaret in nobis. Quis enim non expauescat cum audit deum natum? Audis nascentem, vide in ipso ortu miracula facientem, alius tunc scit virginis, claustrum pudoris permanet, impletur vterus matris sine villo complexo patris, sentit prolem quæ se ignorabat coniugem, angelus ad virginem loquitur, à virgine cor præparatur, Christus fide concipitur. Miraris hæc? Adhuc mirare. Parit mater, & virgo foeta & intacta: nascitur filius sine homine patre, qui fecit & ipsam matrem: factor omnium fit inter omnia, portatur manibus matris rector totius orbis, lambit vbera regens sydera, tacet & verbum est. Necdum per linguam se demonstrabat quis esset, & vniversa creatura suum natum indicat creatorem. Angeli pastoribus annunciant, stella Magos inuitat, rusticitas pastorum admonitione exigitur angelorum, curiositas Magorum instructa est lingua cælorum, Magi Iudæorum regem prædicant, Iudæi abnegant. Illi quærunt adorare, isti quærunt occidere. Dicunt Magi Herodi regi quæ quærunt natum regem, dicunt Iudæi ex qua ciuitate Christus surgat regnare: vtrique prædicant, vtrique consententur, sed illi aliter, isti aliter. Illi vt inuentus adoretur, isti vt captus necetur. O Iudæi ad hoc ferentes in manibus lucernam legis, vt alius viam demonstraretis, & vobis tenebras ingeratis: Ecce Magi primitiæ gentium Christo offerunt munera, non solum aurum, thus & myrrham, verum etiam animas suas: & vos repudiat iniquitas propria, vt illum qui vos venit obligatos liberare, Iudæi abnegant effecti eius quæratis occidere. Quid vobis profuit quod perdidistis Herodi vbi Christus nasceretur? Nonne vos læsistis quam Christo aliquid nocuisset? Audiens enim ille à vobis vbi Christus natus posset inueniri, vestra gentis infantes continuo præcepit occidi. Sautit Herodes, vt inter multos perdat vnum, & plurimos necando se efficit reum, nec occidit quem quærat hominem deum, O Herodes, magna tua iniquitas, & infantes necas, & tuæ nequitie testes cumulas, & Christus à te non inuenitur, quia nondum venit eius hora vt patiatur. Teneris quidem persecutor Christi & reus mortis eius nihil agendo in ipso. Sed dum multa agis contra ipsum, perdidisti te ipsum. Quid metuis talem regem, qui sic venit regnare, vt te nolit excludere? Quem quærns, rex regum est, si velles securus obtinere tuum regnum, ipsi supplicares vt ab illo acciperes sempiternum. Regnet Christus quomodo venit regnare, sulcipiat credentes, irrideat persequentes, faciat certantes, adiuet laborantes, coronet vincentes, donet sanctitatem, amet castitatem,

remuneret virginitatem. Gaudete virgines sanctæ, virgo peperit Christum: non vos contristet sterilitas, quarum fides magna est fecunditas. Nec doleatis non vos esse matres quæ spiritaliter generatis, virgines permanetis, filios suscipitis, integritatem non amittitis. Accepistis ab illis nomen maternum, & decus castitatis in vos permaneat sempiternum. Amate quod estis, seruate quod accepistis, imitamini fideles matrem capitis vestri, sponsi vestri: non vobis denegauit pignora qui natus est de virgine Maria. Quod tantæ matri contulit, & in sua carne seruauit, hoc etiam vobis donauit virgo mater sancta caro Christi, ab omni contagione integra. Sed nec ipsa caro eius sterilis fuit, dum per eam prædicando spirituales filios regenerauit ad vitam, & post passionem per totum mundum fructificauit occisa. Crucifixi, ex hoc omni libertate assumpta, fiduciam sui anima capiat Christiana. Non enim erubescere debet in crucifixum se credidisse Christum. Crux illa fidelibus non est opprobrium, sed triumphus: crux illa vexillum nostrum est contra aduersarium diabolum: pugnavit enim rex noster pro nobis contra aduersarium nostrum. Aduersarius diabolus noster mortem minando terrebat, sed Christus æternam vitam promittebat. Aduersarius diabolus carnem perempturam esse dicebat, rex autem noster vt doceret quomodo eius exercitus vinceret, in se demonstrauit mortem corporis non esse timendam, dum prior ipse pro omnibus dignatus est mori, ne eius exercitus à diabolo in anima posset occidi. Hoc agebat in illo prælio diabolus, si sibi consentiretur, animas perdere cupiebat, & corporibus salutem promittebat, Christus mori docebat ad tempus, & animam & corpus viuere in æternum. Ille dicebat, si mihi consenseritis, dabo vitam istam temporalem: Christus dicebat, si à me non discesseritis, nec temporalem perditis, & æternam accipietis. Diabolus dicebat, nolite perdere istam lucem: Christus dicebat, ego qui feci & istam, dabo meliorem, quod ille promittit, ait Christus noster, in potestate dare non habet, & hæc lux mea est, & hæc vita à me creata est, sed illam propter quam docendam veni, multo excellentior & melior est. Transite à bono ad melius, ne diabolo consentiendo remaneatis in peius. In hoc tam magno certamine dum diabolus captiuat, Christus liberat, diabolus decepit, Christus redimit, diabolus occidit, Christus restituit. Inter hæc omnia ipsum regem nostrum aduersarius diabolus existimauit carne perimendum, tanquam capite prostrato cetera sibi membra facilius subiugaret, falsusq; in hoc quod videbat, deum latere in carne minime cogitabat: infcius tanti sacramenti quod ille mediator esset, & ita tætere deum in homine, vt hominẽ coniungeret deo, occidit quasi potentem hominem defendentem homines, & sensit deum liberantem omnes quos creauerat homines. Denique in passione ipsa videt spectaculum tanti certaminis, armatur Iudas vt precio vendat magistrum, & qui erat in numero discipulorum, fit particeps consilij Iudæorum, dat osculum falsum, in quo erat nequitie signum, fingit pacem plenus malitia in corde, excitantur Iudæi, veniunt cum facibus, laternis & armis, quærunt multi vnum, & veniunt filij tenebrarum, ferentes in manibus lucem, per quam illam veram aliis demonstrarent, quam ipsi cæcati corde nõ poterant retinere. Dominus autem le-

De crucifixionis Christi vilitate, & alius passionis Christi concionantibus. Cap. V.

Ioan. 18.

Ait

**G** Ait illis, Ego sum. Quando autem illis dixit, ego sum, abierunt retro & ceciderunt in terram. Ecce radius vere lucis latens adhuc sub nube carnis, respexit tenebras, & prostravit ad terram. Quomodo tunc Iudæi audebunt illam respicere claritatem, quando istam infirmitatem tolerare minime potuerunt? Sed ut impleret propter quod venerat, exurgunt rursus tenebræ, dat eis potestatem, capiunt tenebræ lucem, non sequendam, sed occidendam, permittit se lux ab eis teneri, duci, suspendi, occidi, ut expoliatus nube carnis, fulgorem redderet maiestatis. Quæ tandem acta sunt in illo certamine? Quam fortiores sibi esse videbantur ministri diaboli dum fremere dentibus, dum irriderent, dum caput agitant, dum spineam coronam imponerent, dum vestimenta eius confunderent, dum viderent pendentes illum quem viderant miracula facientem, dum fel & acetum darent, dum lancea perfoderent. Qualis vox veluti victoriæ eorum fuit dicentium, Si filius dei est, descendat de cruce. Sed hoc ille per eos clamabat, qui patientiam Christo auferre cupiebat, ut excitatus insultationibus Iudæorum, demonstraret potentiam, sed perderet patientiam. Ille autem rex fortis & singulare consilium, per quod nascitur & regitur omne sanum consilium, vtranque aciem respiciebat, vtranque aciem seruiabat, & patientiæ & potentiæ, & quod seruiavit, exhibuit: nam & patientiam seruiavit, quia de cruce non descendit: & potentiam demonstravit, quod de sepulchro surrexit: dum in cruce pendit, falsa victoria Iudæorum: dum de sepulchro surrexit, vera confusio Iudæorum, & sempiterna victoria Christianorum: dum in cruce pendit, mæsti, contristati, dispersi discipuli: dum de sepulchro surrexit gaudentes vna in domo sunt congregati: dum in cruce pendit, diffidentia discipulorum: dum de sepulchro surrexit, congregatio gentium. Dum in cruce pendit, timore negavit Petrus, dum de sepulchro surrexit, amore totus credit mundus, non solum tunc actum est hoc certamen, sed nunc agitur, pugnatur, laborant membra Christi, virgine aduersario, resistitur illi, quoniam caput nostrum iam sedet in cælo. Ad hoc ille pugnare voluit, vt te doceret quomodo vinceres: Sed si vires tuæ parvæ sunt, ipsum inuoca saluatorem, ipsum inuoca adiutorem. Cum te perspexerit fideliter inuocantem, qui pro te pendit in ligno, & hic tibi victoriam & coronam victoriæ præparabit in cælo. Tertia die. Triduana mors domini per prophetas, & prædicta est, & promissa, & impleta. Nam Osee propheta ait, Post biduum suscitabit nos, die tertio veniemus, & quasi ante lucem paratum illum inueniemus, ostendens nos in illo resurgere, quoniam dignatus est carnem in qua moreretur à nobis accipere. Quid iam dicam de figura illa Ionæ propheta, quem ipse dominus expressius demonstrans, ait ad Iudæos, Generatio hæc, generatio nequam est, signum quærit & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ propheta: sicut enim Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus, ita oportet esse & filium hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus: ipsam figuram propheticam comparando, breuiter percurramus. Missus Ionas ad ciuitatem Ninive, vt eius finem prædicaret: missus est Christus à patre, vt finem mundi omnibus demonstraret. Fugit Ionas in Tharsis à facie domini, Fuga Ionæ velox transitus Christi, de quo dicit propheta, Exultauit vt gigas ad currentem viam. Ascendit nauem propheta fugiens, lignum Christus ascendit, per mare huius seculi transiens. Irruit tempe-

stas magna in mari. Perturbatio maris, perfidia Iudæorum, Data est fors vt propheta fugitiuus in mare mitteretur, fors data est super Christi vestimenta, vt vnitas omni mundo prædicaretur. Proiectus est à nauis in mare Ionas, mors Christi in cordibus gentium collocata est. Susceptus est à bestia propheta custodiendus, non comedendus. Audi hic ipsius vocem Christi per sanctum Dauid, Non derelinques animam meam apud inferos, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. In ventre bestię marinæ positus orauit Ionas sanctus, in inferno Christus descendens mortuos suscitauit. Tertia die propheta littori incolumis super redditus, die tertia Christus de sepulchro surgens, super cælos est exaltatus. Ad prædicationem Ionæ propheta per penitentiam saluata est ciuitas, per Christi prædicationem sancta Hierusalem redempta est ciuitas. Assumptus in cælum. Qui descendit, Apostolus ait, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia. Quis est qui descendit? Deus homo. Quis est qui ascendit? Idem ipse deus homo. Agnoscat se omnis homo, quoniam propter hominem deus factus est homo. Quod pro te suscepit, leuauit in cælum, terrenumque corpus fecit cælesti. Si credis & tu quod possis resurgere, & in cælum ascendere, quia certus es de tanto pignore, securus enim de tanto munere. Regnat homo iam susceptus à Christo ad dexteram patris sedens, & vt sui ab illo regnum accipiant, vocat, inuitat, hortatur. Festinet ad eum omnis anima, quæ auida est gloria, pergat ad talem regem, à quo vt accipiat potestatem, non ei precium pecuniæ dabit, sed plenam perfectamque fidem, cum ad eum attulerit, etiam angelos iudicabit. Inde venturus. Quis est iste qui expectatur venturus mortuos viuosque iudicare, nisi ille homo qui pro nobis dignatus est in cruce pedere. Homo susceptus expectatur vt veniat. Caterum secundum id quod deus est, & patri æqualis est, & semper iudicat, semper præsens est. Veniet autem redemptor noster in ea forma in qua assumptus est, vt impleatur illud quod de eo ait propheta Zacharias, Videbunt in quem pupugerunt. Videbunt ergo Iudæi deum & hominem semper regnantem, quem negando desperauerunt morientem. Iudicabit eos in animis mortuos, qui venturus est resuscitare mortuos. Duobus modis enim hæc sententia accipitur, Vni & mortui in anima, Item vni & mortui in corpore. In corpore secundum priorē, iudicabit viuos in anima credentes, & mortuos in anima fidem nullam habentes. Secundum posteriorem, iudicabit viuos in carne, quos præsentis inuenerit eius aduentus: iudicabit & mortuos in carne, quos resuscitaturus est deus excelsus. Eligamus dilectissimi, vt viuos nos inueniat eius aduentus in anima, ne peccando simul ab illo damnetur caro & anima. Finis mundi in proximo est, & si, vt quidam putant, in proximo non est, dies vltimus vniuersi que nostrum incertus est. Quid differimus si ad beatam vitam tendimus? Corrigamur, dum tempus est emendemur, bonas causas habeamus, vt futuram diem iudicij non timeamus. Credo in spiritum sanctum. Spiritus sanctus deus est à patre filioque, non minor, sed vna maiestas, vna potestas, inseparabilis trinitas, indiuisibilis sanctitas, simul vbique tota, Deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, Non tres dii, sed trinitas vnus deus. Nec tempore separatur filius à patre, quoniam æternum verbum patris est: nec maior est filio pater, quoniam æqualem genuit deus deum sine tempore per quem fecit tempora: nec spiritus sanctus minor est patre

**K**

**Plal. 15.**

De assumptione i cœlum, sessione eius ad dexteram, & aduentu ad iudicium. Cap. VII.

**L**

**Zacha. 12.**

**M**

De spiritu sancti æquali diuinitate cum patre & filio. Cap. VIII.

**1. Cor. 1.**

**2. Cor. 6. 1. Cor. 6.**

**Ioan. 10.**

De peccatorum remissione & carnis resurrectione. Cap. IX.

**A** est patre & filio, cum sit charitas atque concordia patris & filij. Quomodo enim filius minor est patre, vt Arrianus hæreticus prædicat, cū Apostolus eum dicat dei virtutem, & dei sapientiam? Si virtus & sapientia patris filius est, qui eum minorem dicit, deo patri contumeliam facit, quoniam eum & minorem sapientiam & infirmam virtutem in se habere contendit. Aut quomodo spiritus sanctum minorem prædicat etiam filio, cum membra Christi templum Apostolus ponat spiritus sancti, Vos, inquit, estis corpus Christi & membra? Et alio loco, Nescitis, inquit, quia membra vestra templum sunt spiritus sancti qui in vobis est? Quomodo deus non est, qui templum habet, aut quomodo minor est Christo, cuius membra templum habet? Non sunt diuersi gradus, vbi est vna trinitas & trina æternitas. Qui enim diuersos gradus componit, ipse se ab vnitate præcidit. Quomodo exultas Arriane quod teneas veritatem, cum te malus error à catholica doctrina separans, hæreticumque protestans à communionem totius orbis scernens in vno angulo damnauerit. Cauete fratres doctrinas hæreticorum tanquam insidias luporum. Oves Christi audite vocem pastoris vestri, Qui intrat per ostium in ouile ouium, ille pastor est, ait: qui autem ascendit per aliam partem, fur est & latro. Cauete fures, caueate latrones, non quiescit pastor clamare, non finit etiam suos canes tacere. Non se sequestret ouis à summo pastore, ne ipsa se in deprædationem nequissimi offerat lupi raptoris. In remissionem peccatorum. Fortiter tenete, fideliter sperate, patienter expectate, reddet vobis nouitas per baptismum vetustate discedente, deonerabitur anima sarcinis peccatorum, vt libertate nouæ vitæ induta aduersus diabolum cum adiutorio diuino valeat fortiter dimicare, eumque à quo superata est, ita superet, vt in regno dei translata de hoste deuicto, secunda regnet cum suo capite Christo. Carnis resurrectionem. Magna fides est necessaria, quoniam magnum præmium promittitur. Nec attendatis quid nunc fit, sed quid tunc fit. Quod enim nunc fit, multos mouet. Quem enim non mouet, cum videt tantam speciem, tantam pulchritudinem, tantumque decorem hominem formatum resolui, in pulueres ossa dispergi, terram terra mandari? Non te ista Christiane deterreant. Seminatus est homo, non perditus. Anima quidem discedente habitaculum eius soluitur: non est enim præsto illa domina, quæ curam gerat luteæ domus atque eius restauret ruinas. Vadit enim vt magno præmio regnum comparet sempiternum. Quid ergo metuis, o anima? Christo domino dicata es atque ipso donante bene viuus, & ad regnum dei peruenire contendis. Vt quid formidas vehiculum mortis? Proficisceris quidem, & iniuriam patietur ad tempus caro tua, reuertes cum summo rege regnans, & talis tibi reddetur quæ nequeat corrumpi, & tecum maneat sempiterna. Si ad hoc pergis vt melior efficiaris, non credis, quoniam meliori & in regno cælorum quodammodo administrasti, melius tibi præparabitur hospitium. Si hæc terrena, lutea, fragilis, tantam tibi exhibuit pulchritudinem, restaurata & cœlestis effecta qualem tibi exhibebit decorem? Si hanc tantum diligis, quæ paululum manet & transit in tempore, illam quantum amabis quæ decore suo nunquam carebit, quoniam in æternum vita manebit. Hoc sequitur in sancto symbolo, quod omnia quæ credimus & speramus, in vita æterna percipiamus. Vita æterna dilectissimi nunquam vilescat, semperque dulcescat. Si amatur vita, quare non

De vita æterna dono dei percipienda pro meritis: & de vniuersi sibi ecclesiæ. Cap. X.

quæritur vera? Si amatur vita, talis quærat quæ ritum quam finiatur. Et si amatur, quare non quæritur? Aut si quæritur, quia hic non est, ad eum locum vbi est quæritur non festinatur? Quid quod etiam vltro se nobis ipsa vita ingessit? Christus est enim deus verus & vita æterna. Venit ad nos perditos, & redemit inuentos, venit huc ad regionem mortalium ipsa vera vita, dedit gustum saporis sui, gustauimus, vidimus, quoniam suauis est: præcessit nos, inuitauit, vt sequamur, & ad tam magnū illud donum, cuius talem suscepimus gustum, sequi formidamus? Venit ad te vita, repende vicem, veni & tu ad illam. Suscepit vehiculum mortis vt transiens liberaret te: suscipe & tu mortem, vt cum ad illum veneris, ita ab illo suscipiaris, vt nunquam moriaris. Per sanctam Ecclesiam. Propterea huius conclusio sacramenti per sanctam Ecclesiam terminatur: quoniam si quis absque ea inuentus fuerit, alienus erit à numero filiorum, Nec habebit deum patrem, qui Ecclesiam noluerit habere matrem. Nihilque ei valebit quod credidit vel fecit tanta bona sine fine summi boni, Ecclesia mater est spiritalis, Ecclesia sponsa Christi est, gratia eius dealbata, precioso sanguine dotata. Totum possidet quod à viro suo accepit in dote. Lego tabulas matrimoniales eius, recitabo. Audite hæretici quid scriptū sit, Opotebat Christum pati & resurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius penitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes. Omnes gentes totus mundus est. Ecclesia totū possidet, quod à viro suo accepit in dote. Quæcunque congregatio cuiuslibet hæresis in angulis sedet, concubina est, non matrona. O hæresis Arriana, quid insultas, quid exufflas, quid etiam ad tempus multa vsurpas? Iniuriam à te patitur domina ab ancilla, multas ei ingeris contumelias: licet hæc deoleat, non te magno metuit sponsa Christi sancta catholica. Cum enim respexerit ille sponsus, eiicieris tu vt ancilla cum filiis tuis, quoniam non erunt hæredes filij ancillæ cum filiis libera. Cognoscatur vna sancta & vera regina catholica, cui Christus regnum tale dedit, quod eam per totum mundum diffundens ab omni macula & ruga mundans, totam pulchram suo aduentu præparauit.

**E**  
**Lucæ. 24.**

FINIS.

DIVI AVRELI AVGVSTINI  
Hipponensis episcopi, De convenientia  
decem præceptorum & decem plagarum, Liber vnus.



**N**ON est sine causa fratres dilectissimi, quod præceptorum legis dei numerus cum plagarum numero, quibus Aegyptus percutitur, æquari videtur. Nam sicut decem præcepta sunt legis, quibus ad cultum dei populus admonetur, ita decem plagæ leguntur, quibus superbia Aegyptiorum affligitur. Consideremus ergo cur & ibi decem præcepta, & hic decem plagæ memorentur. Ideo sine dubio, quia in illis erant vulnera, & in istis medicamenta, & opus erat vt tam periculosis decem plagarum vulneribus, decem præceptorum medicamina subuenirent. Vnde rogo vos, fratres, nolite hoc ociose accipere, quia si auxiliante deo diligenter attenderitis, poteritis agnoscere decem illa præcepta illis decem plagis per ordinem contra se esse

De vnus dei fide, incredulorumque peruersitate: primi præcepti cū prima plaga conuenit. Caput. I.

**Matth. 27.**

De resurrectione Christi terti die terria, & eius præfiguratione. Cap. VI.

**Matth. 12.**

**Ionæ. 2.**

**Plal. 18.**



G esse cotraria. Na de primo precepto prima plaga perc...

Exod. 20. Exo. 7.

Roma. 1.

De dei noie non in vana...

Exo. 8.

De custodia sabbati...

1. Timo. 4. 1. Theff. 5.

Ecclesiastici 5.

Pfal. 45.

Exo. 8.

musca minutissima, inquietissima, & inordinatae volantes...

De honore parentu...

De merchia, & morte in pecora...

Pfal. 31. Psal. 48.

De no occidendo...

De furto, & grandine in fructibus...

A Octauum preceptum est. Falsum testimonium no dices...

De falso testimonio...

De adultério...

B De concupiscentia...

De concupiscentia...

De no occidendo...

C De furto...

Libri concludio. Caput. XI.

nostro Iesu Christo, qui viuit & regnat in secula...

Finis.

DE RECTITVDINE CATHOLICAE CONVERSATIONIS TRACTATVS.

Non est Augustini.



Ogo vos fratres charissimi, & cum grandi humilitate admo...

Ezechie. 3.

Esaia. 58.

F

G ad iudicium vobis sit, sed potius ad remedium. Nam ideo Christiani facti estis, vt semper facta Christiana faciatis: id est, vt castitatem ametis, luxuriam & ebrietatem fugiatis, humilitatem teneatis, superbiam detestemini, quia dominus Iesus Christus humilitatem & ostendit exemplis, & docuit verbis, dicens, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Inuidiam etiam respuatis, charitatem inuicem habeatis, & semper de futuro seculo aeternaque beatitudine cogitetis, & plus pro anima quam pro corpore laboretis, quia corpus paucio tempore erit in hoc mundo: anima vero si bene egerit, sine fine regnabit in caelo: aut si male, sine misericordia ardebit in inferno. Qui non cogitat nisi tantummodo de ista vita, animabus & bestiis similis est. Non ergo vobis sufficit, fratres charissimi, quod Christianum nomen accepistis, si opera Christiana non facitis. Illi enim prodest quod vultur Christianus, qui semper Christi praecepta & mente retinet, & opere perficit, qui furtum non facit, qui falsum testimonium non dicit, qui non mentitur neque periurat, qui adulterium non committit, qui nullum hominem odit, sed omnes sicut seipsum diligit, qui inimicis suis malum pro malo non reddit, sed magis pro ipsis orat, qui lites non concitat, sed discordes ad concordiam reuocat. Hac enim praecepta ipse dominus Iesus Christus per semetipsum in Euangelio dignatus est tradere dicens, Non homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, &c. Et quodcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite eis: haec enim lex & Prophetarum. Et adhuc maiora his, sed fortiora atque fructifera dedit mandata dicens, Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Ecce forte mandatum videtur hominibus & durum, sed magnum habet praemium. Audite quale, Vt sitis filij patris vestri qui in caelis est. O quanta gratia: per nos serui digni non sumus, & inimicorum dilectione filij dei efficiamur. Ideo ergo fratres & amicos diligite in deum, inimicosque propter deum. Qui enim diligit proximum, sicut Apostolus dicit, legem impleuit: nam qui vere Christianus vult esse, haec ei necesse est praecepta custodire, Si enim non custodit, ipse se circumuenit: Ille itaque bonus Christianus est, qui nulla phylacteria vel inuentiones diaboli credit, sed omnem suam spem in solo Christo ponit, qui peregrinos tanquam ipsum Christum cum gaudio suscipit, quia ipse dicit, Hospes fui & suscepistis me: & Quam diu fecistis hoc vni ex minimis meis, mihi fecistis. Ille, inquam, bonus est, qui hospitibus lauat pedes, & tanquam parietes charissimos diligit, qui iuxta quod habet pauperibus dat, qui ad Ecclesiam frequentius venit, & oblationem, quae offeratur deo, in altari exhibet, qui de fructibus suis non gustat, nisi deo prius offerat, qui stateras dolosas & mensuras duplices non habet, qui pecuniam suam non ad vlturam tribuit, qui & ipse caste viuit, & filios suos vel vicinos docet vt cum dei timore viuant, & quotiens solennitates sanctae aduenerint, ante dies plures castitatem etiam cum propria vxore custodit, vt secunda conscientia ad domini altare possit accedere. Postremo symbolum & dominicam orationem memoriter tenet, & filios & familiam eadem docet. Qui talis est vere, sine dubio Christianus est, sed & Christus habitat in eo qui dixit, Ego & pater ad eum veniemus, & mansione apud eum faciemus. Similiter & per Prophetam dicit, Ego inhabitabo in eis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus. Ecce audistis charissimi, qua-

les sint Christiani boni, ideo quantum potestis, cum dei adiutorio laboretis, vt nomen Christianum non sit falsum in vobis, sed vt veri Christiani esse possitis, semper praecepta Christi & implete actione, & cogitate mente. Redimite animas vestras elemosynis, dum habetis in potestate remedia. Elemosynam iuxta vires facite, pacem & veritatem habete, discordes ad concordiam reuocate, mendacium fugite, periurium expauescite, falsum testimonium non dicitis, furtum non facite, oblationes & decimas Ecclesiae offerite. Luminaria sanctis locis iuxta quod habetis exhibete, Symbolum & orationem dominicam in memoria retinetis, & filiis vestris insinuate. Filios etiam quos ex baptismo suscepistis, docete & castigat, vt semper cum domino viuant: ad Ecclesiam frequentius conuenite, sanctorum patrocinia humiliter expetite, diem dominicam pro reuerentia resurrectionis Christi absque villo opere seruili colite: sanctorum solennitates pio affectu celebrate, proximis vestros sicut vosmetipsos diligite, quod vobis non vultis fieri, nulli faciatis. Charitatem ante omnia habete, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Estote hospitales, omnem sollicitudinem vestram proicientes in deum, quoniam ipsi cura est de vobis. Infirmos visitate, carceratos requirite, peregrinos suscipite, esurientes pascite, nudos vestite, hariolos & magos fugite. Sit vobis aequalitas in pondere & mensura, sit statera iusta, iustus modius, & aequus sextarius, nec plus quam dedistis accipiatis, neque vlturas pro foenerata pecunia a quoquam vultis vt faciant vobis homines, & vos facite eis: haec enim lex & Prophetarum. Et adhuc maiora his, sed fortiora atque fructifera dedit mandata dicens, Diligite inimicos vestros, benefacite eis qui oderunt vos, orate pro persequentibus & calumniantibus vos. Ecce forte mandatum videtur hominibus & durum, sed magnum habet praemium. Audite quale, Vt sitis filij patris vestri qui in caelis est. O quanta gratia: per nos serui digni non sumus, & inimicorum dilectione filij dei efficiamur. Ideo ergo fratres & amicos diligite in deum, inimicosque propter deum. Qui enim diligit proximum, sicut Apostolus dicit, legem impleuit: nam qui vere Christianus vult esse, haec ei necesse est praecepta custodire, Si enim non custodit, ipse se circumuenit: Ille itaque bonus Christianus est, qui nulla phylacteria vel inuentiones diaboli credit, sed omnem suam spem in solo Christo ponit, qui peregrinos tanquam ipsum Christum cum gaudio suscipit, quia ipse dicit, Hospes fui & suscepistis me: & Quam diu fecistis hoc vni ex minimis meis, mihi fecistis. Ille, inquam, bonus est, qui hospitibus lauat pedes, & tanquam parietes charissimos diligit, qui iuxta quod habet pauperibus dat, qui ad Ecclesiam frequentius venit, & oblationem, quae offeratur deo, in altari exhibet, qui de fructibus suis non gustat, nisi deo prius offerat, qui stateras dolosas & mensuras duplices non habet, qui pecuniam suam non ad vlturam tribuit, qui & ipse caste viuit, & filios suos vel vicinos docet vt cum dei timore viuant, & quotiens solennitates sanctae aduenerint, ante dies plures castitatem etiam cum propria vxore custodit, vt secunda conscientia ad domini altare possit accedere. Postremo symbolum & dominicam orationem memoriter tenet, & filios & familiam eadem docet. Qui talis est vere, sine dubio Christianus est, sed & Christus habitat in eo qui dixit, Ego & pater ad eum veniemus, & mansione apud eum faciemus. Similiter & per Prophetam dicit, Ego inhabitabo in eis, & inter eos ambulabo, & ero illorum deus. Ecce audistis charissimi, qua-

K  
2. Coria. 6.  
L  
1. Petri. 4.  
1. Petri. 5.  
M

Math. 11.

Math. 19.

Math. 7.

Math. 5.

Roma. 13.

Præcepta ve-

rum Christi-

anum con-

cernentia.

Math. 25.

Ioan. 14.

Leui. 26.

Agnus nomine clericorum, sed haereticorum, quia non est in eis remedium Christi, sed venenum diaboli. Nullus praesumat lustrationes facere, nec herbas incantare, neque pecora per cauam arborem, vel terram transilire foratam, quia per hoc diabolo videtur consecrari. Nulla mulier praesumat succinos pendere: nec in tela, siue in tinctura, siue in quolibet opere. Minerua vel ceteras infestas personas nominare, sed in omni tempore Christi gratiam adesse, & in virtute nominis eius toto corde confidere, Nullus quando luna obscuratur vociferare praesumat, quia certis temporibus deo iubente obscuratur: nec per lunam notam timeat aliquid operis arripere, quia deus ad hoc lunam fecit, vt tempora designet, & noctium tenebras temperet, non vt alicuius corpus custodiat, aut dementem hominem faciat, sicut stulti putant, qui a demonibus vexatos, a luna pati putant. Nullus dominos solem aut lunam vocet, neque per eos iuret, quia creatura dei sunt, & necessitatibus hominum iussu dei inferuiunt. Nullus sibi praerogat Fortunam, aut Genistum, quod nascentia dicitur, quia deus vult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem veritatis venire, B atque in sapientia omnia dispensat, sicut disposuit ante mundi constitutionem. Propterea quotiens aliqua infirmitas occurrerit alicui, non querantur praecantatores, non diuini, non sortilegi, non carcerarii, neque per fontes, aut arbores, aut biuia phylacteria exerceantur, sed qui agrotat in sola dei misericordia confidat, & eucharistiam cum fide & deuotione accipiat, oleumque benedictum fideliter ab ecclesia petat, vnde corpus suum vngatur, & secundum Apostolum, Oratio fidei saluabit infirmum, & aleuabit eum dominus: non solum corporis, sed & animae sanitatem accipiet, complebiturque in illo quod dominus in Euangelio promissit dicens, Omnia quaecumque petieritis patrem in nomine meo, in oratione, credentes accipietis. Ante omnia vbicumque estis, siue in domo, siue in itinere, siue in conuiuio, verba turpia & luxuriosa nolite ex ore vestro profere, quia sicut dominus in Euangelio pronunciat, De omni verbo ocioso quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ludos etiam diabolicos, vel vacillationes, vel cantica gentilium fieri vetate, nullus Christianus hoc exerceat, quia per hoc paganus efficitur: nec enim iustum est, vt ex ore Christiano, vbi sacramenta Christi mittuntur, & quem decet deum laudare, cantica diabolica procedant. Ideoque fratres, omnes adiuuentiones inimici toto corde respuite, & supradicta sacrilegia cum omni labore & horrore fugite. Nulli creaturae praeter deum & sanctos eius venerationem exhibeatis: fontes vel arbores, quos sacros vocant, succidite: plantas siue vngulas pedum, quas per biuia ponunt, fieri vetate, & vbi inueneritis, igne cremate. Per nullam aliam artem saluari vos credatis, nisi per inuocationem & crucem Christi. Nam illud quale est: quia si arbores illae, vbi miseri homines vota reddunt, ceciderint, non ex eis ligna ad focum deferunt. Et vide quanta est stultitia hominum, si arbori & insensibili, & mortuae impendunt honorem, & dei omnipotentis vota contemnant. Non ergo caelum, non terram, nec vllam omnino creaturam praeter deum adorandam credat, quia omnia ipse solus condidit atque disposuit. Altum quidem caelum est, ingens terra, immensum mare, pulchra sydera, sed quod pulchrior & immensior sit qui creauit haec, necesse est. Si enim quae videntur tam incomprehensibilia sunt, id est, varij fructus terrae, pulchritudo florum, diuersitas pomorum, genera animalium, alia super terram, alia in aquis, alia in

Gen. 1.

1. Timo. 2.

1. Jacobi. 5.

Math. 21.

Math. 12.

Tomus nonus.

aere, apum quoque prudentia, ventorum flatus, nubium rores tonitruorum fulgores, temporum vices, dierum noctiumque varij recessus, quae omnia nullatenus mens humana potest estimatione comprehendere. Si ergo talia sunt quae videmus, & nullatenus comprehendimus, qualia aestimanda sunt illa caelestia, quae nondum videmus: vel qualis omnium horum artifex, cuius nutu cuncta creantur: illum ergo fratres super omnia timeate, super omnia adorete, illum super omnia amate, ad illius vos misericordiam tenete, de illius clementia nunquam desperate. Quos bonos videtis, illos imitemini: quos malos conspiciatis, castigate, corripite, vt duplicem mercedem habeatis. Et qui haecenus idoneus a supradictis malis vixisse cognoscitur, gaudeat quidem, & deo gratias reddat, ac de cetero obseruet, & perseuerare in bonis actibus festinet: qui vero vsque nunc mala opera exercuit, cito se corrigat, & ex toto corde poenitentiam agat, antequam de hac luce discedat, quia si sine poenitentia mortuus fuerit, non ibit in requiem, sed praecipitabitur in gehennam, vbi nunquam exiet in secula seculorum. Quapropter loquor omnibus viris & fratribus, vt corrigat se vnusquisque, & vitia sua emendet, mala opera quae gessit poenitendo expiet, Nullus se inebriet, nullus in conuiuio cogat alium plus bibere quam oportet: cui vitio deditos multum vehementer redarguit Apostolus dicens, Neque ebriosi regnum dei possidebunt. Nullus, sicut dictum est, obseruet egrediens aut ingrediens domum, quid sibi occurrat, vel sibi in aliquo vox reclamantis fiat, aut qualis auis cantus garriat, vel quid etiam portantem videat, quia qui haec obseruat, ex parte paganus esse dinoscitur. Qui ergo haec contempserit, Prophetam sibi gratuletur clamare, Beatus vir cuius est dominus spes eius, & non respexit in vanitates & insanias falsas. Hinc & Apostolus monet, Omne, inquit, quodcumque facitis, in nomine Iesu Christi facite. Prorsus ergo recedendum est a cunctis huiusmodi obseruantibus, mathematicis spernendis, auguria horrenda, somnia contemnenda, quoniam, sicut scriptura testatur, vana sunt. Vnde per Moysen praecipitur, Non auguriabimini, non obseruabitis, inquit, somnia, nec ad magos declinabitis. Oportet ergo vt haec tota mente obseruetis, & si quos cognoscitis, vel occulte aliqua phylacteria exercere, expedit vt nec cibum cum eis sumatis, nec vllum confortium cum illis habeatis. Ista ergo omnia spernentes, ad dei vos auxilium conferte, & de eius misericordia non desperate. Omni die dominico ad Ecclesiam conuenite, & non causas & rixas vel ociosas fabulas agatis, sed lectiones diuinas cum silentio auscultate, & pro Ecclesiae pace & pro peccatis vestris orate. Qui enim in Ecclesiis fabulari non timet, pro se & aliis redditurus est rationem, dum nec ipse verbum dei audit, nec alios audire permittit. De talibus dicit dominus in Euangelio, Vae vobis qui clauditis regnum caelorum ante homines, vos autem non introitis, nec alios intrare permittitis. Iudices etiam qui praestis, iustissime iudicate, nihil in iudicio iniuste agatis, nec munera super innocentes accipiatis, non ad personam attendatis, nec res alienas rapaci fronte diripiatis, quia de vestris quid vel super noctem agatur, nescitis. Pauperem vel aduenam nullatenus in iudicio opprimatis, timentes illud quod veritas dicit. Quia in quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Cauete semper ne de vobis Propheta dicat, Vae qui potentes estis in hoc mundo, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferitis ab eo.

De inebriatione.

1. Corin. 6.

De superstitionibus.

Psal. 39.

Coloss. 3.

Leui. 19.

1. Corin. 5.

F

De visitatione ecclesiae.

Math. 23.

De iudicibus.

Math. 7.

Esaias. 57.

I ij Vae

**G** Væ qui dicitis bonum malum, & malum bonum, labia vestra loquuntur mendacia, manus vestrae plenae sunt iniquitate, facta est vobis veritas in obliuionem, & iustitia fugit à vobis. Hæc fratres considerantes pariter, & qui præstis in dei timore vos solidate, retinete quæ dicta sunt, facite quæ præcepta sunt, habete semper Christum in mente, signum eius in fronte facite, scitote quia multos aduersarios habetis, qui cursum vestrum impedire festinant. Ideo omni loco, omni hora, crucis signo vos armate, crucis memoria vos munite: hoc enim solū timent, illud solum expauescunt, hoc & vobis datum est scutum, vt possitis sagittas maligni ardentes extinguere. Porro magna res est signum Christi, & crux Christi, sed illi soli prodest qui facit mandata Christi. Vt ergo vobis prosit, præcepta eius totis viribus adimplere contendite, & siue sedetis, siue ambulatis, siue manducatis, siue in lectum ascendatis, siue à stratu surgatis, iugiter signum Christi munit frontem vestram, vt vos semper memoria dei vigilantes protegat, & in sopore custodiat. Et quotiens in nocte excitati fueritis, & somnus euolauerit, mox labiis signum crucis occurrat: mēs quoque orationibus occupetur, ac dei præcepta in corde voluntur, ne stupido pectori repete surripiat inimicus, vel per fatuam incuriam serpat ad animam aduersarius auuidus: Et cum in sensum vobis turpem suggererit cogitationem, proponite vobis futurum iudicium, inferni supplicium, gehennæ poenas, tartari tenebras, quæ impij patientur. Si hæc feceritis, statim turpis cogitatio euanesceat, nec vos deseret misericordia dei, quia verum est quod Propheta canit, Sperantes in domino misericordia circumdabit. Sed cum hæc omnia, auxiliante domino, impleueritis: scitote quia hoc moleste accepturus est diabolus, quod videt vos à societate sua discedere, & ob hoc fortasse aliquas nequitas aut infirmitates vobis immittet: nolite propter hoc desperare, quia ad vos probandos permittit hoc deus fieri, vt cognoscat si ex toto corde vos ad eius misericordiam tenetis, vel si veraciter in eum credatis. Sed vos cuncta patienter sufferte, & deum in omnibus benedicite: vt in vobis possit impleri quod scriptum est, Beatus vir qui suffert tentationem. Consoletur vos & hoc quod dicit Apostolus, Qui cum tribulamur, à domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Necnon & illud, Flagellat autem dominus omnem filium quem recipit. Et illud, Quos deus amat, corrigit & castigat. Quod si semel vel bis nequitas quas immittit, viriliter atque fideliter pro dei amore sustineritis, ita ipsum dominus à vestra infestatione dignabitur expellere, vt vltimus vobis nunquam possit nocere. Ita ergo si veri & non falsi Christiani estis, diabolicas circumuentiones fugite & despiciate, & tota mente ad deum tendite: & quacunque aduersa vobis inimicus immiserit, patienter & fortiter toleretis. Nam & si per fortilegos aut diuinos aliqua prædicta fuerint, & ita euenerint, nolite mirari, quia spiritus per aëra volantes, facile possunt videre aliqua futura. De hac re diuina scriptura testatur dicens, Etiam si vera vobis dixerint, nolite credere eis: tentat enim vos dominus deus vester, vtrum timeatis eum vel non. Illud autem scitote, quia nec vos, nec aliquid quod ad vos pertinet, lædere potest inimicus, nisi quātum permiserit deus. Permittit autem hoc deus, quia peccata hominum hoc exigunt. Permittit autem duabus de causis, aut vt probet si boni estis, aut castiget si peccatores. Sed qui patienter dispensationem dei sustinerit, cum perdidit aliquid, dicat, Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum

est, sit nomen domini benedictum. Pro ista patientia, K aut coronam recipiet si iustus est: aut indulgentiam, si peccator. Quod si murmurauerit, vel desperauerit, rerum pariter & animæ damnationem incurret. Sed mihi credite fratres, quia si ex toto corde & semper in timore dei manseritis, & præcepta eius custodieritis, ita quod nihil ex gentili consuetudine obseruetis, nihil iam inimicus nocere poterit, sed omnia vestra prosperabuntur. Recto enim Christiano nec auguria, nec signa aliqua nocere possunt, quia vbi signum crucis cum fide & timore dei præcesserit, nihil ibi poterit nocere inimicus: tepidis vero & negligentibus ideo nocere possunt, quia relinquentes dei præcepta, per vitæ suæ negligentiam praua opera exercendo, ipsi se demonum potestati spontanea tradunt voluntate, qui si in seruitio Christi perseverarent, & per eius auxilium solummodo confiderent, nihil prorsus paterentur mali. Hæc ergo scientes, totis vos viribus ad eius misericordiam tenete, opera bona semper agite, & de substantia vestra pauperibus erogate: qui plus habet, plus tribuat: qui vero minus, de hoc ipso largiatur: beatus & hilaris vnusquisque quod praualeat, tribuat, quia nimirum gaudebit multū, quia qui dat parum, accipiet multum: sicut dominus ad Apostolos dicit, Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit. Det igitur nummum, & comparat cœleste regnum: id est paruam pecuniam, & emit vitam æternā. Tenete ergo vos ad eleemosynam, quia scriptum est, Eleemosyna à morte liberat: & qui eam fecerit, non ibit in tenebras. Vnusquisque quantum praualeat, tantū porrigat. Qui habet aurum, det aurum: & qui argentum, argentum: qui vero non habet pecuniam, cum bono animo det pauperibus buccellam: & si nō habet integram, quantum parum tribuerit cum bono animo, deo acceptabile erit. Dominus enim non copia largitatis, sed beneuolentia & deuotione largientis delectatur & pascitur. Vt autem nullus pauper ab eleemosyna se excusare possit, ipse dominus pro calice aquæ frigidæ se mercedem esse redditurū promissit. Qui enim à domino plures facultates accepit, magis vtiq; iudicij periculum sustinebit. Potuit nempe deus omnes diuites facere, sed pauperes in hoc mundo esse voluit, vt diuites peccata sua redimerent. Redimite ergo vos charissimi dum habetis precium, date eleemosynam de bono & iusto labore, & nō alterius rapina. Audite modo ante fores vestras pauperes rogantes, vt & ipsi pro vobis in die iudicij rogent. Prophetam audite clamantem, Qui auerterit aurem suā ab egeno, & ipse clamabit, & non exaudiet eum dominus. Date ergo deo quod vobis dedit, quia ipse accipit quod pauperibus datis. Ipsi quidem datis, sed vobis futurum transmittitis, non vt ventrē impleatis, sed vnde flammæ extinguitis: quia sicut aqua extinguit ignē, ita eleemosyna extinguit peccatum. Hinc dominus & per Prophetam dicit, Dabunt singuli redemptionem animarum suarum, & non erit in eis morbus nec casus. Date ergo dum licet accipere redemptionem animarum vestrarum. Redimite vos ipsi dum viuitis, quia post mortem nemo vos redimere potest. Vnusquisque de quali ingenio vel artificio viuunt, de ipso decimā deo in pauperibus vel in Ecclesiis donet: consideret, quia omnia dei sunt per quæ viuunt, siue terra, siue flumina, siue semina, vel omnia quæ sub cœlo sunt, vel super cœlos. Et si ipse non dedisset, nihil vtiq; haberet: nam deus qui dignatur totū dare, decimā de suo dignatur nobis repetere, nō sibi penit, sed nobis profutura: sicut ipse pmisit per

De signo fæ  
cruis.

Psal. 31.  
De patientia  
in tentatione  
diaboli

Iacobi. 1.  
1. Corin. 11.

Proverb. 1.  
Hebræo. 12.

Deute. 13.

Tob. 1.

Roma. 1.

Math. 19.

Tob. 4.

Math. 10.

Proverb. 21.

Ecclesiastici

**A** per Prophetam dicens, Inferte, inquit, omnem decimationem in horreis meis, & probate me in his, dicit dominus: si non aperuerit vobis fructus quæ possidetis super terram, quod cognoscitis deo placere. Nolite de cuncta substantia vestra fraudare decimā, ne vobis noxam partes auferantur, & sola decima remaneat. Conuertimini adhuc, dicit dominus, vt aperiam vobis cataractas cœli, & effundam super vos benedictionem meā: Si igitur dederitis voluntariē, plus semper dominus dabit vobis. Si non dederitis, quancunq; pauperes in quibus locis habitatis fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum rei eritis. Insuper immittet vobis dominus pestilentiam & famem, & perdetis totum quod habetis, necnon & animas vestras. Vt autem hæc vobis non veniāt, festinate cum bono animo dare vnde animas vestras possitis redimere. Ne eligatis cui misericordiam faciatis, ne forte prætereatis eum qui meretur accipere, quia nescitis si Iesus dignatur aduenire. Scitote, quia quod pauperi datis vel peregrino, sedenti in cœlo datis: qui dixit, Qui vos recipit, me recipit. Et, Quandiu fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis. Inter hæc autem omnia, quæ dominus præcepit exerceri bonitatis opera, nihil quarit à vobis, nisi salutem animarum vestrarum, & vt custodiatis eius mandata. Quod si feceritis, dabit vobis, sicut per Moysen pollicitus est, pluuia congruo tempore & terra vestra germen gignet suum, eritq; abundantia fructuum, pomorum, vinearum, & segetum, & abundabitis omnibus bonis. Et dabit vobis pacem per circuitum, & sine terrore eritis, ipseque habitabit inter vos. Contra, si non custodieritis mandata eius, in vobis veniet plagæ ab eodem Moysè prædictæ, pestilentia videlicet, & fames, & gladius, eritq; desuper cœlū sicut ferrum, & terra sicut aramentum, & terra nō proferet germen suum, & segetes omnes debebuntur, omnisq; labor vester incassum cōsumetur. Insuper cōsurgēt in vobis inimici vestri, & deuorabit vos gladius, & erit terra vestra deserta & desolata. Et tunc clamabitis præ angustia, & nō exaudiet vos dominus, sicut per Prophetam Esaïam minatur dicens, Locutus sum, & non exaudierunt: clamabunt, & non exaudiam. Iterum Prophetam clamat, Non est abbreviata manus domini, vt nō possit saluare & exaudire, sed iniquitates vestrae diuidunt inter vos & deum vestrum, & peccata vestra auertunt faciem eius ne exaudiat. Vt ista vero vobis non contingant, custodite quæ præcepta sunt, implete dei mādāta, vt viuatis, & bene sit vobis, nihilq; calamitatis eueniat. Ipse per Prophetā consolatur dicens, Si egerint penitentiam pro peccatis suis, & ego peniteam super malo quod locutus sum vt facerem, & non faciam. Hæc semper in mente tenete, hæc verba filiis vestris & vicinis narrate, hæc rememoramini dum sedetis in domibus vestris, & dum ambulatis, nec obliuiscimini cum bene fuerit vobis, sed deum timete semper, & illi soli seruite, ne irascatur furor eius: sed scitote, quia ipse custodit pactum & misericordiam diligentibus se, & mandata sua custodientibus, omnes tollet lāguores. Considerate, quia sicut Ioan nes Apostolus prænuñciat, Nouissima hora est, ideoq; iā nolite mundum diligere, quia mundus transiit, & concupiscentia eius cum eo. Vos autem facite voluntatē domini, vt maneat in æternum, & habeatis fiduciā cum apparuerit, ne cōfundamini in aduentu eius, Nemo vos seducat. Qui facit iustitiam iustus est, & qui peccatum, ex diabolo est. Etenim omne peccatum, siue furtum, siue adulterium, siue mendacium, siue demonis operatione non fit. Considerate quæso quā perniciosum est

Malac. 3.

Math. 10.  
Math. 25.

Leuit. 26.

Esaïa. 65.

Esaïa. 59.

Hier. 18.

Horatio ad  
penitentia.  
1. Ioan. 2.

opera diaboli exercere, eiusq; participem fieri non in requie, sed in pœna gehennæ. Idcirco quotiescunq; peccatis: nolite expectare mortiferam securitatem, vt vulnera illa putrescant, nec alia in super augeatis, sed continue per penitentia confessionem vobis medicinā adhibere festinate. In magnis etiam operibus vos dilatare contendite, vt qui fuit hætenus superbus, sit humilis: qui adulter, castus: qui solebat furari, aut res alienas tollere, incipiat iam proprias Ecclesiis aut pauperibus erogare: qui fuit inuidus, sit benignus: qui ebriosus, sit sobrius: qui fuit iracundus, sit patiens: qui fecit alteri iniuriam, cito petat veniam: cui facta est absque mora dimittat, vt & illi dimittatur. Aut quare non dimittat parum, vt ei dimittatur deus dimittere totum? Nam & hoc clementia gen<sup>o</sup> est, vt dimittat aliquis ex toto corde ei à quo laesus fuerit. Quod si aliquis ita sit pauper, vt nullam rem habeat vnde eleemosynam temporalem faciat, quia non potest fieri vt ab aliquo non patiat iniuriam, si ex toto corde omnibus in se peccantibus indulgeat, & contra nullum hominem odium teneat, atque omnes sicut se ipsum diligat, hoc ei proculdubio pro maxima eleemosyna reputabitur. Vt autem in nos peccantium liberius dimittamus, hortatur nos dominus in Euangelio dicens, Si autem dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & pater vester cœlestis peccata vestra: si non dimiseritis, nec pater vester dimittet vobis. Nemo ergo se circumueniat, nemo se seducat. Qui vel contra vnum hominem in hoc mundo odium tenet, quicquid deo in bonis operibus obtulerit, perdet totum, quia non mentitur Apostolus terribiliter clamans, Qui odit fratrem suū, homicida est, & mendax, & in tenebris ambulat. Hoc loco fratrem, omnem hominem oportet intelligi, quia omnes in Christo fratres sumus. Vos autem ad inimicorum dilectionem admoneo, quia ad sanandum peccatorū vulnera nullum esse medicamentū vtilius cognosco. Licet magnus labor sit, inimicos diligere, sed magnum erit præmium in futuro. Qui dilexit inimicos hęc, erit dei amicus: non solum amicus, sed filius, sicut ipse, quod supra iā diximus, pollicet dicens, Diligite inimicos vestros, benefacite qui oderunt vos, & orate pro persecutibus & calumniatibus vos, vt filij patris vestri sitis, qui in cœlis est. Qui non diligit, sicut dicit Apostolus, manet in morte. Cum hæc ita sint charissimi, dilectionem veram, non falsam adiuuicem habete, actus vestros semper ad deum dirigite, & quicquid potestis laborate pro amore vitæ æternæ. Currite dum lucem habetis, ne tenebrae vos comprehendant. Vt laboratis pro carne, ita pro anima, si curritis pro carne, quā post modicum tempus vermes deuoraturi sunt in sepulchro, currite pro anima, vt ornata bonis moribus sine fine lateatur in cœlis. Ante omnia qui ieiunatis, quod prandere debetis, pauperibus erogate. Et sicut dominus in Euangelio fieri docet, Cum ieiunatis, nolite fieri sicut hypocrite tristes, vt videamini ab hominibus, sed illi soli qui videt in absconso. Et iterum monet, Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis. Plus ergo de anima quā de cibo corporis cogitate, & dum in mundo versamini, æternam vitam bene viuendo emite, lectiones diuinas libenter audite in Ecclesia, & quæ auditis iugiter in domibus recolite: & quomodo pascitur corpus cibo, sic anima reficiatur dei verbo. Certum est enim, qualis est caro quæ post multos dies pepercit cibo, talis est anima quæ pascitur dei verbo raro. Ergo charissimi, siue ambulatis, siue sedetis, siue operamini, siue quacunque

De remissio  
ne iniuriæ.

De inimico  
rū dilectioe.

1. Ioan. 3.

De inimico  
rū dilectioe.

Math. 5.

1. Ioan. 3.

Ioan. 12.

De ieiunio

Math. 6.

Math. 6.

De lectione  
bus diuinis.



**G** agitis, semper quod ex diuina lectione audistis, ad mentem reducite, semperque Euangelica praecepta in corde ruminare. Ante omnia luxuriam fugite, concupiscentiam malam vitate, timentes illud quod dominus in Euangelio dicit, Omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mechatus est eam in corde suo. Vxores legitimas absque vlla simulatione diligite, sicut Apostolus praecipit dicens, Viri diligite uxores vestras, sicut Christus dilexit Ecclesiam. Et iterum, Mulieres subdita sint viris suis, sicut oportet in domino. Et nequaquam vir legitimam uxorem quacunq; occasione dimittere praesumat, quia secundum sententiam domini, Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam mechari. Cocubinas, siue ante nuptias, siue post nuptias habere prohibemus, quia omnino illicitum est. Nam qui uxorem legitimam ducere cogitat, dignum est vt virginitatem vsque ad nuptias custodiat, & post nuptias nullam alteram nisi vnam legitimam coniugem cognoscat: sicut Apostolus praecipit. Ipse fidem seruet ei sicut eam sibi seruare vult, nec peccet cum alia, sicut nec suam cum alieno vult peccare, timens illud quod idem Apostolus clamat, Fornicatores & adulteros iudicabit dominus, Quicumque enim de iure connubij mulieribus non licet, nec viris omnino licet. Nam qui ante nuptias legitimas habere concubinas praesumit, peius peccat qui adulterium committit, & ob hoc dignus est a confortio Christianorum separari. Qui si non poenituerit, aeterna illum flamma cruciabit sine remedio. Quapropter Christiane fuge fornicationem, erubescere iam sub oculis dei & angelorum peccare. Capitalia omni nisi defestare, quae sunt sacrilegium, homicidium, falsum testimonium, furtum, rapina, superbia, inuidia, auaritia, iracundia, ebrietas: haec sunt crimina quae mergunt homines in supplicium aeternum. Ex quibuscunq; qui in se vnus habere cognoscat, & poenitentiam non egerit, sine remedio in gehennae igne ardebit. Et ideo, o anima Christiana, vigila, ora, caue praedicta crimina, & quicquid boni praualas, age pro vita aeterna. Aperi pauperibus manum tuam, vt Christus tibi aperiat ianuam suam, & intres in gaudia paradisi. Noli ipse te tradere in perditionem, quia Christus pro te suum effudit sanguinem. Satis te charum habuit, quem tam caro precio redemit. Terreat te metus gehennae, quo possis abstinere ab operibus prauis. Omnia hora mortem adesse spera, & futura iudicia dei super te iugiter formida, vt tibi possit adaptari quod scriptum est, Beatus est qui semper est pauidus. Quod si male fecisti, emenda dum potes, dum est licentia poenitere: veniam non desperes, si ad meliora conuertaris, quia desperatio peius est omni peccato. Nullatenus de dei misericordia desperetis, nec post centum peccata, nec post mille crimina: quia nulla est tam grandis culpa, quae poenitendo non habet veniam. Quamuis ergo te iritet quisque, quamuis conuitiet, quamuis iniuriam tibi faciat, tu tamen patiens esto, ne rependas contumelias, & melius tacendo vincas iniuriam. Cum maledicit tibi, benedic ei, & magnam habebis gratiam, quod tu non laedis a quo laesus es. Nullum despicias, non seruum, non egenum, quia forsitan melior est apud deum quam tu. Et quoniam secundum Apostolum, Omnes fratres vnum corpus sumus in Christo: & quia non est personarum acceptor deus: sed sicut scriptum est, Vnusquisque quod bonum fecerit, hoc feret a deo, siue seruus, siue liber, non detrahes fratri tuo, non facias calumniam fratri tuo, neque forti vi opprimas eum: sed sicut per Moysen dicitur, Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non af-

fliges eum more seruorum per potentiam, sed secundum dei timorem age circa illum. Memento quia tu seruus es. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue illum, ne habeas super illo peccatum. Hinc & dominus in Euangelio dicit, Si peccauerit in te frater tuus, corripe illum inter te & ipsum solum. Et rursum, Si septies in te peccauerit, & totiens poenituerit, dimitte ei. Et iterum, Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersus te, relinque ibi munus tuum ad altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum. Haec te Christiane praecepta reuocent ad concordiam, haec dulcia Christi medicamenta curent odij vulnera, quae si contempseris, terribilem in te sententiam eritorques, qua dicitur, Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui dixerit fratri suo racha aut fatue, reus erit gehennae ignis: Ecce audisti charissime, quid timeas, quid obserues: Habe ergo charitatem, tene patientiam, fuge discordiam, impone frenos linguae tuae, ne detrahat ad gehennam animam tuam: quia secundum scripturam, Mors & vita in manibus linguae. Et, Vir linguosus non dirigetur in terra. Haec sollicita consideratione pensantes charissimi, verba simul & mores componite, sectamini semper iustitiam, amate Christi praecepta. Derelinquat impius viam suam, & reuertatur ad dominum: sicut Propheta clamat, Et mihi serebitur eius, quia pius est ad ignoscendum. Ipse enim monet dicens, Conuertimini ad me, & sanabo contritiones vestras. Et rursum, Quaerite bonum & non malum, vt viuatis, & erit vobiscum dominus exercituum. Et iterum, Odite malum & diligite bonum, vt misereatur vestri deus. Ecce hic per Prophetam clamat deus: Et si me audire contempseritis, moriemini morte aeterna. Ipse etiam consolatur in Euangelio dicens, Non veni vocare iustos, sed peccatores ad poenitentiam. Et iterum monet dicens, Primum quaerite regnum dei & iustitiam eius, & haec omnia adiciuntur vobis. Et iterum, Petite, & dabitur vobis: quaerite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Modo enim dominus pro ineffabili pietate sua non solum admonet, sed etiam rogat vt conuertamur ad eum, Audiamus ergo eum dum rogat, audiamus scripturam dicentem, Fili miserere animae tuae placens deo. Quid ad haec respondet humana fragilitas? Deus rogat vt tui miserearis, & non vis, quomodo exaudiet te in die necessitatis supplicantiem, cum tu eum pro teipso non audis rogantem? Si modo haec neglexeritis fratres, quid facietis in die iudicij, vel ad cuius auxilium confugietis? Si, inquam, modo neglexeritis talia dei hortamenta, non effugietis tunc inferni tormenta, nec vos poterit aurum vel argentum liberare, neque diuitiae, quae in angulis modo absconditis, & ex quibus arrogantes effecti salutem vestram oblitis estis, Hinc nanque dominus dicit, Visitatione super orbis mala, & quiescere faciam superbia impiorum, & arrogantiam fortium humiliabo. Et rursum admonet dicens, Prauaricatores, redite ad cor: quiescite agere peruerse, discite benefacere, succurrite oppresso, defendite pauperem, viduam & aduenam & pupillum nolite calumniari. Haec ergo fratres mente retinete, haec magnopere custodire festinate, impugnati a diabolo coniungimini deo, qui vos redemit. Stupeant gentes de conuersatione vestra, & si detrahunt vobis & irideant Christianitatis opera, ex hoc sectari non turbemini, reddent enim rationem. Totam ergo spem vestram in Christi misericordia componite, & non solum ab actu impudico, sed etiam a cogitationibus sordidis animas vestras custodite, quia deus iudex iustus &

**A** de malis cogitationibus iudicat. Et haec moneo fratres, vt superbiam penitus deponatis, per quam de caelo diabolus corruit: quia sicut Apostolus testatur, Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Et in Euangelio, Omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Et iterum, Nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum caelorum. Iurandi consuetudinem funditus euitate: quia valde praecipis in hac parte contraitis, domino in Euangelio prohibete: Dico vobis, inquit, Nolite omnino iurare, neque per terram, neque per caput, neque per aliud quodcunq; sit autem sermo vester, est est: non no. In iuramentis autem vobis, proferite praecepta dei, quibus dicitur, Non resistite malo: sed si quis te percussit in vnam maxillam, praebere ei & alteram. Et qui vult tunicam tollere, dimitte ei & pallium. Et iterum, Qui petit a te, da ei: & qui tollit quae tua sunt, ne repetas. Orando itaque necesse est, vt teneatis illam orationem quam dominus in Euangelio praecipit dicens, Cum oratis, non in multiloquio, sed in secreto cordis orate, & pater vester qui videt in abscondito, reddet vobis: Scit enim quid opus sit vobis antequam petatis. Haec ergo verba charissimi recolite, haec iugiter praecepta reminiscimini, vbi cumq; estis memoriam Christi in colloquio miscete: quia dicit, Vbi duo vel tres congregati sunt in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Scandala etiam fugite, quia dominus grauiter notat eum qui lites concitat, dicendo, Vae homini illi per quem scandalum venit, In compassione proximi illa sententiam tenete, qua in Euangelio dicitur, Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunq; petieritis fiet vobis. Ipsum quoque Apostolum audite clamantem, Tempus breue est, reliquum est, vt qui habent uxores, tanquam non habentes sint: & qui flentes, tanquam non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur: praeterit enim figura huius mundi. Vt autem plus cupiatis caelestia quam terrena: dominum audiat dicentem, Quid prodest homini si totum mundum lucretur, animae vero suae detrimentum patiat? Vt vero diligamus charitatem, Euangelista iohannes hortatur dicens, Si diligamus inuicem, deus in nobis manet, & charitas in nobis perfecta est. Et iterum, Deus charitas est. Necnon & Paulus excellentiam charitatis simili modo profert, dicens, Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Hinc iterum monet dicens, Omnia vestra in charitate fiant. Et iterum, Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi. Ipse etiam ad tramitem perfectionis blande coercens, dicit, Qui furabatur, iam non furetur. Et illud, Fugite fornicationem: quia omne peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Et iterum, Neque avari regnum dei possidebunt, neque fornicarij, neque adulteri, neque fures, neque ebriosi, neque malefici, neque rapaces. Idem Apostolus cupiditatem coercet dicens, Radix omnium malorum est cupiditas. Ergo fratres abiciite cupiditatem, sectamini charitatem, deponite iniquitatem, supportantes inuicem in charitate, illud omnino praecauetes quod Apostolus ad Romanos scribens infert: Reuelabitur, inquiens, ira dei de caelo super omnem impietatem & iniustitiam hominum. Necnon & illud quod voce veritatis in Euangelio comminatur, Qui faciunt, inquit, iniquitatem, mittentur in caminum ignis ardētis, ibi erit fletus & stridor dentium. Considerate quam

sauius, quamq; tremendus sit ille ignis. Et qui modo nec vnum suffert digitum in ignem mittere, ibi cum toto corpore in secula cruciari. Rogo ergo vos, vt si vultis ab illo igne, vel ab illa poena liberari, desistatis iam amplius peccare, & dominum per Prophetam attendite clamantem, Reuertimini recedentes ab iniquitatibus vestris, & sanabo vos. Et iterum, Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuatur. Et per Esaiam clamat dicens, Quando conuersus fueris & ingemueris, saluus eris. Per Iohel quoque monet dicens, Conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio & fletu & planctu. Ecce quot testimonia de conuersione vestra ex diuinis eloquijs prolata sunt. Vigilate ergo solliciti, quia quanto proximior finem mundi diabolus prospicit, tanto crudelius contra Christianos sauius, vt qui cito se damnandum cognoscat, plures sibi in poena multiplicet, cum quibus vti que sine fine crucietur. Cauete ergo attentius, & iugiter cum dei timore conuersamini: quia quia vnusquisq; vestrum angelum dei habet qui obseruat quae iugiter egerit: & quidem si bene agit, gaudium sancto angelo gignit: si vero mala opera exercet, angelum sanctum a se repellit, & malignum sibi demonem coniungit. Quapropter charissimi, haec me loquente, introruis ad vos redite, conscientias vestras discutite, si dignas mentes angelis geratis prauidete, & si vos bonos ac dignos deo conspiciatis, de meritis vestris nunquam superba mente praesumatis, sed de cetero magis cum humilitate cauetis: si vos peccatis obnoxios cernitis, nullatenus desperetis, tantum facite pactum in corde vestro cum deo, vt amplius non peccetis, sed fiducialiter veniam speretis, quia dominus signum suae pietatis assidue patescit, & omnes vult ad se recipere per poenitentiam. Nam si adulter quidem, aut meretrix, aut fur, aut ebriosus, aut mendax, aut filiorum necator fuerit, tantum decetero penitus caueat, indulget illi deus. Publicanum de Euangelio & latronem, necnon & meretricem, sed & Paulum sumite in exemplum, qui de semetipso dicit, Prius fui blasphemus & persecutor & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans haec feci. Et vos ergo, si quid forte ignoranter admisisistis, reparate vos quales per poenitentiam. Confitemini domino in totis praecordiis vestris, quoniam bonus est, doleatis vos non egisse quod bonum est. Et qui poenitet, ita poeniteat vt vltimus iam lugenda non committat. Ea qui pauperiores in hoc seculo estis, nolite seduci, quia si bene agitis, ditiores eritis in caelo. Denique cauetis ne quis turpem sermonem proferat ex ore. Et secundum Apostolum, Fabulis & variis oculis nolite seduci, sed corrigite inquietos, consolamini pusillanimes, patientes estote ad omnes. Et omnis sermo malus non procedat ex ore vestro, timentes illud quod scriptum est, Corruptunt bonos mores colloquia praua. Crapulam & ebrietatem perhorrescite, quia dominus per semetipsum hoc redarguit dicens, Cauete ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate. Et Apostolus prohibet dicens, Nolite inebriari vino in quo est luxuria. Proculdubio qui plus manducat & bibit quam expedit, & peccatum incurrit, & sanitatem seruare non preualet: quia cum venter & venae nimia fuerint saturitate repletae, ilico necesse est vt libido in membris generetur. Vnde & alibi scriptum est, Vinum multum potatum amaritudo est animae, & ruina multiplicans imprudenti offensionem, minuens virtutem & faciens vulnera. Et hoc dico non vt creaturam dei malam asseram, aut iudicem esse damnandam, sed vt vos cauciores sobrioresque reddam: imo & admoneo vt

G nullam creaturam dei malam esse dicatis, quia cuncta creauit deus valde bona. Nam quaecumque vobis mala esse videntur, & nocent, vestro vitio, non sua natura vobis mala existunt. Ideoq; fratres solum diabolus qui in superbiendo factus est malus detestans, tantorum bonorum creatorem glorificate. Cauete semper viam latam, quae ducit ad interitum, apprehendite illam angustam per quam reperitur aeterna latitudo. Pauperes & peregrinos ad conuiuium vocate, dominumq; de hoc precipiendum attendite. Cum facis, inquit, prandium aut cenam, noli vocare diuites, qui conuiuent tecum, sed voca debiles & pauperes, caecos, claudos, & beatus eris, quia non habent quid tibi retribuatur, retribuetur autem tibi in resurrectione iustorum. Nec enim iustum est vt in populo Christiano, qui vno precio sunt redempti, & vni domino seruiunt, alij distentis epulis ventribus incedant, alij famis periculo deficiant. Proflus peccatum est vt nostra superflua a tinea deuorentur, & pauperes nec vetustissima quae recipere mereantur. Quare non consideratis quod pari conditione in hunc mundum venistis? Vnius domini serui estis, simili exitu de mundo migrabit: & si bene agitis, ad vnam beatitudinem venietis. Aut quare vobiscum cibum non accipiat, qui immortalitatis stolam accepturus est vobiscum? Haec considerates, ita pauperum curam gerite, vt vberimam pro his in caelis accipiat retributionem. Mendacium semper fugite, quia non minimum peccatum est, scriptura dicente, Os quod mentitur, occidit animam. Et, Testis falsus non erit impunitus. Et Dauid ad dominum, Perdes, inquit, omnes qui loquuntur mendacium. Et Apostolus, Deponetes omne mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo. In hac ergo vita positi ita agite, vt cum hinc migraueritis & caro vestra a vermibus coeperit deuorari in sepulchro, anima ornata bonis operibus cum sanctis omnibus letetur in caelo. Retrahat vos a malis operibus peccatorum interitus. Considerate diuitum sepulchra, vel eorum qui ante paruum tempus vobiscum erant, quid fuerit, vel quid sunt, vel quid eis diuitiae vel cupiditates seculi profuerunt. Ecce nihil ex eis, nisi soli cineres remanserunt, qui si loqui possent, proculdubio haec vobis dicerent: Vt quid infelices tantum pro seculi cupiditate discurritis? vt quid vos vitis & criminibus repletis? Considerate ossa nostra, vt vel sic horreat cupiditas vestra & miseria. Quod vos estis, nos fuimus: quod nos sumus, vos eritis. Ista omnia fratres charissimi sollicita consideratione penitantes, & haec considerantes, expauescite, diem mortis ante oculos mentis ponite, & ad emedationem quantum potestis festinate. Nolite negligere quod vos pius deus sustinet peccantes, quia quanto diutius expectat vt vos emedatis, tanto grauius vindicabit si neglexeritis. Sed forte putatis quod finis mundi necdum erit: sed suum vnusquisque consideret finem. Ecce dum libenter iocundissime moratur homo in mundo, multaq; in longo tempore disponit agenda, repente rapitur in mortem, & ex improviso auferitur anima a corpore. Sed ille beatus est qui horam illam habuerit ante oculos, & festinauerit in illa hora mortis paratus inueniri, vt possit tanti metus terrorem euadere. Quod si vultis scire, cum metu magno fratres charissimi magnisq; doloribus separatur anima a corpore. Veniunt enim sancti angeli eam assumere, vt perducant eam ante tribunal metuendi iudicis, & memoras sua mala quae die noctuq; gessit, contremiscit & ingemiscit, & quarit ea fugere, induciasq; petere dicens, Date mihi horae spatium. Tuncq; simul loquentia omnia opera eius dicent: Tu nos egisti,

tua opera sumus, non te deserimus, sed tecum semper erimus, tecum pergemus ad iudicium. Haec quidem peccatoris anima agit, quae cum horrendo timore separatur a corpore, pergit plena peccatis & ingenti confusione depressa, iusti vero anima cum separatur a corpore, non timet, non expauescit, sed magis cum gaudio egreditur, & cum exultatione pergit ad dominum ducibus sanctis angelis. Illam ergo charissimi horam modo timete, ne timeatis tunc illam, nunc praecauete vt tunc securi esse possitis. Mementote iugiter, quia in medio laqueorum diaboli estis, & ideo semper parati estote, vt quando domini praecipitum missum fuerit, liberi ab omni labe peccati ad requiem transire possitis: nec arbitremini vos diu in hoc mundo mansuros, quia nimirum veniet, vt non concedet dominicum praecipitum missum, nec vnus horae spatium in hac vita consistere. Cauete ne de exitu vestro tristitiam faciatis angelis, & gaudium inimicis. Scitote enim quia anima cum a corpore auellitur, statim in paradiso pro bonis operibus, aut certe pro malis in inferno praecipitatur continuo. Quapropter eligite modo, & hic in vita vestra hoc disponite, aut perpetuo gaudere cum sanctis, aut sine fine cruciari cum impiis. Itaq; vel saltem poenae vos terreat, si praemia non inuitant, & praesentem mundum si despiciere non valetis, vel cum iustitia possidete. Qui in iuventute errauit, saltem in senectute respiciat, & mala quae peccando commisit, poenitendo iam expurget. Ecce paulatim deficit mundus, & cuncta quae videntur velociter transeunt, tanquam nebula & umbra vespertina. Ecce quod olim praenunciabatur, praesenti tempore iam peripicue cernitur, subtrahuntur omnia bona, & crescunt quotidie mala. Nolite ergo fratres iam mundum diligere, quem sic ad finem declinare conspiciatis, praesertim cum Apostolus Iacobus clamet, quod amicitia huius mundi inimica sit deo. Vitae ergo aeternae ex omnibus amate praecordius, quam nunquam in secula finiat: Illuc festinate vbi semper viuatis, & vbi nunquam mori timeatis. Si enim amatis istam miseram fluidamq; vitam, vbi cum tanto labore viuatis, & vbi satagendo, sudando, suspirando necessariis corporis satisfacitis: quanto magis debetis amare vitam aeternam, vbi nullo labore sustinebitis, vbi summa est semper securitas, summa felicitas, felix libertas: vbi implebit illud quod dominus dicit in Euangelio, Erunt homines similes angelis: similes vtiq; non substantia, sed beatitudine. Et illud, Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qualis putatis erit tunc splendor animarum, quando solis claritatem habebit lux corporum? Ibi nulla erit tristitia, nullus labor, nullus dolor, nullus timor, nulla mors, sed perpetua sanitas perseuerabit. Nulla ibi consurgit malitia, nulla carnis miseria, nulla aegritudo, nulla omnino necessitas: non ibi erit fames, non sitis, non frigus, non aestus, non lassitudo ieiunij, nec vlla tentatio inimici, non ad peccandum vlla voluntas, nec vlla delinquendi possibilitas, sed totum exultatio, totum letitia possidebit. Homines angelis sociati sine vlla carnis infirmitate vernabunt, ibi erit letitia, cuncta requies secura, pax vera, iucunditas infinita. In qua beatitudine quod semel adipiscitur, semper tenetur. Nihil loco illo magnificentius, nihil gloriosius, nihil clarius, nihil pulchrius, nihil verius, nihil illa beatitudine syncerius, nihil illa abundantia copiosius. Ibi non formidabitur ferocissimus hostis, qui cupit iugiter iugulare animas: nemo in illo loco indiget precioso vestimento, quia ibi non est frigus, non aestus, nulla inaequalitas aeris, nullus ibi est peregrinus, sed omnes qui ibidem attingere meruerunt, securi vt in patria viuunt.

Non

A No vltra aduersabitur caro spiritui, nec vllum timebitur periculum, sed inenarrabilia cum angelis ac sempiterna a Christo ibi tibi praemia tribuentur, quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, sicut Apostolus ait, quae praeparauit deus diligentibus se. Ecce qualem beatitudinem perditurus est, qui modo dum licet, emendare se noluerit. Ideo fratres charissimi, domino auxiliante dedignemur vltra seruire peccato, quibus tanta beatitudo praeparatur in caelo. Dum tempus est, festinemus deum propitium facere: despiciamus quae terrena sunt, vt caelestia adipiscamur: cogitemus nos peregrinos esse in hoc seculo, vt liberius festinemus ad caelum: perpendamus quales erimus in die iudicij, dei & angelorum conspectibus praesentandi, quando opera nostra erunt nobis ante oculos ponenda. Qualis erit illa confusio, cui contigerit pro peccatis suis in conspectu omnium hominum erubescere, qui hic nec vnum hominem in se peccatum vult inspicere? Et quis erit pauor tunc deum iratum videre, quem placatum non valet vnuerfas comprehendere? Illam ergo diem timeamus, quem modo nullatenus prauidere possumus. Illam diem iugiter pauescamus, vt sic vel actus nostros a malo reuocemus. Consideremus quis terror erit cum dominus ad iudicandum venerit de caelis, quis metus erit deum videre, ad cuius aduentum vnuerfa elementa quatentur, ac caelum cum terra contremiscunt, virtutesq; caelorum mouebuntur. Tunc nimirum praecipientibus angelorum tubis, omnes gentes quaecumque fuerunt sub caelo tam viri quam feminae in eo sexu quo nati fuerunt, boni simul ac mali, sancti ac peccatores, vel quicumque ab vtero nati viui ac mortui sunt, siue a beatis deuorati, vel ab igne consumpti, vel ab aquis absorpti, omnes simul in momento temporis atque in ictu oculi resurgent in ipsa carne, atque in ipsis corporibus sine dubio quae hic habuerunt semel, & in virum perfectum in mensura aetatis plenitudinis Christi, in qua ipse dominus resurrexit a mortuis, & omnes ante aduentum Christi aduenient, pariterq; electi & reprobi suis oculis videbunt, sicut dominus in Euangelio dicit, Tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate conspiciantur agminibus angelorum, & congregabuntur ad eum omnes gentes, & plangent omnes tribus terrae, & separabit eos ab inuicem sicut pastor segregat oves ab haedis, & statuet iustos a dextris suis, impios autem a sinistris, & dicit his qui a dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi: Esuristi, & dedisti mihi manducare: Sitiisti, & dedisti mihi bibere, & cetera. Quandiu fecistis vni ex minimis meis, mihi fecistis, tunc omnibus aspicientibus ostendet liuores & fixuras clauorum, sine dubio in suo corpore, quod pro peccatis nostris vulneratum est, & ita compellans peccatores dicit: Ego te homo de limo terrae formavi, & inter paradisi delicias collocaui, quod non merebaris, sed tu me iustasq; mea contemne, deceptorem sequi maluisti, vnde poenae in suppliciis inferni detrusus es. Postea miseratus tui, in terris carnem assumpsit, inter peccatores habitauit contumelias & verbera pro te sustinuit, vt te de inferno eriperem: alapas & sputa suscepi, vt tibi redderem dulcedinem paradisi. Acetum cum felle bibi propter te, vepribus coronatus sum, cruci affixus, lancea vulneratus, mortuus, & in sepulchro positus. Ad inferna descendi, vt te ad paradysum reducerem, tartari claustra adij. Agnosce ergo quid pro impietate humana pertuli. Ecce liuores quos pro te recepi, ecce cla-

uorum foramina, quibus in cruce affixus pedes suscepi dolores, vt te possem sanare, suscepi poenam, vt tibi darem gloriam: suscepi mortem, vt tu viveres sine fine, conditus latui in sepulchro, vt tu regnares in caelo. Haec omnia pro te sustinui. Quid amplius debui, & non feci? Dicite nunc vel ostendite mihi quid passi estis pro me mediatore animarum vestrarum, aut quid boni egistis pro vobis? Ego cum essem inuisibilis sponte pro vobis incarnatus sum: cum essem impassibilis, propter vos dignatus sum pati: cum essem diues, propter vos egenus factus sum. Sed & humilitatem renuentes, seductorem magis quam me estis secuti. Ecce modo non potest aliud iustitia mea iudicare, nisi quod merentur opera vestra recipere: ergo quod ibi elegistis, tenete: contempsistis lucem, possidete tenebras: amastis mortem, ite in perditionem: secuti estis diabolus, ite cum eo in igne aeternum. Quis putas erit tunc moeror, quis luctus, quae tristitia, quae angustia, cum haec fuerit aduersus impios lata sententia? Tunc erit dura separatio a sanctorum consortio, & traditi in potestatem daemonum, ibunt cum ipsis corporibus cum diabolo in ignem aeternum, & permanent semper in luctu & gemitu. Procul quippe exulati a caelesti patria paradisi cruciabantur in gehenna, nunquam pacem visuri, nunquam refrigerium adepturi, sed per milia milium annorum in inferno cruciandi, nec vnquam in secula liberandi: ibi nec qui torquet, aliquando fatigabitur: nec qui torquetur, vnquam morietur. Sic ibi ignis consumit vt semper referuet, sic tormenta aguntur, vt semper renouentur. Iuxta vero qualitatem culpae, vnusquisque sustinebit poenam. Non ibi auditur nisi fletus & planctus, & stridor dentium, non erit aliud solatium, quam flammam & poenarum, sic miseri sine fine erunt ibi in aeternum in secula seculorum. Iusti autem ibunt in vitam aeternam, in ipsa sine dubio carne, quam habuerunt, & sociabuntur angelis sanctis in regno dei, & gaudiis deputandi perpetuis, nunquam iam morituri, nunquam corruptionem visuri, sed semper in letitia ac dulcedine Christi saturati, sicut sol fulgebunt in gloria & claritate, quam praeparauit deus diligentibus se. Et quanto amplius obediens deo in hac vita fuerit, tanto illic amplior mercedem accipiet: quantoq; hic amplius deum amauerit, tanto tunc eum propius videbit. Ecce fratres charissimi, praedixi vobis simpliciter vt intelligere possitis, quae sint vnique futura vel ventura. Nemo se de ignorantia poterit excusare, quoniam mors & vita praenunciata sunt vobis, supplicia impiorum, & gloria iustorum. Iam enim in arbitrio vestro consistit eligere quod teneatis. Vnusquisque quod hic concupierit, & assecutus fuerit, hoc vtiq; illic possidebit. Vitam ergo aeternam toto nisu concupiscite, nec emendationem vestram diutius differatis, sed ad lucranda caelestia regna, vltro ipsi relinquite quod lucis huius sine perdedit. Surgat iam quae, quicumq; peccati catena constructus tenetur, & expurgatus a somno suae mortis euigilet: recurat ad confessionem, & agat poenitentiam, nec erubescat publice poenitere super immunditiam quas gessit, quia multo melius est reuera hic paruo tempore poenitere, quam per tot milia annorum inferni supplicia sustinere. Si ex toto corde poenituerit, cito succurret ei redemptor: qui quatuordecim annorum Lazarum suscitauit, paratus est ille misericordiae suae, & clementer expectat, vt suscipiat poenitentes. Non enim est deus misericordiae dei desperandus, quauis de magnis criminibus, vt scriptum tenemus, quia ipse clamat per Prophetam, Quaecumque hominibus conuersus fuerit peccator ab immunditia sua, omnes iniquitates

Luc. 14.

Sapient. 1.  
Prouerb. 19.  
Psal. 5.  
Eph. 4.

Iacobi. 4.

1. Cor. 15.

Eph. 4.

Matt. 2. 4.  
& 25.M  
Math. 22.

Math. 13.

Matt. 13.

Ioan. 11.

Ezec. 18.

**G** iniquitates eius erūt in obliuione corā me. Et rursus per alium Prophetam dicit, Ego sum deus vester qui deleo iniquitates vestras. Et illud Euangelistae, Gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente. Et illud, Nolo mortē peccatoris, sed magis vt conuertatur & viuat. Considerate fratres charissimi quā larga est bonitas dei nostri, q̄ ineffabilis misericordia eius. Quotidie contēntur, & quotidie ad poenitentiam nos inuitat sua benignissima pietate. Fiduciā nobis pia largitio praestat, ne desperemus de caelesti misericordia, nec tamen absque fructu nobis poenitentia veniā concessam praesumamus. Dominus enim quantū patris pietate indulgens & misericors est, tantum iudicis maiestate severus & metendus. Potest quidem reis dare indulgentiam, potest suam reflectere sententiam, potest poenitenti gratias indulgere, non potest nisi iustissime iudicare. Quoniam non est apud deum cōmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Acquisitum enim iudicat, atque aequaliter secundū meritū vniuersi cuique pensat, bona scilicet bonis, malaq; malis. Ideo fratres reminiscimini quā gestistis, & si vos deliquisse cognoscitis, sine aliqua dilatione ad poenitentiae medicamenta confugite. Audi Prophetam admonentem, Nolite, inquit, tardare conuerti ad dominū, nec differatis de die in diem, quia nescitis quid crastinō venturum sit. Memento te semper quōd ante conspectum omnipotentis dei conuersamini, qui prospicit non solum omnium hominū facta, sed & cogitationes, sicut Apostolus ait, Non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius, sed omnia nuda & aperta sūt oculis eius. Hāc igitur iugiter cogitantes, intentissima sollicitudine vos custodite, vltimōq; aduentui vos cum bonis operibus semper preparate. Ecce vt scriptū tenemus, finis mundi in promptu est, iam finis mudi instat, & quod lugendum est, tanta mala quotidie fiunt, tātaq; tribulationes increbrescunt, vt per hāc etiam mundum finem suum quodammodo proclamare videatur. Ecce omnia quae Prophetae vaticinauerunt, quaeq; praedicaerunt Apostoli, penē iam cōpleta sunt, solusq; dies iudicij & horribilis antichristi aduentus adhuc restant. Ecce bellum super bellum, tribulatio super tribulationē, fa mes super famem, pestilentia super pestilentiam, & gēs super gentem conurgit. Omnia quae dudum sunt praedicta, ferē iam videmus impleta. Quare ergo sumus lapidei, & ferreum pectus possidemus, vt pro remedio animae nostrae inter tot mala minime cogitemus? Diu est enim, q̄ vox diuina minatur, caelestis dei intendatur vltio, & nulla hominū adhibetur satisfactio: dei proximat ira, & tepide agitur poenitentia. Veturum Prophetarū testantur supplicium, & raro ab hominibus imploratur auxiliū. Quapropter dilectissimi moneo, vt iam mundo finiente humana finiatur malitia, solius dei toto nisu quaeratur misericordia. Non vos onera diuitiarum ad terram premant, quia hic omnia relinquemus, nec pariter & Christum velim⁹ habere & seculum, sed spreto seculo liberi festinemus ad caelum. Reminiscamur, quā grauiā sunt scelera quae cōmissimus, quāmq; dura inferni supplicia quae timemus, & iuxta qualitate culpae medicamentum adhibeamus poenitentiae. Cogitemus q̄ secundum Apostolum, Nihil in hunc mundū intulimus, nihilq; ex eo morientes auferre poterimus. Nudi nati sumus, nudi vtiq; morituri, quicquid autē inuentum est, proculdubio relinquetur. Opera tantūmodo bona si egerimus, ipsa nobiscū ad caelos portabim⁹, imō nos ipsa ad caelū portabunt. Tanquā peregrini ergo sola sufficientia contenti illas diuitias nobis hīc acquiram⁹,

quas nobiscum ad paradisi patriā feramus. Deum super omnia diligamus, quia reuera impium est eum non diligere, cui vicem rependere non possumus, etiā cum diligamus. Quid enim nos impij pio domino retribuere poterimus pro omnibus quae retribuit nobis? quia nullis nostris praecedentibus meritis tanta nobis praestitit indignis, vt nos a iugo dirae dominationis eriperet. De sede paterna maiestatis ad nos descendit, iniurias in terris pertulit, probra sustinuit, mortē indebite subiit, & hāc quidem omnia patienter tulit vt nobis humilitatis & patientiae exempla monstraret. Vnde sequenti b⁹ se discipulis dixit, Discite a me, quia mitis sum & humilis corde. Oportet igitur vt quemadmodum ille pro nobis, ita & nos cuncta aduersa quae nobis pro peccatis nostris eueniunt, aequanimiter toleremus, vt patientiae fructus in vita aeterna carpere possimus. Virgeamus ergo fratres charissimi cursum nostrum dum tempus habemus, odiamus hunc mundum, quē diu possidere non possumus. Nulla iam nos malorū operum contagia polliāt, sed diuinus nos aspectus a peccatis arceat. Si enim homines nostri similes peccatores & ex eodē luto formatos ne nos peccantes inspiciant erubescimus, quanto magis aeternum & solum sine peccato deum reuereri & timere debemus, qui nō solum facta, sed etiā cogitationes considerat & videt. Hunc ergo quotidie timeamus, huius reuerentiam nobiscum semper feramus, sicq; nos spes indulgentiae erigat vt metus gehennae semper affligat. Ante omnia & super omnia charitatem habeamus, reminiscentes praeccepti domini quo dicitur, Habete in vobis salutem & pacem. Et illud, Mandatum nostrum do vobis vt diligatis inuicem. Et alibi dicitur, Habete charitatem, quod est vinculū perfectionis. Et iterū, Estote imitatores dei sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione. Et iterū, Omnis amaritudo & ira & indignatio tollatur a vobis cum omni malitia. Et sol nō occidat super iracundiam vestram. Nepe sicut nullū in vulnere valet medicamentum si sit intus ferrum, ita nihil proficit illius oratio, in cuius pectore mortiferū versatur odium. Habeamus fratres charitatem, quam si habuerimus, omnibus virtutibus replebimur: si vero charitatem non habuerimus, quicquid boni habere videmur totum perdimus. Nec in arrepto bene agendi proposito penitus lacerescamus, praecipue cum dominus dicat, nulum ponentem manum ad aratū & respicientem retrorsum, aptū esse regno dei. Respicere autē retrorsum nihil aliud est, quā in eo quenq; poenitere quod ceperit bonum, & rursus mūdānis delictis obligari. Denique a venia nulla vos malorum vestrorum quantitas reuocet, quia quauis grauis sit culpa humana, largior est nihilomin⁹ misericordia diuina. Vnde per Psalmistam dicitur, Apud dominū est misericordia, & copiosa apud eū redemptio. Et iterū, Cor cōtritum & humiliatū deus non despiciet. Hāc vos fratres memoria diebus ac noctibus refoueat, hāc vos praeccepta frequēter sollicitet. Debitum finem vitae iam iamq; affuturū putemus, nunc emendemus quod nunc deliquimus, ne tunc poenitere incipiamus quando nō valebimus. Erit ibi poenitentia dolorē habens, sed medicinā nō habens. Ibi nullatenus poterit promereri quod petit, qui hic noluerit audire quod dominus iussit. Ideoq; charissimi, quantū possum⁹ praecceptis dominicis in omnibus obteperemus, vt muneris praemii accipiamus. Vnde dum licet hic nos castigemus, hic nobiscū de actibus nostris rationē faciamus, ipsi nos iudici nostri accusemus, atq; emendationem vitae nostrae nō ad extremū differamus, sed quoties in peccatis

**A** in peccatis labimur, per poenitentiam resurgamus, ac totis viribus voluptates pessimas carnisq; illecebras vincentes, illud omnino praecauemus, quoniam ad mortem properamus, & dum nescimus securiq; consistimus, repente mors venit. Ibi ergo festinemus, vbi iam non timebitur, & vbi vos oēs sancti suscipere & videre desiderāt, vbi vos rex caelestis Christus & superni ciues angeli expansis charitatis brachiis expectant. Ibi, inquam, festinemus, vbi sine fine viuamus, & vbi angelicis agminibus consortes esse poterimus. Ita postremo in exilio huius mundi agamus, vt ad futurū iudicium cū secula cōscientia bonis operibus ornati veniamus, ibiq; gratissimum munus deo animas nostras offeramus, vt per hoc ab eo cōmercium aeternitatis beatitudinem acciperet, & esse cum eo in seculum seculi mereamur. Hāc charissimi mandata hactenus quasi lac gustanda porreximus, & ecce modo sub testimonio dei & angelorū sanctorum qui nos loquentes audiūt, absolui debitem nostrū caelestia vobis praeccepta tradentes. A modo iam vestrū est cogitare, quatenus & admonitio nostra effectum habeat salutis, & vos voluntatem dei facientes ab omni malo custodiat, atq; deinde liberi ab omni cōtagione peccati ad regna caelestia tripudiantes peruenire possitis, praestante domino nostro Iesu Christo, qui cum patre & spiritu sancto viuūt & regnat deus in secula seculorum: Amen.

Finis.

DE VTILITATE IEIUNII TRACTATUS.

Non videtur Augustini.



**D**e utilitate ieiunij admonemur aliquid loqui, & deus admonet, & tempus nos admonet. Hāc enim obseruatio, hāc virtus animi, hāc fraudatio carnis, & luctum mentis ab angelis nō exhibetur deo, ibi enim omnis est copia & sempiterna securitas, & ideo nullus defectus, quia in deū plenus affectus. Ibi panis angelorum, quem panem angelorum vt manducaret homo, factus est hominibus omnes animae terrenam carnem portantes, de terra implent vātes: ibi spiritus rationales caelestibus corporibus praesidentes de deo implent mentes. Et hic cibus est, & ibi cibus: sed cibus iste cū reficit deficit, & sic implet alium vt ipse minuatur, ille autē & implet & integer permanet. Hūc cibum nobis esuriendum Christus indixit dicens, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Pertinet ergo ad homines hanc vitam mortalem gerentes, esurire ac sitire iustitiam, impleri autem iustitia ad aliam vitam pertinet. Hoc pane, hoc cibo pleni sunt angeli, homines autem dum esuriunt extendunt se, dum se extendunt dilatantur, dum dilatantur capaces fiunt, capaces facti suo tempore replebuntur. Quid ergo hic? Nihil inde capiūt qui esuriūt & sitiunt iustitiam: Capiūt planē. Sed aliud est cū quærimus de refectione iter agentior, & aliud cū quærimus de perfectione beatorum Apostolorū. Audi esuriētē & sitiētē & vtiq; iustitiam, quāta in hac vita capi potest, quanta geri iustitia. Quis enim nostrū se illi vel conferre audeat, nedū praefere? Sed quid ait? Non quia iam acceperim vt iam perfectus sim. Videte quis loquatur, vas electionis, & extremum quodammodo sumbriarū vestimenti domini, sed tamen quod ad fluxū

sanguinis sanat tangentem, quia credentē: nouissimus enim Apostolorū & minimus sicut ipse ait, Ego sum nouissimus Apostolorū. Et iterum, Nō sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei, sed gratia dei sum quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit, sed plus omnibus illis laboraui, nō ego autē, sed gratia dei mecum. Hāc audiens tu tanquā plenum & perfectum vbi videris audire. Audisti quid ructet, audi & quid esuriat. Non quia iam acceperim, aut iam perfect⁹ sim. Ait, Fratres, ego me nō arbitror apprehendisse: vnum autē quae retro oblitus, in ea quae antē sunt extētus, secundū intentionē sequor ad palmā supernae vocationis dei in Christo Iesu. Dicit se nondū esse perfectum, quod nondum acceperit, nōdum apprehenderit, dicit se extendi, dicit se sequi ad palmā supernae vocationis. In via est, esurit, impleri vult, satagit, peruenire desiderat, aetuat, nihil illi tā magnā morā est, quā dissolui & esse cum Christo. Ergo charissimi, quia est terrenus cibus quo carnis infirmitas pascitur, est autē & caelestis cibus quo pietas mentis impletur, & habet cibus iste terrenus vitam suā, habet & ille suam. Huius cibi vita hominum est, illius cibi vita angelorum est. Fideles homines, discite, iam corde a turba infidelium suspensi in deum, quibus dicitur, Sursum cor, aliam spem gerentes, & scientes se peregrinari in hoc mundo, medium quendam locum tenent, nec illis cōparandi sunt, qui nihil aliud putant bonum, quā delitiis terrenis perfrui, nec illis adhuc supernis habitatoribus caeli, quibus sola deliciae sunt panis ipse a quo creati sūt. Illi homines prouisi ad terram, pastum atq; latitiam de sola carne requirentes, pecoribus cōparantur, longe ab angelis distant & conditionē & moribus. Conditione, quia mortales sunt: moribus, quia luxuriosi. Inter illum populum caeli & populū terrae, medius quodammodo pēdebat Apostolus. Illic ibat, hinc se attollebat. Nec cū illis tamē erat adhuc, nā diceret, iam perfectus sum: nec cum istis erat pigris, torpidis, marcidis, somnolentis, nihil aliud esse putātibz, nisi quod videt & quod trāsit, & quod nati sunt, & quod morituri sunt: nā si cū eis esset, non diceret, sequor ad palmā supernae vocationis. Gubernare itaq; debemus nostra ieiunia. Nō est hoc, vt dixi officium angelicum, nec tamen & illorum hominum officium est qui ventri seruiunt, mediētatis nostrae res est qua viuimus secreti ab infidelibus & cōiungi angelis inhiantes. Nondū peruenimus, sed iam imus: nōdum ibi letamur, sed iam hic suspiramus. Quid ergo nobis prodest abstinere aliquantum a pastu & latitia carnali? Caro in terrā cogit, mens sursum tendit: rapitur amore, sed tardatur pondere. De hac re scriptura ita loquitur, Corpus enim quod corrūpitur, aggrauat animā, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitātē. Si ergo caro in terrā vergens onus est animae, & sarcina praegravans prauiolantē, quantum quisq; delectatur superiore vita sua, tantum deponit de terrena sarcina sua. Ecce quod agimus ieiunantes. Non vobis ergo videatur leuis res aut superflua, ne quicquā forte hoc faciens Ecclesiae consuetudine, cogitet apud se & dicat sibi ipsi vt suggerentē intrinsecus audiat tētatoris: quid facis quia ieiunas, defraudas animā tuā, non ei das quod eā delectat, tibi ipsi ingeris poenitentiam ipse tortor & cruciator existis. Deo ergo placet, quia te crucias: Ergo crudelis est qui delectatur panis suis. Responde huiusmodi tentatori, Excrucio me planē, vt ille parcat, do de me poenas, vt ille subueniat, vt placeā oculis eius, vt delectē suauitate eius. Nā & victima excruciat, vt in arā imponatur.



**G**ponatur. Minus premet mentem meā caro mea. Et tali dissuatori malo seruo ventris responde per hanc similitudinem: & dic, Si iumento forte insideres, si equo vtereris qui te gestiendo possit precipitare, nōne vt securus iter ageres, cibaria ferocienti subtraheres, & fame domares quem freno non posses? Caro mea iumentum meū est, iter ago in Hierusalē, plerunque me rapit, & de via conatur excludere: Via autem mea Christus est. Ita exultantē nō cohibebo ieiunio? Si quis hoc sapit, etiam ipso experimento probat quā vtiliter ieiunetur. Nūquid enim caro ista, quā nunc domatur semper domabitur? Dū temporaliter fluitat, dum mortalitatis conditione prāgrauatur, habet exultationes suas manifestas & periculosas menti nostrā. Caro est enim adhuc corruptibilis, nondum resurrexit. Nā non semper sic erit, nondū habet statum propriū cōlestis habitudinis. Nōdum enim facti sumus æquales angelis dei. Ne ergo arbitretur dilectio vestra, q̄ inimica sit caro spiritui, quasi alter sit author carnis, alter sit author spiritus: multi enim hoc putantes vere rāpti ab ipsa carne deuiarunt, & alterum authorem carni, alterum spiritui posuerunt. Utuntur autē quasi testimonio apostolico, quod nō intelligunt, Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hoc verum est, sed quare & aliud non attendis? Nemo enim vnquā carnem suā odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. In illa prima sententia quam cōmemorauī, quasi quādā lucta duorum inimicorum videtur, carnis & spiritus, quia caro cōcupiscit aduersus spiritū, & spiritus aduersus carnem: in hac autem, tanquā copulatio coniugalī. Nemo enim vnquā carnē suā odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam. Quid ergo facim⁹ inter has duas sententias? Si contrariae sunt, quā respueamus, quam tenebimus? Sed nō sunt contrariae. Intendat enim charitas vestra, interim ego ambas accipio, & ambas concordēs quantū potuerim, demonstrabo. Tu autem quisquis alium authore carnis cōstituis, alium spiritus, de illa quid agis: Nemo enim vnquam carnē suā odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut Christus Ecclesiam? Vel similitudo non te terret, quia nutrit, inquit, & fouet eam, sicut & Christ⁹ Ecclesiam? Cōpedem putas carnem. Quis amat cōpedem suā? Carcerem putas carnē? Quis amat carcerē suum? Nemo enim vnquam carnem suā odio habet. Quis non oderit vinculum suum? quis non oderit pōnam suam? & tamen nemo vnquā carnem suā odio habet, sed nutrit & fouet eam, sicut & Christ⁹ Ecclesiam. Tu ergo qui alium authorem ponis carni, aliū authorem spiritui ponis, alium positurus es Ecclesiam, aliū Christo. Quod quis sapit, desipit. Diligit ergo vnusquisque carnem suā, Apostolus dicit, & prēter Apostoli dictum vnusquisq; in se probet. Quantumlibet enim sis domitor carnis, quantalibet in eā leuitate accendaris, nescio vtrum non claudes oculū, si aliquis istus immineat. Est ergo quasi quoddā coniugiū spiritus & carnis. Vnde ergo caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnē? Vnde ista pōna, quā ducta est de mortis propagine? Vnde dictum est, Omnes in Adā moriuntur? Et vnde dicit Apostolus, Fuimus aliquando & nos natura filij irāe sicut & ceteri? Accepit enim ille vindictā mortis, de quo nati sumus, & trahimus quod vincamus. Et ideo cōcupiscimus aduersus carnē, vt nobis domitam carnē subiciamus, & eam ad obediendū attrahamus. Nunquid ergo odimus, quē nobis cupimus obedire? Dat vnusquisque & in domo sua plerunq; disciplinā coniugi suae, & eam subiugat renitentē, nō per-

sequitur inimicantem. Filium tuum domas vt tibi obediat, nunquid odisti, nunquid deputas inimicum? Seruū postremo tuum diligis & castigas, & in castigando obediētem facis. Habes de hac re ipsius Apostoli manifestam, plenamq; sententiam: Non sic curro, inquit, tanquam in incertum, non sic pugillor quasi aērem cadēs, sed castigo corpus meū, & in seruitutem redigo, ne forte aliis prādicans, ipse reprobus inueniar. Habet ergo caro ex cōditione mortali quasi quosdam terrenos appetitus suos, in hos tibi ius freni concessum est: regat te prāpositus, vt possit a te regi subiectus. Infra te est caro tua, supra te est deus tuus. Cum vis vt seruiat tibi caro tua, admoneris quomodo te oporteat seruire deo tuo. Attendis quod sub te est, attende & quod supra te est. Leges in inferiorem non habes nisi a superiore. Seruus es, seruum habes, sed dominus duos seruos habet. Seruus tuus plus est in potestate domini tui, quā in tua. Itaq; vis tibi obediri a carne, nunquid in omnibus potest, in omnibus obtemperat domino tuo? Nō in omnibus obtemperat tibi. Quomodo, inquis? Ambulas, pedes moues, sequitur: sed nunquid quantū vis ibit tecum? Animatur a te, nunquid quandiu vis? nunquid quando vis, doles? quando vis, sanus es? Exercet enim te plerunque dominus tuus per seruum tuum, vt quia fuisti domini contemptor, merearis emendari per seruum. Sed ad te quid pertinet, delectationem carnis nō relaxare vsque ad illicita aliquantum, & a licitis refrenare? Qui enim a nullis refrenat licitis, vicinus est & illicitis. Proinde fratres, licitum est coniugium, illicitum est adulterium, & tamē tēperantes viri, vt longe sint ab illicito adulterio, refrenant se & aliquantum a licito coniugio. Licita est satietas, illicita est ebrietas, tamen modesti homines vt longe se faciant a turpitudine ebrietatis, castigant se aliquantum & a libertate satietatis. Ita ergo agamus fratres, temperemus: & quod facimus, sciam⁹ quare faciamus. Cessando a lēticia carnis, acquiritur lēticia mentis. Proinde finis nobis ieiuniorum nostrorum ad iter nostrum, quid sit ipsum iter, & quō tendamus, hoc considerandum est. Nanque & Pagani ieiunant aliquando, & nec regionem quō tendimus, norunt: & Iudaei ieiunant aliquando, & viam in qua ambulamus non apprehenderunt. Tale est hoc, ac si aliquis equum domet, in quo erret. Ieiunāt heretici, video quales eant: interrogo, quō eant, ieiunatis vt cui placeatis? Deo, inquit. Munus putatis accipite? Sed prius vide quid dicit, Relinque mun⁹, & vade prius reconciliare fratri tuo. Nunquid membra tua recte domas, qui Christi membra dilanias? Auditur, inquit, in clamore vox vestra, & eos qui sub iugo vestro sunt, stimulas & caditis pugnīs. Non tale ieiuniū elegi, dicit dominus. Improbaretur ergo ieiunium tuū, si immoderatus seuerus existeres in seruum tuum: approbabitur ieiunium tuum, cum non agnoscis fratrem tuum? Nō ego quāro a quo cibo abstineas, sed quē cibū diligas. Dic mihi quem cibum diligas, vt approbem q̄ ab isto cibo te abstineas. Diligis iustitiā? Forte, inquis, diligo. Appareat ergo iustitia tua. Puto enim iustum esse vt maiori seruias, quō tibi minor obtemperet. De carne enim loquebamur, quā minor est quā spiritus, & quā domanda ac moderanda subiecta est. Agis cū ea vt obtemperet tibi, & subtrahis ei cibum, q̄ ames subiectam tibi: agnosce maiorem, agnosce superiorē, vt tibi recte cedat inferior. Quid si caro tua obedit tibi, & tu non obedis deo tuo? Nōne ab ipsa dānaris, cum tibi obtemperat? Nōne obtemperando tibi cōtra te dicit testimonium? Et cui, inquit, maiori obtemperē? Ecce Christus loquitur

Ioan. 15.

**A** loquitur iustitia. Amatorem te dixerat, Mandatum nō unum do vobis, vt vos inuicem diligatis. Audi ergo dominum tuum mandatum dantem, vt nos inuicem diligamus. Cum ex nobis omnibus tanquam mēbris corpus sibi faciat, quod corpus habeat vnum caput ipsum dominum & saluatorem, tu contra diuellis te a membris Christi, non amas vnitatem. Non hoc expauesceres in membris tuis, si distortum digitum haberes, non ad correctorem digiti tui medicum curres? Certe tūc se habet bene corpus tuum, quādo sibi concordant mēbra tua: tūc diceris sanus, tūc bene vales. Si autem aliquid in tuo corpore dissentiat ab aliis partibus, quæris qui emendet: cur ergo non quæris emendari, vt compagini membrorum Christi reuocaris, & congruas in ipso corpore & tuo? Certe viliores sunt ceteris membris capilli tui. Quid vilius in corpore tuo capillis tuis? Quid contēptius, quid abiectius? Et tamen si male te tōdeat, irascaris tonfori, quia in capillis tuis non seruat equalitatem, & tu in membris Christi nō tenes vnitatem. Quid sunt ergo, aut cui rei prosunt ieiunia tua? Indignū deum cui putas, cui ab omnibus qui in eum credunt in vnitatem seruiatur, & tamen vis in membris tuis, in corpore tuo, in capillis tuis vnitatem seruari. Loquūtur viscera tua, membra tua cōtra te dicunt verū testimoniū, & tu falsum contra membra Christi. Discruisti te a ieiunio Paganorū. Hoc putas, & ideo securus tibi videris. Ego enim, inquis, Christo ieiunio, illi autē idolis & demoniis. Accipio quod dicis, & reuera non nego, discretum est. Sed ecce quēadmodum contra te pauloante me cōmemorante, dicebant testimonium membra tua, vt admonerem te qualis esse debeas cum membris Christi dei tui & ipsi Pagani, a quibus separas ieiunium tuū, admoneant te aliquid de vnitatem Christi tui. Ecce illi multos deos falsos non diuisi colunt, nunquid nos vnū verum deo inuenimus, vt sub vno in vnitatem nō simus? Multos illi & falsos, nos vnum & verum: & illi sub multis falsis non habent diuisionem, nos sub vno vero non tenemus vnitatem. Non doles, non gemis, non erubescis? Aliud addo. Non solum multos deos falsos Pagani colunt, sed plerūq; sibi contrarios & inimicos. Verbi gratia, cōmemoremus aliqua ipsorum, si cuncta nō possumus. Hercules & Iuno inimici fuerūt, homines enim fuerunt, priuignus ille, nouerca illa, vtrique eorum Pagani templa fecerunt, & Iunoni & Herculi. Adorant illum, adorant illam, pariter eūt ad Iunonem, pariter ad Herculem. Illis sibi iratis, concordēs sunt. Vulcanus & Mars inimici sunt, & iustam causam habet Vulcanus, sed da iudicē qui audiat. Odit enim miser vxoris adulterium, nec tamen audeat cultores suos a Martis templo prohibere. Simul adorant & illum & illum. Si imitantur deos suos, litigant, & ipsi eunt de templo Martis ad templum Vulcani. Magna indignitas: nec tamen timēt ne sibi irascatur maritus, q̄ ad eum venitur de templo Martis adulteri. Habent cor, sciunt lapidem sentire nō posse. Ecce colentes multos, falsos, diuersos, aduersos, tenent tamen in eis colendis qualemcunq; vnitatem. Ecce dicunt contra te testimonium & ipsi Pagani, a quibus tua ieiunia separasti. Veni ergo ad vnitatem frater: Vnū deum colimus, nunquā patrem & filium vidimus litigantes. Nec mihi Pagani succēseant q̄ hac dixi de diis eorum. Quare enim irascantur verbis meis, & non potius literis suis? Illas prius si possunt, imō si volūt, deleāt. Non eis docendis grammatici vela suspendant. Irascitur mihi, quia ego dico, qui dat mercedem vt filius ipsius discat. Ergo charissimi, illi quidē tales deos habent,

vel potius habuerunt. Quia enim ipsi eos deserere noluerunt, ab eis deserti sunt. Et multi deseruerunt eos, & adhuc deserunt eos, deiciunt templa eorum in cordibus suis: sed gaudeamus de illis, quia veniunt ad vnitatem, non ad diuisionem. Non inueniat Paganus occasionem, qua nolit esse Christianus. Concordemus fratres colentes vnum deū, vt & illos deserere multos deos exhortemur quodammodo nostra concordia, vt ad pacem & ad vnitatem veniant colendū vnum deum. Et si forte fastidiunt, & hinc nobis calumniantur, quōd vnitatem inter nos Christiani non habemus, & inde sunt tardi & pigri ne veniant ad salutem, alloquar & ipsos paululum, & dicam, quod eis dicatis: non præferant nobis quasi concordiam suam, non sibi tanquam de vnitatem sua placeant. Hostem quippe quem patimur, illi nō patiuntur: illos, & non ista agentes ipse possidet. Videt eos adoratores falforum deorū, videt eos seruos, & seruos demoniorum. Quid illi lucri est, quia litigant: aut quid damni est, quia non litigant? Et vnum quantum falsum & vanum sentientes, sibiq; consentientes, sic eos possidet. At vero cum desereretur, & multi ad vnū deū concurrerent, eius sacrilega sacramenta desererent, templa euerterent, idola frangerent, sacrificia prohiberent, vidit se perdidisse quos tenebat, vidit a sua familia recessisse, verum deum cognouisse, quid faceret, quomodo insidiaretur? Cōcordes nos scit quōd possidere nō possit, vnum deum nobis diuidere non potest, falsos deos nobis supponere non potest, sentit esse vitam nostram charitatem, mortem nostram dissensionem, lites immisit inter Christianos, quia multos deos non potuit fabricare Christianis, sectas multiplicauit, errores seminavit, hæreses instituit, sed quicquid fecit, de palea dominica fecit. Ecce securitas nobis est, licet illo scilicet, licet illo insidiante, & dissensiones varias inter Christianos seminante, si deum nostrum agnoscamus, si cōcorditer teneamus, si fidem seruemus, securi simus fratres. Frumentum de area, aut non recedit, aut redit, aliquid palearum auferit vento tentationis, vnde nobis faciat non viā perditionis, sed opus exercitationis. Quātam vero paleam non tollit foras, & ipsa tamen in ultimo ventilanda est, & non ita tota palea, nisi in ignem. Satagere ergo debemus fratres mei, cum tempus est, quantis possumus viribus, quanta possumus intentione, vt si fieri potest, & palea redeat dum frumenta non pereant. Dilectio nostra hic probatur, magnum opus vitæ nostræ proponitur. Non nos inueniremus quantū fratres diligamus, si nemo periclitaretur: non appareret quanta esset dilectio inquisitionis, si nihil teneret abyssus perditionis. Laboremus fratres, non cessemus, omni opere, omni sudore, affectu pio ad deum, ad illos inter nos, ne illorum veterem litem sopire volētes, inter nos nouas rixas faciamus, & ante omnia cauti simus inter nos ipsos tenere firmissimam dilectionem. Illi gelauerūt in iniquitatibus suis: quomodo in eis tu solues glaciem iniquitatis, si non ardes flamma charitatis? Nec curemus quōd eis molesti videmur compellendo, attendamus quō in eo securi simus: nunquid enim ad mortem, & non potius a morte? Omnino quibuscunq; modis possumus, sed modeste vetusta vulnera pertractemus, & cauti simus, ne inter man⁹ medici deficiat, qui curatur. Quid itaque curandum nobis est, quia plorat puer qui ad scholam ducitur? Cogitandum nobis est, quia repellit manus medicis qui secatur. Piscatores fuerunt Apostoli, & dominus dixit eis, Faciam vos piscatores hominū. Per Prophetam autem dicitur, quōd deus primo piscatores

Matt. 4.  
Hier. 16.

Gal. 5.

Eph. 5.

1. Corin. 15.

Eph. 2.

1. Cor. 9.

L

M

Matt. 5.

**G** piscatores erat missurus, postea venatores. Primo piscatores missi, postea venatores mittit. Quare piscatores, quare venatores? De abyssu & profundo maris suspensionis idololatriæ credentes, piscati sunt retibus fidei. Venatores autem quò missi sunt, cum illi vagarentur per montes & colles, id est, per superbias hominum, per tumores terrarum. Mons vnus, Donatus: & alius mōs, Arrius: alter mons, Fotinus: alter mons, Nouatus: per istos montes errabant, venatoribus indigebat error ipsorum. Ideo & distributa sunt officia piscatorum & venatorum, ne forte isti dicant nobis, Quare Apostoli neminem coegerunt, neminem impulerunt? Quia piscator est, retia mittit in mare, quod incurrerit, trahit. Venator autem sylvas cingit, lentis excutit, terroribus vndiq; multiplicatis cogit in retia. Ne hæc eat, ne illac eat: inde occurre, inde cæde, inde terre, non exeat, non effugiat, sed retia nostra vita est, tantum dilectio conferuetur. Nec attendas quàm illi sis molestus, sed quàm tibi ille sit dilectus. Qualis pietas si parcis, & moritur? Fratres, hanc etiam considerate comparationem & similitudinē, vna enim res multas similitudines habere potest, ea conditione, Nascuntur homines vt velit sibi omnis homo à filiis suis succedi, & nemo est, qui non hūc ordinem in domo sua vel optet vel speret, vt generatores filiorum cedant, & generati succedant: tamen si pater senex agrotet, non dico si filius cui assit pater, quem querit hæredem, quem cupit successorem, quem propterea genuit, vt illo mortuo ipse viuat, non hoc dico: si pater agrotet senex, iturus iam vicinus morti, iam naturæ ordinem petens, iam vltra quod speret, non habens: tamen si agrotet, & assit illi pater filius eius, & videat eum medicus lethali & noxio somno premi, patiens est in senem moriturum propter ipsos paucos dies, quibus hic potest viuere: stat filius, & adest patri sollicitus, & cum audierit medicum dicentem, iste homo lethargicus potest esse, & inde mori, si permittatur dormire, si vultis eum viuere non dormiat, illum somnus ille noxius premit, qui & noxius est, & dulcis est. Filius autem eius admonitus à medico, stat sollicitus patri, molestus pulsat, & si pulsatio eius vincitur, vellicat, & si vellicatio nihil agit, pungit. Certe molestus est patri, & esset impius, nisi molestus esset. At ille quem delectat mori, molestum sibi filiū tristi aspectu & voce reuerberat, Quiesce mihi, quid mihi molestus es? Sed medicus ait, Quia si dormieris, morieris. Et ille, Dimitte me, mori volo. Senex dicit, mori volo, & puer impius est, si non dicat, ego nolo. Et illa vita vtrique temporalis est, nec ille in ea perpetuus erit, cui filius est molestus vt excitet: nec ille qui abeunt patri & decedenti succedit, ambo per eam transeunt, ambo per illam temporaliter transiunt, & tamen impij sunt, nisi ad ipsam sibi temporalem etiam cum inuicem molesti sunt, consulant. Ergone video fratrem meum somno noxiæ consuetudinis premi, & non excito, dum timeo molestus esse dormienti atque perentia? Abiit à me vt hoc facerem, nec si illo viuo nostra angustaretur hæreditas. Nunc vero cum illud quod accipitur sumus diuidi non possit, cum possessore multiplicato angustari non possit, non eum erigam vel molestum vt vigilet, & carēs somno vetustissimi erroris mecum in hæreditate gaudeat vnitatis? Prorsus faciam, si vigilo faciam, si non facio, & ego dormio. Charissimi, dominus interpellatus est à quodam cum turbis loqueretur, & ait illi, Domine dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. Et dominus, Dic homo, quis me constituit diuisorem hæreditatis inter vos? Non vtrique de-

dignabatur compescere cupiditatem, sed nolebat fieri iudex ad diuisionem. Nos autem charissimi, non eum rerum talium iudicē requiramus, quia nec talis est hæreditas nostra: pura fronte, bona conscientia interpellamus domino nostro, & dicat ei vnusquisque nostrum, Domine dic fratri meo non vt diuidat, sed vt teneat mecum hæreditatem. Quid enim vis diuidere frater? Quod enim dimisit nobis dominus, non potest diuidi. Aurum est enim, vt stateram diuisionis proferat, argentum est, pecunia est, mancipia sunt, pecora sunt, arbores sunt, agri sunt: Omnia enim ista diuidi possunt. Non potest diuidi, Pacem meam do vobis, pacem meam dimitto vobis. Postremo in ipsis etiam terrenis hæreditatibus diuisio minorem facit: constituit duos fratres sub vno patre, quicquid possidet pater, amborum est, totum illius, totum & illius. Proinde si de rebus suis interrogentur, sic respondet. Cuius est, verbi gratia, equus ille? Et si vni eorum dixeris, noster est. Cuius ille fundus, ille seruus? In omnibus respondet, noster est. Si autem diuidant, iam aliud respondetur. Cuius equus ille? meus: cuius iste? fratris mei. Ecce quid tibi fecit diuisio? non vnum acquisisti, sed vnum perdidisti. Si ergo & talem hæreditatem haberemus quæ diuidi posset, diuidere tamen non deberemus, ne nostras diuitias minueremus. Et certe nihil tam importunum filiis, quàm viuo patre velle diuidere. Denique si hoc facere moliantur, si litibus & contentionibus studeant ad vendicandas sibi quisque partes suas, exclamat senex, Quid facitis, adhuc viuo? expectate paululum mortem meam, tunc secate domū meam. Nos autem deum patrem habemus, quid imus in diuisionem, quid imus in lites? Certe expectemus, si mori potuerit, diuidamus.

Finis.

DE VRBIS EXCIDIO  
TRACTATVS.

Incerti authoris.



**L**ntueamur primam lectionem sancti Danielis Prophetæ, vbi eum audiimus oratē, & mirati sumus, peccata non solum populi sui, sed & sua propria contententem, nam post ipsam orationem, cuius quidē verba indicabant eum non solum deprecatorē, sed etiam confessorē. Post ipsam ergo orationem: cum orarē, inquit, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei domino deo meo. Quis ergo est qui se sine peccato esse profiteatur, cū Daniel Prophetæ peccata propria confitetur: nam superbō cuidam dictum est per Ezechielem prophetam, Nunquid tu sapientior quàm Daniel? In tribus item quibusdam sanctis viris, per quos tria genera hominum significat deus quæ liberaturus est, quando magna tribulatio superuertura est generi humano, etiam hunc Danielem posuit & dixit, quod nemo inde liberabitur nisi Noë, Daniel & Iob: Et quidem manifestū est, quod in his tribus nominibus tria quadam, vt dixi, genera hominum significat deus. Iam enim tres illi viri dormierunt, & apud deum sunt spiritus eorum, & corpora eorum in terra fluxerunt: expectant resurrectionem, & ad dexteram collocationem, nec aliquam in hoc mundo tribulationem

**A**tionem timent, vnde se cupiant liberari. Quomodo ergo de illa tribulatione liberabuntur Noë, Daniel, & Iob? Quando dicebat ista Ezechiel, solus forsitan Daniel in corpore fuit. Item Noë & Iob iam olim dormierant, & somno mortis patribus appositi fuerant: quomodo ergo poterunt de imminente tribulatione liberari, iam olim de carne liberati? Sed in Noë significantur boni præpositi, qui regunt & gubernant Ecclesiam, quomodo Noë in diluuiō gubernauit arcam. In Daniele significantur omnes sancti continentes. In Iob significantur omnes coniugati iuste & bene viuentes. Hæc enim tria genera hominum de illa tribulatione liberat deus. Tamen quantum sit commendatus Daniel, ex hoc apparet, quod vnus ex illis tribus meruit nominari, & tamē confitetur peccata sua. Daniele ergo confitente peccata sua, cuius superbia non contremiscat, cuius inflatio non residat, cuius tumor & elatio non cohibeatur? Quis gloriatur castum se habere cor, aut quis gloriatur mundum se esse à peccato? Et mirantur homines, & vtinam tantum mirantur, & non etiam blasphemant, quando corripit deus genus humanum & flagellis piæ castigationis exagitat, exercens ante iudicium disciplinam, & plerunque non eligens quem flagellet, nolens inuenire quem damnet. Flagellat enim simul iustos & iniustos, quanquam quis iustus, si Daniel Prophetæ peccata propria confitetur? Lecta est ante dies lectio libri Geneleos, quæ vos, nisi fallor, multum fecit intentos, vbi Abraham dicit domino, vtrum si inueniat in ciuitate quinquaginta iustos parcat ciuitati propter eos, an cū ipsis perdat ciuitatem. Respondit ei dominus, quod si inueniat in ciuitate quinquaginta iustos, parcat ciuitati. Deinde Abraham adiecit ad interrogationem, & quæsiuit, vtrum si minus fuerint quinque, & remaneant quadraginta quinque, similiter parcat. Respondit deus parcere se propter quadraginta quinque. Quid pluribus? Paulatim interrogando, & illo de numero detrahendo peruenit ad decem, & quæsiuit à domino, vtrum si decem iustos in ciuitate cōpererit, perdat eos cum reliquis innumerabilibus malis, an propter decem iustos parcat potius ciuitati? Respondit deus, etiam propter decem iustos non se perdere ciuitatem. Quid ergo dicimus fratres? Occurrit enim quæstio nobis valida & vehemens, præsertim ab hominibus qui scripturas nostras impietate insidiantur, non qui eas pietate perquirunt, & dicunt, maxime de recenti excidio tantæ vrbs, Non erant Romæ quinquaginta iusti in tanto numero fidelium, tanto numero sanctimonialium, continentium, tanto numero seruatorum & ancillarum dei, nec quinquaginta iusti inueniri potuerunt, nec quadraginta, nec triginta, nec viginti, nec decem? Si autem incredibile est, quare non deus propter quinquaginta, vel etiam propter decem iustos perperit illi ciuitati? Scriptura non fallit, si se homo nō fallat. Cum de iustitia queritur, & deus de iustitia respondet. Iustos querit ad regulam diuinam, non ad regulam humanam. Cito ergo respondeo, Aut inuenit ibi tot iustos, & pepercit ciuitati: aut si non pepercit ciuitati, nec iustos inuenit. Sed respondetur mihi, manifestū esse quod deus nō pepercit ciuitati, Respondeo & ego, imò mihi non est manifestum: perditio enim ciuitatis ibi facta non est, sicut in Sodomis facta est. De Sodomis enim quæstio erat, quando deum Abraham interrogauit, Deus autem dixit, Non perdam ciuitatem: non dixit, Non flagello ciuitatem. Sodomis non pepercit, Sodomam perdidit, Sodomam penitus igne consumpsit, quam ad iudicium non distulit, sed in ea exercuit

quod aliis malis ad iudicium referuauit. Prorsus nullus de Sodomis euasit, nihil hominis relictum est, nihil peccatis, nihil domorum, cuncta omnino ignis absorbit. Ecce quomodo deus perdit ciuitatem. Ab vrbe autem Roma quàm multi exierunt & redituri sunt, quàm multi manserunt & euaserunt, quàm multi in locis sanctis nec tangi potuerunt. Sed capti, inquit, multi ducti sunt. Hæc & Daniel non ad supplicium suum, sed ad solatium cæterorum. Sed multi, inquit, occisi sunt: hoc & tot iusti Prophetæ à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ: hoc etiam tot Apostoli, hoc etiam dominus Prophetarum & Apostolorum. Sed multi, inquit, tormentis variis excruciatii sunt. Putamusne quisquam tantum quantum Iob horrendus nobis? Nūciatæ sunt strages, facta incendia, rapinæ, interfectiones, excruciationes hominum. Verum est, multa audiuius, omnia genuimus, saepe fleuimus, vix consolati sumus, non ab vno, non nego multa nos audisse, multa in illa vrbe esse commissa, Veruntamen fratres mei intendat charitas vestra quod dico. Audiuius librum sancti Iob, quod perditis reb, perditis filiis, nec ipsam carnem quæ illi sola remanserat saluam potuit obtinere, sed percussus graui vulnere à capite vsque ad pedes sedebat in stercore, putrescens vlcere, sanie fluens, vermibus scatenis, tormentis acerbissimis dolorum cruciatus. Si nobis sic nūciaretur vniuersa ciuitas sedere: sedere, inquit, ciuitas vniuersa, nullo ibi sano, in grauissimo vulnere, & sic putrescere vermibus viuis quomodo mortui putruerunt: quod erat grauius, hoc an illud bellum? Puto quod mitius in carnē humanam ferrum sauiet quàm vermes, tolerabilius de vulneribus sanguis erumperet, quàm de putredine sanguis distillaret. Cadauer corrupti respicis & horrescis, sed ideo minor pœna quod absens anima. At vero in Iob præsens anima quæ sentiret, ligata ne fugeret, sustinuit tamen tribulationem Iob, & deputatum est illi ad magnam iustitiam. Non ergo quisquam attendat quid patiat, sed quid faciat homo. In eo quod pateris, potestas tua nō est, in eo quod facis, voluntas tua vel nocens vel innocens est. Patiebatur Iob, stabat mulier relicta sola: non ad consolationem, sed ad tentationem: non quæ afferret medicinam, sed quæ moueret blasphemiam, Dic aliquid, inquit, in deum, & morere. Videte quemadmodum illi mors beneficium fuit, & tale beneficium nemo dabit. Sed in his omnibus quæ sancta anima sustinebat, patientia exercebatur, fide probabatur, mulier confutabatur, diabolus vincebatur. Spectaculum magnum, & in illa fœditate putredinis præclara pulchritudo virtutis. Vastat latenter inimicus, aperte malum suadet inimica, adiutorium diaboli, non mariti, Eva noua, sed ille non vetus Adam, Dic aliquid in deum & morere. Blasphemando extorque, quod precando non potes impetrare. Locuta es, inquit, tanquam vna ex insipientibus mulieribus. Attendite verba fortis fidelis, attendite verba foris putrescentis, intus integri. Locuta es, inquit, tanquam vna ex insipientibus mulieribus. Si bona percepimus, mala non sustinemus? Pater est, nunquid amandus blandiens, & respuendus corripiens? Nōne pater est, & promittens vitam, & imponēs disciplinam? Excidit ne tibi fidelis? Accedens ad seruitutem, sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem: omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiā habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero acceptabiles in camino humiliationis. Miser, excidit ne tibi? Quæ enim diligit dominus, corripit:

Matt. 25

E

Iob. 2

F

Ecclesiastici

21

Prouer. 31

Heb. 12.

**G**ripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Cogita quoslibet cruciatus, extende animū in quoslibet in hac vita pœnas humanas, compara ad gehennā, & leue est omne quod cogitas. Hic temporalis, ibi æternus est, & qui torquet & qui torquetur. Nunquid adhuc patiuntur, qui illo tempore passi sunt, quo Roma vastata est? **Di**tes autē ille adhuc apud inferos patitur, arsit, & ardet, ardebit, viuet vsque ad iudicium, recipiet carnē non ad beneficiū, sed ad supplicium. Illas pœnas timeamus, si deū timemus. Quicquid hic passus fuerit homo, si corrigatur, emendatio est: si nec sic corrigatur, duplex dānatio est. Et hic enim luit pœnas temporales, & ibi experietur æternas. Dico charitati vestræ fratres, martyres certe sanctos laudamus, glorificamus, admiramur, dies eorum pia solennitate celebramus, merita eorum veneramur: & si possumus, imitamur. Est profecto magna martyrum gloria, sed nescio vtrum minor gloria fuit sancto Iob, nec tamen ei dicebatur, Thus pone idolis, sacrificia diis alienis, nega Christum: dicebatur tamē, blasphemā deum. Nec sic dicebatur, vt intelligeretur, si blasphemaueris, putredo omnis abscelsura sanitasq; reditura est: sed si blasphemaueris dicebat inepta & insulsa mulier, morieris, & moriendo tormentis carebis. Quasi vero morientis blasphemus nō æternus dolor succederet: mulier fatua præsentis putredinis horrebat molestiam, æternam flāmam minime cogitabat: ferebat ille præfens, ne incidere in futurum, tenebat cor à mala cogitatione, linguam à maledictio, seruabat animā integritatem in putredine corporis, videbat quid in futurum euadebat: & ideo quod patiebatur, ferebat. Sic sic vnusquisq; Christianus, quando aliquā afflictionē corporis patitur, gehennas cogitet, & videat quā leue est quod patitur, non murmuret aduersum deum, non dicat, De<sup>9</sup>, quid tibi feci, quare ista patior? Imò dicat, quod dixit ipse Iob quāuis sanctus. Exquisisti omnia peccata mea, & ea tanquam in saculo signasti. Non se ausus est dicere sine peccato qui patiebatur, non vt puniretur, sed vt probaretur. Hoc dicat vnusquisq; cum patitur, Fuerūt Romæ quinquaginta iusti, imò si modum humanū cōsideres, milia iustorum: si regulam perfectionis, nemo iustorum existit, Quicunq; Romæ qui se audeat iustū dicere, à me non audeat: nunquid tu sapientior quā Daniel? Audi ergo illum confitentem peccata sua, an forte cum confitebatur mentiebatur? Hinc ergo habet peccatum, quia de suis peccatis deo non mentiebatur. Sed aliquando argumentantur homines & dicunt, Debet & homo iustus dicere deo, quia peccator est, quāuis sciat nullum se habere peccatum, tamen dicat deo, habeo peccatum, miror si ista consilij sanitas appellanda est? Quis te facit non habere peccatum, nōne deus qui sanat animam tuam? Si tamen non habes peccatum, nam confidera, & inuenies non peccatum, sed peccata. Tamen si prorsus non habes peccatum, nōne illius beneficiū est, cui dixisti, Ego dixi, domine miserere mei, sana animā meam, quoniam peccaui tibi? Si ergo sine peccato est anima tua, sanata est omnimodo anima tua, quare ingratus medico tuo, vt dicas vulnus esse adhuc, vbi omnem sanitatem ille iam perfecit? Si corpus tuum lægūdū, aut vulneratum medico ostēderes, & rogares vt tibi adhiberet curandi diligentiam, atq; ille faceret, sanumq; & incolumem redderet, & tu adhuc diceres, non sum sanus, nōne esses medico ingratus, nōne esses in medicū cōtumeliosus? Sic & deus sanat te, & audes dicere, adhuc vulnus habeo, nec times ne tibi respōdeat: Ergo ego nihil egi, aut totū quod egi, effudi, nō accipio mercedē,

non mereor vel laudē. Auertat deus hanc amentiam, & hāc argumentationē vanā. Dicat homo, peccator sum, quia peccator est: dicat peccatum habeo, quia peccatū habet. Non enim si non habet, sapientior est quā Daniel? Ergo fratres mei, illam quæstionem aliquando determinem. Si iusti sic appellandi sunt, sicut modo quodam humano iusti appellantur, secundū quāndā cōuersationem, qua inter homines viuunt sine querela, multi tales Romæ, & propter hoc pepercit deus, multi euaserūt, sed & eis qui mortui sunt, pepercit deus: Mortui enim in bona vita & vera iustitia, in bona fide, nōne rerū humanarū caruerunt, & ad diuinum refrigeriū peruenerunt? Mortui sunt post tribulationes, quomodo pauper ille ante ianuā diuitis, sed passi sunt famē, passus est & ille, passi sunt vulnera, passus est & ille, forte minus eos canes linxerunt. Mortui sunt, mortuus est & ille, sed quo sine audi, Contigit, inquit, mori inopē illū, & afferri ab angelis in sinu Abraham. Vtinā videre possemus oculis animas sanctorū, qui in illo bello mortui sunt, tunc videretis quomodo deus pepercit ciuitati. Milia enim sanctorū in refrigerio sunt latantium & dicentū, Deus gratias tibi, quia nos à carnis molestiis & tormēto seruasti. Gratias tibi, quia iam nec Barbaros, nec diabolū formidamus, nō timemus in terra famē, non timemus grandinē, non timemus hostē, non timemus illeatorem, nō timemus oppressorē, sed fumus in terra mortui, apud te non morituri, in regno tuo salui, dono tuo non merito nostro. Qualis ciuitas est humiliū quæ ista dicit? An putatis ciuitatē in parietibus deputandā? Ciuitas in ciuibus est, non in parietibus. Deniq; si diceret deus Sodomitis, fugite, quia incēsurus sum locū istum, nōne magnum meriti eos habere diceremus si fugerent, & flāma de cælo descēdens mœnia parietesq; vastaret? Nōne de<sup>9</sup> pepercit ciuitati, quia ciuitas migrauerat, & perniciē illius ignis euaserat? Nōne ante paucos annos iā substracto Imperatore Constantino, quod dico audierūt nonnulli, & forsitan nouerunt, & sunt in hoc populo qui & illic præfentes fuerūt, volēs deus terere ciuitatē, & terrendo emēdare, terrendo cōuētere, terrendo mundare, terrendo mutare, seruo cuidā suo fideli viro, vt dicitur militari, venit in reuelatione & dixit ei, ciuitatē venturo de cælo igne periturā, eūq; admonuit, vt Episcopo diceret, Dictū est, non contēpsit Episcopus, & allocutus est populū, conuersa est ciuitas in luctū penitentia, quēadmodū quondā illa antiqua Ninive: tamē ne putarent homines illū qui dixerat vel falsitate deceptū vel fallaciter decepsisse, venit dies quē de<sup>9</sup> fuerat cōminatus, intētis omnibus, & exitū cum timore magno expectantibus, noctis initio tenebrante iam mundo, visa est ignea nubes ab Oriente, primo parua, deinde paulatim vt accedebat super ciuitatē ita crescebat, donec toti vrbis ingens terribiliter immineret: videbatur horrēda flāma pendere, nec odor sulphuris deerat, omnes ad Ecclesiā confugiebant, non capiebat multitudinē locus, baptisimū extorquebat quisq; à quo poterat. Nō solum in Ecclesiā, sed etiā per domos, per vicos ac plateas salus sacramenti exigebatur, vt fugeretur ira, nō præfens vtiq; sed futura. At tamen post magnā illā tribulationem, vbi exhibuit deus fidē verbis suis, & reuelatione serui sui cepit vt creuerat minui nubes, paulatimq; consumpta est, populus securus paululū factus, iterum audiuit omnino esse migrandum, quōd ciuitas esset proximo sabbato peritura, migravit cum Imperatore tota ciuitas, nemo in domo remansit, nemo domū clausit, longe recedens à mœnib<sup>9</sup>, & dulcia tecta respiciēs, relictis charissimis sedibus

Lucæ.16.

Iob.2.

Iob.14.

Ezæ.28.

Psal.40.

Luc.16.

L

falsis sicuti.

falsis sub Archadio Imperatore.

M

Iob.5.

Fragmentum esse videtur, nescio cuius.



**L**ANTA dignitas humana conditionis esse dinoscitur, vt non solum iubentis sermone, vt alia sex dierum opera, sed consilio sanctæ trinitatis & opera maiestatis diuinæ creatus sit homo, vt ex primo conditionis honore intelligeret quantū suo

conditori deberet, dum tantum in conditione mox dignitatis priuilegium præstitit ei conditor, vt tanto ardentius amaret conditorem, quanto mirabilis se ab eo conditum intelligeret, Faciamus, inquit, hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Nec ob hoc solum quōd sanctæ trinitatis consilio sit excellenter à conditore conditus, sed etiam quōd ad imaginem & similitudinem ipse creator omnium eum creauit, quōd nulli alij ex creaturis donauit. Quæ imago diligentius est in interioris hominis nobilitate consideranda. Primo quidem, vt sicut deus semper vbique totus est, omnia viuificans & gubernans, sicut Apostolus confirmat dicens, Quod in eo viuimus, mouemur & sumus, sic anima in suo corpore vbique tota viget viuificans illud, mouens & gubernans: Neque enim in maioribus suis corporis membris maior, & in minoribus minor, sed in minimis tota est, & in maximis tota. Et hæc est imago vnitatis omnipotentis dei, quam anima habet in se, quæ etiam sanctæ trinitatis quandam habet imaginem. Primo in hoc, quia sicut deus est, viuunt & sapit, ita anima secundum suum modum viuunt & sapit. Est quoque & anima trinitas in ea qua ad imaginem & similitudinem sui conditoris perfectæ quidem & summæ trinitatis, quæ est in patre & filio & spiritu sancto condita est. Et licet sit illa vnius naturæ, tres tamen in se dignitates habet, id est, intellectum, voluntatem & memoriam. Quod idem licet alijs verbis in Euangelio designatur, cum dicitur, Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua: id est, ex toto intellectu tuo, & ex tota voluntate tua, & ex tota memoria tua. Nam sicut ex patre generatur filius, & ex patre filioque procedit spiritus sanctus, ita ex intellectu generatur voluntas, & ex his iterum ambobus procedit memoria, sicut facile à sapiente quolibet intelligi potest. Nec enim anima perfecta potest esse sine his tribus, nec horū trium vnū aliquid quantum ad suam beatitudinem pertinet, sine alijs duobus integrum constat. Et sicut deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, non tamen tres dii, sed vnus est deus habens tres personas, ita & anima intellectus, anima voluntas, anima memoria, non tamen tres anime in vno corpore, sed vna anima tres dignitates, atq; in his tribus eius imaginem gerit mirabiliter in sua natura noster interior homo, & ex his quasi ex excellentioribus anime dignitatibus iubemur deum diligere, vt in quantum intelligatur, diligatur: & quantum diligatur semper in memoria habeatur. Nec solum sufficit intellectus de eo, nisi fiat voluntas in amore, imò nec hæc duo sufficiunt nisi memoria addatur, quia semper in mente intelligentis & diligentis manet, vt sicut nullum potest esse momentum quo præsentem eum non habeat in memoria. Et hæc habet de imagine. K similitudine

Gene.1.

E

Acto.17.

Math.22.

F

**A**dibus voce miserabili valefecit. Et aliquot milibus tãra illa multitudo progressa, vno tamen loco fundendis ad deum orationibus congregata, magnum fumum subito vidit, & vocem magnam emisit ad deum: tandemq; tranquillitate conspecta, missis qui renunciarent sollicita, quæ prædicta fuerat hora transacta, & renunciantibus quod salua vniuersa mœnia & tecta consistenter, omnes cum ingenti gratulatione redierunt. Nemo de domo sua quicquam perdidit patente, omnis homo sicut dimisit inuenit. Quid dicemus, vtrum ista ira dei, an potius misericordia fuit: quis dubitet misericordissimum patrem corrigere voluisse, terrendo non perdendo punire, quando nihil hominū, nihil domorum, nihil mœnium tanta impendens præsentia calamitatis læsit, prorsus sicut solent manus erigi ad feriendum, & contestato illo qui feriendus erat miseratione reuocari, ita factum est illi ciuitati. Veruntamen si eo tempore quo illa derelicta vniuersus populus abcessit, irrueret vastitas loco, totamq; vrbem sicut Sodomam nullis saltem ruinis remanētibus perdidisset, quis etiam sic dubitaret quod deus pepercisset illi ciuitati, qua præmonita & terribita & discedente atq; migrante locus ille consumeretur: sic minime dubitandum est, pepercisse deum Romæ etiam ciuitati, quæ ante hostile incendium in multis ex multa parte migrauerat. Migrarunt qui fugerūt, migrarunt qui de corpore exierunt, multi præfentes vtcunq; latuerunt, multi in locis sanctis viui saluiq; seruati sunt. Manu ergo emendantis dei correpta est potius ciuitas illa quàm perdita, tanquam seruus sciens voluntatē domini sui, & faciens digna plagis, vapulabit multis. Atque vtinam valeat ad exemplum timoris & malæ concupiscentiæ, sitiens mundum, & appetens perfrui perniciosissimis voluptatibus, demonstrante domino quàm sint instabiles & caduce omnes seculi vanitates & insaniæ mendaces, potius refrenentur q̄ sub flagellis dignissimis aduersum dominum murmuretur: sed vnam tribulationem sentit area vt stipula concidatur, granum mundetur: vnum ignem patitur fornax aurificis, vt palea in cinerē pergat, aurum sordibus careat: sic & vnam tribulationem Roma pertulit, in qua vel emendatus liberatus est pius, impius autē damnatus est, siue ab hac vita raptus sit vbi magis pœnas iustissimas lueret, siue hic remanserit vbi damnabilis blasphemaret. Nō ergo nos moueat labor piorum, exercitatio est non damnatio, nisi forte horremus cū videmus indigna & graua in hac terra perpeti aliquem iustum, & obliuiscimur quæ pertulerit iustus iustorum, sanctorūq; sanctorū. Quod passa est vniuersa illa ciuitas, passus est vnus. Sed videte quis vnus, rex regum & dominus dominantium, comprehensus, vincētus, flagellatus, contumeliis omnibus agitatus, ligno suspensus & fixus, occisus. Appende cum Christo Romam, appēde cum Christo totam terrā, appēde cum Christo cœlum & terram, nihil creatum cum creatore pensatur, nullum opus artificis cōparatur. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, & tamen à persequentibus deputatus est nihil. Feramus ergo quod nos deus ferre voluerit, qui nobis curandis atq; sanandis, quis etiam dolor sit vtilis sicut medicus nouit. Certe scriptum est, Patientia opus perfectum habet: quod autem erit opus patientiæ, si nihil aduersi patiamur? Cur ergo mala temporalia perpeti recusamus, an forte pernici formidamus? Sed planē oremus & gemiscamus ad dominum, vt feruetur erga nos quod Apostolus dicit, Fidelis deus qui non vos sinet tentari supra id quod potestis, sed facit cū tentatione etiam exitum vt sustinere possimus. Amen. Tonus nonus.

Lucæ.12.

Apoca.19.

Iacobi.1.


1. Cor. 10.



G similitudine aliqua intellige, quæ in moribus cernenda est, ut sicut creator deus qui hominem ad similitudinẽ creavit, charitas est, bonus est, iustus est, patiens & mitis est, mundus & misericors est, & alia virtutum sacra insignia, quæ de eo leguntur: ita homo creatus est ut haberet charitatem, ut bonus esset, iustus, patiens ac mitis, mundus & misericors foret. Quas virtutes, quanto plus habet in seipso, tanto propinquior est deo, & maiorem sui conditoris similitudinem gerit. Si verò, quod ablit, aliquis per devia viciorum & divortia criminum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine aberret, tunc fiet de eo quòd scriptum est, Homo cum in honore esset, non intellexit, &c. Quis maior honor poterat homini esse quàm ut ad similitudinem sui conditoris concreatur, & eisdem virtutum vestimentis ornaretur, quibus & conditor? De quo legitur, Dominus regnavit, decorem indutus est, id est, omni splendore virtutum & totius bonitatis decore indutus. Vel quod maius potest esse homini dedecus, aut infeliciores miseria, quàm ut hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem & in irrationabilem brutorum imbecillitatem delabatur similitudinem: Quapropter quisque diligentius attendat primæ suæ conditionis excellentiam, & venerandam sanctæ trinitatis in seipso imaginem agnoscat, honoremque similitudinis divinæ, ad quam creatus est, nobilitate morum, exercitio virtutum habere contendat, ut quando apparuerit qualis sit, tunc similis illi appareat, qui se mirabiliter ad suam similitudinem in primo Adâ condidit, mirabilius in secundo reformavit.

DE ARBORE SCIENTIAE  
boni & mali Tractatus.

Non est Augustini.



**L**EGIMVS in Genesi dixisse dominum ad Adam, Ex omni ligno quod est in paradiso edite, de ligno autem dinoscetia boni & mali, quod est in medio paradisi, non edatis: qua die autem ederitis, morte moriemini. Multos scimus, fratres charissimi, de hac arbore questiones vanas mouisse, qui dicant Adam non voluntate peccasse, quia in illa arbore fuit dinoscetia boni & mali: & dum hominis culpam excusare nituntur, sic deo conditori iniuriam faciunt: quibus ratio reddenda est, ne diutius questiones malas moveant; aut vsque adhuc in errore taliter sentiendo lateant, sed si volunt nosse teaceant & audiant, ne stulta loquendo, deo conuitium faciant. Vna arbor fuit in medio paradisi, explorans hominis voluntatem: in ea vita pendebat, in ea & mors transgressione latebat: in ea apparuit transgressio, in qua firmata fuerat legis preceptio. Dixit deus, Ex omni ligno quod est in paradiso edite, de illa vero arbore quæ est in medio paradisi non edatis, ne morte moriamini. In hoc verbo lex erat a deo posita homini, in ea fuit premium constitutum est interminatione sententia. Deus dixit, Si gustaueritis, morte moriemini. Et diabolus dixit, Non morte moriemini. Et stetit homo inter deum factorem, & diabolum deceptorem. Deus mortem minatus est, si arboris fructus tangatur: diabolus deos futuros esse eos promittebat, si arbor illa violetur: & appetita est venenosa dulcedo, & contempta est salubritas perpetuæ vitæ. Sed di-

cit aliquis calumniator, Vides quia in illa arbore fuit mors? Respondeamus vanæ quæstioni: non fuit planè in eadem arbore facta, sed inuenta per hominem. Hac probatio fuit hominis, non deceptio salutaris. Nam si deus hominem non amasset, nec & fecisset, nec & antea præmoneret si mortificare voluisset: quod si antea non præmoneret, non erat misericordia sed impietas, nec iustitia sed iniustitia, ut ipse misericorditer fecisset. Iniusta hæc impietas nec in homine esse debet, quãto magis nec in deo fuisse credenda est, qui fons pietatis & bonitatis est. Quis hominum, fratres mei, opus suum perire patiat, aut fabricam suam ruinæ tradat, aut filium quæ genuit in foueam mortis impingat? Si in homine ista crudelitas non est, nec in deo credas fuisse, qui fabricam suam, id est, hominem bene disposuit, & imminenti eius ruinæ destinatam præcepto suffulsiit ne caderet: sed stare non potuit, quare, quia audire deum noluit. Quid ergo imputamus deo, si Adam cecidit, qui ut caderet dei præceptum contempsit? Dic mihi, arbor ipsa bona fuit, an mala? Dicturus es mala, mala utique, de qua homo pomum rapiendo mutatus est in mortem. Ergo arbor fuit mala, an transgressio mandati? Planè L arbor: nam si mala non fuisset, Adam non cecidisset. Hæc dicit, non intendens virtutem scripturarum. Nam sicut scriptum est, in illa arbore fuisse dinoscetiam boni & mali: ita scriptum est, Et vidit deus quæ fecit, & ecce bona valde. Illud credis quod te in errorem inducat, & hoc non credis quod te ad salutem perducatur? Vis nosse qui calumniaris, quia arbor illa non fuit mala sed bona: nec in ea facta est a deo mors, sed homo sibi mortem creavit. Dic mihi calumniator, ferrum bonum est an malum? Sine dubio dicturus es, malum. Et quare malum & non bonum, cum omnia quæ deus fecit, bona sunt valde? Quale bonum dicit esse ferrum, unde homines perimuntur? Audi ergo, non ferrum est malum, sed qui ad facinus utitur ferro, ipse malus est. Nam vis nosse quia bona est ferrum? Vnus eo utitur ad putandam vineam, & alius ad perpetrandum homicidium, alius se pascit ferro, alius innocentem perimit gladio, vnus ferro agrum colit, alius in fauce ferro sanguinem fundit, vnus operatur ferro ut vitam sustentet suam, alius autem ferro vitam eripit alienam. Nam & iudex gladium portat, ut in reum animaduertat, innocentem absoluat. Adhuc audi si vacat calumniator, Vinum bonum dicit esse an malum? Puto quod bonum dicas esse, non malum, & hoc æquitatis iudicio, non ebrietatis beneficio. Ergo bonum M est vinum, valde bene quod vinum confessus es bonam esse dei creaturam, & ego confiteor bonam esse: quare ergo vnus accipit cum sobrietate, alius ad ebrietatem? Nunquid vnus, quia debriatur & turpis videtur, ideo mala dicenda est dei creatura: alius sobrie viuit, & deum in ipsa sobrietate benedicat? Nam qui inebriatur in foueam cadit, & aliquoties mortem incurrit. Cibi quos nobis dominus largiri dignatus est, ad vtendum non sunt mali, sed boni, & tamen si amplius sumantur, perniciosi sunt & nocui, nunquid ideo dicenda est mala dei creatura, quia nocet aut aliquibus perniciosus est? sed quia in perniciem salutis suæ amplius præsumunt, & quod deus generi humano largitus est, ipsis nocium est, & quæ dicturus sum penè omnibus nota sunt. Scimus aliquos, multo vino & cibo præfocatos, nunquid in vino aut in cibus fuit mors? Ablit, sed intemperantia ciborum fecit eos in mortem cadere. Sic & ferrum non ideo dicendum est malum, quia de eo latro facit homicidium, sed ipse malus est, quia eo utitur ad perimendum

A dum hominem, ita & illa arbor non fuit mala, sed bona, sed fuit malum quod homo dei præceptum transgressus est. Nam bonum est, quicquid deus homini ad vtendum tribuere dignatus est. Ecce de nouo testameto profero testimonium, bona esse omnia quæ deus fecit. In actibus Apostolorum legimus, obdormisse Petrum & visum vidisse, deponi de celo vas quoddam candidum ut linteam, in quo erant quadrupedia, volatilia & serpentina terræ posita. Et dixit ad eum vox: Surge Petre, victima & manduca. Et Petrus ait, Absit domine, quoniam nunquam comedi omne commune & immundum. Cui dixit: Quod deus sanctificauit tu ne commune dixeris. Quid est calumniator? Ecce non solum bona, sed & sanctificata esse omnia diuino ore probauimus. Arbor hæc non fuit mala, sed bona: nec in ea aliquid mali potuit reperiri, sed homo fuit a semetipso malus, qui male vsus est bono quod fecerat deus. In hoc mala voluntas hominis cognoscitur, ut cui omnis paradisi subiacuit, ad arborem interdictam manum extendens mortem incurrit: si vnâ arborem ei diuinitas largiretur, & omnis paradisi fuisset interdictum, sufficere debuerat quod ei largitus est deus. Sed quia amplius voluit quàm quod ei voluntas largientis indulsit, & hoc quod habuit amisit, & in mortem nihilominus incurrit. Peccatum Adæ cui imputandum est: Deo qui monuit, aut ei qui audire noluit: medico qui vulnerato obseruandi præceptum dedit, aut vulnerato qui contra medici præceptum noxia poma gustando causam transgressionis incurrit: Medicorum ars est, ut eis quos viderint nimia aegritudine laborantes, ea prohibeant quæ perniciosa saluti, aut periculum procreant. Quod si agrotus contra medici præceptum per intemperantiam contraria sumens mortem incidit, quid pertinet medico qui præuidens causam obseruationem indixit? Ita nec medico animarum deo imputandum est, quod Adam cecidit, qui eum ante monendo in æternum viuere voluit. Multa supersunt de istis quæstionibus quæ dicenda sunt, sed hora præterit singula dicere, ne longitudo sermonis fastidium faciat auditoribus. Debitorem me dico, dilationem peto, sed vereor, ne debitor occurrat & creditor absentiam procreet, Debitum curo soluere sermonem, sed pristinos meos non inuenio creditores, aliquos video, aliquos requiro. O creditor piger, conueneris ut debitum exigas, quid tuam absentiam procuras: debitor satisfacere creditori cupit, & creditor desidiosus absentem se facit. No uam rem video, instat creditor debitori, ut debitum recipiat, excusat. Sed quid interest, si creditor venire noluit, reddat debitor quod promisit. Adhuc calumniator ille pristinus tot probationibus conuictus non acquiescit, sed dicit: Sciebat deus hominem posse peccare, an non? Respondeamus ei, ne sibi videatur aliquid dixisse: Sciebat plane. Si ergo sciebat eum posse peccare, quare non eum reuocauit a peccato? Quare: quia inuitum non decuit coronare. Quis vnquam fratres mei premium non pugnantem dat, aut quæ corona non dimicanti, aut quæ sine cõsuctu victoria? Audi Apostolum diuino ore loquentem, Nemo coronatur nisi qui legitime certauerit. Adam nec pugnavit, nec certamen cum diabolo suscepit, sed ad vnâ suggestionem premium immortalitatis amisit. Victus est qui non pugnavit, succubuit voluntati non necessitati. O calumniator qui signare te nescis & deo vis calumniari, quia Adam non voluntate peccauit. Nempe Iob homo fuit similis illi, quanta perpeffus est & tolerauit, pugnavit & vicit, a deo in potestatem diabolo datus est & sustinuit: Et utique quæ scie-

Tomus nonus.

bat deus penitus superari non posse, in potestatem non debuit dare: sed ideo taliter probare eum voluit deus, ut nobis excusationis & calumniæ articulum amputaret. Expoliatus diuitiis & censu, vinci non potuit, quia nec voluit. Filios amisit & dominum benedixit. Parum est hoc, postea vlceribus plenus, in stercore iacuit, & nihil mali aduersus dominum loqui potuit: licet doloribus vrgebatur liqui, sed verba non fuerant improprie, cui iam vxor non adiutorium, sed deceptio fuit: adiutorium quidem diaboli, sed deceptio mariti, subornata a diabolo talia persuadebat dicens, quando pateris hæc: Dic verbum contra dominum ut indignetur tibi & moriaris. O affectus vxoris. O malignitas coniugalis. Potuit enim dixisse, confitere deo, ut ppitietur tibi & viuas, blasphemam, inquit, deum, ut indignetur tibi & moriaris. O argumenta serpentis antiqui, per vxorem putauit Iob decipere, & vnus animus vulneribus plenus, nec sic quidè valuit ad blasphemiam incitare. Adam vero quid tale pertulit: quare diabolo potius quàm deo obediuit? Sed adhuc calumniator dicit: Quare dixit deus: Morte moriemini, nisi quia deus ipsam mortem fecit qui eam non auertit. Respondetur tibi & in hoc calumniator ineptissime, si tu cum sis homo habens filios, omnes admones, omnibus præceptum das, ut te sequantur & imitentur in omnibus, & si vnus eorum contemptor extiterit, & per malam conuersationem mortem incurverit, nunquid eius mors tibi imputanda est, & non potius ei qui tuam admonitionem contemnendo mortem incurrit? Sic nec deo mors Adæ ascribenda est, qui eum ante transgressionem ne in mortem incideret monuit. Nam manifestum est monuisse dominum atque noluisse hominem mori, nec ipsam fecisse mortem. Testificatur huic verbo sapientissimus Salomon dicens, Deus mortem non fecit, nec latatur in perditione viuorum. Adâ dei præceptum neglexit & mortem incidit. Reuera fratres Imperatoris sacra nemo sine periculo sui sanguinis contemnit, sed omnes suscipiunt cum tremore, & veneratione & adorant vilissimam chartulam atrameto scriptam, & velut diuinos adorant apices: scripturæ diuinæ leguntur, verba dei tonant, ipse dominus qui admonendo præsens præsentibus loquitur & non auditur, ac fastidiose homines audiunt, aut quod peius est sedentes fabulis vacant. Imperator lóge positus de chartula loquitur, & tremitur, & quasi præsens in illa chartula adoratur: testamētum domini cum recitatur ab aliquibus hominibus & contemnitur. Ipsum Prophetæ clamant, Apostoli prædicant, Evangelia loquuntur, per seipsum hominibus confabulatur & non auditur, Audi præsentem dominum & loquentem: Vbi fuerint, inquit, duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Sed utique, inquit, calumnioli homines: Deus non debuit permittere hominem ut peccaret. O stulti qui hoc dicunt, non considerant, quia deus non statuum fecit lapideam aut ligneam, sed hominem perfectum condidit sui & liberi arbitrij, ut consideraret quid boni appeteret, & quid mali contemneret. Debit timere quod minatus est deus, & contemnere quod persuaserat diabolus, & proposito sibi immortali premio ad hoc debuit habere cor paratum, & creatoris sui seruare præceptum, non exterminatoris audire consilium. Non melius hominem culpo quàm deum? qui hominem fecit, iniuria faciat? O stulta & vana quæstio. Dicunt homines: Deus non debuit hominem permittere ut peccaret, & non dicunt, quia homo male fecit dei præceptum transgrediendo ut peccaret, quia utique ipse homo debuit mortem

K ij timeret

Acto. 10.

Psal. 48.

Psal. 92.

Gene. 2.

Gene. 1.

Gene. 2.

Ibidem.

Gene. 3.

Iob. 2.

E

Sapient. 1.


F

Matt. 18.

**G**timere & ad interdicitam arborem non accedere. Si quisquā hominem, nolo dicere Imperator seculi, iudicis præconem contempserit, non rapitur ad supplicium? Dei præceptum contempserit Adam, & ab aliquibus defenditur, quare culpas deum cū tuo iudicio, & non hominem sine tuo periculo? Quare incusas artificem qui bene fabricauit, & defendis hominē qui adificio suo adesse noluit, qui diuini præcepti immemor fuit, in vulnus transgressiois incurrit? O qui Adam defendis & deo iniuriam facis, ad quod te interrogo, responde mihi: Adam bonus fuit an malus? Dicitur es, bonus. Vt plena sit tua defensio: Si ergo bonus fuit, quare vnum filiū bonū, & alium latronē genuit? Debit bonos ambos creare. Aut si, vt tu dicis, deo faciente peccauit, ambos malos debuit generare. Quare vnū innocentem, & alium effundentē innocentis sanguinē genuit? Vnus dedicauit martyriū, & alius initiavit parricidū. Ergo in quo germanū occidit, reus nō est, quia genitor eius suscepit reatū qui filium creauit, ergo Cain inuitus in iugulū fratris gladiū fixit. Talem iustitiā tenet qui legi calumniari nituntur, vt geniti sint recti, & horum genitores reatu teneantur obstricti. Ecce Adā qui genuit latronē, ecce Cain qui interfecit fratrem, quis ex his duobus reus est, pater qui genuit, aut filius qui germanum crudeli morte peremit? Cessit calumniator, tacuit calūniator, quamuis nūquam aliquid verius dicit qui veritate calumnias facit. Vbi es calumniator, responde mihi pro suscepto tuo, qui de te eras securus, defende quē vsq; modo defendebas. Quare cessisti, quid tacuisti? Ecce pro filij reatu reus tenetur Adam; quare non dicis, nō est reus? Exurrexit qui tacebat, non taceo, inquit, Respondeo planē & defendo: Nec filius pro patre, nec pater pro filio reus est. An ima patris mea est, & anima filij mea est, secundū quod scriptū est: Anima quæ peccauerit ipsa punietur. Quasi experrectus est calumniator ille qui dormiebat, aperuit os suū, cepit loqui, sed modo tacebat. Dic ergo nec pater p filio, nec filius pro patre reus est: Responde pro suscepto tuo, & ego pro deo meo: Defende Adā causam & ego dei mei iniuriā. Tu dicis non esse iustum vt reus sit Adā pro filio, & ego consentio. Si patrem non inuoluit filij reatus ad peccatum, & sicut non est iudicandum pro Cain, sic nec deo quod Adam peccauit imputemus, sed sic agamus vt ad indulgentiam dei veniamus.

Finis.

DE PVGNA ANIMAE TRACTATVS INCERTI AVTHORIS.



**Q**uotquot spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Non sunt filij dei, si nō aguntur spiritu dei. Si autē spiritu dei aguntur, pugnant, quia magnum habet adiutorē. Nō enim nos deus sic expectat pugnantes, quomodo expectat populus venatores. Populus venatori fauere potest, periclitantem adiunare nō potest. Sic ergo & hic caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Et quid est, vt non ea quæ vultis faciatis? Hic enim periculum est mali intellectoris, sit nunc officium qualiscunq; expositoris, vt non ea quæ vultis faciatis. Attendite sancti quicunq; pugnat: Præliantibus enim loquor. Intelligunt qui pugnant, nō

intelligit qui non pugnat. Nā qui pugnat, non dico intelligit me, sed præuenit me, quia vult homo castus vt nulla omnino furgat in mēbris eius concupiscentia aduersaria castitati, pacem vult, sed nondū habet: quando enim ad illud ventum fuerit, nisi nulla omnino exurgat concupiscentia aduersanda, nullus erit hostis cū quo luctemur, nec expectatur ibi victoria, quia iam de hoste triumphatur. Audi ipsam victoriam ipso Apostolo dicente, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitē. Cum autē corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoria. Audi voces triūphantium: Vbi est mors contentio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Percussisti, vulnerasti, deiecisti, sed vulneratus est pro me qui fecit me. O mors, o mors, vulneratus est pro me qui fecit me, & de morte sua vicit te. Et tunc triūphantes dicturi sunt, Vbi est mors contentio tua, vbi est mors aculeus tuus? Modo autem quando caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, contentio mortis est, non quod volumus, facimus. Quare? Quia volumus, vt nullæ sint concupiscentiæ, sed non possumus, velimus nolimus habemus illas, velimus nolimus titillant, blandiuntur, stimulant, infestant. Surgere volunt, premuntur, nondū extinguuntur quando caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Nūquid hoc etiam cum mortuus fuerit homo? Absit. Deponis carnem, quomodo tecum trahis concupiscentias carnis? Si bene pugnaui, recipis ad quietē, de qua quiete coronandus es, non damnandus, vt postea perducaris ad regnum. Ergo quādiu hic viuunt fratres, sic est sic & qui seniuimus in ista militia, minores quidē hostes habemus, sed tamē habemus. Fatigati sunt quodammodo hostes nostri iam etiam per ætatem, sed tamen etiam fatigati nō cessant qualibuscunq; motibus infestare senectutis quietem. Acrior enim est pugna iuuenum, nouimus eam, transiuimus per eam. Caro ergo concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: vt non ea quæ vultis, faciatis. Quid enim vultis o sancti o boni præliatores, o fortes milites Christi, quid vultis, vt non sint omnino concupiscentiæ malæ? Sed non potestis: Exercete bellum, sperate triumphum. Modo enim interim pugnatur, caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis faciatis, id est, vt omnino nullæ sint concupiscentiæ carnis: sed facite quod potestis, quid ait ipse Apostolus alio loco quando commemorare iam cœperam, Nō regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Ecce quam nolo: Desideria mala surgunt, sed noli obedire. Arma te, sume instrumentum bellorū, præcepta dei arma tua sunt. Si bene me audis, & quod loquor amabis: Nō, inquit, regnet peccatū in vestro mortali corpore. Quādiu enim portatis mortale corpus, pugnat contra vos peccatum, sed non regnet. Quid est, nō regnet? Id est ad obediendum desiderijs eius. Si corpori obedis, regnat. Et quid est obedire, nisi non exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato: Nihil hoc doctore præclarior. Quid vis iam vt exponam tibi? Fac quod audisti: Non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi deus potestatem per spiritum suum, vt membra tua terneas. Surgit libido, tene tu mēbra: Noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato. Noli armare aduersarium tuum contra te, tene pedes ne eant ad illicita. Libido si surrexit, tene tu mēbra, tene manus ab omni scelere, tene oculos ne male attendant,

**A**dant, tene aures ne verba libidinis libenter audiāt, tene totū corpus, tene latera, tene sūma, tene ima. Quid facit libido? Surgere nouit, vincere nō nouit: Surgendo alidue sine causa dicit & non surgere. Redeamus ergo ad verba quæ obscura de Apostolo proposuerā & plana esse iam videbimus. Hoc enim proposuerā, quia nō dixit Apostolus, Spiritu ambulate & concupiscentias carnis ne habueritis, quia necesse est vt habeamus illas. Quare ergo non dixit, concupiscentias carnis ne feceritis? Quia fecimus eas. Concupiscimus, ipsum concupiscere facere est. Sed ait Apostolus, Iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Ergo quid tibi cauendum est, hoc sine dubio ne perficias. Surrexit libido, dānabilis surrexit: Suggestit, non audiat: Ardet, nō se cōpescit, & velles vt non arderet. Et vbi est, vt non ea quæ vultis faciatis? Noli dare membra, ardeat sine causa & consumit se. In te ergo sunt ipsæ concupiscentiæ: Fatendum est, sūt: Ideo dixit, ne peccaueritis, sed non perficiantur. Deceuisti facere, perfecisti. Perfecisti etenim si decernas faciendum esse adulteriū, & ideo nō facias, quia locus nō est inuentus, quia opportunitas non datur, quia forte ille la casta est de qua videris esse cōmotus, ecce iam ista casta est, & tu adulter es. Quare? Quia tu perfecisti concupiscentias. Quid est perfecisti? Id est, in animo tuo faciendū esse adulteriū decreuisti. Iam quod absit si & mēbra fuerint operata, in mortem deuolutus es. Suscitauit Christus mortuā in domo filiā archisynagogi. In domo erat, nondum erat elata: Sic & homo qui flagitium decreuit in corde mortuus est, sed intus latet. Si vsque ad perpetratiōem membrorum peruenerit, elatus est foras. Sed & iuuenem filiū viduæ suscitauit dominus quādo extra portā ciuitatis mortuus efferebatur. Sic ergo au deo quidē dicerē: Decreuisti in corde tuo, si reuocaueris ab actū tuo, sanatus eris antequā perperes. Si enim egeris in corde penitentiā, quia rem malam & scelestā & flagitiosam dānabilem q; decreueras, ibi vbi mortuus latebas intus, sic intus resurrexisti. Si autē perfeceris, iā foras elatus es, sed habes, qui tibi dicat: Iuuenis tibi dico, surge. Etiā si perperasti, & peniteat te, de proximo redi, noli in sepulchrum venire. Sed & hic mihi tertius est qui etiā perductus est ad sepulchrum, iam supra se habet pondus molestum, terra premitur: Multū enim exercitatus est in flagitijs: Consuetudine sua nimia prægrauatur. Clamat etiā Christus, Lazare prodi foras, homo enim iam pessimā consuetudinis putet. Merito ibi Christus proclamauit: Nec solum clamauit, sed magna voce clamauit. Ad Christi enim clamorem etiam tales licet mortui, licet sepulti, licet putentes resurgent: De nullo enim iacente desperandū est sub tali suscitatore.

Finis.

TRACTATVS DE ANTICHRISTO.

Non est Augustini.



**D**e Antichristo scire volētes, primo notabitur quare sic vocatus sit: Ideo scilicet quia Christo in cunctis contrarius erit, & Christo cōtraria faciet. Christus venit humilis, ille veniet superbus. Christus venit humiles erigere, peccatores iustificare: ille cōtrā humiles denciet, peccatores magnificabit, impios Tomus nonus.

exaltabit, semperq; vitia, quæ sunt cōtraria virtutibus, docebit. Legem Euangelicā dissipabit, demonū culturā in mundo renouabit vel retocabit. Gloria vanam querens, omnipotentē deum se nominabit. Hic itaq; Antichristus multos habet suæ malignitatis ministros, ex quib; multi in mundo præcesserunt, qualis fuit Antiochus, Nero, Domicianus. Nos quoq; nostro tempore antichristos multos nouimus esse. Quicunq; enim siue laicus, siue canonicus, siue monachus contra iustitiā viuunt, & ordinis sui gloriā impugnat, & quod bonum est blasphemat, antichristus est, minister satanæ. Sed iam de exordio antichristi videamus: Nō autē quod dico, ex proprio sensu fingo vel excogito, in libris diligenter relegendo, hæc omnia scripta inuenio. Sicut ergo authores nostri dicunt, antichristus ex populo Iudæorum nascetur de tribu Dan, secundum Prophetā dicentē, Fiat Dan coluber in via, cerasastes in semita. Sicut enim serpens in via sedebit, & in semita erit, vt eos qui per semitam iustitiæ ambulant, feriat, & veneno suæ malitiæ occidat. Nascetur autē ex copulatione patris & matris sicut alij homines, non vt aliqui dicunt ex sola virgine, sed tamē totus in peccato concipietur, in peccato generabitur, & in peccato nascetur. In ipso vero cōceptionis initio, diabolus simul introibit in vterū matris eius, & ex virtute diaboli confouebitur & contutabitur in ventre matris, & virtus diaboli semper cum illo erit. Et sicut in matre domini nostri spiritus sanctus venit, & eā sua virtute obumbravit, & diuinitate repleuit, vt de sancto spiritu acciperet, vt quod nosceretur diuinū esset & sanctum: ita quoq; diabolus in matre antichristi descendet, & totam eam replebit, totā circundabit, totam tenebit, & totam interius exteriusq; possidebit, vt diabolo per hominem cooperante concipiat & quod natū fuerit totum sit iniquum, totum perditum. Vnde & ille homo peccati, filius perditionis appellatur, quia in quantum poterit genus humanum perdet, & ipse in nouissimo perdetur. Ecce audistis qualiter nascatur. Audite etiā locum vbi nasci debeat. Nam sicut dominus ac redemptor noster Bethleem sibi præuidit, vt ibi pro nobis humanitatem assumeret & nasci dignaretur, sic diabolus illi homini perditio qui antichristus dicitur locum nouit aptum, vnde radix omnium malorum oriri debeat, scilicet ciuitatem Babylonia. In hac enim ciuitate quæ quondam inclyta & gloriosa vrbs gentilium & caput regni Persarum erat, antichristus nascetur, & in ciuitatibus Bethsaida & Corozaim nutriti & versari dicitur. Quib; ciuitatibus dominus in Euangelio imprecatur dicens, Vae tibi Bethsaida, vae tibi Corozaim. Habebit autē antichristus magos, maleficos, diuinos, incantatores, qui eū diabolo inspirante nutriant, & docebunt in omni iniquitate, falsitate & nepharia arte, & maligni spiritus erunt duces eius & focij semper & comites indiuisi. Deinde Hierosolymam veniens omnes Christianos, quos ad se non poterit conuertere, per varia tormenta iugulabit & suam sedem in templo sancto ponet. Templum etiam sanctum quod Salomon deo edificauit in statu suo restaurabit, & filium dei omnipotentis se esse mentietur. Reges autem & principes primum ad se conuertet, deinde per illos ceteros populos. Loca vero per quæ Christus dominus ambulauit, prius destruet, deinde per vniuersum mundum nuncios & prædicatores suos mittet. Prædicatio autem eius & potestas tenebit a mari vsque ad mare, ab Oriente vsque ad Occidentem, ab Aquilone vsque ad Septentrionem: faciet quoque signa multa magna mirabilia & inaudita, arbores scilicet

K iij subito

**G** subito florere & arescere, mare turbari, & subito tranquillari, naturas in diuersas figuras mutari, agitari aëra vetis & multimodis cōmotionibus, & cætera innumera & stupenda, mortuos in conspectu hominū suscitari, ita vt in errorem inducantur si fieri potest etiā electi. Nā quando tanta ac talia signa viderint, etiā illi qui cœlestes & perfecti dei sunt, dubitabunt, vtrum ipse sit Christus qui in fine mundi venturus est secundum scripturas an non? Hæc autē omnia miracula omnibus modis falsa erunt per incantationes diabolicas, sed peccatoribus & incredulis videbuntur esse vera. Excitabit vero persecutionem sub omni cælo super Christianos & omnes electos. Eriget itaque se contra fideles tribus modis: hoc est, terrore, muneribus, & miraculis. Dabit credentibus in se abundantiam auri & argenti. Quos vero nō poterit decipere muneribus, superabit terrore: & quos terrore nō poterit vincere, signis & miraculis tētabit seducere: quos autē nec signis poterit illudere, in conspectu omnium miserabili morte tentabit necare. Tunc erit tribulatio qualis non fuit ex tēpore quo gentes coeperunt, vsque ad tēpus illud. Tūc qui in agro sunt, fugiant in montibus: & qui supra tectum, non descendant in domum vt tollant aliquid ex ea. Tunc omnis Christianus qui inuentus fuerit, aut deū negabit, aut siue per ferrum siue per ignem fornacis, siue per serpentes, siue per bestias, siue per aliud quodlibet genus tormenti interire iubebit, si in fide permāserit. Hæc autē tam terribilis & timenda tribulatio, tribus annis manebit in toto, & dimidium. Tunc breuiabuntur dies propter electos: nā nisi dominus breuiasset dies, non fieret salua omnis caro. Tempus quidem quādo antichristus veniat, vel quando dies iudicij apparere incipiat, Paulus in Epistola ad Thesalonicensis dicens, Rogamus vos per aduentū domini nostri Iesu Christi, manifestat eo loco vbi ait, Quoniā nisi venerit discessio primū, & reuelat⁹ fuerit homo peccati, filius perditionis: & cætera. Scimus enim quoniā post regnum Græcorum, siue etiā post regnum Persarū, ex quibus vnū quodque suo tempore magna gloria viguit, & maxima potentia floruit: ad vltimū quoque post cætera regna regnum Romanorū cœpit, quod fortissimū omnium regnorum superiorū fuit, & omnia regna terrarum sub dominatione sua habuit, omnesq; populorum nationes Romanis subiacerunt, & eis sub tributo seruerūt. Inde ergo dicit Apostolus Paulus, Antichristum non antea in mundum esse venturū, nisi venerit primum discessio: hoc est, nisi discesserint omnia regna à Romano imperio, quæ prius subdita erant. Hoc autē tēpus nondum aduenit, quia licet videamus Romanū imperium ex maximā parte destructum, tamen quandiu reges Francorum durauerint, qui Romanū imperium tenere debēt, Romani dignitas ex toto non peribit, quia in regibus suis stabit. Quidā vero doctores nostri dicunt, qd vnus ex regibus Francorum Romanum imperium ex integro tenebit, qui in nouissimo tēpore erit, & ipse erit maximus, & omnium regum vltimus. Qui postq; regnū suum feliciter gubernauerit ad vltimum Hierosolymā veniet, & in monte Oliueti sceptrum & coronā suā deponet. Hic erit finis & consummatio Romanorū Christianorūq; imperij: Statimq; secundum prædictā sententiā Apostoli Pauli, antichristū dicunt futurum. Et tunc quidē reuelabitur homo peccati, antichristus videlicet: qui licet sit homo, fōs tamen erit omnium peccatorum & filius perditionis. Hic est filius diaboli, quia per omnia adimplebit voluntatē suā, quia plenitudo diabolicæ potestatis & totius mali

ingenij corporaliter habitabit in illo. In quo erunt oēs K thesauri malitiæ & iniquitatis absconditi: Qui aduersatur, id est, contrarius est Christo, omnibusq; mēbris eius, & extollitur, id est, in superbiā erigitur super omne quod dicitur deus, id est, super deos gentilium, Apollinem, Iouem, Mercurium, quos Paganī deos existimant. Super omnes istos deos extollitur antichristus, quia maiorem & fortiorem se faciet illis omnibus. Et non solum supra illos, sed etiam supra omne quod colitur, id est, supra sanctam trinitatem quæ modo sola colenda & adoranda est ab omni creatura. Ita se extollet, vt in templo dei sedeat, ostendens se tanquam sit deus. Nam sicut supra diximus in ciuitate Babylonia natus, Hierosolymam veniens, circumcidet se dicens, Ego sum Christus vobis repromissus, qui ad salutē vestram veni, vt qui dispersi estis congregem & defendam. Tunc confluent ad eum omnes Iudæi astimantes deum suscipere, sed suscipient diabolum. Siue etiam in templo dei sedebit antichristus, id est, in sancta Ecclesia, omnes Christianos cupiēs martyres, eleuabitur & magnificabitur, quia in ipso erit caput omnium malorum diabolum, qui est rex super omnes filios superbiæ. Subito autē & improuise antichristus veniet, & totum simul humanum genus suo errore decipiet & perdet. Ante eius exortum, duo Prophetæ mittentur in mundum, Enoch scilicet & Helias, qui cōtra impium antichristum, fideles dei diuinis armis præmuniunt & instruent eos, & confortabunt & præparabunt electos ad bellum, docentes & prædicantes tribus annis & dimidiū. Filios autem Israël quicunque eo tempore fuerint inuenti, hi duo maximi Prophetæ & doctores ad fidei gratiā conuertent, & à presūra tantæ turbis in parte electorū inseparabiles redent. Tunc implebitur quod scriptura dicit, Si fuerit vnus filiorum Israël quasi arena maris, reliquæ saluæ fiet. Postquam autē per tres annos & dimidium prædicauerint, mox incipient excadescere antichristi persecutiones, & contra eos primum antichristus sua arma arripiet eosq; interficiet, sicut in Apocalypsi dicitur: Et cum finierit, inquit, testamentum suum, bestia descendet de abyſso, & faciet aduersus eos bellū, & interficiet illos. Postquam ergo isti duo interfecisti fuerint, inde ceteros fideles persequens, aut martyres gloriosos faciet, aut apostatas reddet. Et quicunque in eum crediderint, signum characteris eius in fronte accipient. Sed quia de principio eius diximus, quem finem habebit, dicamus. Hic itaque antichristus diaboli filius, totius malitiæ artifex pessimus, cum per tres annos & dimidium, sicut prædictum est, magna persecutione totum mundum vexauerit, & omnem populum dei variis pōnis cruciauerit, postquam Heliam & Enoch interfecerit, & ceteros in fide permanentes martyrio coronauerit, ad vltimum veniet ira dei super illum, sicut beat⁹ Paulus scripsit, dicens, Quem dominus Iesus Christus interficiet spiritu oris sui.

Finis.

Diui

## A **DIVI AVRE** LII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, PSALTERIVM quod matri suæ composuit.



**D**omine deus omnipotens, rex æternæ gloriæ, qui cum cognoscis beatum esse virum, qui viā peccatorum spernit, legemq; præceptorum tuorum meditatur die ac nocte, doce me peccatorē tibi cum toto cordis timore & tremore fideliter seruire, & vocem meam te humiliter inuocantem exaudi, & ita clementissimis auribus percipe verba mea, vt delinquentem me in ira furoris tui non derelinquas, ne quando ille insidians antiquissimus hostis rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. Sed tu domine, cuius nomen admirabile est in cælo & in terra, ita conuertere inimicū meum retrorsum vt infirmetur & pereat à facie tua. Ne vnquam irretire valeat laqueis igneis animam meam, neque sulphur & spiritus procellarum ogglomeret me, sed propter inopis miseriam & gemitum pauperum, nūc exurgens respice & exaudi me domine. Quia consilium inopis & spes eius es. Fac me ita ingredi sine macula, & operari iustitiā, vt gratia misericordiæ tuæ sit pars hæreditatis meæ. Custodi me vt pupillam oculi, & sub vmbra alarum tuarum protege me, quia tu es virtus mea, firmamentum meum & refugium meum. Ab occultis meis mūda me, & ab alienis parce seruo tuo. Mitte mihi angelum de sancto, & desiderium animæ meæ tribue mihi. Libera me de ore leonis, & deduc me per semitas iustitiæ: Vt possim ascendere in montem sanctum tuū, & stare in loco sancto tuo, innocens manibus & mūdo corde. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Ne perdas cum impiis animam meā, & ne tradas me in animas persequentium me. Sed ita exaudi propitiis vocem deprecationis meæ, vt inuocātem gloriam sancti nominis tui, audias clementer & miserearis mei, & in te domine sperans non confundar in æternū: Sed remitte mihi impietatem cordis mei. Fiat misericordia tua super me, quemadmodum spero in te: & ex omnibus angustiis meis eripiens me, dic animæ meæ, salus tua ego sum. Et quia in protectione alarum tuarū spero, da mihi petitionem cordis mei, & intende in adiutorium meum domine deus salutis meæ. Notum fac mihi domine finem meum, & numerum dierū meorū, vt sciam quid desit mihi. Exaudi propitiis vocē deprecationis meæ, & educ me de lacu miseriæ, & de luto fecis. Statue supra petram pedes meos, & dirige in semitā rectam gressus meos. In die mala libera me, vt ingrediar in locum tabernaculi admirabilis domus dei, quia tu es deus meus & fortitudo mea. Ne declines gressus meos à via tua, vt diligam iustitiam & odiam iniquitatem. Esto mihi refugium & virtus, quia tu es rex magnus super omnem terrā. Qui regis omnes in secula, libera animam meam de manu inferi, cum acceperit me. Tu autē cum manifestus fueris ad iudicandum nos, miserere mei secundum magnam misericordiam tuam. Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Auerte piissime domine in illa hora faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Cor mundum crea in me deus, & spiri-

Tomus nonus.

tum rectum innoua in visceribus meis. Vt sicut oliua fructifera in paradiso domini mei oleum sanctitatis accipiar, & ibi exultem cum Iacob, & in æternum later cum Israël. Salua me in tuo nomine, tuāq; virtute libera me. Ne despexeris deprecationem meam, sed miserere mei. Mitte de cælo & libera me, & da in opprobrium cōculcantes me. Contere dentes eorum in ore ipsorum, & cōfringe molas leonū. Deus meus es tu, misericordia mea. Saluum me faciat dextera tua & protegar à velamento alarum tuarum, cum reddideris singulis singula secundum opera ipsorum. Dum sitit in te anima mea, protege me à conuentu malignatium, cum ad te omnis caro venerit. Non amoueas misericordiā tuam à me: Et spiritū sanctum tuum ne auferas à me, sed illumina faciē tuam super me. Prosperum iter fac mihi deus salutaris meus, vt non absorbeat me profundum, neque aperiat super me puteus os suum. Adiutor & liberator meus esto domine, ne tardaueris. Quoniam in te spero domine, non confundar in æternum, cum iudicaueris populum tuū. Et hi qui se elongant à te peribūt, ne auertat ego humilis factus cōsulus: Quoniam iustus iudex es, humilias & exaltas nimis terribilis, & quis resistet tibi tunc ab ira tua? Tu es deus qui facis mirabilia magna solus. Sicut populum tuum pane aluisti in deserto, & desiderio suo nō fraudasti eum: ita me esurientem gratia tua reficiat, & cito præueniat me misericordia tua. Et tu mihi tutorem lachrymarum & amaritudinem compunctionum tribue in tēpore tribulationis: Et da de petra mellis dulcedinem capiam interna suauitatis. Deus qui inter iustos & peccatores cūcta discernis, qui es solus altissimus super omnes gentes, miserere mei, & tribue mihi benedictionem, qui legem dedisti. Remitte iniquitatē cordis mei, & dimitte omnia peccata mea, & saluum fac seruū tuum deus meus sperantem in te. Deus qui fundas Ecclesiam tuam in montibus sanctis, inclina aurem tuam ad precem meam. Manus ergo tua mihi auxilietur, ne auertat in humilitate, sed libera me de laqueo venatium, & à ruina & dæmonio meridiano. Vt plantatus in domo domini sicut palma floream, & sicut cedrus, quæ est in Libano, merear multiplicari in longitudinem dierum. Esto mihi in refugium, & deus meus in auxilium spei meæ, quoniam tu es deus & rex magnus super omnem terram. Cum iudicaueris orbem terræ in æquitate & populos in veritate tua, luce perenni perfruar cum iustis & rectis corde lætitiā. Saluet me dextera tua, & brachiū sanctū tuum. Qui sedes super cherubin, fac me in cōspectum tuū cum exultatione, vt perambulem in innocentia cordis mei in medio domus meæ. Non adhæreat mihi cor prauum: Sed sint oculi mei super fideles sanctos tuos, vt sedeam cum eis ambulans per viam immaculatam, cum disperdideris per iudicium de ciuitate tua omnes qui nunc operantur iniquitatem. Domine exaudi orationem, & clamor meus ad te perueniat. Non auertas faciem tuam à me, in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. Propitiis esto omnibus iniquitatibus meis, redimeq; de interitu vitam meam. Satis in bonis desiderium meum, qui respicis in terram, & facis eam tremere. Qui eduxisti populum tuum in exultatione, & electos in lætitiā. Fac me custodire iudicium & iustitiam in omni tempore. Educ me de tenebris & vmbra mortis, vt parato corde cantem, & Psalmum dicam tibi. Fac mecum signum propter misericordiam & nomen tuum: Vt in splendoribus sanctorum in consilio iustorum & congregatione iustitia mea maneat in seculū seculi, & cornu meum exaltetur in gloria. Vt dum me

K iij susci-



**G** suscitari iusseris de terra inopem, & de stercore erexeris pauperem: Benedicam te ex hoc nunc & vsque in seculū, tunc complacē tibi in regione viuorum. Dirumpe vincula mea, & cōfirma me in misericordia tua. Cum in tribulatione inuocauero te domine, exaudi me in latitudine. Legem pone mihi domine vt viuam, & vias iustitię tuę exquiram semper. Da mihi intellectum, vt perscruter legem tuā, & custodiam illā de toto corde meo. Erraui sicut ovis quę perierat, requirēs liberā animā meā. Custodi introitum meū & exitū meum, vt in domo tua scilicet pedes mei in atriis Hierusalem. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in caelis. Eripe me, animā meam de mscipula venantium, vt non extendā ad iniquitatem manus meas. Reple gaudio os meum, & linguam meam exultatione. Imple desiderium meum in bono, & benedic me ex Sion: Vt videam quę bona sunt in Hiertusalem, longe factus ab omni iniquitate. Fiant aures tuę intendentes in orationem serui tui domine. Nō sit exaltatū cor meū in superbia, nec elati sint oculi mei: Sed humiliter sentiam donec inueniam locum domino, tabernaculum deo Iacob: Ibi mandasti benedictionem & vitam vsque in seculum. Ibi extollā manus meas in sancta, & benedicam te qui iudicas populū, & in seruis tuis consolans. Deus deorum & dominus dominorum desētem me & adorantem ad templum sanctum tuum, proba me & scito cor meum, interroga me, cognosce semitas meas, & deduc me in via aeterna. Cōserua me de manu peccatoris, & ab omnibus iniquis libera me. Dirigitur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo domine. Educ de carcere animā meā ad cōstendum nomini tuo domine, Exaudi me in tua iustitia, & non intres in iudicium cū seruo tuo domine. Velociter exaudi me domine, ne deficiat spiritus meus, quoniam tu es deus misericordia mea, & refugium meū, & susceptor meus. Et quoniam magnus es & laudabilis nimis, & magnitudinis tuę non est finis, erige elisum, solue compeditū, illumina cæcum, qui aedificas Hierusalem. Cum autem confortaueris seras portarum tuarum, intrinsecus cum filiis tuis copulatus sim. Sicut te laudant angeli, & omnes virtutes tuę in regno cælorum: Ibi & ego ita exultās cum gloria in choro sanctorum, laudem & glorificē nomen tuum in cymbalis labiorum, quod est sanctum & gloriosum, & regnat semper per infinita secula seculorum, Amen.

Finis.

**DIVI AVRE-**  
LII AVGVSTINI HIPPONENSIS  
EPISCOPI, SVPER MAGNIFICAT, canticum Marię, Expositio.



Lucr. i.

**K** do illud aeternum lumen cū toto maiestatis suę fulgore in eam descendit. Et quem non capit mundus, totum se intra viscera virginis collocavit: Audacter pronuncio, quod nec ipsa plene explicare potuit, quod capere potuit. Sed spiritus sancto docente didicerat sic sua per humilitatem tegere: Surgit mox & conscendit in montana Iudęę. Vnde Helisabet spiritus sancto repletur, qualis & quāta esset quę ad se venerat agnouit, & quā se indignam eius visitatione iudicaret, aperuit dicens: Vnde hoc mihi, vt veniat mater domini mei ad me? Ecce, & cetera. Tunc ait Maria, Magnificat anima mea dominum. Vidisti maiestatem, gustasti suauitatem, ideo quod intus hauseras, foras propinasti, & in iustitia eius exultasti. Quia exultauit spiritus meus. Anima magnificat, spiritus exultat. Et iterum, In deo salutari meo. Deus potentiam, salutaris misericordiam notat. Duo quippe sunt quę angelorū & hominū beati spiritus in illo fonte boni eterne contemplatione hauriunt, incōprehensibilis scilicet maiestas dei, & ineffabilis bonitas. Quarū alterum castum timorem gerit, alterum dilectionē parit. Pro maiestate venerantur deū, & pro bonitate amāt, ne vel dilectio sine reuerentia dissoluta sit: vel reuerentia sine dilectione pœnalis. Admirantes enim diligunt, & diligentes admirātur, vt inextinguibiliter per admirationem ardeat dilectio, & suauiter in dilectione ferueat admiratio. Nam quia eum quę vident perfecte cōprehendere nunquā sufficiunt, in quo quasi per admirationem euigilant: quanto autem per spicacius intuentur, tanto ardentius amant, quod vera dulcedo est: vera autem dulcedo, quanto perfectius sentitur, tanto desiderabilius appetitur: ad hanc contemplationis lucem Maria mens eleuata fuerat, quę cœlestis patrię dulcedinem in verbis expressit, quam ineffabiliter cōprehēdit. Nam cum se magnificare dominum prębuit, reddēdam vniuersis aeterni muneris maiestatem, interna visione conuerti se manifeste declarauit. Cum vero se in suo salutari exultari asseruit, gustum se internę dulcedinis percipisse ostendit. Vnde vtrunq; professā est & dominum & saluatorem: vt pro potestate qua omni suę creaturę dominatur, iure metuendū ostenderet: pro bonitate vero, quia misericorditer quosdam saluat, dignū dilectione demonstraret. Veritas in domino, & in saluatore misericordia. Veritas enim ad dominum pertinet: Misericordia autem ad saluatorem. In veritate seruat tenorem iustitię. Quia autem & quedam errantia gratuito ad vitā colligit & reparat ad saluationem, propterea magnificamus dominum & exultamus in salutari, quia quibus est reuerenda iudicis iustitia, dulcis est misericordia saluatoris. Propterea, inquit Maria: Magnificat anima mea dominū, & exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Vnus & idem spiritus, & ad seipsum spiritus dicitur, & ad corpus anima. Spiritus naturalem spiritalem habuit admirationem, anima corporalem, quare anima dicitur spiritus & conuerso. Ideo anima humana, quia & esse in corpore habet & extra corpus, anima vocatur & spiritus. Anima dicitur, in quantum est vita corporis: spiritus autem in quantum est substantia spiritalis. In qua vita anima perditur, vt spiritus saluus fiat, cum hac vita despicitur, vt postmodum a deo vita aeterna tribuatur. Sed suo nominauit, quia in salutari suo. Omnipotens enim deus potestate, qua vniuersę creaturę suę dominatur, dominus omnium est: sed pietate qua quosdā tantū, sed non omnes ad vitam reparat, saluator omnium nō est. Nam dominatio eius ad omnes aequaliter respicit, bonitas vero ad quosdam tantū. Ergo beata virgo, quia singulari-

Respectus dei tribus modis accipi solet.

Hebrę. 4.

Psal. 33. Matth. 7.

**A** singulariter se electam videbat, quia singulariter gratiā acceperat, quasi priuilegio quodā electionis diuinę cōfirmata, fiducialiter ipsum quem pro salute mundi filiū conceperat, suum etiam cum letitia & exultatione saluatorem vocat. Quia respexit humilitatem ancillę suę. Hęc est gratia exultationis suę, quia respexit humilitatem ancillę suę: Ac si dicat, quia de eius gratia exultato, ideo ab ipso est quod exulto. Et quia ei⁹ dona propter ipsum diligo, ideo in ipso exulto. Respectus dei tribus modis accipi solet, videlicet secundum cognitionē, secundum gratiam, secundum iudicium. De primo Apostolus, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. Sed per gratiam deus non omnes respicit, quia oculi domini super iustos: & cetera. De tertio in fine dicitur: Nescio vos. Oculi domini bonos & malos contēplantur. Videre deū per cognitionē, est nihil eorū quę sunt ignorare. Videre per gratiam, dona misericordię impendere. Videre per iudicium, vnūquęq; secundum opera sua, vel ad gloriam, vel ad pœnā destinare. Quid sit respicere. Respicere plus est quā videre. Respicere per gratiam, est prius abiectos & derelictos visitare, cum bona placatus per misericordiā subtrahā restituit, rursum per respectum gratię ad eum se conuertit. Bene ergo Maria solā in humilitatem dominum respexisse testatur, quia diuinitatis propitiationē, quam humana natura in primis parentibus per superbiam perdidit, in Maria per humilitatem recuperauit. Nam in ea verbum patris corporis substantiam quam sibi vniret assumpsit, quasi ad eā quā prius abiecerat naturam sublimandam per misericordiam respexit, quia se humilitatis quod erat ancillā cogitauit. Ideo quod non erat, sublimitatis mater esse meruit, quia humilitatem ostendit seruitutis. Seruitus quatuor modis variatur. Secundum conditionem seruitus, qua omnia diuinę seruituti debent esse obnoxia, quia opus factori suo, hoc ex conditione sua habet, quod eius dispositioni obtemperet & instituta sequatur, vt sicut ab ipso factum est, ita non nisi ab ipso & secundum ipsum incedat. Secundum necessitatē deo seruire dicuntur prauę voluntates, quę cum eius iussionibus contraire nituntur, per ineffabilem tamen eius dispositionem arctantur, vt nihil sine eius nutu ad effectū perducere queant. Seruiunt nolentes eius dispositioni, qui volentes subiecti non sunt ipsius precepto. Seruitus cū timore est, quando diuina precepta non ex dilectione impleuimus, sed ex formidine. Quarta seruitus est, quādo volūtate eius iussionibus obtemperamus, qui ipsum qui iubet diligimus, nec aliud in nostra seruitute extra ipsum cōmodū querimus, quā vt secundum ipsum, ambulantes ad ipsum peruenire valeamus. Seruitutem secundum conditionē parentes nostri in paradiso conditori exhibere noluerunt, quando in superbia elati despexerunt esse sub illo, ad quod fuerant conditi & voluerunt peruersi esse in maiestate cōsimiles, qui non erant in natura aequales. Eva propter superbiam creaturā dei se esse, & opus dei non considerans, deo parificari voluit: Maria autem suo factori humiliter se subdens ancillam se nominauit. Et ideo illa abiecta & hęc electa est. Superbiam despexit & humilem respexit: Id quod superba perdidit, humilis recepit. Ideo ait. Respexit humilitatem ancillę suę. Sed serui dei aliquando cum etiam humilitatem habēt, humiliationem non habent, nunquā vero humiliationē sine humilitate. Humilitatem sine humiliatione habēt, qui licet coram hominibus foris despiciabiles non appareant, intus tamen humilitatis meritum coram deo inuolatum obseruant. Ergo Maria quę apud dominū hu-

**D** milis erat, & apud homines propter deum abiecta in vtroq; se esse respectam testatur, quia & eius humilitas apud deum acceptabilis fuit, & eius humiliatio apud homines in gloriam cōmutata. Vnde sequitur: Ex hoc beatam me dicēt omnes generationes. Vsq; ad illud apud homines opprobrium sterilitatis portauerat, quia integritatē virginitatis thoro maritali pręponebat. Sed vnde in priori generatione carnali quasi maledictionis sententiā sustinuit, inde nunc ab oī generatione mortali benedictionū collaudabiliter recepit: quia ab oī generatione pro fructu fecūditatē meę beatuocor. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctū nomen eius. Magnum fuit vt virgo sine virili semine filium cōciperet. Magnum fuit, vt dei patris verbum carne sua indutum vtero gestaret. Magnum fuit, dum se ancillam confessā esset, vt mater fieret sui plasmatoris. Qui potens est: Quia credi potest eius potentia, potentem confessā est, sed quanta aut qualis comprehendere non potest. Confessā est potentiam, discutere non pręsumpsit, quia sciri non conuenit quanta est, quia infinita est. Omne quod pręuidit se facturum, facit, nec aliquid quod non pręuidit fieri incertū, sed fieri necesse est: Maria non autem in se, aut in me, aut per me fecit magna, sed, inquit, mihi: Quod enim in ea ad omnium salutem factum est, hoc priuilegio dilectionis ad eius gloriam singulariter est ordinatum. Et ideo dixit, magna: quia mysteriū incarnationis verbi super omnia constat esse ineffabile: Nihil enim vnquam maius mirum factum est, quā vt deus fieret homo, & natura incomprehensibilis corporis substantiam sibi sic vniret, vt nec minus in ea esset, quia in se erat immensa, nec minor in se extiterit, quia in illa fuit creata. Hęc ergo sunt magna. Et ideo sanctū nomen eius. Quod est nomen eius, fama eius, nomē ei⁹, cognitio eius, fides, nomen eius. Hoc nomen sanctū est, cum sanctis est, cum sanctis gloriatur, a sanctis benedicitur, a peruersis blasphematur. Quia dum verbū in carne nascitur, gloria dei per verbum in hominibus declaratur. Et misericordia eius a progenie timentibus eum, Mariam, inquam, fecit non tamen singulariter, sed vni excellenter: Veruntamen omnibus timentibus negatio excluditur. Potētiam fecit in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Hęc illa misericordia quam timētibus se exhibuit deus: quia verbum suum per assumptam carnem in hunc mundum misit, vt per ipsum aereas potestates potētī virtute debellaret, & genus humanum ab earum potestate redimeret. Ipsi enim superbi sunt, quos despexit, eiiciens eos foras a cordibus hominum, atque spolia eorum dirumpens, per illam quę prius in hominibus principabatur virtutem dissipauit: & hoc in brachio suo, id est, per humilitatem filij diabolum vicit. Brachium ei⁹ filius est: Ipsa infirmitas, potentia fuit, quia per illā diabolus est victus. Et hoc mente cordis sui, id est, profundo consilio suo dispersit eos. Profundum consilium fuit, vt pro me deus fieret homo, & innocens pateretur vt redimeretur nocens: & in his erat consilium, nec poterat illud diabolus pręuidere, sed capt⁹ hamo Leuiathan. Vel per superbos, Iudæos intelligere possumus, qui humilem aduentum Christi superbe contempserunt, quos abiecit. Vnde subditur: Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Potentes, quia filij regni qui videbantur, abiecit: & gentes per humilem cōfessionem in cōfortium regni atque in filiorū adoptionem assumpsit: ac malignos spiritus a cordibus hominum abiecit, & humiles, id est, homines humilios exaltauit. Mens etiam & cordis est viuax & perma-

EXPOSITIO SVPER MAGNIFICAT.

**G**rens dispositio aeternae occultaeque praedestinationis. Ipse est liber vitae. Idem est ergo mens quod liber. Tribus modis aliquis in libro scribitur, secundum praescientiam, secundum causam, & secundum operationem. Quatum ad primum, praedestinati sunt scripti, non delentur unquam, licet ad tempus, quasi periturus quis a via videatur, errare permittitur. Secundum causam scripti sunt, qui a via veritatis coepta ad errores declinando recedunt: Tales autem sunt aliquando, qui digni saluatione existerent, si tales usque in finem permanerent. Secundum operationem, quorum opera secundum humanum iudicium talia apparent, propter quae digni videantur scribi in libro vitae, qui tamen ea quae praedebantur agere bona deserunt. Hi secundum praescientiam nunquam fuerunt in libro vitae. Deposuit &c. Prius angelus de caelo, & hominem de paradiso superbitate proiecit: & postea hominem per poenitentiam humiliandum ad pristinam gloriam preparauit. Sed & quotidie superbos quoque subtrahendo gratiam suam deponit: & postea eosdem humilios: gratiam priorē restaurans, exaltat. De quo autem illud est quod sequitur, Esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes: Esurientes vocat eos qui se vero bono indigere cognoscunt. Diuites eos intelligere vult qui superbi sunt, & se praeter alios in donis gratiarum abundare existimant. Ergo sicut humiles modica de se sentiendo maiorem gratiam merentur accipere, ita superbi de se praesumendo, etiam ea quae acceperunt amittunt. Suscepit Israël puerum suum recordatus misericordiae suae. Suscepit sicut medicus aegrotum, Israël puerum suum: id est, humilem & innocentem suscepit, ut sana-

ret infirmum, & redimeret captiuum, ut iustificaret impium & saluaret iustum. Suscepit Israël, non quem inuenit Israël, sed ut faceret Israël. Recordatus misericordiae suae, quam olim promisit, sed diu distulerat. Sicut locutus est ad patres nostros, vel patribus nostris, Abraham & semini eius in secula. Misericors in promittendo, verax in exhibendo, quia sine debito promisit & sine dolo exhibuit: sicut locutus est ad patres nostros Abraham & semini eius in secula. Nota super illud, Exultauit spiritus meus in deo salutari meo. Quidam neque a deo exultant, neque in deo. Nam qui in carnis voluptate exultant, aut qui exultant cum malefecerint, isti nec in deo, nec a deo exultant, & malum est, unde exultant: Et quia de malo ad malum exultant, suum gaudium in malignitate constituit, ideo minime in deo exultant. Sunt alij qui acceptis gratiae donis abutuntur, & ea quae propter salutem animae data sunt, ad carnis usum, & gaudia seculi conuertunt. Acceptis enim donis gaudent, quia neque in deo, neque propter deum diligunt quod a deo acceperunt. Qui autem gratia accepta ad amorem dei id ipsum conuertunt, quod ab ipso acceperunt, isti profecto a deo & in deo exultant & exultare probantur. Econtra ergo ut suum gaudium solidum esse monstraret, illud neque a vanitate exortum, neque ad vanitatem conuersum esse, se dei dona diligere in deo, & pro respectu gratiae, quae praesentata erat in suo salutari exultare perhibuit dicens, Exultauit spiritus meus in deo salutari meo.

Noni Tomi Finis.

INDEX QUATERNIONVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t v x y z

A B C D E F G H I K.

Omnes sunt quaterniones praeter K qui est ternio.

